Bibliothèque numérique
medic@

Mylius, Johann Daniel. **Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. Qua continentur tres libri posteriores basilicæ chymicæ, ut & basilica philosophica, perfecta, in libros tres distributa, & figuris æneis illustrata.**

Francofurti, sumptibus Lucæ Jennis. Anno M. DC. XX., 1620.
Cote : BIU Santé Pharmacie RES 11390-2

PARIS biu Santé

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?pharma_res011390x02


2
11390




VERSANTUR HIS TRIBUS
Pharmacopœi Parisienses
Ex Dono Magistri
GILLET
1765

Coniugium Solis et Lunae
il peregrino di Joan Batista Nasari
stampato in Brescia



Il mundo magico de li Eroi
~~stam~~ di dum chiarè de la riuiera
stampato in milano

La vitreria del signor antonio
neri in octano stampato in fiorentia



Rés 11390 11.1.39

JOANNIS DANIELIS MYLII,
Medicinæ Candidati

OPERIS MEDICO-CHYMICI

PARS ALTERA.

Qua continentur

TRES LIBRI POSTERIORES BASILICÆ CHYMICÆ,

vt &

BASILICA PHILOSOPHICA, PERFECta, in libros tres distributa, & figuris æneis illustrata.



ECOLE SUPERIEURE DE PHARMACIE DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE

FRANCOFVRTI,
Sumptibus LVCÆ IENNIS.

Anno M. DC. XX.



LECTORI CANDIDO S.

QVAMVIS superiore anno, Candide Lector, Opus hoc Medico-Chymicum, à doctißimo viro, D. IOANNE DANIELE MYLIO, Med. Cand. collectum, editurus, vnice id ſpectarim, quo id & integrum & numeris omnibus abſolutum tibi dare poſſem, opinione tamen fruſtratus, votis inuitus ſuccubui. Opus enim hoc eam ad magnitudinem creſcebat, vt appropinquante Nundinarum feſtiuitate, temporis anguſtia excluſus, magna & melior illius pars reſidua maneret: licet tituli ſingulis libris præfixi iam pridem oculis legentium paterent. Cum vero hæc poſteriora ſtudioſorum votis non minus, quam priora, imo & ardentius expeti viderem, Authori etiam reliquum edendi ſuaſor fui aßiduus, qui & votis noſtris morem gerens, diligentia & labore immenſo tandem colophonem illi, vt vides, impoſuit. Verum & aliud incommodum reſtabat, ea enim Operis erat moles, vt & ad octauam Alphabe-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 8 sur 1557

phabeti seriem attingeret, & vnico volumine compingi non posset, qua causa adductus, librũ de Mineralib. *à reliquis seiunxi, & cum sequentibus peculiari Tomo inclusi, sicq; integrum hoc Opus bipartitum, tuis commodis absolutum dedi. Tuum erit hoc nostrum studium æquiore animo suscipere, Opusq; hoc Medico-Chymicum, (cui hederam, vtpote sua dignitate & vtilitate satis vendibili, hoc loco suspendere nolumus,) tuis vsibus accommodare, vti, frui, nobis vero ea beneuolentia, etiam maiora tuis studiis communicandi, calcar addet.*

LVCAS IENNIS.



Naturæ miraris opus, miraris abyssos,
Et quæ sunt mirus facta elementa modis?
Hoc tibi certa rei dabit argumenta volumen,
Secretas Chymicæ quod reserabit opes.
Omnia in hoc libro naturæ arcana leguntur,
Quæ macrocosmus habet, quæ microcosmus habet.

LIBRI

LIBRI QVINTI
BASILICÆ CHYMICÆ

DE MINERALIBVS.

CAPVT I.

De Antimonio.

Antimonium aliquando Sol & plumbum appellatur Philosophorum.

ANTIMONIVM, (inquit Libauius) est corpus minerale durum, terrestre, fragile, constans ex Sulphure & Arsenico turbido, & hydrargyro magis terreo, omnibus tamen volatilibus magis quam Bismutum, vitiatis quadam terra minerali vitrea. Itaque halitum edit fœtidum, plurimumque, qui quia est Mercurialis maiore ex parte, minore Sulphureus & Arsenicalis, niueus est, sublataque parte spirituosiore, ob Sulphur in rubeam mutatur Tincturam.

Alius vir nobilis sic definit: Antimonium est corpus minerale terrestre coloris cineritii, non malleabile. Constat duplici Sulphure, impuro seu φλογιστῷ & purissimo, quod est internum & rubeum. His accedit Arsenicum turbidum & Argentum viuum, quod specifica quadam virtute mutandi & boliendi præditum esse deperitur. Antimonii præparatio medicamentosa consistit in mundandis & corrigendis humoribus, inque confortatione viscerum naturalium. Proinde ex eo præparantur spagirice medicamenta præstantissima, tam intra corpus humanum, quam extra cum magno fructu vsurpabilia.

Antimonii generatio.

Paracelsus tom. 8. lib. 4. Philos. cap. 5. ait: Hoc sequitur Antimonium, quod corpus suum ex Mercurio assumit, estque natura Mercurii crassissima, postquam expurgatur. Vires etiam & virtutes Mercu-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 11 sur 1557

Mercurii omnes retinet. Ex fructibus ergo omnibus de tribus primis exeuntibus, nullus est, qui Mercurii vim Antimonio apertius tetineat, nihilque est aliud, quam coagulatus Mercurius per spiritum Salis & Sulphur: Nisi quod Mercurius grossus sit asperque, quia non ex subtili natura Mercurii oritur, sed in materia hoc ita ordinatus est. Ascendit in Yliadum specie metalli, quia respectu sui corporis multum naturæ metallicæ possidet, quanquam eius census non sit. *Antimonii quid.*

Alius Author dicit Antimonium, Græcis, Στίβιον, Στίβι, & Στίμμι; Germanis Spißglaß; Gallis Antimoine; Italis Antimonio, Hispanis El Alchol dicitur. Vena est terræ plumbo similis, scissilis: Prunis iectum Sulphuris modo liquefit, ac tetrum odorem exhalat: Sed diutius crematum in plumbum alteratur.

Frigidum (dicunt Galenici) & siccum est in tertio gradu: vim habet constipandi, adstringendi, refrigerandi, excrescentias carnis cohibendi. Vlcera ad cicatricem ducit. Sordes & vlcera oculorum purgat. Mariscis vtiliter inspergitur. Putridam vulnerum, & hulcerum carnem consumit, vnde carcinomati est auxilio. Cum vnguento Apostolico naribus insertum excrescentem in iis carnem aufert. Lippos & tumentes oculos cum Myrobolano citrino & Tutia pari portione cum aqua rosacea sanat. Cum fœniculi aqua semel in hebdomada circa oculos illitum, manantem narium sanguinẽ sistit. Cum succo Lunariæ sordidam vulnerum carnem consumit: vulnera explet & purgat. In clysteres cum Dauci Cretici succo pro marisis purgandis additur: ac si in exteriore parte fuerint, puluis eius inspergitur: sin in interiore, calamo idem immittitur. *Virtutes Antimonii ex mente Galenistarum.*

Est autem triplex, (vt vult Libauius part. 2. comment. Alchem. li. 1. de natura metallorum ca. 11. pag. 22.) Nigrum, quod adhibent ad repurgandum Aurum, in quo plus est rubeæ Tinctura: Album vel plumbeum, quod vocant Magnesiam, estque regulus ex illo eductus: aut potius bismuthum: & luteum, vel subcroceum, quo vtuntur magis ad medicinam: quanquam ex nigro quoque tum flos croceus seu color eliciatur, tum terra quædam flaua instar Ochræ, quæ tamen temporis progressu iterum nigrescit. Est & masculum, scabrum minus ponderosum, terreum; & fœmineum, nitens, friabile. Auri examen & supplicium vocatur. Miscetur materiæ tinctorum, *Genera Antimonii sunt perfecta & imperfecta. Paracelsus tom. 8 tra. 1. pag. 253.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 12 sur 1557

Antimonium Auri examen & supplicium.

lorum, & in fusione tormentorum adhibetur. Regulus literis typographorum conducit, &c.

Paracelsus tomo 8. lib. 4. pag. 285. dicit: Elementum aquæ in Antimonio plures, quam decem, dulcedines habet, quod per institutam separationem innotescit, &c. paulo post: Decem dulcedines Antimonii, decem virtutes præstant, quas terra in decem herbas diuisas habet, quæ iunctim in vno Antimonio latent. Et sine huius distributionis cognitione medicus nullus ad solum medicinæ fundamentum penetrare potest. Tom. 6. lib. 3. pag. 209. ait: Antimonium suam inimicitiam in hoc ostendit, quod omnia metalla, cum quibus in igne liquefit, & cũ quibus miscetur, spoliat, aufert & prædatur, & præterea non absimiliter Sulphuri, suo fumo metallis genuinum & naturalem colorem furatur, & alium substituit.

Eodem tomo in li. 6. Archidox. pag. 48. inquit: Hoc videmus accidere plumbo & Antimonio, quorum hoc curat, leprosos, Morpheam, Alopeciam, & similia, scabies omnes & cicatrices Leoninam, Elephantiam, Tyriam, &c. quod plumbi seu Saturni magisterium non efficit. Quare proprietates huiusmodi notandæ sunt, quæ non tantum in magnis, verum etiam in minoribus quandoque latent abundantius. Rationem ergo hanc inuestigare pergamus, cur Antimonium plus virtutum habeat, quam suum metallum. Corpus nimirum eius fixum non est, & non satis in sui perfectionem digestum, vt Saturnus, vnde volatilem proprietatem assumit. Verum ipsa materia, ex qua nascitur spoliatiua est, & mundificatiua à naturali sua proprietate, quæ ita remanet incorrupta. Hinc fit vt Aurum & Argentum purget magis, quam ignis aut aliud Elementum. Indeque prouenit, vt corpus mundet ac purget, prout Argentum & Aurum ab omnibus impuritatibus suis per ipsum liberantur. Magisterium Antimonii Lepram expellit magis, quam de ipso credibile sit. Eodem tomo lib. 4. pag. 22. ait: Antimonii Quinta Essentia curat & lepram. Et paulo post: Antimonii Q. Essentia vltra ambas virtutes (curare lepram & spasmum) etiam mundat cutem, & corpus totum acuit ac renouat mirum in modum. Quamobrem tertium gradum obtinet. Eodem lib. pag. 23. dicit: Quis instruet nos vt cognoscamus quibus virtutibus Antimonii Q. Essentia pilos eiiciat, & nouos excitet?

Eodem

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 13 sur 1557

Eodem tom. Fragment. lib. 3. de vita longa cap. 6. pag. 167. inquit. Quemadmodum Antimonium purgat Aurum: ita purgat etiam corpus. Continet enim in se Essentiam eam, quæ nihil impuri relinquit in puro: nec vllus est vsque adeo in scriptis Archidoxeos peritus, aut tam insignis Spagyrus, qui vires & facultates Antimonii plene indagare queat, In prima enim Yle Antimonium adeo exaltatum & inter mineras Elementi aquæ prædestinatum est, vt facultas & virtus eius nullo diluuio instar cæterorum aqueorum crescentium imminuta aut absorpta sit, adeoque his omnibus Antimonium longe præstet. *Antimonii facultas quæ.* *Antimonii vires omnes imperscrutabiles.*

In prædestinatione illud ita se habet, vt se influentiæ accommodet, nulla facultate aut dote eius diminuta aut infirmata. Itaque ex omnibus mineralibus summi Arcani laudem obtinet. Hoc seipsum purgat, & vna secum etiam alia. Quod si nihil boni in subiecto reperitur, impurum corpus transmutat in purum, sicut de lepra notum est: quod vniuersum per Spagyricam practicam comprobatur. Sed vt virtutes eius præparare doceamus, iam diu absconditas, de quibus litera vnica, omnibus vestiæ professionis codicibus præstantior est: sciendum est, processu ipsum tali tractandum esse, vt nihil in sua illud forma dissoluatur. Forma enim, ipsius Arcanum est, quæ per Retortam transadigi debet citra omne caput mortuum, & ad tertium vsque Cohob deduci. Ita præparati Dosis est granorum 4. quale per se est, in Essentia Quinta Melissæ sumptorum. Plura Archeus terræ ei addere non potest. *Antimonii virtutis præparatio.* *Dosis Antimonii.*

Nunc ad præparationem eius Paracelsicam nos conferemus, qui sic ait: Tom. 6. lib. 1. de Mineralibus indigestis tract. 1. pag. 169.) Virtutes Antimonii, sunt in Morphea, Lepra, Elephantia, vulneribus & vlceribus.

Præparatio in speciebus lepræ est ista. Recipe Antimonii optime triti lib. j. Aceti destillati fortissime lib. iiij. Tartari crudi albi lib. semis. Reduc in puluerem subtilem, ad instrumentum Phiolæ, destilla per retortam, & exibit oleum rubeum, Nota: Antimonium alium subinde habet processum.

Si enim cum ipso morbus alius curatur, alia semper requiritur præparatio, vt alia in vulneribus, alia in lepra. Et sic in cæteris.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 14 sur 1557

Nam si vsurpares Antimonium in lepra, vt in vlceribus, esset maximum erratum.

Additiones Antimonii in lepra. Recipe huius Antimonii vnciam vnam, olei de fœcibus vini drach. j. olei amygdalarum amararum ad pondus omnium. Fiat mixtur. Si raucedo vocis abest, in septimana semel vel bis inungendum est. Si autem raucedo adest, nihil iuuat.

Præparatio Elephantiæ, est vt in lepra Antimonii.

Præparatio Antimonii in Morphea: Recipe Antimonii optime triti lib. semis, tartari calcinati, Aluminis ana. Fiat stratum super stratum, reduc in ignem reuerberationis vsque ad quartum gradū, deinde destilla, & exibit oleum per se rubrum spissum. Stratum super stratum est, quando series vna de Alumine & Tartaro, postea de Antimonio series alia ponitur.

Additio in Morphea: Recipe huius Antimonii vnciam vnam, cū Kist. id est Alcool vini, Tragaganti drach. ij. Mucilaginis consolidæ Regalis, seminis Psyllii, Gummi Arabici ana drach. ij. Fiat in modū vnguenti. In Alopecia & Morphea est vnus processus. Vnguentum illinendum est manenti in hypcausto, in septimana semel aut bis. Sic emerget crusta: quæ si deciderit, tunc cura cum isto vnguento. Recipe Sperniolæ, Camphoræ ana drach. j. semis, olei de cerussa, ad pondus omnium fiat vnguentum Post delapsam crustam locus hoc vnguento diebus octo illinendus est.

Præparatio tertia in vulneribus: Recipe Antimonii, Tartari calcinati, ana lib. semis, Alcool vini, Kist vnum. Fiat mixtura: destilla per alembicum vsque ad resolutionem. Rei: cuius Rei dissolutæ, recipe drach. j. Alkool vini drach. iiij. exsicca per coagulationem, reduc in oleum super Porphyrium. Nulla est præstantior cura in vulneribus, quam ex Antimonio, exceptis vulneribus capitis. Debet autem ita præparari, vt Antimonium tamdiu sursum destilletur, donec inferius aquosum sit.

Additio in vulneribus: Recipe huius Antimonii præparati drac. vij. Succi Tartari candi, olei Myrtillorum ana drach. quinque. Fiat mixtura. Hanc alternis diebus semel illine, & nulla accidentia, metuenda, erunt. Nota in æstate Camphoram adde quantum placet.

Præ-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 15 sur 1557

Præparatio Antimonii 4. in vlceribus. Recipe Antimonii, colcotar, floris æris, ana ad placitum, reduc S.S.S. ad gradum reuerberationis. Fiat extractio cum vino rubeo, reduc in Alcali. Hoc Alcali cum oleo oliuæ in vnguentum redige, & circa vlcera illine, curat maxime.

Additio in vlceribus: Recipe Antimonii huius præparati vncias tres, olei colcotarini vnciam semis, olei lentiscini, ad pondus omnium. Fiat vnguentum. Circum circa in vnguendum est: Sic non Cancrum, nec Elephantiam, nec Esthiomena curat. Oleum Lentiscinium est oleum ex cortibus de silere montano. Sequuntur nunc alię ac variæ ex Antimonio præparationes: primo autem eius examinabimus calcinationem.

Calcinatio Antimonii.

Calcinatio Antimonii: Recipe stibii electi libras 4. Salis præparati libras 5. pulueriſata misceantur: Et in vase terreo lato, plani fundi super fornacem reuerberii agitentur, spatula ferrea continue mouendo, spatio 5. vel 6. horarum, donec fumus cesset: Et stibium, fiat album & subflauum, (cauendum diligenter à liquefactione & fumo noxio) conterantur postea in puluerem, & Sal affusione aquæ calidæ & sæpius frigidæ eliciatur: quod exsiccatum & pulueriſatum, sublima per se in Aludele per 12. horas, vel etiam plures, igne nec nimis intenso, nec nimis remisso. Floribus collectis caput mortuum tere: & ad rubedinem, mensis spatio reuerbera: vase ita occluso propter cineres: vt ignis ab operatione debita, ne impediatur. Post calcinationem, Tincturam aceto radicato elice: & filtratione menstrui separatione, & circulatione cum aqua cordiali, vlterius elabora.

Notanda additio hæc in Authorem hunc: flores hic Author iubet colligere, vt forsan aliis vsibus eius reseruet: caput vero mortuum tritum, per continuam coctionem, in ignis gradibus ad rubedinem tandem figit, vt exinde Tincturam extrahat. At secus faciendum esse monet expedita ratio: Flores enim sublimati tanquam nobilior pars præ capite mortuo, in vasculo vel vitreo, vel terreo firmo, rotundo, sed oblongioris colli sunt beneficio graduum ignis tamdiu figendi, donec fiant instar rubini rubicundissimi. His affunditur acetum radicatum, sed destillatum, vt octo digitis emineat, atq; ita succedente tẽpore rubedo extrahitur,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 16 sur 1557

identidem repetitis aceti affusionibus, donec nempe omnis rubedo fuerit extracta: Deinde vniuersum acetum coloratum in arena vel cineribus à Tinctura extrahitur ea edulcoratur aqua communi stillatitia dulcorata Tinctura cum Alkohol vini coniuncta, digeritur vase clauso per 40. dies, tandem lenta admodum destillatione S.V. abstrahitur, Tinctura Antimonii pretiosissima in forma olei restitante. Eius Dosis est à guttis 3. ad 5. vel 8. Medicamentum sane ad restaurationem & renouationem totius corporis humani laudatissimum. In conuenienti vehiculo videlicet vino exhibitum: omnes vitiosos humores ex corpore pellit, & quidem sine euacuatione manifesta sola prauorum humorum correctione. Hepatis obstructionibus opitulatur, hydropem dissipat, Icteritiam curat, Morphæam & Lepram tollit, pro qua eliminanda nihil fere præstantius requiri potest. Lienem rectificat, lætitiam generat, scorbuto medetur, matricis dolores sedat, menses mouet, calculos frangit. Imo infinita alia etiam in deploratissimis morbis subsidia præstat.

Tinctura Antimonii.

Dosis.

Vsus.

Vires.

Alia stibii calcinatio: Recipe Antimonii electi, Salis decrepidati ana lib. j. trita, & simul mista reuerbera in crucibulo probe superne lutato, per 12. horas, ignem paulatim augendo. Vase refrigerato, toties aqua dulci ablue donec omnis acrimonia tollatur. Postea exsicca & tere; & cum Sale decrepidato aliquandiu in marmore tere, quod similiter per aquam dulcem remoto puluere exsiccatum ad vsum reserua. Dosis à scrupulo semis ad scrupulum integrum.

Calcinatio Antimonii etiam hæc est: Recipe Antimonii crudi libram vnam, Salis Petræ vncias duodecim siue ana, misce: & impone mortario ferreo ad latus posito: Vbi ea prius bene triueris. Deinde adhibito carbone viuo vel ferro ignito, aut spatula ignita accende: & subito, calcinabitur, quæ calx dicitur Hepar Antimonii: (quia Magnesia Philosophorum) Sal Petræ postea separa. Dicitur etiam Crocus metallorum. (à similitudine) Dosis, grana 12. ad 20. in infusione vini albi, aquæ Carduibenedicti, vel alio conuenienti liquore, in febribus maxime pestilentialibus.

Hepar Antimonii.

Crocus Metallorum.

Dosis.

Additio.] Hepar hoc Antimonii puluerisatum in aqua feruenti ebul-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 17 sur 1557

ebulliat, per horam vnam vel alteram (ter concoquendo) & fæces ad fundum præcipitabuntur, aqua v. colorabitur instar croci, quæ à fæcibus dum adhuc calet, decantata, & per lingulam bibulam seu chartam emporeticam transmissa, relinquatur per noctem, donec rubedo probe succedat. Hæc remotis aquis, sale petræ adhuc dum imprægnatis per euaporationem in sartagine reducendo, semel duntaxat aqua dulci edulcorata, & postea exiccata, exhibet verum crocum, quem vocant & crocum quidem metallorum, ex Martini Rulandi Cent. 5. Curat. 95. Crocum vero quia pene colorem croci adhuc dum in flosculis suis subrubescentis refert, metallorum crocum indigitant, quia communi opinione Hermeticorum receptum est, magnesiam Saturni, quam aiunt esse Antimonium, existere ens & radicem omnium metallorum. Eius grana sex aut duodecim macerantur, vel etiam vrgente necessitate ebulliunt in aqua, vel vino, vel cereuisia, vel hydromelite, aut alio liquore qualicunque, morbo ipsi conueniente, cuius colaturæ ab vncia semis ad vncias ij. bibitur, vel frigide vel calide. Appellatur Rulando aqua Benedicta: siquidem vt ipsemet fatetur, allegata curatione hæc ipsa cum maxima ægrorum salute, in omnibus morbis, vulgo etiam incurabilibus, propinatur aut per se aut aliis liquoribus immista: ceu sæpissime docent eiusdem Rulandi enumeræ è Centuriis curationes: mirificas possidet virtutes in tota bene medendi ratione 1. datur in capitis doloribus, sæpe ab impuritatibus ventriculi idem lancinantibus, in aq. Betonicæ, Buglossæ, Boraginis &c. 2. In tussi inueterata, asthmate, peripneumonia, angina, in aqua tussilaginis, violarum, hyssopi & similibus. 3. In omnibus ventriculi affectibus, cum aqua Carduibenedicti, Absinthii & Menthæ. 4. In Epilepsia, in aqua florum Pœoniæ, florum Tiliæ, Ceraso· Lauendulæ &c. 5. In Pleuritide tam spuria, quam exquisita, in aq. Cardui Mariæ aut rheadis siue papaueris sylvestris. 6. In Melancholia hypochondriaca, cum aqua capillorum veneris, vel decocto Ceterach aut Cuscutæ. 7. In febribus omnibus, præsertim quotidiana, in aq. Centauri minoris, Carduibenedicti &c. 8. In peste, vbi ab initio vomitus sunt accersendi, in aq. Carduibenedicti, Vlmariæ, fraxini &c. 9. In præseruatione ab arthridite, eiusque speciebus omnibus in aqua Serpilli, aut aqua hordei: Vide Pharmacop. Quercetani

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 18 sur 1557

pag. 107. & 330. 10. Insignis eius vsus est in Clysteribus, drachma semis vel drach. vna maceratur vel ebullit in aqua conueniente, aut vino, & colatura miscetur iuri vel decocto in s. q. vt inde fiat Clyster.

Vide Ios. Quercetanum pagin. 345. Pharmacopææ restituræ. Solet hæc aqua benedicta apud diuersos diuersas edere operationes: plerunque per superiora purgat, nonnunquam etiam succedentibus, vel etiam solis alui secessibus, quin etiam sudoribus aliquando simul, vel solis prodeuntibus. Nota: in mania, phrenesi, melancholia, applicatur superius capiti, moto prius somno, alias non purgat & aluum laxat, vt humores descendant. Item, si in aqua destillata velis crocum soluere, tum cum iis fac ebullire: in spirituosis vero libenter se soluit, vt in vini vel spiritu Cardui benedicti: pedes aliquando quis hac aqua benedicta lauit, & aluus laxata est: fit etiam ex hoc Croco aqua Ophthalmica, quæ si oculis applicatur, aluum etiam mouet &c. Hæc sufficiant de Hepate Antimonii, plura nunc audienda sunt, de Antimonii calcinatione.

Calcinatio Antimonii etiam hæc est: Teratur in puluerem, cribretur, lentoque igne admoueatur fictili fere plano, seu fixorio impositum, ac ferreo circa finem lato incuruatoque versetur assidue, ne in ignis liquefactu conglobetur. Quod si tamen præter spem eueniat, iterum vt prius contundatur in puluerem, ignique gradatim aucto superponatur, toties item reiterando, donec omnis fumus euanuerit, (quem tamen aliqui conseruare studeant) calcesque subalbicantes cineris colorem contraxerint. Vide Theophrast. Paracel. lib. 3. de vita longa cap. 6. Vbi apparet, quod eius corpus omnino integre debet conseruari in præparatione &c.

Vel sic fit secundum alium: Recipe Antimonii siue Reguli Antimonii per se facti, Salis nitri ana, calcina simul, & tum cum tantundem salis nitri calcina, hoc reitera adhuc bis, postremo dulcificetur, cum aqua. Dosis drach. ß. ad integram, etiam plus, secundum morbi exigentiam.

Nota aliqui asserunt stibium esse masculinum & fœmininum: Masculinum dicitur, cui nihil nigredinis inest, friabile, lucidum,

non

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 19 sur 1557

non durum vel fractu contumax, sed contusu facile, in minimas particulas dissiliens, longos habens radios. Fœmininum autem est durum, & fractu contumax. Nunc de fusione & vitro Antimonii.

Accipiunt aliqui partem j. fœmin. & part. ij. Masculini calcinati vt supra, contundunt simul, & postea imponunt crucibulo, crasso forti, superposito igne fortissimo, donec liquefiant, neque vllum relinquatur ex crudo Antimonio nubeculæ subnigricantis vestigium: postremo super lapidem guttatim effunditur post calcinationem præfatam, Recipe Antimonii, impone crucibulo, donec per se & non nimium calide dissoluatur, id quod dissolutum est quaque vice effunde, tunc clarissimum rubeum colorem habebit, sed oportet paulatim dissoluere paruo igne, alias induceret colorem rubeum obscurum nigricantem. *Fusio Antimonii.*

Alii calcinant Antimonium, vt supra, donec sit cineritii coloris, deinde ponunt in crucibulum paruum inter carbones, vt bene sit tectum, liquefit per mediam horam, aut tres horæ partes, flando interdum follibus, tandem effundunt super tegulam.

Alii ponunt Antimonium calcinatum vt supra, in crucibulum, ac in ignem non nimis fortem, donec per se liquefiat, & id quod fusum est, effundunt statim. Tunc iterum imponunt crucibulum in ignem, & id quod liquescit, statim effundunt vt ante, & sic procedunt, donec totum Antimonium sit liquefactum, & successiue effusum. Sic omnium erit rubicundissimum. Quia si totum simul liquesceret forti igne, & postea totum effunderetur, tunc eius rubedo esset nimis obscura, & declinaret omnino ad nigredinem. Vsus eius in medicina. Aliqui puluerem eiusdem subtilissimum in vino per noctem vnam dissoluunt, & hunc liquorem ægrotis exhibent.

Theophrastus facit suum Antimonium pulchrum & rubeum supra omnes alios: Ipse autem illud calcinat, vt alii, semper mouendo absque fusione omnino, donec album euadat, deinde in crucibulum collocat, & igne non nimis calido per se dissoluit, & id quod soluitur, quaque vice effundit caute, & pro-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 20 sur 1557

propterea adeo purum & clarum existit. Nam si effunderetur totum simul & semel forti igne, tunc euaderet in colorem rubeum obscurum, imo fere totum nigrum: Dosis 6. grana.

Vitrum Antimonii vulgare.

Vitrum Antimonii vulgare sic fit: Antimonium crudum in crucibulo fusum si intingantur baccilli ferrei frigidi adhæresci, ita totum extrahatur per baccillos ferreos: iterumque fundatur & per baccillos extrahatur: idque aliquoties fiat, & abibit in vitrum nigrum.

Vitrum Antimonii artificiosum.

Optimus modus parandi vitrum Antimonii hic est: si primo per se calcinetur Antimonium, & deinde etiam per se fundatur intenso igne. Calcinatur inter se per horas tres vel 4. ad summam fixitatem, & non mediocrem albedinem, si in patina figulina igni imposita, continue baccillo ferreo agitetur non curando si fluat, aut in grumos excrescat Antimonium (melius tamen est & citius absoluetur calcinatio si id ignis regimine & diligenti cum baccillo ferreo versatione præcaueatur, quod facilius fiet, si non nimium Antimonii vna vice sumatur) donec tandem redactum sit in puluerem subalbidum, qui prunis iniectus nullum amplius fumum emittat. Ex lib. j. Antimonii, habebitur libra semis vel lib. $\frac{3}{4}$. calcis huius, prout bonum fuit Antimonium. Ex hac calce si coquatur in aqua, Sal Antimonii extrahitur insignium virium (si igniatur atque iterum coquatur inque aqua coquatur plus elicietur salis) sed libra vna calcis vix suppeditat vltra drach. vnam salis huius. Ex restante calce nihilominus vitrum conflari potest, nihil impedit salis extractio.

Sal Antimonii.

Infusio Antimonii Bezoartica.

Calci huic (ex quo sal nondum est extractum) affunde spiritum vini sine aliquandiu extrahere (primis diebus subinde baccillo misceantur, alias admodum arcte in fundum compingitur calx Antimonii) deinde depleatur spiritus vini, vsuique reseruetur (iniecto si placet sudorifico aliquo Bezoartico) & habebis egregium Bezoarticum sudoriferum expertarum virium in peste. Dosis huius spiritus vini infusi cochlear j. aut ij. (ex restante calce confletur vitrum Antimonii) vitrum Antimonii à vino Maluatico in totum dissolui potest, quod purgat tantum deorsum.

Dosis.

Vitrum Antimonii cũ Auro.

Vitrum Antimonii cum Auro: Recipe Auri partem j. Antimonii optimi vel reguli eius partes xvj. (etiam minus) funde simul in massam, cauendum ne Aurum separetur ab Antimonio & dependat

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 21 sur 1557

dat in regulum, sed videndo vt sibi maneant permista, calcina vt supra Antimonium fuit calcinatum: & funde in vitrum, quod erit rubeum transplendens: restare solet post vitrificationem paruus regulus, qui vel coram folle difflari potest vt secedat Antimonium ab auro, vel addito recenti Antimonio & calcinando eodem modo in vitrum redigi. Vitro huic tuso affundatur spiritus vini fidelissimi, & per aliquandiu extrahere, donec flauescat, hic spiritus vini non est naturaliter purgatiuus, sed vomitiuum sed sine nausea & vomitu sudores mouet, curat Luem Veneream, Hydropem, Podagram, Epilepsiam &c. Quidam affirmauit se hoc vitrum per acetum destillatum extraxisse, destillando acetum separasse, restantem puluerem flauum bis vel ter cum S. vini extraxisse, iterumque in puluerem flauum coagulasse, eaque dosi vnius grani centies felicissimo successu Luem Veneream curasse. Ita ex Luna & Antimonio fit vitrum &c.

Vitrum Argenti.

Libauius lib. 2. Alch. tract. 1. cap. 23. pag. 68, & 69. sic inquit de Vitro Antimonii. Stibium seu Antimonium pro variis scopis in varia transit vitra. Prima secundaue fusione cum sale petræ statim potest vitrescere, si probe sinas liquefieri, & effundas in peluim. Sed hoc vitrum nigrum est primo aspectu, tritum erubescit. Aliquando si elotum prius diligenter Antimonium est, etiam mox integrum erubescit. Vim habet Diaphoreticam, potestque inde extrahi Tinctura rubea. Si sapius vres calcinesque, vt spiritus infuscantes secedant, etiam perspicuum & purgans, sed modo citrinum, aut aureum, modo rubicundum, modo subobscurum ex parte virideſcens &c. euadit. Vidi & nigrum fere, & cinereum Adiaphanum, quod item purgat. Hoc si amplius elaboretur, tam mitescit vt saltem sudorem mouere possit. Vitrum autem purgans vulgatum, quanquam multis fiat modis (quiuis enim fere sua nititur experientia & in re mutabili admodum, ipse quoque se mutat, ne cum aliis videatur consentire, sed aliquid præstantius scire) tamen hoc potissimum à peritis solitum est concinnari. Stibium habens venas subtiles, oblongas, fissas, lucidas, in ruptura ad citrinum declinantes, abiecta parte spumosa, tritum in puluerem subtilem, macerantur aceto aliquoties mutato, ita vt exiccetur irrigatum, irrigeturque vicissim. (potest etiam elui muria aliquoties & tandem aqua dulci, vt à fumis noxiis probe purgetur.) Ita præparatum coniicitur in lebetem quadrangulatum fundi plani, vel ollam non vitratam (potest ex argilla formari eiusmodi catinus planus quadratus) vt tertia tantum pars expleatur. Locatur super tegulis constanter seu immobiliter, ita vt subtus adhibeatur ignis: (fornax extem-

extemporaria ita componatur, vt inferius sit focus, in summo lebes in morem reuerberatoriæ aut fusoriæ.) Administrari vero hoc debet sub dio, vt fumus in liberum exhalet aerem: (vel si flores vna expetis, dispone sub galeis vel ollis desuper imminentibus, aut modice ad latus inflexis, quo possit fumus ingredi.) Da ignem initio paruum, mox maiorem. Sit ad manum rutabulum seu spatha in extremo reflexa, prolixi manubrii, vt ea eminus vti possis. Hanc immitte in puluerem, & continuo agita versaque hinc inde, cauens tibi à fumis sulphur. arsenicalib. hydrargireis, qui solent plerumque vna esse, (vt sis tutior præbibe haustum vini in quo Zedoaria sit infusa) Agita donec concrescat in Nodos. Tunc remoue ab igni, & à vase abrade, tere, iterumque ad ignem pone, procedens vt ante. Hunc laborem repete 10. vel circiter, donec micantia corpuscula amiserint splendorem suum, nec amplius stibium calcinatum super igni fœteat, aut fumiget, etsi pruna inspergatur: Vel donec simile sit cineri subalbicanti (alii subrubicundo) vel funde illud & immisso bacillo ferreo explora eius vitrificationem, & splendorem, num videlicet transplendeat more vitri, colore rubente vel aureo, prout placuerit. Quod si nondum placet, nec Diaphanum est (quanquam non semper perspicuitas curetur, modo compactum sit, & veluti ferrugineum) redditur igni & agitatur vt ante, donec signa quæsita appareant, seu instar albi cineris euadat. Tunc etiam solet inter versandum subito fumum emittere, eumque supprimere vicissim. Elue tunc aqua feruente tertium, vt sal secedat. Si quid innatat, abstrahe. Puluerem sicca super igni paruo. Huius partem vnam iniice, in catinum fusorium ignitum (nonnulli addunt ad selibram præparati Stibii Chrysocollæ factitiæ semunciam, vel salis gemmæi drachmam) funde fortiter, vt sit instar aquæ igneæ, neque tamen comburas. Catinus autem sit tectus, stetque super pedamento lateritio firmiter, cum mobili operculo, vt eo remoto inspicias num satis fluxerit. Si respondet iudicio tuo fluxus, effunde statim super peluim aneam, vel marmor circa oras obuallatum & vitrum erit. Hoc si non pellucet ad libitum, tere, iterumque funde, vt ante, idque poteris vel secundo vel tertio repetere, quoad placuerit. Ignem autem fusio requirit validum. Fit enim pertinax more aliorum vitrorum. Quo diutius in igni manet: eo rubicundiorem accipit Tincturam. Ita etiam diminuitur quantitas, vt ex libra vna vix supersint vnciæ quinque (quanquam enim ratio Magisterii totius mutationē requirebat, eaq; fieri fere poterat: tamen propter vsum non curatur damnum.) Hoc Diaphoreticum euadit, si puluera-

ueratum maceres ſæpe aceto, ſæpeque fundas: vel ſi lauor eius aliquoties abluatur aceto deſtillato: tandemque aqua pluuia, & reſiccetur, non purgat vehementer nec vomitu, nec aluo, ita vt pueris poſſit dari tuto. Inter fuſionem dum fluit; nonnunquam ſcoriæ abſiſtere ſolent, eæ ſi mouentur, & cum ſale petræ calcinantur iterum, donec liqueſcere in cella queant.

[Additio eius: Nonnulli inter duas ollas quater eliquant, & in vitrum fundunt. Aliqui fundunt cum ſale petræ, quem potiſſimum addunt cum diffi-culter fluit. Interdum vbi cineris faciem aſſecutum eſt, miſcent ad ſelibram ſtibii Cryſocollæ, & ſtibii crudi ſingulas vncias. Alii ſacharum candi immittunt iam fluenti, vel ſalem vulgarem &c. Eſt qui calcinat ad canitiem donec non amplius fumet. Puluerem macerat ſpiritu vini ad duos digitos affuſo per horas 24. Spiritu per lacinias ſubtracto calcinat iterum ter vt ante. Poſt adiecta vncia boracis ad cal. quæ è libera ſtibios ſupereſt, in catino cum pertuſo operculo eliquat, deſpumat cum rubeo cupro & fundit. Si non translucet, denuo fundit: Hactenus Libauius. Fuſiones vitri Antimonii in variis coloribus, pete ex Baſilio: ſequuntur Electuaria cum vitro Antimonii.

Electuarium Antimonii Crollianum: Recipe vitrum Antimonii fuſum Sole & Luna in Aquario ſeu piſcibus exiſtentibus: iteratur ſubtiliter aliquoties affundendo acetum deſtillatum, & iterum exiccando in cineribus: ſic habebis maſſam albam, quam in puluerem teres. Huius puluerisſume vncias duas, Theriacæ Andromachi tantundem, Nucis Muſcatæ drachmas duas, Maſticis tantundem. Corticum Arantiorum, Corallorum rub. præparat. ana drachm. ij. Caryophyllorum, ſem. Fœniculi, Coriandri præparati ana vncias duas. Puluerisentur optime & commiſceantur, fiatque cum myua Cydoniorum q. ſ. maſſa, de qua formentur pilulæ in forma piſorum; vires eius ſunt tales: Mirabiliter operantur in Peſte, Quartana, Hydrope, longis & obfirmatis morbis, diuturnis putridis febribus, Cachexia, Melancholia, Inſania, Delirio, Venenorum hauſtorum ſymptomatibus. Debiliori datur pilula vna: Fortiori duæ, habita ratione ægrotantis virium. *Electuariũ Antimonii Crollianũ.* *Vires.* *Doſis.*

Electuarium de Antimonio, Theophraſti Paracelſi: Recipe An- *Electuariũ*

timo-

Antimoniatum Paracelsi.

timonii præparati ad colorem Hyacinth. vnciam vnam, spec. lætificantis Almonsoris, de Gemmis ana drach. ij. Masticis, Zedoariæ ana scrupulos ij. Camphoræ scrupulum vnum semis; Fiat ex his omnibus puluis, incorporetur diligentissime in mortario cum vnciis sex Theria. Andromachi, deinde cum pistillo quo vsque fiat Electuarium agitetur. Dosis in adultis drach. semis, iuuenibus scrupulus vnus cum vino. Nota, quando operationes suas per inferiora est executum, postmodum æger decumbat lecto & sudet, nam mouet vltimo sudorem.

Cathartic. Antimoniale.

Catharticum tam ἄνω quam κάτω, cum Antimonii Vitro. Recipe Mannæ vnciam semis, Masticis grana ij. Antimonii præparati grana tria semis. Misce ciet vomitum & sedem bis in vna hora, sine turbatione stomachi.

Pomum purgans odoriferum.

Quando recipimus Balsami sicci vncias tres, Vitri Antimonii optime pulverisati, vncias duas semis, Ambræ Grisææ scrupulum vnum, exinde miscendo facimus pomum odoriferum purgans.

Quidam dicunt quod ex Vitro Antimonii, cum aqua Limonum extracti, constet aqua Benedicta Rulandi: puluis vero restans sit Crocus Metallorum: Hoc negant quidam, & inprimis author huius sequentis processus, qui sic est syncerus.

Aqua Benedicta Rulandi.

Recipe Antimonii Electi, salis communis & salis nitri ana partes æquales, tere minutissime & misce: postea in catino probe luto obstructo, ita tamen vt operculum in medio perforatum maneat, commissuris ante omnia rite exsiccatis, expone igne venti, vt simul bene fluant, qui fluxus tamdiu concedendus est, quamdiu ex operculi relicto foramine fumus eleuatur. Hic nō quiescente nempe fumo indicium fit, calcinationem recte institutam esse. Eo vero durante pergendum, donec signum hoc in promptu fuerit. Quo apparente ignem valentiorem ad quadrantem horæ continua, tandem vas exime, quo frigefacto inuenies Antimonium in fundo instar reguli à supereminentibus salibus sequestratum. Hunc regulum à salibus probe remotum in puluerem rubicundum tere, eius vncia vna in vini generosi libris 4. & aquæ Serpilli libra vna, coniice, ac bene obturato vase relinque in calido, donec vinum sub aureo colore tinctum sit, postea puluere separa, ac simili modo

Infusio.

cum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 25 sur 1557

cum nouo vino & aqua ſerpilli eiuſdem ponderis extractiones repete, quas in infinitũ, & non abſumpto pondere ipſius pulueris, quod mirum, continuare poteris. (Si infuderis cum vino Maluatico, non mouet vomitum, ſed leniter purgat per inferiora. Sumendum autẽ vinum album pro vomitorio.) Doſis eius drach. vna ad duas in vehiculis appropriatis exhibita, mirificas virtutes in tota bene medendi ratione habet. Puerulis vix exhibetur ſcrupulus ſemis, interdum etiam grana tantum 15. Vſus eius eſt. 1. In omnibus ventriculi affectibus, datur cum aquis Carduiben. & Menthæ, vel etiam cum aqua pulegii cum aqua Menthæ. 2. In febribus omnib. præſertim v. quotidiana cum aqua Centaureæ minoris & Menthæ exhibitum 6. horis ante paroxyſmum. 3 In pleuritide tam ſpuria quam exquiſita in aqua cardui mariæ. 4. In Tuſſi inueterata, Aſthmate, peripneumonia, orthopnæa, Angina, in aqua Tuſſilaginis, Hyſſopi, violarum & ſimilium. 5. In capitis doloribus ſæpe ab impuritatibus ventriculi cerebrum lancinantibus cum aqua Betonicæ. 6. In peſte, vbi ab initio vomitus ſunt accerſendi in aqua Carduib. vel Vlmariæ. 7. In melancholia Hypochondriaca, ſed ſeceſſus parit, intra tamen 14. vel etiam plures. 8. In præſeruatione à Podagra in aqua ſerpilli aut hordei. 9. In Epilepſia qualicunq;, in aqua Pœoniæ vel florum Tiliæ. 10. In coagulatione ſanguinis vbicunque in corpore humano fuerit, cum aquis cerefolii vel bellidis minoris: ante ſuppurationem.

Doſis.

Vſus.

Hactenus ille: Ioſeph. Quercetanus in Pharmacop. Dogmat. reſtituta cap. 16. pag. 237. & 238. ſic ait: Reperiuntur adhuc quinq; aut ſex alia vomitoria (præcedens ex familia vegetabilium depromptũ eſt) in Centuriis eiuſdem Rolandi, quæ ex metallico genere deſumpta videntur, quorum præcipuum eſt aqua illius Benedicta, cui tribuit plurimos & admirandos affectus, quos in perſanandis diuerſis affectibus, & præſertim in pleuriſibus, ſiue vermibus complicatis, ſiue aliis, expertus eſt. Remedium hoc appellat vomitorium ruptorium: rumpit enim & aperit abſceſſus & apoſtemata, in quæ plerũq; & prompte degenerant inflammationes. Eodem etiam vtitur in cura anginæ ſiue ſcinantiæ. Vide cent. 1. curat. 14. ſiue c. 14. cent. 2. ca. 52. 53. 62. cent. 3. cap. 18. cent. 4. cap. 11. & 16. cent. 9. cap. 14. 35. 36. Vbi ſimul inuenies annotata, nomen, locum, ſexum & ætatem eorum, quos ab eiuſmodi deploratis pleuriſibus reſtituit, imo breuiſſimo tem-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 26 sur 1557

tempore, ante ſeptimum videlicet diem, & plerumque citra ſanguinis miſſionem. Sic in poſterum, vbi vſus huius generis remedia forte expoſtulat, ille enarrata ſua contentus eſt aqua vomitiua purgatiua, aut vomitorio ſuo ruptorio, vt vocat. Alibi eadem aqua Benedicta; plurimos grauiſſimos morbos feliciter percurat, veluti dolores & inflammationes ventriculi, Icterum, Febres Tertianas & Quotidianas. Cent. 1. cap. 8. cent. 2. cap. 31. 34 65. Et videre quis poteſt in cent. 9 cap. 51. quam mirifice prædicet eandem ſuam aquam benedictam, & ſimilia vomitiua purgantia, tam ad præſeruationem, quam ad curationem ipſius Podagræ.

Spiritus Aureus. Vtitur præterea alio vomitiuo, quod ab eo nominatur Spiritus Aureus, quo facilime & laudabili cum ſucceſſu curauit duas fœminas: quarum vna ſexaginta annorum aut circiter fuit, altera quinquaginta: Illa Hydropica, Icterica, Aſthmatica: Hæc vero Aſtmate ſuffocatiuo & læthali conflictata. Has curas annotat in cent. cap. 25. & 35.

Aqua Terræ ſanctæ. *Calix vomitorius.* Apud eundem Rulandum aliud adhuc habetur vomitiui genus, quod ſudorificum eſt, idque nominat aquam Teriæ ſanctæ, quas elegantia quoque & ſingularia percepit experimenta in Epilepſiis, ſtranguriis & Iſchuriis. cent. 4. cap. 31. 33 Ibidem etiam ad curam omnium febrium intermittentium calix quidam Chymicus occurrit parandus, (vt arbitror) ex vitro Antimonii, vel calce plumbi cum ſilicib. vitrificata, quæ in typum quendam effuſa, in calicem ſiue vaſculum quoddam effingitur: In quo per noctem macerentur vel vinũ vel alius quidam liquor ad vncias iiij. vel v. q̃ poſtea potio bibenda mane exhibetur: qua hauſta prouocatur vomitus multo benignior quam ab Antimonii vitro. Et notandum eſt, quod huiuſmodi vaſculum, ad eundem vſum ſemper aptum & idoneum permaneat, citra ponderis ſui vitiumque deſcriptionem. Tandem adhuc aliud vomitiuum in eodem Rulando ſe offert, quod eſt ipſius crocus metallorum, de quo accipit ſolummodo ad Piſi magnitudinem, quod macerat per 24. horas in 4. aut 5. vnciis vini albi: omnia colat & exhibet. Hoc nominat purgatorium vomitiuum Pantagogum: Vtitur eo contra Anorexiam apepſiam & ſpaſmum. cent. 5. cap. 13. Hic enumeratus Crocus metallorum, niſi fallor, Baſis aquæ eius benedictæ: Equidem meam inde concinnare ſo-

leo

leo, quæ paulo post sequetur. Aqua ipsius Terræ Sanctæ vomitiua sudatiua, spiritus item eiusdem aureus vomitiuus purgatiuus, sunt, opinor, remedia metallica, ex Mercurio nimirum & Antimonio rite præparata: Ex quibus peritus medicus elicere nouit vomitiua, quæ virtute sua vsque ad radices & mineras mali penetrant, & nihilominus tamen minus noxia & pernitiosa sunt helleboris istis antiquis, olim tam celebratis & vsitatis remediis.

Aqua Benedicta Quercetani.

Aqua Benedicta Quercetani hæc est: Recipe Magnesiæ Saturninæ Opalinæ, & pellucidæ, & lapidis vel salis prunellæ ana: misceantur, igniantur & calcinentur calcinatione philosophica: Magnesiam inuenies calcinatam & coloratam instar Hepatis, quam dulcorabis & vsibus reseruabis. Puluis hic erit instar alicuius Croci, eique nomen Croci metallorum vere competit, siquidem Magnesia, à qua originem traxit, est metallorum radix & primum ens. Eius accipe vnciam vnam, aquæ Cardubened. lib. ij. vel tres, Cinnamomi vnciam semis, macera omnia per biduum aut triduum: dein transcola, & vsui reserua hanc aquam, quæ iure optimo meretur nuncupari aqua Benedicta. Insignes enim & mirandos edit effectus, de hac sume vnciam vnam semis, aut amplius, horis matutinis; non est ingrati saporis: blande prouocat vomitum, & quatuor vel quinque sedes euacuando per superiora & inferiora simul, quod vix præstabit aliud remedium. Vsurpatur etiam felicissime, ad omnis generis febres, etiam pestiferas: pleuritides item, aliosque deploratissimos affectus, qui ob radices profundius validiusque infixas, vix subigi & edomari possunt: Hæc Quercetanus, porro ad alias ex Antimonio confectiones.

Syrupus Antimonii.

Syrupus etiam præstans vitri Antimonii fit in hunc modum: Recipe vitri Antimonii, hoc est sine Borace, aut alio fluore præparati, & ad rubedinem perducti drachmam j. infunde vini albi generosi vncias sex, aquæ Rosarum vnciam vnam semis, pulueris Cinnamomi drach. duas & relinque 24. horas in loco calido, vase probe obstructo, postea cola, in colatura dissolue Sach. albissimi vncias octo, fiat lege artis ad mediocrem consistentiam Syrupus. Dosis est drachm. iij. ad vj. absorpto paulo post iusculo Gal-

Dosis.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 28 sur 1557

Gallinæ vel carnium ſine ſale & pane parato, id quod etiam in exhibitione aquæ Benedictæ factitandum. Hoc Syrupi tolluntur feliciter omnes colici dolores ad pareſin tendentibus. 2. Eodem catharri ſuffocatiui plerumque pulmones & cor delapſi, mirifice exterminantur: Si præſertim capitis poſtea ratione habita & fluxus ſiſtantur & cerebrum confortetur, & Catharrum ſuſpendet. Nota: Medicamenta Antimoniata apud diuerſos diuerſas operationes edunt, plerunque v. per ſuperiora purgant, nonnunquam etiam ſuccedentibus vel ſolis alui ſeceſſibus, quin etiam interdum ſolis ſudoribus prodeuntibus.

Vſus.

Correctio vitri Antimonii.

Vitrum etiam Antimonii nonnulli corrigunt in hunc modum: Recipe Antimonium vel calcinatum vel vitrificatum, reducatur in Alkohol, & in ſcutella fictili Bellonacenſi ponatur, ſuperaffuſo ſpiritu vini quater rectificato, agitetur, incendatur, ita vt conſumpto toto vini ſpiritu Antimonium ſiccum remaneat, operatio 3. vel 4. reiteretur, demum Antimonium lauetur cum optima aqua Roſacea & ſiccetur. Purgat leniter ſed in maiori Doſi.

Extractio vitri Antimonii ſolummodo per ſeceſſum operans: vitro Antimonii contuſo ſuperfunde oleum ſuccini, vt fiat eius extractio; cuius extractionis (non ſeparato oleo) Doſis eſt 4. aut 5. guttæ. Mouet 4. aut quinque ſedes ſine omni moleſtia.

Item nota: Recipe vitri Antimonii quantum vis, tere cum æquali copia Sachari candi, miſce ac pone in crucibulo, igne aperto, permitte fluere, donec confluat in maſſam vnam vitream, & hoc fac ter vel quater, ſemper nouum Sacharum accipiendo, ſicque vitrum Antimonii tranſparentiſſimum ac rubicundiſſ. Huius vitri extractum leuiter purgat per ſolum ſeceſſum.

Alius ſic præparat vitrum, cuius partem vnam retinet in modo corroſiuo, alteram ſublimat: Recipe Antimonii crudi libras duas vel tres: contere ſuper lapide minutiſſime: contritum immitte in fictile latum, non obductum vitro, atque admoue ad lentum ignē, vt ita mundificetur, ac agitetur continue, cum ſpatula ferrea, vel cochleari ferreo, donec incipiat veluti conglobari: Tum remoueatur, & rurſus ſuper lapide, vt ante cōminuatur iterumq; igni admoueatur: fiatq; hoc per tot vices, donec puluis cineris ſubalbidi formam adipiſcatur, poſtea immittatur in crucibulo Aurifabrorum, & cooperia-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 29 sur 1557

periatur, inque copiosum ignem imponatur, atque ita obruatur, vt carbones trium digitorũ altitudine excedant ipsum crucibulum: Ita liquabitur, & coquetur sufficienter inter dimidiæ horæ spatium: postea eximatur, & in pelui Aurichalcea tenuiter diffundatur & refrigeretur. Et habebis vitrum Antimonii, quod hyacinthi instar pellucet. Dimidia pars vitri ponitur in cucurbitam, cum septem vasis superimpositis, & sublimabuntur flores albissimi qui sunt corrigendi. Altera pars datur à granis 3. ad 9. cum æquali mensura Gummi Tragacanthæ, & Sachari sufficiente quantitate, in forma vel tabularum, vel Electuarii, vel pulueris, &c. Tertiana febri à stomacho laborantibus prodest, nec non colicis.

Nonnulli Antimonii vitrum extrahunt cum aceto, fœces vicissim fundunt in vitrum; & hoc aliquoties repetita rectificatione fit tandem instar Crystalli albissimi.

Nota, extractio vitri Antimonii vel florum eius cum oleo Vitrioli facta corrosiuo, per secessum tantum & non per superiora operatur.

Nonnulli recipiunt Antimonium ad formam Hyacinthi, præparatum, id est vitrum, hoc pulueriſant, & cum æquali quantitate Boracis rursus fundunt in formam virideſcentem, Tincturam deinde cum vini Alkole extrahunt, extractum hoc feliciſſime propinant ac comendant, purgat tantum.

Vitrum Antimonii ex mineræ.

Vitrum Antimonii ex Minera: Recipe mineræ Antimonii, & Vitrioli puriſſimi ana: pulueriſentur optime ac miſceantur: commixtis quam probe crucibulum adaptatum ad ignem circulationis ad excandeſcendum, ignito ſatis, iniice de tua mixtura part. j. decrepidato, alias & partes iniicito, vſque dum totam mineram impoſueris: Hæc decrepidatio relinquit pulueren aliquem, ex quo igne fuſionis & lege artis confice vitrum, probando cum ferro, & effundendo in peluim æneam (excalefactam ante) vt ſcis. Huius vitri extractio fieri debet, cũ proprio ſuo aceto in ſex ſeptimanis: hoc tempore elapſo, acetum iterum abſtrahitur vt relinquatur puluis, hic cum ſpiritu vel Alkohole vini eſſenſificatur; ac denuo extrahitur; Ad Panacæam ſic volunt quidam debere procedi cum hac Q. Eſſentia. ℞. extractionis lib. ij. ſalis Antimonii vncias quatuor, circula per menſem in vaſe clauſo, ad vnionem ſalis cum eſſentia, deinde à fecibus

Extractio.

Panacea Antimonialis.

cibus separa, & primo lente destilla S. V. In Balneo: & vicissim pulueris remanebit, quem igne destillabis violento & aperto, in oleum rubicundum, pellucidum, ac Diaphanum: Hoc adhuc semel rectifica in Balneo vt purificetur, Recipe iam partem j. Mercurii Antim. (per oleum vitrioli præcipitati) superfunde huius olei partes iij, in phiola manda ad Athanor, & primo nota vt redigantur in vnum oleum, & postmodum per continuum philosophorum ignem conuertantur in puluerem fixum ac miraculosum: hic dicitur ab Artistis lapis ignis. Plura de vitro Antimonii vide apud Basilium.

Lapis ignis.

Regulus Antimonii per se.

Regulus Antimonii siue Domini medicinæ, prout eum Basilius vocat: Recipe Antimonii, Salis Petræ, Tartari, ana libram vnam tere: & misce, dein colloca crucibulum manus inter prunas accensas, vt candeat. Tum iniice cochlear ferreum puluerum: & statim operi, donec fumus cesset. Postea amoto cooperculo, nouos pulueres iniice & claude: ad finem vsque ita continuando. Tandem da ignem fusionis, & crucibulum moue, vt regulus petat fundum. Crucibulo frigefacto, regulum à fecibus separa, & serua.

Vel etiam sic fit ab aliis. Recipe Antimonii libram vnam, salis nitri vncias duodecim, Tartari vncias octo, puluueris carbonum, Manip. j. Aut recipe nitri & tartari in prædicta quantitate, detonet prius: Hunc puluerem cum manipulo puluueris carbonum, admisce Antimonium, & crucibulo per se fiat regulus.

Sulphur Auratum Diaphoreticum.

Ex fecibus autem horum regulorum qui sic fiunt, fit Sulphur Auratum Diaphoreticum, hunc in modum: Recipe feces reguli, vt supra, præparati: eas; reduc in lixiuium per digestionem vel ebullitionem, illudque calide per chartam emporeticam traiice. Huic lixiuio frigefacto, adde parum aceti destillati, & videbis Crocum Auratum paulatim petere fundum, separa lixiuium per inclinationem, & prædictum Crocum multis ablutionibus dulcoratum, & desiccatum seorsim collige, qui admirabile erit sudorificum, & sanguinis mundificatiuum, multis morbis depellendis aptissimum. Dosis à scrupulo semis ad integrum.

Ioseph. Quer. in Pharm. restituta Dogmatica pag. 442.

Regulus Antimonii stellatus.

Regulus Martis stellatus: Recipe Apicum clauorum equorum, (vel quos vis clauos ferreos mitiores) libram semis: Antimonii libram vnam, candefac Martem in crucibulo: ante follem vel in anemya, i.e. furno vent. Cui Antimonium adde tritum, & cooperi: Dando

ignem

ignem fusionis, quod experieris per baculum ferreum immissum, plenariam fusionem explorantem. Postea iniice per vices vncias duas nitri, antea paulatim excalefacti: Tandem proiice in conum fusorium, seuo vel cera intus illitum: Marginem coni fusorii superiorem leuibus ictibus malleo tunde, donec postmodum requiescens ad fundum regulum mittat. (Cera conducit ad regulum solarem, adhunc vero seuum,) à scoriis separatum denuo in crucibulo funde: Cui adde vnciam nitri, per vices vt supra, & proiice in conũ. Hoc quater quinquies vel sexies repete: donec Martis regulum habeas stellatum, vbi notandum est: Solet tertia vel saltem quarta fusione in superficie reguli, qua is scoriis coniungitur, stella quædam radiis suis, quibus vulgo pingitur tam affabre interdum fieri, vt Geometræ haud possibile fuerit tanta dexteritate eundem effigiando producere, quod si tertia vel quarta nõ prouenit, vix quinta aut sexta eam formaueris indicio certo non secundum amussim in prioribus processum esse: Obserua autem vt si quando velis fundere regulum, vt id peragas cœlo sereno.

Reguli huius vsus varius est. Inde enim flores & alia fiunt: Qui metallorum transmutationibus student, se ab huius expedita fabricatione, non inanem operam esse consecutos gloriantur. Feces reguli si in cella soluantur, & postea destillentur per retortam, prodibit oleum, quod Aurum destillat per alembicum. Insuper etiam nota de Fumo Antimonii: Hic non omnibus idoneus complexionibus, & præsertim phlegmaticis ac melancholicis, sanguineis vero & cholericis nullo modo nociuus.

Nota

Flores reguli Antimonii.

De floribus autem ex regulo nota; quod hi facilimo modo ex eo eleuari possint vel per se, ita & intra corpus possint exhiberi, si fuerint correcti cum aliquo vehiculo appropriato: Vel per Sal commune, ita flores fiunt albi: Vel per Salem Armoniacum, & hoc modo fiunt rubei, &c. si ad artem velis adhibere medicam salem inde edulcora & essentifica, sic Antimonium euadet in restauratiuum non solũ modo totius corporis, verũ & restauratiuum omnium vegetabilium ac metallorũ. De florib. Antimonii ex regulo sic inquit Dũcanus Bornettus in Iatrochymia nostra pa. 91. & 92. dũ inquit: Flores cõficiuntur duplices. Quidam n. sola sublimatione ex regulo absq;

vllo additamento emergunt, qui albiſſimi ſunt & præſtans in doloribus colicis medicamentum. Sed in ſublimatione cautio eſt adhibenda, ne ignis ſit iuſto fortior: Ita enim funditur regulus, nec ſublimatur; ſi quoque iuſto fuerit debilior, non aſcendunt, difficilis enim ſunt aſcenſionis.

Alii flores fiunt per calcinationem hoc modo. Recipe reguli Antimonii, ſalis nitri ana, calcina in tigillo igne ſenſim admoto ſpatio trium vel quatuor horarum, exemptam maſſam vitro inde, cui affunde aquam ſtillatitiam communem, vt Sal eluatur, reguloque exiccato, denuo admiſcetur per pondus Sal nitrum calcinentur & eluantur vt prius: iſque labor tertio repetitur dum figatur: Et ita remanent flores Antimonii; qui ſi triduo reuerberentur, fiunt citrini. Hi flores ſudores potenter mouent ſi illorum exhibueris à ſcrupulo vno ad drach. ſemis, cum aqua Carduibenedicti: Ad febres intermittentes optimum eſt remedium, præmiſſis tamen conuenientibus purgationibus.

Reguli etiam in cella poſſunt reſolui in oleum, vnde & medicina præſtans: Fiunt etiam reguli cum aliis metallis vt Saturno, Ioue, vel Venere, & horum quidam pro medicina, alii pro re metallica tingenda vtuntur.

Nota inſuper quidam dicit: Antimonium mediocriter calcinetur, calx ter cum oleo lini imbibatur (oleum lini figit) deinde cum Tartaro & Nitro vt moris, fiat regulus, & totum fere Antimonium deſcendet in Regulum.

Diaphoreticum Antimonii.

Diaphoreticum Antimonii: Recipe Antimonii, Salis Petræ puriſſimi ana libram vnam. Pulueriſata ſimul miſce. Deinde pone crucibulum inter accenſas prunas, vt candeat. Tum iniice vncias duas, aut circiter huius mixtionis, & ſtatim crucibulum operi: donec fumus & ſtrepitus ceſſet. Poſtea amoto operculo, nouos pulueres iniice & claude: ita ad finem continuando. Tandem da ignem liquefactionis (non metallica, ſed quanta opus eſt ad fluxum inſtar ſalis) ad horæ quadrantem. Vaſe refrigerato materiam: Materiam exime & tere miſcendo, vt ſupra, cum ana Salis Petræ eodem modo calcinando & elaborando vt ſupra, materiam tritam & ablutionibus edulcoratam, reuerbera in vaſe terreo clauſo, ſpatio viginti quatuor horarum: donec puluis fiat candidus: cuius Doſis grana 15.

Doſis.

Addi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 33 sur 1557

[Additio: Magis expeditum opus consequeris, si materiam exemptam & tritam, à sale petræ per edulcorationes cum aqua simplici liberaueris, exsiccatam denuo cum nitri ana coniunxeris, & hanc operationem, prius remoto nitro, tertio repetiueris. Hac enim ratione recte operanti nulla subsequens reuerberatio necessaria fuerit, cum per has ipsas toties repetitas calcinationes albedo summa subsecutura sit. Dosis gran. 15. ad scrupulum semis. Vsus e *Vsus.* ius Diaphoreticus tantum, neque repentinæ operationis: Quamobrem aliquoties repetendæ sunt doses: Præcipuum vero commodum affert ad Apostemata corporis interiora, in visceribus latitantia, quotidie enim quater vel quinquies 10. vel 15. granorum hic pulus in vino vel aqua Scabiosæ sumptus, collectiones omnes interas tam maturas quam immaturas, penedentim soluit, & sine omni noxa elimat. In Lue venerea præcedentibus purgationibus Mercurialibus, de quibus alibi, vnice medetur, eadem dosi & repetitis vicibus sumptus. Renouat totum corpus, antiquos crines & cutem abiicit, de nouo eadem reparando, etiam in peste.

Diaphoreticum Antimonii cum Auro Crollianum: Recipe lib. *Diaphoreticum Antimonii cũ Auro.*
ij. Mercurii sublimati per Salem & Vitriolum, adde tres libras Antimonii Vngarici, terantur inuicem & misceantur, ac retortæ vitreæ luto munitæ omnia indantur, adiuncto receptaculo clauso, destillatio fiat in arena cum ignis tegimine, ne guttæ in collo instar Butyri congelentur, eo apparente mox carbo ignitus cum forcipe admouendus erit tam prope, vt vitro non noceat, & tamen resoluat, idque toties iterandum, quoties necesse fuerit: liquorem egressum semel rectifica: postea calore liquefactum effunde in vitrum capax, quod collum longum habeat, & affunde aquam Regis (alii solo spiritu nitri vtuntur) guttatim saltem fiat, propter strepitum & efferuescentiæ periculum, vbi videris totam materiam solutam esse plane, affunde exempli gratia si libra semis olei fuit etiam lotonem vnum Auri in aqua Regis seorsim prius soluti, ita mixtio manebit clara, non turbida, & rubicundissimi coloris, alioquin nisi ita processeris, turbida fiet solutio, & aurum vere se non incorporabit, ac post abstractionem apparebunt adhuc Auri scintillæ micantes. Totam hanc claram & rubicundissimam solutionem pone in Alembico bene lutato, addito capitello & receptaculo, iuncturis bene munitis,

nitis, seruatis postea gradibus ignis incipe phlegma abstrahere (spatio duorum dierum operatio absoluitur etiam in 24. horis.) Vltimo fortificando ignem ita, vt fundus cucurbitæ candescat: parum se sublimat, quod absoluto opere, vase refrigerato non est reiiciendum sed rursus imponendum. (Notabis hic probe quod opus sit rectificatione, quæ quinquies instituenda est, videlicet reaffundendo aquam destillatam siue aquam Regis, cum additione parua de recenti) quod in fundo remanet, colore subflauo instar Terræ siccissimæ & hiantis, nullius fere saporis hoc bonum & adhæret linguæ sine corrosione instar cornu adusti & calcinati, à Libra vna olei recte procedendo, habebis 12. vncias, Pulueris Diaphoretici. Cum Luna procedi potest in eundem modum, nisi quod Argentum soluitur in Aqua forti. In vsu medico vnum est è spagyricis medicamentis maxime πολύχρηστον.

Diaphoreticũ Antimonii cum Luna.

Vires & Vsus.

Arcanum summum in variis & ferme omnibus morbis, per sudorem & vrinam operans efficacissime, non purgat nec debilitat ægrotantes, sed plurimum sudorem & vrinam moderate ciẽdo, ratione Auri additi naturam confortat. In Lue Venerea, Peste, Podagra, Hydrope, Febribus, obstructionibus & doloribus Lienis, Item Calculo &c. Dosis 3. 5. 7. 8. gra. cum aquis conuenientibus.

Libauius lib. 2. Alchem. tract. 2. cap. 41. sic agit de Antimonio Diaphoretico. Stibium cum sale petræ calcina, quousque non amplius fumiget. Calcem coque ex aqua chalybeata aliquoties mutata. Postea macerata spiritu Vitrioli per mensem, mutato eo septenis diebus. Candefacito in catino, & extingue acero, idque repete sæpius. Tandem circula cum vini spiritu, vel aqua Carduibenedicti. Vsus ad sudandum.

Diaphoreticum Antimonii ex Regulo.

Vel: Regulum cum halinitro in vitro igni sensim admoto calcina: salem elue, additoque nouo, calcinationem repete tertio, dum figatur & albescat. Reuerbera triduo in colorem citrinũ, cuius dosis pene scrupularis vsq; ad mediam drachmam est. Tali modo & ex Vitro Antimonii potest Diaphoreticũ fieri, lege artis si procedatur.

Flores Antimonii: Electum stibium in subtilem puluerem relictum, ex aludele terreo, i. e. sublimatorio, in Alembicum rostri expertem quidem, sed tamen in vertice peruium vel potius in olias artificiose sibi inuicem incumbentes ad humidos spiritus emittendos

cum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 35 sur 1557

cum mobili cono vitreo vel ferreo, ſublimetur ſecundum artē, dando ignem per gradus ad 10. vel 12. horas, ad flores albos excipiendos: ad citrinos; per viginti quatuor horas: Ad rubeos, per triginta ſex, ignem continuando & augendo.

[Additio: Quod ſi ex arena per retortam puram Antimonio pulueriſato admiſtam pellantur flores ceu docet Crollius in ſua Baſilica pag. 132. Elegantiores fiunt. Flores Antimonii per ſe raro in vſus medicos veniunt, niſi corrigantur, huius correctionis modum more medicorū proponit Crollius noſter citato loco: continet mirabiles operationes ad varias humani corporis affectiones. Flores Antimonii rubei mitiſſimi fiunt, ſi in ſcutella vel concha vitrea ſuperne cum papyro diligenter cooperiantur & retro fornacem in hyeme per 2. vel 3. menſes collocentur, ita vt ſingulis diebus bis cum ſpatula lignea moueantur, ne nempe nigreſcant. Fiunt flores admodum leues & ſpongioſi & manent rubei. Ad Papyrum vero quæ operit conchā eleuatur multum de ſulphure fœtido, quod in ſe continet ſpiritum illum vehementius per ſuperiora operantem. Horum florum gr. viij. ad x. ad ſummum, mouent blande 4. vel 5. ſedes ſine omni vomitu cum tamen ante hanc rectificationem eorundem florum gr. 3. vel 4. non tantum aluum perturbent ſed etiam vomitus enormes cieant.

Flores Antimonii ſecundum Baſilicam Crollii noſtri: primo habeantur Flores Antimonii albi vulgari Chymicorum more præparati, ſublimatione ſcil. mediantibus ollis artificioſe ſibi mutuo incumbentibus: Vel ſumantur illi qui beneficio retortæ parantur, dum pulueriſatum Antimonium arenæ puræ admixtum ſine omni capite mortuo ignis violentia in flores redigatur.

Poſtea recipe ſalis Tartari frequenti ſolutione & coaguſatione ſumme depurati q. v. & affunde tantum de aceto deſtillato quantū pro ſolutione ſalis ſufficit, abſtrahe acetum lento igne in B. vel fac vt euaporet, affunde viciſſim acetum deſtillatum, vt dictum, & abſtrahe eodem modo reiterando laborem, donec acetum eiuſdem ſaporis deſtillando egrediatur, quod octaua vel nona imbibitione & deſtillatione fiet. Huius igitur ſalis aceti ſpiritu impræg-
nati vt exiccati, accipe, exempli gratia, vnciam vnam & ſemis, Florum Antimonii alborum vnciam vnam, miſce & in cruci-
bulo

Correctio Florum Antimonii.

bulo ad ignem liqueſcant, maſſam liquefactam fere inſtar ſanguinis rubeam effunde ſupra marmor vbi refrixit, erit coloris cineritii: poſtea tere materiam, & affunde illi in vitro ſequentem aquam viræ aromatiſatam. Recipe Galangæ, Galliæ Moſchatæ, Garyophyll. Cinnamomi, Maceris ana vnciam ſemis, Croci drachmas tres.

Terantur mediocriter, & affundatur Alkohol vini ſine phlegmate, in lento cinerum calore tincturam extrahe, poſtea per declinationem aufer tinctum ſpiritum vini, & affunde recentem, donec amplius non tingatur: demum omnem ſpiritum vini tinctum & aromatiſatum affunde Tartaro & Antimonio ſimul vt dictum eſt liquefacto, addendo ſalis Perlarum & Corallorum ana drachmas duas: Omnia vitro clauſo digerantur in calore cinerum per duos dies: poſtea adaptato capitello deſtilletur lento igne ſpiritus vini, remanebit in fundo Tinctura Aromatum cum puluere Antimonii & Tartari, abſtrahantur omnia ad ſiccitatem, color erit inſtar Garyophyllorum: ita habebis Antimonium optime præparatum. Seruetur in vitro clauſo puluis, quia in aere reſoluitur: Sine vlla formidine tuto intra corpus exhiberi poteſt. Mirabilia operantur hi flores: In Peſte, Febribus acutis, Mania, Philtro, Dementiis, Faſcinationibus, Morbis omnibus in vniuerſum opitulantur, quos atra bilis excitat. Epilepſiis & aliis plurimis morbis ſuccurrunt. Per aluum, per ſuperiora, per poros, per inſenſibilem tranſpirationem noxia copioſe expurgant. Doſis à gran. 7. ad 8. & 10. præſertim in robuſtioribus.

Vſus.
Vires.
Doſis.

Quercetanus ſic vult: cape tantum quod eſt purum in Antimonio, hoc ipſum extolle ter, dando ignem ſublimationis, quo ſublimetur totum ſine vllo capite mortuo: ſic obtinebis totum ipſius Sulphur cum proportionato Mercurio, quod verum Lilium dicitur: Iſtud in reuerberatorio vaſe hermetice clauſo decoque, dando gradus ignis, donec albefiat, & Rubini tandem color appareat, ex quo cum Alcoole Glaciati Corneoli, vt ſupernatet octo digitis, extrahes pretioſam Tincturam, quam circulabis in pellicano, ad perfectam vſque graduationem, & fixationem. Cum terrea muria fixatur etiam, ablutionibuſque Alkali extrahitur, remanent tandem Flores Antimonii albiſſimi, qui ſudores potenter mouent, ſiil-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 37 sur 1557

si illorum exhibueris cum aqua Carduibenedicti drach. semis; Ad febres intermittentes optimum est medicamentum.

Flores Antimonii purgantes: Recipe Antimonii crudi libras ij. Aquæ salis nitri, vel salis quantum sufficit. Quibus mixtis & solutis, sublimetur. Quod sublimatum est collige, ablue, & ad vsum serua. Dosis gran. 3. ad 6, cum conserua Rosarum. Purgant per vomitum & aluum vehementer.

Sublimatio florum etiam hæc est: Recipe Antimonii pulueriſati & misce cum aceto, iterumque euapora vel exhala, hoc ter vel quater repete, vltimo misce cum melle despumato, donec fiat instar pultis, in cucurbita prope supra ignem, vt mel consumatur ac cum materia exsiccetur: postmodum trade igni sublimatorio, adcum materia exsiccetur: postmodum trade igni sublimatorio, adaptato alembico, primo accipies flores albissimos, secundo flauos, tertio rubeos, singulos seorsim capere potes, vel si placet coniunge, & igne reuerberii calcina ad summam rubedinem: sin minus non velis reuerberare, corrige flores cum affusione olei sulphuris per campanam facti, ac non rectificati, & fient Diaphoretici. Extractio v. Florum cum spiritu Therebinth. (in loco fiet calido non feruido, propter certas causas) purgat leniſſime per secessum tantum.

Præterea nota de floribus: Recipe Florum Antimonii vnciam semis, Sachari candi vnciam integram, Camphoræ drach. vnam, superfunde in vitro spiritum vini, rursusque suo tempore abstrahe in puluerem remanentem, qui miræ est efficaciæ, & bona correctio florum Antimonii.

Item recipe Florum Antimonii citrinorum q. v. superfunde his oleum Panis, pro soluenda & extrahenda cum eo florum Essentiam quam destilla per Alembicum cum menstruo & egregiam tenebis florum Essentiam, absque omni molestia purgantem. Nota, optima Florum correctio fit cum oleo sulphuris per campanam facti, ac non rectificati.

Alius sic concinnare vult Flores, dum ait: In vase terreo altitud. cubiti latiore in fundo vnciæ octo sublimentur appositio capitello vitreo vel terreo, ignem subdito per gradus, auctoque singulis tribus horis, intra 6 horas operatio est absoluta, per se vas refrigeretur: Dosis gran. vj. ad viij.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 38 sur 1557

Idem ille: Recipe Antimonii & Nitri ana pulueriſatorum, in crucibulo incendantur, materia tenuiſſime pulueriſata crebra lotione aquæ calidæ dulcoretur, mox exſiccata rurſus cum pari portione, ſalis nitri incendatur & dulcoretur. Vltimo inter duo crucibula ſublimetur, igne violento per 12. horas, aſcendunt Flores Diaphoretici. Doſis à gran. v. ad vij. Poteſt tibi prima incenſio ſufficere & dulcoratio ad parandos flores: Vel poſſunt parari ſuperimpoſitis duobus crucibulis, ita vt ſuperius foramen habeat duos admittens digitos, cui ſuperlutetur capitellum. Nota ſi obturetur roſtrum, alterius coloris demes flores, quam ſi non claudatur, pede leporino poſt refrigerationem deturbandi & colligendi ſunt. Nota & ſimul cruſtam quandam concreſcere, quæ florum impedit aſcenſum, hæc rudicula à latere immiſſa per foramen ſubinde amouenda, eius apex ſit curuus. Poſſunt calcinari flores inter duo crucibula donec inſtar rubini fiant, mox pulueriſandi, & in Pelicano cum ſpiritu vini circulandi, & crebris affuſionibus & per inclinationem ſeparationibus extrahenda tota Eſſentia, quæ à ſpiritu vini per deſtillationem ſeparabitur, remanebitque in fundo extractum.

Idem ille & ſic vult habere flores: Recipe Antimonii q. v. ſuperfunde olei ſalis vt ſoluatur: ſoluto Antimonio, deſtilla per retortam, (ignis tamen ſeruatis gradibus) oleum craſſum, quod adhuc ſemel rectifica, & verum habes oleum Antimonii. Recipe iam vitrum aquæ limpidæ plenum, olei infunde q. v. & ſtatim petet fundum inſtar albæ farinæ, aquam hanc effunde & aliam rurſus reaffunde, tamdiu edulcorato, quouſque nullam lingua geſtaueris acredinem aut ſalſedinem, poſtea exſiccari permittito, & habebis albos Antimonii flores excellentiſſimos. Horum doſis gran. 4. ad 8. In hydrope & febribus: purgant per ſudorem ac ſedes: Dantur cum vino, vel alio iuſculo calido. Eorum extractio fieri poteſt cum Alkohole vini.

Doſis.

Flores Antimonii ſecundum Bornettum rubei: Recipe Antimonii partes 4. Tartari partes 3. trita ſubtiliſſime & optime permixta, indantur tigillo fuſorio probe obturato, relicto tamen foramine paruo, quo ſpiritus Tartarei euaporare queant: fit ignis circularis primo pedali latitudine à tigillo diſtans, poſt horam augeatur, &

Flores Rubei.

pro-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 39 sur 1557

propius tigillo admoueatur & ſpatio duarum horarum fortiſſimo igne reuerberentur, quibus elapſis tigillum candens in magnum lebetem, aqua communi ſtillatitia plenum effundatur; coquatur ſpatio dimidiæ horæ, ſinito ſubſidere fæces; tandem aqua cum rubedine ſtibii, effunditur in aliud amplum vas mundum, ſi vitrum erit, eo puriore erunt flores: feces in priore lebete relictæ abiiciantur: mox aquæ aceti ſtillatitii parum affunditur, vt ſalis acrimonia, à ſtibii rubedine ſeiungatur ipſaque in fundum reſideat; aqua cum ſale per filtrum abſtrahitur; cum pene tota exhauſta fuerit, reliquum euaporare ſinito igne lentiſſimo, ne aduratur rubedo, & ita liuedinem contrahat.

Huius gran. 3 vel 4. exhibentur in aqua Meliſſæ, Chelidonii, aut generoſo vino Luem Veneream, omniaque hinc orta vitia mirabiliter ſanat. Hiſce floribus rubeis, ſi admiſceatur æquale pondus ſalis Gemmæ, ſimulque in retortam indantur, deſtillentur primo lento igne, deinde per gradus ſemper augendo ignem, donec tandem fiat violentiſſimus, idque duorum dierum ſpatio; prodit oleum rubicundiſſimum, quod à phlegmate ſeparatum ſummum & incomparabile medicamentum in omnibus deploratis & vulneribus & vlceribus, præſertim in Cancro.

Dosis ac Vires.

Oleum ex floribus rubeis Antimonii.

Vſus olei.

Flores Butyri Antimonii ſecundum Crollium noſtrum: Recipe Antimonii Vngarici, & Mercurii ſublimati ana lib. j. terantur & miſceantur diligenter, & in retorta vitrea luto obducta in arena mediocri igne deſtillentur, donec liquor inſtar Butyri ſeu glaciei egreditur, ſi concreſcit in collo retortæ, vt ſæpe fieri ſolet, tunc admota pruna forcipe comprehenſa liqueſcat, ne obſtructione impediatur deſtillatio. Hunc liquorem vulgo vocant Mercurium vitæ, cum tamen ſit ſumme corroſiuus: Et fuerunt quidam ita temerarii, qui cum illo impune luſerunt de corio humano. Si aqua calida illi affundatur, tunc ſalia corroſiua reſoluuntur, & flores albi petunt fundum, qui diligẽtiſſime ab omni ſalſedine multoties aqua calida edulcorandi: (& cum ſpiritu vini comburendi) ille pulvis ſiccus ſeruetur ad vſum medicum, & in complexionibus fortibus exhibetur maiori cum ſucceſſu intra corpus, quã vulgares Antimonii flores albi per ſublimationem prẽparati. Qui Butyrum illud

Flores Butyri Antimonii.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 40 sur 1557

Antimoniale prius vult rectificare, antequam aquam affundat, ei liberum esto: Ita enim habebit flores candidiores. Num in chymia aliquid præstare possit hoc oleum, iudicent ii qui illud cum Auro radicaliter soluto fermentare, & per rotam Philosophicam, secundum artem requisitam deducere norunt. (Hic nota Pamphile: Aurum cum Antimonio radicaliter potest resolui vt nunquam possit reduci in corpus.)

Vsus & Vires.

Vsus ac Vires. In Peste, capitis morbis, Febribus, Lue Venerea, Lepra, Hydrope, Vlceribus malignis. Dosis 2. 3. ad 4. grana cum Parachymagogo, vel conserua Rosarum, Violarum, Syrupo Cydoniorum &c.

De floribus Antimonii ait Libauius lib. 2. Alch. tract. 2. cap. 40. Duplici fiunt modo, per se, & cum additamentis: & vel candida cum reuerberatione Rubei, qui sunt materia tinctura. Per se ita: Electum stibium ex aludele terreo in alembicum rostri expertem quidem, in vertice tamen peruium ad humidos Spiritus emittendos, cum mobili cono sublimetur secundum artem ad flores triplices albos, citrinos, rubeos, excipiendos. Pro vno alembico capace etiam tres sunt ollæ, vel galeæ sibi mutuo accommodatæ interdum etiam plures, vt in plumbo albo dictum est. Alius hac materia placet: Cucurbitam amplam ex figulina tenaci firmaque, ventricosam, colli cubitalis per cuius orificium manus queat inseri, duas stibii in puluerem redacti purificatique libras continentem, ita pone in furno, vt in latus modice inclinet. Huic è regione ex alto occurrat iungaturque, alia cucurbita fictilis ampli ventris, vel geranium inuersum in summo fundo transfixa, in quo foramine operculum sit mobile. Committatur autem orificium eius colli cucurbitæ substratæ, sitque & illa in latus recliuis parumper firmata sustentaculo sellæ excelsæ. Iunctura luto, malthaue conglutinentur, siccatisque ignis subiiciatur per horas viginti, paruus. Hinc augeatur vsque ad sex & triginta. Exit inde flos primo albens secundo citrinus, tertio rubeus, qui colores etiam iudicari possunt ex foramine in dependente seu superiore cucurbita, quæ est loco alembici. Vt enim spiritus prodiens se habet, ita flores. Memineris illam cucurbitam recipientem pannis, madidis assiduo refrigerandam esse, vt spiritus eo facilius coagulati hæreant. Opere perfecto, pede leporino flores abstergentur, & reuerberantur, si placet, denuo. Donec color responderit. Vtuntur his in scabie Gallorum, pleuridite, peste, & aliis morbis ad sudandum. Tentata aliquan-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 41 sur 1557

quando res est per plures ollas, superiore integra reliquis pertusis. Sed opere absoluto superiorem nil intrauerat praeter spiritus inconcrediles. Videndum itaque, vt his primus emissis per foramen in summo, postea clauso eo, excipiantur coagulabiles.

Cum additamentis dupliciter confici possunt flores stibii: vno modo per sublimationem in alembicum: altero per eleuationem ad superficiem. Ille ita habet: Stibii Vngarici, Salis Petrae & tartari aequales, in catino fictili accendantur calcinenturque. Postea eluatur residuum, postquam in puluerem est redactum. Indefundatur seu eliquetur. Fusio puluerata in breuiusculo sublimatorio eleuetur, vt fiant hi flores puriores, & minus venenati sunt quandoquidem arsenicale virus tollitur dispiratione per halnitrum. Fiunt autem & alio modo similes, per vitriolum vel Sal Ammonius commisceatur stibio & vtrumque vna ex aludele in alembicum caecum sublimatur de more, emissis primum per subtile foramen spiritibus humidis, & flammeis nimium tenuibus. Flos abluitur tum vt à sale liberetur, tum vt tenues halitus secedant: quanquam si hi offendant, tostio vel reuerberatio vel sublimatio lenis est remedio. Hi flores, cum sale ammonio facti, veluti, aqua dulci, reuerberari possunt, vt fiant siccissimi & admodum rubicundi & tunc magisterio per deliquium in marmore diffluunt in liquorem, per repetitas coagulationes, solutiones, filtrationesque ad purissimum elaborandum. Paracelsus appellauit balsamum Antimonii dulcem ad fistulas compescendas. Est & alia ratio mistura: pollinis stibii libra, tartari duae, vitri quatuor, commistae, sublimantur per ollas vel galeas ferreas. Ferro enim flos adhaeret fidelius & copiosius.

Flos in globo Physico sic praeparatur: Antimonium aqua solutionis Salis Ammonii, vel aceto stillatitio salso sapius abluatur, vel impuritates fortes adhaerētes semoueantur, postea include, ouo figulino compactili vt vix tertia pars impleatur. Iuncturis firma malthae obstructis, totum luto includatur: & prunis impositum per gradus ignis flores extrahantur. Hi recluso ouo insistent superficiei pulueris. Auferuntur penna & eluuntur, vt decet; plerunque punicei sunt misti albis.

Tincturae ac Q. Essentiae Antimonii secundum Bornettū modus hic est: Flores albi per sublimationem ex regulo induntur vitro oblongo, quod Hermetice clauditur, clauso vitro tamdiu reuerberatur, dando ignem per gradus, donec fiant rubini instar rubicundissimi, & quibus affunditur acetum destillatum, vt supernatet octo digitis; simul sinuntur stare, donec acetum rubrum colorem contraxe- *Tinctura ac Q. Essentia Antimonii.*

traxerit, quod demum effundi debet: affuso nouo aceto peragitur vt prius; isque labor tam diu per repetitur dum omnis tinctura euacuata sit: Tunc totum coloratum acetum in cineribus vel arena à tinctura abstrahitur: Et edulcoratur communi aqua stillatitia, dulcorata tinctura eluitur optimo spiritu vini, digeritur per dies 40. Vase optimo clauso: tandem lenta destillatione spiritus vini abstrahitur à tinctura ad olei formam: & perfectum est hoc præstantissimum, & nunquam satis laudatum medicamentum ad restaurationem & renouationem corporis humani. Tinctura enim illa *Vires.* expurgat atrum sanguinem & vitiosos quosque humores, idque sine euacuatione manifesta, sed sola prauorum humorum correctione. Hepatis obstructionibus opitulatur, hydropem discutit, Icteritiam curat, lætitiam generat, leprosis sanitatem restituit. Maximum enim pro lepra arcanum est, quo nihil fere in hoc morbo præstantius inueniri potest: Lienem reficiat, matricis dolorem sedat, menses mouet, eiusque vigorem conseruat, Morphæam curat, scorbuto medetur, bilem vtramque expellit è toto corpore, calculos frangit, caput & cerebrum expurgat, cum extracto Hellebori nigri conuulsioni medetur, & vt breuibus dicam, in deploratissimis fere morbis summum est remedium.

Ignotus author quidam sic commendat facere tincturam Antimonii: Recipe Antimoniæ instar farinæ volatilis in porphyrite triti, q. v. ponatur in amplo vase terreo Bellonaco, in cuius suprema parte sit limbus excepturus secundum vas, quod apponi debet. Hoc secundum in fundo habeat foramen nucis Moschatæ crassioris capax: Ei superlutetur tertium cum foramine admittente auellanam, huic tertio superaddatur capitellum vitreum cum recipiente.

In primo sit Antimonium, hisque vasis exactissime lutatis omnia fornaci ita paratæ imponantur, vt vndique ignis ambire possit: Vltimum vas (neque enim cætera vasa attingere debet) id fiat si lateri vel eminentiori craticulæ superlocetur, detur ignis carbonum graduatus per 24. horas, vel minus per se frigefiant. Ex tribus vasis quod sublimatum fuerit, deradatur seorsim asseruandum vel miscendum si velis, florum alborum tanquam Diaphoreti-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 43 sur 1557

reticorum vsus est. Flores hi si lubet mixti exacte subigantur in mortario, & in tribus vel quatuor vasculis terreis in reuerberio ponantur per 12. vel 15. dies. Intra tertium & quartum diem materia albescet instar niuis, octauo die rubescet, tandem purpurascet. Extrahatur tinctura cum Alkohole vini subtiliss. de qua bis decuplum affundatur, circulentur per 15 dies, fiatque extractum per Balneum Mariæ. Nota quod in sublimatione remanserit in fundo primi vasis, si velis pulueriserur subtilissime, & in vase nouo apposito tribus reliquis sublimetur, reuerberetur; extrahatur toties, donec nihil restet. Diuinum sane medicamen ad morbos melancholicos & hypochondriacos.

Alius sic vult. Fiat capitellum opt. filtratum ac depuratum ex cineribus clauellat. & ex fago, huic inditum Antimonium pulueriſatum bulliat ad ignem donec rubedine tingatur, effundatur, fiatque ad perfectam tincturarum extractionem. Lixiuiis junctis iniice acetum forte, subsidebit puluis, huic adde Salem Armoniacum, sublimentur in sublimatorio, quod sublimatum fuerit, crebra lotione dulcoretur & essensificetur, affuso spiritu vini, pone etiam in fimo, donec coloretur, separa in B.M. & coagula instar Q. Essentiæ.

Vel: Recipe Antimonii crudi pulueriſati lib. j. in olla ferrea noua duarum pindarum ponatur, superaffusis aceti fortissimi mensuris tribus, cochleari ferreo super leuem ignem carbonum bulliat sedulo collecta spuma, quæ in vase vitreo aut Bellonacensi supra cineres euapora, donec feces siccæ & rubræ remaneant, quæ dissoluantur cum aqua Cinnamomi, & spiritu vini lento igne digerantur ad veram Essentiam.

Vel: Antimonium fixum vti vocat Theophrastus; nos Diaphoreticum vocamus: Hoc reuerbera per 14. dies vsque dum sit coloris rubicundi: deinde cum vini spiritu purum ab impuro separa. Datur cum aqua Carduibened. vel vino albo opt. ad febres, hydropem, suffocationem vteri, Icterum, Epilepsiam, luem Veneream imprimis, quam curat per sudores purgando.

Tinctu-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 44 sur 1557

Tincturam etiam hanc commendant: Recipe Sulphuris crudi & Antimonii ana pulueriſati, ponantur ad ignem carbonum, deinde refrigeratis omnibus contere, affundendo aquam claram calidam, ad extrahendum filtra adhuc materia tepida, poſtea aquæ ſitatem in B.M. deſtilla ad remanentem rubedinem, quam extrahe S. vini, rectificando per alembicum. Vel: Recipe Antimonii ſubtiliſſime pulueriſati lib.j miſce cum lib.j. Salis Armoniaci, optime miſcendo, & ſublimabitur prima vice totum album, citrinum ac rubrum, & per vim ignis, fit totum rubeum purpureum: Hoc ſublimatum diſſolue in aqua calida, & elixetur omnis ſalſedo Salis Armoniaci, reſiduum ſicca ſuauiter, & habebis illud, in rubore optimo, hunc exſiccatum deſtilla per retortam rectificando vt exclareſcat, & fiet oleum. De hoc latius vide Theophraſtum de Balſamo Antimonii.

Alius & ſic infert de Q Eſſentia Antimonii: Recipe calcem Tartari reuerberati ad albedinem, ei ſuperfunde de vino rectificato, & ediſtilletur vinum per alembicum & iterum ſuperfundatur de vino nouo & ediſtilletur. Hoc fac quater, & vinum vltimo ediſtillatum ſerua ad medicinam: Tartarum in fundo remanentem, ſolue in pennario in oleum: Poſtea recipe Mercurii coagulati mineralis minutiſſime triti q.ſ. & ei ſuperfunde de oleo dicto vt ſupernatet, materiam coque in vitro (addito cooperculo & receptaculo) per cineres calidos quouſque oleum rubificetur: coloratum effunde, & recens ſuperfunde, coque & affunde, facta reiteratione dum Antimonium nihil plus rubedinis à ſe præbeat. Oleum rubeum collectum per alembicum deſtilla, vt aquoſitas aſcendat, deinde collige aquam rubeam, & deſtilla in puluerem ſiccum, quem exſicca & Alcohole vini eſſentifica.

Tincturam Antimonii ſic deſcribit Beguinus in Tyroc. cap.20. Fac capitellum ex cinere clauellato, calce viua, & cineribus communibus ana: in quo diſſolue Hepar Antimonii; digerendo in arena per noctem; vt fere bulliat. Tincturam ſepara, & filtra: & ſi placet per acetum in puluerem Croceum præcipita, ac multis ablutionibus edulcora.

Tincturam etiam nonnulli ſic expetunt: Miſceantur flores Antimonii rubei cum Sacharo Candi, & affundatur aqua calida communis,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 45 sur 1557

munis, ponantur in digestione retro fornacem & aqua omnino rubea euadit.

Nota: Aqua Carduibenedicti fusa super vitrum Antimonii salem ex eo trahit: Et vinum Maluaticum affusum Antimonio vitro, solam vim purgandi tenet: Item vitrum, per sex horas cum sale communi tritum, vim vomitiuam amittit, & euadit purgatiuum, Sal iterum eluatur. Ita Crocus metallorum, Mercurius vitæ & omnia turpeta mineralia, tantum euadunt purgatiua.

Gelatina Antimonii sic fit: Antimonium cum tartaro misceatur, & in igne fundantur simul, post effundantur in aquam calentem, & bene misceantur, postquam resederint feces, effundatur aqua in aliud vas, & cum refrixerit, coagulabitur in forma sanguinis. Huic infundatur acetum destillatum, ita Antimonium cadit in fundum, quod est verum Antimonii Hepar. Purgat per superiora ac inferiora. Corriges autem hoc hepar si illi affuderis spiritũ V. cinnamomisatum, & ita relinquatur per 4 septimanas, ille spiritus extrahit omnẽ malignitatem, ideo etiam abiiciendus. Puluis remanens in medicina vsurpatur magno cum successu; Quidam dicunt eo leprosos curatos fuisse. Idem hepar nondum correctum cum spiritu vini, permistum cum tertia vel quarta parte vitri Antimonii communis, & fusum facit vitrum viride.

De Tinctura Stibii ait Libauius lib. 2. Alch. tract. 2. cap. 9 Flores Stibii rubeos conficito, vel reverbera stibium in calcem rubeam, vel funde in vitrum rubeum, ex his extrahe rubedinem, quæ est tinctura stibii Menstruum in floribus & calce est spiritus vini, vel acetum destillatum, in vitro lixiuium tartari, vel calcu & cinerum sarmentorum: & solet hic rubedo innatare instar cuticulæ, quam abstrahere penna possis, & postea circulando per vini spiritum elaborare.

Solet & aliis pluribus modis confici, veluti: Stibium eliqua seu funde in catino, & paulatim infunde in ollam, in qua sit acetum ad medias vsque, donec tres vel quatuor libras ita inieceris. Exime iterum & liqua, iterumque iniice, septies eundem laborem repetendo, restinguendoque fusum stibium. Innatans rubedo colligitur. Si minuitur acetum, supplendum est. Absolutis restinctionibus, coquitur acetum, vt diuaporet, ad consistentiam olei, vel etiam destillatur in cineribus. Id oleum postea dulcoratur aqua stillatitia. Quidam etiam exigunt per retortam.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 46 sur 1557

Paracelsus iubet in reuerberatorio clauso Alcool stibii reuerberare per mensem, donec ex albo, luteo & rubeo, purpureum euadat. Lilium huius seu florem extrahit per spiritum vini, ad viginti digitos affusum.

Wolfius vero sublimando flores parat, extrahitque eos cum aceto stillatitio, quod rursum destillat ad oleositatem. Ab hac per vini spiritum prolicit tincturam denuo, eamque rectificat iterum, bis affusa essentia vini quinta.

Nonnulli calcinant stibium cum pari tartaro in reuerberio. Inde tincturam extrahunt per acetum crebro mutatum. Extractiones coagulant.

Falloppius septies calcinatum stibium in manica Hippocratu ponit, traiicitque acetum.

Alii acetum radicatum affundunt stibio puluerato, quousque coloretur macerantes. Effuso priore reddunt aliud, quoad satis. Colorationes diuaporant vsque ad olei consistentiam, quam in fimo circulant per dies quadraginta.

Calcinatur nonnunquam per aquam fortem. Calx reuerberatur ad puniceum. Ex hoc leuigato, elicitur tinctura per vini spiritum. Huius vsus in medicina quoque est, quanquam rectius in solo reuerberio præparetur vt Anderna co & Dornæo placet.

Quercetanus sublimat eius partem purissimam tertio. Sublimatum reuerberat per gradus ignis vase clauso fortiter vsque ad rubeum. Extrahit hoc cum vini spiritu alcalisato (vel aceto destillato) affuso ad octo vel viginti digitos, &c. Extractam tincturam circulat in Pelicano ad gradationem perfectam: quam circulationem ita peragunt: coagulant tincturam ad oleositatem: affusa quinta essent. vini diluant & digerunt per dies quadraginta ad olei formam.

Alia descriptio. Recipe salis tartari quadrantem, stibii optime triti semunciam, aquæ selibram, coque modice. Aquam claram post factum sedimentum effunde. Hæc refrigerata dicitur rubescere. Adde aceti stillatitii parum & rubedo ad fundum secedit. Humorem effunde & rubedinem edulcora.

(Hæc tinctura est aurea & prodit etiam si stibii pulvis maceretur in lixiuio calcis vel tartari calcinati. Nec semper apparet antequam acetum infundas.

Sunt qui sulphur stibii appellent, cuius vsus sit in phagedænicis, quanquam rubeus indicet in corpus immitti dimidio grano. Faciunt lixiuium aere ex soda & calce viua, vel tartaro calcinato. In hoc coquunt stibium per horam. Liquori effuso addunt aliquid aceti, vnde coagulat. Reliquum puluerem coquunt denuo,

& sic

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 47 sur 1557

& sic procedunt quoad nullum appareat Sulphur amplius. Collectum rectificant & resiccatum seruant.

Aliqui ad transmutationem Sophisticam quærentes tincturam, coquant laminam stibii in lixiuio calcis donec coloretur, effuso lixiuio hoc, refunditur aliud, &c.

Nonnunquam exigitur per alembicum aut retortam, extracta tinctura cum aceto stillatitio, &c.)

Oleum Antimonii: Recipe Antimonii lib. j. Croci Martis vncias v. salis nitri vnc. x. destilla oleum, & sanguinis instar rubicundum existit.

Vel: Recipe Antimonii Alcoolisati lib. j. salis gemmæ vnc. ij. vel iij. misce & destilla per retortam in igne aperto. Alius sic: Antimonium in tenuissimum puluerem redactum, ac cucurbitæ vitreæ impositum, aceto vini acerrimo & destillato maceratur super leui ignis calore tantisper, donec rubro calore acetum inficiatur. Coloratum in aliud vitrum transfunditur, nouumque fæcibus superaffunditur, donec rursum rufum colorem concipiat. Istæ autem transfusiones & additiones noui aceti super fæces toties sunt repetendæ, donec nullam amplius rubedinem pulueres ex se emittant. Acetum v. collectum leui igne destillari debet, donec rubedo paulatim condensari incipiens, alembicum petere videatur. Tunc refrigeranda sunt vasa ac liquor rubeus 40. diebus fimo calido macerari debet, donec perfectam olei formam acquirat. Illud Sachari instar, dulce affirmant, omnesq; vulnerum dolores sedare, ac perfecte sanare dicitur: ac plures admirandas facultates in vlceribus contumacibus ac cancrosis præstare.

Modus etiam hic dicitur bonus: Antimonium Sacharo & alumine misceatur, imponanturq; omnia in retortam vitream si biicies ignem per 4. vel 5. horas lentissimum, quem postea augebis. Manabit oleum sanguinis instar rubicundissimum.

Aliter & sic: Recipe Antimonii vncias vi. j Sachari candi vnc. vj. (Nonnulli accipiunt ana, siue partes æquales) puluerisata ponantur in retorta ampla lutata ad ignem cinerum mediocrē: Exibit liquor rubeus opt. ad externa: potest tamen dari gut. j. vel ij. initio febris Quartanæ, cæterorumq; morborum melancholicorum, & chronicorum, prodest etiam epilepticis, omnique cerebri affectui.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 48 sur 1557

Vel Stibii in puluerem detriti libra, cum ſalis communis torrefacti æquali portione conteritur, inditurque retortæ luto obductæ, & ex igne vehementiſſimo oleum euocatur: quod licet externis corporis vitiis magis conueniat: non pauci tamen per os etiam exhibere non dubitant.

Alii ſi volunt: Recip. Antimonii lib. j. Tartari crudi lib. ß. Macerentur aceto deſtillato, & oleum hoc extillatum lepram eximere aiunt: primo manat aqua, ſecundo oleum vulnerarium.

Item, Recipe Antimonii crudi, cui miſce acetum forte, & oleum chamæmelinum & hyperici: digeratur in fimo, & per retortam deſtilletur. Primo effluat aqua ab aceto: Vlcera Venerea, & maligna rubrum hoc oleum mire curat.

Fit etiam oleum ex regulo Antimonii in hunc modum: Antimonio tuſo importatur Tartarus crudus, deinde & vncia j. Veneris frigefacto & conſtellato, puluerisatur regulus & in cella reſoluitur in oleum ſuper marmore, vt eſt artis.

Sic etiam artificioſe deſtillatur: Recipe Antimonii crudi, ſalis communis ana lib. ß. Sachari li. j. miſce & deſtilla per retortam. Vel: Recipe Antimonii crudi, lib. j. Aluminis Roche, Sachari ana lib. ß. miſce & deſtilla vt oleum Vitrioli.

Alius ſic vult: Recipe vitri Antimonii electi & per ſe facti lib. j. miſce cum vnciis iiij. Salis Armoniaci, & repone per decem dies in fimo equino, vt ſoluantur, ſolutis coagula ſuper ignem & extrahe cum aceto: Extractione peracta, acetum per balneum ad ſiccum puluerem abſtrahe, deinde ſuperfunde ſpiritum Salis Armoniaci ad eminentiam aliquot digitorum, putrefiant in B. M. per tres dies, poſt deſtilla in recipiens, adhibitis gradibus ignis; ita deſtillabitur primo ſpiritus ammoniacus, deinde oleum inſtar ſanguinis: Ex B. iam ſepara ſpiritum, vt ſolum Antimonii oleum ſit reſiduum.

Vel, Recipe Antimonii optime triti vnciam vnam; Salis Armoniaci vnciam ß. pone in tigillo ſuper ignem, & quando Sal Ammonius vult euolare, immiſce cum ſulphure puluerisato, vſque dum ſat ſulphuris immiſcueris ſecundum placitum, refrigerato poſtmodum adde tres lotones calcis viuæ, & deſtilla oleum Antimonii citrinum, in magna etiam quantitate.

Vel recipe Antimonii & Tartari ana q. v. (reuerbera prius ſi placet

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 49 sur 1557

cet per 24. horas, vel donec virideſcat) deſtilla inſtar aquæ fortis, & oleum euadit rubicundum inſtar ſanguinis: caput mortuum ſubtiliſſime pulueriſa & ſolue cum aceto deſtillato, vt rubedo emineat, quam omnem collige & deſtilla per 8. ad Eſſentiam, hanc repone in cella, vt fiat oleum, quod poſtmodum reduc in puluerem fixum, multos infinitos morbos tingentem.

Nonnulli oleum ſic faciunt Antimonii compoſitum: Recipe Antimonii, Vitrioli, Sulphuris ana p. j. Sachari albi p. ij. miſce vt artis & deſtilla in oleum quod poſtea præcipitatur in puluerem.

Eſt etiam ſolutio mineræ in 3. principia: Recipe Spiritum ſalis nitri, ſolue in eo Sal Gemmæ & deſtilla, hoc eſt rectifica ſuper Sal Gemmæ, huic aquæ impone mineram Antimonii (idem procedit cum minera Cinnabrii ſeu Cinabrio montano) pulueriſatam, & diſſoluetur in ſua tria principia, in fundum cadit puluis albus (inſtar ſalis eſt) & eaſdem habet virtutes velut Antimonium fixum cum nitro (eſt ſudoriferum) ſupernatat Sulphur Antimonii, in ipſa aqua delitеſcit Mercurius.

Antimonium quomodo in Chyrurgia, à quibusdam, approprietur: Recipe Antimonii lib. 1. ſalis calcinati, Tartari crudi ana libr. 2. Aceti deſtillati fortiſſ. lib. 3. Miſceantur omnia in puluerem, poſtea indantur retortæ & ſuperaffundatur acetum (circulando prius per octo dies) poſtea deſtilla humiditatem, denique oleum.

Vel recipe mineræ Antimonii lib. 3. Salis Gemmæ lib. 3. contuſis ac mixtis cum fruſtulis laterum in aqua coctorum, q. ſ. deſtilla per retortam igne aperto oleum (inſtar ſpiritus) quod rectifica per B. M. Hoc oleum valde corroſiuum: ſoluit etiam hoc oleum Aurum in paruo momento: ſoluto Auro per hoc oleum, adde ei olei vini deſtillati p. j. & quam primum oleum tuum ſolis conuertitur in colorem inſtar ſanguinis, tanquam Rubinus: Hoc oleum Paracelſus vocat Magiſterium Auri in Hydrope, Lepra, Epilepſia &c. Doſis gut. j. in appropiato ac homogeneo conuenti morbo, liquore. Nota Antimonii Colcothar, ſeu caput mortuum, accipe cum floribus æris ſiue Croco Veneris, miſce ana, & reuerbera in tigillo vel retorta, refrigerato & ſatis reuerberato extrahe cum vino aduſto, tandem

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 50 sur 1557

abstrahe vt remaneat Alcali, hoc cum vnguentis & oleis ad curationes vlcerum adhibetur.

Additio etiam hæc est in morphea, lepra, vulneribus & vlceribus. Recipe aceti Antimonialis per se facti, item aceti ex tartaro rubeo ana vncias tres, olei Camphoræ drach. j. Tragacanthi vncias 4. Mucilaginis, consolidæ regalis, sem. Psylii ana scrup. vncias duas, tartari calcinati, Gummi Arabici q. s. & hæc miscentur in vnguentum ad vlcera & vulnera.

Quidam Philosophus: Recipe mineræ Antimonii contusi lib. 1. inde Phiolæ planæ longi colli, repone in digestione arenæ per 6. septimanas, ne spiritus exhalent aut eius fiat fusio prospice, postea ignem per mensem adauge, & abibit in succum propriæ naturæ homogeneum, hunc cum suo aceto ex minera destillato redige in oleum, Soli in virtute & efficacia correspondens: de quo alius sic infert: Recipe mineræ Antimonii lib. ß. mortifica vel solue cum proprio igne minerali, quo purum ab impuro secedat, non per destructionem sophisticam, sed vt Elementorum succedat combinatio, & habes opus philosophicum.

Alius sic: Recipe aquam soluendi (quæ est naturæ Mercurius) hanc superfunde Antimonio pulueriſato ad eminentiam sex digitorum, soluto, putrefacito per mensem, tandem per B. M. dephlegmato, vltimo sublimato p. a. & prodibit Mercurius vitæ in forma olei: Et hoc Paracelsus vocat Magisterium Antimonii siue Marcasitæ.

Sic & nonnulli Diaphoreticum Antimonii per se volunt efficere: Recipe mineræ Antimonii pulueriſ. lib. j. sublima per se in florem album per duos dies ac noctes, destillatur etiam simul acetum, & nota si ignis fuerit valde mediocris, tum procedit, sin vero remissior abit in flores rubeos: puluis albus figitur in phialo proprio aceto per mensem, interim fixus est instar Antim. Diaphoretici nostri: Præterea scias cum rubeis floribus itidem procedere debes, & hæc est differentia, quod album puluerem conficere potes intra 4. dies, quod cum rubeis durat priusquam ad albedinem fixentur cum aceto per mensem: Et situm est hoc in vase Philosophico: Hi processus valde approbantur à Philosophis, quare summe obseruandi.

Hic

Hic probe etiam noto, qua via regulus Antimonii in medicinam venire possit: Recipe Antimonii lib. j. limaturæ chalybis lib. ß. funde in tigillo: fusis proiice desuper salis nitri & salis tartari drach. 3. procede postea in omnibus vt ex arte procedi debet, quo fiat regulus: Huius perfecte elaborati reguli accipe duas partes, Croci Vitrioli Martis præparati p. j. coniunge in tigillo vt ad ignem vicissim fluant, inter fusionem iniice vicissim parum salis nitri & salis tartari, quo probe excandescant, postea secunda vice funde in regulum: cum quo procedes tali modo ad morbum Gallicum. Recipe regulum hunc & solue in Aqua Regis, in alio vero vitro solue Mercurii (in eadem quantitate) cum oleo salis vel Vitrioli, solutis, confunde, & in B. primo destilla phlegma, postea cum luto reclude vitrum, & pone in cineribus ad ignem fixationis per mensem, vitrum deinde aperi ac superfunde spiritum vini ad extrahendam Essentiam, de hac Essentia datur drach. j. cum vino, Diaphoreticum est medicamentum; purgat sanguinem, expellit venena & curat morbum venereum, omnesque eiusdem generis maculas.

Alius Author sic procedere mandat Acetum Antimonii: Recipe mineræ Antimonii lib. iij. contere & fac in Phiolam magnam, affundendo aquam pluuialem destillatam ad medietatem vitri, pone in fimo equino ad putrefactionē, vsq; dū reddat aliquam spumam, postmodum exime & destilla in arena, sic dabit Aquam acidam, & aliquid sublimabitur, hæc destillata redde suis fæcibus, & vicissim destilla, toties reiterando, quousque acetum reddatur tam acidum, prout acetum commune, si adhuc velis aceetum fortius, repete opus cum noua Antimonii minera.

De sale Antimonii idem ait: ex Antimon. tartaro & nitro fiat regulus: Hunc in arena sublima tamdiu reddendo fecibus, vsque dum non amplius ascendat, & per se est fixatus ac præcipitatus in rubeum puluerem. Hunc repone per annum (tempus longum abbreuiatura fiat ad modum Paracelsi) in cella vt soluatur in oleū, solutum filtra & destilla ad consistentiam & habebis Crystallos perpulchros rubicundos, si solutio siue correctio adhuc semel procedit fiunt albi, hoc verum est sal Antimonii: fæces ac terra ab oleo remanent.

Mercuriū Antimonii aliquis sic conficere conatur: Recipe reguli, (pro-

(prout iam ad sal adhibitus fuit) salis de vrina hominis, salis Armoniaci & salis Tartari ana misce ac superfunde acetum fortissimum, recluſis in vitro cum luto sapientiæ digerantur per menſem igne lento, tandem destilla acetum per cineres ad siccitatem salium, tandem hoc peracto misce salia cum tribus partibus boli vel aliis, & destilla igne fortissimo per retortam, & accipies spiritum miraculosum, hunc superfunde ad reguli Antim. vncias quatuor, putrefac hunc per duos menses, demum effunde: quod remanet, huic adde quartam partem de limatura ferri, & spiritus salis vltimo destillantes, attollunt simul Mercurium Antimonii in forma fumi per alembicum, (præpoſito tamen recipiente aqua pleno) salia rapit aqua, fundus vitri tenet Mercurium.

Sulphur Antimonii. De Sulphure Antimonii supra dictum est: pauca adhuc de hoc restat: Recipe aceti destillati fortiss. hoc cum oleo salis & pauco sale Armoniaco potenter exacuato, vt instar ignis euadat, cum hoc solue Antimonium, ac postea præcipita, & egregium habes eius sulphur si fuerit edulcoratum, quidam soluunt cum Aqua forti, sed hoc periculosum.

Balsamus Antimonii. Balsamus ex Sulphure Antimonii: Recipe huius pulueris q. v. ac solue cum aceto, ponendo ad ignem digestionis, deinde destilla acetum recens, & viciſſim destilla, hoc toties reitera quousque Antimonii fæces reliquæ sint instar Butyri, dulces veluti sachatum Saturni, huius Butyri recipe j. p. Therebint. p j. misce probe in vitro, & solue in arena vt fiat Balsamus.

Vel recipe rubei Sulphuris Antimon. vel etiam florum rubeorum in defectu, part. ij. Salis Tartari p. iij. fluant super ignem in tigillo postmodum effunde, & repone in cella ad vitreatam tabulam, vt soluatur in liquorem siue oleum.

Alius Balsamus: Recipe Antimonii lib. j. Sulphuris vnc. vj. mixtis calcinato in sublimatorio per 12. horas, refrigerato viciſſim pulueriſato, & solue cum aceto destillato, toties repetendo donec acetum omnem Essentiam extraxerit: Essentiam in B. M. leniter destilla vt abeat solum acetum, remanentiæ adde limaturæ ferri, & pone in ignem apertum, magno calore destillandum, & accipias aquam ac oleum, quæ si separaueris, habebis egregium Antimonii Balsamum, quem in Chyrurgia pro summo secreto barbitonsores tenebunt ait eiusdem author.

Liba-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 53 sur 1557

Libauius oleum Antimonii ſic deſcribit lib. 2. Alchem. tract. 2. de extractis cap. 16. Stibium pulueratum cum æquali ſale Gemmæ, miſce,& ea cina in fictili donec vireſcant. Tere in marmore, adde aceti deſtillati quantum ſufficit ad pultem. Macera, pone in retortam lutaram cum ampliſſimo receptaculo, locato in frigida, commiſſuras firmiter muni, cum albo oui, & calce impoſitis ſpleniis. Siccatis bene omnibus, deſtilla igni primum leni, donec ampulla incaleſcat, inde paulatim intende vt incandeſcat, detine ita ignem per horas 24. exitque oleum rubicundiſſimum cum phlegmate, quod ſegrega. Valet ad putrida vlcera. Valde prædicant oleum Antimonii ad medicinam & tincturas: Itaque varii ſunt excogitati eius faciendi modi. Flores ſtibii rubei cum pari Sacharo cando imbuuntur vini ſpiritu, vel aceto. Miſtura deſtillatur per retortam gradatim. Aliter: ſtibii libram contere cum ſelibra ſulphuris triti, pone in olla, quam vndique luta & conclude firmiter. Paulatim incaleſcant igni, & candefiant, donec ſulphur abſumtum ſit. Poſtea affunde acetum, coque ad ignem, quouſque diuaporarit. Deſtilla in retorta lutata oleum rubeum purgans, aluo, ſudore, veſica. Retortam & roſtrum eius prunis opple vel calentibus cineribus, ne oleum cõcreſcat. In receptaculo ſit aqua, quæ poſtea ſeparatur. Aliter: ſtibio læuigato in marmore adde oxymel ſimplex,& miſce donec amittat formam metallicam: affunde acetũ deſtillatum, digere in loco calido per menſem, extrahe acetum manente in fundo ſtibio inſtar pultis. Deſtilla igni valido, & exit oleum rubeum, cuius ſcrup. j. vſque ad drach. j. Purgat ſine noxa. Alii ita parant: ſtibii lib. ij. in catino cum borace & ſale Gemmæ funduntur, idque aliquoties, donec citrineſcat eius fluor: Tritum ponitur in forti cucurbita, affunditur lixiuium forte, deſtillatur, additur tartari calcinati drachma, ſalis Gemmæ didrachma. Deſtillatur oleum rubeum lutato alembico, (per lixiuium etiam extrahitur color, vt in tinctura, & ſegregato menſtruo, ipſe color cum additamentis deſtillatur.) Vel: ſtibium coquitur in aceto ex calce & cinere fagino per horas quinque. Filtro abducitur aquoſitas, affunditur acetum ſtillatitium ad digitos duos, macerentur mouendo indies vicies, acetum mutatur quinquies, atque ita fit extractio coloris. Extra-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 54 sur 1557

ctiones destillantur lento igni, & demum excipitur oleum rubeum. De oleo Antimonii composito vide caput eiusdem sequens 17. &c.

In meram fidem, de Antimonio adducimus nostrum præceptorem Ios. Quercetanum qui sic ait in tetrade grauiss. totius cap. aff. cap. 31. pag. 386.

Inprimis autem videamus, quid antiqui de metallico hoc individuo scripserint, & quo iure noui isti censores in venenorũ ordinem referant, perpendamusque, quibus facultatibus præditum ipsum veteres dixerint, quas præparationes illius, vsum & adaptationem admiserint, vt æqui ac iudiciosi lectores omnes, oculis ipsis notent, quam externa huius medicamenti anatomia, ex solo suo cortice, antiquis cognita, præ interiore à veris medicis nobis tradita, mutila sit, & prorsus inanis ac nulla.

Dioscorides lib. 5. cap. 59. vbi loquutus esset de electione ac bonitate Antimonii, hæc subiicit. Quod ad facultates eius & proprietates attinet, vim habet astringendi, & meatus corporis obstruendi, refrigerandi, excrescentias carnis absumendi, cicatrices obducendi, mundificandi oculorum vlcera & sordes. Sub finem præparationem remedii attingit, quam Oribasius inter veteres Græcos ex ipso Dioscoride mutuatus in suum opus medicum transcripsit, collect. lib. 14. Crematur stibium, inquit, crusta ex farina circumlitum, & carbonibus obrutum, donec crusta in carbones abeat. Ab igne semotum, lacte mulieris, quæ marem peperit, aut vetere vino restinguitur. Vritur etiam succensis carbonibus perflatum, donec igne defiagret. Si enim plusculum vrat, in plumbum transit. Lauatur vt cadmia atque æs. Sunt qui vt plumbi recrementum lauent.

Atque hæc est elegans eorum præparatio, quæ non mihi soli, sed multis aliis risum præbeat, in responsione mea Antiquitas excusetur, quæ, quod nouit, nobis candide impertita est.

Qui autem Antimonium fusione in plumbum mutari autumant, satis testantur, se parum in rebus metallicis versatos. Potuerant illi quidem violentiore calcinatione & ignitione portionem quandam Antimonii in regulum transeuntem obseruasse, quod metallum quidem referat, at plumbum non sit, vt quod fragile sit, & in pulverem reductile diuersaque admodum naturæ ac proprietatis. At in hoc quoque, vt in reliquis, excusationem merentur.

Gale-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 55 sur 1557

Galenus de ſimplicium medicamentorum facultatibus 9. poſt Dioſcoridem de Antimonio ſcribens, quædam verba de facultatibus eius facit: Stimmi, inquit, ad facultatem deſiccantem adiunctam habet aſtrictionem: quamobrem & ocularibus medicinis commiſcetur, & illis ſcilicet, quæ conformantur in collyria, quæ vocant, & ſiccis, quæ vtique collyria ſicca cognominant.

Paulus Ægineta lib. 7. de re medic. Oribaſ. medicinarum collect. lib. 15. Aetius tetra. 1. ſer. 2. cap. 72. Vnius Galeni ſententiam & verba propemodum ipſa de Antimonii facultate ſequuntur.

Actuarius lib. 6. meth. med. de eo ſcribit, quæ ſequuntur: Stibium vero, quod nuncupatur, ſi non eſt lotum, validam præ ſe fert aſtringentem vim: verum vbi eluitur, retunditur adeo vt fere ſit morſus expers.

Hactenus de Antimonii facultatibus veteres ſcripſerunt, vnde venenatam medicamentum, aut inter exitialia collocatum, inferri non poteſt, vt ſiniſtre & citra rationem de eo ominantur cenſores noſtri: quum adſtringentis potius, quam rodentis facultatis à veteribus iudicetur.

Etſi autem Dioſcor. inter venena boracem & lapidem Lazuli recenſeat, illorum tamen vſus in medicina vſurpatur, Lazuli quidem lapidis ad expugnandum humorem melancholicum: vnde pilulæ ex eius nomine vocatæ: boracis vero ad ciendos & vacuandos mulierum menſes, partumque adiuuandum, ac ſecundinas extrudendas, nec non ad varios alios affectus, vel intro etiam aſſumptus.

Si eiuſmodi remedia, quæ longe Antimonio acriora agnoſcuntur, in vſum medicum admittuntur, an æquum fuerit, antimonium excludere? Si vero quis expiat, ab eo graues & laborioſos vomitus concitari, in vitrum etiam translato: in promptu reſponſio eſt: ab illo cenſore magnam veteribus iniuriam fieri qui ignorantia illos arguat ac inſcitiam detegat, quod cum ignotius fuerit vis eius vomitrix ac purgatrix pronunciauerint omnes contraria, hoc eſt, aſtringentis facultate pollere, vel etiam ante præparationem aut ablutionem, qua, vt vult Actuarius, loco iam citato, iſta retunditur, vt fere ſit morſus expers.

Nec tamen id circo facile conceſſerim vſque adeo exitiale eſſe medicamentum & venenum, quod vomitum cieat. Quid enim helleboros, ac præſertim album, grauium ſymptomatum pernicie ſuperat? Attamen vel ipſe helleborus albus, ab antiquis (vt ſupra docuimus) in vſum medicum aſſumptus eſt, ac in ſpecificum epilepſiarum auxilium adminiſtratus.

Idem de thapſia, elaterio, pane porcino aut cyclamine, tithymallis

& id genus aliis medicamentis, vomitum cum magna etiam perturbatione concitantibus, nec tamen à multis compositis purgantibus electuariis exclusis, quæ variis morbis succurrunt, dici potest.

Quicquid sit, à venenatis medicaminibus Antimonium excepit Dioscorides ac Antiqui, nec in ordinem virulentorum illi retulerunt, vt thapsiam, helleborum, & id genus alia, quæ recensuimus: quibus si in medicina vsi sunt, longe potiore ratione Antimonium, quod mox dissecturi sumus, vsurpare liceat.

Eius anatomiæ partes longe alias docebimus, quam hactenus factum est, eiusque suauissimam medullam, relicto cortice, internaque viscera enucleabimus. Quod præparationibus Chymicis facturi sumus, vni illi vitro, graui & vomitibus molesto, nequaquam immorantes, licet à tyronibus quibusdam empiricis celebretur: sed sexcentis elegantibus præparationibus ac præstantissimis remediis inhærentes quæ ad varias curationum indicationes referuntur, imo in vniuersum omnibus morbis aptissime succurrant, & ingruentibus aut futuris, vtpote vitæ conseruantia, prospiciant ac præcaueant, ita vt ex eo veram simus ab omnimoda medelæ efficacia panaceam descripturi ac tradituri, item antidotum panchreston, ad multos affectus conferens auxiliumque maximum. Item Antidotum pantagogon, omnium humorum deturbationi & expurgationi idoneam: Antidotum Theodoretam, seu diuinum munus conferentem. Item Antidotum ζωόφιλον, propter mirum eius in conseruanda vita studium & efficaciam.

Item Antidotum Soterion, seu salutare subsidium.

Item Antidotum Lysipyreton, sedantem & extinguentem omnes febriles ardores.

Idem Antidotum Theodoton à Deo datum remedium.

Item Antidotum Theopempton, quod à Deo sit immissum.

Item Antidotum Panareton, seu omni virtute ac viribus præditam.

Item Polychreston, ad multa accommodatum remedium.

Item Isochryson, quod auro æquiparandum sit remedium.

Item Lysiponon, seu anodynum diaphoreticum dolorem soluens:

Multasque alias eiusmodi varias antidotos ac exquisita remedia, quæ ex variis ingredientibus non componantur, sed ex vno solo Antimonio petantur: quæ tamen, etsi ex vno, longe maioribus viribus polleant, quam quæ ex Nicolao Myrepso ex antiquorum floribus collecta, & in ordinem redacta ac descripta sunt lib. eius de Antidotis sectione prima: quas Antiqui vt magnis laudibus efferrent, huiusmodi titulis ac nominibus superbis ac ampullosis insignire gestierunt.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 57 sur 1557

Adqui accuratius & saniore iudicio perlegent & excutient, ex quibus rebus componantur, & quam confusa omnia, ac promiscue & citra rationem inserta sint: nec non quam parum iudicioſe, opium, mandrogoram, papauera, hyoſcyamum, helleboros, colocynditem, euphorbium, ſulphur, & id genus alia, nulla præparatione condita, veteres intruſerint, æquius iſta omnia rideant, ni plane ſint bruti aut cæcutiant, quam compoſitionem vſumve earum laudent ac probent.

Sic veritas temporis filia tandem nobis nata eſt, & hominum ingenia illuſtrauit: vt omnes eiuſmodi compoſitiones, quæ iam ex nouis diſpenſatoriis excluduntur, nunc flocci faciant, & prorſus reſpuant, ſuiſque apothecis abdicent.

Ea tamen erant veterum margarita, vniones & remediorum flores odoratiſſimi & acceptiſſimi: qui ne Arſenico quidem, pepercerunt, nec plumbi vſti, imo ne Antimonii quidem ipſius crudi & inconditi (quod tanopere à noſtris Cenſoribus reprehenditur & culpatur) obliti ſunt.

At tempus eſt, vt indicemus, quam maturiore iudicio, Hermetici, ac inprimis magnus ille Chymicus Theoph. Paracelſus, naturam, eſſentiam & qualitates omnes Antimonii expedierint, ac in partes omnes artificioſe diſſecuerint: in ſalem nempe ſuum, in Sulphur & Mercurium, vtque longe alias eius præparationes donarint, quam vſtiones & lotiones vulgares, quibus ipſum redderent collyriis, antiquorum more, opportunum.

Quin & indicandum eſt, vt Hermetici in eo alias exquiſitiores virtutes, & ſingulares proprietates obſeruarint ac detexerint: vtque adſtrictionum vmbratilium loco, contra omnis generis vomitiones lenes, moderatas & longe illis tutiores, quæ ex helleboris aut ære vſto cientur, minorique moleſtia vacuantes patefecerint, ac ex eo eruerint: licet illis antiqui vterentur, & infantibus etiam, vt ſupra diximus, exhiberent. Quin & oſtendemus, varia in eo, eaque ſuſpicienda, attamen lenia, benigna, & citra nauſeam laxantia præſidia reperta, vt hac ratione catholico, diaphœnico, hieris, tripheris, electuariis Indis maioribus & minoribus, confectioni hamech, & ſimilibus antecellant: Ex noſtris enim deſcriptionibus & experientia conſtabit, ſi Antimonium purgationi alui adaptemus, omnibus corruptis ac venenoſis humoribus electiue repurgandis eſſe idoneum: ſiquidem eius virtute ac facultate, tota ſanguinis maſſa declaratur ac repurgatur, citra vehementiorem caliditatem quam nullam infert, quum & ipſi linguæ ſit inſipidum, aut gratum potius palato ac ſuaue, quam ſecus, leuiterque, contra aliorum medicamentorum moleſtiſſime agentium morem, vires ſuas exerat.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 58 sur 1557

Docebimus præterea varias illius præparationes, ac præstantes virtutes diaphoreticas, quæ mirabiliores, quam hydrotica alia omnia Guaiacina, aut cæteraid genus, effectus producant: imo etiam in diuersas alias figuras commutabimus: in corroborantia nempe medicamenta & alexipharmaca, longe vtique aptiora & vtiliora ad nectar victæ nostræ tuendum, & vires corporis corroborandas, ac venena omnia ab eo excludenda morbosque pestiferas, omnibus aliis confectionibus Alchermes, de hyacintho, mithridatiis & theriacis. In hoc denique metallico individuo videndam exhibebimus (etsi, tanquam præsentaneum venenum, à quibusdam ignaris censoribus respuatur, damnetur, & diris deuoueatur) vniuersalem medicinam, medicinarum medicinam, & admirandorum aut miraculorum ipsum miraculum, seu mirabile mirabilium.

Sed ad rem ipsam iam descendamus, & veritatem verborum nostrorum confirmemus propriis experientiis, tum alienis, quas ex doctissimis quibusvis medicis & Philosophis Hermeticis, eorumque scriptis ac colloquiis mutuati sumus, & adhuc mutuabimur, super varias ac mirandas præparationes, remediaque, quæ ex Antimonio proliciuntur.

Riplæus Northon, Isaac Holandus Rupecissa, Basilius Valentinus ordinis S. Benedicti, & inter alios omnes Paracelsus, super alia omnia metallica, Antimonium collaudarunt, ac celebrarunt: hic adæquans ipsum in suis Archidoxis, & libris de vita longa, quamplurimisque alis locis, primo enti auri: quod mirum in modum in omnibus eius partibus & vbique sedulo examinauit, nihil vnquam sibi habens ipso commendatius, at præsertim Mercurio eius & sulphure. Docet enim ipsum Antimonium ex purissimis perfectissimisque Mercurio & sulphure prognatum, sub vitrioli genere in metallicam formam atque splendorem.

Quin & lib. 3. de vita longa, cap. 6. de infinitis aliis ac admirandis virtutibus testatur, quæ in eo delitescunt.

Antimonium, inquit tom. 4. pag. 105 restaurator est, & renouator omnium virium corporis. Et lib. 6. Archidoxorum de magister. fol. 36 Antimonium, ait, curat leprosos, morphæam, scabiem, leoninam elephantiam, tyriam, &c.

Ibidem addit. Cum materia Antimonii sit spoliatiua & mundificatiua, hinc fit, vt corporis impuritatem non secus absumat, quam Aurum & Argentum ab ipso depurari videmus. Inprimis autem, præter opinionem, curat id ipsum lepram.

Et alibi tomo nempe 6. c. 308. Antimonium omnes morbos tollit, & vires amissas restaurat & renouat. Et eodem tomo, pag. 107. Quinta Essentia, magi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 59 sur 1557

magisterium & primum ens Antimonii, corpus mundificat à lepra, renouatione & instauratione perfecta. Et ibidem, pag. 109. Primum ens Antimonii tantas habet virtutes, vt omne id, quod contingit, transmutet: omnia, quæ ab humore radicali enascuntur, separet, & ex fundamento corpus renouet.

Et tomo 4 pag. 70. Magisterium Antimonii est confortatiuum in caduco. In eodemmet tomo pag. 356 Tanta est vis Antimonii vt grauissimum caduci paroxysmum curet. & pag. 84. 85. & 88. Quinta Essentia Antimonii curat vesaniam. Eadem est confortatiuum in contracturis

In eodemmet tomo pag. 104. & pag. 91. Oleum Antimonii præseruat ab omnibus speciebus amentiæ, vt flores bene præparati præseruant à lepra, tomo 5. pag 273.

Si omnia quæ de eo eiusque facultatibus ac virtutibus prædicantur, huc vellem transcribere, nullus vnquam fuerit finis.

Restat, vt præparationum diuersarum, ac variorum remediorum documenta & artificia aggrediamur, quæ ab ipso Paracelso, aliisque compluribus, ante & post eius ætatem, doctis viris edocentur, nostrumque ipsi symbolum ac talentum conferamus, prout aliquando ipsi manibus parauimus, composuimus, & in vsum felicissime retulimus.

ANTIMONII PANACÆA.

Regulus Martis stellatus cum sale solari prius ter cum sale Martiali exaltato sublimetur bis terue, habebis flores rubros, qui edulcentur optime & ad lentum ignem exsiccati, à Colchotare tertio denuo eleuentur. Hoc facto, iam habes tuos flores, spiritu Martis & vitrioli imprægnatos, blande purgantes, & ad febres omnes intermittentes extinguendas, varioſq; morbos curandos, conferentes ac summe vtiles, quas serua.

Insuper Armoniacum salem, cum æquali calcis viuæ quantitate, fortissimo igne tribus iteratis vicib. calcina, singulis vicibus aqua calida ipsum salem separans, idque per dissolutionem, filtrationem & coagulationem, reaffundendo semper recentem calcem ad vltimam quamque operationem, dum Armoniacus Sal figatur, & liquabilis reddatur instar metalli.

Hic fusus Sal in humido ponatur, qui breui in pellucidissimum liquorem conuertatur, quem mundificabis, in tribusque eius partibus

bus paulatim ſolues partem vnam Mercurii metheorizati, ac ea ratione eſſenſificati, vt in Cryſtallum adducatur, qui Venetianum vitrum æmuletur. Hac diſſolutione charta griſea non conglutinata tota imbibatur: charta ſic perfuſa matratio vitreo includatur, cum ſuo alembico & recipiente: ex qua liquorem Mercurialem igne arenæ elicito, quem rectificabis, vt dilucidiſſimus odoriſq; fragrantiſſimi ac gratiſſimi moſchum redolentis, eniteat.

Is tum etiam iam per ſe ſudoribus ciendis, de quibus in conſilio noſtro de Lue Venerea egimus, aptiſſimus eſt.

In eadem aqua aut liquore, vnam aut alteram vnciam prædictorum florum diſſolue per cohobationes varias: reaffundendo toties recentem aquam aut nouum liquorem, donec totum ſit diſſolutum: atque hanc ſolutionem à ſuo menſtruo non ſegregatam ſeruabis.

In eodem menſtruo ſeorſim Perlarum Orientalium vnciam vnam diſſoluito, cum vncia ſemis pulcherrimi ac rubicundiſſimi Coralli, quæ facile in eo liquore ſoluentur: Vtramque hanc ſolutionem demum cum diſſolutione tuorum florum coniungito, ac cohobationibus identidem per quatuor aut quinque dies repetitis, ſingulis vicibus deſtillando ac reaffundendo liquorem, idque quater, quarta deſtillatione ad ſiccitatem vſque facta, donec Perlæ & Corallia vna cum floribus prædictis optime juncta, inſerta & incorporata in ſubtiliſſimum ac ſpirituoſiſſimum puluerem omnia redigantur.

Huic mixtioni adde tincturæ ſolis factæ, vt paulo poſt dicemus, ad drachmas duas: ac iis omnibus tandem ſuperfunde vini ſpiritum alcoliſatum, qui cohabitationibus per biduum aut triduum iteratis, tandem ſeparetur, vt Panacæa noſtra Antimonii in fundo relinquatur, admirandis virtutibus ac proprietatibus prædita.

In vſu & adminiſtratione infantibus & paruulis exhibetur trium granorum quantitate, adoleſcentibus & ad ætatem virilem proiectis granorum ſeptem: robuſtioribus ad 8. 9. aut etiam 10. adminiſtrari poteſt ex vino albo aut congruo alio liquore, in quo vno momento puluis ſoluitur.

Hæc medicina vt plurimum inſenſilem operationem exercet, interdum per ſudores tantum, interdum leniter aluum laxando, vrinas

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 61 sur 1557

vrinas prouocando, omnia citra moleſtiam aut perturbationem præſtans: Sed ſæpius ſola humorum correctione, inſtauratione ac corroboratione balſami radicalis agit, quam vlla alia aperta vacuatione aut alteratione ſenſili. Atque vt paucis dicam, vniuerſaliſſima eſt medicina, omnibus ægritudinibus, vel deploratiſſimis etiam, vt Epilepſiis, Apoplexiis, Paralyſibus, omni hydropiſis generi, Cachexiis, hyſtericis affectibus, atque id genus aliis.

Iuxta morbi grauitatem & magnitudinem per 12. vel 15. dies exhiberi debet: quod vel etiam vitã producere in multos annos poteſt (volente Deo) ſanitatem tuendo, & corpus à variis morbis conſeruando, ſi vel ſemel tantum in menſe de ea medicina ſumatur.

ANTID. PANCHRESTOS *Antimonii.*

℞. flores reguli Martis rubros, hos reuerbera vaſi vitreo infernum dicto, ac firmiſſimo luto loricato impoſitos, ex quo nihil prorſus expirare poſſit. Maneat vas in Athanoris reuerberio ad tres aut quatuor dies. Quo facto, tinctura cum aceto radicato extrahatur: recens ſemper materiæ reaffundendo & extillando, dum nullũ amplius tincturæ colorem imbibat. Separetur menſtruum à tinctura quæ poſtea vini ſpiritu alkaliſato perfuſa iuxta artem extrahatur, citra ſeparationem ſpiritus vini. Huius exhiberi poſſunt aliquot guttæ in iuſculo aut liquore congruo dilutæ. Totam enim ſanguinis maſſam emundat, morphæam, lepram, ſcrophulas, luem perſanat, inſtaurat & auget natiuum calorem, viſciditates ventriculi abſumit, ac corpus omnibus recrementis expedit. Colicis eſt aptiſſima medicina, nec non præfocationibus matricis ſi reguli Martii loco, regulus Iouis ſubſtituatur ad huiuſmodi flores parandos. Poterit etiam à tinctura vini ſpiritus ſegregari, ſi ita videbitur, ad ſiccitatem vſque, eaque variis aquæ deſtillationibus identidem repetitis exerceri & dulcorari, & tandem ſiccari:

Pulueris doſis fuerit trium aut quatuor granorum.

* *
*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 62 sur 1557

ANTIDOTVS PANTAgogos.

℞. reguli Martis aut Veneris calcem optime paratam & calcinatam, vt artis est; hanc quam poteris optime dissolues cum salis gemmæ fusilis Mercuriali spiritu, omnia ad aliquot dies postea putrefacta & digesta per singulos ignis gradus, ac tandem per violentissimum destillentur: quæ crassum reddent oleum, quod rectificatione attenuandum & subtiliandum erit, ac iterum destillandum, crassiores fæces segregando à puriore liquore. His addes optimum vini spiritum, circulando omnia postea destillando ita vt semper crassiores fæces amandentur, ac ter aut quater sic destillationes iterentur. Atque seruetur hic liquor accuratissime, tanquam vtilissimum omnibus morbis remedium, cuius gutta ad alterandum, vacuandum, alioſque curationum scopos complendos potentior est centum lagenis, herbarum decoctionibus refertis, nec non ipsis de Rhabarbaro potionibus: siquidem hæc sanguinem repurgat, appetitum sopitum excitat, ventriculum aliaque nutritionis viscera corroborat: funditus euellit Cachexiarum radicem ac procul amandat, nec non melancholias hypochondriacas: aduersus icterum & omnis generis arquatos morbos ac hydropes specificum est medicamentum, leniter purgando, ac vrinas prouocando: nec maiore duarum guttarum dosi singulis vicibus opus est, ex aliquo conuenienti liquore: modo ad aliquod tempus singulis diebus, aut alternis eadem dosis propinetur, habita morbi magnitudinis & virium ægrotantis ratione. Potest etiam hoc remedium in præcipitatum & calcem albam, rubram, imo etiam flauam redigi, cuius tria aut quatuor grana in dosin sint satis.

ANTIDOTVS ξηφ.

Accipe de Antimonii minera, quæ ex Vngaria asportatur, quantum voles: hanc in calcem, ac frin v rum esses liquaturus, adurito. Postea vt magis attenuetur, & dissolutioni aptior fiat, cum

cum alba fuligine Mercuriali ſublimetur, deinde edulcoretur: ei ſuperfundes, vt ereſcat eius virtus & facilius ſoluatur, acetum Philoſophicum ex acido liquore roris ſeu mānæ cœleſtis cum eadem-met minera per digeſtiones & fermentationes Philoſophicas factum & præparatum. Omnia deinceps ponantur in balneo Mariæ ad ſatis diurnum tempus, ac donec Philoſophicum acetum rubicundiſſimo colore tinctum conſpiciatur, quod ſimul etiam ſenſim, ex interiore ſuperioris mineræ aut magneſiæ Saturninæ Saccharo, edulceſcet. Huic materiæ tam crebris ac iteratis vicibus, acetum recens ſuperfundito philoſophicum, dum nullus reſtet tincturæ color in materia: fiat per deſtillationem ſeparatio ad ſiccitatem vſq;. Pulueri iam crebris deſtillationibus ex aqua nobis edulcorato, adde præſtantiſſimæ aquæ vitæ, ex corallis pro lectæ q. ſ. ex qua tinctura colorem rurſum extrahe pellucidum ac diaphanum, rubini coloris æmulum.

Poſt varias eius cohobationes ac circulationes proprias, & ad attenuationem maioremque ſubtilitatem neceſſarias, omnia igne fortiſſimo ac vehementiſſimo vrgeto, idque etiam initio, & non obſeruatis mitiorum ignium gradibus: tum cum aqua vitæ Coralliorum, oleum ipſum Antimonii rubrum, ſuaue & exquiſitiſſimum extrudetur, verum vitæ balſamum nunquam ſatis laudandum vel commendandum. Cum ipſa vitæ aqua & in ea relinqui poteſt, citra ſeparationem, ſi lubet: aut ex eo aliquot guttas immiſcere pro doſi, vino aut liquore, ei morbo, cui velis ſuccurrere, congruo: quales ſunt liquores Lilii conuallii, Lauendulæ & Calendulæ, pro epilepſiis, apoplexiis & Paralyſi: qualis & aqua theriacalis aduerſus peſtiferos & contagioſos morbos: nec non ad lepram, morphæam, luem, ſcrophulas, & id genus alios affectus curandos, aquæ Fumiterræ & Veronicæ: Vera enim eſt vniuerſalis medicina, quæ ſopitos ſpiritus excitat, roboratque animales, vitales & naturales, mundando totam ſanguinis maſſam, inſtaurando radicalem balſamum, & corpus humanum ita renouando, vt & in iuuenilem ſtatum hominem transformet. Tanta deniq; tamq; præſtans medicina eſt, vt laudes eius ac admirandæ virtutes ſatis prædicari non poſſint. Verus enim eſt vitæ balſamus, vero vitæ Mercurio æquipollens: de quo verba facit Paracelſus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 64 sur 1557

tomo 6.pag.45.in hunc modum: Mercurius,vitæ corruptiones corporis humani ita tollit,ſicuti ligna putrida ligno amputantur. Hic ſenectutem reſtaurat,& eam in iuuentutem mutat: non quod nouã eſſentiam in homine generet, ſed quod quintam eſſentiam adhuc reſiduam, incorruptam conſeruet: Vnde poſtea nouæ virtutes emergant. Impurum igitur à ſpiritu vitæ remouet, vngues pedum & manuum, item canitiem tollit, iuuentutem confirmat,ita vt ſenectus non amplius canos poſſit producere.

Rupeciſſa lib.de quinta eſſentia,cap.41 de tam exquiſita ac pretioſa loquens Antimonii dulcedine & tinctura, talem tantumque theſaurum eſſe, ait, vt nuſquam in toto orbe par occurrat.

At qui ex eius aliorumque ſimilium deſcriptione tentabit hanc Antimonii tincturam ex crudo, & in puluerem tantum redacto Antimonio,cum aceto ex vino deſtillato,extrahere, vcunq; ſit vinum generoſum & potens, & quantumcunque temporis in digeſtione illius teratur, oleum prorſus & operam perdat. Genuinorum igitur ac verorum eſt Philoſophorum, noſſe diſtinctiones & compoſitiones eiuſmodi menſtruorum aut acetorum. Infinita enim eorum genera ex ſexcentis rebus variis varia fieri & componi aut extrahi poſſunt, quæ variantur ex ingredientium varietate, proprietatibus ac virtutibus: Aceta enim ex cereuiſiis Anglicanis, Belgicis, Germanicis, vi hordei aut frumenti enata: aut ex pomaciis aut piraceis Normanicis expreſſa, virtutes fructuum ex quibus prognata ſunt retinentia, longe lateque inter ſe differunt: multoque magis diſtant ab aceto, quod ex vino, omnium vegetabilium principe, & maxime omnium vitriolato conficitur. Quin & inter vini aceta, magnum ſtatuitur diſcrimen; ſiquidem acetum ex vino albo extractum multum à rubelli vini diſcrepat. Et vinorum Creticorum aceta, debiliorum vinorum acetis (qualia ſunt Tigurina) longe multumque virtute antecellunt: ſic oligophorum vinum magno diſcrimine à vinoſo & generoſo vino diſtinguitur: vt inde liceat inferre,aceta cereuiſiarũ, pomaciorum aut piraciorum,immaturorum ac debiliorum vinorũ nunquam fore rerum metallicarum ſolutionibus apta, nec eo vſq; potentia,vt aceta hydromelitum vinoſorum,quæ cũ manna cœleſti natu-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 65 sur 1557

naturam animalem percurrerunt, & præter vegetalem induerunt, atque sic summopere rectificata spirituales vires & aereas plane sibi compararunt: ita vt omnia quæuis alia, soluendi ac dissuendi potentia superent. Quod obiter dictum sit, vt multi discant, etsi experientiis veris ac certis polleant, se tamen non abs re spe sua cadere, & à scopo, quem sibi proposuerunt, aberrare, quod acetа Philosophorum non norint, eorumque dicta ex litera, non sensu metiantur.

Addo præterea magnum inesse discrimen inter acetum simpliciter destillatum, acetum forte destillatum, acetum forte dephlegmatum, acetum forte bene rectificatum & alkalisatum, acetum radicatum, & acetum philosophicum, quod summo virtutis gradu eminet: quodque nos componimus ac conficimus ex mixtione & conuenienti proportione, fermentatione ac vnione aereæ aciditatis animalis, & mercurialis acoris aquei, cum vegetabili terrestri, vt ea tinctura, de qua supra loquuti sumus, extrahatur, ad nostram ζωϕιλον Antimonii Antidotum concinnandam.

De omnibus aliis acetorum seu menstruorum, seu dissoluentium superiorum, nec non innumerorum aliorum, & naturæ ignium differentiis agemus, quæ claues vocantur artis: eorumque varias addiscemus præparationes, compositiones & vsus in Antidotario nostro spagyrico, tanquam in proprio & dicato huic tractationi loco. Quæ quidem omnia scitu maxime necessaria, magnæque sunt vtilitatis, operæ precium rati, hæc pauca de illis attigisse, & notasse locum, vbi abunde hæc docebuntur, vt medicus & verus Philosophus Chymicus, qui sententiam verborum nostrorum concipiet, in operatione Antimonii aliorumque mineralium, quæ in illo nostro opere describimus, tanquam aduersus omnes morbos eosque deploratissimos præstantissima remedia, labi nequeat.

ANTIDOTVS SOTERIOS *Antimonii.*

Accipe regulum Iouis, ex quo in puluerem trito, hepar aut crocum metallorum cum sale sulphureo conficies. Huius hepatis puluis ruber citra separationem salis. in lixiuio ex cineribus clauella-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 66 sur 1557

tis, & calce viua parato bulliat, donec lixiuium summum ruborem contrahat, quod in vas per inclinationem effundes, idque lente, ne quidquam de fæcibus admisceatur. Euacuato lixiuio, puluerem vulgari more cum potentissimo aceto præcipitabis. Abluantur & dulcorentur omnia: Deinde cum vitriolica hydromelitis vinosi aciditate, alkalisata proprio sale, tincturam aut colorem extrahes: à qua tinctura menstruum separabis, dein illam circulabis ad aliquot dies cum flagrante iuniperi spiritu. Deinceps per retortam crebris cohobationibus vi ignis ipsam extrudes, à qua demum spiritum flagrantem separabis, si ita videbitur, vt restet in fundo destillatorii liquor suauissimus, omnium affectuum pulmonum æque salutaris medicina, ac balsamus, lac aut butyrum dulce sulphuris: cuius tres aut quatuor, imo ad sex vsque guttas ex iusculo vel vino, aut congruis aquis, phthisicis, dyspoicis, asthmaicis, pleuriticis, peripneumonicis, propinabis. In summa saluberrimum est & potentissimum medicamentum quamplurimis, vsque grauissiis morbis mirum in modum profligandis & extinguendis aptissimum.

ANTIDOTVS LYSIPYRE-tos Antimonii.

Recipe florum rubrorum Antimonii vncias quatuor: florum sulphuris sublimatorum ad perfectam albedinem vncias duas. Misceantur cum duplo colchotaris Vitrioli Vngarici aut Cyprii, ac ter sublimentur, habebis flores rubicundissimos, si bene operatus fueris. Hi cum aciditate Vitrioli Veneris primo, deinde cum vero Saturni æthereo spiritu essensificentur. Huius philosophicæ essensificationis si callueris artem, medicinam suspiciendam concinnabis, veram Antidotum Lysipyreton, omnis generis febres, pestiferas etiam, sedantem extinguentem, si ad 4. aut 5. guttas de ea exidoneo liquore propinaueris.

ANTIDOTVS THEODO-tos Antimonii.

Iunge iusto & debito pondere, mensura, proportione ac ordine sex

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 67 sur 1557

sex inferiores Planetas terrestres, cum sublimiori sphæra stellata Saturnina, tanquam cum cæterorum prima radice, vt vna bene amalgamentur, & Philosophice calcinentur. Ex hac calce depurata cum sulphuris montani aqueo spiritu, per cohobationes in calido, & macerationes ex arte in frigido factas, tincturam rubeam pellucidam aut diaphanam instar granati elicies: à qua nubium aquarum auxilio primum menstruum separabis, tincturamque ipsam per varias cohobationes, circulationes & rectificationes necessarias, puro hydromelitis vinosi spiritu excipies, qui eius colorem eruet, quo tinguntur rubini coloris instar, magno cum splendore & perspicuitate. Atque sic in se septem metallorum veram tincturam simul continebit, remedium vere theodoton, ad mirandarum virium & proprietatum, & quod Deus nobis largitur in curationem omnium generaliter morborum, vel desperatissimorum, trium, quatuor, quinque vel sex etiam guttarum dosi.

ANTIDOTVS THEOPEMptos Antimonii.

Aurum ter per Antimonium examinatorem suum traiectum amalgametur cum Mercurii Antimonii debita quantitate & proportione, ex quibus electrum minus fiet. Ex hac amalgamatione abluta, & nigrioribus fuliginibus repurgata, exquisitissimam tincturam extrahe, cum spiritu sulphureo iuniperi, eo modo operans, qui in duabus superioribus præparationibus traditus est. Hanc tincturam diaphanam ac pellucidissimam, instar rubini, variis cohobationibus in circulato minore Parac. exercebis, quod postea, si voles, separabis, vt tinctura restet sola: Quam sedulo conseruabis, tanquam precio sissimum donum à Deo hominibus missum, aduersus pestem, lepram, omnis generis morphæam, lues, & alios id genus grauissimos affectus præsentissimum remedium, trium, quatuor, aut quinque guttarum dosi ex aqua theriacali.

* * *

ANTI-

ANTIDOTVS PANÆRE-tos Antimonii.

Recipe mineræ Antimonii Vngarici ad albedinem calcinatæ, iuxta artem libram semis, Sacchari candi in formam Syrupi cum circulato minore transmutati, libram vnam, cui paulatim calcem illam Antimonii admisceto. Digerantur omnia per 4. aut 5. dies in B. vaporoso, deinde per gradus ignis destillentur. Ex hac destillatione triplex liquoris genus educitur post separationem circulati, quod primum omnium egreditur. Primus, qui albus est, cancrosis vlceribus & externis morbis opitulatur. Secundus qui flauus est, vacuationi per aluum, & per vomitum idoneus est. Tertius rubicundissimus, instar sanguinis, dulcisque balsamus, qui seponendus est ab aliis: si cohobationibus ternis aut quaternis rectificetur, & abluatur cum aqua rosarum, aut buglossi, aut cichorii, quam separabis tincturam & rubicundam, & dulcem, quæ admirandas curationes præstabit, in lepra, morphæa, malo mortuo, sex guttarum quantitate exhibita in aqua fumi terræ. Aduersus Apoplexiam & Epilepsiam dosi duarum aut trium guttarum quantitate ex aqua centaurii minoris. Aduersus pestem exhibebitur ad septem guttas, ex aliqua theriacali aqua, vnde sudor copiosius emerget.

Cum eodem oleo rubro aut tinctura Paracelsus laudanum suum diaphoreticum & solutiuum concinnabat, quod præ aliis omnibus remediis commendatissimum, & in summo pretio habebat aduersus pestes, intermittentes febres, adiiciens essentias aloes, myrrhæ, croci, ambræ flauæ, & id genus aliorum, vnde pilulas compingebat, dimidii scrupuli, aut integri, dosi deglutiendas.

ANTIDOTVS POLYCHRE-stos Antimonii.

Accipe reguli Martis stellati libr. 1. Mercurii in meteoron redacti, & essensificati libr. vnam semis, pulueriscentur & commisceantur, retortoque vasi imponantur cum recipiente, subiiciendo gradatim

datim ignem & genus quoddam Gummi Cryſtallini, grauis, ſeſe in frigido coagulantis & calido ſoluentis, extillando: quod vna aut altera deſtillatione, fæces ſemper ſeparando, rectificabis. Super hunc liquorem toties ſpiritum hydromelitis vinoſi affunde & cohoba, vt tandem crebris iſtis cohobationibus liquor dulceſcat, ſpirituque ſeparato, reſtet in fundo oleum Antimonii exquiſitiſſimum & pretioſiſſimum, multis curandis ægritudinibus iiſque grauiſſimis aptiſſimum. Quin & domitor eſt tertianarum febrium, quotidianarum, ac inprimis quartanarum, ſi tres, quatuor, quinq; aut ſex etiam guttæ habita virium ægri ratione, exhibeantur. Blande enim vomitum multis concitat, aliis alui ſolutionem citra vomitum, eamque vim habet, vt radices & ſeminaria mali prorſus eruncet & euellat.

Spiritus hydromelitis vinoſi ſeparatus, vt ſupra diximus, accurate ſeruatus, & tandem vitriolica aciditate imprægnatus, ſummum eſt diaphoreticum, & longe ab aliis vulgaribus aliud, ſi doſi dimidii cochlearis aut integri ad ſummum, vel ſeorſim, vel vino aut alio liquore dilutum adminiſtretur.

ANTIDOTVS ISOCHRYſos Antimonii.

Regulus Martis cum aquila cæleſti in meteora reducatur, & ab acredine optime abluatur exicceturque: tum cum aqua ſtygia Philoſophorum, ex duobus ſalibus ſpiritualibus, ſulphureo & mercuriali, debita proportione & ex arte compoſita, ſoluatur, digeratur, ac tandem per iteratas cohobationes præcipitetur. Ex hoc præcipitato ſpiritus aquæ philoſophicæ auferantur, in reuerberio Athanoris, perpetuo præcipitatum ſpatula ferrea commouendo, donec acquirat flauum, aut floris calendulæ colorem: quem ablue cum aqua pluuiæ deſtillata. Huic exiccato pulueri affunde acetum Philoſophorum, de quo iam mentionem fecimus, & tam diu digere, donec menſtruum rubino colore tingatur, relictis quibuſdam faecibus albis in fundo. Menſtruo per cineres ſeparato, remanebit in fundo puluis leuiſſimus, rubri coloris, denuo per duas treſue horas ſub craticula reuerberandus: cui tum demum, ſi aquam vitæ iuni-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 70 sur 1557

peri affundas, atque ex arte digeras, fere totus puluis in tincturam conuertetur rubicundissimam & admirandarum virtutum, vel ipsi auro potabili, aut eius tincturæ æquiparandam. Apostemata interna omnia sine noxa aperit atque curat, sanguinem concretum dissoluit, corruptumque purificat: ad lepram, scrophulas, luem veneream, pestem, infinitosque alios morbos præsentaneum remedium: imo ipsum hominem renouat, & sanum diutissime conseruat. Dosis guttulæ 6.7.8.10. cum vino vel alio liquore bis in die, iuxta morbi necessitatem.

ANTIDOTVS LYSIPONOS
seu Anodynum diaphoreticum Antimonii.

Accipe reguli libram semis, salis nitri cum sulphure aut floribus sulphureis, vt artis est, purificati & vitrificati libr. vnam, reducantur in puluerem & optime misceantur, & crucibulo indita ponantur in igne circulari, ignem augendo per gradus, eumque crucibulo sensim admouendo, donec omnis materia fluxerit, instar metalli fusi. Tunc vel ferrum candens, vel carbonem ardentem iniice, vt sal comburatur: Remanentiam exime, dulcifica, exicca, & cum æquali salis prædicti parte secundo vratur, dulcificetur & exiccetur, idem opus tertio repetendo: Relictum puluerem vasi vitreo fixatorio bene occluso inditum, per quatuor quinqueue dies in igne fixationis foue, dando ignem per gradus, donec vas tandem igniatur, & puluis antea albus acquirat calendulæ colorem: quem tandem cum aqua vitæ iuniperi correctissima, in vase bene occluso, circulabis per aliquot dies: post exime materiam, & affusa ter quaterque noua aqua vitæ iuniperina, semperque accensa, à prædicta materia exuratur, ac postremo bene exiccetur. Dosis à scrupulo semis ad scrupulum vnum cum vino optimo vel aqua conuenienti.

Est hæc antidotus vere λυσίπονος, omnes dolores ventriculi, intestinorum, vteri, à quauis causa subortos soluens & sedans, si cum vino vel aqua chamæmeli exhibeatur. Vlceribus renum vesicæ & vteri: item deprauatæ mensium excretioni, fluxuique muliebri admirandum remedium: quod cum vino, iusculo, aut alio conuenienti liquore misceri potest: vel cum mucilagine Gummi Tragacanthæ.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 71 sur 1557

thæ, bis terue in die exhiberi. Eodem modo exhibitum, peſtilentibus omnibus affectibus, nempe febribus intermittentibus ſummopere conducit. Sanguinem enim per ſudores, & per inſenſilem plerunque tranſpirationem purificat & repurgat, vitæque noſtræ balſamum, balſamica ſua vi inſtaurat, totumque hominem renouat.

Vſus præterea Antimonii talis eſt in medicina: Blanca Nicolai: Recipe Terebinthinæ, Opoponacis, Galbani, Aſſæ, Sagapeni, Caſtorei, Antimonii, Sulphuris, Bdellii, Aſphalti, Ammoniaci, Styracis liquidæ, Carnis leonis, Diagridii, Euphorbii, Agarici Pulpæ Colocynthitis, Ellebori nigri, Polypodii, Thapſiæ, Pyrethri, Schænanthi Peucedani, Aſari, Cyperi, Pœoniæ, Betonicæ, Chamædryos, Polii, Ammi, Leuiſtici, ſem. Rutæ, ſang. Draconis ana drac. j. Cinnamomi, Garyophyllorum, Macis, Cardamomi, Aniſi, Marrathri, Balſami ana ſcrup. ß. Ambræ grana v. Mellis quantum ſatis eſt. Confice. Doſis à drachm. j. ad drachm. iij. Datur cum vino, in quo cocta ſit ſaluia, aut herba paralyſis in fero, in motum Caſtaneæ. Phlegmaticos purgat humores, valet Cephalalgicis, & oculorum doloribus, & ſanguinolentis tumoribus & lippis: Optime facit contra omnia, quæ turbant phantaſiam rationem ac memoriam: Vtilis eſt tremuloſis, Epilepticis ac Paralyticis.

Oleum ad fiſtulas, optimum Quercetani: Recipe Antimonii vnc. iij. Mercurii ſublimati vnc. j. ß. Mellis vnc. vj. Mixtis iam omnibus, vt artis eſt, deſtillentur per retortam vitream, mediocri igne: exibit oleum ad calloſa, & maligna omnia vlcera, fiſtulas, cancrum, & gangrænam curandam præſtantiſſ.

Vnguentum ad genarum ſcabritiem, ſcabiem ac vlcera, Rondele. Recipe Omphacii, Acaciæ ana drachm. j. Tuthiæ præparatæ drach ij. Ceruſſæ lotæ, Antimonii ana drach. j. Vnguenti Roſati vnc. ß. Miſce, & fiat vnguentum.

Aliud ad lachrymarum fluxum recipe Cort. Thuris, Maſticis, Sarcocollæ ana drachm. ij. Tragacanthæ, Gummi Arabici, torrefactorum ana drachm. j. Tuthiæ præparatæ, Antimonii ana drachm. ß. Sanguinis Draconis, Acaciæ, Amurcæ

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 72 sur 1557

inſpiſſatæ ana drach. ij. miſce, & fiat vnguentum, quo inungantur canthi oculorum, & totæ palpebræ.

Vnguentum ad vlcera narium: Recipe Aloes lotæ cum aqua Plantaginis drach. iij. Myrrhæ electæ drach. ij Rad. Iridis, Sarcocollæ ana drach. j. Ceruſſæ, Antimonii, Tuthiæ, Minii ana drach. ß. Olei Hyperici, Roſarum ana vnc. ij. Mellis Roſ. colati vnc. j. Succi mali Granati, ſucci Piloſellæ, vel linguæ paſſerinæ ana vnc. ij. Coquantur ſucci cum oleis, deinde mel: poſtremo puluerizata diligenter inſpergantur, & ad vnguenti formam redigantur. Si diuiti paretur, adde moſchi ſcrup ß. Muſci arborum, vel Boniouini, vel Cyperi, vel Roſarum drach. j.

Sal Antimonii: Recipe Antimonii crudi, Tartari, calcis viuæ ana q. ſ. Terantur ſingula, & miſceantur, onanturque in vaſe terreo optime lutato, vnico foramine in ſummitate relicto, & in fornace figulina calcinentur. Quo facto, materia teritur, atque cum aqua fontana coquitur, qua denique exiccata, ſal in fundo remanebit. Vſus in alchymia.

Tabulæ Stibiatæ noſtræ: Recipe Stibii ſeu Antimonii præparati drach. ij. Gummi Tragacanthi drachm. j Sachari albi in aqua roſ. diſſoluti vnc. iij. Olei Aniſi gran. xv. Fiant tabulæ ſecundum artem, pendentes drach. j. ſingulæ pro robuſtioribus: imbecillioribus vero drach. ß. vel ſcrup. ij. exhibere ſoleo. Purgant per vomitum & aluum valenter.

Tabulæ noſtræ de Stibio, aliæ: Recipe Vitri Antimonii drachm. vj. Pul. Tragacanthi drachm. ij. Sacchari in aqua roſ diſſoluti, & ad perfectionem cocti lib. ß. Fiant tabulæ. Doſis à drac. j. vſque ad drac. j. ß. Purgant per vomitum & aluum vehementer.

Collyrium, Nardinum: Recipe Cadmiæ, Croci, Gummi ana drachm. xii. æris vſti drachm. v. Stibii, id eſt, Antimonii, Acaciæ ana drachm. x. Nardi Indicæ vnc. ß. Opii, Myrrhæ ana drachm. v. vini quantum ſufficit. Fiat collyrium. Durat in annos duos. Ad doloris vexationes, fluxum tenuem & multum puſtulas & aſpretudines oculorum.

Collyrium viride: Recipe Cadmiæ vſtæ & vino odorato extinctę vnc. j. Croci, Antimonii vſti, & in lacte extincti ana drach. iij. Amyli drach.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 73 sur 1557

drach.j.Gummi drach. ij. Succi anagalidis fœminæ quantum ſufficie.Fiat collyrium.

Aqua ad oculorum lachrymas exiccandas Fumanelli: Recipe Tuthiæ præparatæ vnc.j. Lapidis Hæmatidis vnc.ß. ſanguinis draconis, Acaciæ, Antimonii ana drach.j. Caphuræ ſcrup.ij. Terræ Sigillatæ drach.j. Thuris, Maſticis, Piperis albi ana ſcrup. . aquæ fœniculi, Euphragiæ ana vnc.j. Aquæ Violarum, Roſarum ana vnc. ij. vini antiqui vnc.iij. coquito omnia in duplici vaſe ad conſumptionem medietatis,& percolato.

Vnguentum ad rupturam oſſium Paracelſi: Oſſa quocunque modo rupta, per infraſcriptum vnguentum optime conſolidantur, ſingulis ordinate coniunctis.Recip. mellis vnc.ij.olei Antimonii,olei Vitrioli ana drac.ij. Axungiæ Taxi,Seui Ceruini, Axungiæ Vrſinæ,Saponis ana vnc.j. Terebinthinæ vnc.j ß. Ceræ vnc.ij. coquantur in vnguentum, pro more, quo rupturæ ſunt adignem calida manu perungendæ,&c.Mirum in modum præ cæteris curat & ſanat optima conſolidatione.

Aqua Epileptica: Recipe Stibii lib.j.Tartari albi,ſalis vſti ſingulæ trientes;tenuiſſime trita miſce in magno catino, & reuerbera vt euadat in placentam Argenteam (regulum puta ſtibii) hanc pulueriſa optime,ac torre in patella figulina non vitreata, ſemper verſando ne fundatur,donec acquirat aureum colorem perfectum. Lauando,ſubtilem calcem extrahe cuius cape vnc.ij. vini albi ſtomachalis lib ij.Cinnamomi vnc.ß Miſce,digere,in Balneo per 20. dies ad noctes clauſo vaſe,deſtilla lente aquam,cuius Doſis drach.j.cum Sachari & moſchi momento.

Pomum odoriferum purgans ſi infundatur integra nocte in cereuiſiæ vel vini vnc.iij. vel iiij.Recipe Balſami ſicci vnc.iij. vitri Antimonii opt.pulueriſati vnc.ij.ß.Ambræ griſeæ ſcrup.j. miſceantur ſ. artem.Panchymagogon Hippocraticum:Recipe Hermodact vn.ij. Turbith vnc.ß Agarici drach. vj. Senæ vnc.v.Polypodii vnc.ij.Cinnamomi drach.vj. Nucis Moſchatæ Garyophyl. Zingiberis ana vnc ß.Sacchari vn.xx.Moſchi Gra.x.ponantur in vitro cum vini albi lib.x infund. per dies agitando ſæpius, expreſſioni adde Diagridii vnc.j. Flor.Antimonii Diaphor.vnc.ß.olei aniſi gut.x.Miſce omnia

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 74 sur 1557

bene probeq; obturata, sæpius in dies agitando. Dosis à drach. j. ad drach. iiij. Et in Morbo Gallico adde vnicuique dosi gra. xvij. ad xx. Turbith. mineralis: Et in delicatis xij. aut xvj. gr. Turbith. cordialis facta per noctem infusione vel capiat mane sequenti.

Elixyr Salium hydroticum: Recipe salis Theriacalis, salis Absynthii Pontici, Alcali scordii, Alcali Cinnamomi, Guaiaci, Chynæ ana scrup. j. Diaphor. Antimonii scrup. ß. Extr. Carduibened. Zingib. Iuniperi ana drach. ß. extr. Theriacæ vnc. ß. commisceantur ad formam electuarii. Dosis scrup. j. ex aceto Bezoartico.

Elixyr Emedicum: Recipe aquæ Absynthii Pontici, aquæ Cichorii ana vnc. j. ß. vitri Antimonii purgantis gra. vj macerentur per horas 24. (vel etiam coquantur, aucta tamen aqua) colatura facta, adde Miuæ Cidoniorum vnciam semis.

Aqua vitæ Paracelsi: Recipe aquarum Melissæ, Rosarum, Cheiri, Saluiæ, Balsamicæ, Menthæ (al. Maioranæ) ana lib. j. Piperum omnium, Cubebarum, Zinziberis, Cinnamomi, Masticis, Myrrhæ, Macis, Garyophyl. ana vnc. ij. Succi mellis, Succi Vitrioli, Tartari, Antimonii ana vnc. vj. Aqua vitæ rectificatæ lib. v.

Hæc omnia digeres diebus sex. Postea separa, & destilla per pellicanum ad spiritum. Deinde Recipe huius aquæ, quantum eius est: caponem præparatum, dissectumque. Hæc vna cum speciebus sequentibus in vesicam iniice, digere per triduum in cineribus, postea vtere gra. v. pro dosi vna.

Medicamentum ad fracturam ossium, Paracelsi: Recipe Mellis vnc. ij. Antimonii, ol. Vitrioli drac. ij. Adipis, Melist. vnc. j. Seui Ceruini vnc. j. Ceræ vnc. ij. Saponis vnc. j. Terebint. vnc. j. ß. Adipis vrsini vnc. j. vnguentum hoc mirifice sanat, si in loco calido; calida manu probe illinatur, ita vt penetret.

Medicamentum ad Epilepsiam: Recipe de spiritu Vitrioli, gutt. v. De. 5. Essent. Antimonii gutt. v. De 5. Essent. Margaritarum, gut. iiij. Mixta iniice in cyathum, plenum aqua Rosarum optima, & in Paroxysmo propina, qualibet aurora.

Laudanum in dissolutis ac deploratis Morbis Paracelsi: Recipe Orizei foliati vnc. ß. Margaritarum non perforatarum drac. ij. Asphalti Flor. Antimonii ana drach. ß. Croci Orientalis drachm. j. ß. Myrrhæ Romanæ, alæpatici ana ad pondus omnium. Reduc ad formam

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 75 sur 1557

formam Dosis gr.vj.ad x. Suffitus in suffocatione Matricis Paracesi: Recipe Noræ num.vij. Assæ fætidæ gr. iiij. Florum Cheiri, Terdinæ, id est, Valerianæ ana scrupul. j. Fiat Suffitus per orificium Matricis, per clepsydram &c. Sequitur cap. 2. de Vitriolo.

CAPVT II.

De Vitriolo.

VItriolum, Græcis χάλκανθος, Latinis Atramentum Sutorium, & simpliciter atramentum, quod nimirum sutores olim coria hoc tingebant. Italis Vitriolo, Gallis Vitriol & Germanis Vitriol/ siue Kupferwasser. Dioscorides tres eius facit specie differentias, genere tamen easdem. Primum, quod in strias concrescit, quod stillatitium vocat. Alterum, quod in glebas est concretum, vnde Græcis Pecton, id est, gelatum vocatur, quam vitriolum Romanum hodie vocant. Tertium, quod coquitur, & coctile vocatur, inualidissimum & inutile, quod hodie passim habetur, fitque ex sale, sulphure & lapidibus. Est autem colore itidem triplex: viride videlicet, cæruleum, & album. Optimum est cæruleum, graue, concretum, translucens cuiusmodi est stillatitium, quod Græci Λιχανὶν vocant. De hoc quoniam magna est ambiguitas inter autores, eos omnes quotquot possumus, explicandi gratia citabimus, inprimis videbimus quid Iosephus Quercetanus Regius ille medicus de hoc sentiat, & inprimis in tetrade grauiss. totius cap. affect cap. 30. pag. 353. ait: Vitriolum genus est salis, inter alia naturalia, non in fine corporum, vt constare potest ex eo, quod nobis semper Martis & Veneris, h.e. ferri & cupri speciem videndum exhibeat, quæ vel omnium Chymicorum minimus nouit ex vitriolo extrahere, nec non per vitriolum ipsum intra paucas horas Martem in Venerem conuertere. Vnde Poetæ Philosophi ansam arripuerunt de amoribus Martis & Veneris dicendi ac scribendi, quorum proles Cupido, Deus amorum (hoc est, magnus ille consensus & Sympathia, studiumque res omnes inter se colligans, ac sum-

ſummo effectu deuinciens) eſſe fingitur, genuinuſque Veneris filius, quam fingunt ex ſpuma maris enatam, vnde ab iiſdem Poetis ἀφροδίτη καὶ ἀφρογένεια dicta ſit, eamque omnium generationum, totiuſque naturæ parentem eleganter ac vere dixerunt, ſi internum illorum ſenſum capiamus. Sic enim figmentis arcana ſua myſtica inuoluunt & obtegunt, vt ſolis ſublimibus ingeniis, non idiotis pateant. Sed myſteriorum iſtorum, aliorumque arcanorum accuratiorem inquiſitionem, in libro noſtro de recondita rerum natura perſequemur, contenti hoc tantum in præſentia addere: Vitriolum extrinſecus viride interiorem tamen rubedinem, continere; ac præ omnibus aliis ſalibus, acetum terreſtre poſſidere, quod omnium rerum terreſtrium fermentationem, cum aqua mixtum (qualem fermẽtum farinę aqua dilutæ exhibet) inducat. Eiuſmodi enim putrefactione & maceratione vtriuſque inter ſe iuncti elementi acetum iſtud naturæ intrinſecus ſpiritu ſuo fermentante, attollit & excitat paſtam illam naturæ, vnde tranſmutationes, productiones conſuetæ & indiuidua quæque procreantur. Ac primo loco ex eiuſmodi fermentatione omnis mineralis ſubſtantia ortum habet, ex cuius ſpiritibus tinguntur poſtea vegetabilia, quorum eſſentia animalia deinceps paſcuntur & fouentur, vt alibi diximus, etſi obſcurius. Huius enim rei lucem clariorem in librum illum noſtrum de recondita rerum natura differimus, ex qua ſtudioſus Lector magnum fructum ac voluptatem ſit reportaturus. De vitriolo autem quid ſentiat Galen. libro ſuo de ſimplicibus, & quid de eius tranſmutatoria virtute ſcribat, licebit ex ipſo Galeno audire, quum refert: ſe ex mineris Cypri, terreum quendam carbonem, Miſy vocatum, attuliſſe, quem in angulo quodam Muſæi repoſitum, ſucceſſu temporis in ſory conuerſum fuiſſe, deinceps in chalcitidem, hoc eſt vitriolum, ac tandem in chalcanthum, quod idem eſt ac Venus ſeu cuprum.

Multa autem habentur vitriolorum genera. Quod ex Anglia & inferiore Germania aduehitur, cærulei coloris, non vſquequaque laudabile eſt. Vngaricum v. inter præſtantiora ac meliora habetur. Vt autem bonitatis fiat periculum, admoueatur aut affricetur cultro: Si ſuo tactu, cultrum rubro colore, hoc eſt cupreo inficiat, laudatiſſimum ac optimum habebitur. Conſtat enim in occultis ſuis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 77 sur 1557

tis ſuis viſceribus Venerem incluſam continere, cuius contactum Mars ſtatim amplectitur, vſque adeo magna eſt inter vtrumq; metallum ſympathia ac conſenſus. Inter optima Romanum quoque vitriolum cenſetur, ſi ſyncerum, nec adulteratum ad nos afferretur. Quod enim aduehitur, vitriolica ſua ochra, quæ ſemen auri in ſe concluſum habet, ſæpenumero ſpoliatum eſt. Alioqui ſyncerum magno precio venditur, vt quod non niſi coronato pondo proſtet. Sed omnium præſtantiſſimum eſt Cyprium Saphyrini coloris, quæ Lunaris eſt tinctura in internis Lunæ partibus. Quæ quidem Luna perfectionem Solis, ſeu Auri, cominus æmulatur, quo fit, vt eiuſmodi vitriolum maiorem cum Auro conſenſum ac ſocietatem habeat. Hinc fit, vt etiam veri Philoſophi ex Cyprio vitriolo, Saphyrini coloris, menſtruum aut diſſoluens vtriuſque Luminaris maioris, hoc eſt, Auri & Argenti norint extrahere: quod ex aliis vitrioli generibus, citra additionem, fieri nequit. Cyprium enim vitriolum magnam Solis quantitatem in ſe continet, quod eius, ſupra alia, pretium auget, vt non niſi tribus aut quatuor aureis nummis ſingulæ libræ diuendantur.

Ex vitriolo autem multa variaque eaque egregia remedia proliciuntur. Cum enim naturæ metallicæ prima materia, & tanquam ens primum habeatur & ſit, non dubium eſt, quin eius ſpiritus, nondum mole corporis ſolida craſſaque metall. obruti, ſed corporei adhuc ſpiritus, aut corporis ſpiritualis naturam retinentes, viua actiuaque efficacia ac qualitate hoc eſt, immenſa ac inexplicabili virtute (vt qui à ſimplicitate, & puritate elementari mineralique minus recedant) præditi ac inſtructi ſint: vtpote in quo vitriolo omnes omnium metallorum ſpiritus, vires ac proprietates potentia, tanquã in ſua origine, deliteſcant & contineantur: ac inprimis vitriolati ſeu Venerei ſpiritus, vt & Martiales, Lunares, Solareſq;: qui cum eo tanto conſenſu ac congruentia iunguntur, vt in ipſum vel magna etiam copia ſeſe transfundant, & ab eo eliciantur. Vnde fit, vt non tantum qui à vitriolo extrahuntur ſpiritus, ſolius cerebri affectibus tanquam Lunares conducant: ſed cordis etiam, renum, partiumq; generationi dicatarum, martialibus quoque ac Venereis morbis, tanquam Venerei ac Martiales opitulentur ac remedium adferant. Sed hanc Aſtronomicam ac Chymicam Sympathiam,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 78 sur 1557

alibi, in noſtro de recondita rerum natura libro, fuſius, iuuante Deo, ſumus explicaturi: hic ſatis ſit, eam tantum obiter delibaſſe, & quam variis vſibus ſit aptum ac idoneum, non minus quam aquæ metallicæ vitriolatæ, ad quas inuicti morbi ac deplorati ablegantur, eluceſcat.

Si autem quæritur ratio, cur eiuſmodi vitriolum, aut quæ ab eo educantur remedia, quatenus Lunarem, Martialem ac Vitriolicam naturam poſſident, propria ac ſpecifica ſint cerebri ac renum ægritudinibus? reſpondebimus, perinde in illis rem ſe habere, ac in Saluia, Betonica, quæ cerebro congruunt: in floribus buglоſſi, borraginis aliiſque, qui cordiales habentur: in eupatorio, quod jecori dicatum eſt à natura, & ſcolopendrio aut Ceterach ſpleni eiuſque affectibus deſtinato, infinitiſque aliis ſimplicibus, quorum occultæ adhuc ſunt virtutes, vt quæ ex qualitatibus elementaribus calidis aut frigidis non pendeant, ſed ſola experientia nitantur.

Sed cum hoc ſilere ſit potius, quam reſpondere, dilucidiores rationes annectemus, quibus demonſtretur, quam verum proprium ac genuinum, ſpecificumque epilepſiarum ac apoplexiarum remedium ſit, ſpiritus ex vitriolo abſtractus, ſingulari ſua proprietate id genus morbis facilem reluctans ac abigens.

Ac primo quidem loco, hoc ex eius ſumma ſubtilitate, ac vt ita loquar, ſpiritualitate proficiſci certum eſt, cuius prompta virtus vno momento fertur in cerebrum ac in cor, quæ in hoc morbo præcipue laborant & premuntur. Vt enim videmus eum, qui deliquium animi patitur, & Syncope proſternitur, facile vini ſpiritu aut aqua vitæ, ori infuſa, vel labiis ac naribus admota, nec nō aceti odore vitriolicæ naturæ, quæ ſtatim cor feriant, longe magis recreari, ac promptius erigi, quam ſi quauis gelatina, aut delicatiſſimo ac maxime nutritionis reſtaurante, ac conſummato cibetur: quod hæc ſpirituali virtute careant penetrante, & ſpiritibus noſtris ſolis vitæ noſtræ authoribus, analoga ac communicabili, quæ vini & aceti ſpiritui vſque adeo ſubtilis & penetrans inhæret, vt vel ſolo odore ſuo vitriolico, conſopitos etiam ſpiritus noſtros ac ſenſus excitet & redintegret.

Hinc

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 79 sur 1557

Hinc inferre licet, quanta sit, vt ita loquar, spiritualitas ac subtilitas, virtusq; attenuans, penetrans, & instaurans, spiritus vitrioli, qui ita insigniter prompteque cerebrum ferit, vt solo eius odoratu sternutatio confestim excitetur.

Præter eiusmodi tenuitatem ac spiritualitatem essentiæ, qua sese facile cum malignis, melancholicis ac vitriolatis vaporibus miscet, quibus iam antea præcipuas horum morborum causas arrogauimus, varios alios effectus exerit spiritus ille vitriolicus, vt abunde ac aperte demonstrauimus alibi: vtpote qui, cum sit magnum ac validum coagulans, facile fumos vapores & spirituosos halitus, ac malignos, qui ex inferioribus partibus ad superiores feruntur, coagulare potest, virtute ista, qua præditus est, coagulandi: vt sic eorum effectus ac fructus, quos in summa sua exaltatione producunt interpellentur.

Satis superque alibi demonstrauimus quod sit inter omnium rerum spiritus, cum materia sua corporea ac terrestri concretos coagulatosve, ac eos, qui huiusmodi vinculis corporeis, vel naturæ beneficio, vel artis industria, soluti sunt, discrimen, vt ista hic repetere non sit opus.

Veruntamen si causa efficiens horum morborum crassa, materialis ac obstruens fuerit (vt prope omnes Dogmatici sentiunt) hic idem spiritus contrarias partes sustinet, vt scilicet crassa illa dissoluat, extenuet ac liquefaciat, vt sic quoque naturam adiuuet, quo facilius ea extrudat ac dissipet.

Addam tamen & aliam rationem, ea conditione ac lege, ne Censores mei, quos apiricos prorsus habeo, non vere Dogmaticos aut Hippocratis asseclas (ex quorum numero me esse profiteor) effuso gutture rideant & hiante gutture cachinnos suos in me proterue exhalent & eructent: ea nempe est magnetica quædam virtus in acido spiritu delitescens metallico, qui ad energiam aut actiuitatem simplicitatemque elementaris naturæ propius accedens, sua eã virtute magnetica, vim habet attrahendi, domandi euincendique acidos illos melancholicos ac Vitriolicos animalis spiritus, quos supra horum morborum diximus esse authores ac artifices. Nec absurdum facere refricare, hanc esse rationem, qua Magnus ille Dictator Hippocrates scri-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 80 sur 1557

ſcripſerit loco iam citato: Melancholici comitiales facile fiant, & comitiales melancholici, eo quod magna ſit cauſarum analogia & conſenſus vtriuſq; morbi, melancholici nēpe & comitialis. Quin & in hunc finem ſatis dilucide alibi demonſtraui, veræ melancholiæ atræ qualitates aſcriptas longe melius conuenire, ſi vitriolici humoris appellatione inſigniantur, vt ſuis rationibus omnia comprobauimus.

Magnetica autem illa virtus, quam appello, longius diffunditur, quam quæ in Magnete vulgari & ferro attractio eſt. Hac attrahente virtute, Arſenicum ſummum venenum, multis è corpore attrahēdis venenis, idonea aptaque ſit medicina: aut præparatum ab eo oleum, ſi extrinſecus etiam inducatur, ſummo vſui ac præſentiſſimo remedio eſt, curandis nempe cancroſis, & Arſenicalibus vlceribus omnibus. Huiuſce dicti etiam noſtri aperte veritatem indicant, ſerpentum axungia aduerſus ſuos morſus, oleum Scorpionis aduerſus ſuos ictus, & mel contra apum infixos aculeos, ac ſexcenta alia id genus exempla arguunt ac confirmant. Sed fuſiorem harum rerum tractationem, in librum noſtrum de recondita rerum natura reiicimus, vbi non vulgaria & triuialia quæque centies repetita, ab irriſoribus & cenſoribus audientur: qualia ſolent in ſuis ſcriptis eiuſmodi homines rapſodica conſarcinare: ſed ſeria & grauia quæq;, quæ modeſtis & candidis ingeniis, pacatiſq; animis, admirationi, pro rei argumento futura ſunt.

At ſingulares dotes, quas quidam ex medicinæ Spagyricæ Coryphæis vitriolo arrogat, audiamus: nec non varias eius præparationes ac exquiſita remedia, quæ ex illo eruit, & eruenda docet, videamus: quæ ad varias curationum indicationes, nec non ad profligationem non tantum morborum iſtorum quatuor, de quibus agimus at aliorum etiam grauiſſimorum deploratorumque, quibus humanum corpus proſternitur, reſtitutionem reſpiciunt: ita vt in vno hoc metallico indiuiduo appoſite ac exquiſite apparato, & in internas vitaleſque partes omnes dextre diſſecto, integram Pharmacopœi officinam comperire liceat.

Siue enim præparandi ſint omnibus modis humores, ſiue quæ craſſa & tartarea ſunt, attenuanda ſint. tenuia incraſſanda, impura expurganda, ſuperuacanea per vrinas, ſudores, alui excretio-

cretionem, vomitum, vacuanda, siue obstructa, penetranda, ac reseranda sint, siue fuerit omnibus modis naturalis calor instauran-
dus; in hoc eodem vitriolo auxilia rimari liceat: quin & idem ipsum verum omnis generis doloribus sedandis opportunum anodynum deprehenditur, omniumque venenorum, ac exitialium humorum alexipharmacum, nec non omnium inflammationum, ardorumque febrilium extinctor ac moderator fit. De eo ipso hæc sunt verba Paracelsi, tom. 2. p. 72. Vitriolum (inquit) in se continet 1.
laxatiuum summum, quod omnes corporis partes penetrat, easque 2.
mundificat: Secundo continet constrictiuum: Tertio si ipsius fron- 3.
des præparentur, tunc in caduco est arcanum: Quarto si flores ip- 4.
sius separentur, tum summum est penetratiuum: Denique si fru- 5.
ctus decerpantur, summum calotis natiui instauratiuum fuerit. Vitriolum enim habet vim renouandi & instaurandi, tom. 6. pag. 308.

Et eodem tomo pag. 77. Vitriolum, inquit, est purgatiuum specificum, ad omnes humores præter naturales. Præparatio illius remedii ibidem describitur.

Alibi: Aer Vitrioli, inquit, aut ex sicca exhalatione, aut decoctione paratus, subtilissimam vitrioli essentiam in se continet, & in cerebro, pulmonibus & ventriculo easdem, quas sal, virtutes perficit: præterea alia arcana in se habet, videlicet ad icterum, abundantiam bilis, deiectam appetentiam, nimiam obesitatem, ad calculum. Item purgat pulmones, curat pleuresin, caducum, arthritidem, spasmum &c.

Et alibi: Vitrioli virtutes, inquit, intra corpus & extra illud apparentes sunt præstantissimæ. Intra corpus curat icterum, calculum, febres, vermes, caducum, obstructiones alui. Extra corpus curat scabiem fixam, lepram &c. Sed hæc omnia non nisi præparatum præstat, crudum enim nihil prodest.

Si quis varia remedia, quæ ex eo Paracelsus in omnes febres intermittentes, quartanas, tertianas, & quotidianas elicit, videre cupiet, nec non, vt ea cum sale absinthii commiscet, consulat tomo 3. pag. 329. eiusque in omnis generis pestes, igneas, aereas, aqueas & terrestres, vsum videat eodem tomo, pag. 82. 84. 85.

Atq; quam apte phthisi ac verminationi congruat, legat eiusdem tomi pag. 360. & pag. 387.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 82 sur 1557

Quantum aduersus omnis generis manias conferat idem vitriolum, legat tom. 4. pag. 91. 100. 104. 109. 110. Quod ipsum, vt sit omnium tartarearum ægritudinum, calculi nempe, arthritidis, & id genus aliarum auxilium, iunctum etiam cum sale aut spiritu tartari (vnde fit vitrioli magisterium) consulat tomi 5. pag. 226.

Ecquid denique non amplius præstat vitriolum? En & ex eo ipso præstans elicitur remedium, aduersus oculorum dolores & affectus, suffusiones, vngues, maculas, & id genus alia: quorum remediorum formulas ac compositiones elegantissimas qui nosse cupiet, discat ex tom. 6. pag. 236. 237. 238.

Quæ quidem remedia quam sint ab antiquorum formulis ac præparationibus aliena, quibus nec vis, nec anatomia ipsius Vitrioli intrinseca, externis tantum coloribus & materiæ elementari affixis, cognita fuit, ex superioribus locis à nob. citatis, satis superque liquebit: nec non ex ipsorum veterum vsu. Non aliter enim Actuar. lib. 2. Method. med. c. 5. Calchanto vtebatur, quam adusto & postea loto in oculorum affectibus. Celsus quoque lib. 5. de re medica c. 10. non aliter vitriolo vtebatur ad sanguinem supprimendum, quam crassa eius in formam topicam materia administrata.

Galenus 9. simpl. postquam calchantum forte fortuna in calchitim transire conspexisset, ipsumque medicamentum ex Cypro magna copia asportari scripsisset, hæc addidit: Cæterum mirari subit de hoc medicamento, quo pacto vehementissime adstrictioni admixta est caliditas non ignaua. Constat ergo (addit) quod omnium maxime condire seruareq; carnes humidas potest, nimirum caliditate humiditatem absumens, atque astrictione substantiam contrahens ac constipans.

Eadem scripserunt, cum Galeno, Paulus Ægineta lib. 6. de re medica, & Oribas. med. collect. lib. 15. vt hinc videre liceat, quam graui Coryphæus ille Dogmaticorum admiratione fuerit raptus, dum in vitriolo tantam astrictionem, cum tãta caliditate, animaduerteret.

Sed quid mirum, cum ille, cum multis aliis suis sectatoribus, externis tantum elementis attentus, viuæque rerum anatomiæ ignarus, & interiores medullas parum scrutatus, quantæ fuerint vitrioli virtutes, plane ignorauerit, eiusque administrationem, non magis quam Antimonii (de quo mox dicturi sumus) calluerit?

Vix

Vix enim veteres vitrioli vsum agnorunt, quam in topicum & externum medicamentum applicatione: vnde emplastrum concinnarunt, quod ex eius nomine diacalchantum nuncuparunt, inepte à Pharmacopæis diacalchiteos nomen insignitum, quibus ignotum est, quod statuit Gal. discrimen inter Calchitidem & Vitriolum aut Calchantum: quod tanquam basis est ipsius emplastri.

Dioscorides ipsum etiam crudum, ac citra vllam aliã præparationem præscribit, non tantum externis morbis inducendũ, at intrinsecus ét ad drachmæ pondus ex melle dilutũ, vt eo ascarides enecẽtur, necnon ét ad vomitũ iis concitandũ, qui fungis pasti sunt venenatis.

Doctus ac sedulus eius interpres Matthiolus oleum etiam ipsum vitrioli potu exhibitum probat ac commendat, tanquam singulare calculi & asthmatis remedium, si congruis aquis mixtũ adhibeatur.

At Paracels. verorum medicorũ chymicorum opinionẽ secutus, isque, p̃ aliis omnib. coæuis ac æqualibus, in interna rerũ metallicarũ anatomia versatus, longius progreditur, ac infinitos huiusdem vitrioli apparatus ac remedia docet; idq; trium principiorũ separatione, Mercurii nempe, aut spiritus, à suo oleo vel sulphure & sale: q̃ vel separatim vel in triade coniunctim vnitatẽ constituente administrãtur: quorum trium principiorũ varios effectus ac diuersos vsus indicat, singula singulis morbis ex natura sua & proprietate adaptãs, salem videl. & oleum crassiora, ad mundificandum, expurgandũ, vacuandum ac expediendum ventriculũ, aliaq; nutritioni inseruiẽtia viscera, ægritudinib. tartareis à crassiori materia genitis: Spiritum v. morbis astralibus, vt apoplexiis, epilepsiis, de quib. nunc agimus, accommodans ac administrans. Sic enim ille tom. 4. pag. 362. 363.

Summum arcanum, inquit, pro caduco est in vitriolo, non in oleo, sed volatilitate, id est, spiritu vitrioli: ideo volatilitas non est reiicienda, sed cum oleo tertio aut quarto igne fortissimo destillanda, pellicananda aut retortanda. Tum enim oleum acquirit naturam volatilem. Sola namque volatilia astris imperant.

Nec non alibi dicit: Quicquid caducum debet curare, oportet vt sit penetratiuum, & totum corpus permeet, centrumq; morbi inquirat. Verum cum oleum ex colchotare destillatum, naturam habeat terrestrem, & vltra eam regionem, cui exhibetur, non egrediatur. Hinc eo minus cura caduci ab eo perficitur.

In eo

In eo igitur ſpiritu ſolo vitrioli, ad epilepſias curandas, eliciendo, magna cautione & induſtria opus eſt, cui appendices congruæ, ac domando tanto malo ſpecificæ adiiciantur.

Idem Paracelſ. antiquorum methodo, in ſolo Vitrioli phlegmate deſtillatione ad ſiccitatē vſq; proliciendo, poſita non contentus, vlterius progrediebatur, colchotare nempe rubro reddendo ſuum phlegma, idque toties cohobando, hoceſt, nonies aut decies reaffundendo ac deſtillando, dum ſpiritus omnes humidi & ſicci ſegregarentur ab ipſo colchotare, vnde longe potentius ac efficacius reddebatur remedium.

Is igitur, vt ſubtilius vitriolum attenuaret Cyprium, ex Vngaria aſportatum, vel Romanum (quo potius, quam alio, ſemper vtebatur) in opus præſtantiſſimum, primum phlegma deſtillatione educebat, ipſumque toties capiti mortuo reddebat, dum eo colchotar pene prorſus imbueretur: quibus peractis, optimum vini ſpiritum accipiebat, quem cum colchotare, phlegmate ſuo ac ſpiritu imbuto, commiſcebat: commixtis & ad digeſtionem ac concoctionem, vnum aut alterum diem, vaſique vitreo lutato, vt dicunt, & firmiſſime loricato, repoſitis, deſtillabat omnia in recipiens, nudo & ſimplici igne gradatim adaucto, dum ſpiritus omnes & humidi & ſicci deſtillatione expiratēt, & in liquorem reſoluerentur. Deinde hunc liquorem in B. M. putrefaciebat ac dirigebat, vt à ſpiritibus fæx ſeu ſedimentum quoddam ſegregaretur. Poſtea theriacalis aquæ camphoratæ quarta parte adaucta, denuo omnia bis aut ter extillabat: vnde antepilepticum remedium admirandæ poteſtatis & effectus creabatur, ſi durante paroxyſmo, ad ægrum excitandum, exhiberetur, & in morbi præcautionem continue, ac per idoneum temporis interuallum ſcrupuli ſemis doſi cum liquore aliquo congruo adminiſtraretur.

Aliquando eidem Vitrioli ſpiritui auri folia adiiciebat, (quæ in eo ſolui ſolent, ſi optime paratus ſit) ex quibus ſpiritum ſuum vitriolatum correctum & aurificatum concinnabat, qui vtiq; eidem morbo congruentiſſimus eſt, vt ipſe teſtatur tom. 4. pag. 162.

Quin etiam interdum huic ſpiritui addebat viſci querni eſſentiam & extractum pœoniæ, ſalis cranii humani & ſimilium, omnibus cum vini ſpiritu, & ſecalitii panis biſcocto mixtis, deſtillatis,

rite-

riteque cohobatis: cuius remedii commode & magno fructu scrupulus exhibetur ex aqua idonea, lilii conuallii, florum tiliæ, & id genus aliorum.

Idem præterea Paracelsus tom. 3. pagin. 374. elegantem aliam compositionem epileptico morbo aptissimam, cuius basis vitriolum est, describit in hunc modum.

Recipe vitrioli Romani vel Vngarici lib. xv. liquoris Pœoniæ, Camphoræ, rasuræ Eboris, Spodii ana vnc. semis, destilla per retortam in colchotar. Recipe huius liquoris libr. iij. alcool vini correcti, aquarum Melissæ, Valerianæ, ana libr. semis, Colchotaris libr. j. Reduc denuo per retortam. Recipe huius liquoris lib. j. Colchotaris recentis lib. ij. destilla demum per cornutam totam diem & noctem, & exibit phlegma, liquor & oleum: postea in Bal. M. separabitur phlegma, & per cineres liquor, seu Mercurialis spiritus: per arenam vero; fortiori igne, oleum extrahetur. Phlegmatis dosis infantibus est drachma vna ante paroxysmum. Liquoris in adultis est scrupulus vnus, iis qui quadragesimum annum superant, dantur olei gr. aut guttæ iij. cum aqua Chelidoniæ vel Maioranæ.

Multas alias easque excellentissimas huiusmodi, in eundem finem & à nobis concinnatas, vsuque comprobatas præparationes ac compositiones adiungemus: nec non alias, quæ multis etiam aliis celebribus Medicis, mihi amicis, experientia notissimæ fuerunt, quasque illis acceptas fero, epilepsiis & tribus aliis affectibus opportunissimas.

Neque enim hic agitur, nec fert tempus, vt de infinitis aliis remediis loquamur, quæ ex vitriolo extrahi & parari possunt, quæque multis aliis morbis, tum internis, tum externis congruentissima, vt ea, quæ maniis & melancholiis omnis generis, asthmati, phthisi, imbecillitati & doloribus stomachi, icteris, scirrhis, lienis & hepatis, calculis comminuendis, & id genus aliis maxime salutaria sunt; quorum descriptionem in Antidotarium nostrum spagyricum reiicimus: quod Reipub. medicæ propediem daturi sumus, fauente Deo.

In eo varias etiam tincturas docebimus, quæ per vitriolum, ex floribus, seminibus & radicibus vegetabiliū omnium extrahuntur ad præparationes, immutationes, quas alterationes vocāt, & correctio-

ctiones intemperierum omnis generis, conferentes: ex quibus ad multos alios varioſque morbos etiam ſpecifica remedia ob vitriolum promanant.

Ibidem quoq; varia purgantium genera per aluum, vomitum, vrinas & ſudores aperiemus. Quin & partibus nobilib. recreandis ac corroborandis conferentia remedia, veraq; dolorum omniũ anodyna, quę ex eius ſulphure vitriolato educuntur, indicabimus: ex eo deniq; indiuiduo metallico tot tamq; varia medicamenta, non ſecus nec parcius, quam in Antimonio, de quo poſthac agemus, demonſtraturi ſumus: quæ officinæ Pharmacopæi plene inſtruendæ & cõplendæ, vt diximus, ſatis eſſe poſſint, vnde longe præſtantiora, potentiora ac perfectiora remedia vulgaribus depromantur.

At ſi quis ex cenſorib. noſtris, plane ſecretorũ huiuſmodi ignaris, excipiat, in huiuſmodi mineralib. venena delitescere, q̃ à Galeno aliiſq; lethalia ac exitialia indicantur: reſpondebimus, ſi Galeni ſcripta legantur, quæ nono de ſimplicib. medicamentis metallicis libro habentur, ac inprimis q̃ de hydrargyro ab illo dicuntur: videri illum parũ in re minerali aut metallica verſatũ, de qua tamen, ne quid ignoraſſe videretur (etſi in hydrargyro ignorantiã ſuam profiteatur) ſcripſit: nec non addemus iſtiuſmodi cenſorib. in reſponſionẽ, quæ doctus ille in Dioſcoridẽ Commentator c. 59. de Antim. lib. 5. in aliquos ſuæ ætatis Medicos, eiuſdẽ cum noſtris Ariſtarchis farinæ homines ſcripſit. Vbi n. is admirãdas aliquot curationes ac effectus vitri Antim. cuius tunc tẽporis ſolius cognitionẽ habebat, deſcripſiſſet, virtutumq; hiſtorias aliquas recenſuiſſet, tandẽ poſt admirandã medicamenti celebrationẽ addit hęc verba: Idcirco ſatis mirari non poſſum quorundam Medicorũ ſententiam, qui Antim. lethale venenũ eſſe autumant. Cum n. medicinam ꝓfiteantur, nonne ſatis norunt, nullũ dari electione purgans medicamentũ, quo & antiqui & neoterici vtuntur in purgationibus ꝙ ſuo careat veneno? En vtriũq; helleborũ, oẽs tithymali ſpecies, pityuſam, elateriũ, colocynthidẽ, euphorbiũ, thapſiã, ſcammoniũ, thymelæã, & inter mineralia lapidẽ Lazuli, lapidẽ Armenium, ęris ſcoriã (q̃ in vſum quotidianũ vſurpabant veteres aduerſus hydropiſim) ſuis venenatis qualitatib. copulata iſthæc omnia, quis negare audeat? Quid de Sandaracha (addit) exitialiſſimo veneno dixerint, ꝙ ſñ in pilulas ex melle, Aſthmaticis ꝓſcribit Dioſcorides, vt & Auicennas vſurpat Arſenicũ? Sed de eiuſmodi

modi pertinccibus Medicis satisdictũ sit (inquit) qui Antimonium criminando, longe pernicioſiora indies medicamenta vſurpãt. Antimonii n. vſus rite ac legitime adminiſtratus, curationum miracula potius q̃ ſecus oſtentat. Tandem infert, illos & iudicio & ratiocinatione ſana plurimum valere, qui chronicis morbis ac deſperatis, ſiue pituitoſis, ſiue melancholicis, antimonium præſcribunt, Manum Dei ipſum vocans. Eadẽ cum docto Matthiolo & ſentimus & inferimus aduerſus peruicaciſſimos noſtros & ignariſſimos cenſores: q̃bus tamen mox videre licebit, niſi bardis & aſinis fuerint ſtupidiores, nec citra admirationẽ, non vomitiua illa & laxantia medicamẽta, ex ſolo antimonii vitro proritata: at varia purgantiũ genera, q̃ vel pnicioſiſſimis, corruptiſſimis ac venenoſiſſimis humorib. cũ electione etiam, citra oẽm moleſtiam, ſed quam leniſſime vacuandis aptiſſima ac tutiſſima ſunt, vt q̃ etiã lenitate ac facilitate vulgaria ac quotidiana laxatiua ſuperent. Quin & ex eodem diuerſa mundificantia ſanguinis, ſudorifica, corroborantia ac inſtaurantia, in pulueres, liquores, olea, extractiones, eſſentias, tincturas parari conſpecturi ſunt. Deniq; tanquam alterum Protheum, varias formas & naturas identidem inducntem admiraturi ſunt: qui pro varietate figurarũ, quas in præparatione aſſumit, varietatem etiam curationum diuerſorum morborum grauiſſimorum ac deploratorum exhibet.

Quis igitur eiuſmodi ac tam inſigne medicamentum potius non beet ac celebret, quã deterat: eorumq; memoriam colat, qui primã eius inuentionem ac vſum in Remp. medicã inuexerunt: niſi ſtupidiſſimi noſtri cenſores, atq; etiam maligni fuerint qui ſecus faciant?

Sed reuertamur, vnde digreſſi ſumus, ac remedia noſtri vitrioli, quæ ab iſtiuſmodi ignaris improbantur, pergamus excutere.

Vitrioli vſum reſpuunt, quod ipſius ſpiritus ſit acidiſſimus, oleũ valde acre, atque idcirco adurens & cauſticum, vt volunt. Subſiſtant illi pauliſper, dum Antidotarium noſtrum ſpagyricum intueantur: vbi expoſituri ſumus rationem ac modum, quem & nunc per tranſennam attingimus, ſpirituum oleorumque vitrioli nempe edulcorandorum, ac non minus ſuauiter, circa mixtionem ſorbendorum, quam Syrupi limonum, aut de aciditate citri quotidie propinantur. Ibi n. docebimus vel ſola digeſtione (omnia dulcorante & contemperante) vel cum proprii phlegmatis, vel ſpiritus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 88 sur 1557

vini additione & circulatione, vel olei tartari admixtione facta, (licet acre sit ipsum tartari oleum, & cum acri oleo vitrioli iungatur) hoc ipsum tamen oleum illis admistionibus atque digestionibus opportunis, dulcissimum & potabile reddi. Quod etsi censorib. nostris incredibile est, certa tamen experientia fidem, quotiescunq; libuerit, facere possimus, vt inde vel sapere vel tacere discant.

Atque vt magna illa præcipuaque remedia, quæ ex vitriolo eliciuntur, patefaciamus, ab ipso spiritu vitrioli viridi exordiemur, quem præ aliis omnibus remediis, specificum esse epilepsiis opportunum omnes hermetici censent. Fit autem hoc modo:

Accipe vitrioli optimi, siue Hungarici, siue Romani, quantum voles, ex eo phlegma educito, dum spiritus destillatione egredi incipiant: tum mutetur recipiens, & aliud recens substituatur, in quod spiritus omnes traducantur. Quo peracto, nouum accipe vitriolum, ex quo phlegma rursum spirituſque seorsim prolicito, qui seponantur separatim, tantamque vitrioli quantitatem extillato, quæ phlegmatis & spirituum copiæ, quam desideras, satis esse possit, hoc est, ex vtrisque lib. 2. aut etiam amplius.

In phlegmate macerentur, in B. M. ad quatuor aut quinq; dies, semina hyperici & pœoniæ, viscus quernus, flores lilii conual. tiliæ, calendulæ, rosmar. hyperici, & rasuræ eboris, cornu cerui & cranii humani pro lubitu: quorū postea fiat expressio, quæ destilletur. Hac destillatione tres aut quatuor recentis vitrioli Vngarici libras imbuito, quas quater aut quinquies fæcibus reaffundito, singulis vicibus liquorem in B.M. feruente extillando, vt sic vitrioli corpus melius referetur: cui tandem spiritum ipsum asseruatum adiicies, componendo omnia in matracio satis capace, tubis vitreis longis instructo, quorum vltimi extremitas in latū diffundatur, in formā infundibili, cui alēbicus adaptetur firmissime iunctus, vase in B.M. feruēte locato: sic, si bene opereris, solus spiritus cum virore elicietur, vsq; adeo subtilis ac penetrans, vt vini spiritum potentia æquet. Cuius etiam solius si guttulæ xv. vel xx. exhibeantur, tutissimū comperiatur esse epilepsiarum remediū, siue insultus ipse epilepsiæ fuerit expugnādus, siue vēturus arcendus, eo modo, quo vtendū esse docebitur.

Si phlegmate antepilepticis remediis, vt supra, imprægnato (vitrioli Vngarici loco) vitriolum Veneris imbuatur, vt fit in extrema

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 89 sur 1557

extrema operatione, tunc præstantius multo ad omnes epilepsias curandas remedium habebitur: quo vtendum fuerit per mensem à paroxysmo, aut ad morbi ipsius interitum vsque. Huius dosis erit duodecim aut quindecim guttarum, cum aliqua Theriacali aqua isti morbo congrua ac specifica, aut alia eiusmodi idonea.

Atque hic notandum, si spiritus centrum ipsum aut mineram morbi pertingat, futurum paroxysmum, si quis adhuc expectetur, lõge mitiorem, ac in dies faciliorem accessurum esse: tuncque temporis, cum vis morbi incipiet minui ac desinere, ad sanitatem integram pergentis, æger aliquas tantum vertigines, sed citra conuulsiones lapsumque experietur, citra etiam spumæ reiectionem, ac iudicii & mentis priuationem: quæ quidem vertigo tandem suaui quodam somno stipata prorsus euanescet. Nec tamen intermittenda curatio est donec perfecta consequuta sit sanitas. At primis curationis initiis vtetur æger specificis purgationibus, ac ea victus ratione, quæ congrua ac opportuna sit, vt à nobis paulo post dicetur.

Si Epilepsiæ hystericæ occurrant, suffocationibus matricis stipatæ, spiritui vitrioli addenda erit tinctura ex granis actes aut sambuci maturissimis Chymice extracta: in quibus hystericis affectibus, vt omnia felicius succedant, si res præsertim cum mulieribus ditioribus ac potentioribus nobis sit (Vitrioli Veneris loco) vsurpandum præcipue fuerit Iouis vitriolum: cuius vel soli flores, vel Sal promptissimum, tutissimum ac specificum suffocationum ac hystericarum epilepsiarum auxilium per se est.

Sequitur aliud potens ex vitriolo remedium, quod tincturam vocamus nostræque est descriptionis. ℞. Si fieri potest, Vitrioli Cyprii, vel si desit, Vngarici saltem viridissimi, non cærulei (quale Germanicum est) quantum voles. Si enim aliud vsurpetur vitriolum, vix operatio succedat, quam expectamus. Ex eo in igne cinerum, per alembicum, quicquid phlegmatis & spiritus extrahi poterit; educatur, ac eorum magna quantitas colligatur. Super subsidens autem colchotar in puluerẽ attritum affunde istius phlegmatis tantum, quantum quatuor digitorum altitudine superemineat. Aeri frigido, vt resideant, exponantur ad aliquot dies, semel aut bis quotidie commouendo, dum tinctura vitrioli viridi colore im-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 90 sur 1557

prægnetur, quæ elegantissimum Smaragdi colorem æmulatur. Quod certissime accidet si optimum vitriolum sumatur. Hunc virorem sensim, ne quid turbetur, per inclinationem segregabimus, ac denuo fæcibus recens phlegma affundemus, quod recentem etiã tinctorum ac per colorem proliciat Si phlegma ante plenam ac perfectam tincturæ ex Colchotare extractionem deficiat, à tincturis prioribus iam extractis, destillatione illud erit separandum ad consistentiam mellitam: quo facto in fundo subsident Crystalli vsq; adeo elegantes & pellucidi, vt Smaragdos elegantia æquent, qui seorsim asseruãdi sunt. Phlegma autem illud extillatum fæcib. reaffundetur, vt Smaragdino illo virore denuo impręgnetur: idq; toties & in hunc modum iterandum dum nulla amplius extrahi possit viriditas. Ab eiusmodi Smaragdino virore phlegma (quod semper asseruandum est) per destillationem separetur ad mellitam consistentiam, quæ in frigido exposita Crystallos exhibebit Smaragdinos, qui cum prioribus iungendi erunt & miscendi.

Atq; vt eorum sufficiens quantitas habeatur, xij. aut xv. libræ vitrioli erunt initio operis destillandæ ex diuersis alembicis.

Collectis huiusmodi Crystallorum, eorumq; acidissimorũ quatuor aut quinq; libris, præstantissimus vini spiritus erit adiungẽdus, omniaq; in Pellicano Hermetice clauso circulãda, ne quid expiret: deinde ex alembico vitreo arenæ immerso, igne per gradus administrato extillabit cum spiritu vini, vitrioli spiritus. At colchotar suo adhuc oleo rubro ac graui imbutum, in fundo subsidebit. Huic Colchotari attrito, & iam cornutæ aut retortæ optime loricatæ impositio, spiritus vitrioli, vna cũ spiritu vini coniunctus affundetur, ignisq; per gradus admoueatur ad quatuor dies, qui tandẽ eo vsq; intẽdatur, vt vna cũ prædictis spiritib. totum rubicundũ oleum ac exquisitissimũ extrudatur: à quo vini S. per Bal. M. primo tũ proprium suum spiritũ p cineres separabis, vt oleum in fundo reste acido dulce ac suauissimũ, sanguinis instar rubicundissimũ, admirandarũ virium aduersus omnes ęgritudines, in crassiore materia sedẽ habẽtes.

Quod oleum (vt in magisterium reducatur, magnumq; ex eo cõparetur epilepticũ remedium) cum suo proprio vitriolato spiritu, q antea extractus est, coniungendũ est, simulq; circulãda in Pellicano omnia ad plusculos dies, vnde remedium dulce ac suauissimũ, nec satis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 91 sur 1557

satis vnquam laudandum, aduersus epilepsias, astralesq; omnes affectus alios, resultet: idq; præcipue, si calcinatum philosophice Aurum, & perfecta solutione philosophica resolutum, adiectum fuerit. Dosis vna aut altera saltem gutta erit, nec plures, cum aqua idonea. Hæc vtiq; medicina tantæ est virtutis & energiæ, vt non epilepsiis tantum, at apoplexiis etiam, paralysi, vertigini, maniæ, exstasi, syncopæ aut deliquiis animi, ventriculi imbecillitati, Cachexiæ, hydropisi, calculo & omnibus hystericis affectibus succurrat. Vt autem ex huiusmodi tinctura fiat elixir & lapis, aut vniuersalis medicina ad sanitatem & mundificationem omnium corporum, sequenda est methodus & operandi ratio, quæ iam à me in tractatu meo de priscorum Philosoph. medic. materia, &c. descripta est, nec non in responsione nostra ad Anonymum censorem; qui quæ minus callebat, eo audacius impugnare & reprehendere ausus est.

Vt igitur ex tinctura prædicta vitrioli elixir, lapidem aut medicinam vniuersalem conficiamus, sequenti methodo vtendum erit: caput illud mortuum, in fundo relictum post separationem spiritus & olei, calcinetur in igne reuerberii athanoris, ex quo cum proprio phlegmate Sal extrahatur: qui variis ac iteratis solutionibus, filtrationibus ac coagulationibus ad perfectionem depurandus est, huic sali (debita proportione & mensura Philosophica obseruata) adde spiritum vitrioli reseruatum vt supernatet duobus digitis, digere ac destilla, nouum spiritum affundendo, ac totum hoc opus reiterando, donec pars volatilis superet partem fixi, possitque prædictus Sal, per viam sublimationis in aquilam cælestem exaltari, omni talco & vnione pellucidiorem. Tunc salem hunc Armoniacum seu Mercurium Philosophorum, iusta & Philosophica mensura seu pondere, cum proprio glutine sulphureo imbibe & incera reitera-te: hancque tandem triadem matrimonio iunctam in toro furni secreti, veris Philosophis noto, ad tempus idoneum ac præfixum coque, donec vnitatis documenta conspiciantur, omnesq; transcurrant colores, supremusque ac desideratus, purpureus nempe tandē emicet: sic fiet elixir, lapis seu medicina vniuersalis, fluens, summe penetrans ac permanens: veraq; Salamandra fixa, nullis gradibus ignis superabilis, cuius vel granum vnum ad curationem deploratissimorum corporis humani morborum sit satis.

Qui

Qui per eiuſmodi fulmen ac æthereum ignem, ſolem fulminare, incinerare, philoſophice vereque calcinare, ac in primam ſuam ſubſtantiam, radicem & elementa (etſi corpus ſit fixiſſimum ac compactiſſimum) reuocare & reducere norunt (quæ reductio non minore labore & induſtria, vt volunt Philoſophi, quam eius generatio perficitur) hac fulminatione & fermentatione admiranda miracula conſpecturi ſunt, vt qui hac ratione aurum, tanquam mortuum & inane, vitalibus virtutibus ac efficaciſſima vegetatione donaturi ſint: indeque maiora, quam fas ſit dicere vel ſcribere, præſtare poſſint. Huiuſmodi reductio (vt ſcribit alicubi Paracelſus) fit per putrefactionem, quæ omnia, quæ per radices generantur & procreantur, ad ipſas reducit: ita vt quod terra eſt, tempore certo in terram redeat: aqueum in aquam vertatur, & ſic de aliis elementis.

Putrefactio eiuſmodi non fit niſi per humiditatem in qua conſiſtit & operatur, & per calorem ac corroſiuum, quod ſibi habet proprium, vel alienum. Sic corroſio frangit ſemen in agro, & ad perfectam putrefactionem deducit ipſius corpus per omnia penetrans & occupans ac ſoluens. Quod vt fiat, deducendum erit corroſiuum dictum, potentia in actum, idque non niſi per calorem ſibi innatum. Sic fimus, qui non eſt niſi Sal excrementorum in ſtabulis reſolutus, terram reddit ſalſam & calidam, qua ſalſedine, quo calore ſemina ſoluuntur, franguntur, ac ad putredinem deducuntur, quam ſequitur regeneratio ac multiplicatio ſpeciei.

Huiuſmodi naturæ Sal aperte (vt ex calcinatione conſtat) in omnibus rebus conſpicuus eſt, cuiuſcunque generis: imo in ipſis aquis etiam inſipidis, licet occulte, immorans. At præcipue in vitriolo, tanquam in primo ſuo ente, elucéſcit, quod vel ex omnibus metallis elici poteſt, & in quod metalla omnia reduci poſſunt, vt alibi diximus: atque iſtiuſmodi reductionis modum, metallorum nempe omnium in Anditot. noſtro Spagyrico docebimus. Hinc fit, vt ex eo, (vitriolo inquam) tot tamque præſentia remedia eruantur ad varios effectus conferentia. Alia enim coagulationi ſpirituum, alia corporum ſolutioni inſeruiunt, alia aliis operationibus congrua. Vitriolum enim Leo ille viridis Riplæi eſt, cuius admirandæ poteſtates

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 93 sur 1557

ſtates ſatis enumerari nõ poſſunt, nec celebrari. Sed Cenſores n- ſtri iſta capere non poſſunt, vt qui oculis & auribus plane pr- Alchi- t: nimiſque ſtupido & bruto ingenio, vt myſteria noſtra, quæ de vitriolo docemus capere poſſint: nec illis idcirco has margaritas offero, ſed politioribus ingeniis, quæ maiores ex noſtris ſcriptis fructus editura ſint. Mirentur illi tantum cum ſuo Galeno, qui fieri poſſit, vt tantus calor, cum tanta adſtrictione, coniungatur in vitriolo, cum regulas iſtorum Doctorum hoc myſterium ſuperet. Acuite ingenia igitur, arguti Cenſores, & alibi, quam in Galeno, (qui eas omiſit) tantarum ac tam variarum virtutum cauſas inquirite, ac tam admirandis præparationibus remediiſq;, quæ ex vno vitriolo produximus, ex viua eius anatomia, inuigilate, ſi ſapere vultis, & nugas iſtas de virtute eius in condiendis ac conſeruandis carnibus, idiotis proprias, relinquite. Hactenus Ioſ. Quercetanus, audiemus nunc Theophraſtum Paracelſum ipſum qui ſic ait tom. 7. pag. 132.

Generat natura ſalem, vitriolum dictum. Hoc genus peculiare eſt, à cæteris ſalibus ſeparatum, diuerſas etiam à cætero ſale virtutes poſſidens. Virtutes eius tot & tam inſignes ſunt, vt omni iure hoc in libro deſcribendæ ſint. In vitriolo enim latet perfecta ſanatio Icteritiæ, arenularum, calculi, omnium febrium, vermium, caduci, &c. Et in conſtipationibus corporis & Deoppilatiuum inſigne, vt virtutes alias taceam, deinceps hoc capite enumerandas. Deſcriptio eius dirigenda etiam eſt ad medicinam & Alchimiam.

In medicina n. eſt remedium præſtans. In Alchimia ad multa alia prodeſt. Ars a. medicinæ & Alchimiæ in præparatione conſiſtit Vitrioli. Crudũ enim tale nõ eſt. Id ſimile eſt ligno, ex quo omnia ſculpi poſſunt. Prodeſt ad medicinã corporis, prodeſt in Chirurgia ſeu morbis externis, velut pſora, ſerpigine, lepra hæreditaria & aliis, vbi cætera remedia nihil operantur, & ad morbum quaſi mortua ſunt. Huiuſmodi mala vitriolum vi aggreditur, & ex fundamento curat. Vitrioli ergo pręparatio recta medico comprimis noſcenda eſt. Virtutes n. alias habet crudum, alias in aquam ſolutum, alias *calcinatum*, alias in *oleum viride* aut *rubrum* aut *album clarum* mutatum. Eius conditio hæc eſt, vt quoties in aliam formam & eſſentiam reducatur, toties peculiare arcanum fiat. Hæc omnes Pharmacopœos & ſcri-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 94 sur 1557

ptores, tam Italos quam Germanos confundit. Talis enim hæc pars est. Qui Pyxola per se ex quarta parte & officina compleat & morbos curet. Hoc præsente non opus est tot pyxidibus, scatulis, ollis, vitris, &c ex ordine in officinas dispositis: in quibus tamen omnibus mera adulteria continentur. Et curandum est medico, vt non tam multas pyxides aut remedia transmarina habeat, quam prouidens ac prudens ac instar virginis circumspectus sit. Hoc si facit: ante pedes suos plures thesauros inuenit, ad omnes morbos, quam vel India, vel Ægyptus, vel Barbaria & Græcia promere possint.

Hanc basin medicus sequatur. Iam enim etiam quadratis rusticis notum est, in illis pyxidibus & scatulis meras fraudes contineri. Quæ vt plerunque ligneæ sunt, ita lignei sunt etiam illi Doctores & seplasiarii: vt simile simili conueniat.

Species Vitrioli.

Vitrioli species multæ sunt. Euariant enim secundum numerum fodinarum. Probatio eius est, vt cuprosum sit in ferro. Sed hæc non vera. Genuina probatio est, vt crudum vsurpetur contra vermes, eo modo quem iam explicabimus. Prout vermes expellit, ita in medicina præstans est. In Alchimia probatio altera per cuprositatem magis valet. Sed & hæc probatio est. Quod vitriolum ferrum mutat in cuprum, idque celeriter summeque gradatum, & sub malleo molle: id in medicina ac Alchimia melius est. Ferri enim & vitrioli coniunctio est, vt vitriolum ex ferro cuprum faciat, bonum & præstans. Ex optimo vitriolo optimum cuprum fit. Et nemo admiretur, ex ferro fieri cuprum per vitriolum. Nam & hæc in natura virtus est, vt Boracis aqua ex plumbo argentũ viuum faciat: Sed & hoc vsus dictat quod Cachiniæ cætera metalla transmutent in alia, non secus ac vitriolum mutat ferrum in cuprum. Nec enim vitriolum tantum vnius metalli in alterum transmutator est: Sed & alia. Quod vero non omnia sciamus, in causa sunt Sophistæ, qui artes culinis & loculis impendunt. In Hungaria fluuius est, ex vitriolo natus, seu per se vitriolo constans, in suos lapillos minime coagulato. Quodcunque ferrum debito tempore illi imponitur, illud rubiginem vertit. Rubigo illa si per fornacem fusoriam mittatur, illico fit cuprum purum constansque, nec ad suam naturam conuertibile. Iam vero vitriolorum mineræ per Germaniam infinitę inueniuntur, quę seorsim describi minime possunt.

Prædi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 95 sur 1557

Prædictæ tamen probationes tam in medicina quam Alchimia adhibendæ sunt. Præterea probatio etiam (minime tamen in medicina vtilis, sed in Alchimia) hæc est, si Colcothar de vitriolo ex se ipso per ignem cuprum deponit seu profert. Tale cuprum si obtingit, tunc vitriolum in medicina ignauius, in Alchimia autem fortius est. Sunt autem etiam expendendi colores. Quod vndiquaque cæruleum est, nullo alio colore perfusum, id tam præstans in medicina non est, ac est id, quod rubris & flauis lineis distinctum aut obductum est. Quod in aere vergit ad albedinem, efficax est ac idoneum ad viride, & album oleum vitrioli: quod vergit ad rubrum & flauedinem, id præstantius est ad oleum rubrum. Nihil ergo amplius, quam quod per probationem suggeritur, de speciebus vitrioli dicendum est. Illa vtatur quilibet Medicus & Alchimista ad id, quod intendit. Probatio vero nec ista fallax est, si gallis seu pomis quercuum additum, bonum atramentum dat. Et hoc omnibus vsui est. Quod autem atramentum aquosum dat, multis additamentis eget, adeo bonum non est.

Virtutes vitrioli in medicina.

In explicandis vitrioli virtutibus, initio dicam de viribus vitrioli crudi & eius Colcotharis. Sciendum ergo, vitriolum insignem esse purgationem, in grauibus & difficilibus morbis stomachicis. Fit enim interdum, vt à cibis potibusque stomachus infirmetur, & in diuturnum morbum incidat, qui vsque ad mortem duret, & hoc à prauis cibis sæpe fit, vt post longos morbos ægri interdum aut contracti fiant aut moriantur.

Per vitam militarem ex immoderatione frequenter etiam accidit, vt prunellæ, febres, dysenteriæ, & alia oriantur. In his morbis omnibus summum est præstantissimumque remedium, purgatio per vitriolum, quod recte & allegorice vocitarunt Gryllum. Dosis eius est, quantum sexies cuspide cultri capere potes. Id si non operatur, eandem dosin itera. Si nedum, tertio quoque dosin repete. Ita sufficiet. Infirmo præbeatur in vino aut aqua: Sed robusto, & durioris alui homini, detur in vino sublimato. Ita datum, radicitus expurgat per superiora & inferiora. Insigniter quidem purgant etiam, Helleborus, cataputia, Esulæ, Colocynthis, &c. non tamen æquis cum vitriolo viribus.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 96 sur 1557

Causa rei hæc est. Inest ei acetositas, quæ coniunctam habet acuitatem & acrimoniam ac detersionem, à qua salsa acetositate operatio plenam & perfectam vim sortitur, quam nec Elleborus nec Colocynthis, &c. habet.

Purgationis enim natura seu ratio duplex hic est. Vna purgat per se: altera purgat ex salsitate. Præsto ergo hic geminæ virtutes sunt, cum in elleboro sit tantum vnica. Et in salsitate latet forma specifica, ac natura talis, vt ob eam vermes, quicunque attinguntur, moriantur. Et vis ea singularis est, quæ vermes aggreditur: quod prædictorum nullum facit.

Itaque cuilibet per se euidens est, quod purgatio, quæ acetositatem in se & salsedinem, vna cum virtute laxatiua habet, exquisite detergat, euacuet & expurget, modo & ratione duplici. Ideoque ad morbos corporis internos duplo nobilior & præstantior est cæteris purgationibus omnibus. Quoniam ergo naturam vitrioli ad longũ vobis declaraui: opus non est vt ipsos etiam internos morbos, ad quos vitriolum confert, explicem. In genere tamen purgatio eiusmodi in omnibus ventriculi vitiis, item in caduco & verminatione vtilissima & tutissima est, si pro conditione temporis morbi, personæ, &c. vsurpetur.

De Colcothare vero sciendum est, intro ipsum sumendum non esse, sed morbis saltem Chirurgicis applicandum, nempe in vlceribus putridis, quæ sanationem non admittunt. His enim ad sanationem viam sternit. Morbi tamen Chirurgicales multiplices sunt, graues, maligni, peiores, pessimi. Contra peiores & pessimos Colcothar non facit, sed tantum contra eos, qui in primo gradu consistunt. His ergo adhibendum est. Ad priores & pessimos vsurpandum eius est Oleum, secundum gradum mali & olei. Huiusmodi vlcera omnia, quotquot eorum sunt, per vitriolum curantur. Secundum gradum autem, vsus eius est, vt in bonum Colcothar reducatur, quod cum aceto aliquoties extinguatur, & aridum inspergatur seu permisceatur emplastro alicui, quod ad malum medico idoneum esse videbitur.

Ita facit Escharam: qua per pinguedinem liberata, facilis & bona curatio sequitur. Quod vero curationem hanc effugit, de eo sic iudicabis, plus veneni adhuc ibi latescere, quod oleis deinceps appli-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 97 sur 1557

applicatis exquirendum sit, cum basis vlceris per Colcothar sufficienter emendari non possit ad sanationem integram. Quod si vitriolum crudum in aceto resoluatur, & cum Colcothare inspissetur in puluerem, & ita applicetur, cito fundum vlceris exterget, multo potentius, quam de Colcothare dictum est. Ipsum autem in Colcothar reducendi processus iste optimus est, vt extrahatur eius aqua, & ea imbibatur caput mortuum, donec absumatur. Postea sensim in aere siccetur. Hoc si vsurpetur, melius fundamentum vlceribus inducit. Quicquid vero agas, attendes ad gradus vlcerum & serpiginum, &c. Quorum quicquid non sanescit, id aggredere, separato eius oleo & aqua, de quibus deinceps. Etsi vero Colcothar spei non respondeat: ob id tamen in cura desperandum non est, sed cogitatio ineunda de correctione in destillando. Præparatione namque medicina ad summum gradum euehitur, eo vsque, vt vlceroſa omnia persanet, vt Lupum, Cancrum, & similia. Hæc fusius explicantur eo loco, vbi de præparatione eorum pertractatur.

De Aquis Vitrioli in Corporis & Chirurgicis morbis.

Alchimia Medicis multas excellentes artes prodidit, quibus admirandæ multorum morborum sanationes factæ sunt.

Hac de causa etiam in initio Medicinæ Medici Alchimiæ semper operam dederunt, quod hæc multorum commodorum mater & genitrix esset. Geminæ hæ facultates, vt sociæ, vna tandiu excultæ fuerunt, donec nugatores & Sophistæ humorales surgerent, qui venenum medicinæ permiscuerunt, eamque meretriciam fecerunt; qualis medicina etiam manet, quamdiu Humoristæ supersunt. Hęc eo profero, vt deinceps ad hoc caput eo diligentius attendatis, propter insignem eius vtilitatem medicã. Sed hoc præmittendum est. Quocunq; irruunt in arte quampiam imperiti homines, ibi omnia quoquo versum fædant & corrumpunt, & ex Margarita faciunt fædam paludem. Idem etiam in vitriolo commissum est. In initio, vitrioli spiritus exceptus ad summum gradari solitus est. Hoc exaltato caducum persanarunt, siue is recens siue antiquus esset, in viris & fœminis, cuiuscunque conditionis essent. Sed hic imperiti laboratores irruentes, viam meliorem ingressuri, tentarunt vitrioli virtutes alio reducere: adeoque à prima via & arcano deficientes, illud exspirare fecerunt, ac deinde oleum quæsiuerunt in Colcothare, quod nullo modo fieri potest, aut vsum habet. Quicquid enim ca-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 98 sur 1557

ducum auferre debet, ſpiritum ſubtilem, acrem, & penetrabilem habere debet.

In eo enim conſiſtit facultas totum corpus peruadendi, & nihil quicquam prætereundi. Peruaſione ſeu penetratione ea morbus in ſuo loco oppugnatur. Certo enim & indubitato ſedes ipſius, ſeu centrum aut periodus, vnde egreditur, ſciri non poteſt. Hinc colligitur, medico illiuſmodi ſaltem remediis opus eſſe, quæ totum corpus penetrent. Et hæc cauſa eſt, cur ſordidi humoriſtæ nullum ſanent, ſed omnem ſuam doctrinam & profeſſionem proſtituant. Libere ergo affirmo, in oleo illo, quod liberatores illi quæſiuerunt, ſpiritum plane nullum penetrantem eſſe. Mera terreſtreitas, (vt ita loquar) ab illis ſubditur, quæ longius non peruadit. Quo enim cadit, ibi iacet. Dolendum ergo eſt, imperitia illa proceſſum verum oppreſſum, & in eius locum falſum ſuffectum eſſe. Mihi autem perſuaſum eſt, Diabolum ea molitum eſſe, eo fine, vt ne ſalus ægrotis accuraretur, & humoriſtarum ſecta ſubinde potentius emergeret.

Sed recurremus ad principium, quomodo ſpiritus vitrioli inuentus fuerit. Spiritum vitrioli humidum initio per ſe à colcothare deſtillarunt: deinde gradum eius intenderunt per ſe deſtillando & circulando ad ſummum, ſicut proceſſus docet. Hoc modo cepit aqua vſurpari ad varios morbos, tam internos, quam externos, velut etiam ad caducum. Ita ſanatio miraculoſa præſtita eſt. Sed in extractione multo diligentiores fuerunt. Sumpſerunt enim ſpiritum vitrioli, vt ſupra correctum, & illud de colcothare deſtillarunt, octies vel decies igne fortiſſimo. Ita ſpiritus ſicci humidis permiſcebatur. Opus vrſerunt tamdiu, donec ſpiritus ſicci exirent, continenter & iugiter extrahendo. Poſtea vtrumque ſpiritum tam humidum, quam ſiccum, in Phiolam conceptum vna ad ſuum terminum gradarunt. Hanc medicinam aduerſus morbos multo maioris operationis eſſe deprehenderunt, tantumque ea medela impetrarunt, vt humoriſtas in vniuerſum omnes confunderent. Addita tamen ei eſt nonnulla correctio ab Artiſtis, per vinum ſublimatum, melioris penetrationis ergo. Sed ea maioris gradus reddita non eſt.

Sed communicabo vobis proceſſum meũ, quem vniuerſis Medicis

dicis commendo, comprimis ob caducum, quæ ſolam in vitriolo curã habet. Qua cauſa & nos eo diligentiorem in morbo curam inſtituere, caritas proximi requirit. Proceſſus autem meus eſt, vt ſpiritus vini à vitriolo imbibatur, & poſtea deſtilletur, vt dixi, à ſiccis & humidis ſpiritibus. Hoc facto comperi additionem ſequentem valde vtilem eſſe, ſi ſpiritus tartari correcti admiſceatur ad vitrioli partem tertiã, addaturque ſpiritus Aquæ Theriacalis Camphoratæ, parte quinta reſpectu ſpirituum vitriolatorum. Ita ægris miniſtretur ante paroxyſmi inſultum aut aliquoties in die. Hæc medicina inſignem aduerſus morbum hunc efficaciam præſtat, vt meliorem ab ipſa natura optare non liceat. Primus itaque proceſſus à veteribus inuentus retinendus eſt, cum dicta correctione. Ita enim naturæ cor & virtus omnis attingitur.

Spero autem me probis omnibus haud improbatum iri de morbi huius atrocitate cogitantibus, quæ etiam mouere ad commiſerationem lapidem poſſet. Cum ergo morbi illius tanta vehementia & atrocitas ſit, an non dicere alicui ita liceat: Maledicti ſint omnes Medici, qui prætereuntes ægris nullam opem ferunt inſtar Sacerdotis & Leuitæ in Iericho, qui vulneratum deſerentes, Samaritano eum tractandum reliquerunt. Tu quæſo in hoc ſententiam ferto, quanta damnatione digni ſint vel fuerint Sacerdos & Leuita in eo, quod naſum (vt dicitur) obturantes præterierint? Digni fuerunt igne Gehennæ, in quo nulla eſt redemtio. Et quis fateatur aliud, quam Medicos illos omnes, nullo excepto, morbum illum aſpicere, & præterire tamen naribus obturatis? Quis aliud dicat, quam eos in nouiſſimo die iudicatum iri? Vniuerſi illi vix manum verterent, aut denarium vnum impenderent eo, vt fundamentum certius ad morbum hunc curandum aſſequerentur.

Quod ſi non ex compacto Leuitas ac Sacerdotes agerent, ſed Samaritanum potius æmulari ſtuderent: non faceret vtique Deus, quin ob fidelitatem eorum ſecreta naturæ omnia manifeſtaret, quibus ægro ſubuenirent. Et licet ea vires in natura ſitæ non eſſent, de nouo tamen eaſdem crearet. Vna ergo vobiſcum teſtor, ô nobiles & ignobiles viri, quod Doctores vniuerſi fœde deuient.

Quic-

Quicquid seductor Galenus, Auicenna, &c. nugatur, in eo hærent, & mendaciis illis immoriuntur. Tantopere à Diabolo obsessi sunt, vt caritatem erga proximum exercere non possint, adeoque damnationis filios se faciant. Hoc ipsorum vnicum studium, hoc molimen est. Primo omnium regnum Dei quærendum est: non tamen apud Leuitam aut Sacerdotem, sed apud Samaritanum.

Si misericordes sumus, & Samaritani exemplum sequimur, Deus nobiscum est, qui etiam nondum creatum remedium in naturam illico conferet. Interim cum Leuitice & Sacerdotaliter cum ægris conuersentur, medicinam Deus differt, & sibi reseruat. Ægri euolant ad regnum Dei, Medici autem ad abyssum inferni, Doctoribus eiusmodi Leuiticis paratum. Oculos ergo vestros aperite. Via duplex est. Vna ducit ad infernum, quam sectantur Leuitæ: altera ad cœlum, quam Samaritanus incedit.

Vitriolata illa extractio & arcanum non saltem in caduco præstans est, sed etiam similiter in speciebus ei similibus: vt in Syncope, in Extasi, &c. Eodem etiam modo in omnibus oppilationibus & internis Apostematibus, &c. In suffocatione itidem & præcipitatione matricis. Multo autem plures prædictis virtutes reperirentur, si maiorem diligentiam inquirendo illi impenderent, & Medicos se meliores, missos facerent. Sed obsedit eos Diabolus, cui seruiunt, quique eos incitat, vt nullum veritatis amantem ferre possint. Ita de salute bonorum actum est.

Porro autem sciendum est, recepta prædicta de spiritu vitrioli humido faciendo clarius describi non posse. Requiritur enim ad intelligendum eum Artista. Sordidi illi coctores rem tanti momenti minime intelligunt. Ab Artistis ergo, Alchimistisque laboratoribus sufficientem omnium informationem exspectabitis. Sic etiam de correctione spiritꝰ vini ab iisdem plenius instruemini. Academiarum enim Doctores vsq; adeo rudes sunt, vt vix Agaricum & Mannam discernere possint. Huiusmodi asini & fungi creantur Doctores. Sic etiam aqua theriacalis in practica mea continetur, in capitulo de cura caduci. Huius generis si quæ alia sunt, hic recenseri non debent. Ex hoc capitulo discite, artem & virtutem omnem vitrioli in hoc consistere, vt spiritus vitrioli probe extrahatur

tur,& ad ſummum gradetur, & per additionem in penetrationem deducatur,quo centrum, radix & ſemen morbi inueniri poſſit. Impoſſibile enim eſt, loca tam exquiſite inuenire, ac de ſuis humoribus Doctores illi nugantur. Nedum enim fundamentum inuentum eſt, quidnam morbum faciat, aut vbi is iaceat, quidue ſit id, quod hominem in tam grauem paroxyſmum coniiciat. Operatio ergo omnis ſoli arcano, quod natura ad morbum direxit, committenda eſt. Arcanum id morbum inueniet, ficut Sol omnes mundi angulos penetrat. Vt ſummatim dicam, quiſquis verum agere medicum ſatagit, is omnium primo hoc ſtudeat, vt Samaritanus ſit, non Sacerdos aut Leuita. Si Samaritanus: omnia ipſi dabuntur, quibus opus eſt, nec quicquam ei additum aut occultum erit. Qui primo Sacerdos aut Leuita eſſe vult, ei nihil niſi infidelitas dabitur, quam ipſi etiam ante habent. Sic talio ipſis rependitur.

De oleo vitrioli rubri.

Porro autem iam ſciendum eſt, quomodo ex Colcothare per Retortiuam deſtillationem, modo Alchimiſtico, à vitriolo oleum paretur cruentum & acetoſiſſimum. Hoc oleum laboratores ipſo ſpiritu in morbis prædictis efficacius iudicarunt: ſed falſo. Proceſſus præparandi vulgatus eſt, nec hic deſcribendus. Momentum enim omne in opera manuali ſitum eſt & in diligenti inſpectione, denique in idoneis inſtrumentis. Ceterum de virtutibus ſciendum eſt, primo, rem eam acetoſam eſſe, omnem acetoſitatem ita ſuperantem, vt nulla acetoſior ſit. Deinde naturam etiam corroſiuam continet: de qua cauſa opus eſt, vt prouide & caute vſurpetur, nimirum non per ſe, ſed in bona concordantia & idonea mixtura, reſpiciente id, contra quod adhibetur. Exemplo rem docebimus. Tyrus eſt ſerpens venenoſiſſimus. Solus ergo nullum vſum præſtat. Sed in compoſitione vſus præſtantiſſimi eſt, vt ex quo paratur Theriaca. Idem de hoc quoque oleo dicendum eſt, quod ſolitarium ſumendum non eſt, ſed in compoſitione concinna, veluti de theriaca iam diximus. Propter acetoſitatem quidem prodeſt ſtomacho, à cholera & apoſtemate libero: ſi vero cholera aut Apoſtema adſit, per experientiam ipſam conſtat, illud nihil boni operari: Apoſtema enim ab illo exaſperatur & ace-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 102 sur 1557

tositas eius irritatur. Si Cholera adsit, mutua fit ebullitio & lucta, non secus ac ab aqua fortì & tartaro, quorum nullum cum altero manet. Sedulo ergo & circumspecte cauendum, ne quid negligatur. Extra dictos casus alias in compositione sua sanitatem affert, si porrigatur in omnibus febribus, Anorexia, seruato tamen modo. Plurimæ quidem de hoc oleo prædicantur virtutes: paucas autem experientia firmat. Vidi ego & comperi, eos qui miraculosa se oleo isto feciſſe iactitant, turpiter mentitos esse. Vsus eius est in calculo & arenulis. Qui vero per id curatus sit, neminem noui. In omnibus facit aliquid: sed in fundamento perfectum non est. In practica tamen mea, in capitulo de cura arenæ compositionem eius inuenietis adhuc & alios morbos. Sicut autem de olei istius per se vsurpandi corrosione dixi: ita affirmo, corrosionem eam vim habere comminuendi lapidem, expellendique arenulas: id tamen tanta cum difficultate fit, vt inuentione alia excogitata opus sit, quam quæ hactenus in vsu fuit. Alias enim vsurpandum non est. Quantum vero quisque ab experientia sua habet, tantum largior. Hæc medicina noua est: qua causa indies quoque nouiter probanda, & recentibus subinde cum compositionibus permiscenda est.

Quantum vero ad Chirurgiam, de hoc oleo ita attendite. Dolores quidem insignes ciet: sed tamen præsentem sanitatem accurat in morbis etiam difficilimis. Processu instituto oleum hoc scabiem capitis hereditariam seu Achores vno fragmento detrahit, sicut quis pileum ferreum detrahit & seponit. Oleo scabiem seu caput vniuersum pilis tectum, penna illines tribus continuis diebus: ita sine operari. Si non sufficere videris frequentius illine, pro scabiei ratione. Idem potest etiam attemperare permixta aqua Chelidoniæ, & caput frequenter abluere. In summa, qui sanari vult, id citra colorem impetrari posse cogitet. Ægri enim eadem conditio est quæ prægnantis: quæ non sine sed cum maximo dolore parit. Sic non nisi in dolore victus nobis parandus est. Sic cum dolore & sudore etiam à morbis liberamur. Hoc modo serpigines, omnes scabies pruritusque & si quæ alia quocunque modo in cute obortiuntur, sanantur, velut & tentigo praua, &c. citra metum illitum,

tum, tollit & mortificat etiam lupum & cancrum. Hoc tamen caut

citur, non ſufficere præcipuum & palmarium, verum etiam requiri ſecreta concurrentium ſymptomatum. Hinc in mea Practica deſignaui capitulum, de morbo caduco, non propter remedium palmarium, quod hoc loco ſatis deſcribitur: ſed tantum propter intellectum eorum, qui vna concurrunt. Si accidentia alia non concurrerent, illis adhibitis opus non eſſet, ſed palmarium remedium ſufficeret.

Circa oleum ergo Vitrioli viride ita vos gerite, vt id ad ſummum gradetis, eo modo, vt ſeparetur à ſua terreſtreitate & fæcibus per Balneum Maris, poſtea per ignem. Ita in balneo Maris adimetur phlegma, & terreſtreitas auferetur per ignem, & ſpiritus olei ſolus colligetur, qui in ſeipſo circuletur. Poſtea aſſumere poteſt additionem cum ſpiritu vini: nec opus eſt, vt plura addantur, ſi ſaltem, vt primarium remedium vſurpandum eſt, citra cohærentium morborum medicationem. Sumitur in aqua Pœoniæ ante paroxyſmi ſemper inſultum, prout is crebrior vel longior &c. eſt. Ad paroxyſmos attendite. Quamprimum ſpiritus olei centrum morbi inuenit, tunc paroxyſmus quietus eſt, & ſubinde magis magiſque miteſcit. Si autem vim ſanandi exerit, principio ciet vertiginem, ægris ſenſibilem, qui tamen non cadunt, non ſpumant, non quatiuntur, non ratione priuantur, ſed leni ſomno corripiuntur, & ſubinde mitius ſe habent. Tandem ipſa quoque vertigo ceſſat, & cum hac & ſomnus. Interim nihilominus applicanda medicina, pergendum & inſtandum eſt pro conditione morbi & ægri. Hoc modo cura vrgenda, & omnia ſedulo adminiſtranda ſunt. Et huc non facit temulentus Medicus, aut D. Leuiticus.

De oleo Vitreolato in Alchimia vſurpando: ſimiliter etiam de crudo.

Vt etiam de Alchimiſticis in vitriolo conditis viribus aliquid dicam, initio proponam vobis de vitriolo crudo, quod vitriolum crudum quodvis ex ferro cuprum faciat. Et hęc naturæ vis ſublimis eſt. Nec enim Alchimiſta id facit, ſed natura aut vitriolum per operationem Alchimiſtæ. Et in lumine naturæ admiratione non caret, fieri, vt metallum aliquod ſeipſum quaſi exſuat, & aliud fiat. Et perinde fere eſt, ac ſi ex viro fieret fæmina. In his autem natura ſingularia ſua priuilegia, à Deo ipſi hominis gratia collata habet. Hoc de tranſmutatione dico, vt intelligatis, liuidum illum Philoſophum Ariſto-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 105 sur 1557

Aristotelem in sua Philosophia non admodum fundatum, sed vere fatum fuisse. Proponam deinceps receptum ipsum, vt in omnibus nationis Germanicæ locis cuprũ ex ferro facere sciatis. Ex qua transmutationis potentia colligere facile possumus, multas alias quoque transmutationes fieri posse, nobis tamen incognitas. Negari enim non potest, multas artes adhuc occultas esse, & à Deo ideo non reuelari, quia ad eas noscendas indigni sumus. Porro ferrum in cuprum mutare tanti non est, quanti est, ferrum vertere in Aurum. Quod ergo minus est Deus manifestat: quod maius est, occultatur adhuc vsque ad tempus scientiarum Heliæ venturi. Hæc enim suo Helia & artes carent. Cæterum transmutatio eiusmodi est.

℞. Scobem seu limaturam ferri citra omnia alia metalla, cuprum aut stannum, &c. lib j Adde Argenti viui libr. semis, vtraque pone in sartaginem seu cacabum ferreum, & affunde mensuram vnam aceti, & vitrioli libræ quadrantem, Salis Armoniaci vnciam vnam semis, vna bulliant, & continenter cum ligno agitentur probe. Si acetum expirauit, plus subinde affunde, & vitriolum nouum adde. Per decoctionem hanc ferrum mutatur in cuprum. Si cuprum factum est, in Argentum viuum omne abit. Coctura decem vel duodecim horis continuata, tum demum Argentum viuum ferro separa, quantum eius supereſt, & probe laua, vt mundetur. Argentum viuum excipe sacco facto ex aluta aut gossypio, & exprime.

Ita relinqui videbis Amalgama. Id Amalgama sinito exspirare, & inuenies cuprum purum & bonum. Huius cupri accipe vnciam semis, Argenti tantũdem, fluant seu liquentur? & ascendet Argentum ad 16. gradum è vestigio. Et hæc eius probatio est, quod tale cuprum sit ex ferro factum. Gradus autem fixos esse, verum non est. Qui vero in regali bene operari potest, is impensas suas cumulate inde exquirere potest. Momentum omne in operatione & laborandi consistit peritia: vbi tamen plerique cæcutiunt. Prædicto processu semper cuprum ex ferro facere potes. Hoc dico, vt transmutationem vnius in alterum confirmem.

Vitrioli etiam hæc natura est, vt si suum colcothar calcinetur, cum leui liquefactione illico ipsum in cuprum vertatur. Mira enim cuprea natura ei ineſt: & cupro etiam mira natura ineſt ad vitriolũ.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 106 sur 1557

Si enim cuprum in aqua forti ſoluatur & granuletur, omne cuprum fiet vitriolum, nec cuprum amplius manet. Sic ex vitriolo etiam fit cuprum, nec vitriolum amplius eſt, niſi per idoneam aquam fortem in vitriolum reconuertatur. Mira ergo hæc in vitriolo & cupro cognationis ratio eſt. Quod cuproſum eſt, bonum vitriolum dat. Sic viride æris pulchrum alteque gradatum vitriolum Saphyricum dat. Etſi autem de his nos differere fors ridiculum ſit: negari tamen non poteſt, quod in vitriolo tinctura lateat, quæ plus præſtat, quam multi credunt. Beatus qui rem intelligit. Sed de oleo vitrioli plura nota. Si oleum Argenti viui & hoc vitrioli oleum coniungantur, & ita ſuo proceſſu coagulentur, Saphyrus miræ naturæ & conditionis producitur: non quidem Saphyrus lapis, ſed ei ſimilis, cum tinctura mirifica: de quo plura differo. Hinc euidens eſt, Arcana ſtupenda in natura & aliis naturæ ſeu Dei creatis condita latere. Quæ vel dum hodie iugi & indefeſſo ſtudio à nobis inquiri & indagari longe honeſtius eſſet, quam pergræcari, ſcortari, &c. Sed ſcortationi hoc tẽpore palma datur, donec pars mundi vel hominũ tertia iuguletur, pars altera peſte conficiatur, vna vix vna ſalua ſuperſit. Cum hac enim prauitate mundus durare non poteſt, nec artes florere. Sic ſtatus & ordines neceſſum eſt peſſum ire, & exſcindi: alias boni nihil impetrabitur. Tunc demum ſæculum vigebit aureum, hoc eſt tum demum homo intellectu ſuo vtetur, & vt homo, non brutum, viuet, nec porcum aget aut in ſpeluncis deliteſcet.

Quoniam ergo hoc de Vitriolo hactenus bona affectione vobis communicaui, vniuerſos oro, vt infauſtos & infelices ægros, morbo eo Sontico correptos ſpectantes, de veſtra conſcientia, de Deo creatore, de caritate proximi ſerio cogitetis, nec dotes has, vitriolo à Deo ingenitas contemnatis aut vilipendatis. Dilectio vos moueat, vt noctes atque dies in his rebus occupemini, nec quiſquam otioſus inueniatur, ſed ad emolumentum proximi omnia ſuſcipiat. Vos autem non moueat, iſta non facere Iuriſconſultos. Attendite, quod Chriſtus dicat: Væ vobis legiſperitis: quod certe dictum ligneum non eſt. Nec vos etiam Theologi offendant, qui reditus & ſalaria ſua potius, quam ægros curant. Hi ſunt, qui in Iericho præterierunt. Vos Samaritani eſtote & eiuſdem virtutem ſectemini. Ita Deus tam arduis vos donis cumulabit, vt in iuuandis ægris defectum nullum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 107 sur 1557

lum ſenſuri ſitis. Omnia, quibus opus erit, vobis dabuntur: Vos modo theſaurum hunc venemini.

Vitrioli vires quæ?

Virtutes in { Speciebus Caduci. / Suffocationibus Matricis. / Siphita ſtricta, ſeu Noctambulonibus. / Gutta, corporibus plethoricis.

Præparatio vitrioli in ſpeciebus Caduci (id eſt in Analentia, Catolentia, Epilentia, &c. Non eſt differentia in vitriolo.)

Vitrioli præpar. ad caducum.

℞. Vitrioli cuperoſi lib j. Reduc ad ſeparationem à phlegmate, cuius phlegmatis ſuas partes reduc ſuper Colcothar ſuum, deſtilla. Reitera in quartum gradum ignis: doſis à ſcrup. ſemis vſq; ad ſcrup. j iante & poſt paroxyſmum.

Si morbus ex elemento Vitrioli oritur, cura fiat per Vitriolum. In Sale Vitrioli eſt morbus caducus.

In die paroxyſmi debet tribui medicina & ſub Paroxyſmo. Epilepſia eſt morbus mineralis, cura etiam mineralis tota eſt in ſalib. vitrioli atque ſpiritibus ante & poſt paroxyſmum. Ante paroxyſmum eſt in ebullitione corpus. Poſt paroxyſmum dormiunt. Igitur poſt ſomnum danda eſt medicina, cum corpus adhuc bullit: cum corpus eſt ſanum, non danda eſt medicina.

Ad ſuffocationem uterinam.

Præparatio in ſuffocatione Matricis, Vitrioli.

℞. Vitrioli à Phlegmate & Colcotar purgati vnc. ij. pulegii vnc. iij. Alcool vini vnc. ſemis. Reduc per deſtillationem: Doſis ſcrup. ſemis vſque ad ſcrup. j.

Et eſt potiſſimum medicamen in ſuffocatione Matricis.

Ad Guttã & Siphitã.

Præparatio in Gutta & in Siphita ſtricta.

In Gutta ℞. Vitrioli præparati prædicti vnc. ij. Alcool vini vnc. ij. Aluminis lameni [*inſtar cretæ candidum eſt, & ſubdulce*] vnc. ſemis. Reduc in liquores per quartum gradum ignis: Doſis ab extra drachma ſemis, ab intra à gran. vj. vſque ad viiij.

Ab extra, ſuper locum Syntheomatis. Et locus ille eſt, vbi morbus incipit, hoc eſt in pulſu. Hoc Syntheoma eius eſt. Quod ſi tamen ægri nihilominus ambulent, medicamen pulſui tum carpi tum colli ſuperligandum eſt.

In Siphita parua, verberare, medicina quidem eſt. Sed in Siphita ſtricta ſeu chorea Viti, medicina id non eſt.

In

In gutta medicamen anteriori linguæ administrandum est, Paralysi ergo correpto, medicina ori & linguæ addenda est. Et istud est optimum medicamen.

Additio in Epileutia, in speciebus Caduci.

℞. Vitrioli huius præparati drach.j. Liquoris visci quercini cum Orisontis an. scrup.ß. & gran.3. Fiat mixtura.

Syntheoma caduci est in Nucha. In pulueribus post paroxysmum: in Nucha inunctio pinguedinis castorei, est optimum medicamen.

[Additio in Siphita stricta.]

℞. Huius vitrioli præparati drach.j. Hypericonis seminis vnc.ß. Ambræ gran.vj. Reduc in mixt.

Semen hypericonis tollit Siphitam strictam.

Additio in suffocatione Matricis.

℞. Huius liquoris vitrioli gran. vij. Granorum Actis drachm.j. Alcool vini ad pondus omnium reduc in compositum.

Sin locus est in vmbilico, ibi imponatur. Suffocatio cum vomitu si molestet, vsurpanda sunt cetera etiam medicamina ab intra, vt dictum est in suffocatione Matricis.

Summa præparatio vitrioli est, vt separetur à Colcotar, dein addetur Alcool vini æqualis libra: Eo facto Panem adustum (panis iste est ex furfure secalino, qui siccatur, vt in mortario teri possit) pone in liquorem vitrioli, dein per mensem ad fimum equinum positum, post separa à pane per destillationem, denique præpara Alcool per Balneum primi gradus à vitriolo. Si vitriolum suam acetositatem perdidit, vis nulla supereſt.

Vitrioli albi vires quæ?

Sunt species exteriores, vt Scotomia & oculorum macula.

Virtutes vitrioli albi { Ad oculorum partes exteriores. / In Neutha.

Est, quando cuticula supernascitur aut oculis aut auribus in partu puerorum.

Neutha quid?

Neuthræ sunt pelliculæ, ex partu vbicunque obnascentes, velut in faces, in vulua, in ore, in oculis, & cæteris.

Vitrioli præpar. ad oculorum dolores, &c.

Vitriolum album est summum medicamen in istis, in Neutha & ad exteriora oculorum.

℞. Vitrioli albi vnc.v. olei de siligine vnc.ß. Olei de Camphora drach.ij. Reduc ad putrefactionem per fimum equinum ad mensem, destilla per descensum.

Oleum

Oleum ex ſiligine fit, ſiligine in ferream candentem laminam impoſita: tunc enim in circuitu pinguedo quædam oritur, quæ eſt oleum ſiliginis, ad oculorū dolores exteriores. Ex partu ſi pellicula oculo obnata ſit, exactiſſime tribuatur, cum aqua eufragiæ, roſarum aut fœniculi, cum iſtis aquis, illud lymphandum eſt. *Oleum ſiliginis.*

℞. Vitrioli albi vnc. j. olei tartari drach. vj. olei laterini drach. v. Diſtilla ſimul. [Neutham (Teutham) nemo erodere debet.] *Præparatio Vitrioli in Neutha.*

Additio in Vitriolo ad dolores oculorum exteriores.

Recip. Præparati vitrioli ſcrup. j. Liquoris Euphragiæ ſcrup. ij. Papaueris rubei, drach. j. Fiat Collyrium.

Additio in Neutha.

Recip. Huius vitrioli præpar. drach. ß. liquoris iuſquiami drac ij. Olei Nucis Moſchatæ gran. 7. Fiat Collyrium.

Hactenus Paracelſus, Anglus Sala ſic vult: Vitriolum, Græcis, & Latinis Chalcantum, Sal eſt minerale, quod dignitate, & virtute ſua omnibus aliis aliorum ſalium ſpeciebus longiſſime antecellit: adeo vt non ſine grauiſſima ratione Magnus ille Theophraſtus Paracelſus Germanus dixerit, quartam Medicinæ partem huic minerali ineſſe. Vnde non inſcite ille idem cum ligno id confert, ex quo variæ formæ effingi: diuerſaque inſtrumenta ad varias omnino operationes, & effectus diuerſos confici poſſunt. Etenim ex iſto ſale diuerſæ ſubſtantiæ extrahi, & præparari: variæque medicationes, multum à ſe inuicem operationibus, & effectis differentes, componi poſſunt. Quis enim neſcit, ex ſale iſto minerali medicamenta purgantia, ſudorifera, cordialia, anodyna, narcotica, ſtuporem inducentia, ſtiptica, attractiua, & ſpecifica, aduerſus epilepſiam, morbum caducum, ſuffocationem matricis valentiſſima ſeparari, & præparari? Id quomodo arte confici poſſit, ſequentibus capitibus, Deo bene iuuante, aliquanto fuſius docere ſtatui. Aperte fñ faſſus, me, ne quartam partem eius virtutis, qua hoc chaos minerale pollet, aſſequutum eſſe: quam quotidie aliquid noui, admirabili illo benedictæ illius artis Spagyricæ medio adinueniam. Benedictam autem artem illam non immerito voco: quum & naturæ arcana detegat; & nos ad ampliorem magnaliorum Dei cognitionem incitet, & inuitet. Vnde fit, vt non ſine ſumma noſtri conſolatione carbonibus operer, & lignis: idque eo magis, quod in confeſſo eſt,

Vulcani operam lucem non mediocrem arte theoriæ Medici afferre. Verum enimuero, vt ad qualitates dicti salis indicandas accedam, extra controuersiam est, Philosophos naturales in vniuersum omnes, illi qualitatem cupri assignare: sed & ipsa quoque experientia, ex effectis ducta, euidenter demonstrat, salem istum non esse instar primi entis cupri: sed quamuis ex omni vitriolo cuprum fluidum, malleoque tractabile separari potest: maiori tamen, in vna q̃ altera in specie, copia, & abundantia. Elementa vitrioli, & substantiæ sunt duplices: quẽadmodum suo loco, experientia rerũ magistra, euidenter euincam. Quod ad proprietates eius attinet, signatura ipsius, color, itemque forma illud theoriæ exponunt, quum Veneri assimiletur. Nec tamen propositi nostri est, id modo fusius declarare, quum veritatem per experientiam, & diuturnam practicę iam longo tempore à nobis factæ obseruationem sim confirmaturus. Quod ad electionem vitrioli, tres principales species in vsu habentur: Vngarica nempe, Cypria, & Romana: qua ego in Medicina præcipue vti soleo. Vitrioli species, Goslariæ, oppido non procul Brunsvico, reperitur, colore viridis, & minuta. Operatione non multum à tribus illis, quorum mentionem fecimus, dissimilis. Vtra alteri præferenda, Spagyrici iudicio, & experientiæ factæ liberum relinquo. Nunc ad rem, quam tractare instituí, docturus, vt diximus, quomodo vitriolum à substantiis suis separari, & ad Medicinæ vsum rite præparari & possit, & debeat.

Ros Vitrioli, id est, Spiritus Vitrioli humidus.

Antiquis, vt & plerisque nostræ ætatis Chymicis, prima ista Vitrioli substantia incognita, eoque ab iis, inutilis ad instar phlegmatis, reiecta fuit: Quasi vero Deus, & natura (quæ se in omnibus diuinæ prouidentiæ partibus efficaciter exerit) frustra aliquid facerent. Certe constat, rubetis etiam, & serpentibus suum in Medicina locum esse. Quid ni igitur dulci isti, & limpido liquori sua, eaq; rara virtus insit? Tamen si quis imperitior hoc negare forsan ausit, eũ ego nullo cum negotio manifesti erroris primo isto Anatomiæ tractatu conuicero, in quo, Deo vniuersi opifice, & Rectore benigne iuuante modum resoluendi vitrioli bona fide ostendam, resolutiq; vires expertas describam. Reci-

Recipe igitur Vitriolum, quod tibi ex tribus illis ſupra commemoratis maxime valere viſum fuerit. Eo ampullam vitream quæ aliquanto amplior, nec tamen æquo altior, ad medietatem imple. Deinde cum ſuo capello & recipiente per balneum Mariæ diſtilla ad quartum balnei gradum, id eſt in aqua tam diu bulliente, dum omnis humiditas, diſtillationi apta, profluxerit. Exemplum in vaſe vitreo optime obturato ad vſum ſerua.

Valet aduerſus ardentes capitis dolores ſumptum, pro re nata duabus drachmis: continuatum aliquot dies ſtomacho ieiuno aduſtionem ſanguinis mitigat; omnia item viſcera corroborat, cerebrum ſuperfluo calore, & ſiccitate debilitatum confirmat: humidum etiam radicale reſtaurat: diuturniore vſu, verno tempore, ſtomacho prius aliquantulum purgato, ſumptum.

Aqua Vitrioli ſecunda.

Separata prima illa aqua, quam præcedenti capite roris Vitrioli nomine inſigniuimus, accipe vas vitreum cum materia illa reſidua, quam per arenam tantiſper diſtilla, dum reliqua humiditas omnis exierit, quam in aquam claram, & odoriferam abire videbis. Euacuata ex recipiente ad vſum reponitur. Conducit ad purgandos renes: lenit corroſiones internas ſumpta mane drachma vna cum iuſculo carnis. vrinam procitat, & ſudorem modice prouocat. Inflammationem plagarum corrodentium offa aliquantulum calefacta, ſedat, lenit & mitigat dolorem: & ad conſolidationem confert, infuſa gutta vna aut altera olei tartari, vt mordacior fiat. Scabiem ſiccam mundificat: & carnem ſolidiorem efficit.

Liquor Vitrioli acidus primus, vulgo ſpiritus Vitrioli.

Olim ſolebant calcinare Vitriolum, & rubore inficere; vnde ſubſtantia ſua humida, & maxime ſpirituali exuebatur. Id vero in eum finem ab illis fiebat, vt liquorem eius acidum ſecundum, vulgo olei Vitrioli notũ dicerent: id quod quomodo conficeretur ſequentibus capitibus declarabitur. Nunc id obiter monuero, antiquos operatione iſta ſua maiorem partem mercurialem, volatilem,

& penetrantem perdidisse. Nec vero ea re rationes aliorum hac in parte plane reiecero, quum experientia constet, mirabiles operationes liquore isto factas. Id tamen confidenter dixerim: si liquore isto, qui ponderosior salis istius mineralis pars est, spirituque tãtum non caret: id quod tum ex distillatione ipsa est videre: tum testimonio Theophrasti liquet, scribentis: vbi cadit ibi consistit: quo id, quod modo attulimus, denotatur: nemo certe negauerit, primum istum spiritum, qui floris instar est, subtilitate volatili oleo memorato longe præstare: idque eo magis, quod primus ex foco prodeat, in morem nebulosi aeris, eoque etiam tutius intra corpus assumi posse: idque adeo experientia quotidiana nos quoq; docuit, postquam primus iste liquor acidus in vsum venit. Modus illum extrahendi non est apud oẽs vnus. Quidam n. additamento vtuntur: alii non item: ac rursus nonnulli retortam hanc ad rem adhibent: quidam minale. Nos omissis aliorum modis, illum, quem hactenus reliquis forte præstare animaduertimus, paucis trademus. Iste vero sic habet:

Rec. materiam illam, quæ ex duabus illis substantiis remansit, & in tenuissimum puluerem redige. Deinde sume alembicum integrum, id est, vrinale, & capellam, ita ad fornacem vitream simul commissum: ad cuius extremitatem canon sit apertus, per quem dictus puluis iniiciatur. Alembicus iste fit aliquanto altior, & amplior. præcipue capella cum canna sua aliquanto longiore, & capaciore: itaque plane, vt fornacem distillatoriam exuperet, & recipiens ab illa aliquantum distet. Vas istud circumcirca diligentissime ad capellam vsque luto sicco puta, crassitudine digiti, deducito. Id quod si prima vice non effeceris, iterato absolues. Postmodo puluere supra memorato ad quartam vsq; partem impletum, os primo vitro, deinde luto obtura, fornaciq; appone foco aperto, qui minimum semicubito fornacem transcendat. Occluso optime luto circumcirca, relictisque spiraculis conuenientibus, recipientem bene grandem adiunge, iunctuasque accurate sigilla. Igne gradatim ad quartum vsque gradũ incende, vti opus esse videbis, & ita perge vsque dum nullum amplius fumum circa capellam, & recipientem apparere videris. Infrigidatum liquorem ex recipiente hauri, qui liquor ea, qua sequenti capite ostendetur, ratione rectificetur. Nos

quas.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 113 sur 1557

quas alii oleo vitrioli attribuunt proprietates, & vires longe iustiori titulo huic liquori aſcribendas aſſerimus.

VIRTVS.

1. Exhibentur ad præcauendam peſtem alternis diebus ſummo mane guttæ tres in aqua veronica.

2. Peſti infecto guttæ v. huius liquoris ad prouocandum ſudorem cum vncia vna aquæ vitæ optimæ dantur bis, aut ter, prout neceſſitas requirit.

3. Febri hectica, & humorali.

4. Guttæ pro vice cum duabus vnciis aquæ Endiuiæ, mane ieiuno ſtomacho ſumptæ per 8 aut 10. dies potenter auxiliantur.

Contra febrem quartanam exhibetur cum vncia vna aquæ vitæ, eo die, quo paroxyſmus incurrit, ſudore interim prouocato. Ad tertianam notham cum aqua Tormentillæ, modo iam indicato, magno cum ſucceſſu bibitur. Ad febrem autem continuam cum aqua Marrubii. Dolores colicos cum aqua vitæ ſumpta ſedat. Ad renum calculos, & excoriationes veſicæ cum vino albo pota, cui ſit infuſa liquiritia, potens eſt remedium. Dolores matricis cum vino, cui ſit infuſa artemiſia, compeſcit. Dentes item corruptos bis, aut ter tactos ſpiritus iſte, Gagræ iam os intrinſecus infeſtantem, aliaſque id genus excoriationes cum ſuccu plantaginis tactam, & cum aqua ſua ſecunda ad ſufficientiam totam ſanat. Fluxus corporis aliquot diebus mane ſumptus cum vino rubro, & Nuce Muſcata, ſiſtit. Hydropem quadraginta dies cum vncia ſemis aquæ ex fraxino elicitæ, accedentibus tamen, quantum opus, purgantibus, ſanat. Ad eundem morbum liquor iſte vino, cui cortex fraxini immiſſus fuerit, infuſus. Ad venas pectoris ruptas, & excretionem ſanguinis cum aqua ſanguinis humani balneo Mariæ extracta, ſummum eſt arcanum, ter, aut ſi poſtulauerit neceſſitas, exhibitus. Sumantur guttæ 6. iſtius ſpiritus aquæ, ſanguinis drachma ſemis in iuſculo. Valet etiam ad retentionem ciborum cum vino bene maturo: inſtaurat ſplenem: graueolentiam oris emendat, & digeſtionem promouet. Omne febrium genus cum rore ſuo, aut aqua ſua prima

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 114 sur 1557

deglutitus, curat: Podagræ dolores mitigat: & ſanguinem attenuat, aliquot diebus mane cum aqua perforatæ ſumptus. Palpitationi cordis cum aqua corticum citri, aut pimpinellæ potenter medetur pſorã & ſcabiem cũ aqua roriſmarini, aut tamariſci perſanat. Dolores capitis cum aqua maioranæ tollit. Debilitatem pulmonis cum aqua fœniculi, vel pulmonariæ ſuccurrit. Humorem melancholicum cum aqua meliſſæ incidit. Stomachum mirum in modum confortat, & ab internis apoſtematis totum corpus defendit. Quocirca magno cum ſucceſſu in pleuritide, brunella, ſquinantia, & cõquaſſatione corporis exhibetur. Nec facile potionem vulnerariam præſtantiorem dabis, ſi eum hypericone, & betonica vino infuſis, adminiſtres: Nam ſanguinem ad miraculum attenuat: eumque à partibus peccanti materiæ proximis potentiſſime reuellit: rupturas item tam oſſium, quam venarum conglutinat: parteſque infirmatas mire conſolidat, & confortat. Has & complures alias rariſſimas virtutes ſali iſti minerali vere à me adſcribi, deprehendet, qui earum fecerit periculum, & pro nata occaſione rite adminiſtrarit.

Spiritus Sulphuris Vitrioli, & liquoris acidi primi rectificatio.

Spiritus sulphuris Vitrioli.

Poſtquam de modo diſtillandi ſpiritum Vitrioli acidi, & ex parte de eius Medicina vſu, & virtute abunde diximus, reliquum eſt vt doceamus, quomodo liquor ille, cuius ſupra mentionem fecimus, rectificetur, & quomodo ex illo alia quædam ſubſtantia, quæ communiter ſpiritus Vitrioli ſulphureus dicitur, ſeparari ſoleat. Sed cur ſulphureus? Tum propter odorem, quo ſulphur refert, tum propter proprietatem ſuam. Recipe igitur liquorem commemoratum, & infunde illum in vas vitreum iuncturiſque vaſorum bene obturatis per balneum Mariæ diſtilla, quantum fieri potis eſt. Balneo infrigidato aquam elicitam bene occluſam ſeorſim ſerua. Hæc enim ſpiritus ille Vitrioli ſulphureus eſt. Liquor qui in fundo remanſit acidus, & ponderoſus ad hunc rectifi-

ctificatur modum: impone in vas vitreum forma illi, de quo capite primo, vbi de rore Vitrioli egimus, non absimile: Tutoque aliquantulum obducito, & fac, vt per arenam ascendat, liquorem postmodum, & spiritus ipsos aliis vasis ad tertiam & quartam vsque destillationem reitera, eo ipso quo supra diximus modo. Hinc elicies liquorem aquæ instar clarum, ac pellucidum satis ponderosum, ac primo gustu acidum, mox tamen in miram dulcedinem degenerantem. Atque hic est spiritus Vitrioli acidus rectificatus, qui non tantum purior, & limpidior, sed etiam subtilior, penetrantior, & in suis qualitatibus, & proprietatibus acutior hac distillatione efficitur.

Vsus & virtus spiritus Vitrioli sulphurei.

Liquor iste natura sua narcoticus intense stupefactionem inducit: ita vt solus propter acutam illam acrimoniam neutiquam adhibendus veniat. Verum cum alio aliquo temperatus, in variis morbis vtiliter sumitur: puta in mania, phrenitide, & aliis eius genus morbis, in quibus vapores aerei in caput ascendentes reprimere est necesse, qui delirationem inducunt, somnique priuationem.

Dosis eius est à quinque ad decem vsque guttas per vicem cum aqua Melissæ, Maioranæ, aut Lauendulæ; vesperi post occasum solis: mane ante eiusdem exortum. Adhibetur etiam liquor iste in nonnullis arcanis contra epilepsiam præparatis, vti suo loco amplius docebimus.

Liquor Vitrioli acidus secundus, vulgo oleum Vitrioli appellatus.

Fæces ex spiritu Vitrioli acidi residuas, quæ terram subtenuem purpurascentem referunt: & aqua vitæ optima leuiter macera. Deinde materiam istam in retortam accuratissime luto obductam, eamque satis capacem, collum longum, & largum haben-

habentem, immitte: sed vide, ne illam materia ista supra tertiam partem adimpleas. Impone deinde furno, igne aperto, cui amplius subsit recipiens. Postea ignem paulatim ad quartum vsque gradum adauge, idque totis XII. horis, eoque amplius, donec nullum amplius liquorem videas emanare, nec fumum ascendere. Tum enim illum perfectum habebis. Accipe liquorem, qui omnibus partibus in recipiente residet, & in balneo Mariæ aquam vitæ separa. In fundo vasis vitrei liquorem satis grauem, & subrubrum vel subcæruleum, pro specie vitrioli, gustatuque admodum acidum ignitam corrosiuam manifeste prodentem residuum videbis. Hunc seruabis: hic enim est oleum vitrioli more nostro eductum, quod modo flauo: modo rubeo: modo quouis alio colore tingi potest. Quod vt efficiatur, quum nostri non sit propositi, docere supersedeo. Virtute liquor iste non dissimilis est primo: sed propter causas supra allatas, maioris difficultatis, & longe lentior: Quapropter eum nunquam intra corpus humanum adhibui, nisi cum aliis suis substantiis commixtum: vti capite de Magisterio vitrioli fusius id persequemur. In Chirurgia excellentissimum est arcanum, ad corrosionem carnis putridæ, & callorum plagarum putrescentium extirpationem. Callis, & poris manuum, pedumue aliquo instrumento euulsis gutta infusa vnica radicem perimit, & ne subcrescat potenter prohibet. Operationes tamen istas non absque magno dolore facit. Quocirca non nisi à peritis administrari debet temere, qui illum & temperare norint, carnemque ab inflammatione, aliisque symptomatis defendere. Immissus foramini dentis putrescentis vermem occidit, & vt absque vllo dolore excidat paulatim efficit. Mixtus pauculo Nicotianæ vnguento diuersas scabiei, & impetiginis capitis species, vlcera item corrodentia ad miraculum persanat. Idem vnguento additus rosaceo pruritum, & scabiem salsam toto corpore tollit. Sed & plurimis aliis virtutibus pollere dicitur. Quas cum ipsi non simus experti ad sal vitrioli accedimus: id vnum identidem inculcantes, vere vulgo dici: Experientiam cum scientia coniunctam rerum Magistram esse.

Sal

Sal Vitrioli.

Vitriolo, modo ſupra commemorato, omnibus ſuis ſubſtantiis humidioribus exuto deprehendes terram nigram, & leuiuſculam reliquam fieri, quæ in tres ſubſtantias proceſſu iam commonſtrando, ſeparata reſoluitur.

Recipe terram, cuius modo meminimus, eique tantum aquæ calidæ affunde, vt tres, aut quatuor digitis extet, in qua illam ad 24. horas macera poſtmodum aquam tantam, quantam per chartam cola: quæ guſtum cupreum, & reſtrictiuum palato exhibebit. Reitera alia aqua, vti dictum, donec illi nulla amplius ſalſedo inſit. Poſtea ſume aquas iſtas omnes ſimul, & vt in vaſi aliquo vitreo euaporent, ſinito: Quo facto ſatis copioſam ſalis quantitatem in fundo reſediſſe videbis: quem horis 22. calcinatum denuo aqua communi extrahes: modoque dicto exſiccabis: nec dubium, quin paulatim clarior, & purior ſit futurus. Calcinatio enim iſta reliquas terreitatis partes abſtrahit. Atque hac ratione habebis ſalem Vitrioli, quem in vaſe ligneo bene obturato ad vſum repones. Sunt qui hunc ſalem interne contra colicam, vermes, & alias infirmitates propinarint. Verum nos ad hunc vſque diem non ſumus vſi. Ecquid igitur aliis, quorum non feci periculum, traderem? In Chirurgia tamen cum ſucceſſu putarim adhiberi poſſe, vbi mundificatione: dein conſtrictione opus: dummodo aliis cum ingredientibus commiſceatur. Enimvero conſtringendi vi aliis omnibus ſalis procul dubio præſtat. Volunt nonnulli, illum intra corpus aſſumtum, purgandi vires habere. Id ſi ita ſit, omnino per vomitum purgabit: & quidem propter acorem ſuum, & guſtum cupreum, qui proprietate ſua, vomitionem ciere aſſolet.

Subſtantia cuprea Vitrioli, vulgo Sulphur Vitrioli dicta.

Sale ex reſiduis, quorum ſupra meminimus, extracto, nihil præter terram nigram reſtat. Recipe illam ad focum igne fortiſſime exſiccato: poſtea cum ſale armoniaco æqualis ponderis in tenuiſſimum puluerem redige: & primo igne lento, dein maiore tamdiu ſublimato, donec nullum amplius fumum album pe-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 118 sur 1557

tere videas. Postmodo materiam illam sublimatam separa, & in vase vitreo satis amplo aquæ communi infusum balneo Mariæ aqua tepida plenum ad horas 24. impone: Vnde subtilis puluis in fundo considet. Aqua per inclinationem separata, dictum puluerem laua, iterumque laua, donec omnis expers salsedinis deprehendatur: sicca & ad vsum serua. Inuenias complures, qui puluerem istum sulphur Vitrioli appellent: aliis illum primam substantiam cupri vocantibus. Neque vero id abs re. Enimuero vt gustatu primo cupri simile est, ita illum nunquam postea amittit, & vbi igni fusili subiicitur, pars vna in flammam metallicam comburitur, altera in crucibulo in bonum, malleoque tractabile cuprum funditur. Operatio ista dictam substantiam extrahendi etiam in Vitriolo crudo fieri potest in hunc modum.

Recipe Vitriolum crudum, ad placitum, illudque in aqua communi, 9. h. dissolue. Postea libræ vni Vitrioli vnciam vnam Salis tartari admisce, & videbis aquam conturbari. Residentia in fundo subsidit: quæ ab aqua separata, vt supra dictum lauatur. Hæc & gustu, & potentia priori non est absimilis. Sunt qui laminas ferri bulliant in Vitriolo aqua temperato, qua re substantia ista pariter agglutinatur, postea cultro abraditur. Mihi vero non est dubium, hunc non vere sulphur appellari: quum omnino metallum, quam quiduis aliud referat; quod & de duabus aliis præparationibus recte dicitur, addo vt incassum laborent illi, qui substantiam istam pro sulphure embryonato ex Vitriolo sumunt, quod omnino potentia anodyna præditum sit oportet. Hoc enim & horribiles easque profusissimas vomitiones concitat.

Quapropter omnino opus fuerit, Sulphur Vitrioli alia via, & ratione delere. Quod ad me attinet, certe etiam multa obseruatione, nullum hactenus sulphuris istius anodyni indicium: quod est in spiritu Vitrioli sulphureo, nec in odore, saporeue, nec etiam in operatione deprehendi: Quum tamen effectus iste se, & in spiritu acido primo, & in oleo, qui se ex parte anodynum demonstrat, aperte prodat. Sulphur Anodynum Paracel-

celso dictum num sit combustibile, liquidum substantiaue siccum hactenus haud deprehendi: sufficiat virtutem ab illo indicatam, Vitriolo ita inesse, vt hoc apud me sit indubium, puluerem istum Sulphur Vitrioli embryonatum nominatum falso ita vocari: Iccirco ego idque propter rationes supra adductas substantiam cupream Vitrioli nominabo: Sequentibus capitibus declaraturus, quomodo substantia de Vitriolo crudo separari possit, quod effectu suo se partem specificam anodynam huius mineralis esse arguit.

Virtus substantiæ huius cupreæ propria est, mundare plagas putridas, incarnare, & cicatrices more æris vsti inducere: ad vnguentum tamen reductum: vti suo loco planius ostendemus.

Terra Vitrioli.

Separatis septem illis, quas diximus, Vitrioli substantiis, terra quædam subnigra, & leuiuscula remanebit: quam in puluerem tenuissimum redactum toties aqua communi lauabis, donec omnem illi extractam salsedinem deprehendas. Siccatam optime ad vsum reserua.

Habet illa constringendi vim, & siccandi: vnde in emplastra, & vnguenta siccantia, & cicatrices obducentia accersitur.

Vitriolum rectificatum purgans.

Postquam in præcedentibus capitibus docuimus, qua via, & ratione Vitriolum in octo differentes substantias resolui queat, antequam ad secundum tractatum, quem arcanis compositis destinauimus, aggrediamur, nonnullas mineralis istius præparationes diuersas ab illis, quas supra recensuimus, bona fide tecum communicabimus: initio à Vitriolo rectificato facto, quo ad purgandum corpus magno cum successu vtimur.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 120 sur 1557

Modus eſt iſte. Recipe Vitriolum Romanum, aut quoduis aliud ex tribus illis ſupra commemoratis, qua volueris quantitate, contuſum optime in charta, loco quidem calido, non tamen ſoli feruenti expone. Siccatum paulatim, vſque dum colorem album induat, infunde in aquam centaureæ minoris, donec omne diſſoluatur. Deinde per filtrum, chartamor cola, dum liquorem limpidum promanare videris. Eum balneo Mariæ iniectum ad tertiam aquæ partem diſtilla. Poſtmodum vaſe vitreo ex balneo exempto in locum refrigerationi accommodum repone, impoſiti aliquot ligni ſectionibus mundis, ita vt fundum pertingant. Has circum Vitrioli pars congelabitur, quem deinde ſeparatum ſiccabis, ita tamen vt colore Criſtallino reſplendeat: vapore aliquantulum iterato, aquæ emiſſo refrigerationi denuo, vti dictum, exponitur, tantiſper dum Vitriolum omne congelatum fuerit. Quod deinde in vaſe vitreo, bene occluſo ad vſum ſeruatur.

Vitriolum iſthoc optime purgat febre putrida, peſtilentiali laborantes: vermes enecat: & contra epilepſiam ſpecificum omnino eſt purgans. Stomachi putredinem abarcet potenter: ſanguinem rectificat: & renes: oppilationes, & obſtructiones omnis generis aperit: peſte, aliiſque morbis venenatis acerrime reſiſtit. Aduerſus morbum caducum, & ſuffocationem matricis valentiſſimum eſt remedium: vt quod aciditate ſua matricem putredine leuet; aliaſque partes, non ſecus, atque acidum orichalcum emundat.

Doſis eius eſt granis 5. vſque ad 7. aut 9. plus, minus per vicem: pro firmitate tamen conſtitutionis corporis. Neceſſitate poſtulante poteſt intra 8. aut 10. dies adminiſtratio eius duplicari, aut triplicari. In febribus putridis mane ieiuno ſtomacho ante paroxyſmum cum aqua Cherefolii, aut aliis aquis mundificando ſanguini appropiatis, vtiliter exhibetur. In febribus peſtilentialibus quouis tempore: ſi id requirat neceſſitas, datur. In putredine ſtomachi cum vino generoſo propinatur, parumper galanga aut Nuce Moſchata correcto: vt & in accidentibus matricalibus. Contra vermes datur cum aqua hypericonis. In epi-

lepſia:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 121 sur 1557

lepsia cum aqua pœoniæ, in quam viscus quercinus sit inuectus: idque crescente Luna semel in mense. Aduersus venena cum aqua roris marini sumitur, in quam 6. grana croci per vicem fuerint immissa, id quod & in omni icteritiæ genere factitabis. Proprium hoc habet Vitriolum isthoc, vt semper vomitum, & secessum corpus purget, ac corpus, si quod aliud medicamentum, vniuersum tentet, ac peruadat: idque exigua admodum interposita mora, & quod boni caput est, sine omni periculo. In summa Medicus, qui Vitriolo isto rite vti nouerit, vere gloriari poterit, se precioſum habere arcanum, præcipue complexionibus robustioribus adhibitum: in quibus delicatiora illa medicamenta vim morborum expugnare minime possunt.

Vitriolum regeneratum.

Vitriolum istud regenerati nomine insignitur, quod ex puris, & separatis substantiis indidem reductis aliud Vitriolum regeneratur, quod prius illud potentia, & puritate, colore item & odore, adeoque omni qualitate longo interuallo post se relinquit.

Modus præparationis est iste. Recipe Vitriolum crudum, quo retortam tertiam ad vsque partem implebis. Hanc luto accuratissime obductam, ignique aperto appositam, more chymico, gradatim distilla, humoreque omni extracto spiritus vltimos igne maximo tres totos dies, totidemque noctes dispelle, donec circa recipientem nullus amplius fumus apparet. Refrigeratis vasis, omnem illum liquorem separato, in quo quinque substantias inesse deprehendes. Deinde de tribus Salem, primamque cupri materiam per sublimationem separato, vti 7. cap. docuimus.

Postea liquorem, salem, & primam istam materiam cupri separata commisce, & bene simul occlusa balneo lento per 8. dies putrificato: quo facto subtile à spisso per inclinationem, claritate summa, separato. Hinc dictum liquorem vasi vitreo immissum, balneo Mariæ ad duas tertias liquori distillato. Residuum

vt refrigeretur, bene apertum repone. Nec dubium, quin intra tres aut 4. dies in fundo Vitriolum transparens, coloratumque reperias: quod separari, ac siccari debet. Remantiam liquoris spiritum acidum extrahens Vitriolo iniectum distillabis, substantiam eius sine omni decretione detrimentoue recepturus. Equidem huius rei periculum feci in Vitriolo Vngarico, & modo iam commemorato, ita renouari, vt transpareret, sapphyrique instar cæruleſceret.

Vitriolum regeneratum omnibus iis viribus pollet quibus rectificatum, de quo c. præcedente egimus: Dosi tamen omnino minori exhibendum. Nam vt plurimum quinque grana non excedit.

Extractum Vitrioli anodynum.

Dum diligentius aliquanto scrutor, num in nonnullis substantiis Vitrioli vis aliqua insit narcotica, stupefactiua, & anodyna, quam aliqui sulphuri suo embryonato attribuunt, non potui virtutem eius exactius deprehendere, quam in sequenti extracto. Recipe Vitriolum crudum, quod tibi ex tribus illis supra commemoratis præ aliis sumere libuerit, & optime contusum soli siccandum exponito: aut alibi vbi siccatum in puluerem abeat. Pulueris semilibram in vas vitreum iniicito, quod duas aquæ mensuras, aut eo amplius capiat, & os habeat strictissimum. Affunde deinde 30. vncias aquæ vitæ, quæ optime rectificata, omni phlegmate careat. Aduerte vt vas hoc sit sudissimum: nec vlla alia humiditas præter aquæ vitæ accedat: cætera enim incassus esset labor:) Hinc optime occluso orificio vasis vitrei, ita vt nullus exspirationi sit locus, in fimum caballinum ad mensis vnius spatium sepelito, deinde ex illo fimo extracto aquam vitæ per inclinationem separato, fæcibus tamen imperturbatis, quæ prægnans q. erit subtili essentia vitriolata odorem fragrantissimum maluatici moschati adeo potenter referens, vt si illam diutius olfacias, cerebrum quodammodo occupare, & stupefacere, somnumque prouocare sentias. Impositam balneo Mariæ ad residentiam vsque liquoris flaui, oleo distillato non absimilis, lente distilla. Hinc ignem amoue, & quod elicitum fuerit, ad vsum serua. Est enim aqua virtutis narcoticæ. Quo facto liquorem quo-

que

que bene occluſum in vſum repone: qui liquor precioſum illud extractum eſt; ac ſi vere dicitur, Vitriolo ſulphur ineſſe anodynum, affirmare auſim, liquorem iſtum ſubtilem eius eſſentiam eſſe: idque eo magis, quod virtutem iſtam effectis manifeſte prodit, mihi verum balſamum fuerit.

Liquoris iſtius vſus eſt in morbis, ſtupefactionem & anodyna requirentibus: potentia certe, nec opio, nec oleo mandragoræ cedit, & ſine periculo adhibetur. Ad reprimendos, & coagulandos ſubtiles illos aſcendentes, venenoſos vapores, qui centro aliquo ad caput eleuati, paroxyſmos epilepticos pariunt, ſingularem vim idque proprietate ſpecifica, & occulta habet. Doſis eius eſt à guttis 6. ad 8. vſque, & 12. per vicem, cum vino, & aliis liquoribus appropriatis, in quibuſcunque morbis quos vel exſtirpare, vel reprimere volumus, præſertim in epilepſia, ratio omnino habenda eſt motus lunæ, & ſimptomatum paroxyſmorum. Tuto tamen eo bis, aut ter lunæ decurſu exhiberi poteſt. Rarum enim arcanum eſt, magnumque. In iis qui vel ad lethargiam, vel paralyſin, vel torporem ſunt procliues, non debet propinari: Nam in quibuſdam caſibus tam nocendi vires habet quam iuuandi. Medici igitur fuerit videre quid, & quibus conferat, ſecuſue. Nec enim cuiuſuis empyrici, vetulæ, carnificis, agyrtæ, & ſophiſtæ eſt iſthoc diſcernere: Nam & cognitione omni carent: compoſitioniſque microcoſmicæ ſunt inexperti, ſed & cauſas morborum ignorant, itemque quid poſſit ſympathia, & antipathia: quam membra, & fructus maioris iſtius mundi cum microcoſmo habent. Quapropter velim neminem illotis manibus rem iſtam aggredi, ne deceptus ignorantia culpam aliquando in me conferat.

Liquor Vitrioli diaphoreticus.

Ex ſpiritu Vitrioli acidi extrahi poteſt liquor diaphoreticus, qui ad miraculum multas, eaſq; grauiſſimas infirmitates percurat. Modus illum educendi eſt iſte. Recipe liquoris acidi primi rectificati vti capite docuimus vncias ſex: ſalis tartari vncias duas, commiſce diligentiſſime in mortario vitreo, deinde in calido aliquo loco repone per ſex aut octo dies, vt ſimul fermententur. Deinde retortæ optime luto obducto impone, & gradatim in am-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 124 sur 1557

in amplo recipiente fac simul destillentur, & postremo igne maximo, donec nulla amplius insit humiditas, nec fumus videatur ascendere: Refrigerata ista materia vtraque liquorem ex recipiente hauri, cui aquam vitam ad æquum liquoris pondus addes: & bene obturatum ad vsum serua. In retorta remanet tartarum primo suo pondere, salis fixi instar, quod omnem suam corrodendi facultatem amittit. Valet ad purificandum sanguinem, & abigendam omnis generis scabiem, & pruritum. Habet & vires magnas in obstructionibus ex causis frigidis enatis, aperiendis. Sudorem provocat in peste, venenis, hydrope, icteritia, contracturis &c.

Dosis eius est 3ı. per vicem ad 35. cum vino generoso. Sudandum in lecto, aut hypocausto calido: continuari potest ad libitum sine omni periculo, quouis tempore plus minus, prout necessitatem postulare videris. Efficacem etiam deprehendi liquorem istum diaphoreticum in mundificandis organis pulmonis. Sed & magno cum successu in principio ptiseos; adhiberi plus semel.

Liquor Vitrioli cordialis.

Accipe os cerui mense Iunio, & recens calcinato, vt fiat albissimum. Tum istius ita calcinati sume vncias 6. spiritus Vitrioli acidi vncias 8. immitte in calcinationem: & arescet, ita vt in puluerem possis redigere. Sine ita ad 10. dies: deinde per retortam igne magno destilla, & liquorem elicitum serua.

Tantas in omnibus cordis passionibus vires habet, vt nullum naturale medicamentum cum illo conferri possit. Dantur quouis tempore 3. aut 4. guttæ vice vna, plus minus, prout necessitas requirit cum aqua corticum aurantiorum, aut pimpinellæ, cum iusculo, aut alio liquore, summo cum successu, ac nunquam satis prædicando.

Ad hæc de Anatomia Vitrioli attuliſſe sufficiat: Nunc ad arcana Vitrioli composita.

Liquor

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 125 sur 1557

Liquor Cephalicus.

Rec. Roris vitrioli.
Auæ pœoniæ ana lib.j.
Radic.Pœoniæ,
Viſci Quercini,ana ʒ iij.
Cranei humani ʒ ij.
Spiritus vini ʒiiij.
Caphuræ ʒ v.
Spiritus vitrioli acidi ʒj.

Craneum ſit furis ex alto ſuſpenſi, quod non ſit vetuſtate conſumptum,nam vt omnes aliæ res: ita & cranea diuturnitate temporis putreſcunt,& virtutem amittunt.

Compoſitio.

Radix pœonię,vt & viſcus Quercinus minutim incidantur,Craneum vero in puluerē ſubtiliſſimum redigatur: Caphura in fruſtula diſrumpatur. Dein liquoribus in vitreo vaſe optime concluſo, contentis, ingredientia iſta affundantur: ac fimo equino, aut balneo imponantur, ac in digeſtione per 8. dies relinquantur: poſtea ſubtile à ſpiſſo ſeparetur.

Virtus.

Si qua ſpecies morbi caduci eſt, quæ medicamentis naturalibus edomari poteſt: certe id iſto liquore,ſpecifico quippe arcano, effeceris: id quod ego magno cum ſucceſſu ſemper ſum expertus. Nec tamē negauerim,liquorem iſtum in peculiari quadam epilepſiæ genere, quæ cauſam à narcotico, & ſtupefactiuo vapore interno trahit.locum non habere: Is enim mentis paroxyſmo laborantis, ſtupefactis,pedes,&brachia ita diſtendit,vt ſolis neruis,& oſſibus conſtare videatur,Adeo tactum omnem caro occulit.Hinc eſt, quod iſti generi aliis medicamentis ſit occurrendum. In aliis ſymptomatis iſtius ſpeciebus mane ieiuno ſtomacho feliciter exhibetur, ſi initio mox à decretione Lunæ facto per 6.aut 7. dies id continues: eoque magis,ſi liquor iſte aliquoties:mox à paroxyſmo præbeatur. Doſis eſt à ſemidrachma ad drachmam vnam pro vice: plus aut minus: pro ratione ætatis patientis cum aqua aliqua ſpecifica,morbis iſtiuſmodi appropriata. Suffocationem matricis, durante paroxyſmo cum vehiculis matricalibus propinatus,illico diſpellit.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 126 sur 1557

Quod si ante paroxysmum præbeas, diuerti certo suffocationem experieris. Atque hoc est quod de liquoris istius occasione specimínis vice, obiter semel indicasse volui. Cætera profiteor me non instituisse hic integram medendi methodum tradere: sufficiat modo arcana quædam iis, qui aliqua iam artis principia habẽt, de longe digito quasi commonstrasse. Generatim tamen dixero, medici munus esse, nõ in istis tantum morbis: verum etiam aliis symptomatum generibus curandis, authentice procedere: aliisq; etiam columnis requirente necessitate, de quarum stabilitate certus sit, inniti. Tales fuerunt phlebotomia: diætæ naturalis præscriptio: corporis per purgationes euacuatio: obseruatio item symptomatum, & alterationũ succesiuarum: aliaq; cõsimilia, quibus morbi iam his, iam aliis mediis edomet, atq; profliget. In quo omnis medici scientia cõsistit, innumerum specificorum medicamentorũ, quibus purgantium loco in commemoratis morbis vti soleo, veniunt, elleboris præparati, & essentificati: vitriolum repurgatum: vitriolum regeneratum: Diana purgatiua, cuius nomine argentum intelligo: Mercurius Martialis, & alia id genus: quæ pro varietate causarũ, regimine item, & authoritate planetæ prædominantis adhibeo. Sed & diligenter, quo in elemento paroxysmus prorumpat, animaduerto. Id q; à quouis pio, & solerti medico, feliciter medicinam facere volenti requiritur. Scientia enim curandi morbum talem non potest vno folio tradi: quod in limine tractatus huius nostri semel ideo dixisse volo, vt si quis artis imperitior in arcana ista mea incideret, ac se adiutum illis miracula patraturum confideret, spe falsus culpam in me non coniiciat: (Nec enim eam me præstaturum, iam nunc edico:) sed in seipsum totam conferat, vt qui, cum nec à Deo, nec à natura sit huc vocatus: certe veram medicamentorum præparationem haud teneat: regularum item, & fundamentorum scientiæ medicæ plane sit expers: tamen rem tantam, manibus illotis, quod dicitur, sit aggressus.

Puluis contra epilepsiam infantilem.

℞. Spiritus vitrioli cordialis ʒ vj. Cranei humani ʒ iij. Corallorum rutilantium, Margaritarum ana ʒ j. Aquæ florum lilior. conuall. ʒ xv. Seminis pæoniæ excortic. ʒ ij. Caphuræ ʒ j. Olei florum Lauendulæ guttas xv.

Com-

Compositio.

Craneum, Coralli, & Margaritæ in puluerem subtilissimum redige: postea liquoribus omnia ista affunde: exinde in arena calente per dies 8. digerito: postmodum humiditatem omnem igne lento elicito, donec remanentia sicca in fundo vasis resideat. Digestum exime: quod calcem longe albissimam referet. ℞. Deinde dictam calcem, additisque reliquis ingredientibus omnia optime in mortario vitreo incorporata, subtilissime puluerato: puluerem diligentissime obturatum ad vsum serua.

Virtus.

Puluis iste contra epilepsiam puerorum, & alios paroxysmos vel timore, vel vermibus causatos, præsentaneo remedio exhibetur. Potest autem omni tempore, & hora, necessitate postulante, porrigi: Datur cum aqua aliqua destillata; aut cum iusculo: tenellulis cum lacte propinatur. Dosis est à granis tribus, & quatuor in maxime debilibus. Auctior tamen cum ætatis accretione exhiberi potest: & reiterari, si requirat necessitas. At infantibus modo natis per 7. aut 8, dies continuos sub vesperam præbitus, tutos eos à memoratis accidentibus præstabit. Dosi præscripta singulis septimanis per totum semestre à malo caduco potenter præseruat: ita tamen vt dosis puluueris, pro symptomatum incursu subinde adaugeatur. Sedat etiam puluis iste tormina infantium, si ex cochleari pleno oleo amygdalarum dulcium, & recentium propinetur. Phlegmata enim illa frigida, adeoque quemuis peccantem humorem, purgat, qui stomachum propter alterationem lactis, lactentium occupauit: & infantes ab illa corruptione potenter præseruat, quæ vermes abunde gignit, & producit.

Mulieres, quæ vel tremore cordis, vel syncope crebrius laborant: eoque liberos epilepticos vt plurimum pariunt, puluere isto bis aut ter singulis mensibus scrupuli pondere per vicem cum aqua maioranæ sumpto, mire se iuuari sentient. Quod si 6. aut 8. diebus mane ante partum exhibeatur, naturam confirmat: à præternaturali item pauore defendit: cor lætificat, & partum optatum, Deo bene iuuante, procurat, non sine magno liberorum beneficio, quos ita à plurimis paroxysmis ab epilepsia prouenientibus præser-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 128 sur 1557

uat. At si mulieri grauidæ, quæ laxata matrice, abortum timet, & infantem sensim putat descendere, per aliquot dies mane & vesperi pondere semiscrupuli per vicem cum iusculo porrigatur, aut confectio ex illo paretur, mire retentiuam matricis virtutem fortificat, adeoque arborem, vt ita dicam, cum fructu suo restauratam, ad iustum pariendi tempus confirmat. In summa & minoris ætatis hominibus, & maioris, itemque mulieribus, tuto, magnoque cum successu exhibetur: adeoque optandum esset, vt obstetrices omnes tam in vicis, quam in vrbibus arcanum isthoc præsto semper haberent. Certe & mulieribus, & infantibus præsentaneo isto remedio, quouis in accidente, opitulari possent felicius.

Liquor Cardiacus.

Rec. Roris Vitrioli, Succi citrini deputati, & recentis ana ʒ vj. Lapidis granati calcinati ʒ ij. Margaritarum ʒ v. Zedoariæ, Macis ana ʒ ij. Ambræ Moschi ana granæ v. Aquæ vitæ à Melissa abstractæ ʒ iij.

Sed quomodo granatos, inquies, calcinauero. Rece. Granatorũ Bohemicorum lib j. Salis nitri resinati, ℔ ss. Contunde subtiliter, postmodo crucibulo impone, cui magnus carbonum ignis sit subiectus. Relinque ita per horas 12. igne eodem tenore conseruato. Nitro adusto, granato calcinato, calx frigori exponatur: quæ aqua fontana à salsedine nitrosa abluta, postmodum siccatur. Calci isti substantia Cardiaca inest, quæ rutilantis sanguinis colore extrahi solet.

Sed qua ratione aquam vitæ à Melissa abstraxero? Rec. Melissæ siccatæ manip. 1. Aquæ vitæ bocale dimidium: distilla per balneum, & ad vsum serua.

Compositio.

Liquoribus simul commixtis granatos cũ margaritis subtilissime pulueriſatis, & reliquis ingredientibus affunde. Vase accuratissime obturato ne qua exspiret, in fimo equino, aut balneo maris ad spatium mensis digestio fiat. Quo interim liquor iste noster substantias, & partes essentiales ingredientium abunde attrahet.

Virtus.

Liquor iste ad semidrachmam, vel etiam drachmam integram pro vice, cum sanguine cerui distillato, præsentaneo remedio aduersus

ſus palpitationem cordis propinatur. Iteratus ſeptimana duabus aut tribus vicibus, ſi quæ alia medicina, certe liquor iſte cauſam ſymptomatis iſtius tollit: & ſi accedente paroxyſmo exhibeatur, feruoré palpitationis mitigat, & diuertit. Poſſis tamẽ loco aquæ meloratæ, cum vino, iuſculo, aut alio aliquo liquore exhibere: niſi pro præſeruatiuo vti velis. Tunc enim præſtat ipſam aquam habere, cuius mentionem fecimus: ſpecifica quippe virtus illi ineſt, miræ adueruſus palpitationem efficaciæ. In tremore cordis, & dolore præcordiorum cum aqua florum ſaluiæ aut borraginis adminiſtratur: mitigat aduſtiones, & ardores ſanguinis incidit, & mundificat. Cum vino optimo maturitatem ſuam aſſecuto, aliquoties in ſeptimana datus melancholicis, obſtructum ſplenem aperit: cerebrum corroborat: flatus diſcutit: & cor mire exhilarat.

Phreneticis ſero cum cubitum itur, ex aqua hypericonis, aut betonicæ feliciſſime exhibetur.

Liquor regeneratiuus.

Rec. Roris Vitrioli. Aquæ roris menſe Maio collecti ana ℔. j. Radic. Glycyrrhizæ, Mannæ electæ, aut Throni, ana ʒ iiij. Magiſterii Margaritarum ʒ v. Ambræ Griſeæ grana x.

Magiſterium Perlarum quomodo fiat.

℞. Margaritarum non perforatarũ, & ſubtiliſſime pulueratarum ʒ ij. Aceti fortiſſimi per arenam deſtillati: & poſtmodum per balneum à phlegmate purgati, quod tum demum fit, quum medietas primæ aquæ ſubducitur: iſti remanentiæ ℔. j. affunde Margaritas in dictum acetum, & impone in arenam feruentem per 6. aut 8. dies, remouendo materiam bis in die, poſtea ſubtile à ſpiſſo ſepara. Diſtilla per arenam, qua ratione ſolutio margaritarum ſicca reſidebit: quæ in aqua meliſſæ reſolui debet. Cola, & coagula ad lentum ignem, & habebis magiſterium margaritarum, album, ad inſtar Argenti, quod in quouis liquore aquoſo diſſoluitur. Si libra vna dicti aceti non ſufficeret diſſoluendis vnciis duabus vnionum, & reſidui aliquid ſupereſſet, alio aceto diſſolue. Margaritæ n. non niſi multo aceto maceratæ diſſoluuntur. Atque hoc eſt Perlarum miniſterium, quod in multis aliis compoſitionibus cum fructu adhibueris. Virtutes enim illarum, quæ prius in ſua corporalitate occultatæ delitescebant, elicitas euidenter prodit.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 130 sur 1557

Aquæ roris Maii) menſe Maio tempore ſudore ſub veſperam in viridario aliquo percã telæ lineæ mundam, nulloq; retro odore infectam, ex alto palis affixam diſtende, ita vt nec humum, nec gramẽ contingat. Mane ante exortum ſolis telam aeri expoſitam exprime, & aquam in mundum aliquod vaſculum collectam repone, quam ſimplicem eſſe, & claram videbis: id quod ad rem iſtam cumprimis requiritur. Quod ſi illam vitro bene obdurato noctu ſereno cælo, & interdiu libeat Soli exponere, puriorem illam, & eſſentialem magis procul dubio habebis.

Compoſitio.

Liquiritiam minutim incide, & in liquores per horas 30. infunde: poſtea per balneum deſtilla: thronumq; & ambram cum magiſterio margaritarum adde: & cum cura totum menſem circula: poſtea ſubtili à ſpiſſo ſeparato, ad vſum ſerua.

Virtus.

Liquor iſte in conſumptione corporis tam generali quam particulari ex ſuperflua microcoſmi ſalis aduſtione cauſata, præſentaneo remedio, quippe arcano exhibetur. Nam ſi patiens ille aliquandiu mane, & veſperi, pondere vnius aut alterius drachmæ pro vice vtatur cum iuſculo, aut pulli optime cocti brodio: ſanguinem regenerat: calorem nimium extinguit: digeſtionem iuuat: ſomnum conciliat: totumque adeo corpus reſtaurat: adhibita tamen conuenienti diæta, hoc eſt, ſi laborans hoc interim cibis digeſtibilibus, humectantibus, & reſtaurantibus veſcatur; vnctiones item adhibeat: aliiſque regulis, quæ in hoc caſu omnino requiruntur, inſiſtat. O profundum naturæ miraculum! Sed & imbecillitate cerebri, ſiccitate cauſata, nobile certe, & excellens eſt arcanum, ſi eo aliquandiu mane ieiuno ſtomacho vtaris.

Balſamum vitriolatum.

Rec. Olei vitrioli ʒx. Florum ſulphuris vitriolati ʒj. Myrrhæ electæ, Aloes ſuccotrinæ ana ʒ v. Olei de baccis Iuniperi clari ʒv. Olei S. aniſi j.

Ad producendos flores ſulphuris vitriolati, Rec. vitrioli ſiccati, & ad albedinem redacti ℔. ij. Sulphuris flaui ℔. j. Sublima in arena in vrinali, luto optime obducto: cui galea ſit impoſita. Vbi Sulphur omne aſcenderit, vitriolo alio ingeſto tertia vice ſublima: & florem habebis ſulphuris, quem expetimus, ſubtiliſſimum. Com-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 131 sur 1557

Compositio.

Contundenda contundantur subtiliter: postea reliqua omnia ingredientia ampullæ immittantur: quæ vltra materias iniectas ad duas tertias vacua remaneat. Optime deinde obturata in arenam imponitur calore naturali excoquenda, & ad mensem integrum ibi relinquitur. Inde liquor obscure rubeus elicitur: odoris acuti, qui per inclinationem à residentia separatur: Operatio ista æstatis tempore ad solem; in hyeme supra fornacem hypocausti, cui arenæ aliquantulum subsit, institui potest. Residentiæ siccatæ vsus est in quibusdam emplastris, aut vnguentis consolidantibus.

Virtus.

Balsamum hoc miræ est efficaciæ in asthmate peripneumonia, empyomate, catharro, adeoque omni genere tussis putridæ. Nam deflexiones capitis sistit: cerebrum corroborat: phlegmata viscosa incidit: pectus aperit: thoracem, & pulmonis organa mundificat: internas vlcerationes consolidat. Sumuntur quotidie tres, aut 4. guttæ pro vice cum vino generoso, aut cum iusculo, partes item principales communit: & sanguinem à putredine præseruat. Administratum eo, quo diximus, modo, valet contra febres putridas: matricem mundificat, & confortat: menstrua prouocat.

Ad plagas veteres, & putridas optimum item est remedium. Nam eas & emundat & carne obducit: & puncturas recentes breuissimo temporis spatio sine vlla sanguinis corruptione consolidat. Exhibitum cum vino, tormina, ex causa frigida, & humimida, ortum ducentia dispellit. Nam & flatus discutit: vrinamque & sudorem ciet.

Liquor contra pleuresin.

Rec. Aquæ vitrioli secundæ ʒ viiij. Succi Cardui bened. bals. ʒvj. Aquæ sanguinis humani per cinerem destill. ʒ. iiij. Spiritus vitrioli acidi ʒij.

Ad extrahendum succum cardui balsamici. Rec. succi Carduibenedicti ℔. j Aquæ vitæ à phlegmate purgatissimæ ʒiij. infunde in vas vitreum bene obturatum, Solique vel alii loco calenti ad dies ʒ 2. expone: dein per chartam cola, & serua.

Atque

Atque hæc eſt ratio, qua omnes quarumcunque herbarum ſucci eſſentiari poſſunt: vt nũquam corrumpantur niſi retecti fuerint in loco calido, ita vt ſpiritus viui ſui exhalet. Hyeme frigori expoſiti, inſtar turbidi lactis congelaſcunt. Caloris reſtituti, reſoluuntur nec odore, nec tranſparentia, nec ſubtilitate, nec efficacia vel minimum deperdita.

Aqua ſanguinis humani hoc modo elicitur: ℞. Sanguinem humanum purum, & ex Baſilica aut mediana extractum ab homine, qui bonæ ſit conſtitutionis, nec eum propter infirmitatem, ſed abũdantiam, & quidem non timido, ac fracto, ſed alacri, ac præſenti animo emittat. Timor enim Chirurgo venam ſecante, obortus, ſubſtantias eius inficit. Extracto ſanguine humorem illum, aut aquam cum ſanguine procurrentem adime: deinde ſanguinem iſtum adhuc calentem, per cinerem in retorta lento igni tamdiu diſtilla, donec aqua omnis extracta ſit, & ne reſiduum amburas, diligenter animaduerte, ne aqua vel turbida fiat, vel fœteat.

Compoſitio.

Liquores omnes ſimul commixtos in vaſe vitreo totum triduum in arena circulato: hinc reſidentiam turbidam ſucci ſeparari videbis: poſtmodum liquorem per chartam cola: qui limpidus erit, inſtar auri: ſerua ad neceſſitatis occurrentiam: optime obturatum.

Virtus.

Liquor iſte vires cõtra pleureſin permagnas habet. Conſiderandum tamen hic quoque vulgatum illud: melius eſt prẹuenire, quam præueniri. Id quod fiet, ſi mox, vbi vel leue aliquod indicium morbi iſtius ſenſeris, affecto duas drachmas liquoris iſtius cum iuſto calido illico propines: ſudorem item nulla interiecta mora, prouoces: venamque baſilicam ex oppoſito punctionis incidi cures: immo, ſi neceſſitas poſtulet, ex vtroque brachio ſanguinem ea quantitate quam feret cuiuſque complexio, elicias. Sed & ipſe liquor duplo, aut triplo, vrgente neceſſitate, augeri poteſt. Obſeruanda etiam venit, cõueniens diæta: & á vino plane abſtinendũ, donec feruor morbi debullierit. Exinde paulatim concedi vinum poteſt, idque vel merum, vel dilutum, temperatumve, pro elemento, quod prædominari videris: & affecti ætate. Liquor iſte ſudorem, lotium, & ſputum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 133 sur 1557

tum ciet. & ſpecifica ſua virtute morbum illico in ſuo centro indagat,& ſanguinem in ſuo fluxu retinet.

Sumptus per interualla matutino tempore graſſante pleuritide, rarum elixir præſtat,quo corpus ab internis apoſtematis, & ſuppurationibus potenter defenditur.

In conquaſſatione totius corporis ſanguine extra ſuum centrum per iuncturas aliquas excurrente,cum infuſione betonicæ, aut florum hypericonis, millefolii, pentaphylli, & ſimilibus, mane & veſperi propinatus,ſanguinem illum ad locum ſuum retrahit: coagulatum mundificat,& conſolidat.

In fracturis oſſium cum infuſione conſolidæ, aut ſerpentariæ porrigitur:quæ infuſio,cum vino,aut iuſculo fieri debet.

Liquor contra dyſenteriam.

℞. Aquæ vitrioli ſecundæ, Succi berberorum balſami ana ʒ vj. Corallorum rubeor.calcinat.ʒ vj.Sem.papaueris albi ʒ j.Cinnamomi,Nucis Moſchatæ ana ʒ ij.Roſar.rubear.pugil.j.

Corallorum calcinatorum nomine intelligo eos, qui crucibulo, cui ignis ciraulatorius ſubſit,tamdiu immiſſi relinquuntur, donec albeſcant, & frangibiles fiant.

Compoſitio.

Ingredientia omnia ſolida contuſa liquoribus affunde. Vaſe accurate obdurato in arena illa digere: poſtea colata ad vſum ſerua.

Virtus.

Liquor iſte in dyſenteria felici cum ſucceſſu veſperi ſub occaſum ſolis,& mane prima luce ex vino aut iuſculo porrigitur. Doſis eſt à drachma vna ad alteram pro vice:& tamdiu reſumitur, donec fluxus ſanguinis ſiſtatur: id quod fit abſq; vlla aliarũ partium læſione.Miræ item efficaciæ eſt contra menſium profluuia, venaſque,in corpore diſruptas.Id quod effectus ipſe,modo liquore iſto rite vtaris,ampliſſime demonſtrabit. Præter liquorem iſtum alia quoq; arcana,eaque tutiſſima habeo: In quorum numerum veniunt requies aurea, anodynum pretioſum, balſamus benedictus, quæ ſuo tempore bono publico, niſi quid aliud impediat, communicabo.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 134 sur 1557

Liquor Prunellæ.

℞. Roris vitrioli, aquæ cancrorum ana ʒ v. Spiritus vitrioli acidi ʒ v.

Ad aquam cancrorum parandam. ℞ Cancros viuos, & recentes, contusos, per balneum maris destilla.

Compositio.

Tres istos liquores in vas vitreum infusos simul commisceto.

Virtus.

In prunella, & angina cochleare liquore isto plenum affecto ter aut quater in die pro vice vtiliter propinatur: lingua tamen petia in liquore isto prius madefacta, abluenda. Extrahe etiam quam primum sanguinem ex venis lenonicis sub lingua: & mirum videbis proculdubio effectum. Applicatus erysipelis, inflammationes earum tollit.

Liquor contra arenam.

℞. Spiritus vitrioli acidi ʒ x. Tartari albi puluer. ʒj. Aquæ ardentis ex baccis Iuniperi à radice raphani sylueſtris abstractæ ʒ iiij. Aquæ sanguinis hœdini, vel leporini ʒ vj. Radic. Glycyrrhizæ recentis ʒ ij.

Aquam Iuniperi à raphano sylueſtri abstracturus. ℞. Radic. Raphani sylueſtris minutatim incisi ʒ iij. Aquæ de baccis Iuniperi ʒ viij. Infunde: per horas ʒ o. postea per balneum distilla. Aquam vero ex sanguine hœdino extracturus. ℞ Sanguinis hœdini, & per cineres sine aduſtione distilla.

Compositio.

Liquoribus omnibus simul commixtis tartarum affunde subtiliter pulueratum, liquiritia minutim incisa & per 8 dies digesta, postmodum clarum à spisso separatum ad vsum seruatur.

Virtus.

Liquor iste plurimum efficaciæ habet ad dissoluendam, & expellendam arenam rubeam, & alias tartaritates internas. Mundificat renes: incidit, & resoluit materias illas viscosas, & tenaces, quæ nunquam orificium vesicæ, vt & organa vrinæ obstruunt: vnde stillicidium lotii, stranguria, & alia id genus symptomata oriuntur. Administratus mane, & vesperi, fomentationibus tamẽ externe adhibitis, asperitatem, & erosiones internas ab acrimo-

acrimonia vrinæ causatas, mirum in modum lenit. Dosis est à drachma vna ad duas pro vice: si requirat necessitas, cum iusculo, in quo radices Petroselini, aut pimpinellæ hortensis sint incoctæ. Vitandi interim cibi tartarosi, & conglutinantes.

Iis qui de calculo dubitant, optimum præseruatiuum est si guttis aliquot huius liquoris singulis diebus mane, aut aliquoties in septimana vtantur. Sunt mihi quoque aliqua arcana, eaque pro tartari speciebus, efficaciss. quæ tamen hic studio omitto. Enimuero si singulas persequi vellem, tractatu integro opus foret. Quippe non tantum differentia indicanda veniret ab illarum formis, & coloribus, acumine item, malaque proprietate: centro etiam illarum: probationesque illas dignoscendi infallibili: sed varia quoque medicamenta resolutiua, expulsiua, mitigantia, & consolidantia depromenda, quæ iis, quæ curabiles sunt, adhiberi possunt: sunt enim quædam tartarorum genera, quæ curationem omnem respuunt. Hoc interim qui theoriam illorũ planius, & plenius auet cognoscere, Millium Theophrasti Paracelsi tractatum de tartaro legat. Ausim enim affirmare neminem ante illum solidius hac de materia scripsisse: imo nec fundamenta ea, ex quibus maior pars infirmitatum, quibus cum indesinenter conflictamur, ignorata quippe vera causa, cognouisse.

Chelidonium contra pestem.

Pestis, siue ex intemperie elementari: siue à malis influentiis cæleſtibus: siue operatione aliqua malefica, siue quacunque tandem causa originem ducat: siue simplex sit, siue composita: communiter tamen hominem eo fine aggreditur, vt illum derepente peremptũ è medio tollat. Id quod 4. istis modis confecturam se sperat. 1. Cor cum reliquis partibus nobiliorib. inficit. 2. Spiritum vitæ suffocare tentat. 3. Sanguinem putrefacit. 4. Partes quoq; internas exulcerat. Nempe eo tendit, vt putrefactione sua resoluat: & salem microcosmicum acuat: qui vbi primum cum veneno pestifero cõmixtus est non secus ac aqua fortis, ex vitriolo, ac nitro composita proximum quidque solet corrodere. Ex 4. istis, quorum modo mentionem feci, principalib. operationibus, plurima, eaq; longe diuersissima & periculosissima accidentia exsurgunt: vt sunt paroxysmi febriles tam frigidi quam calidi: intensissimi capitis, aliarumque

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 136 sur 1557

partium dolores, deliria, furiæ, tremores, & palpitationes cordis, ſyncope, deliquia, punctiones, pleuritis, prunella, angina, dyſenteria, halitus ſuffocatio, ſpaſmus, ſtupiditas, priuatio ſenſuum: apoſtemata, carbunculi, veſicæ, & maculæ in cute: adeoque alia infinita ſymptomata pro varietate cauſarum, complexionum, & conſtitutionum corporis infectorum. Id quod experientia, craſſante peſte, nimis abunde teſtatur. Quid igitur, ſi cogitet medicus compoſitum aliquod præparare, quod contra omnes peſtis ſpecies in genere efficax ſit vniuerſim ſequentes habeat proprietates neceſſum fuerit. Nempe ſit alexipharmacum, diaphoreticum, elixir. anodynũ, & cordiale. Alexipharmacum, vt ſpecifica ſua natura vim habeat venena peſtifera retundendi, perimendi, domandi, & expellendi. Diaphoreticum, vt ſubtili ſua penetrantia omnia organa microcoſmi aperta, & munda habeat, quo ſpiritus vitæ libere hinc inde commeare, & ſine vllo obſtaculo à capite ad pedes vſque continuo circumagi poſſit. Elixir, vt natura ſua, & qualitate corpus à putredine tueri, & liberatum in ſuo ſtatu conſeruare poſſit. Anodynum, vt dolores illos vehementes, in quacunque corporis parte, vniuerſim mitigare, internis item inflammationibus reſiſtere: & eroſiones internas ab acumine veneni, & mordacitate ſalis microcoſmici conſolidare poſſit. Cordiale deniq; vt cor iuuet, lætitiam adaugeat: cerebrum corroboret: memoriam confirmet, & iudicium, debileſque illas, & meticuloſas impreſſiones animi, nonnunquam plus mali, quam venenum ipſum apportantis, diuertat. Has, inquam, proprietates habeat neceſſum eſt compoſitum illud, quod medicus, ſæuiente peſte, pro antidoto, & quidem diſcuſſiuo vniuerſali, diſpenſare cogitat. Quod ad eius præparationem, extra controuerſiam eſt, morbum iſtum eſſentialem, penetrantem. & repentinum eſſe: Igitur medicamentum etiam neceſſario ſubtiliſſimum ſit oportet, & eſſentiale, vt in centro morbi illico tranſire poſſit, eumq; obſeſſum profligare; cætera oleum & operam perdideris. Id quod Phyſice intelligi volo, non Theologice. Neque enim quidquam decreto altiſſimi derogarim, quem noui vitam noſtram certis limitibus circumſcripſiſſe: adeoq; cum Anna Samuelis Prophetæ matre, fateor, Iehouam vnum illum eſſe, qui in mortem tradit, & in vitam reſtituit, ad ſepulchri limen deducit, & ex eodem

pro

pro beneplacito ſuo reducit: Sequitur deſcriptio ad gloriam Domini anditoti noſtri contra peſtem, quod examini ſubiectum, multum omnino efficaciæ eſſe deprehendetur.

℞. Aquæ vitrioli ſecundæ ʒ xxx. Radic. Chelidoniæ in vmbra ſiccat. Radic. Angelicæ odoratæ ana ʒ iiij. Herbæ veronicæ ſiccæ cum floribus eiuſdem manip. iiij. Aquæ ardentis ex bacc. iunip. rectific. ʒ xij. Mumiæ vitę ʒ iiij. Opii Thebani ſuper lamina ferri exſic. ʒ iiij. Croci optimi ʒ ij. Olei ſuccini albi ʒ j. & v. Spiritus vitrioli cordialis ʒ x.

Aquam ardentem ex baccis Iuniperi rectificati ita parabis. ℞. Ligni Iuniperi abraſi ℔. v. Aquæ baccarum Inniperi boccale vnum: infunde per horas 24. & per balneum ſubtiliorem partem diſtilla.

Opium ita ſiccabis: incide opium minute, & laminam ferream calefacito: poſtea tantillum ſucci arantiorum acerbiorum inſperge, & ferro ſubinde eo vſque verſo, dum, ſumpto pauxillulo, & refrigerato, videas num ita induruerit, vt puluerari poſſit. Cauebis ſedulo, ne amburas.

Mumiam vitæ ita conficies. ℞ ſanguinis ex homine valente, & mundo extracti, vt capite de liquore contra pleureſin dictum, deinde lento igni arefieri curabis in ſartagine teſtaceo vernice illita indeſinenter agitando, dum in puluerem ſiccum, & fuſci coloris redigatur: Tum ex iſto puluere ſume vncias xij. Aloës, ſuccotrini vncias ij. Myrrhæ electæ vncias duas, hæc tria ſimul in puluerem terantur, & cribro excernantur: dein ſucco citrorum clarificato fiat maſſa, quæ in ſcutella vitrea diſſoluatur cineribus calidis impoſita, & exhalari ſucci humiditas demum frigeſcere ſinatur, & aſſeruetur: Hanc haud ſecus ac pretioſam aliquam gemmam ſeruabis. Habes mumiam vitæ à nobis adinuentam, non præter rationem hoc nomine inſignitam: 1. quod ſanguis ex homine viuente extrahitur. 2. Quod ſanguis verũ elixir eſt humani corporis: receptaculũ ſpiritus vitæ: verum ens microcoſmi: vitalis omnium membrorum tam grãdium quam paruorum eſſentia: In ſumma, fons infinitis arcanis ſcatens. Medicus enim qui eam rite præparare, &, vti conuenit, adminiſtrare nouit, is ea tantum nõ morbos omnes, qui ex ſanguine proueniunt, feliciter curauerit. Amplæ omnino, & infinitæ ſunt benedictiones altiſſimi Dei, qui hominem ita illuminat, vt talia, tantaq;

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 138 sur 1557

arcana peruestigata pernoscat. Ecce, res, q̃ pro excremento habetur, & à Chirurgis proiici solet canibus, solertia hominis thesauri locũ in medicina merito occupare potest. Hinc colligeris M. illũ Paracelsum cõtra quidẽ aliorum opinionẽ, vere tamẽ dixisse: similia similib. curantur. Quid multis? Microcosmus non frustra nomen suum gerit: Nam ad instar maioris illius mundi & venenum suum secum affert: affert & medicinam suam. Id iudicio vrina quoque hominis fuerit, qua omnia accidentia, quæ ab illa enascuntur, magno cum successu curaueris. Sed hic de substantiis microcosmicis suas ob causas latius non disseto. Nec vero cessabo Deo (vti par est) ingentes gratias agere, qui mihi qualemcunq; arcanorum istorum cognitionem liberaliter concessit.

Ex mumia ista duo mercuria, duo sulphura, & totidem salia, substantia in proprietatibus suis plane differentia, separantur, quæ non in medicina tãtum, sed etiam in Chirurgia locum haud postremum iure obtinent. Compositio.

Radices, & herbæ aliquantum contunduntur: postmodum in aquã vitrioli vitreo vase contentam immittũtur. Vas bene occlusum per 8. dies in fimo equino ad digestionẽ sepeliatur, ita vt nullus expirationi locus fiat: postea ex fimo eximitor: & per cineres lẽto igni omnis humiditas destillator. Liquori huic destillato aqua ardens iunipera affunditor; additis mumia, & opio pulueratis, croco, oleo succini, & spiritu vitrioli. Quæ omnia circulatorio inclusa, ascendant totum mensem, & vel in arena, vel in sole circulantor: postea summa cum diligentia subtili à spisso, per inclinationem separator. Quod balsami instar precioſi ad vsum seruetur. Virtus.

Liquor iste antidoton cõtra pestem, aliaq; venení genera præsentaneum est, bis aut ter in septimana mane ieiuno stomacho exhibitus. Dosis est à semiscrupulo ad scrupulũ integrum pro vice, plus minus, ætate cuiusq;, & infectione dominante. Calidæ cõplexionis hominib. cũ aquis destillatis: frigidæ a. naturæ hominib. cũ vino aut iusculo ꝓpinatur, infecto dosis duplo augeatur, sudore per 2. aut 3. horas in lecto ꝓuocato, & singulis 8. horis semel repetatur, donec ex iudiciis cõstet, venenũ à corde simul omne depulsum. Postmodum omni mane p̃seruationis loco liquorẽ istum sumere pergat infectus, donec plane fuerit curatus, ne venenũ denuo ad primũ suum centrũ redeat

cedeat Liquor iſte venenū in cutem euocat: maturat, & emarginat. Sed quid opus eſt arcanū, proprietatib. memoratis præditū, plurib. cōmendare? Iudicent intelligētes, qui ex multis circumſtantiis facile colligēt, quas ad infirmitates cū primis faciat: & quomodo in omni cōplexionum genere adminiſtrari debeat. Illi iidem diætam conuenientem norunt p̄scribere: cibos & potus ſpecificos veneno reſiſtētes ordinare: & iis quæ morbum intendunt, & adaugent, prudēter occurrere. Ficus certe quāuis delicatiſſimum fructum ꝓducit, tamē arbor ipſa eos in os hominis haud quaquam ingerit: idem de arte medica ſentiendum. Nec enim illa dum menſæ aſſides, & in aliorum ſcripta inquiris, addiſcitur, & cum fructu adhibetur, ſed quotidiana praxi, cum labore improbo coniuncta, requiritur.

Emplaſtrum Magneticum in peſte.

Rec. Gummi Sagapeni Ammoniaci Galbani an. ʒ iij. Ceræ Terebinthinæ larignæ ana ʒ iiij. & v. Magnetis Arſenicalis ʒ iij. Terræ vitrioli lotæ ʒ j. Olei ſuccini ʒ ij.

Magnetē arſenicalem ita cōficies. Rec. Antimonii crudi, ſulphuris flaui, arſenici Cryſtallini ana ʒ ij. puluerentur omnia ſubtiliter, & in vaſe vitreo in arenam calentem imponantur, & tamdiu in iſta reſtinguātur, donec materia iſta omnis colliquefcat. Id ꝙ inde cognoueris, ſi materies ſtilo ferreo tacta illi adhæreſcat, & Terebinthinæ inſtar, ductitetur. Colore eſt rubea, ſubobſcura: poſtea infrigidatur, deinde rupto vrinali, eximitur materia, q̄ in vnā maſſam cōcurrit, & dura eſt, inſtar picis. Huius materiæ ſępe in carnib. felibus, & gallinis in magna copia periculū feci: nec deprehēdi eam illis vllum nocumentū attuliſſe. Applicata plagis nullā (aliorum venenorum more) inflammationē parit & tamē corroſiua eſt. Vnde quæ ſit artis noſtræ dignitas & amplitudo, qui nō videt nihil videt. Certe ea & venena docet corrigere, & in optima, & nobiliſſima medicamina cōuertere, magna naturæ arcana in apertū producit: ſympathiamq; & antipathiam rerū manifeſtat: fundamenta item extruit, quorum ad cōpoſitionem medicamētorum cūprimis faciunt. Certe ſi veneno collo appenſo, ꝙ tempore peſtis ſolēne eſt, ꝓprietas aliqua ineſt, q̄ corpus ab infectione defendat: multo magis veneno iſti mortificato ꝓprietas inerit, q̄ venenum illud imæ carni inhærens, tanquam ſuum ſimile, potenter attrahat.

Compoſitio.

Tria illa gummi diſſolue vnciis xx. aceti ſcyllitici: poſtea ſolutio-

nem

nem illam per pannum lineum colatam exprime: quam deinde tã diu bullire cures, donec acetum fuerit consumptum. Excipe paxillulum spatula, & infrigida, dum videas ita induruisse, vti cum gummi essent. Serua in loco calido, donec cum residuo incorporaueris. Quo facto, accipe ceram, & Terebinthinam, fac vt simul ad lentum ignem in sese cocant: remotam à calore aliquantulum agitato, donec ad spissitudinem vnguenti reducatur. Deinde adde gummi iam ante soluta, & vti diximus, cola: postea adiunge magnetem arsenicalem subtiliter pulueratum: terram vitrioli, & oleum succini. Postremo pastillos forma, & corio, vesicæue, oleo Scorpionum inunctæ, involue.

Virtus.

Emplastrum hoc apostematis, aut carbunculis pestilentialibus, vti moris est, applicatum, illico ea maturat, rumpit & venenum vti suum simile, ex imo, magnetis instar potenter attrahit: adeo vt si illo, quantum opus fuerit, vtaris, non sit quod dubites apostemata ante iustum templus occlusa iri: Et venenum ad cor recurrat, quod alias haud raro euenit. Nam attractiuum hoc nõ repercutit: sed simul omne extrahit, & apertum vlcus coire non patitur, donec caro tanta quanta emundata fuerit. Mundificatum sufficienter, emplastris consolidantibus cura. Impositum vesicæ aut aliis emunctoriis venenum cumulatum ex centro ad se in cutem ducit. ℞. Scrophulos, si quid aliud medicamentum, expertus loquor, persanat. Nam illas purificat, & materiam peccantem à longinquioribus partib. attrahit per 5. aut 6. septimanas operans: postea illas, nullo etiam illito vnguento consolidat. Adhibenda tamen veniunt purgantia specifica, & obseruandæ aliæ regulæ medicæ: Si honorem ex curatione adipisci sit animus. Applicatum plagis putridis, & venenosis, quæ non facile curationem admittunt intra biduum aut triduum venenum in cutem educit: & in nigerrimam & putridam escharam condensat: quam butyro recente emollitam, spatula auferre potes, imo plagæ fundo rubeo, & mundissimo. His ex effectis, nisi plane fallor, quivis iudicauerit, emplastrum illud nostrum raræ esse virtutis. cui si antidotum nostrum, cuius paulo ante mentionem fecimus addideris, proculdubio curationes longe felicissimas ad altissimi Dei laudem, & gloriam euidentemque ægrotorum languentium reualentiam facere poterimus.

Vnguen-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 141 sur 1557

Vnguentum Saturninum vitriolatum.

℞. Salis vitrioli ʒ iiij. Lithargyrii argentei ʒ iiij. Salis tartari ʒ ij. Aceti aluminosi destillati ℔.j

Acetum aluminosum ita parabis. Rec. Aceti optimi boccale vnum: Alumen Rocchæ lib. semis. Distilla per arenam, & ad vsum serua.

Compositio.

Infunde Lithargyrium in acetum, & in arena calente per 3. aut 4. dies relinque & quotidie semel aut iterato agitato: postea per chartam cola: liquor inde prolicitus clarus est, & dulcedine ad saccharum accedit: adde duo memorata salia: postmodum humiditatem, extracta, quod in fundo album, instar alabastri, residebit, per distillationem separa.

Sed quomodo illo vtendum?

℞. Vnguenti Rosati, olei amygdalarum dulcium ana ʒ iiij. Extracti modo memorati ʒ v.

Optime in mortario vitreo incorporatum, in vnguentum altissimum redigitur, cui x. grana caphuræ liquefactæ adduntur, supra cinerem calidum.

Virtus.

Vnguentum istud dolores vlcerum corrodentium lenit, & mitigat: erisypelas item, tertio aut quarto impositum dispellit.

Miræ etiam contra pruritum, & diuersas scabiei species efficaciæ: mundificat, consolidat, & lenit quamuis asperitatem carnis: & peculiari quadam proprietate anodyna multos dolores mitigat, qui ab erosionibus salsis, & venenosis humoribus causam trahunt.

Sed quid ago? Possem multa alia composita vitriolata in medium afferre: sed, quia compendio studeo, alii ea tempori reseruo; inserturus forte libris illis, quos Deo bene iuuante, in lucem breui sum emissurus, sufficiat modo admonuisse, pauca ista arcana, quæ attigi, si diligenter præparentur, cum discretione administrentur, & charitate Christiana distribuantur: maius omnino emolumentum ægrotis afferre posse, quam tota plaustra descriptionum non tam fabulosarum, quam incertarum. Quas tamẽ hodie nimis multi in vsu habent, sed qui illi? Qui experientia, basi illa medicinę omissa, scriptitando gloriam affectant.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 142 sur 1557

Psalm.115.1.

Non nobis, Iehoua, non nobis: sed nomini tuo da gloriam, propter benignitatem tuam: propter veritatem tuam. Hactenus Anglus Sala.

De Calchanto.

Duncanus Bornettus in nostra Iatrochymia doctissime sic de vitriolo differit, dum ait: Calchantum est succus mineralis, naturæ æroſæ, constans ex terra æroſa, alumine & sulphure.

Ex eo varia tum ad internos, quam externos affectus præparantur medicamenta, nempe phlegma, spiritus, oleum, Colchotar, creta vitrioli & Alkali.

Phlegma & spiritus ad epilepsiam propulsandam conferunt: Oleum stomachum corroborat: Colchotar, Creta & Alkali chirurgicis affectibus.

Spiritus vitrioli cũ phlegmate.

Vitriolum optimum in aqua communi stillatitia dissolue, solutũ per filtrum coletur, colatum ad tertias igne leui euaporari sinatur, dum pelliculam contraxerit, inde vasi indatur oblongus baculus, vt ei Sal vitrioli in loco frigido, adhæreſcat: Salem hanc exiccatum, si non satis fuerit (scilicet depuratus) iterum soluas, coles, depureſq;, procedendo superiore modo: quem satis depuratum in des cucurbitæ vitreæ salis ampli orificii luto obductæ, cui superaffundatur spiritus vini optimus, vt fiat pasta, appositoq; alembico, indatur cucurbita furno ignis aperti, apponatur recipiens satis amplum, clausis iterum rite omnibus iuncturis instituatur destillatio, primo lentissimo igne, vt spiritus vini euocetur, mox aucto igne, vt phlegma quoque ascendat, tandem incipientibus prouenire spiritibus ignis augeatur sensim, dum fiat fortissimus, & vitrum liqueſcere præ nimio calore incipiat; quo pacto sinatur ignis extingui, vasaq; refrigerari: vasis eximatur liquor, & in balneo Mariæ separetur spiritus vini à phlegmate & spiritu vitrioli, deinde abstrahatur phlegma à spiritu vitrioli, dum incipiant guttæ aceſcere, tum appositio nouo recipiente pellatur quoque spiritus per arenam.

Paracelsus destillatum spiritum vna cum phlegmate & vini spiritu, iterum affundit capiti mortuo, vt prius, idq; nouies repetit, factis semper cohobiis, quod vocat spititum vitrioli destillare in nouum alembicum. Ita igne fortissimo facit ascendere etiam siccos spiritus, quos cum humidis coniungit, & digerendo vnit. Verum ratio,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 143 sur 1557

tio hæc Paracelsi conficiendi spiritum vitrioli, non probatur hisce de causis.

Primo, quod in istis reiteratis destillationibus & cohobiis, subtilissimæ partes istius spiritus euanescunt, tam destillando quam etiam affundendo propter summum calorem, qui ex liquoris & capitis mortui contactu mutuo in affusione excitatur.

Secundo, timendum est, ne in affusione, quemadmodum & in difficilimis istis reiteratis destillationibus vasa vitrea frangantur, vt ita opera & oleum perdatur. Quod si tamē hic modus cuipiam placeret, pedetētim liquorem capiti mortuo trito affundat, & in destillationibus cucurbitæ sint luto forti & tenaci probe obductæ, & iūcturæ bene clausæ. Suffecerint tamen quatuor ad summum cohobia facta, quibus viscositas propter quam reiteratæ destillationes instituuntur, satis attenuabitur, quemadmodum corrosiuitas tollitur affusione spiritus vini. Est hic spiritus vitrioli ad epilepsiam profligandam, vt dictum est, vtilissimum medicamentum, præsertim additione facta, vt scilicet spiritus vitrioli accipiatur pars vna, spiritus tartari partes tres, aquæ theriacalis, camphoratæ partes quatuor, misceantur, & vitro bene clauso per tres aut quatuor septimanas probe digerantur. Huius dosis vitriolatæ est drachma vna in conuenienti liquore & vehiculo, pro personarum & affectuum varietate administrata.

In Epilepsia, hac mistura nullum medicamentum præstantius exoptari potest, pleuritidis, vt sæpe feliciſſimo successu expertus sum, præsens est remedium. Omnes obstructiones viscerum mirifice reserat, inflammationes sedat. Omne venenum à corde ad exteriores partes per sudores expellit, febrium æstum compescit, earumq; materiam consumit. Melancholicis prodest, cum aqua buglossæ aut borraginis materiam frigidam calefacit, ascensumque eius à materia frigida curat, menstrua promouet superfluaq; sistit. In summa, in infinitis grauissimis morbis est Diaphoreticum præstantissimum: partium enim tenuitate citissime absque vlla molestia vniuersum corpus penetrat. Spiritus vero vitrioli per se sumpti, dosis est scrupulus semis ad scrupulum vnum in conuenienti liquore, quemadmodum phlegmatis dosis à scrupulo vno ad scrupulos duos.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 144 sur 1557

Colchotar. Est vitriolum ad rubedinem calcinatum, siue in destillatione spiritus sui, siue alioquin in vase aperto.

Ex hoc Colchotare fit oleum, creta & Alkali.

Oleum vitrioli. Oleum vitrioli hac ratione conficitur. Rec. Colchotar, face bullire in vitro albo ad siccitatem vsque, postea tere & repone in retortam, & lento igne destilla: primo exibit aqua clara, tandem vrgendo ignem donec fiat fortissimus, destillabitur oleum rubrum, vt sanguis, à quo phlegma primo separandum: accipe tantundem de optimo spiritu vini, simul misce siue digere, & in pellecano circulari sinito, spatio duarum vel trium septimanarum.

Tandem spiritus vini ab eo separetur destillatione. Oleum quoque per arenam ad maiorem purificationem euocatur.

Dosis eius est à guttis quatuor ad octo: mirifice stomachum roborat, si in aqua absynthii, menthæ, aut simili Syrupo exhibeatur.

Cum Syrupo Cydoniorum vomitum restringit: vermes puerorum cum Iulepo Rosaceo necat. Est enim acetositate sua specifica materia, de qua moriuntur vermes; præter acetositatem autem habet etiam in se facultatem laxandi.

Creta vitrioli. Colchotar soluatur in aqua calida, & rubor per ipsam diffusus separetur, post exhaletur: quod remanet extracta omni rubedine, creta vitrioli dicitur. Cuius vsus est in Chirurgicis ad inducendam cicatricem in vulneribus.

Ex hac creta reiteratis solutionibus & filtrationibus extrahitur Alkali ad eosdem vsus accommodatissimum, quod etiam contra vermes sequenti modo, intro sumi potest.

Rec. Alkali de Colchotare scrupulum j. agarici, liquoris centaurei, calaminthæ ana grana x. Olei de Myrrha quantum sufficit, vt fiat veluti pasta. Fiunt Trochisci, dentur infanti grana quinque: viro decem. Hactenus Bornettus, audiamus & Beguinum, qui sic ait cap. 4. pag 75. in suo Tyrocinio Chymico.

Natura vitrioli. Tres sunt vitrioli species, viridis, alba, cærulea: participantes de natura salium, aluminum, sulphuris, secundum magis & minus: prima quidem magis de sale, altera de Alumine: Tertia de sulphure: constantque ex parte aquea, terrea & intermedia, quæ teste Riplæo in Pupilla Alchymiæ, separari non potest à suis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 145 sur 1557

ſuis extremitatibus, aquea, & terrea; niſi mediante mercurio, qui adſtipulante Gebero, quod naturæ ſuæ eſt, retinet, alienum reſpuens & igni exponens. Hæc ſubſtantia intermedia Diaphana per ſublimationem exaltatur in candorem niueum occulte in ſe ſemen ſulphureum continentem inſtar vermiculi rubicundiſſimum: vnde in turba dicitur: Mirati ſunt Philoſophi rubedinem in tanta albedine exiſtere. De hoc Sulphure, ita loquitur Geber 28. cap. ſummæ: Per Deum altiſſimum idipſum illuminat & rectificat omne corpus: quoniam eſt alumen & tinctura. Hæc eſt illa aqua vitæ, aqua ſicca, quæ manus non madefacit, aqua congelata, Sal animatum, de quo Raymundus Lullius poſt Alphidium: Sal non eſt niſi ignis, nec ignis, niſi ſulphur, nec ſulphur niſi argentum viuum, reductum in illam pretioſam ſubſtantiam, cœleſtem, incorruptibilem, quam nos vocamus lapidem noſtrum. Vnde etiam quidam ad literas vitriolum ita alluſit: Viſitando interiora terræ rectificando inuenies occultum lapidem veram medicinam. Porro valde intra artiſtas controuertitur: vtrum inter tam varia vitrioli genera primas obtineat: Has alii Cypro deferunt: Alii Romano: Alii Hungarico, Cyprium & Romanum merito ſuſpecta eſſe debent: quod ſint fere adulterata, ſophiſticata, varia, diuerſorum ſcilicet colorum, formarum, virtutum. Quod ad Hungaricum vero attinet & Galli & Germani mercatores, qui nobis vitriolum quoddam cæruleum, diaphanum, aliquando ſubviride, pro genuino & ex ipſa Pannonia allato vendunt, impudenter mentiuntur. Cum enim ante 8. menſes eo locorum me contuliſſem: Vt Auri argentique fodinas, quæ Schemnitii viſuntur, intrarem, & mineralium metallorumque notitiam perfectiorem ex αὐτοψία comparatem; Illuſtris ac generoſus Dominus de Blœnſtain, generalis minerarum regni Hungarici præfectus pro humanitate ſua eximia, mihi certo confirmauit: quod, etſi duo vitrioli genera, album vnum valde aluminoſum, ex quo aquas Chryſulcas conficiunt, alterum cæruleum longe præſtantius, reperiantur: Huius tamen minera, quamuis fortiſſima; plane non colatur: eo quod nunquam ſint mercatores, qui tale vitriolum coemptum in alienas terras aſportare dignentur. Idem & de Antimonio profitebatur, quod in Aurifodinis reperitur copioſiſſimum. Illud autē iure meritoque

Quod viuertitur: vtrum inter tam varia vitrioli genera primas obtineat: triolum optimum.

toq; censeri debet præstantissimum, quod è Venere elicitur beneficio aquæ, vt postea dicetur. Huic bonitate succedit illud: quod cæruleum est: plus solis in se continet: plus Martis in Venerem transmutat: & diutius ignis examina sustinet, antequam vltimos reddat spiritus, vndecunqueid afferatur.

Spiritus vitrioli.

Huius ergo vitrioli Recipe lib. 12. calcina in vase terreo igne moderato: donec omnis humiditas abscedat. Vase refrigerato massam quæ erit septem circiter librarum, reduc in puluerem subtilem, cum libra vna circiter particularum eiusdem testæ: & impone retortæ firmæ lutatæ: ita tamen vt tertia pars ad minimum sit vacua. Eam in fornacem colloca reuerberii: adhibito receptaculo amplo, colliq; breuis desuper lutato; & in cõmissuris retortæ cum recipiente, luto salso diligenter munitis. Dein paropsidem terream latam, pedem vnum altam, & in fundo quadrangulariter perforatam, retortæ, vt æqualiter os fornacis claudat, supetstrue: Atque ad extremitates fornacis, cuiuscunq; illa sit formæ quadratæ rotundæue, lateres altitudine paropsidem adæquantes adapta: spatiumque inter lateres & paropsidem, quod intercedit, cineribus vsque ad summum obrue. Tunc fac caminum ex quatuor laterum particulis, super testæ foramen qudrãgulare vt flamma mediante tali vehiculo, liberius, cum tempus fuerit, queat euolare. Orificium camini, sicut & cineritii ostiolum ita claudantur, primis quatuor horis, vt carbones furno impositi saltem ardeant, & non extinguantur: quo paulatim & successiue retorta calefiat. Exinde sequentibus 4. horis, calor augeatur, foramina, iis singulis, supra & infra paulatim aperiendo: donec flamma per superiora incipiat erumpere, & retorta vndique candeat. Quod cum fit: cineritio & camino omnino apertis: per 18. vel 20. horas ignis intendi debet: donec omnes spiritus egressi fuerint. Post biduum, lutum salsum & valde induratum, quod retortæ collum cum recipiente tenet colligatum, linteo madido, per horam, donec recipies, absque vitri fractione, abstrahi possit, humecta; & postmodum phlegma à spiritu, destillatione per Balneum, aut blanda cinerum, separa. Sunt, qui post phlegmatis separationem, spiritus super Corallos tritos ex arena rectificant. Spiritus hic in febribus ardentibus, cum aquis appropriatis mistus & haustus, refrigerat: sitim extinguit; Humorum putredini resistit: per vrinas & poros cuta-

cutaneos operatur: phlegma consumit, crassos & viscosos humores incidit: Languentem appetitum excitat: & succos rosarum, violarum, aliorumq; florum pulcherrime tingit: Eius oleum sic fit.

Oleum vitrioli.

Dissolue vitriolum optimum in aqua communi: Dissolutionem in leni balnei calore digere, postea filtra: & per vaporem balnei, in vase vitreo, aquam abstrahe, donec cuticulam contrahat. Tum vase in loco frigido posito, Crystallos Diaphanos producet: quibus separatis, reliquam aquam euaporabis, donec nouam contrahat cuticulam, & nouos in frigido produxerit Crystallos, quos omnes separatos dissolues, digeres: filtrabis: rursus in frigido crystallisabis: & vt supra separabis. Eundem laborem, tertio repetendo: donec vitriolũ ab omni terrestreitate heterogenea sit liberũ. Hoc vitriolũ cucurbitæ altæ impone, & phlegma per B. ad siccitatem abstrahe: reddendo toties propriæ terræ: donec siccum ebiberit totum humidum. Massam ẽxime, & in puluerem subtilem tere: eumq; in retortam firmam immitte: cum octaua parte sui ponderis S.V. summe depurati: & seruatis ignis gradibus per triduum, omnes spiritus euoca. Vase refrigerato: quod in recipiente fuerit, redde aliis duab. lib. Colcotharis, vt supra præparati: & item per triduum destilla. Tum V.S. per B. in cucurbita alta separa: Deinde spiritum vitrioli per cineres destilla; in quo si Corallos vel Perlas dissolueris: verum Antepilepticum habebis. Oleum instar sanguinis rubrum, quod in fundo hærebit, rectificare poteris, destillando per retortam in arena, vel sola digestione, fecesque terreas, quæ fundum petent ab eodem oleo separare. Eius vsus est in metallicis potius, quam medicina.

Lib. 2. cap. 20. talem è vitriolo parat panacæam.

Panacea vitrioli.

Dissolue vitriolum cæruleum, in aqua pluuiali destillata calida q̃ tertio filtratam lento balnei calore euaporare facies; donec cuticulã in superficie cõtrahat. Tum liquorem restãtem calidã proiice in vas plũbeum, in quo prius bacillos hinc inde trãsuersos, per circuitũ posueris. Ita p triduũ in loco frigido relinque: vt Crystallos virides producat: quib. separatis liquorẽ restãtẽ decoque: & in eodẽ vase plũbeo repone toties id repetẽdo, donec omnis liquor in Crystallos abierit. Vitriolũ Smaragdini coloris, his reiteratis dissolutionib. & coagulationib. summe deputatũ reduc in puluerẽ subtilẽ, quẽ spatio quinq; vel sex dierum tali calore exsiccabis, vt æstiualem Solis nõ excedat

donec

donec foris & intus candidum appareat. Tum diſſolue in aqua deſtillata: filtra: quod indiſſolubile, abiice, coagula in vaſe plumbeo, exicca in hypocauſto ad albedinem, vt ſupra, reiterando hãc operationem, vſq; tertio, vel donec in diſſolutione nihil maneat indiſſolutum. Vitriolum hoc candidum pone in matracium firmum, ſigillo Hermetis munitum: quod in cineribus ita calidis colloca, vt ſolis æſtiui calorem ne excedat. Decimo die flaueſcet: vigeſimo reducetur in Alcohol, fietq; inſtar ſanguinis rubicundiſſimum. Vaſe fracto impone in cucurbitam altam, & deſuper funde acetum tertio deſtillatum, vt ſuperemineat quatuor ad minimum digitis.

Superpone alembicum cœcum, & per quatriduum in balneo tepido digere, ſpatula lignea quotidie mouendo. Vaſe refrigerato, ꝙ tinctum eſt effunde; aliudq; acetum reaffunde: digere, moue: ſepara toties, donec acetum vlterius tinctũrã non attrahat. Quod in fundo remanſerit, abiiciendum. Acetum tinctum lento balnei calore ad ſiccitatem deſtilla. Manebit in fundo puluis rubicundus, quem etiam tertio in eodem aceto diſſolues: digeres: ſeparabis: deſtillabis: exiccabis, Puluerẽ rubicundiſſimum pone in retortã, adhibito receptaculo grandi, dando ignem per gradus. Primo egreditur ſpiritus flauus, poſtea rubicundiſſimus. Continuetur ignis in eodem gradu, donec appareant ſpiritus albi. Tum ceſſandum, vaſe refrigerato: reperies in fundo retortæ, terram diaphanam, puram candidiſſimam, quam ſpiritibus ſupra dictis paulatim imbues, digerendo, imbibendo, donec ſpiritus & anima proprio corpori ſint reſtituta. Tãdem terram hanc benedictam, in athanorẽ, in vaſe Hermetice clauſo, per quadraginta dies decoque, donec figatur. Doſis eius à granis tribus ad quinque vel ſex, in morbis deploratis maxime.

Hactenus authores varii, obiter adhuc eius præparationes venuſtas ac nobiliores percurremus, ſi eius Anatomia plenaria demonſtrabitur ac docebitur.

Calcinatio vitrioli. Calcinatio vitrioli: Exſiccatur ad albedinem, in vaſe terreo, non vitreato: igne tamen moderato: poſtea is augetur per horę quadrantem, vt vitriolum rubeſcat: & tunc vocatur Colchotar, ſeu rubeus Henricus.

Sal vitrioli. Cum hoc Colcothare ſic poteſt procedi: Colchothar perfunditur aqua pluuiali, & Sal digeſtione vnius diei vel noctis in eam ingredi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 149 sur 1557

greditur, filtratur coagulatur: Rubedo reliqua si sexies aut quinquies iterum calcinetur, & salsedo semper eluatur: tandem dulcis relinquitur, & vocatur dulcedo Vitrioli, quæ maior est, si ex Vitriolo Veneris paretur, & præsens est in vlceribus malignis remedium. Hanc dulcedinem noster præceptor vocabat terram dulcem, quæ haberet vim emplasticam & stipticam ad Opodeldoch: Illiusque vsum esse in Emplastris, & hæmorrhagiis vulnerum. Nonnulli inter diaphoretica recensere volunt, & pro Antepileptico vel Antapoplectico reddunt; inficias non eo, sed obscurior est aliquantulum præparatio.

Vitriolum vomitiuum: Dissolue Vitriolum album in aqua communi, filtra & coagula, repete hoc secundo, tertio dissolue in aqua rosacea & coagula. *Vitriolum vomitiuũ.*

Aliter: Dissolue Vitriolum album in aqua destillata: filtra: & in vase vitreo aquam exhala, donec cuticulam superne contrahat. Tum vas pone loco frigido, vt cristallos producat: quibus separatis reliquum humorem euapora: & vt supra cristallisa, hocque secundo repete. Tertio Cristallos in aqua rosacea dissolue: exhala: & vt supra cristallisa, igneque lento exsicca. Dosis à scrupulo vno ad drach. semis, in haustu vini vel cereuisiæ, aut conserua rosarum. Operatur feliciter in febribus, ventriculi affectibus, Catharris, Lumbricis, Peste &c.

Vitriolum rectificatum purgans: Recipe Vitrioli Romani cæruleiq. v. reduc in puluerem, & super chartam in loco calido sine radiis solaribus in puluerem album exsicca, postea dissolue in aqua centaureæ minoris per filtrum traiice motis fecibus. Liquorem limpidum ex B. ad tertiam partem destilla, vas in locum refrigerationi accommodum repone, vt concrescant Crystalli, quos separatim siccabis, reseruato tamen colore cœruleo. Crystallos toties collige, quoties necessitas exigit, nempe semper destillando ad tertiam partem & frigori postea exponendo. Collectos Crystallos serua in vitro bene occluso. Hoc Vitriolum per vomitum & secessum corpus purgat. Dosis à gran. v. vsque ad x. in liquore appropriato, vel aqua appropriata destillata in febribus pestilentialibus. *Vitriolum purgans.*

Gilla Theophrasti seu Sal Vitrioli: Crystalli Vitrioli, è Venere seu Marte præparati (vt antea diximus) resoluantur in phlegmate acido, *Gilla Theophrasti.*

acido, quantum ſoluere poteſt in calido, quod primo egreditur è deſtillatione Vitrioli vulgaris, & ſimul per octo dies circulentur. De hoc circulato liquore detur à ſcrupul. j. Longe efficacius & commodius operabitur hic liquor, quam ſal è capite mortuo vulgaris Vitrioli, ſeu albi Goslarienſis quo modo extractum.

Vitriolum album vomitiuum, ſecundum Crollium: ſolue Vitriolum album in aqua pluuiali & euapora, donec quaſi cruſta appareat, poſtea per quatuor dies in loco frigido ponas, & concreſcent Cryſtalli, quos eximes, & aquam iterum euaporabis vt antea. Hic labor penitus tertio reiteretur coagulando & diſſoluendo: vltimo ter eodem modo procedatur cum aqua Roſarum. Cryſtalli tandem ſupra calorem lentum ſiccentur, & ſponte redigentur in puluerem album. Hoc lene eſt vomitiuum & cerebrum, omneſque fluxiones ſimul ac benigne expurgat. Vſus ac Doſis Gillæ & ſalis Vitrioli.

Vſus ac Doſis.

1. Gillæ ſi ſcrupulus vnus è vino bibatur, è veſtigio vomitum mouet, quo ventriculus tum onere leuatur, tum robur acquirit, nec quicquam infertur nocumenti: ſi præſertim in vino, galanga, mentha, pulegium aut macis fuerint macerata. 2. In Febribus Quotidianis, Quartanis, Ardentibus, cum aqua Cichoreæ vel Cerefolii, aut centaurii minoris, cuius decoctum præſtat cæteris. 3. In Lumbricis, cum aqua Hypericonis ſiue aqua Theriacali. 4. In omnis generis infirmitatibus ventriculi. 5. In defluxionibus ſalſis, cum aqua Maioranæ, vel Betonicæ vel aqua Serpilli. 6. In Synouia: Hic drachma vna in cereuiſiæ hauſtu exhibetur. 7. In peſte cum aqua Carduibenedicti. 8. In doloribus dorſi, drachm. ſemis in vino calido, cum Aqua vel Balſamo fœniculi. 9. In Epilepſia, cum aqua Pœoniæ, in qua ſcobs viſci querni macerata fuerit. Doſis gran. v. ad x. 10. In matricis ſuffocatione cum aqua arthemiſiæ, vel vino florum Bugloſſæ & Borraginis. 11. Venenis cum aqua Roriſmarini, in qua ſex gran. Croci Orientalis, ſimul miſta fuerint. 12. Vulnerum recentium curam promouet, ſi quaternis auroris continuis drachm. ſemis in cereuiſia calida aſſumatur: præſertim in illis vbi nulla oſſa fuerint concuſſa & conquaſſata. Doſis vtriuſque Gillæ & Salis Vitrioli à ſcrupulo j. ad ij.

habi-

habita ratione complexionis & sexus. Vrgente necessitate potest hæc dosis intra octo aut 10. dies repeti. Sal potest misceri cum Sacharo candi, demum in aqua Fœniculi dissolutum calide exhiberi, sic grati erit saporis. Affertur etiam in iure carnium, haustu Cereuisiæ vel Vini, in aqua cum melle mixta, vel in conserua Rosarum. Puerulis contra Lumbricos 4. 5. 8. grana in cochleari vini Maluatici exhibentur. Operatur hoc medicamentum varie, per vomitum, sedes, interdum etiam sudores & somnum facit, nonnunquam & omnia tria efficit.

Phlegma Vitrioli acidum vomitiuum: Recipe Vitrioli opt. q. v. puluerisetur & in cucurbita vitrea destilletur è cineribus, ne tamen vlli spiritus ascendant: phlegma per cohobationem reasfundatur, destilleturque septies: septima vice pellendo paulo validius. Aqua tam suauem acquirit odorem, præsertim si ad aliquot septimanas calore continuo maturuerit. Hæc aqua præstat ad exhibitionem Gillæ: alioquin arcanum ad capitis dolorem, & Epilepsiam si dimidium cochlear mane & sero sumatur, per se, & blande aluum subducit, multo vero felicius si cum eadem Gilla Theophrasti Vitriolum album administretur. Pluribus allegabimus Crollium, qui sic ait in sua Basilica pagin. 186. *Phlegma Vitrioli acidum aromatisatum, purgans.*

Multas Paracelsus virtutes tribuit in curanda Epilepsia volatilitati spiritus Vitrioli: at illius apud nullum adhuc Chymicum data mihi fuit videndi facultas, nec vllus mihi affirmare potuit, quod confirmatam Epilepsiam solo vulgari & simpliciter præparato Vitrioli spiritu tollere potuerit. Hunc sequentem spiritum efficacissimum vsu medico deprehendi.

Recipe Vitriolum Hungaricum, seu Cyprium vel Romanum perinde est (quamuis illud in Silesia in mineris auff dem Zigman, tel Huserus semper plurimi fecerit, conficitur enim è minera Auri, Argenti, Ferri & Veneris) solue in aqua destillata vel rore maiali, & solutum cola, postea collocetur in digestionem cinerum seu arenæ vel fimi, in alembico negligenter saltem obturato, quia nil euaporat: stet per mensem, tunc ad superficiem eiicit fæces separandas: Iterum ponatur in digestione *Vitrioli spiritus.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 152 sur 1557

tamdiu donec nullas fæces amplius reiiciat, poſtea coletur & quod clarum eſt in lento igne Balnei vel arenæ deſtilletur, ſpatio aliquot horarum duarum vel trium phlegma egreditur, quod auferendum eſt, poſtea ſequuntur ſpiritus (vbi hi incipiunt aſcendere, quod guſtando poteris deprehendere, ſenties etiam aciditatem, & videbis, vt in deſtillatione Aquæ vitæ fieri ſolet, ſtriatum inſtar in alembicum aſcendere) qui mutato vaſe recipiente ſeorſim colligendi ſunt. Hic ſpiritus Vitrioli ad odoris ſuauitatem & dulcis aciditatis gratiam reductus, in quo nec ſenſibilis corroſio in lingua apparet, nec tarda auſteritas, ſed ſpiritualis aciditas, vtile eſt Medicamentum & curationibus neceſſarium. Qui volet vlterius perſequi deſtillationem, actiori igne oleum profluens, ad ſuos vſus ſeorſim colliget, & huius rectificati olei partem vnam cum 4. vel 6. partibus ſpiritus vini alkoholiſati in Balneo Rorido, per aliquot menſes digeret, & poſtea deſtillabit, habebit oleum Vitrioli ſupernatans aquæ ſuauiſſimi odoris & iucundi ſaporis, ſeparetur per tritorium: In vſu medico maximæ eſt efficaciæ.

Alia eiuſdem deſcriptio: Recipe Vitrioli crudi, ac vt paulo ante dictum depurati, duas ſaltem libras, deſtilla & pelle fortiſſimo igne, vt ſpiritus & oleum egrediantur: Liquori egreſſo adde partes duas aquæ pluuialis deſtillatæ, & in B. M. noua deſtillatio inſtituatur, tum ſubtiliſſimus ſpiritus Vitrioli cum aqua pluuiali eleuatur in hac rectificatione & egreditur, relicto acidiſſimo oleo in fundo. Ille egreſſus ſpiritus aqua pluuiali immiſtus ſumme penetrans eſt, & in febri Vngarica & aliis febribus ardentibus efficaciſſime operari ſolet. Cum Vitriolo etiam tale docet Epilepticum medicamentum.

Vitriolum ad Epilepſiam.

Primo Vitriolum ad flauedinem calcinatum imbibere conuenit cum ſpiritu vini, vt fiat maſſa. Huius accipe lib. j. & ſemis, Raſuræ Cranii hominis iuſtificati, viſci Quercini, Vngulæ Alcis, Granorum Pœoniæ ana vnc. j. Omnia ſcindantur & tundantur, poſtea mixta deſtillentur per retortam ſeruatis gradibus, vltimo violento igne pellantur. Huius egreſſi liquoris lib. j. rectificetur in B. maris ſupra Caſtorei, ſpec. Diamoſchi dulcis ana vnc. ſemis, Anacardi drach. vj. poſtea adde ſpiritus vini lib. iv. ſalis Pœoniæ drach. j. liquoris Perlarum & Corall. ana drachm. j. olei Aniſi, Succini ana ſcrupul.

pul. ij. miſce & digere in B. per menſem. Vſus ac Doſis. In aqua Pœoniæ datur de liquore dicto cochleare ſemis vel integrum 9. diebus continuando, poſt exhibitum medicamentum per 3. horas maneat ieiunus. Tale eſt etiam eius Aqua vitæ Apoplectica.

Aqua vitæ Apoplectica.

Recipe Exempli gratia Florum Lilii Conuall. Tiliæ, Pœoniæ, Primulæ veris, Maioranæ Lauendulæ, Saluiæ, Betonicæ, Rorismarini, Ceraſorum ſylueſtrium nigrorum & dulcium, Luna decreſcente decerptorum ana q. ſ. in ſufficienti quantitate. Tritis omnibus & mixtis (vel ſeorſim flores, ſeorſim ceraſa deſtillentur) adde ſinapi ſeminis triti lib. j. vel ij. pone ad putrefactionem affuſa conuenienti aquæ communis quantitate, in qua tantillum Lupuli & Fermenti incoctum ſit, vt omnia poſſint fermentare, poſtea ſecundum artem deſtilla & inde elicies ſpiritum inflammabilem, quem circula cum ana ſpiritus Vitrioli præcedentis, & in Apoplexia, pro morbi vel ægri ratione cochleare ſemis exhibe, addita vna atque altera gutta olei ſuccini. Ab extra etiam tempora & vertex capitis vtiliter illo liquore inunguntur.

Antepilepticum Theophraſti.

Ecce Antepilepticum Theophraſti Paracelſi: Recipe Vitrioli Vngarici lib. xv. Liquoris Pœoniæ, Camphoræ, raſuræ Eboris, Spodii ana vnc. ß. deſtilla per retortam in Colchotar, Recipe huius liquoris lib. iij. Alcool vini correcti, aquæ Meliſſæ, Valerianæ, ana lib. ß. Colchotaris lib. j. reduc denuo per retortam, Recipe huius liquoris lib. j. Colchotaris recentis lib. ij. deſtilla demum per cornutam totam diem ac noctem, & exibit phlegma, liquor & oleum: poſtea in Baln. Mar. ſeparabitur phlegma, & per cineres liquor, ſeu Mercurialis ſpiritus: per arenam v. fortiori igne, oleum extrahetur. Phlegmatis doſis infantibus eſt drachm. j. ante paroxyſmum. Liquoris in adultis eſt ſcrupulus j. iis qui 40. annum ſuperant, dantur olei gran. aut guttæ iij. cum aqua Chelidoniæ vel Maioranæ.

Præparatio Vitrioli ad ſuffocationem.

Sequuntur aliæ Vitrioli præparationes eæque ſecundum authores variæ: Præparatio Vitrioli in ſuffocatione matricis: Recipe Vitrioli ad albedinem in hypocauſto poſt fornacem calcinati lib. iij. ſpiritus vini libr. j. miſce & deſtilla igne aperto per retortam vt artis eſt, in 24. horis ſpiritus omnes habes in recipiente, hos reſidere

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 154 sur 1557

permitte, demum ſpiritum vini cum Vitriolo deſtillato miſce cum lib. ij. panis recentis, & deſtilla per Alembicum ex arena, & ſpiritus Vitrioli fit aceroſus, cui adde Eſſentiæ pulegii drach. quatuor. Potentiſſimum eſt medicamentum in ſuffocatione matricis. Doſis ſcrupulus ſemis in vino vel aqua Meliſſæ. Nonnulli deſtillant S. V. cum pane & caſtoreo, hocque deſtillatum in recipiente applicant retortæ, per quam deſtillatur Vitriolum &c.

Præparatio Vitrioli in Gutta, Apoplexia & lethargo.

Præparatio Vitrioli in Gutta, Apoplexia, & Lethargo: Recipe ſpiritus Vitrioli lib. ij. olei macis deſtillati drachm. ij. olei Maioranæ drachm. j. ß. olei ſuccini albi drachm. j. Ambræ, Moſchi, Zibettæ ana drachm. j. miſce vt ſoluantur, poſtmodum viciſſim deſtilla. Doſis guttæ 6. in aqua Lauendulæ vel Lil. Conuall. Nonnulli deſtillationem non reiterant. Paracelſus vtitur eo ad Coralia rubea, & deſtillat etiam miſcendo cum Alumine ſacharino & ſpiritu vini, per alembicum, eius dedit gran. ix. ad ſcrupulum ſemis in conueniente liquore. In Hydrope, Podagra & contracturis, addunt etiam Magiſtri, huius artis æqualem quantitatem ſpiritus tartari, aliqui adiiciunt Camphoram.

Oleum Vitrioli viride per deſcenſum.

Deſtillatur etiam artificioſiſſime ex Vitriolo oleum viride ac ſubtile per deſcenſum, leni ignis calore, hic purgat per vomitum, doſis ſcrupul. j. cum calida Cereuiſia & recenti Butyro. Hic liquor curat Icterum, Febres ex putredine ortas, ſiue putridas, enecat vermes, caducis tutiſſimum, obſtructiones corporis reſerat, dyſentericis & febricitantibus ſumme neceſſarium: In externis vſurpatur & commendatur ſumme in Chyrurgia, valde refrigerat, & vlcera maligna putrida ac foraminoſa purificat, ac curat &c. Applicatur hoc in Epilepſia tali modo: Recipe hoc oleum ab omni terreſtreitate & phlegmate correctum: & adde ei liquoris Vitrioli p. ij. Liquoris viſci quercini drach. ij. Camphoræ drach. ij. ſpiritus vini vncias tres, Aquæ Theriacalis vncias tres. Commiſceantur hæc omnia & circulentur. Doſis guttæ 10. per diem ante Paroxyſmum, cum aqua Pœoniæ.

Sulphur Vitrioli.

Præparatio Sulphuris ex Vitriolo. Recipe Vitrioli crudi lib. iij. affunde aquam in vaſe adaptato vt decoquatur ad ignem, poſtea accipe laminarum de chalybe puriſſ. in longitudine digiti, noſtro

ſtro x. has perforatas ſuſpende in decoctionem Vitrioli, ſic ſulphur à Vitriolo eis adhærebit, ſepara hoc per frigidam aquam, & reitera immerſionem cum lamellis, quouſque dum eæ ex mera parte ſint conſumptæ poſtmodum aquam filtra & habebis materiam viſcoſam, quam paruo ignis calore in puluerem exſicca, hic in igne comburit inſtar ſulphuris viui; Hunc puluerem iniice vitro, & ſolue cum aceto, ſolutiones filtra & in B. M. leniter deſtilla, & ſalem tenebis in fundo perpulchrum, huic ſuperfunde S. V. & viciſſim ſolue prout antea feciſti, filtra, deſtilla & tandem remanebit ſulphur Vitrioli artificioſiſſ. ac dulciſſ. Doſis ſcrupul. ſemis. Procreat ſomnum, & in omnibus correſpondet eius operatio cum oleo Vitrioli viridis: Summum eſt Anodynum in morbis alias incurabilibus.

Sulphur Vitrioli.

Modus eiuſdem etiam hic eſt: Recipe olei Vitrioli q. v. colloca in leni calore, & ſuſpende laminas vt iam dictum, non tamen lamellæ attingent oleum: Hoc ſulphur eodem modo Eſſenſificari poteſt vel in oleum aut puluerem reduci, ſi placet, labor eſt facilis, Medicina vero amabilis & infallibilis. Alius etiam modus tenetur in manualibus Baſilii de quibus paulo poſt.

Arcanum Vitrioli.

Præparatio Arcani Vitrioli præſtans: Recipe Vitrioli lib. vj. ſuperfunde ignem naturæ ſimplicem, vel primum Ens, ſeu vt alii volunt, Philoſophorum acetum, ad eminentiam totius manus, ſolue purum ab impuro in leni calore digeſtionis, deſtilla poſtmodum phlegma in Balneo, vſque tum tibi videatur rurſus abire in Cryſtallos, tum denuo affunde nouum acetum, iterum ſolue ac deſtilla phlegma, hoc ſoluendo & deſtillando toties reiteratis vſque dum Vitriolum ſit coloris Cryſtallini, in fundo vero vitri remaneat terra flaua, quæ ſemper augetur quoties inſtituitur ſolutio (reiteratio abſoluitur in 24. vicibus) Vitriolum v. minuitur, tandem affunde magnam quantitatem Aceti, quo Vitriolum in totum diſſoluatur & abeat per filtrum, coagula & cryſtalliſa, terra remanens deſtillatur per retortam in oleum coloris ſanguinei, cuius virtus maxima & penetrabilis eſt. Doſis grana vj. x. ad xx. curat Epilepſiam, Maniam, Apoplexiam, & alia id generis vitia ac morbos capitis. Purgat etiam per vomitum, datur in Hydrope, Febribus, Peſte, Hydropiſi &c. Vitriolum præparare potes in modum

dum vt sit pellucidus instar Rubini, cum quo lege artis procede vt docuisti.

Præparatio Vitrioli ad Phtisin.

De præparatione Vitrioli ad Phtisin: Recipe spiritus Vrinæ q. v. superfunde hunc Vitriolo, (in puluerem album per digestionem præparato) & rursus exsicca; exsiccato, destilla per retortam & præpone in recipiente spiritus Vrinæ vncias tres (ad tres libras Vitrioli, vncias tres Vitrioli) destilla postea vt artis, deinde in igne vaporoso lente destilla phlegma, sic accipies Vitrioli spiritum Crystallinum, qui per rectificationem est arcanum in pthisi, peripneumonia, caduco &c.

Recipe Corall. rub. lib. j. Vitrioli lib. j. contusa misce ac destilla in oleum rubeum, cuius dosis 6. guttæ, curat colicam passionem, purificat sanguinem, confortat membra principaliora, cum vino vel aqua Anisi propinatur: In fundo vitri remanet puluis albus, qui resolui potest in salem.

Spiritus Vitrioli odoriferus.

Nota insuper si spiritum Vitrioli reddere velis odoriferum instar rosarum: rectifica eum septies vel octies cum proprio suo phlegmate & sale, & euadet virtuosus ac præstans odoris iucundissimi. Ille etiam iucundus qui ab oleo duorum draconum fit residuus.

Sal Vitrioli.

Sal Vitrioli extrahitur etiam proprio phlegmate ex lapide mortuo, dissoluitur purificatus cum spiritu vini vt fiat clarus & perfectus. Dosis eius scrupulus j. in caduco, cum proprio phlegmate, si dosin excedis, mouet vomitum, quo impuritates stomachales, quæ febres causant, tollantur: Externe etiam in Chyrurgia vsurpatur, lenit etiam dolores podagricos, & alios tumores ab extra adhibitus.

In malignis, vero externis & cancrosis affectibus nihil melius est Chyrurgicis, quam oleum corrosiuum rubeum, cum Vnguentis, Emplastris &c. curat serpigines, scabiem, pruritum, Tentig. &c. Soluitur etiam Vitriolum cum aqua forti in Crystallinum spiritum, de quo vide supra in lib. 1. Basil. Chym. nostræ capit. de solut. & panacæis solaribus.

Oleum subviride Vitrioli.

Oleum Vitrioli subviride Smaragdinum Magnarum virtutum in medicina, (inquit Croll. in Bas. fol. 223.) parari potest, si Vi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 157 sur 1557

si vitriolum purificatum, vehementissimo igne destilletur, ac post extractionem & purificationem salis è capite mortuo (quod sal tamen nullo modo ulterius in igne calcinandum aut igniendum est) denuo cum omni egresso liquore ad suum tempus in Balneo circuletur. varie operatur hoc oleum per vomitum, sedes, vrinam sudorem. Dosis guttæ vj. viij ad xii. in convenienti liquore.

Balsamus Podagricus Crollianus cum Vitriolo talis est: Recipe lib: ij Vitrioli ad flauedinem calcinati, Mellis virginei cum fauo lib. j. spir: Vini lib: j. (si sit ad Manus ille spiritus è confectione Laudani Opiati residuus, erit eò melior) Terebint: Vncias iiij. Verbenæ Vncias vj. Rorismarini tantundem, silicum calcinatorum lib: ſ. omnia trita misceantur, & imponantur justæ amplitudinis Alembico vitreo, benè luto obducto, addito satis magno capitello cum Recipiente capaci, juncturis benè lutatis, ponantur per triduum in lento arenæ calore ad digerendum, postea paulatim destillentur, Vltimò fortificetur ignis, quandiu vides guttas seu spiritus exire, postea frigescat: Caput mortuum seu fæces spongiosæ nigræ, reverberetur ad albedinem, illisq; priorem liquorem denuò affunde & secundo destilla. Vires & vtendi Modus: Efficacissimum est Balsamum; neminem sua expectatione ritè præparatum & adhibitum frustratur: citò n. & subitò dolorem podagricum sedat, si locus affectus inungatur, præmisso prius pulvere Paracelsi purgante è Hermodactylis seu Arcano Corallino. Linteola madefiant & applicetur loco affecto tepidè & relinquantur donec sponte exiccentur, postea iterum imponantur donec dolores cessent: Visibiliter vapores extrahuntur: si pars dolens nimio ardore & rubedine crucietur, poterit de succo è floribus Tapsi Barbati expresso & insolato ana admisceri. *Balsamus podagricus.*

Balsamus alius Incerti authoris: Recipe Vitrioli lib: j. mellis lib: ij. Aquæ vitæ lib: iiij. Masticis, olibani, Myrrhæ, Ammoniaci, Bdellii, Opoponacis Mumiæ an: Vnc. duas, Tartari Vnc: j. ſ. destilla per Alembicum. Cum a malum ingruit locus penna aspergatur & æger quiescat: valde mitigat fervorem Podagricum, eiusq; vehementes ardentesq; dolores atq; symptomata.

Potus Febrilis Crollii: Recipe olei Vitrioli scrup: j. salis Absinthii scrup: j. ſ. Aquæ Cichor: Vnciam j. Misce. *Elixyr ad febres.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 158 sur 1557

Exhibetur in febribus instante paroxysmo, vel paulò ante, ut simul cum paroxysmo operentur. Hic haustus sudorem mouet, quare ægro decumbendum, abigit omnes febres. Robusto datur hic potus integer : Imbecilliori detur in tali dosi: Recipe olei Vitrioli scrup : s. salis Absinth : scrup : j. Aquæ Cichor: Vnc : j Misce. Elixyr Ad Febres Incerti Authoris: Recipe succi cerasorum, de Ribes, syr: violacei, Acetos: Citrian: Vnc: iij. Aquarum Oxalidis, Fragorum, an : lib. j. s. vel iij. Extr. Cinnam. drach. j. vel syr. Cinnam. Vnc. iij. Misce probè ac per diem digere, postea per crassum filtrum cola, & adde s iritus Vitrioli q. s. ad acorem. simplicior fit ex aqua fragorum, Endiuiæ, Rosarum, s. Vitrioli q. s ad aciditatem.

Lapis Medicamentosus.

Lapis Medicamentosus Efficax Crollianus Recipe: Vitrioli viridis lib. j. albi lib. s. Aluminis lib. j s. Anatron, salis communis, ana Vncias tres, salis Tartari, salis Absinthii, Artemisiæ, Cichor: persicariæ, Plantaginis ana Vnc. semis. ponantur in olla noua vitreata, affunde Modicum aceti Rosacei, coque igne carbonum lento, sæpius agitando. Vbi incipit spissescere, adde Cerussæ Venetæ lib s. Boli Armeni Vnc. iiij. Diligenter misceantur omnia, donec vi ignis Mediocris in lapidis duritiem massa concreverit, qui postea fracta olla eximendus, & ad suos Vsus reseruandus. si gummata, Myrrham videlicet & Thus, addere voles, instituatur coctio lenta, ne comburantur, & vis illarum in igne evanescat. Vires & Vsus. Virtutes eius sunt ferè innumerabiles. 1. In partibus corporis exterioribus omnia Vlcera subitò tollit, lauentur manè & serò, & linteo um madidum superimponatur 2. Omnes defluxiones tollit, Mundificat, & confortat partem affectam. 3. deficcat Vulnera & vetera Vlcera Aphrodisia, si linteum imbutum superimponatur. 4. Dentes confirmat, & gingiuas à putredine conseruat. 5. Oculorum lachrymas restinguit, rubedinem & oculorum dolores tollit, & caliginem si plumâ madefactâ anguli Oculorum externi irrorētur. si in ophthalmia utimur, potest solui in aqua Rosarū vel Euphrasiæ vel Verbenæ. Verbēa in Iunio & Iulio ante solis Ortum colligatur, & cum Vino per mensem prius digesta postea destilletur. 6. Ignem sacrum tollit, Erysipelas, linteum madidum superimpositum, ubi siccum fuerit iterum madefiat, spatio 24. horarum abibit, & si sint foramina eluantur hac aqua. 7. scabiem manu-

manuum & corporis illâ ſanabis ſi lauetur veſperi. 8. Contra ſerpigines, & tunc aqua non nimium ſit diluta, vt potentius agere poſſit: ſic etiam contra Tineam. 9. Adhibetur feliciſſimè ad Cancrum mammillarum jam apertum: item ad Cancrum Oris aut quamcunque affectionem gingiuarum, Noli me tangere, aut alia Oris vitia. Vlcera gutturis, ſcorbutum Collutione ſanat, expuendo poſtea, vel penicillo intincto abluantur. 10. Mortificat pulcherrimè, & mundificat quamcunq; plagam antiquam, ſine ulla patientis moleſtiâ. 11. Vbi ſunt Veſicæ albæ & puſtulæ in pedibus, eluantur apertæ hac aqua. 12. Linteolum hoc madidum, apoſtemati impoſitum, medetur illi. 13. Ad omnis generis ambuſta, linteolum madidum imponatur. 14. Ani ficus vtriuſque ſexus ſanantur, ſi linteamina madefacta applicentur. Vtendi Modus. Vncia vna liqueſcat in lib. j. aquæ pluuialis vel fluuiatilis, non fontanæ diſſoluta, poſt filtrationem, & fæcum abiectionem, aquâ clarâ utimur.

Spiritus Vitrioli viridis.

Spiritus vitrioli viridis: Recipe Vitriolum cæruleum, abſtrahe phlegma, ſi ſpiritus incipiunt aſcendere, recipientem tolle, & potes deinde ex eo facere ſpiritum.

Sume deinde aliud & abſtrahe etiam phlegma, & collige tantum phlegmatis, donec ſufficiat ad ſequens Opus.

Tum Recipe Vitriolum cæruleum, quod tritum impone phiolæ, eique affunde phlegmatis tantum, ut in eo ſolvi poſſit, tum phiolæ impone tot tubos vitreos, quot potes, ad altitudinem cubiti, impone deinde Alembicum cum recipiente, & pone in Balneum, tum aſcendit ſpiritus Vitrioli viridis.

Tubi a. ſint valdè anguſti inferius latiores, & quo magis aſcendunt, eò ſint anguſtiores, in ſummo anguſtiſſimi ſint, quantum poſſibile, tum ſit quædam amplitudo parua, ut alembicus inſiſtere poſſit, aliâs nihil fit: Hic ſpiritus eſt inſtar ſpiritus Vini, poteſtque cochlear j. in aqua dari, momento Caput aſcendit, curaturque hoc ſpiritu Epilepſia.

Oleum vitrioli viride.

Oleum vitrioli viride: Recipe Vrinæ puerorum ac ſuperfunde Vitriolo, reponendo poſtea in putrefactione, & deſtilla leniſ-

leniſſime per B. Primò Aquam Ophthalmicam: reſiduum contere & immitte retortæ, & deſtilla per ignem apertum leniſſ: ac cautè, ne Vrina deſtillationem perturbet, ſic ſecundò deſtillabuntur ſpiritus, & tertio oleum viride, quod vera eſt cura Caduci.

Oleum vitrioli dulce.

Oleum vitrioli dulce: Recipe Vitriolum ad Rubedinem calcinatum, hoc miſce cum Vnc: iiij. ſilicum pulueriſatorum, deſtilla inſtar aquæ fortis, huic oleo adde ſalem proprium & coagulabitur, miſce inuicem ac in vaſe adaptato contere, deinde ſolve cum aqua pluviali, deſtilla per cohobia deinde, ſemper ſolvendo & conterendo, quousque demum in lingua reddat ſaporem dulcem inſtar mellis.

Sulphur Vitrioli.

De ſulphure ex Vitriolo nonnullus ſic refert: In ſpiritu Vitrioli extingue laminam candentem ferream, & in ſuperficie laminæ apparebit rubeus pulvis, quem detrahe, & ſecerne à Marte, itemque extingue laminam, donec pulveris copia tibi ſufficiat, hoc utere in morbo Gallico, Cancro, &c.

Spiritus Vitrioli philoſophicus.

Ex Butyro antimonii in aqua communi ſoluto, ſpiritus Vitrioli in aquam ſecedit, rectificetur hic ſpiritus ab aqua, & erit ſpiritus Vitrioli philoſophicus præſtans: Hunc ſuperfunde Veneri, & in momento habebis eius Tincturam: In hoc ſpiritu laminæ Martis candentes extinctæ, producit Sulphur Vitrioli Narcoticum. De oleo Vitrioli varia eſt philoſophorum ſententia, paucis adhuc recenſere nobis perplacet.

Sulphur Vitrioli Narcoticum.

Oleum Vitrioli rubicundum.

Recipe fæces ſiue caput mortuum, qnod reſidet in fundo vaſis, à quo phlegma vitrioli extractum eſt: ipſo contuſo, ſi ſalices permiſcueris, igne violentiſſimo, oleum rubricundum emanabit. Fiat etiam cum ſimplici colcothare, pulſo igne violentiſſimo trium dierum ſpacio, ac prodibit oleum feruentiſſimum, quod dulcificatur circulatione cum vini ſpiritu tartariſato.

Oleum dulce vitrioli.

Alius ſic vult: Separato phlegmate ex colchotare rubro, vi ignis fit oleum acidum, quod dulcoratur circulatione cum vini ſpiritu, febribuſq; putridis cum aqua cichori, aut ptiſana exhibetur. Aciditate enim putredinem arcet, quemadmodũ & ſyrupus è ſucco limonum, & obſtructiones pellit partium tenuitate. Quapropter ad delendas viſcerum obſtructiones, hepatis nempe, & lienis, valde efficax eſt. Miſcentur aliquando huius guttæ aliquot cum conſerua florum cichorii, fitque gratiſſimi ſaporis medicamentum.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 161 sur 1557

mentum ad extinguendam sitim immodicã. Febrium ardentium putredinem, pestilentiumque malignitatem cohibet aciditate.

Aliter: Recipe vitrioli quantum volueris: vasi vitreo luto obducto inditur, & exigne phlegma extillatur: deinde illud eximitur, contunditurque & phlegmate rursus perfunditur, idemque euocatur, vt antea, vsq; dum nihil amplius emanet, & spiritus prosiliant: postea ab igne remouetur, & calx rubicunda, in puluerem redacta, vel p se sola, vel laterum frustulis adiectis, ampullæ incuuatæ inponit, & vase amplo, q̃ excipit adaptato, commissurisq; diligentissime luto obseratis, noctu dieq; luculentissimo igne vrgendo oleum distillatur. Vbi omnia refrixerint, totus liquor eximit, infunditurq; ampullæ vitreæ & ex arena calida primum aqua insipida, deinde acida acrisq;, quã oleum appellãt, separatur, purgaturq; à sedimento. Ex lib. 1. Vitrioli rubificati vnciæ iiij. s. haberi possunt, si rite paret. Hoc oleum, si sæpius phlegmate perfusum distilletur, dulce redditur. Valet ad apoplexiam, paralysim, epilepsiã, febres ardentes, pestilentes q;: item ad sitim, stomachum bile æstuantem, morbos vterinos, alios q; innumeros, ex humore idoneo guttarum instar potione assumptum. quin etiam medicamentis tum purgantibus, tum corroborantibus immutantibusq; vel illorum actionum promouendarum, vel saporis commendandi gratia recte admiscetur.

Aliter: Chalcanthum (Romanũ mitius est, Germanicum acrius) in olla exuritur igne fornacũ, vel inter carbones, dum omnis exierit humiditas, & colore rubro euadat: Inde vbi refrixit, in mortario optime tunditur, moxq; in Cucurbita, vel pomo vitreo, seu Leuco appellato, luto sapientũ incrustato, in reuerberatoria fornace, sic vt collũ deorsum parũ, vergat ponitur: Adhibet ignis primo lentus, vel ex carbonibus vel ex lignis ficciss: primũ tenuioribus, mox solidioribus crassioribus q;, dũ omnis siccetur Humiditas, si quæ fuerit, aut nisi antea forte fuerit siccata: Cuius illud fuerit signum, si detersum, siccatumq; gladiolum Ori cucurbitæ appones. Nã si adhuc quicq̃ adfuerit humiditatis, reddetur gladioli superficies humida: sin vero sic apparet nihil humiditatis inerit. Tum apponatur vas recipiens satis magnum, ne vis vaporum, quæ vehemens esse solet, illud frangat: optimeq; stipatis rimis, ignis augeatur, vt fumus ac

ſpiritus ex chalcantho in recipiens vas transmittantur. Cumque egredi halitus cæperit, ſtatim eſt recipiens vas linteo, aqua frigidiſſ: madente, contegendem & cum ſiccatũ fuerit, repetendum, donec egredi ſpiritus deſierit. Poteſt etiam lintei huius madentis Vſus omitti, ſi metus ſit, ne fortè ob tenuitatem vas recipiens frangatur. Quamobrẽ qui oleum hoc conficiunt, furnum exigunt loco Humido & ſub dio, ut ambiens aer, illud, abſque fractionis periculo agat, quod linteum faceret, halitusq; denſet ac colligat. Vbi nullus amplius halitus, ſeu ſpiritus egredietur, quod aliquibus biduo contingit, ſubtrahendus ignis, dimittendaq; ut frigeſcant omnia: Summaq; diligentia diſiungenda vaſa & colligendum oleum: quo inciduntur abſceſſus, & quævis duriſſima caro. Vſus eſt, vt conficiamus gladiolum ex ligno oleæ, & cum illo, tacto vix oleo, ſecando perforandoq; reliqua opportuna agamus. In Peſtilentia peſtilentibusq; febribus, Ephemera excepta, egregium certè remedium habetur, atq; vbi opus eſt Corpora, phlegmate, malisq; referta ſuccis, à morbis tueri, idq; cum purgata prius fuerint, ſic vt vix quicquam efficacius poſſit reperiri, ac valentius. Sic liquore indiget, quo commiſceatur, quiq; eius acrimoniam ac vehementiam corrigat: ſtomachum roborat, appetentiam excitat, infarctus expedit, putredini reſiſtit, & Renum affectibus prodeſt, qui ex ſtipatione ortum ducant. Pueris duæ, treſve guttæ cum aqua acetoſæ præbere conſueverunt: grandioribusq; natu ad quinq; & ſex guttas exhibent. His qui ſeſe à morbo reficiunt, mirificè conuenit, caloremq; inſtaurat. Sunt qui Oleum hoc aqua ardente ſæpius perfundant, & aquam abſtrahant, vt efficiatur minus acre, ac magis tenue. Pieriq; ad chalcanthi jam igne rubentis libram, aquæ Vitæ optimæ (vel vini Vulgaris) libras iiij. addunt, & per tres dies Balneo tepente macerant: igne mox cinerum molli, aquam eliciunt: Deinde auctiore, oleum, quod quinq; aut ſex horarum ſpatio, niſi erraueris prodibit &c: Vnus inter authores adhuc nobis reſtat audiendus, videlicet Andreas Libauius, cuius ſententia de Vitriolo talis eſt. Chalcanthum (inquit in comment: Alch: part. 2. lib. 1. de natura metallorum cap. 11. pag. 23.) eſt ſuccus metallicus, naturæ æroſæ, conſtans ex terra aroſa, alumine & ſulphure, & ob id etiam acorem habet viroſum & ſtypticum cum dulcedine coniunctum; reſoluitur in terram citrinam, ſuccum aluminoſum & pinguedinem ſul-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 163 sur 1557

Phuream. Cum calcinatur rubescit, vocaturq; colcatar. Destillatur ex eo acidus liquor, & oleum rubeum, ex quo spiritus pinguis colligitur. Atrum colorem gignit in succis plantarum, vnde atramentum sutorium dictum. Transmutat ferrū in cuprum. Apta fusione in æs migrat Vnde patet terram eius esse æream, cum Mercurio & sulphure terreo, fit ex omnibus metal is per artem; maximè ex ære & ferro. Itaq; Omnium sulphur hinc Aluminosum seu Atramentosum dicitur. Multiplex est Chalcantum, vt Vitriolum Romanū, Vngaricum &c. quod & cuperosa, postea Nisy sory, Melantheria, quæ coloribus citrino, rubeo nigro & cinereo distinguuntur. Insuper & album vitriolum est oculorum affectibus quibusdam vtile. Cognationem habere cum sulphure & succino, bitumineq; arguit q̄ in his nascatur, atq; etiā sulphuream pinguedinē vehat: Et in sulphure acidus liquor idem fere sit q̄ in chalcantho, &c. Ita cognatū est alumini, cū quo inuenitur in eadem vena, nempe pyritæ, &c. Et inter destillandū alumen secedit in lutū p̄ primas expirando. Eius vsus est ad soluenda metalla, si iungatur alumini, vel etiā Halimitro: ad coloritia, ad medicinā vbi præstat eius liquor acidus foris & int⁹ admotus. Cognata est ei ærugo, Chrysocolla quæ est quasi putrefacta ærugo, item Zinckum dictum, &c. l. 2, A ch. tract. 2. de Extractis c. 39 ait: Vitriolum est lapil. congelatus ex succis metallicā naturā, sulphuream scil. aluminosā & æream, aliorūq; metallorū quodammodo obtinentibus, cōsistentia vitrea. Et q̄a potissimū ex minera æris succus ille p̄fluit, p̄colata nempe p̄ eam aqua fontiū, aut pluuiali, inde æris seu cupri potissimū naturā est adept⁹, chalcanthumq; vsitate cupperosa appellatur. Vitrioli v. nomē generalius, etiā ex aliorum metallorū mineris extractā glaciē vitreā cōpræhendit. Fit non ex mineris metallorū duntaxat, sed ex ipsis metallis resolutis. Ex mineris efficitur ad modū naturalē, quē Gal. in fodinis Cypri cōspectum descripsit. Tusa minera p̄funditur aqua copiosa; agitatur diligenter, & sinitur donec succ⁹ sit assumpt⁹, postea colatur ad purū. Colatura sinitur sedimentū facere. Quod aqueum est, vel abstrahitur p̄ siphunculum, vel emittitur p̄ Epistomiū certa distantia à fundo factū, vel tollitur p̄ lacinias. Si tñ aqua p̄ se sat corpulenta est, nō op⁹ est ipsa cura Reliquū locatū in vasis suis, q̄ debēt esse vitrea aut vitrata, aut saltē ex figulina, dēsa & lapidea, sponte sua congelascit: siccq; vel tessellæ vel rhōboidæ, &c. Coagulū exemtū soluit aqua

pura, trajicitur per filtrum, & denuò coagulatur: idque repetitur quousq; puritas petita respondet. Nonnunquam ad ignem finitur divaporare aquositas, usq; ad consistentiam sapalem. Si magna copia quæritur, vt in vulgaribus officinis Analogia est in vasis & reliquis. Ita & Galenus notavit, quod in labra seu piscinas quadratas figulinas Aqua mineralis collecta, ibi temporis processu coagulaverit in chalcanthum, &c.

Wernherus de Vngarico: Duplex est vitriolum: nativum pyramidatim spontè concrescens styriæ in modum: & Factitium, quod ita fit: Pyrites minutius cæsus sternitur in viis fodinarū intra trabes dispositas. Eis simul ac aqua permaduerint, innascitur vitriolum, & pyritæ solidati excinduntur ferro E fodinis itaq; cæsi & extracti mittuntur in alveolos, & affusa aqua fervente, solvitur Vitriolum in aquam viridem, quæ colatur in vas aliud, ut depuretur. Depurata coquitur in plumbeo labro igni magno ad horas 8. influente semper eodem liquore, vt labrum plenum maneat. Vbi sat crasse factus liquor est, infunditur in cados ligneos, vbi dispositis virgis annascitur. In Hispania necesse est ad succos atramentosos adiicere ferri vel æris partem, aliâs non coagulant. Minera v. ibi effossa per semestre subdialib⁹ pluviis & Vdo noctis aere finitur irrorari. Inde extrahitur succus per aquas. Lixivium depuratum coquitur: & addito ære vel ferro in Ligneis alveis coagulatur. lib: 2. Alch: tract: 1. de Magist: cap: 41. sic vult vt purificetur. Vitriolum aceto solvitur: & per colum Chymicum Chartæ Emporeticæ trajicitur sæpius. Eodē tract: cap: 25. sic describit eius calcem: Chalcanthum in Catino forti simpliciter potest calcinari. aliâs pro calce eius est Colchotar, quod fit vel destillando ab eo sæpius phlegma, donec erubescat, vel coquendo in olla cum versatione continua, donec rubedo placeat, quę debet esse exacta. Olla in latus sternitur. Lib: 2. tract. 2. cap. 40. sic eius depingit Florem. Chalcantum solve aqua limpida. Cola per filtrum chymicū quadruplicis chartæ substrato setaceo, idq; sæpè. fiat sedimentum; Transfundatur pars liquidior & coaguletur. (si in concha vitrea coagulatur solutio probè colata margini eius superiore annascitur flos subcœrule⁹ admodum tener. sed in Vsu pro flore Tinctura esse potest.) Flos è cholcotare elicitur: Cholcotar sublimetur in duplicem Alembicum cum fora-

Purificatio Vitrioli.

Calx Vitrioli

Flos Vitrioli.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 165 sur 1557

foramine Verticali. Eleuatur Puluis subtilis, qui penna abraditur, & secundo tertiove iterum à capite mortuo sublimatur. Si per foramen exit fumus ruber, eleuati signum est. Eodem lib. ac tract. c. 4. sic loquitur de Quinta Essentia Vitrioli, aluminis & calces Horum sublima, aquam quæ inter sublimandum exit. serua, Sublimatum solue per deliquium, solutioni adde aquam priorem, digere: Vna permensem, destilla aquam dulcem, coagulum solue, digere, idemque coagula. & sic procede, vt in salibus. Destillatum a. liquorem per se coagula. Essentiam hanc coniunge illi. Compendiosior & euidentior ratio est, si febres cholcotaris ter à capite Mortuo sublimatos ad duplicem alembicum in fimo soluas, solutum destilles per Alembicum in arena, destillatum lenta coctione B. coagules, Coagulum læuigatum per deliquium soluas, & filtratum reponas. Est nobilis dulcedo ad Spasmum, Podagram, Calculum, Lepram, & (Alii cholcator probe exsiccatum exigunt per Alembicum, dicuntque exire crassam Humiditatem, ex qua per retortam pellunt oleum in receptaculum, refrigerato huic adiiciunt spiritus de sale guttas tres, olei de sarmentis guttas v. destillant iterum aiuntque dulcescere instar mellis. Alii sic. sublima Vitriolum cum Hydrargyro, sublimatum solue in aceto destillato vel alio purissimo sæpe mutato. Secedit enim Essentia (vel spiritus) vitrioli in aquam: Hydrargyrus subsidet: acetum abstrahe, affunde acetum aliud, in quo restinctum sit sæpius ferrum candens, & coagulatur in rubedinem, destilla per lacinias aut filtra. Coagula ad ignem. Despuma detraheq; nigram cutem. In fundo Essentia Vitrioli erit ad Morbos vtilis, & nominatim ad Vulnera. Eodem lib. & tract. cap. 26. pag. 158. sic eius describit spiritum.

Spiritus Vitrioli.

Spiritus Vitrioli duplex est, albus & rubeus. Et rubeus quidem est oleum cholcotaris integrum, vel separato albo spiritu reliquus liquor rubeus. Albus ita concinnatur Vitrioli libras 12. solue in aqua, & filtra per chartam, vt clarificetur coagula & exsicca, pone in olla strata in latus super prunis in tripode vel lateribus. Igni succenso agita diligenter, cauens ne exundet, cauens item fumum, cum sit noxius. Ita versa donec erubescat (vel etiam flauescat) & non amplius fumet. Si non æqualiter erubuit, illam partem igni redde, postea erige ollam, & prunis iniectis calcina exacte, ita

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 166 sur 1557

vt pene dimidium quantitatis primæ reſtet, & in olla fluat inſtar Hydrargyri, & bullas quaſi eiiciat. Ita præparatum immitte in retortam lapideam firmam, bene inuratam, impletam uſque ad medium (vel etiam ſaltem tertia vacua) admoue receptaculum grande (ampullam vel retortam vaſtam) locatum in frigida, & annexam plumbeo circulo, ne attollatur. Eam etiam inter deſtillandum pannis madidis tege, vel inſtilla frigidam ex Epiſtomio ſeu gutturnio: In ipſo quoq; pone aquæ Vncias XVI. Retortæ collum prominere è fornace debet ad 6. digitos, eiq; adaptari receptaculum, Ita vt commiſſuræ cum farinata albugine bene occludantur, & vndiquaq; latus fornacis, & cornu retortæ luto muniatur, ne flamma vel feruor exire poſſit. Ignem adhibe prunarum initio lenem, & prolicies phlegmaticam aquam. Vbi videris receptaculum impletum albis ſpiritibus nubiloſis, potes mutare recipiens ſi induſtrius es: ſi non, memineris poſt abſolutum opus phlegma ſegregare. Maiorem iam excita ignem aperiendo aliqua foramina & ſenſim augendo prunas, & poſtea claude oſtiolum fornacis & prunas demitte per ſuperius orificium, donec cucurbita penitus excandeſcat, & albi ſpiritus in receptaculo clareſcant, & poſſis videre quod eſt intus, & tunc ſine refrigeſcere per horas 24. Cauens ne quid frigidi incidat. ſi rimas agant vaſa ſtant obline ſucco allii expreſſo vel albugine farinata cum linteis & bubula veſica, &c. Hoc opus peragi poteſt 8. horis, à præparatione Cholcotaris quanquam alii triduum conſumant, aut dies 5. Peracta deſtillatione, ſi phlegma vna eſt abſtrahe igne B. abſtrahe etiam aquam quam in receptaculo poſuiſti, poſtea ſegrega ſpiritus albos à rubeis in arena & rectifica ſeorſim Vnunquemque in arena. Vt guttæ cadant ſigillatim deſtillando, ſerua in Vitro forti anguſti colli. Bonitas eius diiudicatur, ſi in frigidam coniectus, veluti ferueat, aut ſi duæ partes confuſæ item feruorem repræſentent ſi acorem vnum habēt, &c. Magna eſt in hoc ſpiritu conficiendo veritas. Nominant eum diuerſis appellationibus acidulam ſeu acetoſam mineralem, melancholiam artificialem, Aurum potabile, oleum Vitæ &c. & rubeum ſpiritum peculiariter, ſanguinem hydræ, ſanguinem terræ &c. Nonnulli Vitrioli Romani bene calcinati lib. ij. ſalis Ammoniaci Vnc. j. Tartari calcin. ſemunciam, ex arena per

retortam

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 167 sur 1557

retortam cum receptaculo vasto bidui spatio destillant. sed hoc cõpositum est potius, quam simplex &c. Et paulo ait: (Dicitur serpens qui suam caudam deuorat) Alii torrent Vitriolum cum sale petræ, eligunt Romanum glebosum vel Vngaricum. Aliquib⁹ placet Vitriolum Veneris. Destillant etiam cum lateribus tritis per rectam Cucurbitam. quidam calcinato Vitriolo affundunt s.v. vt quodammodo enatet, macerant, destillant primo s.v. secundo aucto igne phlegma Vitrioli: tertio Spiritum. Rectificant in B. vt aquositas secedat & destillant tertio: Alii torrent Vitriolum, soluũt in aqua, filtrant, & aquam toties mutant, donec amaror non amplius appareat, inde destillant coagulatum. Nonnulli Vitriolum ponunt statim in retortam, & igne reuerberii destillant, donec rubescat & fiat cholcotar, aquam effluentẽ seruãt. Exemtum vitriolũ puluerant, macerãtq; in v.s. destillãt p retortã pelluntq; fortiter instar aquarum fortium p grad⁹ ignis: educunt 1. Vini s. 2. Vitrioli oleum in receptaculũ mutatũ, inq; frigida fundo tenus locatum. Aliqui primo eiiciunt aquã claram albã, secundo viridẽ, tertio rubram auctis ignib⁹, & mutatis excipulis: q̃ si non fit, postea separãt. Sunt q̃ in s. acerrimo soluant Argentum & sic ad vsũ afferant. Fallopius p dies 4. Spiritũ destillat nigrum. Vtunt q̃dam furno aceſiæ cũ canali laterali, pficiuntq; op⁹ 30. horis. Aliqui etiã in receptaculũ ponunt aliqd aquæ, vt spirit⁹ eo citi⁹ coagulẽt, alii omittunt contenti phlegmate. Sanguinẽ terræ ita eliciunt: Cholcotarem pfunde aceto destillato triplo, digere p nouendiũ in dies ter agitãdo. Destilla lente: si nõ sat rubet, refunde ad caput mortuum tritũ, macera & destilla, pellendo tandẽ fortiter, quoad placeat color &c. Eodẽ lib & tract. c. 15. Sic ei⁹ docet conficere oleum ascensorium: spiritũ vini ter destillatũ cõfunde cũ spiritu vitrioli acido: digere vna p mensẽ vnum vel duos, destilla in B. primũ spiritũ, deinde in arẽa oleũ, cauẽdo ne exunder, q̃ facile fieri potest. Cauetur a. diligenti ignis regimine. Si attenderis fluxum olei, diuersis receptaculis potes excipere spiritũ & oleũ: si simul decurrerũt in recipientẽ statim segrega ne oleũ corrũpat. serua bene, nã aufugit facile. Aliter fit dulce in hũc modum: Colchotar pfundit aqua feruente, extrahit q; sal totũs, reliquũ destillat p retortã. Alii vitriolũ tritũ ponunt in retortã, cui p receptaculo apponit alia parua. cõmissuris lutatis fit digestio loco calido: tũ

Oleum Vitrioli.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 168 sur 1557

affunditur S.V. lib.j.ad lib.j. Materiæ digeruntur diebus 40. deſtillantur, oleumq; innatat Vino. Oleum acre ita conficiunt: Vitriolum Vngaricum tuſum, loco calido ſiccant, poſt triduum terunt, & ſiccant iterum tecto vaſe per linteum: tandem irrigant S.V. Optimum & deſtillant. pag. 147. ait: Chalcanthum aqua coquitur & filtratur ad purum, Vritur ad rubrum, oleo ſubigitur & calcinatur. Teritur, itemq; calcinatur igni fortiſſimo. Imbibitur oleo. *Sal Vitrioli.* Digeritur per menſem. Deſtillatur tandem in oleum. Ita commendat ad Affectus Externos, pag. 173. Eius ſalem demonſtrat. Vitriolum calcina vaſe clauſo in cholcotar ex hoc per phlegma, quod prodit, dum ſpiritus chalcanti conficitur, extrahe ſalem, quem reſolue & coagula quinquies. Vel, Cholcotar perfunditur aqua pluuia, & ſal in eam ingreditur, reditq; per coagulationem. *Dulcedo Vitrioli.* Rubedo reliqua ſi quinquies vel ſexies iterum calcinetur, & eleuatur ſemper ſalſedo: tandem dulcis relinquitur, & vocatur dulcedo Vitrioli, quæ maior eſt, ſi ex Vitriolo Veneris paretur: Et præſens eſt in malis vlceribus remedium.

Apud antiquos Vitriolum in vario fuit vſu, vt paucis videbimus: Aqua ad Ambuſta pretioſiſſ: Quercetani: Recipe phlegmatis Vitrioli, phlegmatis Aluminis ana lib. ſ. Florum tapſi barbati, Fol. Hederæ nigræ ana M.j. Limacum, Ranarum, Aſtacorum, aut cancrorum, fluuiatilium ana Num. X. Deſtillentur in Alembico plumbeo ſatis magno igne. Ex hac aqua foue aduſtum locum quinquies aut ſexies in die. Aqua quoq; ſpermatis ranarum mixta cum phlegmate Vitrioli multum etiam confert.

Aqua corrodens loco cauterii, Bertaphale: Recipe ſalis nitri Vnc.ij Vitrioli Romani lib.ij. Cinnabaris Vnc.IV. quælibet per ſe terantur, deinde ſimul miſceantur, & per alembicum deſtillentur, aquam collige.

Aqua Fortis cum Vitriolo: Recipe Vitrioli Romani lib.j.ſ. Auripigment. flor. Aeris ana Vnc.ij. ſalis Nitri lib.ij. Aluminis lib.iij. Omnia pulueriſentur, fiat ſ. Artem deſtillatio.

CA-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 169 sur 1557

CAPVT III.

De Sulphure.

SVlphur Græcis, θεῖον, Germanis Schvveffel, Gallis Soulfre, Italis Solfo, Hiſpanis piedre cufre vocatur. Duplicis eſt differentiæ. Alterum quod viuum vocant, Græcis ἄπυρον, quod ignē nondum eſt expertum. Alterum quod Citrinum ſeu fuſum cognominant, quod igne liquefactum eſt, & in Cylindros fuſum. Illud ex quadā pingui terræ ſubſtantia ſponte naturæ generatur, plurimum vero in Lipara & mero, atq; hiſdem locis, vbi factitii vena foditur. Laudatur nitedulæ modo ſplendens, pellucidum nec lapidoſum, exterius colore ſubcineritio, intus cum frangitur ſubluteo. Multi montes magna ſui parte ſulphure conſtant inter quos Nonnulli vt Æthna, perpetuis fiammis coruſcant. Factitium ex pingui quadam gleba paratur, quæ in fodenis ſulphureis eruitur. Modus conficiendi ſat conſtat. Probatur vireſcens & præpingue. Cum igne Sulphur magnam habet cognationem: ſtatim enim prunis adhibitum accenditur, nec vnquam extinguitur, donec prorſus oleoſa ac pinguis eius ſubſtantia igne aſſumpta fuerit. Color non idem omni Sulphuri, aliud enim viridius, aliud magis luteum aut cinereum aut pallidum aut lucidum, Hinc Plinius 4. enumerat genera; quorum nonnulla duriora ſunt, alia pinguiora, alia citius flammam concipiunt. Antiqui dicunt eius vires eſſe attenuare, diſcutere, attrahere & exiccare. In ouo ſumptum, tuſſi, ſuſpiriosis, & purulenta excreantibus, teſte Dioſcoride, prodeſt: aduerſus peſtilentis quoque aeris infectionem eſt remedio. Suffitus eius mortuos fœtus extrahit, & matricem purgat. Tritum cum aceto cutis immunditiem abſtergit. Cum Reſina Therebinthina pſoram, lichenas & lepras ſanat. Cum baccis lauri & axungia recente porcina, ſcabiem certo ſanat. Venatorum morſibus cum Therebinthina, vel melle, vel oleo veteri, aut etiam lotio, medetur. Cum nitro & aqua podagricis illinitur. Suffitus eius Lethargicos

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 170 sur 1557

excitat: grauitatem auditus sanat: erumpentem sanguinem sistit. Cum vino aut melle contusis auribus illinitur. Sulphureæ balneæ, neruos emolliunt, & calfaciunt, dolores sedant. Ventriculum tamen effœminant, & subuertunt, omnia cutis vitia exterunt. Prosunt itaq; Alphis, Leucis, impetigini, vlceribus antiquis, articulorum defluxui, Lieni indurato, Iecori, vtero, resolutionibus, coxendicibus, & scabiei.

De sulphuris natura viribus sic ait Paracel. tom. 7. pag. 109. Creauit Deus resinam terræ, eamq; multis infandis virtutibus dotauit, non solum ad subsidium morborum, verum etiam ad operationem Alchimiæ. Similes aliæ quoq; virtutes in sulphure, quod Resina terræ est, conspicuæ sunt. Conueniens ergo est, vt non de Medicis saltem sulphuris virtutibus, verum etiam de Alchimisticis & aliis accessoriis vsibus à nobis disseratur. Multa quidem de sulphure scripta & edita sunt. Ipsum tamen verarum virium fundamentum nemo adhuc attigit. Omnia Auctores illi sibi describenda sumpserunt, sed nullum eorum intellexerunt: multa congesserunt, sed q̃ bonorum scriptorum officium est, ex fundamento ipso nihil deduxerunt. Rem enim non intellexerunt, & tamen ad comp landos libros ambitio eos adegit, qui tamen libri omnes spiritu & anima carent, ac mera mortua litera sunt.

De Sulphure ego vobis, tanquam peritus, experientiã meam in omnibus proponam, quidnam in sulphure contineatur, tam secundum medicinam, q̃ Alchimiam & cetera. Et nisi Deus obstet, ac prohibeat, stupenda adeo & admiranda opera sulphuris sunt, vt naturale in homine lumen ea satis admirari non possit. Quod si Deus non impedit, defectus est in artificibus, sulphur ita tractantibus, vt operatio insitæ virtuti non respondeat. Cum enim quilibet nugator Medicus, quilibet nugator Alchimista sit: hæc causa est, cur scientiæ plane in apricum proferri non possint. Fundamentum autem hoc est, quod in sulphure, vtriusq; facultatis tanta arcana viteſq; contineantur, quanta à nullo satis indagari possint, quod inquam virtutes tam præstantes in eo lateant, vt eæ iure merito omnibus admirationi sint. Post longam enim in vtraq; facultate captatam experientiam eæ sulphuris vires comperræ & cognitæ sunt, vt multa alia non exsistant, quæ ipso aut superiora sint, aut cum eodem

eodem comparari in medicina & alchimia possint. Sulphur castigat Aristotelem, dicentem, rerum species mutari non posse. Eas enim sulphur transmutat. Si hodie viueret Aristoteles, ad ruborem & pudorem totus ageretur. Medicum aut Alchimistam agens, sulphure non vtetur, quale id per se est, sed potius eo separato in arcanum suum, & ab impuritate abluto, ita vt in virtute sua quauis niue candidius fiat. Huc facit Ysopus, h.e. ars separandi antiquitus Ysopaica in Alchimia & omni sequestratione dicta. Crudum tamen pro vulgo, & ad res extraneas insigne est.

Cæterum vt in explicando sulphure accuratior sim, id prius secundum suam naturam distinguam. Non enim ex matrice vna, sed pluribus nascitur.

Vnde etiam operationes diuersas habet, naturasq; multas inter se diuersas continet.

Quas ne erret Medicus seorsim proponam, ita, vt sciatur, quatenus ad Medicinam prosit, & quatenus conducat ad Alchimiam.

His absolutis quantum etiam ad vsus quotidianos faciat, expediã. Quod si ergo quis eius vsus sit in medicina, quis in alchimia, quis in cæteris rebus, ordine & accurate explicuerimus, iam de operatione eius cuilibet liquido etiam constabit, vt ipsum citra errorem tractare possit.

De sulphuris generibus.

Quoties nouum metallum: toties aliud sulphur. Nullum siquidem metallum suo sulphure caret: quia in tribus metallorum corpus quodlibet consistit, in sulphure, sale & mercurio.

In metallorum autem perfectione seu generatione superfluum sulphur remouetur.

Sicut enim videtis generari nucem, nec eam per se quidem tantum, sed vna cum putamine & cortice: ita scitis hæc esse superflua, facere tamen ad Embryonalem conseruationem nucis, sicut de generatione docetur.

Hoc exemplum adduco, vt intelligatis, tot genera esse sulphuris, quot metallorum, quolibet sui metalli naturam resipiente. Hoc non de metallis tantum, verum etiam de lapidibus ratum sit.

Quot

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 172 sur 1557

Quod enim lapidum, tot etiam sulphurum genera. Corpora enim omnia, substantiam suam habentia, ex tribus dictis constant. Qua de causa naturam etiam habent Embryonatam. Hinc sulphuri discretæ appellationes induntur, vt Sulphur Embryonis de Auro, Argento, &c. de Saphyro, de Marmore, &c. Ex nomine Embryonis intelligatur, notari Sulphur, quod ab vna generatione vnius fructus, siue sint metalla siue lapides, oriatur. Nec de metallis saltem & lapidibus dico, sed de omnibus generibus corporalitatum, vt sunt Vitriolum, Alumen, Marcasita, Bisemutum, Antimonium, &c. quæ omnia in se embryonem continent, secundum generationis suæ discrimen denominandum. Aliud enim est sulphur Embryonatum Martis, à sulphure Embryonato vitrioli aut Iaspidis. Idem iudicandum etiam de crescentibus terrenis, vt sunt ligna, herbæ, &c. quæ omnia eiusmodi sulphur in se continent. Vnum hic pandendum est. Accidit interdum, vt huiusmodi Embryonale sulphur metalla non mala velut & gemmas puras lucidasque, & alia similia gignat, quia scilicet ex generatione illa, ex qua oritur, aliquid ei vnitur, quasi de illo corpore spiritus quidam. Nec vero spiritus tantum, verum cum eadem etiam corporalitas, adeo tamen subtilis & fugax, vt ignem sustinere nullum possit. Citra tamen operationem Vulcaniam in metalla illa, ex quibus oritur, ab auro in aurum, à plumbo in plumbum, diagitur.

Similes præparationes quandoq; etiam in gemmeis sulphureis embryonibus factę sunt, quibus à se inuicem separabãtur mortuum sulphur, impotens, & lapis pretiosus in eo latens, quæ omnia per artem inuenta & explorata sunt. Lapis autem is similis fuit ei, ex quo prodiit, ex granato, Granatus, ex Hyacintho Hyacithus.

Sed hæc ad processum Alchimiæ relegantes, hic ea saltem indicabimus, quæ experientia docuit & confirmauit in scientia huiusmodi secreta inueniendi. Detergo in huiusmodi indagationibus operam Alchimista, vt exploret, quis Embryo sit, ne forsis alium quærat. Et hæc de vno genere sulphuris, quoad eius ortum, hactenus dicta sint. Præter hæc est etiam aliud, per se: quod ipsum quoq; iam describam, & virtutes eius cum in Medicina, tum Alchimia ac artibus ceteris expediam.

Sul-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 173 sur 1557

Sulphur ergo generationem adhuc aliam eamque peculiarem habet, sine omni embryonali natura & conditione, ita, vt crescens sit per se ipsum veluti fagus aut quercus, peculiari genere ab aliis separatum.

Id sulphur minerale appellatur. Per se enim hoc sulphur minera est.

Et sicut Ars Vulcania docet separare mineras, ita vt verum corpus auferatur à falso, velut argentum aut ferrum à minerali: ita & in sulphure minerali corpus est, quod extrahitur velut stannum à suo Zuittero.

Corpus illud est sulphur minerale. Huius a. sulphuris, multæ differentiæ sunt, nec vnum alteri simile est. Sic nimirum videtis, vniuersorum, quæ natura nobis largitur, genus non in vnam, sed multas species distribui. Nec enim vnum tantum plumbum, vnum cuprum, vnum aurum, &c. est.

Sic nec vnum sulphur: cum aliud gradus altioris, aliud inferioris sit, aut plus minusue diaphanitatis aut perspicuitatis habeat.

Hac de causa vires etiam medicæ in alio aliter inquirendæ sunt. Hoc discrimen etiam ab Alchimistis præcipue tenendum est, vt directe inueniatur ea species, quæ quæritur. Ex his satis iam liquet, q̄ genera, & q̄ conditiones sint sulphuris, & quo illæ modo noscendæ veniant. Præter tamen hæc vos etiam aliud genus, quod secretum peculiare est, scire velim, tale quidem. In separatione Alchimiæ aurum dissoluitur à sua corporalitate, velut & argentum, & metallum quoduis, ac gem̄æ &c. ex quibus omnibus sulphur secedit, præparatur & extrahitur. Huius generis sunt Sulphur Auri, sulphur Iaspidis, sulphur Vitrioli &c. Et vero secreta peculiaria hic vsurpantur: illud tamen sulphur tam præstans Arcanum est, vt simile aliud prædicari non possit, nec hic debeat, cum res ea ad Vulcanum pertineat, &c. Sic ergo hactenus triplex sulphur proposuimus. De his tribus deinceps dicam, quo modo Medicis, Alchimistis & Saponistis vsui sunt.

De triplicibus Sulphuris virtutibus in Medicina vsurpandis.

De Embryonato Sulphure sciendum est, ipsum diuersam *De Sulphure Embryonato.*

virtutem habere ab eo, à quo oritur, hoc est, à suis generatis. Sed allato exemplo rem explicabimus. Nux per se tantum nucleus est. Nucleus in se continet dissepimentum, ꝙ nuci respondet. Quantum aũt in cibis distat nucleus à dissepimento: tantum etiam differunt illorum virtutes. Nucleo præterea obnascit cortex siccus seu aridus, qui & ipse à nuce alterius & diuersæ naturæ est. Quantum enim corpora: tantum & virtutes distant. Huic deniq; cortex alius obnascitur viridis: cuius eadem diuersitatis ratio est. Eodem exemplo & castanea duas tunicas habet. Quo vero interuallo castanea à tunicis distat in ore masticata: eodem differunt etiam virtutes. Hęc eo dico, vt intelligatis sulphur embryonatum quoq; similiter impuritatem esse de suo embryone, tantoq; à suis veris generatis interuallo distare, quanto distãt à se inuicem forma, essentia, substantia & corporalitas. Non ergo virtus nucleiin putamine quærenda est. Sic nec in sulphure embryonato, quærenda est virtus aurea, argentea, stannea, cuprea, smaragdina, aut hyacinthina, &c. Sed virtus alia in medicinam assumenda est. Multæ virtutes in his sulphuribus conditæ sunt, sed inter se omnes diuersæ. Hoc etiam, ꝙ iam diecmus, ante omnia noscendum est, cum his omnibus sulphuribus spiritus Arsenici concurrat, in alio ac alio subtilior. Quale est generatũ, tale est illud Arsenicũ, interdũ instar Realgaris, interdũ instar Auripigmẽti, interdũ instar Crystallini, &c. Hæc eo fine adduco, vt intelligatis vos medici, oportere vos agere naturales, non sophistas, qui naturalia cognoscant, & quid Arsenicũ in sulphure embryonato sit, cõpertũ habeant, ne latronũ more homines tractent. Ipsi vero institorũ sulphur tantũ nouerunt. Quod si nominasi non audirent; vtiq; nec id ipsum nossent. Interim tamen hæc ex ipsa natura penitus cognoscenda sunt, ne latrociniis grassemur, sed conscientiam ad Deum puram afferamus. Hoc vos Academici flocci facitis, vno eo contenti, si pecunia vobis affluat. Ita immemores Dei, vestri & naturæ creatoris estis.

Porro de sulphure embryonato metallorum notate, manifesto videri, quo pacto illud membrum suum in morbis firmiter conseruet & restauret. Nam septem membra omnia mineralibus tantum, non aliis remediis in suis affectibus indigent.

Sulphur ergo de auro confert cordi, de argento cerebro, de cupro

cupro Renibus, de plumbo ſpleni, de ferro felli, de ſtanno epati, de argento viuo pulmoni.

Sed hæc tamen omnia in vnico tantum morbo, velut in ſuffocatione illorum membrorum, ſi humorum in illa eluuies decumbat, & ſuffocationem minetur.

Etſi vero apud veteres Medicos recepta nulla ad huiuſmodi ſuffocationes reperiantur: in ſolidum tamen omnes detrectant huiuſmodi ſulphura embryonata diſcere præparare, & ægris adminiſtrare, ſiue intus ſiue foris id fiat, quoties quidem neceſſitas efflagitat.

De hac ſola ergo virtute hic ſcribo ideo, quia nedum vlla ad ſuffocationes reperta medicina eſt, quæ præſtare poſſit, quod ſulphura iſta metallica embryonata præſtant.

Quas vero etiam ad alia virtutes habeant, deinceps de ſulphure minerali tradetur.

Operationibus enim omnibus conueniunt: metallina tamen quam mineralia ſulphura & fortiora ſunt, & maiore cum cautione vſurpanda.

Præterea ſunt etiam ſulphura gemmarum, in quibus lapides pretioſi iacent, velut caſtanea in ſpinoſo ſuo cortice. Quæ conſtitutio ſit actitis, palam eſt.

Eodem modo omnes etiam gemmæ à natura alicui rei, quæ ipſarum embryonatum eſt, includuntur. In eo embryonato latet ſulphur.

Eo extracto, minus virtutis non habetis ac in ipſo lapide, non quidem geſtando, ſed medicinæ loco adminiſtrando.

Sic conſtat, in Sapphiro latere virtutem tollendi Anthracem, & ad eſcharam eum reducendi ſupra omne corroſiuum, & tamen ſine corroſione.

Eiuſdem naturæ ipſius etiam ſulphur eſt, ſi nimirum à corpore extrahatur, & emplaſtretur.

Ita impoſitum, eadem præſtat. Nec in Anthrace tantum, ſed & in cancro & igne Perſico, cum primis in principio, ſi cum Apoſtemate erumpit.

Opera ergo dãda eſt, vt gemis, quas germani habem⁹, virtutes extraham⁹, vſib⁹ ſuis deſtinatas. Quas ſi in gemis habetis, habe-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 176 sur 1557

bitis eaſdem etiam in ſulphure, cum operatione eadem. Etſi n. non æque fortes illæ ſint : Sunt tamen præſto : Ipſa Applicatio , & ſeparatio ac Gradatio faciunt , ut ſimilem operationem perficiat. Sola n. Correctio & Gradatio ad id promovent : aliâs fieri horũ nihil poteſt Sicut n. initio exemplum propoſui de diſcrimine corticis & nucleiin nuce; ita idem quoque hic intelligendum eſt. Quod ſi a. nucleus à nuce diſſolvatur ſeu corrumpatur, ita, ut nõ amplius cibus ſit : tunc eaſdem cum ſuo cortice vires habet.

Ponemus exemplum. Si nucleus comburatur, & ex eo Alkali conficiatur. Et conſimiliter etiam ex cortice Alkali fiat : tunc utraque nigro colore tingunt ea, quæ nigra non ſunt : quando ergo dico, virtutem Embryonati Generalis ſimilem exiſtere, velim me ſic intelligi, ſi ſcilicet Generatum diſſoluatur, & in præparationem vulcaniam deducatur. Idem de omnibus etiam Embryonatis Gemmarum, &c. intelligendum eſt.

Sed de Embryonatis ſulphuribus in Cachymiis, velut Marcaſitis, Antimonio, Talko &c. ſciendum eſt, quod, ſi à ſuis corporibus & adhærentibus rebus extrahantur, ſimile quoque ſulphur nitidum producant. Hoc prout in operatione gradatur, ita ei gradus, gradui verò operatio & virtus reſpondet. prout hoc extrahitur, ita & Embryonata cætera omnia : de quibus plura in operatione Alchymiſtica, quæ hic recenſeri non debent.

Virtus a. hæc eſt, quod generata æmuletur ſi corrumpatur in prę̃parationẽ. ſecundò, quod phlegmaticis maximè conueniant, cũ primis v. phthiſicis, peripneumoniis, Empyematibus, & cuilibet tuſſi : quicquid per naturam ullo modo præſtari poteſt, id ſũlphur hoc ad ſuum ſtatum reducit.

Nihil mihi magis in votis optatisque eſt, quam eundem eſſe hodie mundi ſtatum inter principes, Reges ac Magnates, qualis fuit tempore & ætate Magorum : Virtutes n. in rebus omnibus tam altè exſplendeſcerent, vt Deum tam profundum artificem Vniuerſi Homines admiraturi ſint, quod tot miraculoſa in naturam recondiderit, ut ea Homo indagaret. ſed magi exſpirarunt, & irruerũt inebriati : nec quicquam amplius ſupereſt, quam ſcortatores, luſores, latrones, fures.

Cordicitus dolendum eſt, usque adeò nullum hodie inter princi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 177 sur 1557

principes vigere Magum, sed ludicris & ineptiis omnia passim squalere, & in consiliis sedere lupos, dominariq;, qui suis exactionibus & Vsuris cum sibi tum Dominis plus satis lucri faciant.

Scientiam arcanorum naturæ hæc sors mansit, vt post occasum magorum seu magicæ, eodem unâ fato etiam omnes scientiæ interciderint & horum loco surrexerint scribæ cum promissis tunicis, & rapaces lupi, qui jura tenentes suis nutibus omnia territant.

Quid dicam? Artes interierunt: spelunca latronum subnata est. Deinceps de Embryonato sulphure in vitriolo & ei cognatis scitote, quænam species Vitrioli sint, velut salia, quæ omnia mirum sulphur producunt, dum corpora animata à corporibus Embryonatis separantur, veluti à sale, à sale gemmæ, à speciebus Aluminis, à Vitriolis, &c. Hic regulam generalem vobis proponam quod omnia sulphura, à vitriolatis salibus stupefactiua sint, & Narcotica Anodyna atque somnifera, cum eiusmodi tamẽ proprietate, quod somnifera conditio hic tam placida, & lenis sit, vt noxa omni careat, nec more opiatico, velut in iusquiamo, papauere, & mandragora, &c. operetur; Verum tutò, placidè, virtualiter, sine omni infectione. Summa ergo laude dignum est tale somniferum stupefactivum, à natura ipsa detectum, præparatum ac correctum. Cumque Medicis omnib° planum sit, huiusmodi somnifera multa & miranda perficere: contra verò in opiatis tantum venenum esse, Vt citra speciem Quintæ Essentiæ vsurpari non possint: Eò plus spei & fiduciæ ponendum est in hoc præsens, cum sciamus multos esse morbos, citra anodyna minimè curabiles, quorum cura vniuersa in Anodyna à Deo per naturam collocata est. Et hæc mihi causa est, cur de sulphure hoc eo exactius scribam. Id qui inueniatur & comparetur, in processu Alchymistico docetur. Hic tamen de sulphure sciendum hoc est, quod ex omnibus de vitriolo extractum notissimũ sit, quia per se fixum est. Deinde, õiunctã sibi dulcedinẽ habet, vt etiam à gallinis edatur, à quo aliquandiu dormiunt: postea tamen citra noxam rursus euigilant. De hoc sulphure aliter judicandum non est, quam quod in morbis per Anodyna curãdis, citra noxam omnem, omnes passiones sanet, & dolores omnes mulceat, calores omnes extinguat, sæua morborum omnium accidentia inhibeat. Hoc remedium, in rebus omnibus primum &

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 178 sur 1557

antecursorium esse debet, sequente ipsum cura, hoc est, confortatiuo quintæ essentiæ. Et quænam alia sublimius euehere possint Medicum, vltra omnes Apollines, Machaones, Hippocrates, & Polydoros, quam sola dicta duo? Et sulphur hoc vocatur sulphur Philosophorum, quoniam philosophi omnes id unâ operâ studuerunt, vt vitam in multa secula protraherent, sanique viverent & morbis resisterent: quam facultatem omnem in hoc sulphure inuenerunt potentissimam. Qua de causa id illi nominis etiam indiderunt. Vos operam date, vt ipsum gradare, separare & purificare sciatis.

Præterea adhuc genus aliud sulphuris Embryonati est in ligno. solus a. ignis id sulphur est, quem quidē fouere non potest, nisi ligno, cum quo etiam emoritur. Id sulphur est ex omnibus rebus quæ lignum sunt, aut quæ comburendo in cinerem abire possunt. Hoc sulphur est vegetabile, non fixum, ad nihil utile, nisi ad ea, quæ ab igne præparari debent.

Omnibus a. notum sit, hoc sulphur ceterorum sulphurū virtutem ista ratione indicare. Sicut ipsum ignis est, omnia consumens: sic quodlibet etiam aliud sulphur est ignis inuisibilis, consumens morbos. Sicut ignis lignum consumit visibiliter, sic alterum inuisibiliter. Hac de causa Elementum ignis in morbis omnibus arcanum est. Et quicunque Medicorum Elementum ignis in suâ (liceat ita loqui) arcanitate non habet, is se verum & probatum Medicum non jactet, sed tyronem & loculorum expilatorem. Dicere ergo jam licet, sulphur esse Elementum ignis. Quod si contendas, sulphur ignem esse in virtute Medicinæ: curandum est, vt reducatur ad suam volatilitatem, ut instar flammæ vanescat. h. e, adeò subtilietur, vt à suo corpore discedat, corpusque eius separetur ab ipso, quod Elementum ignis non sit. Sulphure, in subtilitatem & volatilitatem reducto, tum demum & consumens consumendum, h. est, quod à natura non est fixum. Sic morbi non fixi, corpus autem fixum est aduersus Elementum; & est Elementum ignis, saltem aduersus id, quod contra ipsum fixum non est, hoc est, contra morbos. Quod si pseudomedici hoc egissent, vt philosophia hæc nostra, in scholis medicorum locum inveniret, & incrēmentum sumeret, in exsilium actis nugis & gerris Humoristarum, qui in Medicina palpitant, instar eius, cui ad numellas effossi, & elisi oculi sunt, vt qui

qua

qua pergat via, neſciat: multa vtique homicidia effugiſſent, quæ interim temeritate ſuâ patrarunt.

Interim cum nullius conſcientiæ ſint, quid aliud agas, quam vt Pſeudomedicos ipſos eſſe patiaris?

Qui verum agere Medicum velit, is Elementorum virtutes in rebus naturalibus quærat. Ibi & veritatem, & cum hac ægrorum ſalutem inueniet.

Duplex ergò genus ſulphuris Embryonati conſtituendum eſt: vnum fixum, ſed tamen volatile factum: alterum, purus ignis, hoc eſt, unum eſt ignis viuens, alterum eſt ignis inſenſibilis.

Vtrumque tamen tam ſenſibile quàm inſenſibile, in ſimili conſummatione verſantur, unum nempe in ligno, alterum in morbis.

Breuis de ſulphure minerali inſtitutio hæc eſt. De eius ortu, quomodo à ſua ſcoria liberetur. hic explicandum non eſt, de his n. tractatur in libro de generationibus mineralium. *De ſulphure Minerali.*

De eius virtutibus tamen hæc ſcire conuenit. Crudum in Medicinam aſſumi non debet, ſed à ſuis fæcib. ſeparatum.

Ita inſignis medicina eſt, ſi nimirum ab Aloepatico & Myrrha elevetur, ſecundò aut tertiò.

Nam præſeruatiuum excellens eſt in peſte, in pleureſi, in omnibus Apoſtematibus & putredinibus corporis. Manè ſi ſumatur, eo die peſtem non admittit, ut nec pleureſin, nec alia Apoſtemata, maximè ſi cum hoc recepto confiat.

Recipe ſulphuris purgati, vncias x. Myrrhæ Romanæ vnciam j. ſ. Aloepatici vnciã j. Croci orientalis, vnciã ſ. Miſce. Fiat puluis.

Præterea, ſi à vitriolo eleuetur aliquoties (quò frequentius, eò melius) tunc eſſentiam & ſpiritus vitrioli intra ſe concipit.

Hoc modo præſeruatiuum eſt in omnibus febribus, & curatiuum in omni tuſſi, ſiue ea recens ſiue antiqua ſit.

Eſt

Est autem præseruatiuum caduci, & curatiuum pueritiæ. Quotidie si sumatur, sanitatem conseruat ac tuetur, ne aduersi quid accidat. In negotiationibus & commerciis est correctiuum vini, vt saluum & incorruptum maneat, & potantibus salubre fit. Crudum tamen minime sumendum est. Ad vinum præseruatiuum tam potens est, vt nihil impuri in vino relinquat, quin id exturbet. Per hoc quicunq; vinum præparatur, arenam aut calculum non generat, vt nec Apoplexiam, vllius generis apostemata, fluxiones, tusses, febres, &c. Illi enim præparato simile & æquipolliens aliud nullum reperiri potest. Qua de causa laudem eius hic non immerito assumo.

Quod si otium esset, contra Budalinos Academiarum Doctores, hoc fundamentum disputando deducere: vix multæ paginæ huic nostræ descriptioni sufficerent. Margaritæ tamen porcis obiiciendæ non sunt: quibus ex re magis & vsu est, ægros contractos & resolutos fieri, quam de sua sententia illos cedere: cum tamen nihilominus ægrotis subsidio esse non possint. Sed vt ad sulphur minerale redeamus, sciendum iterum est, crudum ipsum nullius vsus esse, sed præparatum. Quod quo præparatius est, eo euadit melius, ac tandem omnes suas fæces & venenositatem deponit, & quod nullius vsus est, secedit: remanens autem margarita summa & optatissima medicina est.

Sulphur crudum eius naturæ est, vt rubra candefiat suo fumo, velut ras rubeas, &c. si eleuatum vsurpetur in medicina, albescet, sed exterius.

Præterea etiam notandum hoc est, quod multa sint sulphura, colore variantia, velut est flauum, flauius, rubrum, magis rubrum, purpureum, nigrum, album, cinereum. Ex his coloribus nullus prodest præter flauum.

Quo sulphur flauius, ac magis ad colorem aureum vergit, eo melius ac salubrius.

Cætera omnia multum in se Arsenici, Realgaris, &c. continent: ideoq; in Medicina vitantur.

Quantum autem ad Alchimiam: cætera meliora sunt propter ingressionem, quam ab eiusmodi Realgaricis spiritibus habent.

Notan

Notandum præterea etiam est, hoc sulphur impetigines & vitia corporis externa pellere. Quo casu colorata sulphura meliora sunt, quam flaua, propter subtiles Arsenicales spiritus. Si ea sulphura sublimentur à vitriolo, alumine, sale gemmæ, plumoso, &c. aliquoties, vsque adeo subtiliantur, vt impetiginem & serpiginem radicitus tollant. Et is thesaurus præstans est, extollere exterius ea, quæ interius suum ortum habent. Sicut magnes ad se trahit ferrum, vt id suo loco amoueatur, nec maneat, vbi fuit: ita hic sunt vires Magneticæ, satis minime explicabiles. Per solam experientiam vulcaniæ artis miracula ea naturæ panduntur.

A Deo Medicinæ sufficientes quidem suppetunt. Cæcitas in eo est, quod nemo præparationem aggreditur, vt inutile separetur ab vtili. Satis esse putant, si Apothecariorum more omnia consarcinẽt, & dicant, fiat vnguentum. Ea hactenus doctrina fuit. Et eo iam res mundi rediit, vt medicina merum vnguentum sit, non vt prius, ars seu scientia. Nec enim artifices, sed Sophistæ medicinæ præsunt. Quod si medicina ab artificibus tractaretur: processus longe sanior institueretur. Itaque de sulphure notandum, quod gradatum insignis homini medicina sit, non saltem intro sumptum, sed fumi etiam specie exterius adhibitum. Ita enim præseruat & conseruat, vt diximus, cum additione Magistrantiæ, & Granorum Iuniperi ac Rorismarini, &c.

De sulphure metallico.

Artes & modos nonnullos excogitauit medicina, quibus metalla ex suis corporibus eliciuntur, vt metalla amplius non sint, sed materia destructa, quæ priorem statum perdidit. De his sciendum est, metallum quodvis ex tribus cõstare, ex Sale, Sulphure & Mercurio. Cum ergo hæc tria sint prima materia metallorum, ex quo cõsequitur, ea destrui ac dissolui posse, adeoq; arti subiici, vt in aliam essentiam reduci & trãsmutari possint. Destructione hac facta, tria prima per artem amplius separari possunt, vt solitarium & per se præsto sit Sulphur, Sal, Mercurius. De sulphure hic loquemur, duobus cæteris omissis. Sulphur à ceteris metallis separatur, etiã hac ratione. Quæcunq; de sulphure notaui, eædem vires in his etiam metallicis sulphuribus consistunt: & eo quidem magis, quia metallum peculiarẽ naturam asciuit, ab eo, quo factum est metallum. De illis virtutibus sulphuri quoq; nonnihil collatum est. Hinc eo à ceteris sulphuribus

nobilius & præstantius est. Et sciendum est medico, sulphuris virtutes omnes huic quoque sulphuri inesse, sume (vt ita loquar) gradatas, & metalli conditionem recipientes. Hinc Sulphur ab Auro virtutes habet aureas: ab Argento, argenteas: à ferro, ferreas. Quicquid facit ferrum, quicquid facit Crocus Martis, quicquid Topasius ferri facit: eadem omnia facit etiam Sulphur de ferro. Similiter & de castro, de plumbo, & metallis ceteris. Sulphura hæc acquirere, cuiuis medico incumbit. Dosis enim eorum exigua: sed operatio insignis est. Et penitus persuasum sit medico, Deum omnibus morbis sua remedia apposuisse. Hoc si verum est, oportet medicum nasci ex magia, vt per eam secreta naturæ intelligat. Ita palam erit, naturam id præstare, vt etiam leprosi sanentur. Magiæ imperitus tyro est, & manebit, dum in viuis est. Res ardua est, medicinam habere cognitam, & ex arte tractare. Ipsi tamen Cabaliæ & Magiæ imperiti sunt.

De Alchimisticis virtutibus sulphuris: & de sulphure Embryonato.

Embryonati sulphuris extractio fit per sublimationem interdum per Descensum, si Sulphur probe maturuit ac copiosum est, cæterisque corporibus non admodum permixtum. Interdum si nimis subtile est, se sublimari non sustinet, aut per Descensum excipi: sed aquis fortibus extrahi vult, vt à ceteris corporibus reducatur in aquam, & ab aqua deinceps coaguletur. Aquarum eiusmodi fortium multa genera sunt, quæ hic minime recensebimus. Oportet tamen ipsas eiusmodi esse, vt sulphuris vires non tollant aut mutent. Si enim ex arte secundum suam concordantiam extrahantur: non saltem Aureæ sunt, sed in Alchimia etiam ad ceteras præparationes sunt sulphura commodissima. Fixationem enim concipiunt, adeoque in cementis volatile subtile Aurum, in metallis figunt, ita, vt separationem in aquis fortibus sustineant, & Aurum suum promant. Alias ex hoc sulphure in Alchimia sperari nihil potest, nisi vt pro sua concordantia, ex illis rebus in quibus latet, extrahatur & postea figatur. Si, vt plerumque fit, Aurum continet, id per fulminationem reperitur. Ita etiam fixum est, ad Aurum volatile omne retinendum, quod alias coerceri non potest, nec deprehenditur in separando propter subtilitatem, & subtilem corporalitatem. Multi quidem processus tentati sunt, quibus ex sulphure fieret tinctura. Sed ad finem peruentum non est: quia

quia tinctura nulla in eo ſita eſt. Labor ergo irritus fuit. Et niſi Aurum in ipſo contineatur, quæri nihil ibi poteſt, nec tentari debet, vt in cætera corpora Aurum reducatur. Argenteum nullum eſt, ſed aureum, vnum tamen alio magis. Quod de Antimonio, de Talko rubro, de Marcaſita aurea, &c. eſt: raro Auro caret. Hoc vero qui tractare vult, is operam det, vt Sulphur ab Auro adeo ſubtiliter ſeparet, vt Auro nihil decedat. Et niſi Deus obſtaret (nec enim is vniuerſos vult eſſe diuites: adeoque cauſam nouit, cur capiæ caudam nolit eſſe prolixiorem) paucis verbis hic multis ſuccurri poſſet. Cæterum, quia opes pauperem ſeducunt, & modeſtiam ac humilitatem ei excutiunt, faſtumque ac ſuperbiam ei addunt, &c. ideo ſilere ſatius eſt, vt illi egeni maneant.

De ſulphure mineralí.

Deinceps miraculoſa quædam vobis tradam, etſi ſciam hunc de mira ſulphuris ad Alchimiam conditione, ſermonem multis minus acceptum fore. Notum vniuerſis eſt, ſpiritum ſcientiarum non feriari, ſed iugiter & continenter laborare, vt illa in ſecretis naturæ, quæ Deus abſcondidit, eruat & inueniat. Cum hoc ſpiritu concurrit plerunque alius malus & falſus, non in hac ſolum arte, ſed & in aliis, etiam iis, quæ ad animam ſpectant. Sed de falſo hoc ſpiritu ſileo. Diabolus ſe quidem omnibus immiſcet: de cuius tamen fraudibus nihil commentor. Huius ſulphuris mineralis cauſa, ars Alchimia multa tentauit, vt ex eo aliquid faceret, quod ſulphure plus eſſet. Iam vero res mira eſt, ex aliquo facere plus, quam per ſe eſt id. Hoc tamen per artem fieri Deus conceſſit. Hæc ergo cum potentia artis eſſet, Dux ille artis, artem intendendo tentauit, quidnam præterea ex ſulphure fieri, aut quomodo, quod in ipſo non eſt, ab ipſo impetrari tamen poſſet. Nam per ſe prolem non gignit. Gignit tamen cum viro. Iam ſi gignere debet, idque per duos fieri oportet: Ars hic eſt, vir & pater, qui omnia perficit. Iam vero operatione eo deuentum eſt, vt ſpiritus mutationis ſuum receptum dederit ex oleo lini & ſulphure faciendi hepar aut pulmonem.

Huius pulmonis aut hepatis deſtillatio multiplex facta eſt. Operando autem compertum eſt, hepar hoc dare lac, à communi lacte nihil differens, craſſum ac pingue. Dedit

etiam rubrum oleum, instar sanguinis. Lac hoc, & iste sanguis, destillando suum colorem & essentiam non confuderunt, sed discreta ac inuicem separata manserunt, albo in fundum subsidente, & rubro in sublime ascendente. Ars vero instando tentauit ex albo seu lacte facere Argentum, & ex rubro Aurum. Mihi vero constat, ex albo vnquam aliquid fieri potuisse, vel à veteribus vel à iunioribus. Dico ergo id lac esse mortuum, nec in eo quicquam contineri.

De rubro autem oleo, quod hoc Epar dat, attendit. Quilibet Crystallus aut Berillus, prius probe politus, si in hoc oleum ponatur aliquandiu, nempe per tres annos, fit Hyacinthus.

Si imponatur Rubinus, non optime gradatus: nouem annorum spatio vsque adeo clarus & lucidus fit, vt in tenebris, prunæ ardentis instar micet adeoq; vbiuis conspici queat. Id quidem experientia docuit. Alchimistæ quidem tentarunt, an ex eo Carbunculum facere possent, bonæ conditionis Hyacinthum, aliquandiu in oleum ponentes. Mea tamen experientia, id fieri non posse dictat. Nec in dictis saltem ea coloratio est, sed idem oleum tingit etiam Sapphirum colore cæruleo, viridi permixto. Similiter & gemmas alias colorat. In vitrum & alia nihil potest. Vsque adeo vero gemmas exaltat, vt ad summum gradum perueniant, imo altiorem, quam à natura exaltari possint. De aliis gemmarum gradationibus & colorationibus nec auditum nec scriptum est, quam quas sanguis ruber sulphuris colorat tingitque.

Hic etiam nota, quod Argentum omne, si debito tempore impositum relinquetur, tandem nigrescat, & calcem auream deponat, ante iustum tamen tempus non fixam, sed volatilem & immaturam rem. Si vero terminum suum assequatur expediendo omnia expedit: de quo plura hic dicenda non sunt. Sic ergo de sulphure notate, quod, si in gradus assumatur, quo subtilius, pulchrius, altius & celerioris operationis est, eo altius id & maius fit. Hoc modo finguntur metalla & lapides. Id qui conaturus est, non putat se posse, sed sciat. Ille enim labor in Alchimia omnium periculosissimus est, quo ad operationem, adeoque insigni experientia opus est, & iterata exercitatione: nec ex auditu, sed ex multiplici experientia procedi debet. De virtutibus quidem, quod

quod & ipſæ gradentur, dicere nihil poſſum. De colorationibus ſaltem dico, quod ad ſummum exaltentur. Vt idem etiam in colorib. fiat, non arbitror fieri poſſe. Ea enim non virtutis, ſed coloris tinctura eſt.

De Sulphure metallorum in Alchimia vſurpando.

Aliquoties in hoc capite de Sulphure ex metallis deſtructis parato, mentionem feci: & de virtutibus eius in medicina addidi. Quantum vero iam ad Alchimiam attinet, ſcire vos velim, multos tentaſſe ex eo elicere tincturam, qua vnum in aliud tingerent. Sed hoc non ſucceſſit, ex cauſa hic non referenda. Attamen qui Sulphur Auri habet, is per id aliud Aurum gradare poteſt, à gran. 24. vſque ad 36. & plures, vt Aurum altius aſcendere non poſſit, in Antimonio & Quartario conſtans ac manens. Sed & Sulphur Argenti Argentum in ſuam albedinem ita exaltat, vt ſi cuprum & Argentum pari quantitate confundantur, ad acum ſeu lydium lapidem diſcerni minime poſſint aliter, quam quod purum & exquiſitum Argentum ſint. Eodem modo & per Sulphur cupri, cuprum eo reduci poteſt, vt fulmen ſuſtineat, minime tamen gradatum, ſed colorem ſuum retinens. Ex ſulphure martis fit optimus & præſtantiſſimus omnium Chalybs: ex ſulphure Saturni fit Saturnus fixus, vt nec ceruſſam, nec minium, nec ſpiritum amplius det. Sulphur Argenti viui eo reducit Argentum viuum, vt malleo tundi poſſit, omnemque ignitionem vt cuprum ſuſtineat. Cineritium autem non ſuffert. Hoc Sulphur metallorum poteſt in ſua metalla. Per ſe autem hoc eſt, quod ſi Sulphur Auri in Argentum coniiciatur, illud colorat. Sed nihil figit. Sic ſemper à ſulphure tranſmutatio fit in aliud corpus, &c.

Hactenus ergo cognouiſtis, quot genera, quæ natura, proprietas & eſſentia ſulphuris ſint. Qui vero, quæ de puluere dicenda ſunt, omnia deſcribere vellet: is multam papyrum inſumeret, ſulphuri debetur labor diligens, & Artiſta expeditus, ac peritus, non clamoſus, non nugax, qui artem ſolo ore & lingua iactat, ſed eandem ipſo opere teſtatur. Talis qui eſt miraculoſa expediret. Qui de Sulphure nihil nouit, nihili homo eſt, & imperitus tam in Philoſophia quam medicina, nullius naturæ ſecreti conſcius.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 186 sur 1557

Elixir Paracelsi.

Elixir vide Proprietatis Paracelsi apud Crollium in Basilica fol. 170. Recipe Myrrhæ Alexand. Aloes Epat. Croci Oriental. ana vnc. iiij. puluerisentur omnia diligenter, & in vitrum indantur, humectando optimo spiritu vini Alcolisato, postea affunditur oleum rectificatum sulphuris per Campanam factum (præparetur illud oleum è sulphure flauo siue subgriseo, tempore pluuio, sic maiorem copiam habebis) ad eminentiam 4. digitorum, ponatur in digestione & circulatione per duos dies, tandem quod tinctum & extractum fuit per inclinationem, separa, materiæ in fundo restanti, S. V. affunde, & circulando per menses duos iterum coloratum extrahe, separa ac priori liquori colorato misce. Fæces in fundo lente destillentur: quod primo egreditur, addatur superiori tincturæ, & ita per mensem adhuc sine destillatione circulentur. Sapor est suauis, non amarus, multo minus Empyreuma sapiens, vt fieri solet vulgariter destillando. Diligenter obseruandum materiam primo irrorandam spiritu vini, vt fiat quasi pasta, & demum oleum sulphuris affundendum, alioquin tota materia in nigredinem comburetur, id quod Paracelsus studiose occultauit.

Vires & vsus.

Vires & vsus: Balsamum Priscorum est, vt Paracelsus ait, tenuium prorsus partium, calefaciens & siccans, sicque à putrefactione conseruans. Est perfectum Elixir, in eo sunt omnes virtutes naturalis Balsami, & virtus conseruatiua maxima, præcipue in senibus.

1. Miranda in affectionibus Thoracis & pulmonis præstat.
2. Aduersus pestiferæ luis contagia populatim grassantia, aeremque corruptum maxime efficax.
3. Humores ventriculi diuersos educit, stomachum cum intestinis confortat, & à doloribus præseruat.
4. Hecticis, catharrosis & Tussientibus in genere subuenit, & pectus hoc elixir mundificat.
5. Capitis & stomachi refrigerationibus prodest.
6. Hæmicraniam & vertiginosos curat.
7. Oculorum caliginem depellit.
8. Cor & memoriam confortat.
9. Paulatim pruritum, dolorem item Iliorum & costarum lenit.
10. Calculos Renum rumpit.

11. Quar-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 187 sur 1557

11. Quartanam curat.
12. A Paralysi & Podagra præseruat.
13. Intellectum & omnes sensus acuit.
14. Melancholiam aufert & lætitiam adfert.
15. Senectutem fortissima iuuentutis conseruatione arcet, ac canitiem retardat.
16. Vitam ex nimia cibi & potus sumptione abbreuiatam oblongat.
17. Vulnera & vlcera interiora breui conglutinat tempore.
18. Omnes demum tam calidas quam frigidas infirmitates occulta quadam proprietate sanat & curat.

Dosis eius à vj. x. & xij. guttis in vino vel aqua conuenienti & specifica.

Elixir pestilentiale.

Elixir pestilentiale Crollii nostri Basil. Chym. pag. 228. Recipe florum sulphuris spagirice præparatorum vncias tres, affunde olei Iuniperini è Baccis, in Balneo prius rectificati ad eminentiam trium vel quatuor digitorum (eodem modo cum spiritu Terebinthinæ fieri potest Ballamus sulphuris, cuius tinctura postea spiritu vini extrahitur ad affectus asthmaticos) olei succini terna rectificatione in balneo ab odoris vehementia liberati quarta pars ad oleum Baccarum Iuniperi itidem affundatur, stet in igne cinerum, vel arenæ sæpius mouendo, vt flores lente sine adustione soluantur & liquescant: postea habeas Theriacæ Venetæ lib. j. ex qua optimo spiritu vini tincturam extrahes, quam à spiritu vini separatam seorsim seruata extrahe eodem spiritu, Radicum Elenii, Angelicæ, Baccarum Iuniperi contusorum & mixtorum ana vncias tres, & tincturam à spiritu vini in balneo separatam misce cum tinctura Theriacæ, ac affunde oleum Iuniperinum & succini floribus sulphuris essensificatum, ac per papyrum bibulam prius filtratum, omniaque circula lentissimo cinerum calore per 14. dies. Habebis secretum, quod in peste & morbis epidemicis ex Dei benignitate ad miraculum operari solet.

Vires vsus, ac Dosis.

Vires, vsus ac Dosis: In peste est præseruatiuum & curatiuum. Dosis vna vel duæ guttæ in vino vel aceto quotidie mane: vel singulis septimanis semel 8. vel 10. guttæ ieiuno ventriculo expectato sudo-

sudore assumantur. Præseruat à putredine & nil impuri relinquit in corpore. Correptus peste statim ab initio accipiat à scrupulo j.& ij.in vino,aceto rutaceo,vel alio liquore appropriato, & sudet, potenter venenum è corpore pellit.

Flores Sulphuru.

Flores sulphuris idem noster sympatriota sic describit:

Crudi sulphuris in medicina nullus debet esse vsus, nisi ad manus sit illud,quod in fodinis reperitur, & sciſsile vocatur, à natura purificatum,quod cũ florib. sulphuris arte paratis, nulla prorsus re pugnat. Nam vt hic artificioso igne,ita illinc naturali, pars tenuior sulphuris attollitur ad editiora loca, eaque & ratione plus coquitur: Ergo cum sciſsile ad manus est,licet loco florum vti: Sed quia raro natura nobis copiam sciſsilis suppeditat, medici Chymici cæperunt de artificio cogitare, quo in illius penuria subleuarentur.

In agro Cracouiensi in Polonia, miro artificio naturæ depuratum conspicitur, & olim in regno Neapolitano prope Puteolos vbi mons sulphureus perpetuo ardet, cum desiderio vidi. Solet in illo loco Sulphur è saxis tanquam Ros exsudare: dulciſsimus est ille flos, qui si in copia haberetur, posset verus Spagyrus singulare sibi ex illo medicamentum Chymistico magisterio elicere.

Sulphur autem ibi conficitur, postquam vi ignis à lapidibus & terra defæcatur.

Prope Salsburgum in mineris cupreis, vbi vitriolum coquunt è minera,assatione, vt vocant, Sulphur solet auolare à minera,quod deinde pollinis instar adhærere consueuit Camino, ad hunc excipiendum & retinendum fumum studiose extructo: Hic flos Sulphuris bene depuratus est,& dum à vitrioli minera sublimatur, aliquam secum aciditatem retinuit.

Huius ergo in defectu florum Chymice præparatorum, cum commodo,sicuti sæpius expertus sum,vti possumus.

℞. Sulphuris flauiſsimi (illud enim rubri coloris habet multum Arsenici & Realgaris, & in medicinam non debet adhiberi) lib.j.Salis fusi libram semis, fluat prius Sal in crucibulo, quam primum vbi fluxit effundatur & frigescat, in mortario vel supra lapidem: vitrioli Vngarici purificati & calcinati libram semis. Puluerisentur

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 189 sur 1557

sentur & miſceantur inuicem, imponantur Cucurbitæ vitreæ (cum collo mediocri non nimium capaci,) argilla bene munitæ, imponatur alembicus altus & capax cum recipiente, collocetur in cineres vel arenam, notandum tamen ne nimia quantitate arenæ cooperiatur, ne ſuperior pars incaleſcens faciat flores liqueſcere, & ſi tunc refrigeſcere ſinis alembicus difficulter aufertur, niſi admotis prunis iterum liqueſcat: Non opus eſt luto, ſi bene quadret capitellum, niſi velis chartam farina madidam circumducere. His peractis, da initio ignem lentum, poſt tres horas phlegma ſtillare incipiet, & durabit per 4. vel 5. horas: Ignis augendus eſt ſenſim magnis carbonibus, vt tandem patina in qua eſt arena, rubeat: Si ignis eſt continuus, ita vt Sulphur in alembico quaſi fluat, tunc citius ſublimatur, non tamen ſit exceſſiuus, alioquin non flauo colore ſegir aſcenderet.

Flores aſcenſi in alembicum cito eximantur, chartam videlicet rotundam & quadrantem ſemper ſubtus tenendo, ne ſubleuando capitellum flores in arenam cadant, & interea, ſi Cucurbita tunc ſumme calet, ſine mora orificium eius tegatur, ne Sulphur ab aere ingrediente, vt ſæpe fieri ſolet, accendatur, & reponatur Alembicus, igniſque continuetur ad decem horas.

Refrigerentur poſt abſolutam ſublimationem omnia, & remoto alembico flores accipiantur, ac cum prioribus miſceantur: Caput mortuum in quaque ſublimatione ſit peroſum & friabile, prunis aſperſum non amplius ardeat: Id enim ſignum eſt priuationis omnis bonitatis.

Rurſus hos flores miſce cum Sale nouo & vitriolo ſeruata priori proportione, perge omnino ſicuti prima vice, quod quo ſæpius fit, eo plus tenuitatis acquirunt flores, fiuntque magis ac magis putiores. Tertio pariter facito, ſed pauciores flores habebis: à tribus libris ter ſublimatis habebis vncias viginti. In hac tertia repetitione conſiſtere debes, eo tum quod plurimum decedit, tum quia tandem vtiles partes ſulphuris figuntur.

Horum Florum dimidiam partem cum gummatibus ſequentibus ſelectiſſimis in tenuiſſimum puluerem tritis, mixtam ſeruabis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 190 sur 1557

ad vſum, vt monet Paracelſus in lib. Paragraph. & lib. de natura, libro & capite de ſulphure.

℞. Florum ſimplicium ſulphuris ter eleuatorum vnciam j. & ſemis. Myrrhæ ſelect. drachm. j. Aloe epatici ſcrupulum j. Croci grana quindecim. Terræ Sigillatæ ſcrupulum j. Sacchari quantum ſatis. D ſſoluatur in aqua Roſ. vel pectorali & fiat maſſa, ex qua formentur Rotulæ.

Alteram partem modo ſequenti ſublimabis, quamuis ſint qui putent gummata inter ſublimandum comburi: Eleuatio ideo lente fiat ſine aduſtione.

℞. Ergo dictorum florum lib. j. & ſemis. Colchotaris vncias ſex, Salis fuſi drachmas quinque. Myrrhæ Alexandrinæ ana Thuris, vncias tres, Aloes ſucco citrini, purificati prius, vncias quatuor. Maſticis vncias tres, Croci vnciam ſemis.

Omnia trita ſimul & bene mixta imponantur priori vaſi, ſi ſit adhuc integrum, vel recenti, additoque alembico in furnum reponito, ignem ſubdito, ſicuti prima vice feciſti: Poſt duodecim horas extrahe flores, qui aſcenderunt, rurſus Alembicum repone & ignem continua per duodecim alias horas. Nota ſi nimium materiæ vna vice imponis, tunc comburitur, eminentia trium vel 4. digitorum ſufficit: Tunc ex libra vna vncias vndecim florum habere poteris. Quod ſi pauciores habueris, repoſito alembico perge adhuc ignem ſubminiſtrare per duodecim alias horas.

Aquæ ſtillantes ex vnaquaque ſublimatione, tam florum ſulphuris ſimplicium quam compoſitorum in recipiente adaptato, colligantur ac ſeorſim ſeruentur, illæ poſtea rectificatæ, in balneo bullienti miſceantur cum aqua illa, quæ ab vltimis floribus cōpoſitis abſtracta eſt, nec rectificatione eget, coloris lactei propter gummata, & ſaporis acidi: hæc ſeorſim colligenda, ne miſceatur cum oleo ſubnigro, quod ſubſequi ſolet.

Vocant hanc Aquam Ens ſeu Lac Balſami, cuius idem vſus qui Florum. In peſte, Febribus, Pleureſi, Colica, Affectibus Pulmonum, Obſtructionibus hepatis.

Doſis pro natura infirmi & iudicio præſentis medici.

Vires, Vſus, & Doſis florum ſulphuris.

I. In peſte ſummum eſt curatiuum & præſeruatiuum: reſiſtun-

fistunt enim impressioni & præseruant à putredine: Cum extracto Enulæ Campanæ ad miraculum operantur tempore infectionis.

Dosis drachma vna in aqua Carduibenedicti, vel in Theriaca. Vel in vncia vna Syrupi de Citro, & vnciis duabus Aquæ Melissæ. Hic haustus præseruat, & curat absque omnia alia medicina, vt πο ύχης ον Pestem, Pleuritidem, omnes putrefactiones, Apostemata. 2. Quotidianus vsus est προφυλακτι ον omnium morborum, cum accidentibus, & naturæ sanitatis conseruatiuum. 3 Offertur in omnibus morbis, qui efficaci exiccatione opus habent. 4. Sudorem in Lue Venerea promouent. 5. In omnibus Pulmonum affectibus, asthmate, tussi antiqua & recente: In catarrhis pectoralibus, phlegmaticis. 6. In Pleuresi. 7. In Colica. 8. In Apostomatibus & putrefactionibus corporis. 9. In omnibus Febribus præseruatiuum: tollunt enim omnes impuritates febriles & peripneumonicas leuiores, tuto & subito. 10. Præseruatiuum etiam in Epilepsia. 11. Conseruatiuum vini, si illi immisceantur impedit generationem calculi.

Dosis drach. j. robusto iuueni drach. semis in cura.

Pro præseruatione grana 8 10.

Miscentur etiam Saccharo & cum Dragac. in aqua pectorali soluto formentur tabellæ.

Cautio.

Oleum & flores sulphuris sublimati grauidis non temere offerantur, quia menses promouent.

Electuarium contra pestem, phtisin & pleurisin, cum floribus sulphuris: Recipe florum sulphuris drachm. x. Myrrhæ drach. ij. ß. Aloes drach j ß. Croci drach. ß. cum rotulis sambuci aut ebuli, fiat Electuarium mouens sudorem.

Iatrochymia nostra secundum Bornettum, sic commendat Sulphur.

Sulphur est succus mineralis pinguis, fætorem acrem & pungentem

gentem emittens, habens partem ſubtilem inflammabilem, craſſam, terream, fixam, intermiſtam calchantoſo ſucco.

Virtus eius medicamentoſa eſt concernens pulmones, thoraciſque affectus, tum conſolidatiua.

Ex eo hæc præcipue medicamenta conficiuntur: Flores, Balſamus, tinctura & oleum, idq; duplex.

Flores ſulphuris. Rec. Sulphuris partem vnam, vitrioli ad flauedinem calcinati, & ſatis communis fuſi ana partem ſemis: terantur ſimul, miſceantur, induantur ſublimatorio vitreo, apponatur alembicus ſalis capax appoſito recipiente, omnibus iuncturis bene clauſis, detur ignis per gradus in arena, primo lentus, deinde fortior, tertio fortiſſimus. Ita flores ſulphuris aſcendunt in alembicum, ſublimatio perficitur duodecim vel quindecim horis.

Hi flores exempti teruntur & miſcentur cum nouis ſpeciebus nempe calcinato vitriolo & ſale fuſo, peragitur ſublimatio, vt prius, tertioque ſublimatio repetitur.

Alio modo.

℞. Florum horum tertiæ ſublimationis partem, Aloës, Thuris & Myrrhæ ana partes duas, vitrioli ad flauedinem calcinati partem vnam, Croci partem ſemis, trita & miſta idoneo ſublimatorio indantur, quibus affundatur liquor, qui in prima & ſecunda ſublimatione emanauit in recipiens vas: euocetur primo liquor, tandem etiam flores auctiore igne, continueturque ſublimatio, dum flores omnes aſcenderint. Liquor vitro bene clauſo ſeorſim ſeruetur: eſt enim balſamus pulmonum, quem hoc modo adminiſtrabis.

℞. Betonicæ, liquiritiæ, pulmonariæ, imperatoriæ, polypodii ana, fiat decoctio. Huius potionis, mane calefactæ, patienti propina vncias duas vel tres, cui viginti guttas ſupradicti liquoris infundes, mirabilem videbis effectum in Thoracis & pulmonum affectibus. Liquor iſte ſudores prouocat, peſtem pellit, omnemque hepatis inflammationem eiuſque obſtructiones aperit.

Florum vero vſus eſt in putredine ex vlceribus, pulmonibus, atque adeo in phthiſi. Doſis eius à ſcrupulo ſemis ad drachmam ſemis.

Flo-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 193 sur 1557

Florum Sulphuris ter ſublimatorum, vt prius partes duas accipe, Camphoræ partem ſemis, olei Therebinthinæ partes octo, flores & Camphoram trita & cribrata per ſetaceum, pone in cucurbitam ſtrictioris orificii: ſuperfunde tuum oleum: omnibus bene obturatis, colloca vas in arenam, & da ignem lentum per duas horas, vt arena caleſcat, poſtea augeatur ignis, vt bullire incipiat in vitro, ſic ſulphur reſoluitur in oleum. *Balſamus ſulphuris.*

Hic eſt Balſamus admirandus in vulneribus & vlceribus medendis, tumores emollit & diſcutit. Adhibetur autem vel per ſe vel vnguenti forma, vel in emplaſtrum cum aliis redactum. Conuenit autem hic balſamus magis exterioribus quam intrinſecis.

℞. Florum ſulphuris ter ſublimatorum, quibus affunde ſpiritus Therebintinæ ad eminentiam trium digitorum, pone ad digeſtionem in calore mediocri arena vel cineribus. Ita tingetur ſpiritus Therebinthinæ in rubrum colorem. *Tinctura ſulphuris.*

Hunc ſpiritum tinctum effunde, & vitro clauſo reſerua, floribus relictis affundatur nouus ſpiritus Therebinthinæ, extrahatur tinctura, iſque labor tantiſper reiteretur, dum tota tinctura ex floribus euacuata fuerit, & nihil præter fæces in fundo remaneat: ſpiritus omnes tincti miſceantur in balneo, à tinctura abſtrahantur ad craſſiuſculam conſiſtentiam. Tincturæ relictæ affundatur ſpiritus vini optimus ad eminentiam trium digitorum. Item extrahatur tinctura, tinctus ſpiritus effundatur, vt prius, affuſo nouo, dum iterum tota tinctura euacuata fuerit: tunc demum iterum per balneum ſpiritus V. euacuetur: ita remanet in fundo tinctura ſulphuris, medicina nobilis abſque fœtore; quæ ſi per alembicum vel retortam in arena agatur, prodit præſtantiſſimum ſulphuris oleum.

Hæc tinctura & oleum ſulphuris maxime conuenit thoracis, & ad omnes hepatis ac putridis morbis & affectibus: Huius guttulæ tres aut quatuor exhibentur cum aqua hyſſopi, ſuſpirioſis & purulenta expuentibus. Habet hoc oleum peculiarem vim & facultatem attrahendi fiſſuras ani, fiſtulas, apoſtemata, pruritum, procidẽtiam, mariſcas aliaque vitia leui contactu vel illita ſanat. Item ventriculũ, hepar, lienem, matricem, veſicam, inteſtina, & articulos ex humorum abundantia laborantes, vel putrefactione affecta membra curat. In dolore ventriculi aut coli ex flatu datur: cũ aqua Chamomillæ: I-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 194 sur 1557

læ: Item in annexoria vel orexi, quæ à redundantia phlegmatis existit, cum aqua absinthii: In hepatis frigiditate & hydrope cum aqua agrimoniæ. In dolore matricis cum vino decoctionis betonicæ & matricariæ. In vrinæ suppressione cum vino allii recocti: In Morbo Gallico exhibetur cum aqua fumiterræ: contra vermes cum aqua graminis vel absinthii: In splenis vitiis cum aqua tamariſci aut capillorum Veneris.

Curat pestem ac febrem pestilentem cum aqua pimpinellæ vel sale eius: item cum vino raphani decocti, cui admistum sit parum Theriacæ aut Mithridatii. In summa, hæc tinctura & hoc oleum sulphuris adeo efficax est, vt neq; viuum corpus, neq; mortuum ad putredinem transire sinat: sed adeo integra tuetur, vt nulla vnquam cœlestis impressio, vel ab elemētis, pfecta corruptio ei adesse possit.

Oleum sulphuris acidum.

Campana vitrea lutata, vel alembicus vastus rostratus à filo ferreo suspenditur: subtus accommodetur parobsis lata, siquidem cāpana vsurpatur: Sin alembico Receptaculū admoueatur rostro, imponitur concha in qua lata ferrea lamella: in hunc Sulphur collocatū incenditur per ferrum ignitum: operaque detur, vt fumus ascendat recta, si absumpta est pars sufficitur noua, & spiritus coagulatus defluit. Campana tamen à pauimento debet distare, vt non suffocetur flamma: si Sulphur purum est, spiritus decurrit albus, sin impurum à flamma vitiatur & nigrescit: corrigitur tamen desti lando. Empyreuma in eo tollitur digestione cum spiritu vini destillatione ab oleo abstracto.

Vsus huius spiritus est ad obstructiones pulmonum, ad gangrænam, fistulas, aphthas, hydropem, dentes infectos, febres, calculum, apostemata, cauernosaq; vlcera, corrodit Argentum, proinde non potari debet, nisi cum cautione in conuenientibus Iulepis.

Flores sulphuris.

Beguini sententia & præparatio de sulphure hæc est: Flores sulphuris parantur miscendo æquales partes sulphuris & colcotharis perfecte rubificati exsiccatiq;: & sublimando per arenam ex cucurbita, (spacio tamen octo horarum operatio hæc perficitur, nec tanto opus est igne, vt in Antimonio) dicetur. Secundo sublimantur cum Saccharo candi solo, vt maius ad Asthma & alias pulmonum affectiones conferant auxilium. Fit ēt hæc florum præparatio, miscēdo ad libram j. sulphuris, libram j. & ß. farinæ laterum: Vel, ad librā sulphuris,

phuris,addendo Colcotharis & ſalis decrepitati ana lib.ß.vel per ſe etiã abſq; vlla additione.Flores hi valde reſiſtunt putredini, ac propterea in peſte tam præſeruationis,quã curationis gratia, vel in aqua Cardui benedicti,vel Theriaca, vel Syrupo Citrio, vel aqua Meliſſæ,ad drachmam j. vtiliter vſurpantur.Præſeruant à febribus & Epilepſia.Sudorem in lue venerea promouent. Conducunt in omnib. morbis,qui exiccatione opus habent: in omnibus pulmonum affectionib.aſthmate,tuſſi antiqua & recente, Catarrhis ad pectus defluentib.pleureſi, colica: apoſtematib.& putrefactionib. corporis.

Tinctura ſulphuris.

Tinctura ſulphuris:Liquefac Sal Tartari in tigillo, flores itẽ Sulphuris in alio tigillo:poſtea ſimul miſce,& ſpõte infrigidari. p mitte. Maſſam tere,cui ſpiritum vini ſuperfunde,ad eminentiam 4.digitorum.Digere:donec colore rubicundiſſimo fingatur: menſtruum ſeparatum per ß.euoca. Hæc tinctura eſt verus pulmonum balſamus.

Spiritus ſulphuris.

Spiritus Sulphuris: Ponatur ſub campana vitrea,vas terreum cũ ſulphure, quod accendatur.Ita vero vas ſubiectum ad campanam adapteturne fumi egredientes flammam ſuffocent; ſed libere in illam ſubuecti in liquorem dẽſentur, qui in ſcutellam appoſitam deſtillet. Ex lib j.elici poteſt vncia vna,tantæ efficaciæ,vt Leonhardus Fiorauãt.eius intra corpus aſſumti vires nõ ſatis admirari poſſit.Dari vero poteſt,cũ aquis appropriatis,aut Syrupis,ad guttas iiij.v.vj.& eõ miſceri cũ electuariis,& pilulis, tã in morbis calidis, quã frigidis. Exterius etiam prodeſt ad dẽtium dealbationẽ, vlcera luis venereæ, gingiuarum, verrucas,ani & cæterorum membrorum fiſtulas: Appellatur etiam oleum,ſed κατ' ἐξοχήν.

Oleum ſulphuris.

Oleum ſulphuris:Recipe ſulphuris triti li j.Calcis viuæ li.ß. Salis Mercur.vn.iiij,miſce & p retortã deſtilla.Ad vulnera & vlcera vtile.

Balſamus ſulphuris.

Balſamus ſulphuris:Recipe florũ ſulphuris vnc.ij.Ol. Therebinthinæ vn.iiij.Miſce,& vitrũ in arena colloca,vt ſpacio octo horarum lente bulliat,& fiat inſtar ſanguinis.Tũ ſuperfunde aquã communẽ: & per alembicũ deſtilla oleum ſuperfluum cũ aqua.Manebit in fundo Balſamus ſulphuris: à quo tincturam per S.V.extrahere potes,& coagulare, quæ in aqua Hyſſopi vel Syrupo liquiritiæ, datur à tuſſi vexatis,propter pulmonum affectus. Valet etiã ad vlcera maligna.

Oleum ſulphuris.

Hic recenſendæ ſunt quorundam opiniones & præparationes de oleo ſulphuris: Matthiolus eius talem tradit modum:

Vitreum

Vitreum vas tintinnabuli non absimile, illitum figulari luto, à terra 1. cubiti mensura, æneo vel ferreo filo suspendens, sub quo metretam vitream maioris circumferentiæ, in cuius medio inuersus fuerit cyathus, statues. Porro cyathi fundus ferream bracteam digitorum 4. latitudinis ex igne candentem sustineat, ex qua Sulphur accendatur. Hoc dum comburitur, recentius superaddatur. Inde fiet, vt ex fumo ascendente suspensum vas breui temporis interuallo guttatim in inferiorem Paropsidem destillet oleum: quod diligẽter collectum, vitrea conseruabis ampulla. ℔. j. Sulphuris dat drachmam j. Olei. valet præcipue ad fistulas, & ad curanda oris vlcera, quæ Gangrænas appellant: in quibus curandis maxime excellit, &c.

Alii ad partem vnam sulphuris triti, addunt partem alteram silicum, in puluerem itidem redactorum. Hanc mixturam in retorta ad leuissimũ ignẽ apponunt, & oleum optimũ eliciunt. Vsurpãtur in morbis frigidis, quorum sunt humores vel frigidi, vel putrefacti, aut in quibus flatuum est copia; vt in febrib. putridis, tertianis, quotidianis, quartanis, in peste, in vulnerib. in vlcerib. maxime cauis & sinuosis, in affectib. plerisq; cerebri, oris, dentium, ventriculi, hepatis, lienis, matricis, vesicæ, intestinorũ, & articulorum, iis videl. qui ex humoris abundãtia, aut putrefactione proueniunt; Datur a. pauxillum huius olei, cũ destillatitio liquore, vel decocto herbæ conuenientis, pro cuiusq; partis & affectus qualitate. Mensuræ modus hic est: Gallinæ penna in oleum intingitur, atq; inde mox extrahitur, & quod adhæret pinguedinis vel olei pennę, id in liquore, seu decocto diluitur: & datur bibendum ægroto; In febre quidem quotidiana in vino decoctionis Rorismarini aut Menthæ, paulo ante accessionem. In tertiana, cum decocto centaurii in vino. In quartana, cum aqua Buglossi. In peste, cum vino decoctionis Raphani, cui admixtum sit parum Theriacæ, & Mithridati. In vlceribus & pustulis oris, penna aut gossipium oleo madens loco vlcerato admouetur leniter: ita contactu olei aliquoties repetito, persanatur malum. Epilepticis in decocto Betonicæ, Pœoniæ propinatur. Tussientibus cum semine vrticæ & hyssopo coctis in vino. In Anorexia, quæ redundantia phlegmatis existit, cũ aqua absynthii. In dolore ventriculi & coli ex flatu, cum aqua Chamomillæ. In hepatis frigiditate & hydrope, cum aqua Iridis, Chelidoniæ, & melle. In obstructionibus & do-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 197 sur 1557

& dolore lienis, cum aqua Tamaricis. In morbo Gallico, cum aqua fumiterræ & florum Geniſtæ. Contra vermes, in aqua graminis aut Abſinthii. In dolore matricis, cum vino decoctionis Betonicæ, & Matricariæ. In vrinæ ſuppreſſione, cum vino decoctionis allii. Ad podagram frigidam, cum aqua Chamæpityos. Atq; in his omnibus idem vtendi modus eſt: is videlicet, qui ſupra eſt expoſitus, de penna oleo imbuenda, & mox diluenda in idoneo liquore. In vulneribus autem & vlceribus, locus affectus oleo linendus eſt cum penna leuiter. Dens cum dolet, eodem leuiter attingendus. Sed ſi pariter omnes doleant, decoctum Menthæ calidum, cui immixta ſit Olei guttula j. vel ij iij ore continendæ ſunt.

Alii ſic conficiunt: Sulphur pulueriſetur ſubtiliter, & de pumice tantundem piſtetur: quæ duo miſceantur ſimul, & ponantur in retortam, cui adiunctum ſit ſatis amplum & magnum recipiens; & bidui ſpacio, leuiſſimo igne, Oleum ſulphuris diſtillabis. Addit autem pumex, ne ſulphur aſcendat, ac etiam citius vapores ſurſum mittat. Eędem pene facultates aſſignantur ei, quas modo ſupra recenſuimus: niſi quod in pauciſſimis hanc diuerſitatem notauimus. Valet ad vulnera accipiendo puluerem ex foliis quercus, pimpinellæ, agrimoniæ, conſolidæ maioris, Hyperici: quibus omnibus bene contuſis, decoquantur in vino: & colaturæ admiſceatur pauxillum huius Olei, aut ſaltem quantum ſatis ſit pro malitia & magnitudine plagæ. Cum hoc decocto lauetur vulnus recens, aut inueteratum vlcus, & ſubito curantur. In morbo Gallico poſt ſufficientem purgationem, valet oleum eodem modo, quo ſupra.

Alius ſic vult: Pecciolas ſulphure obductas ferreo vel æreo filo affixas, atq; igne accenſas in vitream cucurbitam amplam conijcio, ita tamen, ne fundum attingat ſulphur, mox alembicum breui roſtro, cui recipiens vas amplum, aqua vitæ ſemiplenum ſit appenſum, ſupimpono, vt fumi partim in recipiente colligantur, partim in fundo & lateribus cucurbitæ tanquam ſal ſiue calx adhæreſcãt: idq; toties repeto, donec ſufficiens calcis quantitas fuerit collecta. Quo facto, materiam in recipiente in cucurbitam infundo, vt omnẽ ſalem imbibat: mox per pannum linteum colo: deinde in retorta, primo quidem igne lento, poſtea vehementiore deſtillo, quouſq; ſpiritus omnes exierint: demum aquam ab oleo p B, Ma-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 198 sur 1557

riæ (vt in vitrioli Oleo fieri ſolet,) ſeparo, atque ſic acerrimum & non ingratum Oleum (ex lib. ſcilicet j Sulphuris, drachmas ij Olei ad minus) colligo.

Alius ſic Recipe ſulphuris calcinati lib. ij. Infundatur in aceto, ℔ iiij. vel vj. digitis ſupernatet acetũ in cucurbita: hinc in fimo equo ſepeliatur, 4. Hebdomadis. Poſt diſtilletur igni forti, tunc aſcendit ſpiritus ſulphuris cum aceto: quod iterũ ſepeliatur in fimo equino per 2. aut 3. dies: poſt in vaſe lato, non ſtricti orificij euaporetur acetum, tunc manebit ſpiritus & Oleum ſulphuris in fundo. Idem oleum iterũ ſepeliatur in fimo ad 8 dies, poſt deſtilletur per alembicum, & tunc vltimo in fimo abſcondatur per menſem j. Et ſic purificabitur oleũ ſulphuris. Eſt magnę virtutis. Exhibeantur guttæ iij. ad ſummum. Idem fimus equi ſemper eſt renouandus.

Idem ille: Recipe ſulphuris triti vnc. ij. Fæcularum vini in puluerem contuſarũ vnc. j. Calcis viuæ & contuſæ vncias viij. Miſcẽtur ſimul, & in ampulla incuruata vrgentur, vel: Recipe ſulphuris l. j. ſ. Salis Ammoniaci vnc. iiij. Calcis viuæ li. j. Miſcentur, & aqua in qua ſalis modicũ ſolutũ ſit, ℔ funduntur, oleumq; ex retorta deſtillatur: ℔ à phlegmate ſeiunctũ, vitreo probe reconditur. Efficaciſſimũ quoq; oleũ ex ſulphure prouenit, quãdo totius eſſẽtia per acetũ ſtillaticiũ, & fæcularũ vini in calcẽ redactarũ ſalẽ, ita extrahitur, vt poſtea balſami inſtar ex opculo deſtillet: ℔ nõ ſolũ externis corporis vitijs, verũ etiã ad interna potu aſſũptũ ſaluberrimum exiſtit.

Plerique Oleum Sulphuris ita eliciunt, accipientes vrinæ puerorum li. xvj. antea deſpumatæ, calcis viuæ recentis li. iij. ſimul ferueant ad tertias: mox per filtrum excolentur: tum addentes Sulphuris viui, optime in puluerem redacti lib. j. Simul ferueant, dum medietas abſumatur, in vaſe vitreo, aut vitro oblinito: inde per filtrũ percolatur: poſtea vaſe vitreo, pileoque roſtrato impoſito, deſtillat liquor, primo perſpicuus, deinde Oleum aureo colore, quo ad neruos contractos, ad Cancrum, malignaque & antiqua vlcera, & ad frigidos affectus exteriùs vtuntur.

Aliter: Sulphur ignẽ nõ expertum cũ vrina pueri 3. diebus in fimo equino calido macerato: habeas deinde catinũ magnũ, valde cauũ, in quo collocetur cucurbita, ad latus, luto incruſtata, quæ Sulphur continet, prius tamẽ inſtrato fundo catini cinere calidiſſimo,

& prunæ

& prunæ addantur, dum tota Humiditas egressa sit: addatur deinde recipiens vas, & rimæ stipētur glutine, ex farina: & candido oui, linteo circunducto. Postea carbones flagrantissimi assidue supra cinerem illum calidū aggregentur, donec spiritus atque Oleū egrediantur, q̄ colligendum est, vt Oleū Chalcanthi: & similis est vsus.

Alius hoc modo: Sulphur præparatum decoquatur cum Oleo lini, lentissimo igne subiecto: & fiat cōcreti sanguinis instar. Refrigerata materia iniiciatur in retortam, & subiiciendo ignē destillabit oleum sulphuris rubicundissimum. Fit etiam, si sulphuri furfur commiscetur, & destilletur.

Oleum sulphuris vitriolatum.

Quidam oleum sulphuris vitriolatum sic concinnare mandant: cape sulphuris viui p. j. cum quo misceas, lento igne, liquefacti vitrioli puri tantundem, vt vnum fiat corpus. Hoc depellatur per descensum: & oleum rubicundum in receptaculum descendit.

Oleum sulphuris terebinthinatum.

Aliud: si florum sulphuris lib. j. admiscentur ij. aut iij. olei terebinthinæ, in calore sicco soluentur flores in oleum rubicundissimum: tum rite & artificiose separato menstruo, sulphuris rubinus circuletur cum vino Alkoole per 8. dies; & habebis oleum sulphuris, quod naturalis Balsami vires obtinebit.

Oleum sulphuris acidum.

Aliud: Acidum autem sulphuris oleum fit ipso accenso, & superpositā campana, aut vitro satis capaci, ad retinendos vapores, qui in oleum illud acidum conuertuntur.

Audienda etiam sententia Libauii qui in cōment. Alch. p. 2. lib. de nat. metal. c. 11. p. 22. sic ait: sulphur est succus mineralis pinguis, fœtorem acrem & pungentem emittens, habens partem subtilem, inflam̄atilem, partem crassam, terream, fixam, intermistam succo chalcanthoso. Itaq; ob illam inflam̄atur facile, ob hanc figitur vt nullis ignibus possit incendi. Metallorum pater dicitur, cum accedit spiritus metallicus seminali metallorum virtute imbutus, quo fit, vt coagulet Hydrargyrū. Alias illo destitutum destruit metalla, non pficit. Sal ex eo albū fixum est, & albā tincturam conferre potest. Duplex est sulphur, vulgare & philosophicum. Hoc cū spiritu metallico est, illud eo caret. Itaq; hoc nō figi potest Hydrargyr⁹, nisi q̄ tantū comprehendat, aut chalcanthoso ei⁹ spiritu geletur: Illo v. potest, & pfecte q̄dem, si pfectum est: cum aūt in mineris inueniat etiam sulphur vulgare, q̄ tamen inimicum est metallis, quorū

humorem absorbet & destruit, sicut stibium, cadmia, & alia, consentaneum est in hoc illud contineri & absumi in metallum accessu Mercurii, vitioso foris relicto. Rubeam in eo Tincturam quærunt Chymici, & in oleo rubro gradationem; sed quæ non faciant ad opus maius. Per id examinantur metalla, sicut & per stibium. Idē mirabiliter in sublimatione diuiditur in partem terream, & volatilem: & hæc vicissim redigitur ad mediam naturam leniſſimo igni, diuaporante spiritu igneo. Quod restat, figitur, & ad Tincturam reducitur. Ex eo cum Hydrargyro fit Cinabaris, & si cum cupro jūgitur, euadit color violaceus, ad Medicinam sublimatur ter ex colcothare & Aloe Myrrhaq́;, & commendatur ad pulmones; Fit ex eo Balsamus per spiritum Terebinthi, ceram, oua, & alia, cuius vsus est in omni solutione continui in corpore animalium, ubi adhiberi potest maximè foris. Resistit putredinibus, & vnis, &c. Liquorem acidum chalcanthini spiritus æmulum ex fumo reddit. Plinius cōmendat ad purulenta tussientes, suspiriosos, &c. Sed, rejiciendus est error officinarum, qui nobis obtrudit glebam saxeam pro viuo sulphure, quod debet pellucere, cū rubedine vel virore. Id. ille li. & tr. 2. Alc: de ext. c. 40. Flores sulphuris sic describit: Per se sulphuris flor. fiunt, si sulphur viuum aceto stillatitio probe repurgatum, exiccatumq́; in sublime agatur, vel citrinū aqua roris stillatitia ardēte item elutum admista arena sublimetur secundum artem. Quod ascendit, abrasum ab alembico leuiſſimo igni quasi torretur, in sublimatorio tamen, vt volatilitate ignea & noxia remota, media assit substantia. Cum additamentis præparantur variè, iiq́; vel citrini, vel niuei. Citrinorū hic est apparatus: Sulphur vivum vel citrinum ter coquatur aceto stillatitio, adhibita diligente despumatione. Resiccatum affuso V.S. stet in digestione per 8. dies in diesq́; aliquoties moueatur. Spiritus abstrahatur destillando, & reddatur alius, idq́; ter repetatur. Ita præparatum misce cum colcothari pari, tantundemquè sale fuso, & probè subige, vt vndiquaque fiat homogenea substantia, immitte in aludelem cum alembico cœco, perforato tamen de more, cuius foramen linteo tegatur, & ipse ne à spiritibus submoueatur, ferreo circulo degrauetur. Colloca in arena, lentoq́; igni humidos euoca spirit⁹. His dissipatis, clausoq; forāine per conū mobilem, ignem auge, & siccos spiritus sublima, quoad satis. Si a-

Flores sulphuris.

lembi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 201 sur 1557

lembic⁹ nimis impleretur, muta cum nouo. Quod ſublimatum eſt, cum nouis additamentis ſecundò atq; etiam tertiò ſublima. Flores ablue aqua roſacea, vel alia cõueniente; ſiccatosq; repone. Huius loci ſunt flores ad pulmonis affectus facti; vnde pulmonum Balſamus à nonnullis appellantur. Sulphur aqua roris deſtillata elutum diligenter, primum ſublimatur à colcothare: ſecundo à ſale fuſo: tertiò ab Aloe, Croco & Myrrha, itaq; elaborantur, vt etiam euadant balſamei. Horum vſus eſt in putredine & vlcerib⁹ pulmonum, atq; adeo etiam Phthiſi; dantur cum magiſterio coralliorũ vel tinctura: aut ſyrupo de Hyſſopo & ſimilibus. Alij in peſte adhibent cum ſucco ſcordij & aqua eius, tum in febribus putridis & ſimilib⁹.

Florum ſulphuris niueorum talis eſt præparatio: Sulphuris purgati, aluminisq; vſti, ſingulas ſelibras contritas commiſce, & ſublima cum attentione ſpirituum humidorum, ut eſt artis per gradus ignis horis 12. Quod eleuatum eſt tritum remiſce capiti mortuo, & ſublima iterum, quod quinquies vel toties repetendum eſt, donec feces prunis injectę non redoleant. Flores tales iterum cum duplo ſalis communis præparati ſublima; tandemq; cum nouo ſale iterum quinquies, quousq; ut nix albeſcant. Eodem lib. tract. 1. c. 28. pag. 81. Liquorem ſulphuris ita deſcribit: Hoc ſublima; ſublimatum læuiga; macera aqua ſalis tartari, donec ſubtilitas ingrediatur per mutationes & læuigationes crebras. Procede poſtea, ut cum carabe. Aliter: Sulphuri affunde aquam fortem ad digitos 4. Macera. Deſtilla ter vel quater, vt nigrum & fixum absq; fœtore reddatur, nec inflammetur. Edulcora a. aliquoties aqua communi. Inde reuerbera, donec erubeſcat. Pone in marmore ad ſoluendum. Ex Thoma de Aquino. Reſoluendum a. ita totum eſt. Aliâs ſi eſſentia ſubtilis ſaltẽ exit, pertinet ad Oleorum arcanum. Eodem lib. tract. 2. cap. 9. pag. 132. de tinctura ſulphuris ait: Sulphur eousq; ſublima vel reuerbera, donec rubeum efficiatur. Inde dicitur Tinctura per liquorem Tartari & V. S. Quercetanus extrahit ex floribus, cum V. S. Terebinthinato factis digeſtionibus. Tincturam rubeã circulat, cum V. alkoliſato. nominat Balſamum. Aliter: ſulphur vivum miſcetur cũ pari aqua ſalis tartari Coquuntur, donec coloretur aqua: filtratur, coagulatur in ſanguineam maſſam. Penotus tincturam eiuſmodi vocat Balſamum ſimplicem ſulphuris, extrahitq; per V. S.

Flores ſulphuris albi.

Liquor Sulphuris.

Tinctura ſulphuris.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 202 sur 1557

Ex floribus miſtis oleo terebinthinato ſuper cineribus horarum 10. ſpatio, &c.

Alius ſic: Recipe ſalis ammonii correcti drach ;j. hydrargyri didrach: Cum lignea ſpata ſuper igni paruo agita, donec acquirant colorem puniceum, cauendo ne efferueſcãt. Impone in orbẽ ligneum humectatum, & dicitur euadere cœruleum. Tritum pone in cucurbitula & affunde ſ. v. rectificatum, & aiunt abire in colorem ſanguineum. Hoc vinum ſublimatum extrahit colorem ſulphuris ſine igne. Adiice ergo ſulphur, ſtent in hypocauſto per diem naturalem donec ſubſideant. Vinum defunde & ſerua. Alii injiciunt ſulphur pulueratum in vrinam veterem, & ordine tincturam extrahunt. Coagulant, coagulatum cum aceto in magno vaſe ponunt ad ignem lentum, ſi quid pingue innatat, id tollunt cum penna. Tinctura remanere volũt inſtar clari auri. Eodẽ modo elicitur tinctura ex Auripigmento, Arſenico & ſimilibus. Eius tinctura (inquit lib. & tract. cap. 4.) ex floribus eſt extracta & per quintam eſſentiam ſumme elaborata. Eodem loco cap. 23. pag. 140. ſic deſcribit eius oleum. Sulphur ter ſublimatum in vitro perfunditur S. Terebint: quantus ſatis ad ſoluendũ. Stent in calore leni, quousque colorentur vt ſanguis. Affunde v.ſ. optimum ad tres digitos. Relinque donec ſ. v. tingatur. Effunde reaffuſſo alio, & extrahe tincturam totã. Spiritum deſtilla in B: quo extracto, muta receptaculum, & igni intenſiore exibit oleum ſulphuris rubicundum non fœtens. Aliter: ſulphuris libra infunditur ter aceto. Siccatũ pulueratur. Puluis circulatur cum v.ſ. Deſtillatur igne B. idque ter repetitur. Loco vini ſpiritus aquam roris ſumere potes. pulueris tandẽ libræ miſce Vñc: j. Spiritus terebinth: Macera donec colorentur in vitro forti. Affunde poſtea v.ſ. & extrahe tincturam per triduum vino ſubinde mutato. Deſtilla tandem tincturam, & ſpiritus exibit prior. Auctiore igne excipies oleum rubeum mutato receptaculo. Alii addunt præparatum ſalem petræ, vel calcem tartari. Interdum ei affunditur v.ſ. & aliquoties incenditur, reſtinguiturq; (injecta arena) poſt deſtillatur vt oleum philoſophorum & datur intra corpus. Nonnulli extrahunt eſſentiam per acetum radicatum & ſalem tartari. Extractam deſtillant per Alembicum. Alius coquit in vrina pueri, donec conſumatur ea, poſtea deſtillat per gradus, in fine valido igni elicit oleum ru-

Q. Eſſentia ſulphuris. Oleum ſulphuris.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 203 sur 1557

um rubicundum. Alius item coquit ex oleo communi in maſſam epaticam, quam deſtillat ad vlcera. Quidam cũ ſilicibus igni lento, vaſto receptaculo, deſtillant biduo per retortã, vt Geſnerus. pro ſilicibus pumex eſt. Deſti latur & cum cera, additis ſilicibus vel ſale. Calx item ſulphuris aceto infunditur per menſem, deſtillatur igni forti. Quod exiit per triduum maceratur in fimo. Acetum diuaporatur vaſe aperto. Spiritꝰ & oleum ſulphuris in fundo manent. Aliter: ſulphuris libram coque ex olei lini libra, deſpuma, cum ſpuma apparet rubra, affunde acetum, & porrò deſpuma, poſt adde cholcotaris Vnc: ij. calcis Vnc: x. deſtilla donec non amplius aſcendat ſpiritus, ſepara. Coquunt & in formam epatis, & deſtillant lacteum humorem, cui innatet oleum rubeum, utile ad gradationes, &c. E vulgo aliqui ſulphuris trientẽ miſcent calcis viuę Vnc: ij adduntq; Vnc: j. ceruſſæ, & deſtillant per Alembicum oleum rubrum &c. plura apud eundem de oleo capi: 21. pag: 153. Item eius ſpiritum cap: 26. pag. 159. eius ſalem cap: 37. & lib: 2. tract: 1. cap: 7. pag: 52. ſic ponit eius fixationem: Infundatur (ſulphur) aquæ forti fixatoriæ (qualis fit ex ſtibio, ærugine, chalcantho, alumine, cinabari, &c.) Maceretur per ſuum menſẽ crebro agitando, deſtilletur, aqua noua reponatur, digeratur & deſtilletur vt ante, idq; etiam tertio vel ſæpius, poſtea eluatur aqua dulci, macerando & deſtillãdo, donec cedat acrimonia. Id ſulphur vaſe clauſo, reuerbera vt ſtibium. Ira primum albeſcet, poſtea citrino tinge-tur, tandemq; rubefiet. Vſus eius eſt ad argentum tingendum, præſertim ſi prius cum auri calce fuerit permiſtum, aut eius ſolutione nutritũ Eſt alia fixio ſulphuris, per ſublimationẽ crebram, &c. Item per ſal ſaturni & ſalvitrioli, ꝙ tace. Præparatio ſulphuris ad peſtẽ & pleuriſin, incerti Authoris: Recipe ſulphuris. lib: 2. pulueriſa vt artis, miſce cum libris duabus vitrioli ad Rubedinem calcinati, & ſublima inde ſulphur, quodque ſublimatum, viciſſim cum æquali pondere vitrioli calcinati ſublima, hanc ſublimationem quater vel quinquies repetes in hac forma vt jam dixi, in his ſublimationibus ſulphur eſſentiam vitrioli ſubtiliſſimam ſecum attollit; Hoc ſulphur ſublimatum verum eſt præſeruatiuum in omnibus febribus, curat Tuſſim, epilepticis prodeſt, recte procedendo fit album. Addit idem ille author hæc ex Paracelſo: Recipe ſulphuris purgati drach: x. Myrrhæ Rom: Vnc; j ſ. Aloepatici drachman vnam,

Sal ſulphuris.

Sulphur fixum.

Sulphuris præparatio in peſte & pleuriſi.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 204 sur 1557

Croci Orient. drach.ſ. miſceantur omnia in puluerem ſubtiliſſimum. Doſis eius eſt drach.ſ. Mouet ſudorem, continuando per vices multorum morborum perfecta eſt Cura.

Idem Author ex iam dictis floribus talem dicit debere fieri Balſamum: Recipe huius ſulphuris ſublimati, lib.ſ. huic ſuperfunde olei Therebinth. lib.j.ſ. olei Iuniperini lib.j. probe inuicem mixtis repone cum ſuo vitro in arena calida per dimidium diem ad ſoluendum, tandem abibunt in liquorem ſanguineum cum ingrato odore, dein vas tuum fac refrigefiat, & effunde Balſamum in aliud vas idoneum, hic datur ab infra & extra: doſis guttæ 3. vel 4 in appropriatis conuenientibus, curat tuſſim, apoſtemata, peripneumoniam, icteritiam, in hydrope ſum̃um arcanum, in Chirurgia magna & mirabilia præſtare poteſt.

Sal Sulphuris Et hic Author vult ex ſulphure ſalem in hac forma præparare, cuius talem dat deſcriptionem: Recipe ſulphuris contuſi libram j. calcis viuæ lib. ij. miſce omnia inuicem pone in cucurbita cum Alembico per octo dies ac noctes in digeſtione, interea calx gradabit & fixabit ſulphur, quod vero ſublimatur, viciſſim inde cucurbitæ, & pone per duos dies ac noctes ad digeſtionem gradationis, Interea maior pars ſulphuris gradabitur, quod non fixum iam vltimo ſublimatur, ad nouum opus repetere potes, fixum vero accipe, eximeq; è vitro, & applica ad aliud vas idoneum, puluerisa, & ſuperfunde acetum deſtillatum, fac ſoluatur in leni calore, ſoluto & extracto interno, quod fit per reiteratas vices cum recenti ſemper aceto, accipe, filtra, & deſtilla ad reſidentiam ſalis, qui arcanum itidem ſummum erit in Chirurgia: vſurpabitur etiam ad externa cum aceto.

Tinctura Sulphuris. Tinctur̃ eius & ſic tradit: Recipe ſulphuris p vitriolum ſublimati lib.j. ſupfunde olei lini lib.j. ſ. pone cũ vitro in leni calore, vſq; dum ſulphur ſit ſolutũ & vitrum aſcẽdat, (vitrum ſit ſatis amplum) hæc ſolutio fit inſtar hepatis, q hepar in fruſta conſcindẽd⁹ eſt, ac deſtillãd⁹ cum lib. ij. vitrioli calcinati, primo igne lento, & ꝑ dibũt ꝑ alembicum oleum inſtar ſanguinis rubicundum cum lacte albo, hæc ꝑ tritorium ſeparare poteris, oleũ v. cũ vitriolo calcinato recenti viciſſim rectificabis & hoc ꝓpter fœtorẽ ei⁹ aliquoties, tandem apparebit ex tuo oleo Theſaur⁹ maximus in curanda phthiſi, Febri-

febribus putridis, Epilepsia, hydrope, colica, expellit vermes, mouet vrinas, gradat etiam gemmas in eo positas, Lunæ etiam calcem ex aqua forti facit volatilem: ab intra Dosis eius à guttis 4. ad 5. cum appropriatis conuenientibus.

Destillantur etiã aquæ ex sulphure, tali modo: 1. Recipe sulphuris contusi, viridis æris contusi ana lib. ß. destilla ex igne aperto per retortam terream, in magnum recipiens, & accipies aquam corrosiuam rubeam, quæ nullo modo ab intra vsurpari potest, sed ab extra ad callos & verrucas membrorum, &c. est autem gradatoria ad gemmas vt quidam volunt. *Aquæ ex sulphure.*

2. est: Recipe sulphuris, salis nitri ana lib. j. Pulueriſata, commiſceantur cum terra figulina in globulos, qui optime in sole exsiccentur, ac deinde per retortam destillentur igne aperto, & accipies aquam flauam corrosiuam instar aquæ fortis.

3. est: Recipe salis nitri Antimonii, sulphuris ana q. s. cõmiſceantur probe inuicem, & destillentur per retortam à superiori parte rostro minimo apertam, per quod penedentim iniice pulueres, applicato in recipiente vino vel aqua, & destillabis harum specierum essentiam in applicatum, quod maximarum virtutum atque operationum inde exiſtit. Vinum datur viris ac pueris, calculo laborantibus, pellit enim ipsum; aqua vero calculosis fæmellis & mulieribus calculosis, &c.

Author etiam hic talem vult conficere ex sulphure Essentiam: Recipe Salis Tartari ad albedinem optime calcinati ac pulueriſati q. v. superfunde huic aquam pluuialem, & repone simul cum vitro in balneum, dando lentum calorem per diem integrũ, interea Tartarus in aqua soluetur, soluto, filtra per papyrum, ad remanentiam fæcum nigratũ, quas reiice, reliquum vero leniſſime coagula, phlegmata in totũ fac abeant, quo Tartarus in totum exsiccetur; hunc deinde in cellã applica vasi seu tabulæ marmoreæ, vt fluat in oleum: vel si ita non vis, accipe huius Tartari exsiccati partem vnam, miſce cum duabus partibus sulphuris viui, applicando vitro loricato, repone per duos dies in arenam, dando ignem, quo manũ ferre possis, deinde & per duos dies ignem adauge & continua hanc cementationem per integram septimanam, interea Sulphur à Sale Tartari fixabitur vt aliquantulũ fiat subrubeum: Et hoc facto materiam pul- *Q. Essentia sulphuris.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 206 sur 1557

ueriſa ſuperfundendo S.vini rectificatum, ad extrahendam eius eſſentiam, quod in momẽto fit, ſi obſeruaueris, primo fit flaua, deinde ſanguinei coloris inſtar rubini, tinctum iam probe ſepara effundendo, & recentem S.V. viciſſim ſuperfunde, continua ad totalem ſulphuris ac ſalis extractionem: Solutiones omnes coniunge, ac in B. M. ſpiritu vini inde elice ad medietatem, fæces quas in fundo videbis reſtantes abiice, purum vero ab impuro per decantationem ſepara ac filtra, ſic habebis verum pulmonum balſamum ad phthiſin, putrefactiones corporis, & ſimilia.

Flores ſulphuris. Audiamus & eius præparationem in flores: Recipe ſulphuris viui, in tenuiſſimum Alkohol redacti ac tribrati, lib. iij. vel iiij. fac & repone in vaſe Wallenburgenſi ad ſuperfundendum cum lixiuio acerrimo, (facto ex cineribus clauellatis & calce viua) ad eminentiam 4 digitorum, ſic pone in arenam quo igne continuo bene ebulliant, & quando lixiuium à coctione nimia eſt euaporatum ac conſumptum, plus deſuperfunde, & hoc per 4. dies continuabis, vſque dum Sulphur tuum perſpiciatur albicans, ſimulac ex mera parte ſui fœtoris priuatum; Hoc iam artificioſe exſicca, & ſublimationi manda, addendo tantundem vitrioli calcinati, applicato alembico procede vt eſt artis: In hac ſublimatione Sulphur aſcendit in duplici colore, albo & flauo, albus optimus eſt, quamuis & flauus non reiiciendus, ignem continua per duos dies ac noctes tandem opus abſolutum. Hi flores commendantur ſumme ad omnes pulmonis affectus, pleuriſin, apoſtemata, &c. Doſi à ſcrupulo j. ad ij. cum vino vel ſucco Roſaceo. Ego tibi veritatem hic occultarę non poſſum, quinam flores ex ſulphure ſublati ſint præſtantiores. Hos crede qui cum ſulphure puro albo per Sal prunellæ correctum ſunt ſublimati, hi ſunt albicantes & tali virtute præditi, vt mihi vix credere poſſis.

Magiſterium ſulphuris. Magiſterium, lac, cremor ſeu Butyrũ ſulphuris Bornettus ſic deſcribit: Recipe florum ſulphuris vnc. j. ſalis tartari vnc. iij. miſce: & ſuperfunde aquæ communis lib. iij. Digere in arena per diem naturalem: ita vt ſub finem aqua fere bulliat: poſtea filtra calide per chartam emporeticam: & ſuperfunde Aceti deſtillati q.ſ. ſic cremor lacteus ſulphuris paulatim petet fundum. Separa diſſoluẽs per inclinationem: & reiteratis ablutionib. materiam edulcora. Vltimo digerę

gere cum aqua cordiali,& exsicca:& ita habebis lac siue cremorem sulphuris albissimũ: qui Balsamus est humidi primigenii;confortat vires naturales:sanguinẽ purificat,morbos pulmonum, vti tussim, asthma,phthisin curat:In exsiccãdis Catharris,ventositatib. stomachi tollendis,Schiatica & podagra summopere commendatur esse vtilis:Ab apoplexia,peste,lepra & neruorum conuulsionib. præseruatiuum egregium:Hecticis etiam sua confortatione prodest. Tantum pulueris cum aquis specificis commiscetur;quantum ad eas albicante colore tingendas satis est. Datur mane ac vesperi cochlear vnũ;& ante exhibitionẽ accurate cũ vehiculo humido cõmiscetur.

Fit etiam miscendo Sulphur tritum cum arenæ vel vitri tusi ana æqualibus partibus:& destillando per retortam,igne moderato:apponendoq; vas recipiens quod acetum destillatum contineat. Et sic substantia sulphuris destillata præcipitabitur in puluerem album, quem exsiccabis. Hoc Antidoto vtebatur princeps Auraicus contra pestem. Aliter & sic: Lac sulphuris fit etiam cum sulphure & arena miscendo cum aqua vitæ & destillando in cineribus per retortam. Valet ad Cãcros venereos, vlcera maligna,serpigines,lichenes &c.

Virtutes eius inquit Paracelsus sunt in apostematibus peracutis, asthmate,& conseruatione sanitatis. Apostemata autem per acuta sunt pleuresis, pestis & his similia.

Præparatio sulphuris in apostematibus acutis.

Præparatio in apostematibus acutis est ista Paracelsi: Recipe sulphuris viui lib.j. Colcothar,salis susi ana lib.ß. Fiat puluis reduc in sublimationem. Si sublimatum semel est, sumatur,& denuo addatur,ac ter sublimetur vt supra.

Additio in apostematibus peracutis: Recipe sulphuris huius præparati vnc.ß. Olei Nucis Muscatæ drach.j. Aquæ Veronicæ præparatæ ad pondus omnium. Fiat hausstus.

Præparatio sulphuris in asthmate.

Præparatio in asthmate: Recipe sulphuris susi lib.j. de flaxis santalorum rubeorum, cupressi & pini, ana ad pondus sulphuris, fiat stratum,reduc ad ignem reuerberationis, tandem in Alcali: cuius Alcali recipe vnc.x. Myrrhæ drach.v. sublima.

Additio in asthmate: Rec. huius sulphuris vnc.ß. Thebani correcti dra.iij. Theriacæ q.s. fiat Bolus: Dosis à scrupulo j. vsq; ad ij. vel iij.

Præparatio sulphuris

Præparatio in conseruatione sanitatis: Recipe sulphuris vnc iiij Croci Orientalis, Myrobalanorum Chebulorum Belliricorum ana

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 208 sur 1557

in conſeruatione ſanitatis.

vnc.j.olei de granis Iuniperi q.ſ. pro incorporatione, reduc in ſublimationem igne lentiſſimo.

Additio: Recipe huius ſulphuris vnc.j. Myrrhæ rubeæ, Croci Orientalis ana drach.ß.& ſcrup.j. Aloë Epatici ad pondus omnium. Doſis à ſcrupulo ß.ad ſcrupulum integrum.

Nunc reſtat vt eius vſum medicum declaremus, quomodo à medicis tam antiquis quam recentioribus fuerit per recepta traditum Sulphur, appropriatumq; ſuis conuenientibus.

Aqua ad morbum Gallicum, deſtillata cum ſulphure: Recipe ſem.ebuli, olei ſulphuris vnc.j. Aquæ ardentis vnc.iij. Fœniculi cum rad. Petroſelini cum rad. ana partes æquales, Aſparagorum recent. cum rad. duplum. Vitreis organis lentiſſimo igne deſtillet aqua: In cuius libra diſſolue ſach. candi vnc.iij. mane quantum capere cortex nucis poteſt, ex hac aqua, & tantundem ardentis ſumitur, & per horam in lecto quieſcendum: idq; octo diebus: admirabiles celebrant huius aquæ laudes. Si ad 20.dies accipitur, lapidem in veſica & renibus frangere aſſerunt: Lieni etiam prodeſt, & induratis Gallici morbi tumoribus, ſi dolentia aut tumentia loca madeſcant.

Syrupus ex Quinta Eſſentia Fiorauanti: Recipe aquæ vitæ optimæ & circulatæ vnc.xij. Olei ſulphuris drach. vj. Olei Vitrioli vnc. ß. Olei Tartari vnc.vj. Iulepii Roſacei lib.iiij. Moſchi ſcrup.ß. Miſce & fiat Syrupus. Magnarum eſt virium.

Inſeſſus ad Colicam paſſionem, ventriſque torſiones: Recipe florum Chamomillæ, Meliloti, Anethi, ſem. Lini ana m.ſ. Menthæ Calamenthi, Abſynthii, Pulegii, Origani, Cumini, Granorum Iuniperi, Baccarum Lauri ana M.j. Spicæ m.ſ. Sulphuris viui vnc.j. Salis nitri vnc.ß Sacculo indita coquantur in ſ.q. aquæ fluuialis ad tertias, vt fiat inſeſſus, quo vtatur æger mane ac veſperi, & ſi opus ſit, noctu ac ſæpius, donec ex toto remittat dolor.

Oleum ad ſcabiem expertum Arnoldi Villanouani: Recipe Succi Oleandri lib.j. Olei Roſati lib.ß. ſulphuris puluerisati vnc.j. Bulliant lente, donec oleum remaneat, & coletur, & reſeruetur. Curat ſcabiem ac pruritum.

Puluis Rubeus Cæſaris, contra peſtem, Auguſtani: Recipe Myrrhæ electæ, Croci ana drach.j. Oſſis de corde Cerui ſcrup.ij. Cornu Cerui drach.ij. Dictamni Cretici, Tormentillæ, Pimpinellæ, Gentianæ,

tianæ,ana drach.ij ſcrup.ij.Zedoariæ, Zingiberis ana drach.iij.Sulphuris viui, Boli Armeni ana vnc. ß. Caphuræ ſcrup.iiij. Theriacæ Andromachi,Mithridatii opt.ana drach. vj. Fiat omnium puluis,aſpergendo aquæ vitæ modicum,vt artis eſt.

Puluis præſeruatiuus in peſte Adami Loniceri: Recipe Rad. Angelicæ,Gentianæ,Zedoariæ,Tormentillæ, Pimpinellæ, Valerianæ, Oſtrutii,Ariſt.rot.Dictamni Cretici,Zingiberis,herb.Carduibenedicti,Scordii,Rutæ flor.Calendulæ,ſem. Acetoſæ, Citri, ana drac. iij.Croci,Myrrhæ,Coralli rubri præparati, Cornu Cerui præp.Caphuræ ana drach.ij. Oſſis de corde Cerui drac.j. Boli Armeni, Terræ Sigillatæ,flor.ſulphuris,ana vnc.ß.Theriacæ Andromachi vnc.ß. Mithridati vn.i. Fiat puluis, cui aſpergatur modicum aquæ vitæ ſecundum artem.Doſis ad præſeruandum,quantitas auellanæ cum aceto mane.Ad curandum datur drach.j.ad ij.

Puluis contra ſcabiem communis Florentini: Recipe ſulphuris flaui,Cimini,Baccarum Lauri,Staphidis agriæ ana vn.j. Fiat puluis, qui oleo Roſato excipiatur.

Alius efficacior Nicolai;Recipe Lithargyri, Hellebori nigri ana drach.j.Sulphuris,nitri, Maioranæ ana drach.ij. Trita in puluerem excipiantur,vt ſupra.

Diaſulphur Meſue: Recipe Piperis albi & longi ana drac.vj. Sulphuris flaui,Thuris, Mei,Hyoſciami albi,Myrrhæ,Styracis,Cardamomi ana vnc.j.Rutæ,Coſti ana vnc.j. Caſſiæ drach.v. Opii, Mandragoræ ana drach.iij. Croci drach.ij.ß. Melle deſpumato excipe, poſt ſex menſes vtere. Confert febribus diuturnis, vt melancholicis, phlegmaticis, thoracem & pulmones purgat pituita craſſa, lenta, pure: ob id Tuſſim antiquam & difficultatem ſpirandi inde natam leuat. Splenis duritiem minuit, & inde natum hydropem: vrinas mouet: calculum frangit: morſibus venenatis,& poto iam veneno prodeſt.

Electuarium ſulphuratum Fiorauanti: Recipe ſulphuris flaui, puri, & triti lib. j. Olei Tartari vnc. ij. Cinnamom. vnc. ß. Croci ſcrup. j. Zingiberis drachm.ij. Moſchi in aqua roſacea diſſol. ſcrup.ß. Mellis albi, & crudi vnc.xiiij. Miſce abſque igne, ac ſerua in loco ſicco. Doſi à drachm. iiij. ad vij. ſtomacho ieiuno.

Electuarium confortans ſtomachum Fiorauanti: Recipe Cotoneorum inciſorum, Mellis albi ana part.j. Aquæ Roſarum part.dimidiam. Coquantur ſimul vſque ad conſumptionem aquæ, per ſetaceum pellantur omnia: & pro qualibet libra adde Mellis vnc. vj. denuo coquantur: in fine adde Zingiberis albi ſcrup.j. Cinnamomi dra.j. Garyophillorum, Nucis Moſchatæ, ligni Aloes, Calami aromatici, Piperis nigri ana ſcrup.ij. Croci drach.j. Moſchi gra.v. Quintæ Eſſentiæ noſtræ vnc.j. olei Tartari, olei ſulphuris, olei vitrioli ana ſcrup.j. Maſticis vnc.ß. Miſce, & fiat electuarium, & ſeruetur in vaſe vitreo optime clauſo. Ventriculum confortat: virtutem debilem reſtaurat: appetitum excitat: vrinam prouocat.

Linimentum Quercetani ad partes conuulſas ratione nerui vulnerati: Recipe olei ſulphuris Terebinthinati drachm.ij. Olei Sabinæ, Olei Terebinthinæ ana drach.ij. Olei Vitellorum ouorum vnc. ß. Miſce & applicentur calide parti affectæ.

Vnguentum Bernardinum: Recipe granorum paradiſi, Garyophillorum, Zingiberis albi ana vnc.ij. Sulphuris viui vnc. vj. Axungiæ porcinæ lib.j. Moſchi drach.ß. olei Spicæ drach.ij. Terantur omnia ſubtiliter arida, ac commiſce diligenter fiatque vnguentum.

Vnguentum D. Geronis de ſapone ad dolores iuncturarum pro pauperibus. Recipe ſaponis albi & mundi, minutim inciſi vnc. iij. ß. Bulliant in aquæ Fumiterræ vnc. vj. ebullitione facta vna adde olei de Euphorbio Hypericonis ana vnciam j. ß. Iuniperi vnc. ß. Vermium terreſtrium vnc.j. Bulliant iterum ad conſumptionem aquæ: deinde adde Maſticis, Thuris ana drach. iij. ſulphuris viui, Euphorbii, pyrethri ana drach.ij. Miſce, fiat vnguentum.

Balneum in Morbo Gallico & articulorum dolore: Recipe rad. & fol. Enulæ Campanæ, Lapathi acuti, Altheæ, Maluæ, Scabioſæ, Fumariæ, Lupulorum, Roſtri Porcini, Agrimoniæ, Bugloſſæ, violarum ana m.j. Lentium, lupinorum, hordei parum contuſi an.pu.ij. Hellebori nigri triti vnc. ij. ſulphuris viui vnc.j fiat decoctio pro Balneo, quod ægrotus ingredietur veſperi longe à cæna, poſtea in lecto ſudabit, & dormiet.

Vnguentum ad vulnera venenata Quercetani: Recipe olei Cara-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 211 sur 1557

Carabes, Terebinth. ana vnc.j. Iuniperi drach. ij. sem. vrticæ, rad. Gentianæ ana drach. ij. olei sulphuris vitriolati drach. j. ß. Coralli rub. drach. j. Misce, & fiat vnguentum.

Aliud eiusdem: Recipe succi pentaphylli, scabiosæ, rutæ, ana vnc. ij. Olei sulphuris rubei vnc. j. olei Myrrhæ drach. ij. Colophoniæ, Gummi hederæ ana drach. vj. M. pro vnguento.

Vnguentum attrahens venenum ex vulneribus eiusdem: Recipe succi Anagallidis purpureæ, succi Cyclaminis ana vnc. j. sulphuris viui, mixti cum saliua hominis vnc. ß. Misce & fiat vnguentum.

Emplastrum sulphuratum: Recipe Colophoniæ vnc. j. Masticis drach. j. Thuris, Myrrhæ ana drac. j. ß. Terebinth. lotæ vnc. ß. aluminis vsti drach. ß. olei Hyosciami vnc. ß. olei sulphuris per campanam destillati vnc. j. Ceræ q. s. fiat emplastrum.

Emplastrum ad hydropem medici Patauini: Recipe stercoris columbini aceto macerati lib. j. sulphuris viui vnc. j. Nitri vnc. ß. pulu. rad. enulæ, pulu. Baccarum Lauri, Anethi, flor. Chamomillæ ana drachm. vj. sem. Nasturtii drachm. ij. Decoquantur omnia in vino ad spissitudinem, adde Mellis vnc. ij. Terebinth. vnc. j. ß. succi ebuli vnc. ij. succi Iridis vnc. j. Farinæ Fabarum vnc. j. ß. fiat emplastrum.

Emplastrum Diasulphuris Martini Rulandi: Recipe olei sulphuris vnc. iij. Ceræ vnc. ß. Colophoniæ drach. iij. Myrrhæ ad pondo omnium. Ceræ, Colophoniæ, oleoque liquefactis, simulac bene commixtis inspergatur Myrrha, subtilissime trita paulatim, igneq; lento coquantur, spatha semper agitando, donec permixta fuerint bene. Postea nimirum post 4. horæ partem, ab igne deponantur, & paulatim frigescant. Habebis emplastrum præstantissimum, certum & infallabile in curandis omnis generis vlceribus & vulneribus quibuscunque.

Emplastrum ad hydropem aliud: Recipe panis nigri, in lixiuio molliti q. s. est, sulphuris viui & triti vnc. ß. nitri drachm. ij. salis fabarum drach. j. stercoris columbini in aceto macerati q. s. est, olei laterini, Baccarum lauri, Anethini, Chamomelini ana vnc. ß. fiat emplastrum.

Empla-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 212 sur 1557

Emplaſtrum inſigne ad vulnera Andernaci: Recipe Picis Græcæ, ſeu Colophoniæ, ſulphuris albi ana vnc.ß. Ex albuminibus ouorum fit emplaſtrum. Labris vulnerum vnitis & ſanguine abſterſo, Corio inductum applicetur, faſciaque obligetur.

Cataplaſma ad hydropem, Rondiletii: Recipe ſulphuris viui, vnc.ij. Cumini vn.j. ſem. Apii, Petroſelini ana vnc.ß. cum excrementis cochlearum fiat cataplaſma.

Dropax compoſitus Aetii. Recipe Picis, Ceræ, Colophoniæ ana vnc.iij. nitri vnc.j.ß. Bituminis vnc.j. ſulphuris viui drach.iij. Piperis, Euphorbii, Adarcæ ana drac.ij Cantharidum drach.ß. olei Cyperini vnc.j. Fiat Dropax. Diuturnis vitiis conuenit, & ante ſinapiſmum corpus præparat: poſt illum autem morbi reliquias diſcutit.

Flores ſulphuris ſalſi: Recipe ſulphuris viui, olei ſalis ana q. ſ. Miſce & ſublima. Quod ſublimatum eſt ſerua ad vſum. Aſthmaticis & Colicis conferunt.

Fucus ad dealbandas cicatrices: Recipe ſulphuris, ſalis ana vnc. ß. Caphuræ drach.j. Tutiæ drach.j. Aquæ Roſ. vnc. vel drach.xviij. Trita miſceantur.

Aqua faciem reddens iuuenilem Alexii. Recipe ſulphuris viui vnc.j. Olibani vnc.ij. Myrrhæ vnc.ij. Ambræ drach.vj. trita miſceantur, addendo Aquæ Roſarum lib.j. Deſtillentur, & ſeruetur aqua in vaſe obturato: qua ſi quis vti volet, veſperi cum itur cubitum, hac lauet faciem, deinde mane aqua fontana lauet faciem, & erit venuſtiſſima.

Linimentum ad clarificandos, & candidos reddendos capillos Rondiletii. Recipe ſtercoris hirundinum, Rad. Enulæ Campanæ, ſem. Raphani, ſulphuris, florum Capparis, Thuris ana vnc.ß. Omnia ſimul incorporentur cum paribus partibus fellis bouis albi: Fricentur capilli prius loti lixiuio ſarmentorum, & ſiccati. Et dum capilli erunt ſua ſponte ſiccati, à lotione in frictione rurſum] larentur in dicto lixiuio, & ſiccentur paulatim panno calido.

Vnguentum dealbans capillos Marinelli: Recip. ſtercoris hirundinis, ſem. Raphani, ſulphuris, cort. rad. Capparorum, fellis vaccini, aceti optimi ana q. ſ. Fiat vnguentum.

Vnguen-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 213 sur 1557

Vnguentum ad Achoras Cleopatræ, Galeni: Recipe ſulphuris viui drach. vj. Thuris maſculi drach.j. Aluminis ſciſſi, ſtaphidis ſylueſtris, Erucæ, ſpumæ nitri ana drach.j. Atramenti Sutorii drachm.j. Rutæ Ramulos iij. Olei Laurini vel Myrtini, aceti ana q.ſ. Fiat vnguentum.

Vnguentum ad impetiginem Galeni: Recipe Miſyos peregrini, Thuris, Myrrhæ, aluminis ſciſſi ana vnc. j. Aloes, ſulphuris viui ana vnc. ß. Excipe paſſo, vt ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem accipiant: & bis aut ter in die præfrictis, illine.

Aliud eiuſdem: Recipe Miſyos vnc.ß. Acaciæ drach. ij. ſquamæ æris vnc.ß. ſulphuris viui drach. vj. Chalciditis vnc.j. Gummi vnc.j. Aceti q. ſ. in quo vbi gummi diſſolueris, reliquaque admiſcueris, amurcam iniice.

Aliud eiuſdem: Recipe ſulphuris viui, Thuris, Myrrhę, Atramenti Sutorii, Miſyos crudi ana drac.ij. Gummi vnc.ß. Aceti olei Cedrini ana q.ſufficit miſce.

Aliud ad idem Diodori: Recipe lachrymæ oleæ Æthiopicæ drach.xx. Gummi drach.xl. Atramenti Sutorii drach.xvj. ſulphuris viui drach.x. Thuris drach. x. Æruginis, Acaciæ, Myrrhæ Amineæ ana drachm.x. Aceti q.ſufficit. Vbi diſſoluta fuerint ſingula, ac leuiſſima reddita, excipe amurca condenſata.

Vnguentum ad ſcabiem Fumanelli: Recipe ſulphhuris viui lib.ß. ſalis tantundem, Axungiæ Porcinæ lib.ij. olei Laurini lib.ß. Miſce, fiat vnguentum ad omnis generis ſcabiem, &c.

Electuarium præſeruatiuum in peſte Adami Lonizeri. Recipe rad. Angelicæ, Gentianæ, Zedoariæ, Tormentillæ, Pimpinellæ, Valerianæ, Galangæ, Zingiberis, herb. Scordii, Rutæ, Saluiæ, Maioranæ, Carduiben. Flor. Calendulæ, gran. Iuniperi ana drachm.vj. Croci drach.ij. Cinnamom. vnc.j Myrrhæ, flor. Sulphuris ana vnc.ß. Thuris, Maſticis ana drachm. iij Boli Armeni, Terræ Sigillatæ ana vnc.j. Caphuræ vnc.ß. conſer. Roſarum, Borrag. Anthos ana vnc. iij. Theriacæ Andromachi, Mithridati ana vnc. j. Theriacæ Diateſſeron vnc. vj. cum Syrup. Aceroſ. Cichorii, vel cum Melle optimo deſpumato F. Electuarium ad formam opiatæ. Doſis quantitas Auellanæ, mane ante egreſſum ex ædibus.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 214 sur 1557

Oleum ſulphuris Braſſauolæ: Recipe ſulphuris flaui, Terebinth. ana vn.iij. olei Roſacei lib.j. vini boni vnc.iij. coquantur igne lento, vſque ad vini conſumptionem. Extenuat & attrahit admodum hydrargyron corpore demerſum foras elicit, ſtatim à balneis illitum; ſcabiem, lepras & cutis fœditates ſanat: Morbo venereo commode adhibetur: fiſtulis & malignis oris vlceribus, aliarumque partium vitiis primo aut ſecundo contactu prodeſt.

Aliud ad Podagram: Recipe ſulphuris viui lib.ij. Vitellorum ouorum Num.xxv. Terantur ſimul, & ponantur in patella ferrea, & lento igne coquantur, & quando incipit ardere, inclina patellam ferream ad alteram partem, & quod liquidius eſt effluet.

Aliud: Recipe lixiuium forte clauellatum, aut etiam ex calce extincta confectum, ita vt ouum ei innatet. In hoc lixiuio decoquatur Sulphur tamdiu quoad pinguedo in ſuperficie lixiuii apparuerit & fęces fundum petierint: tum deſpumando quaſi, pinguedo auferatur.

Balſamus ſulphuris: ex floribus ſulphuris & Terebinthinato proprio menſtruo, in calore ſicco per aliquot dies digeſtis, extrahitur color inſtar rubini. Menſtruum ſeparatur, & remanet oleum ſulphuris rubicundiſſimum, quod circulari debet cum vino deſtillato, & alcooliſato. Et hoc modo balſamus ex ſulphure extrahitur: cuius guttulæ tres aut quatuor exhibentur cum aqua Hyſſopi ſuſpirioſis, & purulenta extuſſientibus.

Extractio ſulphuris vel Eſſentiæ, in colore Auri, & Rubini: Recipe ſulphuris part.ij. liquefac in ſcutella vitreata: liquefacto ſulphure inſpergatur Salis Tartari pars vna, & agitetur bene cum ſpatula ſuper calorem lentum, donec inſpiſſetur, & coloretur in calore ſubrubeo. Poſtea euacua cum ſpatula ſuper orbiculum madefactum, vt non adhæreat ligno, & factum eſt. Deinde tere in puluerem, & pone in vitrum q. v. & ſuperinfunde vinum deſtillatum, vel ſpiritum vini, & in ictu oculi colorabitur, in colore citrino vel croceo: & cum per noctem reſideat, colorabitur quaſi Rubinus: per inclinationem euacuatur in ſpeciale vitrum. Huius virtus eſt in morbis corrodentibus, & hæmorrhoidibus, & omnibus, quæ corrodunt corpus exterius. Ad vlcera Gallica, penis, manum excoriationes, &c.

Electua-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 215 sur 1557

Electuaria ſulphurata: 1. Recipe florum ſulphu. Theriacæ Andromachi, Elect. de ouo an. vn.j. Aloes ſucco Citrini vnc.ß. Myrrhæ drac.iij. Camphoræ drac.j. Croci ſcrup.i. Scordii ſcrup.ij. cum Syrupo Citri F. Electuarium.

2. Recipe Theriacæ commun. vnc.iiij. pul. Scordii, Carduiben. Terræ Sigill. Camphoræ flor. ſulphuris ana drach.j. ſpec. liberantis ſcrup.j. cum Syr. Citri F. Elect.

3. Recipe Terræ Sigillaræ Sileſiacæ pul. ſcrup.j. flor. ſulphuris ſcrup.ß. Croci Myrrhæ ana gr.ij. M. fiat puluis qui vel cum Syr. Citri fiat Electuarium, vel ſumatur cum aqua Carduibened.

4. Recipe Mithridat: Elect. drach.ij. Theriacæ Androma. drac.j. Elect. de ouo ſcrup.ij. Pulu. Scordii, florum ſulphuris ana ſcrup.ij. Camphoræ ſcrup.j. cum Syrupo ſtœchados F. Electuarium, &c.

Vnguentum ad contracturas Paracelſi: Oleum ſulphuris ad contracturas minime contemnendum eſt, ac potius tanquam ad eas principale quoddã remedium. Hoc itaq; fiet vt ſequitur: Recipe ſulphuris optime pulueriſati lib.xv. quas è Cucurbita fictili ſublimabis in vitreum alembicũ. Quicquid ſublimatum fuerit, ponatur in cellã penuariam ad ſoluendũ, & ſucceſſu tẽporis in oleum reſoluetur. Poſtmodũ ſubſequens cõpoſitio fiat: Recipe olei ſulphuris vnc.ij. ſaponis Vngarici vn.iij. Aquæ vitæ vnc.v. olei oliuarum, roſarum an. vn.j. Hęc omnia coquantur ſecundum artem: obſeruato, ne flammã concipiant. Membra perunguntur optime per dies triginta, ſed in balneo ſicco ſudorem excitãte, contractis maxime cõfert membris.

Looch de Althea Quercetani: Recipe rad. Biſmaluæ optime mũdatorum lib.ß. aut quantum volueris: Bulliant in hydromelite cõmuni ad ſufficientem decoctionem, optime coctæ tundantur, & per ſeraceum traiiciantur, de quarum mucagine accipe vnc.ij. ſpec. Diatragacanthi, Diareos an. drac.iij. Sacchari candi, penidiorum ana vnc.ß. flor. ſulphuris optime præparatorum drach.ij. Syr. Capill. Veneris, Tuſſilaginis ana q.ſ. omnia reducantur in formam looch de quo ſæpius vtendum cum baculo de liquiritia.

Looch paſſularũ Quercetani: Recipe rad. Tuſſilag. liquiritiæ ana vnc.j. Enulæ Campanæ vnc.ß. Herb. Scabioſæ, Capillorum, Hyſſopi an. m.j florũ Tuſſil. Violarũ, Bugloſſæ, Nympheæ an. p.ij. ſem. Aniſi dr.vj. coquãtur in hydromelite ſimplici: decolatura clarificata li.iiij.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 216 sur 1557

in quibus decoque paſſularum purgatarum, à vinaceis lib. ß. Iuiubar: ſebeſten ana vnc.ij. coquantur ad medietatis conſumptionem: dein quam optime prælo exprimantur, & addendo ſacchari candi, penidiorum ana vnc.iiij. coquantur ad mellitam conſiſtentiam: cui adde florum ſulphuris vnc. ß. miſce, fiat looch. Nullis laudibus ſatis prædicari poſſunt flores ſulphuris, qui verum pulmonum balſamū ſunt: Ex floribus ſulphuris cum ſolo Butyro quadam Mucagine ſem. citoniorum, biſmaluæ aut lini permixtis, addendo quendam Syrup. capilli Veneris, violarum, roris ſolis aut Tuſſilaginis Bechicum ſiue looch parabis excellētiſſimum. Ad phthiſin & exulceratos ſiue purulentos pulmonum affectus, looch aliud paratu facilimum confici poteſt, quod potentiſſimum & ſummum eſt auxilium in quam plurimis morbis: Recipe Syrup. de ſucco hederæ terreſtris, vn.ij. flor. ſulphuris q.ſ. ad reducenda omnia in looch. De quo Empycis exhibe quater in die, idq; ad dies pluſculos, & mira præſtabis. Multos profecto deſperatos & incurabiles morbos ſanat.

Tragea ad affectus hepatis eiuſdem Quercetani: Recipe Coralli rub. præp. ſpodii, ſpec. Diatragacant. ana drac.ij. puluerisHepaticæ, ſem. Acetoſæ, Portulacæ, Berberis ana drach.j. Croci Martis optime præparati drac.ij. ß. Croci ex oleo ſulphuris parati ſcrup.ij. Conſer. Roſ. è ſiccis, vel ſacchari roſati q.libuerit. Miſce, fiat puluis: Doſis drachma integra. Crocus ſulphuris fit. Infundēdo liquoris part. j. & tantundem ſpiritus vini, in cochlear ferreum: vbi omnia bulliant ad ignem lentum vſque ad conſumptionem: poſtea reſideant per aliquot dies, & omnia in puluerem croceum ſubtiliſſimum conuerſa, conſpicies, quem adſeruabis in paruis phialis optime clauſis, ne aer intret: reſoluitur enim ab aere.

Antidotus Thoracica maior pro ditioribus: Recipe extracti maioris Thoracici drac.iij. Extracti pulmonum vulpis, & leporis inuicē præparati vnc.j. Butyri ſeu lactis ſulphuris vnc. ß. Rubini ſulphuris Terebinthinati drach.j. Syrupi hederæ terreſtris q.ſuff. fiat Antidotus: Doſis ſcrupulus j.

Antidotus Thoracica minor pro gregariis: Recipe extracti minoris Thoracici vn.ij. Florum ſulphuris opt. præparat. drach.ij. ſpec. Diaireos ſimpl. dra j. ſpec. Diatragacanthi frig dra.j. ß pulmonis vulpis vulgari modo præparati, elect. reſumptiui & Diapapaueris ana ſcru.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 217 sur 1557

ſcru.iiij.cum Syrupo violato fiat antidotus. Doſis drac.j. ß.veldra.ij.

Anditotus hepatica maior pro ditioribus: Recipe extracti hepatici maioris vnc.ij. Extracti ſantal.omnium drach.vj. Extracti Chelidoniæ vnc.ß.Extracti hepatis vituli vnc.j. Arcani Tartari drac. ij.ß. Magiſterii Corallorum drach. iij. Olei ſulphuris in crocum conuerſi drachm.j.Olei Martis drach.j.Syrupi Corallorum q.ſ. Vt fiat Antidotus. Doſis ſcrupulus j.per ſe vel cum iuſculo, vino, aut liquore aliquo conuenienti.

Aqua ad phthiſin & vlcera pulmonum eiuſdem: Recipe ſpec. Elect.reſumptiui,Diapenid.Diatrag.frig.Diacoralli ana vnc.ß.Trochiſ.de ſpodio,de Terra Sigillata ana drac.vj. conſer.Symphyti maioris,Roſ.rub.flor.Verbaſci ana drach.j.ſem.Plantaginis, Berberis, Melonum,Cuſcuræ,Papau.albi, Citoniorum ana drac.x.pul. Cancrorum fluuiatilium drach.iij.contuſis craſſiuſcule omnibus,macerẽtur per 4.dies in aquarum Veronicæ, Scabioſæ,Bugloſſæ,Plantag. Symphyti maioris ana lib.j Dein fortiter exprimantur & deſtillentur per cineres, huic aquæ deſtillatæ adde tinct. Corallorum,magiſterii Perlarum ana drach.iij.Butyri,ſeu lactis ſulphuris vnc.ß.miſce. Doſis vnc.j.ß.vel per ſe, vel admixta vnc.ß.Syrupi Myrtillorum,aut de Roſis ſiccis:de qua vtendum ad pluſculos,dies,&c.

Medicamentum Paracelſi in peſte:Recipe Aquar.ex Iuſquiamo vnc.iij.Sambuco,Barba Iouis vnc.ij Vini Maluatici vnc.viij.ſpiritus Vitrioli drach.iij.Muſci, Ambræ,Vnicornu ana drach.j. Theriacæ opt.vnc vij.Sulphuris albi ſublimati vnc.j.ß.Flor. Origani drach.j. Miſce Doſis ter in die ante meridiem drach.j.ß. vſque ad drach.ij. & iij.In interuallis præbe vinum Maluaticum,ſubinde parũ, Roſaceo aceto perfuſum,& cum mumia trãſmarina & Valeriana decoctum.

Aliud,eiuſdem:Recipe liquoris vel ſucci ex Roſis vnc.iij.ſulphuris purgati & albiſſ.vnc.ij.ſpiritus vitrioli drach.j.ß.miſce.Doſis dra. j.vſq; ad drach. iij. ter in die.Interea ſæpius etiam aliquid olei Tartari deſtillati, nimirum drach.j. vel vltra miniſtra, & curabitur.

Mundificatio aeris in domo,vbi peſtis eſt:Recipe ſulphuris viui lib.j.Olibani vnc.viij. Myrrhæ vnc.iij. Gummi opoponaci drach.j. Aſſæ fœtidæ vnc.j.Miſce,pulueriſa. De hoc ſingulis horis ſemel cape,& fumum per omnia ædium conclauia fac, hoc modo. Recipe compoſitionis huius part.j cort.granorum Lauri, ſuccini ana partẽ

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 218 sur 1557

mediam. De hoc ſemper quantitatem dimidiæ Nucis iuglandis pro conclaui vno accipe, iniice prunis candentibus, feneſtras & fores claude.

Experimentum per balneum in morbis ſiccis: Recipe aquæ reſolutæ q.ſ. Herbæ Valerianæ, Arnogloſſæ, alii ana q.ſ. pro balneo. Aqua cum herbis ebulliat, & poſtea in hanc, herbis exemtis, indatur vitrioli albi, Marcaſitæ Argenteæ ana vnc.ij. Vitrioli communis, Aluminis Rochi ana lib.ß ſulphuris viui li.j. fiat balneum. In hoc balneo æger decem ſeptimanis lauare debet. Et ſi id octiduum durauit, addi debet Carabe triti vnc.j ß. aut ſupra. Morbus ſi ſemel exigatur, non reuertitur.

Aſthmatis cura ſicca Paracelſi: Recipe Myrrhæ, Thuris, Aliptæ Muſcatæ ana vnc.j. ſulphuris viui vnc.vj. Colchotaris, ſalis fuſi, ad medium pondus reduc per ſublimatorium in puluerem. Doſis à drach.j.ij. ad iiij. ſi hæ ſpecies terantur, & cum ſublimatorio eliciantur, quicquid ſuperius eſt, materia bona eſt. Cum hac ſic procede: Recipe huius ſulphuris vnc.j. Croci Orientalis ſcru.ß Maſticis drac. j. omnia in puluerem redacta, miſce. Doſis eadem eſt, quæ ſuperioris ſublimati ſulphuris eſt. Poterit etiam Hyſſopi drachma addi.

Arc. ſulphuris præparatio ex Paracelſo: Recipe flor. ſulphuris lib. ß. flor Antimonii albo: lib. ¼. ſucci Auri vnc.j. Aquæ vitæ circulatæ vnc.x. ſimul digerantur per menſem, poſtea congelentur ad conſiſtentiam duram. De hac præbe pro vice vna drach. ſemis.

Ad contracturam vnguentum: Recipe olei ſulphuris vnc.ij. ſaponis Hungarici vnc.iij. Aquæ vitæ vnc.iiij. olei oliuar. vnc.j. olei Roſati vnc.j. coque omnia vti decet.

Elixir ad Gallica vlcera: Recipe Balſami ſulphuris vnc.j. ß. olei quaiaci vnc.j. olei Mercurii ex venere drach.ij Flor. Mercurii ſcru.j. Alcali quaiaci dra.j. Commiſceantur. In vſu vlcera prius expurganda ſunt.

Elixyr Balſami Apoplectici: Recipe olei N. Moſch. expreſſi drac. ij. Ambræ griſeæ gr. vj. Ambræ nigræ, Moſchi ana gr.iij. Sulphuris, Angelicæ, olei Macis, Cinnamomi item in ſulph. coagulator. an. gr. olei ſpicæ gutt.iij. olei ſuccini drach.ij. Balſami Bartapol. ſcrupulos quatuor. Miſce.

Puluis in tuſſi recenti & antiqua: Recipe florum ſulphuris vnc.ß.

Ben-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 219 sur 1557

Benzoini seu Asæ scrup.ß. Misce & in tenuissimum puluerem redigito, sumatur cum ouo sorbili, & continuetur ad dies tres.

Balsamus sulphuris Rulandi: Recipe olei Omphacini optimi lib.j.spiritus Terebinth.vnc.ij. florum sulphuris drachm.vj.feruefiant dum rubente colore tingatur, post coletur; & colatura seruetur vsui.

Ad fistulas oculorum: Recipe sulphuris viui, Aluminis, aceti fortissimi salis ana vnc.j. rad.lap. acut.recent. vnc.ß. fiat vnguentum.

Pilulæ ad pruritum: Recipe Turpet.minor.gran xxvj. flor.sulph. drachm.ß. Tartari vini albi præpar.scrup j. Rhabar.puluer.scrup.ij. Elect.de succo Rosarum drachm.j. Misce, Dosis gr.x. confert etiam ad scabiem cuiusuis generis. *Arsenicum pestis.*

Aliæ: Recipe Elect.de succo Rosarum drach.j. Tartari albi scru.ij.florum sulphuris scrup.j.pulu.Gummi Tragacant. drachm.ß.flor. pulu. Violarum scrup.j. Turbith mineralis gran. xxxiiij. Misce. Dosis gr.xij.

Elixir balsameum ad vulnera capitis: Recipe Balsami sulphuris vnc.j. Balsami Thereb.cum oleo Lauri vnc.j ß.olei de Betonica vn. ß.olei seu Balsami æris drac.ij olei Lunæ scrup j. extracti Aloes dra. j.florum Sacchari, succi Tabaci ana drac.vj. Digere ad vnionem.

Eiusdem Paracelsi præparatio etiam talis est: Recipe sulphuris li. ij. Colcotar lib.ij. salis communis, secundo vel tertio purgati lib.j. Myrrhæ vnc.j. &c.

Hæc sufficiant de sulphure, accingimus nos, auxilio Dei, ad caput quartum de sale.

CAPVT IV.

De Sale.

SAl, Græcis ἅλς: Germanis Salß: Gallis du sell: Italis Sale: Hispanis Sal: Natiuus & factitius est: Natiuus vel in terra, vel ad mare ex aqua marina, vel in lacubus, vel in fluminibus, aut in fontibus: Hinc dicitur Sal terrestris, fossilis, marinus, lacustris, fluuiatilis, &c. Natiui quamuis variæ sint differentiæ, diuersisque locis reperiantur gutturi cum penna immissum, collapsam vuluam subleuat. gut- *Sal Natiuus.* *Sal Factitius.*

in vſum tamen medicum non omnes, ſed pauci recipiuntur, de quibus iam in ordine, Deo concedente, dextre agemus. Ex eorum autem genere, qui ſponte in aquis generantur, multæ etiam ſunt differentiæ: Qui in mari naſcitur, & in ſcopulis reperitur, ex ſpuma maris conflatus, ſpuma ſalis appellatur: Qui in Iudeæ lacu gignitur, in quo & Aſphaltus dicitur naſci, Sodomeus vocatur, ab Arabibus Sal Naphticus: amarus eſt. Hoc caremus, quemadmodum & reliquis natiuis in lacubus aut fluminibus repertis. Factitiorum etiam varia ſunt genera, ſecundum materiam, ex qua fiunt differentia. Nam alia ex aquis ſalſis generantur veluti marinus: & qui ex fontibus fiunt, vt Sal communis: Alii ex cineribus (de quibus in ſequentibus) aliave materia, quemadmodum Sal Alkali, qui fit ex herba kali, & vulgaris Armeniacus, qui in Alexandria fit in balneis. Noſter Sal, qui in Germania noſtra frequens eſt, coquitur ex fontibus & amnib. ſalſis: ſale gemmæ & ſale marino raro vtimur in condiendis cibis, ad Artem vero Chymicam frequentius, & præſertim ſale Colonienſi, &c. Antiquiores putant ſalem terreſtrem eſſe vnius naturæ: calidum ac ſiccum: propter terreſtrem naturam dicunt ſtipticum: propter ſiccitatem exiccatiuum & conſeruatiuum à putredine, conſtrictiuumque: Propter caliditatem vero & ſiccitatem abſterſiuum: & propter acrem ſaporem penetratiuum. Cryſtallinum craſſorum humorum etiã ſumptiuum. Vires eius conſtipare, exiccare, conſeruare à putredine, digerere, penetrare, aſtringere, abſtergere, reſoluere, calefacere, & quicquid humiditatis eſt nimiæ conſumere, craſſos humores diſcutere, & ſordidam vlcerum carnem ad conſolidationem redintegrare: Cum oleo pruritum ac lepram tollit: cum aceto, melle & oleo ana vnc. ß: aduerſus anginam collo illinitur, & partim deglutitur. In clyſteres additur: ſiquidem abſterſiuum eſt. Cum oleo, aceto & melle cutem etiam purgat & extergit. Contra ſcabiem, fluxus gingiuarum & nomas vnguentum ex ſale, farina hordeacea, & melle conficitur. Cum melle & oleo illitum vlcera ardentia mollit & ſoluit. In oleo minutim Sal tritus, & articulis affrictus, mirifice eos iuuat, qui arthritide & podagra liberi eſſe cupiunt, niſi ſicca præter modum fuerint temperie præditi: Eſt autem hoc illitum mane & veſperi per omne vitæ ſpatium vtendum. Cum oleo tritum, & guttu-

Genera ſalium factitiorum.

Antiquorum opinio de ſale.

Vires ſalis.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 221 sur 1557

Excrescentias in oculis consumit, & pterygia cum succo chelidoniæ instillatum tollit. In aqua fontana resolutum, vermes aurium perimit. Faciei maculas in aqua rosacea dissolutum, & cum camphora mixtum, inq; sole exiccatum, ac oleo sambuci postea temperatum, extergit. Cum pane mixtus & in vulnera recentia immissus, consolidat &c. Hactenus antiqui in genere de salium differentiis ac vsu: nunc & in specie agemus, quæ & quales eorum singulares proprietates. Nostra iatrochymia sic inquit de sale communi: Quid sal commune sit, non opus est explicare, cum hoc omnibus notissimum sit, ob tantam necessitatem, vt eo carere non possimus. Virtus eius est calefacere, siccare, extenuare, dissoluere, discutere, abstergere, adstringere, superfluos quosq; humores consumere. Præparatur autem ex eo oleum, quod ad plura vtilissimum medicamentum. Hoc autem pluribus modis destillatur: inter quos maxime placet sequens: Exempli gratia.

Oleum Salis.

Sal prius soluatur in aqua stillatitia, solutum filtretur, deinde in euaporatione aquam coagula: huius coagulati salis recipe partem vnam, terræ luteæ siccæ partes duas, misceantur, indantur retortæ triplici luto munitæ: destilla in aperto igne, dum nulli spiritus amplius exeant: hinc refrigeratis vasis liquorem exime, affunde super nouum salem, destilla vt prius idq; reitera septies vel octies igne satis violento: tandem in Balneo separetur phlegma ab oleo, quod serua vitro bene clauso. In hoc oleo soluitur aurum. Eius vsus est in hydrope ad sedandam sitim, si guttæ eius tres vel quatuor exhibeantur in aqua acetosæ, Endiuiæ vel simili liquore conuenienti hepati.

Balsamus Salis.

Quod ad saporem attinet, non ita acidum est oleum aut sal, sed aut dulcedinem mellis, aut succi pomorum siluestrium plurimum refert. Oleum salis cum oleo Terebinthinæ, ceræ, chamomillę, verbasci & similibus commistum dolores podagricos sedat, tophos discutit: membra conuulsa si eo fricentur, restituit, abscessibus medetur, ramices curat.

Oleum Salis varii generis.

Rubeus sic vult: sal igne liquescat, in q̃ laterum fragmenta candentia iniiciantur & cucurbita curua oleum destilletur. Pleriq; raphanum excauatum sale replent, qui loco humido in aquam abit, in qua fragmenta laterum candentia extinguunt, & simul de-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 222 sur 1557

ſtillant. Admiſcent nonnulli cum ſale æquis portionibus, ſal nitrum, hæcq; exiccata, eliquataq; ſimul deſtillantur. Alii cum ore miſcent ſalem, quo ſtillatitio Aurum ſoluunt, variaq; morborum genera curant.

Alius & ſic vult: Sal aceto ſtillatitio ſæpius irrigetur, moreq; olei chalcanthini deſtilletur. Vtile eſt ad diſſoluendum Aurum pro Auro ſcilicet potabili parando &c. antequam omnes eius præparationes allegamus, primo audiendus eſt Paracelſus, Qui de ſale & eius viribus ſic ait tom. 7. pap. 63.

Quicquid ad vſus ſuos requirit homo, id vniuerſum Deus creauit, vt facili labore illud adipiſci poſſit. Quo vero homini opus non eſt, id parciore copia Deus produxit. Homini autem vſui eſt medicina, tanquam neceſſaria. Itaq; vt illam longius à tractibus tranſmarinis petat, opus minime eſt, cum in propinquo eadem parabilis ſit. Nec, qui illic habitant, à nobis petitis rebus opus habent ad conſeruandam ſanitatem. Idem etiam in ſale verum eſt. Quo quia opus homo habet, id iuſta copia ad neceſſarios vſus inuenit.

Hoc conſtituto, dicendum iam eſt, quemnam Sal homini vſum præſtet. Sal autem duo homini confert. Eſt enim condimentum ciborum, & morborum naturalium medicamentum. Quemcunq; cibum homo ſine ſale edit, is nunquam plene coqui & digeri, nec in olla nec in ſtomacho poteſt. Ea enim ſalis eſt natura, vt in coquendo omnia corrigat. Eſt enim genuina correctio omnium ciborum, homini familiarium. Quod ſale caret, non corrigitur. Quod non corrigitur, inſalubre obuenit homini. Cibi ergo vniuerſi ſalem requirunt ad temperiem, vt nec deficiat, nec abundet. Vſus eius moderatus ſit. Iam ſi cibus ita coctus & temperatus ſtomacho offeratur, tum natura eius digeſtioni ſtudet, quod ſine ſale non facit. Quod parum aut minime ſalitum eſt, in phlegmaticum, fluidum & limoſum ſanguinem carnemque, morbis omnibus, & præcipue putredini obnoxium digeritur. Qui leuius ſalito cibo vtuntur, & viribus, & natura, & complexione minus pollent ceteris, ac inſuper morbis etiam promptius corripiuntur. Nihil enim niſi correctum, & ſale quaſi conditum, natura requirit, nihil eadem admittit, niſi præparatum aut coctum perignem, niſi quod appetitus cauſa interdum proponitur, vt raphanus, allium, poma &c.

Porro

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 223 sur 1557

Porro Sal est Balsamus terrenus hominis & rerum omnium. *Definitio.* Vbi enim sal non est, ibi initium est putredinis. Vnum sal tam viuentia quam mortua à putredine præseruat. In viuo sal est in sanguine omnium animalium. Et nisi sal congenitus hominem tueretur, viuus putresceret. Sed non solis animalibus, verum & crescentibus cæteris omnibus sal inest. Nihil in natura non salitum est, siue sint metalla, siue lapides, seu herba & ligna, ac fungi, &c. Probatur id per Alcalia, quæ omnia sunt salia, ex rebus vniuersis extracta.

Et sicut homo ex carne constat, & caro est, à carne nutriri expetit, siquidem simile simili alitur: ita corpus quoq; desiderat salem, pro interni salis cibo, & carnis &c. alimento. Sal ergo similis est Balsamo, qui & ipse à putredine præseruat. Est tamen naturæ subtilioris & sublimioris.

Salis ergo hæc primum noscenda est proprietas, quod sit instar Balsami: velut & illa altera, q̃ sit instar correctionis omnium ciborum, qua opus habet homo ad temperationem digestionis, nec illo quicquam carere potest. Vbi Sal deficit, durabile nihil est, sed omne putredine inuaditur. Et ea vis Salis per vniuersum mundum ab omnibus animalibus & hominibus requiritur. Per Salem fructus mortui omnes à putredine & destructione etiam vltra terminum præseruantur. Sal facit, vt nec caro, nec lignum, nec lutum, &c. putrescat. *Salis proprietates.*

Quidquid est vbiuis, à sale præseruari potest. Hoc autem non vnica saltem salis comixtione impetratur, sed opus est præparatione. Sal enim, quod omnibus per experientiam euidens est, pisces & carnes, à corruptione tuetur.

Si autem Sal enixum fiat, per ipsum res quam longissime seruantur. In eo lignum lapidescit, in eo lapidescit limus vel argilla, & folia viridia arborum in illo talia conseruantur. Quicquid sale enixo aspergitur, mutationem non subit. Et conseruationis dote sal respondet Balsamo. Suo enim tempore res in congelationem lapideam deducit. Et licet quidem Sal enixum tandem siccetur, intereat & euanescat, ita tamen congelatur & confirmatur, vt duret etiam in aere & aqua & terra similiter.

Præterea Sal etiam mirifice ad conseruationē sanitatis con-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 224 sur 1557

ducit. Est n. homini magni thesauri instar non in cibo solum; verum etiam ad vulnera remedium singulare est. Si n. sale, in aqua frigida soluto, vulnera eluantur, integrum annum à putredine præservantur. Si etiam vulnera tempore æstiuo, cum primis sub exortum caniculæ ad putrefactionem vergant: id ne fiat, sal prohibet. Idem etiam vermes in vulneribus nascentes ejicit, & generationem eorum inhibet. Et hoc secretum in Chirurgia magni momenti est. Nec pudori sit Balneatoribus ac tonsoribus, &c. si huiusmodi aquis utantur. Remediis enim interdum utuntur aliis, quibus putredinem & vermes suscitant, quos deinde nullo molimine arcere queunt, adeoque suo magisterio multos perdunt. Vero ergo & genuino Medico lauamentum hoc curæ sit in vulneribus. Eo n. munda ea servantur, ita vt natura ipsamet jam ad consolidationem properet. Et sicut canis vulnera sua linctu mundat: ita Medicus id præstare sale debet. Quibus v. in locis sal decoquitur, ibi liquamen quoddam paratur, similitudine olei, adeo crassum, vt ouum in fundū delabi non sinat. De liquamine isto hæc secreta notate. Quicunque plethorici sunt, & humidi mucosique ac catarrhosi, adeoque podagrici, arthetici, aut crura tumida, vel ventres diarrhœa tortos habent, &c. hi in liquamine isto lavent. Fluxus uniuersi exsiccabuntur, vt morbi ex illa caussa procedentes, denuo non reuertantur, sed penitus consumantur. Similiter & crura vlcerosa & saniosa, &c. illo sanantur, corpusq; redditur aridum, agile & sanum. Humiditates n. miro modo siccantur. Quibus absorptis pereunt morbi illi, qui alias inundarent. Suam insuper etiam operationem exserit in scabie, & pruritu & similibus aliis, ubi cutem sanam & integram facit. Thermis omnibus à natura ortis, vt sunt Piperinæ, Dupplicenses, Badenses, &c. præstantius id liquamen est, & quam perfectissime operatur. Quod si Medicus thermarum omnium naturam & conditionem expendit, & illam cum liquamine illo confert salis: videbit hoc illa omnia longe superare. Tantā n. humorum à sale factam detractionem quis satis prædicare possit, dum adeo præseruat, ut mali nihil reuertatur? Et liquaminis huius ea ratio est, vt nulli totius corporis membro quicquam damni inferat, cum tamē de ceteris thermis idem spondere tutum non sit. Medicus ergo, qui vel sanos vel ægros tractat, humoribus & fluxibus eiusmodi obnoxios.

xios, is jubeat illos ad prę ſcriptam conditionem lauare. Si à tali corpore morbus jam exortus eſt, ſaneſcet. Si adhuc futurus eſt, in matrice ſua ita conſumetur, ut in lucem erumpere non poſſit.

Ridiculum ergo eſt, ſuaderi thermas, non cognitis & intellectis illis ex quibus conſtent. Nam ſemper optimæ eligendæ, cæteræ miſſæ faciendæ ſunt.

Additio Theophraſti] Primum in ſalis adminiſtratione opus minime eſt, ut alteretur, aut ei quicquam addatur. Vſurpetur nude aç per ſe.

Etlicet multæ quidem deſcriptiones ſint, quibus ſali aliquid additur, veluti cuminum, fæniculum, cinamomum, muſcatum &c. id tamen non facit ad propoſitum, h. e. non eſt de ſalis proprietate, ſed ſal dirigitur eo, quo dirigi non debet.

Ad cibos ergo & coctiones aſſumatur, quale per ſe eſt. Ad morbos corrigi & perfici poteſt, ita tamen vt ſal in ſuo gradu maneat, nec degradetur.

Notate ergo ſi ſal editur, in primo gradu eſt. Calces eius ſunt in gradu ſecundo. Liquamen in tertio. Si gradum intendere velis vſque ad 24. neceſſe eſt, vt additiones illius ſcias.

Ceterum quæ de viribus ſalis in præpingues homines dixi, correctio eius & additio eſt, ut primum illi purgentur debito modo, & illo ordine, quem de elleboro nigro præſcribo. Poſtea pergendum eſt ad liquamen. Opus eſt etiam, vt elixir tartareum adminiſtretur & vſurpetur aliquandiu, proceſſu præſcripto, ut facta Apoſtemata ac oppilationes putrefactionesq; in corpore reſoluantur, expediantur & renouentur vsq; ad terminum ſufficientem. Poſtea inſtandum eſt liquamine; modo conuenienti. *Correctiones ſalis.*

Hoc proceſſu balneum in liquamine ad 16. grad. intendi poteſt in operatione, hoc eſt, vt tantum operetur, ac ſi ad grad. 16. exaltatum eſſet, & vltra 13. eradum, in quo conſiſtit naturaliter, auctum eſſet.

Si exaltatio graduum maior requiritur, facienda eſt ea per præparationē primum, ut liquamen in ſeipſo graduetur, quod hoc modo fit. Liquamen loco aquæ decoquatur in ſucco plantaginis, maioris vel minoris, & ſimilibus. Sic multo fiet prę ſtantius ad ſcabiē, & pruritus, vnoque die plus operabitur, quam alias diebus faceret quaternis.

Sal adulcera. Adhibetetiam vlceribus manantibus, cum ſuccis conſolidæ ſerpentinę, &c. quorum multa genera ſunt. Ea additio ſiin præparatione liquaminis fiat, ita vt additio hæc aquæ ſubſtituatur, miræ erit efficaciæ in vlceribus antiquis, & in ſanando 20. gradum obtinebit. Additionem quo feceris concinniorem, eo operatio erit præſtantior.

Sal ad defluxiones. Ceterum pro internis morbis, ad defluxiones, gradationes alias notate. Liquamen cum vino ſublimato permiſceatur, & tamen cum ſucco plantaginis præparetur. Ita exſiccatiuum ſummum erit, ad gradum 24. perfectum deductum.

Supereſt & alia præparatio, hoc quoque loco vſurpanda, ſalis nempe in aquam deſtillatio. Modus eſt vt cum Raphano ſal liquetur, eaque aqua deinde deſtilletur, atque cum ſucco plantaginis, chelidonię, ſerpentinæ, conſolidarum æquis partibus permiſceatur. Hoc modo exſiccando 24. gradus ſuperabitur.

Præterea in hac cura multum ſitum eſt, & præparatione. Additionibus enim illis tollitur fluxus hæmorrhoidum, profluuium, dyſenteria & fluxus ventris alii difficilis curationis Cum eiuſmodi enim additionibus aqua eo vſque intenditur, vt plus præſtet, quam omnes ſyrupi, purgationes & medicinæ officinarum ceteræ, quæ cum illis nulla parte comparari poſſunt. Iſtæ enim gradum 4. non tranſcendunt: cum illæ noſtræ vltra 24. & 32. gradum exaltentur. His nimirum oppugnari morbus poteſt; vt neceſſario ſanitas emergat. Idem intellige etiam de vlceribus, ſcabie, & vulneribus &c.

Porro ſunt & præparationes, quæ alia quoque ratione ſalem ad ſummum grad. videlicet 24. euehunt. Sumatur nempe ſal & ſalnitrum æquali portione: calcinentur per ſe ad fluxum & fuſionem: poſtea reſolue in ſuum liquidum. Id iam in exſiccando 24. gradus habet. Præparatio eiuſmodi ſedulo notanda & ſeruanda eſt. Virtus enim exſiccandi adeo ſubtilis eſt, & in operando adeo valida, vt nihil ei conferri poſſit. Si altius aſcendere velis, adde exſiccatiua, velut antea docui. Sic gradum in operando aſſequeris maiorem. Si iterum deſtillaueris, gradum altiorem adipiſceris. Per huiuſmodi additiones & purgationes 34. gradum attingere poſſes.

Ineptum

Ineptum non est, si Sal etiam iusto tempore reuerberetur, & post reuerberationem cum prædictis succis, aut aliis tibi ad instituendum idoneis visis permisceatur, aut post omnia hæc in aquam, aut liquorem, vt dictum est, destilletur. *Sal reuerberandum.*

Sunt etiam quædam fusiones ad salem, quibus gradus eius augentur. Fundantur cum Bolo Armeno, Terra Sigillata, Chimolea, Flore æris, Thutia, Calaminari, &c. Post fusionem facta solutio per se, intendit gradum. *Fusio salis.*

Funditur etiam cum sale nitro, & additur permixtio, in suum postea resoluitur liquorem & affunditur fæcibus, & aliquoties de illis iterum destillatur. Sic præsignem vim stypticam ac constrictiuam acquiret, vt nihil occurrere possit, quod nõ exiccetur & constringatur. Ad augmentationem eiusmodi gradus facit Crocus Martis, Cerussa, Flos æris, vnde summa additio est.

Sciendum est etiam, post processum eiusmodi, si dicto modo in liquorem reducitur, cum succo de immaturis acatiis permisceri. Ita nihil erit, quod potentius constringat, exsiccet, & ad fundamẽtum penetret.

Et hæc de Sale, eiusque viribus, correctionibus & additionibus tradere cõmodum mihi visum est, quorum herbarii ceteri ignari, nullam mentionem fecerunt, quia ipsimet ignorarunt artem, qua ex 4. gradu, 24. grad. producerent, & hinc demum 32. grad. educere. Vbi adeo potentes medicinæ sunt, ibi natura alacriter coincidit & cooperatur.

Multi admodum anxie in conscribendis herbariis & naturalibus rebus laborarunt. Si tamen rem videas, intelliges ipsos non nisi audita consignasse, nec an vera an falsa sint, compertum habuisse. His succedunt postea Neoterici & moderni, & ex variis varia colligentes, libros inconditos consarcinant, de veritate interim & mendaciis parum soliciti. In eiusmodi talium Auctorum libris, vbi non nisi hæc verba subinde inculcantur, ille hoc inquit, iste hoc expertus est, &c. non possunt non mendacia multa reperiri. Quos si roges, ecquis hoc tibi dixit, tandem descenditur ad moniales & vetulas, quæ ex opinione sua talia commenti sunt. Qui librum conditurus est, non est vt fidat his, qui mere audita recensent.

Fidat

Fidat autem illis serio qui ex experientia propria loquuntur. Hinc enim absunt nugę, nęnię, vetularumque somnia, quibus hactenus scriptores illi nimis oscitanter acquieuerunt. Templum suum super arenam exstruunt. Ideo etiam morbus qualibet ipsorum medicina potentior est.

Hæc est illa inundatio, quæ templum ipsorum cum omni scientia abripit. Scriptorum huiusmodi iam plena quædam lerna est. Abundant enim ad comportanda mendacia otio. Cumque post fornacem talia agantur, parum illi curant, verum an falsum sit. Nomen & honorem sibi struere, hoc vnum satagunt. Et cũ mundus velit decipi, assumunt illi vndecunq; ex Poetis & Rhetoribus fabulas, vt sic industrii videãtur. Hæc illorum scriptitatio: qua nullius vsus & commodi est. Plura de hac materia vide apud Paracelsum lib. 1. de naturalibus rebus c. 4. &c. Quo Paracelsus obscurior, reddatur clarior, audiemus & alios de sale loquentes, eumq; præparare docentes, inter quos primo audiemus Quercetanum qui sic ait: Sal calidam ac siccam qualitatem obtinet, vimque habet detergendi, dissoluendi, purgandi & adstringendi: qua ratione excrementitias ac supervacaneas humiditates ciborum, siue carnes sint, siue pisces, fructus, olera & id genus alia, absumendo, tuetur illa à corruptione, vnde inter alia, maxime omnium necessarius in vsum hominis salcensetur, quo nemo carere vnquam cõmode possit: præterq̃ quod ipse solus plus in condimentis ciborum possit, q̃ quoduis aliud adiunctum, q alioquin eo destituti insipidi prorsus ac insuaues ingratiq; expuerentur, nedum vt auide à stomacho exciperentur: aut si ab eo recipiant, statim corrumpantur, ipsiq; ventriculo non parum noceant, vnde constat, quantus sit eius & efficax vsus, imo etiam perneccssarius ad conseruandam valetudinem, & vitam prorogandam. Hinc dicebat Galenus, Quidquid in corporibus (inquit, loquens de sale) humidum inest, id quodammodo absumit, & quod reliquum est substantiæ solidæ, adstrictione contrahit, ac proinde etiam conditura sua carnes seruat, & à putredine tuetur. Vnde sub finem infert, vsum salis non esse necessarium rebus, quibus prorsus nulla est humiditas superflua, vt melli & quibusdam aliis: nec iis, quæ corpore constant solido, quales sunt lapides; At vtilissimus quidem & necessarius est iis omnibus,

Salis facultas.

Gal. lib. 11. de simpl. medi. facult.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 229 sur 1557

mnibus addit, quibus ſuſpecta eſt putredo. Pauci autem cibi à corruptione ſeſe natura vindicant, idcirco omnibus propemodum cibis neceſſarius eſt ſal: nec abs re ſic cecinit Poeta; Nam ſapit eſca male, quæ datur abſq; ſale.

Error vulgaris confutat⁹.

In hunc ſermonem ingreſſi de induſtria ſumus, quod vulgaris ille error, quo ſibi pleriq; omnes & aliis perſuadent, vſum ſalis nocentiorem, q̃ ad ſanitatem eſſe vtilem, à nobis ferri nequeat. Perniciоſa enim perſuaſio iſthæc eſt, qua complures vſq; adeo faſcinantur, vt ne micam quidem panis ſalſi auſint ori indere, aut ſalis granum ouo inſpergere ad ſaporem, citra me um periculi. Quod quã ridiculum & à ratione alienum ſit, palã eſt omnibus, Certum igitur habeam⁹ ſanitati conducere, vt mediocri ſalis aſperſione cibos noſtros condiamus, auerſemurq; q̃ ſecus ſentiant. Fit enim inde vt nõ tantum ſuauior ac gratior palato redda ur eſca: ſed eo etiam ſalubrior ac minus corruptioni obnoxia fiat. Humiditates enim ſuperuacaneas, quibus faci'e cibus corrumpitur, & nauſea mouet, is abſumit & deſiccat, guſtuſq; ſapidus redditur, quo vel proſtratus apperitus reſtituitur: concoctio ventriculi adiuuatur, & excretio ſtimulatur. In quem vltimum finem vſus eius eſt quotidianus in clyſteribus, glandibus & ſuppoſitoriis. Nec tamen inde inferre volumus, veſcendum ſemper eſſe ſalſis, nec ab iis temperandum, citraq; conditionum hominum rationem, eorumq; infirmitatum, quibus ſæpe ſalſa nocumento ſunt, i.s tamen vtendum eſſe: ac cenſemus diſtinguenda omnia, dextreq; ſingula eſſe interpretanda, ſiue ciborum habeatur ratio, ſiue complexionum, vt vocant, ipſorum hominum. Ciborum enim alii ſalem expetunt, alii non. Temporis etiam eſt habenda ratio & diſtinctio, ſiquidem quæ pridem ſa'ita eſt caro, & ad fumale deſiccata diu eſt, etſi p ſe eſſet mollis, durioremtamen ſubſtantiam ex diuturnitate ſalſedinis, & infumationis contraxit: contra quæ per ſe dura, qualis eſt bubula, aliquot tantum dies ſalita, emollitur & delicatior redditur. Sic bubulæ carnes ſale condiuntur ad paucos dies, quæ deinde appoſitæ ex recenti ſua ſalitura, auidius & ſuauius excipiuntur: quod Gal. lib. 11. de medic. facult. confi mat his verbis: animalium corpora, inquit, quæ excrementitia carne conſtant, ſalituræ ſunt peridonea: excrementitias autem vocamus carnes, quæ pi uitoſam humiditatem in ſe

Cur cibi ſale moderate condiendi.

Quid obſeruandum in ſalis vſu.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 230 sur 1557

cõspersã continẽt. Aetius vlterius progreditur, ac differit de omnium ciborum salitorum differentiis & qualitatib⁹, qualescunq; illi sint, sic scribẽs: non modica, inquit, differentia salsarum carnium est, prout quædã ex ipsis saliuntur. Nam adeo imutãtur, vt sæpe animalis tẽperamento humidi, caro salita longe siccior euadat, q̃ caro animalis natu a sicci non salsa. Deinde docet Aetius, quæ carnes opportuni⁹ sale condiendę sint. il ę, inquit, quæ subduriores & excremẽtosæ simul sunt, aut q̃ sup. iacanea humiditate scatẽt. Deinceps cũ pariter docuisset, quib⁹ carnibus & cibis salis conditura nõ debetur, q̃ à sale duriores, ac concoctu difficiliores reddãtur cibi: simul indicat eduliorum vtilitatẽ, q̃ apte & opportune sa ita sunt: atq; sic caput absoluit totidem verbis: quæ vero, inquit, ad salsurã idonea sunt, tenuium partiũ fiũt, & comesta crassos ac glutinosos humores attenuant. Cæterũ vetera salsamenta omnia vitiosa sunt.

Quod genus ciborum etiã nos supra damnauim⁹, præsertim cũ frequẽs aut assiduus eorum est vs⁹, q̃ tum vel maxime noxii sint: at p interualla sobria eorũ vsurpatio, nõ vsq; adeo dãnosa est, nec vbiq; spernenda. De quib⁹ consulat celeberrimus ille vir Marsili⁹ Ficinus, vbi de salitis eduliis & aromate conditis scribit in lib. de vita cęlitus cõparanda. Illic n. in populari illo errore explodẽdo nihil nobiscũ sentit. Porro à salis marini dulcib⁹ crystallis exordium sumemus, q̃ ex materia tã acri ac sa'sa extrahũtur, non dubiũ est, quin ignaris hominib⁹, rem istã supra hominis industriam esse arguẽtib⁹, risum moueamus, q̃ quidem si ad amussim legũ & normarum philosophiæ illorum rẽ istam reuocemus, vtiq; ridiculum plane futurum est: non a. si ad incudem veritatis, genuinis ac legitimis philosophis probe cognitã, & quibus solis hæc scribim⁹, referamus. Visum est a. hoc tã suspiciendum arcanum in gratiã illorum enucleare, ea lege tñ, vt solis artis filiis, terminorum ei⁹ peritis, ac veræ philosophiæ fonte prolutis, nõ ignaris & stupidis hominib⁹, imo etiã maledictis ac conuitiis tantã artem proscindentibus, ac indigne lacerantib⁹, in cognitionem veniat. Æquum est enim, detrectatores eiusmodi in sua insciti a ac cæcitate permanere, sues q̃; ac porcos ab vnionibus istis procul candis arcere, nedum admittere.

Quibus hæc scribantur.

Præparatio.

Soluatur igitur sal marinus, filtretur & coaguletur exarte cũ proprio & naturali menstruo, idq; toties, dum sumã purificationẽ

ac

ac claritatẽ acquirat. Hui⁹ sic emũdati & clarificati salis ℔.vj. adiice dissoluẽtis vitriolati admelliflui ex vegetabili, & animali parati, q̃ sufficit ad maiorẽ fermentationẽ ac corroborationẽ, vt facta digestione conueniẽte, quã præsse oportet, vsum vehiculi præbeat, ad cõmodius spiritus aqueos, sulphureos ac vitriolatos, dulces, acidosq; qui firmissime sali illi conditi recõditi inhærent, extrahẽdos. Quod in pyxdie Wallemburgica, vel quauis alia, quæ ignem sustineat, quales sunt retortæ Bellouacenses, ex quibus Lutetiæ aquæ fortes exprimuntur, præstandum est.

In hoc versatur rei cardo, vt gradatim ignis admoueatur: in quã rẽ sedulo artifici & in huiusmodi opere exercitato incũbendum est.

Necnon & fornax reverberatoria Achanoris requiritur, in qua opus ex norma & mẽsura dirigatur. Oportet enim vas incandescat purpureo, non claro colore, ne videlicet sal fluat: cuius fluxus spiritus retinet, ne copiosius & opportune, vt decet, exti lent. In eo autẽ adæquato igne cornutã aut retortã imorari necesse est ad octo dies, quo tempore semper recipienti invigilandũ erit, quod vsq; adeo, & spissum & capax firmissimoq; luto obuolutũ esse oportet, ne q̃d vsquã expiret: quod & turbidũ & spiritibus vaporosis ac albis oppletũ animad vertetur, in quibus virtus & primũ ens metallorũ resolutũ est in aquã acidissimam. Post spiritus exhaustos, tandẽ ad collum & sumitatẽ recipientis, sub finẽ destillationis sublimabitur, aut attolletur terra, quæ foliata dicitur, instar niuis albissima, quæ ei collo adhærebit, qui mercurius aut sulphur Philosophorum nuncupatur, quam vtramque appellationem merito & iure suo obtinet.

Primum ens metallorũ m.
Terra foliata

His itaque peractis & refrigeratis omnibus vasculis, vt probe omnia conquiescãt, loricis suis vasa erũt exuenda, coniunctaq; per agitationẽ vtraq; essentia salina ac spiritualis seu liq̃da, in alembicũ effundẽt vitreum, ex qua tria principia sum̃e spiritualia, simplicissima ac efficacissima seu maxime penetrantia, q̃ in ea cõtinẽtur, separãda erunt, vt seorsim singula seporãtur, vt mox dicetur, quæq; deinceps in vnum corpus vniantur, quod vere homogeneum est, ac nihil heterogenei retinẽs simplicissimum ac penetrantissimum efficacissimumq; futurum est. Alembicus a. & recipiens firmissime in loricã in balneo vaporoso collocentur, suo q̃q; loco ac lẽtissimo calore insipidum phlegma, aquæ tantũ inutilis saporem referens,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 232 sur 1557

Cryſtalli dulcis ſalis.

ſeparetur. Quo ſeparato ad iuſtam ſatis quãtitatem, idq; lentiſſimo igne, vt dictũ, alembicus frigori exponatur, vbi pellucidiſſimi lapilli cryſtallini, guſtuiq: dulces formabuntur: quibus ſemotis ac ſeorſim ſepoſitis, redditoque denuo Balneo, dulci alẽbico, vt rurſum ad lentum calorẽ inſipidũ phlegma ſeiungatur, ſi rurſum alẽbicus frigori exponatur, concreſcent iterũ glaciales globuli, iidemq; perdulces. Quæ quidẽ operatio toties repetẽda eſt, dũ nulli ãplius lapilli emergant, & quicquid reſidui extillabit, nõ amplius phlegma inſipidũ, ſed aciditatis vitriolatæ, quæ mordicationẽ ſumam linguę inferat, inſtar acerrimi ſpiritus vitrioli, guſtũ inducat. Tũc vero ab operatione deſiſtendũ, in fundo alembici quærendum verum ſalis oleum vitriolatum acidumq;, à quo omne inſipidum phlegma & inutile extractum fuerit. Cryſtallini vero lapilli, etſi ſapore dulces deprehendantur, admirandæ tamẽ ſunt virtutis, vt qui ſoli ſeorſim vel cũ oleo ſuo ad idoneã quantitatem permixti, ſint verũ ſolis terreſtris menſtruum ac diſſoluẽs, eius proprietates ac virtutes vitales vegetanteſq; locupletans ac exacuens, quemadmodũ cœleſtis ſol in Arietis ſigno domiciliũ figens, vbi Marti ſedes gratiſſima eſt, exultat, & præpotentes vires, in rerum mundanarũ renaſcentiã exerit, ſpiritus rerum in penetralibus terræ velut ſopitos calore ſuo virtuteque excitans, vt ad ſuperficiem terræ attollantur, & indiuidua ſua, ſenſim radicibus corporeis, corticibus & caudicibus, illius viribus aſſumptis, virore, floribus, verno tempore tandem ornata procreent. Quos quidẽ ſolis cœleſtis effectus Balſamicus terræ liquor, qualẽ ex ſalibus erui diximus, quodam̃odo imitari poteſt. Siquidẽ nihil natura progenuit, quod idẽ ars imitatione nõ effingat, & quæ poteſt ſol cœleſtis naturali proprietate præſtare, eadem & Sol artificialis, chymica induſtria paratus, & ex reb. terrenis aſſumptus, exerere quodam̃odo valeat. Quod enim eſt inferius, idẽ eſt ac ꝙ ſuperius. Liquor igitur eſt balſamicus ex ſale eductꝰ, hocipſum poteſt, ſi ad debitã quãtitatẽ aquæ aut paſſiui liquoris, ꝙ vbiq; copioſius occurrit, commiſceatur. Iſta enim ſic diluũtur ac contẽperantur inter ſe idonee mixta, vt hac mixtione, roſa, violæ, alijve flores, vel emarcidi ac ſicci, quique omni odore vitalique virtute, vel longo ante tempore exuti fuerint, perfuſi, ac imbuti, priſtinum virorem & vitales alias dotes recipiant, ac in colorem genuinũ ac magis etiã floridum,

Roſa, violæ, &c. emarcidarum viuifi catio artificialis.

ridum, quo vel dissoluens ipsum etiam tingetur, redintegrentur, vt nec Maius, ex naturali & verno Sole, tot tamque elegantiũ florum sit feracior, quam hyems ex artificiali nostro sole, ad radices herbarũ effuso, fœcunda eniteat. Hoc igitur modo, qui supra dictus est, si dulcedo illa Crystallina salis, cum oleo aut aciditate vitriolica propria, debita proportione coniungatur, solque in eo philosophice solutus, & in quintam ibi essentiam redactus, omni sanguine rubicundiorem (quẽ colorẽ ex coctione aut digestione proprioq; calore sibi comparat) adiiciatur: Hinc vniuersalis medicina nascetur ad mirandæ virtutis, quæ vel lepram ipsam tũ vniuersalẽ, tum particularem totius corporis, Epilepsias, & id genus indomitos affectus, vnius aut alterius tantum grani dosi expugnare valeat. *Medicina vniuersalis.*

Oleum salis ab alio authore sic describitur: Recipe salis communis lib. j. Terræ luteæ lib. vj. salis nitri purgati drach. xij. simul miscentur optime & ampullæ collo longiore prędita, argillaq; probe oblitæ indũtur: deinde hæc in fornace ad latus locatur, & vase, ꝙ liquorem excipiat, satis amplo appositio, cõmissurisq; diligentissime cõglutinatis, ignis ꝙ initia exiguus extruitur, donec quod aquosum ineſt, stillare, & spiritus colorati apparere cæperint: postea calore vehementissimo, repleta nimium fornace carbonibus, in modum aquæ validæ, quod reliquũ est expellitur. Tandem vasis refrigeratis, omnis eximitur liquor: qui infusus cucurbitæ vitreæ, ex calidis cineribus destillatur, dũ phlegma ab oleo siue spiritibus separetur. Hoc vitro reconditur ad vsum. Foris cũ oleo Terebinthinæ, ceræ, chamæmelino, verbascino & similibus cõmixtũ, dolores podagricos egregie sedat, tophosque discutit. Per os guttatim datur, sicut etiam illud præcipue, quod purpurei citriniue coloris ꝙ aquam rotidam, ad soluendũ Aurũ, Morbosque infinitos curandos paratur. Trium guttarũ instar ex aqua vitæ singulis septimanis assumptum, hominẽ renouat: Aquam intercutẽ consumit, Morbum comitialẽ discutit, febres abigit, arquatũ sanat, membra convulsa si eo perfricentur, restituit, Dolores Podagricos mitigat, Abscessibus medetur, Ramices curat. Fœlicius hoc præbet Essentia salis Tartari cum Alkohole vini Essensificato, de qua non est multum differere, quia labor ejus facilis est. Spiritus salis secundũ Crollium: Recipe salis Cracovienſis natiui, vel salis marini exsiccati vel calcinati lib. 4. af- *Oleum salis viridu.*

Spiritus salis.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 234 sur 1557

fundendo aquam pluvialem, impasta vel malaxa cum albæ argillæ figulinæ recentis & per setaceum cribratæ libris duabus (vel quod melius, argillæ loco sumatur matrix si haberi possit, seu cortex Terram sigillatã inuoluens, & proxime ambiens, & è qua Terra Sigillata tanquam nucleus eruitur, sic enim efficaciorem liquorẽ, ad vsus medicos habebis) inde facias orbiculos rotundos seu oblongos, quos retro fornacem ad duritiẽ exiccatos impones retortæ terreæ luto obductæ, vix ad dimidietatẽ impletæ: jungatur Recipiens satis capax, & seruatis ignis gradib⁹, donec phlegma egressum est, vltimo pelle forti & indesinenti igne aperto continuando, donec spiritus albi omnes egressi sunt. Destillatro eadẽ quæ in paranda aqua Forti adhiberi solet.

Vsus & Dosis.

Duæ vel tres guttæ in aqua Cardui benedicti & Parietariæ subibito remoratam pellũt vrinã, sicuti etiam Aqua vitæ per se optime à phlegmate rectificata facit. Obseruationes de Spiritu seu oleo salis.

Mirum quod hic Spiritus cum sale communi singularẽ antipathiã & naturam contrariam habet. Primo, ratione sitis: Sal commune excitat sitim: Spiritus hic pellit eandem, quod manifeste apparet in hydropicis. Secundo ratione putrefactionis: Sal commune omnia à putrefactione præseruat, & mordax est: Spiritus hic absumit, corrodendo spatio vnius diei, at sine dolore, quicquid in vulneribus aut affectibus aliis putredini obnoxium. Tertio, ratione Gustus: Sal commune est acre & mordax: Spiritus habet saporem γλυκύπικρον, & odorem succi expressi è pomis agrestibus. Sequuntur vires & virtutes Olei, secundum Paracelsum. Sal simplex, omnium condimentorum condimentum, omne stomacho insũaue insuetumque suave & nutritioni aptum facit, & cum putredinem nesciat, maxime omnia à putredine vindicat, & naturali corpori salutaris, humanæ naturæ adeo conducibilis, vt sine eo viuere nesciamus, corporibus inditus quicquid adest humidi absumit, & q reliquum est solidæ substantiæ adstrictione contrahit, vnde corpora condita siccat, & à putredine vindicat. Hæ igitur virtutes, cum crudo insint Sali, quanto potiores Spiritui eius conuenienter præparato? 1. Paracelsus illo vsus est in omnibus morbis bis in mense semper tres guttas exhibendo: Renovat Hominem, præsertim si aliquot folia auri in illo solvantur, Sal enim omnia præseruat, Alioquin

quin etiam Spiritum salis feliciter cum oleo Vitrioli miscuit, & postea ad varios morbos intra corpus cũ maximo successu exhibuit, præsertim in hydropicis cum aqua Absinthij. 2. Leprosos, & alios tam virorum, quam mulierum morbos in vino sumptum sanat, & sanguinem purificat. 3. In Hydrope miscetur Sali absinthii, vel aliquot guttæ offerunt in aqua Absinthij quotidie donec hydrops in paucis diebus euanescat. 4. Ad confortationem capitis in aqua Lauendulæ, Majoranæ, Saluiæ. 5. Ad cor in aquis cordialibus frigidis, Violarum, Rosa um, item Borraginis, Melissæ. 6. Ad stomachũ, cum aqua menthæ, ita appetentiam cibi auget. 7. Ad Hepar cum Cichorio, Lactuca, Carduo benedicto. 8. Ad splenem, cum Endiuia, Portulaca. 9. In peste cum aqua appropriata cardiaca infecta etiam regio illo vngatur, apostema retrocedit, & venenũ sine noxa expellitur per aliud emunctorium Si guttæ quatuor cum vncia semis Electuarii juniperini offerantur, expectato sudore, vt singulare commendat Theophrastus in Peste & venenis, quia cor confortat, & sanguinem purificat. 10. In aceto si offeratur, pellit sudorem Anglicũ. 11. Renes & vesicã expurgat & calculũ rũpit. Vsus eius cũ balneo certo juvat. 12 Lumbricos pellunt aliquot guttæ in aqua Artemisiæ. 13. Hernioſos Paracelsus in loco affecto hoc liquore vnxit, adhibito Balneo Hernioso: aliquot etiã guttæ intra corpus dentur, ita intra paucos dies patiẽs sanabitur. 14. In colica duæ vel quinque guttæ in forti vino præsentaneum remedium. 15. Pellunt febres etiã diuturnas guttæ quatuor in aqua vitæ. 16. In ictero tres vel quatuor guttæ prosunt, cõtinuetur donec patiens sit restitutus, quod fit in tribus septimanis. 17. In iliaca, Dysenteria, paralysi, Apoplexia, podagra in aquis appropriatis. 18. Vlcera interna etiam sanat. Dosis. 4. 5. 7. guttæ in cochl. Vini Maluatici, vel aqua cinamomi, vel alia appropriata. Vsus eius ab Extra. 1. Cum aquis appropriatis mixta, vtiliter parti doleti podagricæ inungitur. 2. Penetrat omnes venas, carnem, ossa, & promouet omnium vlcerum curam. 3. Vbi mẽbra contracta, & de sede mota sunt, siue sit cõtractura siue Apostemata, inũctio instituatur, cum appropiatis vnguentis. 4. Omnia vlcera cacoethea, insanabilia, fœtida, vt fistulã, cancrũ, lupũ & similia phagedęnica cũ inunctione cõtinuata in paruo tẽpore sanabis. Libauius ex sale vult habere calcem in hunc modum: Sal vulga- *Calx salis.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 236 sur 1557

vulgaris panno includitur,& contrahitur in pilam. Hanc loricant luto denſo, & in reuerberio vniũt, & eſt potius ſal vſtus,quam calx ſalis. Ita vero conſueverunt artifices loqui. Bulcaſis tam diu vrit, donec non amplius crepet.De ſpiritu & oleo ſalis ſic inquit: Spiritus ſalis cujusuis fit ex liquore ſalis per deliquiũ ſoluti, deſtillando item per retortam: è ſale communi ita efficitur: ſali communi vſtulato affunde vrinam puerorum,digere per octiduum loco calido. Traijce per philtrum,coagula, ſolue in marmore,ſolutum age per retortam triplici luto munitam igne reverberij. Fracto vaſe exime caput mortuum, tere, refunde deſtillatum, digere & deſtilla, idque potes repetere nouies vel decies, vel ſalem ſublima, ſolue &

Oleum ſalis viridis.

deſtilla : Vel in ſale ſoluto per raphanum extingue candentes lateres,quos, vbi ſat ſunt poti, deſtilla : deſtillatum quidam nominant oleum ſalis viridis. Nonnulli tamen igne eliquant ſalem, & in eo reſtinguunt lateres. Salem qui foris accreuit,abſtrahunt, lateres deſtillant. Ad podagras cum oleo granorum ex Ebulo. Sunt qui ſalem ſtatim imponant & deſtillent. In chirurgia præcipit ita : Salem naturalem albiſſimum per ſe ſolue aliquoties,tritum miſce cum ſucco Raphani, & ſolue,ſolutum deſtilla, & cum aqua tum ſanguinea,tum viridis extitit, admiſce iterum ponderibus æqualibus,& deſtilla quinquies.

Tinctura ſalis.

Tinctura ſalis : Recipe Salis communis fuſi q. ſ. contundatur minutim, affunde ſpiritus Terebinth : ad eminentiam trium digitorum, Deſtilla per retortam in arena ad ſiccitatem;Hoc deſtillatum reſiduo rurſus affunde, & elicietur inde Tinctura Rubicunda. Quod ſi opus prima deſtillatione non ſuccedit, iterandum eſt, donec Tinctura appareat, ſpiritum Terebinthinæ in frigido tinctum effunde & per deſtillationem abſtrahe, donec Tinctura inſtar Balſami in fundo reſtet. Extractum ſpiritum ſali rurſus affundes,& plus Tincturæ prolicies,donec nulla amplius Tinctura in ſale appareat. Hic Balſamus in Doloribus podagricis, & aliis omnibus ſedandis ,item nodis omnibus reſoluendis vtile.

Dicit quidam author in notationem. Recipe ſalis communis libr. j Carbonum in puluerem contuſorum libr. duas. Miſce & deſtilla, ſic habebis ex libra vna ſalis fere libram vnam eiusdem olei. Sic & ille dicit etiam poſſe fieri cum Mercurio,&c.

Salis

Salis calcinatio ab iis & sic docetur : Sal commune positum in crucibulo, vel alio vase terreo, & fere ad summum repleto cooperetoque locatur inter carbones viuos, donec vndiq; candeat, nec amplius crepet. Soluitur postea aqua communi; filtratur, purificatur & in scutella noua vitreata coagulatur : Hac ratione spiritus Arsenicales & fortes in sale habitantes, beneficio ignis auferuntur, humorque eius aduentitius pereat. *Præparatio salis.*

Beguinus de sale refert in Tyrocinio cap. 5. pag. 92. Sal constat ex partibus diuersis: terrea, aquea, ignea. Consistentia & soliditas eius à terra, liquabilitas ab aqua, mordicatio ab igne. Actis est, γλυκύπικρος, incisiuus, subtilis, penetratiuus, purus, fragrans, incombustibilis, & alia à corruptione præseruans, diaphanus aeris instar, per reiteratas præparationes, dissolubilis in humido, liquabilis in igne, instar metallorum : Estque ceu anima in corpore, secundum Plinium, qui post Stoicos ait; Salem datum esse carni porcinæ, sua natura quasi mortuæ, pro anima. Hic enim in modum fermenti, corpus cui miscetur, modo id penetrare possit, in suam naturam conuertit; humorem viscosum putrefactioni obnoxium consumendo.

Raymundus Lullius vocat liquorem salsuginosum, per totum corpus dispersum, humorem vrinalem : Paracelsus mumiam. Sunt autem varii ab artistis excogitati modi oleum seu spiritum salis eliciendi. Aliqui Sal decrepitatum per se destillant, absque additione alicuius rei externæ. Sed cum Sal sit facilis fusionis : vt cum in vnum coierit, spiritus contumacissimos foueat : post destillationem viginti quatuor horarum, omnibus refrigeratis, retortam frangunt : Massam salis terunt : & nouæ retortæ imponunt : cum liquore destillato; idq; toties repetunt, donec totum Sal in oleum resoluatur, quod octaua aut nona destillatione fieri solet. Tædiosa nimis operatio. Alii Sal calcinatum, in cella vel aqua pluuiali dissoluunt : & cum argilla figulina cribellata impastant : indeque orbiculos vel globulos formant : quos exsiccatos rerortæ indunt, & spiritus eliciunt. Ego vero sic parare soleo. Accipio salis marini calcinati libras duas : misceo cum sex libris farinæ laterum, vel terræ rubræ, vel Boli communis : Impono retortæ firmæ & amplæ, vt tertia ad minimum pars vacua remaneat : adhibitoque recipienti amplo, in quem prius aquæ stillatitiæ libr̃ infudi, destillato per triginta horas seruatis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 238 sur 1557

seruatis iisdem gradibus ignis. Post separationem aquæ & phlegmatis, accipio viginti ad minimum vncias olei acerrimi, quod rectificari debet. Vires exerit potentissimas, cum interius, tum exterius sumptum. Renouat totum hominem & præseruat ab omnibus morbis: si in generoso vino aut aqua vitæ vsurpetur. Cum sale absinthii mixtum, & in vino aut aqua absinthii vsurpatum, hydropem tollit. Curat epilepsiam, Icterum, febres, calculum, lumbricos. Inunctum sanat membra luxata, contracta, paralytica, apostemata, dolores idem podagricos mitigat, si cum oleo vel Terebinthinæ, vel Ceræ, vel Chamomillæ misceatur. Calcinat etiam omnia metalla, lapides, vitrum ipsum, artis opus perfectissimum.

Alius modus: Dissolue Sal cõmune in humido per se: toties filtra, donec nullas relinquat feces: Deinde pone in venti ẽ equinum per duos menses: postea fortissimo igne destilla, & phlegma per balneũ, à liquore vnctuoso salsuginoso separa. Quicquid corruptioni maxime obnoxium est: hoc liquore si imbuitur, multa sæcula manet incorruptum. Creditur illud fortissimæ fœminæ cadauer, hoc liquore fuisse conditum, quod, referente Raphaele Volaterano, tempore Papæ Alexandri VI. ante annos centum & sedecim aut circiter, in antiquo sepulchro, prope Albanum, adeo integrum, nullaque adeo corruptione contaminatum repertum fuit, ac si eadem hora expirasset: cum tamen ex scriptura marmori insculpta vltra mille trecentos annos, iacuisse ibi defossum constaret.

Oleum salis dulce sicà nonnullis fit: Recipe salis triti q.v. huic in vase amplo conueniente super aceti destillati soluentis quantum par est, destilla inde acetum vsq; dum Sal sit conuersum in oleum, quod volũt ab aceto factum esse dulce, &c. Hæc de salis præparatione dicta in genere sufficiant: Nunc in specie videbimus quemnam vsum habeat medicum.

Aqua ad faciem pro leprosis: Recipe sulphuris, salis tosti ana vnc ß. Caphuræ, Tutiæ ana drach. j. olei Tartari vnc. j. aquæ rosarum vnc. xviij.

Balneum Theophrasti Paracelsi: Recipe aluminis lib. x. salis lib. xx. Aceti stillatitii q. sufficit, commisceantur simul optime, stetque per 4. dies in infusione. Postea decoquatur ad consumptionem aceti. Cocta hæc massa, seu lapis, incoquatur in aqua pluuiali quanta s.

quoad

quoad oleositas quædam appareat. Deinceps insideat æger in hoc lauacro pro vulgari modo & consuetudine, nec vlla alia vtatur medicina, ad morbos Chirurgicos, eosque qui per Cathartica, abstinentiam, sudationes, & balnea curari solent aut possunt.

Balneum ad dolorem Ruland. Recipe Raparum num. vj. Rutæ m.v. salis m.iij. Incoquantur simul in aqua, quanta fuerit opus. Insideat æger mane ac vesperi, vbi non adest inflammatio.

Balneum eiusdem ad podagram, chiragram & schiaticam: Recipe salis lib.ij. alnminis lib.j. sulphuris viui vnc.iij. Baccarum Lauri lib.ß. Bulliant simul in aquæ duobus sextariis. Atque ex hoc vnicuique balneo tertio quoq; die renouando infundatur portio à lib.ß. ad lib.j. Ac insideat in hoc lauacro æger quotidie per horam mane ac vesperi.

Lotio eiusdem ad dolores pedum & podagram: Recipe salis m. iij. decoquantur in sufficienti quantitate aquæ: eaq; vtatur æger mane, ac vesperi ante cibum. Postea abstergantur pedes linteo.

Alia lotio ad podagram: Recipe Ros. sub. Balaustiorum, flor. Myrti, Plãtag. Verbasci, fol. Lauri. Origani, Pulegii, Calamẽ. Saluiæ, Thymi, flor. Rorismarni ana m j. Baccarum Iuniperi vnc.iij. Alumnis Rochæ, salis communis ana vnc. iij. Bulliant omnia in aqua sufficienti, fiatque lotio. In hac immorandum ad horas duas vel tres; continuetur autẽ triduum vel quatriduum mane stomacho ieiuno.

Antidotus regis Mithridatis contra omne venenum & pestilentiam: Recipe Nucum iugulantium siccarum vnc.vj. Ficuum siccarũ drach.iiij. fol. rutæ siccæ vnc.ß. salis drach.ij. Omnia hæc in minutas partes concisa, aqua Rosarum imbuantur, neq; vt quidam volunt terantur. Aliqui hoc miscent succo acetosæ aut aceto Rosaceo. Nonnulli etiam addunt gran. Iuniperi vnc.ß. Hoc Antitodum ieiuno stomacho sumatur ad quantitatem Nucis Castaneæ, estque aduersus venenum præseruatiuum.

Vnguentum pro scabie: Recipe Styracis liquidæ vnc.j. Terebinthinæ lotæ, Butyri loti ana vnc.ij. succi Limonum vnc.j.ß. Cerussæ lotæ vnc.j. salis vn.ij. misce F.vng. in mortario plumbeo. Vnguentũ ad humorẽ cõcretũ ac scirrhosum Rõdelet. Recipe Nucis Cupressi nu. x. Ficuum paria vj. rad. Cãnæ vn.ß. fiat decoctio in Oxymelite: facta expressione, adde salis cõmunis, cineræ spongiæ, cineris chalcitidis

ana vn.iij.Miſceantur & F.vnguentum,quo inungãtur partes duræ.

Emplaſtrum Auicennæ ad dolorem iuncturarum & podagræ; Recipe ſem.hyoſciami Kiſt.j. Agarici, Fœnugræci Kiſt j.ſalis vnc.j. Ceræ lib.j.Reſinæ coctæ,olei antiqui ana lib.j.Medullæ oſſium Cerui vnc.iiij.rad.lilii vnc.iiij.Terantur Medicinæ ſiccæ,cribellentur & liquefiant ea,quæ liquefiunt,& demittantur, donec infrigidentur, & proiiciantur ſuper medicinas ſiccas commiſceantur,& reponantur ad vſum.

Emplaſtrum diſcutiens Andernaci: Recipe Abſint.Papau. Corniculati an. m.j.rad.Altheæ,Maluæ,Narciſſi an. m.ß.ſem.Fœnugræci,Erui, contuſorum ana p.j. Fiat decoctio: de qua recipe lib.j. olei Anethini,Hyperici ana vnc.ij.Adipis ſuilli veteris, adipis gallinacei ana vn.j.coquantur vſque ad humoris conſumptionem: deinde adde ſalis vſti drach.ij.Coralli drach. j. ſem.Aniſi, Cymini ana drach. ij.Farinæ lolii,hordei ana vnc.j.Croci ſcrup.ij.Ceræ q.ſ.Miſce & fiat Emplaſtrum.

Sal ſacerdotale Nicolai: Recipe ſalis communis vnc.xvj. Cinnamomi vn.iiij.Zingiberis,Amomi,Pyrethri,Cymini,Ameos,Piperis, Sileris,Satureiæ,Hyſſopi,Origani, Pulegii ana vnc.j. Quæ omnia terendo in puluerem redige,& in omni lib.vtere: & vſui ſerua. Dolorem capitis,& oculorum caliginem ſanat,conuenit ſtomacho, emendat dolorem dentium,tuſſim, Aſthma, anhelitum grauem,os odoratum reddit,& corpus humanum incolume ſeruat.

Aliud Henrici Wolfii: Recipe ſalis calcinati, Piperis ana vnc.j. Cumini vnc.ß.Cami,Cinnamomi,Zedoariæ ana drach.ij. Zingiberis drach.j.ß.Macis drach.ij.Miſce & fiat puluis: Defluctionibus capitis confert:confortat ſtomachum & exiccat.

Pilulæ ad dolorem capitis ex phlegmate & Melancholia, Auicennæ:Recipe Myrobal:Chebul.Belliric. Emblicorum ana drach. iij.ſalis drach.ß.Stœchados drach.ij. Hieræ Picræ vnc.j.pulpæ Colocinth.vnc.ß. Abſinthii drach.ij.Agarici vnc.j. Turpeti, Epithymi ana drach.xv.Hellebori nigri drach.v. Fiat maſſa. Doſis drach.j.ad drach.ij.ß.

Pilulæ ſaluæ eiuſdem Auicennæ, mundificantes caput: Recipe Turpeti,Aloes ana drach.x.Colocynthidis,Scammon.ana drac. iij. Aniſi,ſalis ana drach.ij.Fiat Maſſa cum vino.Doſis Aur.j.

Saccu-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 241 sur 1557

Sacculus ad deſtillationem, roborans & exiccans Andernaci: Recipe ſalis torridi vnc.j.ß. Milii torrefacti vnc. iiij. Indita duobus ſacculis ex lineo panno raro admoueantur ſincipiti calido, alter poſt alterum.

Alius eiuſdem, ex meris aſtringentibus ad frigidam deſtillationem: Recipe ſalis communis torridi vnc.ij. Nigellæ, Maioranæ ana m.j. cort.j. Citri Thuris ana drach.j. Gummi Iuniperi drach. ß. Trita ſacculis ex lino condantur, qui alternatim capiti mane ante cibum ad horam vnam applicentur.

Dentifricium ad candorem dentibus conciliandum Andernaci: Recipe Roriſmarini, Menthæ, Pulegii ana drach ß. rad. Iridis, Iunci odorati ana ſcrup.j. Nardi, Piperis ana ſcrup.ß. Pumicis, Salis toſti, Cornu C. ana ſcrup.ij. Excipiantur Tragacantho in aqua Roſarum macero, fiant veluti penicilla. Ex lentiſco Bacilli concinnentur, dentibus expurgandis & roborandis apti.

Sacculus ad Colicam eiuſdem: Recipe Milii torridi p. iiij. ſalis p. iij. Fol. Lauri p. ij. contuſa in linteolum demittantur, fiatque ſacculus.

Sacculus ad Catharros inhibendos, Fernelii: Recipe Milii lib.ß. ſalis vulgaris vnc iiij. Baccarum Lauri modice contuſarum vnc. ij.ß. Aniſi, Fœniculi, Cari, Cumini, flor. Chamæmeli, comar. Anethi ana vnc.j. Sartagine torrefiant, integra hæc nec tuſa, & protinus recondantur in ſacculum: calidus capiti, ventri, aut cuiuis parti inducatur, & ſubinde mutetur.

Dentrifricium Rondeletii: Recipe Cornu Cerui, dentium equi ana vnc.ij. Concharum marinarum, ſalis communis, Nucis cupreſſi ana vnc.j. vrantur ſimul in clibano, & fiat puluis, mucilagine Gummi Tragacanthæ excipiendus.

Puluis inſignis dealbans: Recipe ſummitatum Myrti, Lentiſci, Oleaſtri, Saluiæ, Roriſmarini ana m.j. Coralli rubri, Eboris, Dentium equorum ana vnc.ß. ſalis communis p.j. In vaſe fictili ſimul vrantur, donec dealbentur.

Alius: Recipe Myrrhæ, Maſtiches, Thuris ana vnc.ß. Cornu C. vſti & loti, Coralli rub. roſarum, ſantali Moſcatellini, Garyophyllo. ana ſcrup.ij. Oſſis ſepiæ, Aluminis Rochæ vſti ana drach.ij. pumicis drac.j.ß. ſalis communis vſti dra.j. fiat puluis. Vtaris cum radice Mal-

præparata.

Aqua capillos renaſcere faciens : Recipe carnium limaciarum, veſparum, apum, ſanguiſugarum, ſalis aduſti ana partes æquales. Pone in vaſe vitreato, habente in fundo parua foramina, ſicut cribrum: Et pone ſub eo aliud vas vitreatum, quod colligat humiditatem, quæ paulatim per multos dies manabit. Colligatur & loca depilata ex eo fricentur.

Aqua faciem dealbans Fumanelli : Recipe albuminis oui, Boracis petroſi, ſalis, aluminis Rochæ ana vnc.j. quodlibet per ſe tritum, albumini ouorum commixtum deſtillato, vritorque.

Ad impetigines faciei Rondeletii : Recipe aquæ lapathii acuti vnc.iiij. Boracis drach.iij. ſalis communis drach.j. Aceti ſcyllitici vncia integra. Miſce

Balneum corpus reddens venuſtũ Marinelli: Recipe Saluiæ, flor. Lauendulæ, Roſar. an. m.ij. ſalis parum. Coquantur in aqua vel lixiuio, q.ſ. Fiatq; lauacrum non nimis calidum, in quo totum corpus ante cibum horis 2. lauetur.

Vel : Recipe aquæ Roſ. Aceti, ſalis ana q.ſ. fiat decoctio cum aqua fontana, de qua recipe pocula duo, furfuris q. ſuff. miſce, quo fricetur totum corpus: deinde mulier ſe abluat aqua calida, vel balneum aquæ dulcis ingrediatur.

Vnguentum capillos faciens aureos : Recipe Myrrhæ vnc.j. ſalis albi vnc. ß. Trita cum oleo Balanino miſceantur, ad formam vnguenti.

Vnguentum capillos reddens criſpos Marinelli : Recipe ſpumæ ſalis, quæ bulliendo colligitur, Myrrhæ tritæ ana q.ſ. miſce & fiat vnguentum.

Vnguentum ad furfures capitis Fumanelli : Recipe farinæ ciceris, farinæ fœnugræci, ſalis, furfuris, Myrtillorum, ſinapis ana dra.xv. olei communis q.ſ. Aceti, aquæ ana parum. Fiat vnguentum, quo caput deraſum & ablutum vngatur.

Vnguentum ad Varos Callos, Galeni: Recipe nitri rubri, Hyſſopi pulegii, ſalis foſſilis ana partes æquales. Tundito & cribrato, exceptiſque cerato roſaceo vtitor.

Vnguentum aliud eiuſdem : Recipe ſalis aſſati, Pulegii, Hyſſopi, Ammoniaci, Roris ana partes æquales, olei Roſati q.ſufficit. fiat vnguentum.

Ad

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 243 sur 1557

Ad impetigines recipiuntur etiam radices Bryoniæ q.ſuff.& cum ſale ſubacta in aceto acerrimo,admota eas ſanat.

Vnguentum ad ſcabiem Fumanelli: Recipe Butyri loti vn.ij.Terebinthinæ lotæ vnc.iij.ſalis vnc.j.Vitellorum ouorum vnc.j. Roſacei vnc.j.Miſce fiat vnguentum.

Ad vngues excorticatos Marinelli: Recipe ſalis, farinæ hordei, coſti triti ana par.j Mellis quantum ſufficit.

Puluis dentes dealbans: Recipe Corall.rub.oſſium dactylorum, pumicis,oſſium ſepiæ,ſalis aſſi ana q. ſ.Miſce & fiat puluis.

Vel:Recipe Hyſſopi: Origani, Menthæ ana vnc.ij aluminis ſciſſilis, cornu cerui,ſalis communis ana drach.j. Excipiantur,& vrantur in olla donec in prunas reducantur: adde piperis, pumicis, pyrethri, maſticis ana drach ß. myrrhæ, Cinnamomi, ana ſcrup.j.fiat puluis ſubtiliſſimus.

Clyſter ad bilem contemperandam:Recipe maluæ, violarũ ana m.j.hordei m.j.Fiat decoctio in aqua, de qua accipe lib.j cui adde Sacchari rubri vnc.j.ß. vitell.ouorum num.j. olei violacei vnc. iij. ſalis parum,miſce,& fiat Clyſter.

Clyſter emolliens Heurnii: Recipe 4. emollientium ana m.j. ſem. carthami vnc.j. fœniculi,aniſorum,cari ana drac.iij. fiat decoctio ex aqua: Recipe præſcripti decocti lib.j. Hieræ ſimpl. vel Diaphœnici vel Benedict laxat.aut Elect.Indi maioris,aut de citro vnc. ß.Mellis deſpumati vnc j.ſalis communis drach.j. vel ſalis gemmæ ſcrup.j.vel drach. ß. olei Chamomelini & violarum ana vnc.j.ß.miſce fiat Clyſter.

Clyſter ad Aſciten Rondeletii: Recipe rad. Apii, Petroſelini gram.Aſparagi, rubiæ, Pentaphylli ana vnc.ij. Aſari,Iridis recent ana vnc.j.Mercurialis, Braſſicæ marinæ,Rutæ, Ciclæ, vel Cucumeris ſylueſtris ana m.j.flor. Geniſtæ.p. ij. fiat decoctio.In lib.j diſſolue vrinæ pueri vnc. iij. Benedictæ laxatiuæ vnciam ß. ſalis parum, & miſce fiat clyſter ad Aſcitem.

Glans lenis Andernaci:Recipe farinæ hordei vel tritici,aquæ coctæ,ſalis parum ana quantum ſufficit.Fiant glandes,annularis digiti inſtar longæ, & ſiccentur. Tempore vſus,in oleo intinguntur,atq; in aluum induntur.

Globu-

Globulus excrementa ducens lenis eiuſdem: Recipe Mellis concreti, vel maſſæ ex farina tritici, vel hordei ex aqua coactæ ſcrupuli ij. ſalis communis ſcrup.j. Redigantur in globulum craſſitiei digitalis, aut pollicaris, qui ad ſolem aut fornacem ſiccetur. Vbi vſus neceſſarius adfuerit, oleo vel Butyro intingatur, ac in aluum ſic penitiſſime demittatur.

Nodulus lenis eiuſdem: Recipe Vitellorum ouorum num.j ſalis communis ſcrup.j. probe permiſcentur, linteoloq; excepta, ligentur filo cui appendix aliqua relinquatur, vt trahi poſſit: oleo intingatur, & indatur.

Glans mediocris: Recipe mellis concreti vnc.j. ſalis communis drach.ß. Miſce & formetur glans.

Suppoſitorium aliud: Recipe Mellis concreti vnc.j. ſalis communis drach.ß. ſpec. Hieræ picræ, vel Aloes, vel Agarici, ſcrup.j. Miſce & fiat glans.

Vel Heurnii: Recipe ſalis communis drach. vel ſalis Gemmæ ſcrup.ß. vel ſtercoris muris ſcrup.j. vel ij. aut ſpec. Hieræ drach.ß. Mellis vnc.j. Miſce fiat ſuppoſitorium. Addunt quidam pilos in tenuiſſimas partes inciſos ex Melle toſto cum ſale.

Glans acris: Recipe Mellis ad ſpiſſitudinem cocti vnc.ß. Veratri, Scammonii, ſalis ana in puluerem reductorum ſcrup j. miſce, & fingatur ſuppoſitorium.

Clyſter ad Anaſarcam Rondeletii: Recipe rad. Enulæ Campanæ, Ireos recent. ana vn.ij. Aſari vn.j. Fœniculi, Carui, Rutæ, Maioranæ, Pulegii, Chamæpythios, Mercurialis ana m.j. ſem. Apii, Petroſelini ana drach. ij. flor. Lauendulæ, Geniſtæ ana p.j. fiat decoctio. In lib.j. diſſolue Benedict. laxatiuæ vnc.ß. Mellis Roſ. col. vnc.ij. ſalis communis drach.iij. Miſce & fiat clyſter.

Clyſter purgans pituitam Andernaci: Recipe rad. Enulæ, Pyrethri ana vnc.j. Marrubii, Pulegii, Calaminthæ, Rutæ, ana m.j. Agarici trochiſcati, in panniculo ligati vnc.ß. flor. Chamomillæ, Roriſmarini ana p.j. fiat decoctio. In huius lib. j. diſſolue Benedict. laxat. vnc. j. Mellis ſcillitici vnc. ij. Diaphœniconis, vel Indi maioris vnc. ß. ſalis foſſitii drachm. j. Olei Nucum, vel olei Rutæ vnc. iij. vini Maluatici vnc. ij. Miſce & fiat Clyſter.

Para-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 245 sur 1557

Paracelsus sic iubet facere Q E. salis: Accipe salia, quæ calcinabis optime: si volatilia sint, adures: postmodum resoluantur in tenuitatem, & in aquam destillentur. Aquam hanc in putrefactionem ponito per mensem, & per balneum destillato, & ascendet aqua dulcis, quam abiice. Quod ascendere noluerit amplius, iterum in digestionem ponas per mensem alium & destilla sicut prius, ac toties, donec amplius dulcedo nulla percipiatur. Hac via iam habes 5. Essentiam salis in fundo, ex adusta vel calcinata lib. j salis vix vn. ij. Huius salis ad hunc modum extracti, & si commune fuerit, vncia semis plus condit cibos, quam alterius lib. ß. Nam eius Essentia 5. duntaxat adest, & corpus ab ea per liquidam solutionem abstractum est: Hac ratione Q. separatur Essentia salium omnium. *Extractio Q. Essentiæ salis secundum Paracelsum.*

Sed ab alumine vitrioloq; per aliam viam extrahitur, ad hũc modum. Ista calcinari se non permittunt ad fluorem, ceu salia: quapropter post eorum calcinationem opus est vt aduras ea, resoluas que iuxta practicæ tenorem: & postquam resoluta sunt, aquas iterum affunde, quæ processerunt ab eis, & iuxta processum de salibus datum, progredere. Nam Essentiæ multum ascendit cum humiditate, quæ sic iterum ad fundum residet in compositione & putrefactione, & ita simul in vnum conueniunt. *Q. E. aluminis & vitrioli.*

Elixir salis Theophrasti Paracelsi sic sonat: Accipe Sal optime præparatum, albissimum ac mundatissimum: Hoc in Pellicanum ponatur cum aquæ soluentis tanta quantitate, quæ sexies pondus illius superet. In fimo digerantur equino simul vno mense: postea separetur aqua soluens per destillationem & rursum affundatur ac separetur vt prius, idque toties donec Sal in oleum conuertatur: cui quidem Auri Quintæ iungatur Essentiæ pars octaua, simulque digerantur in Pellicano & in equino ventre per menses quatuor. Et postmodum circulentur per mensem adhuc. Eo tempore peracto salis Elixir habebis Theophrastri Paracelsi. *Elixir salis Paracelsi.*

Hæc de sale vulgari sufficiant, sequitur Cap. V. De Arsenico.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 246 sur 1557

CAPVT V.

De Arsenico.

Ἀρσενικόν Græcis, Latinis Auripigmentum, Germanis Auripigment/Operment, Gallis Orpin, Arsenie, Italis Oprimento, Hispanis Oropimente. Eius apud Dioscoridem duo inueniuntur genera: vnum è multis squammis, vt altera alteri imposita videatur, constat: Id si purum fuerit, nec vlli materiæ permixtum, optimum existimatur. Alterum colore Sandarachæ, hoc est rubrum, glandis effigie. Deligendum ergo aureo colore micans, è tenuibus squamis compactum, quod facile finditur, & lapillis aut terræ permistum nõ est. Ex Auripigmento natiuo fit artificiale Arsenicum & Realgal vulgo vocatum. Vires eius sunt adstringere & erodere, Crustas cum vehementi morsu, & acrimonia excitare. Vngui impositum cum serapino æquali portione, & oleo nucum, absque damnõ & dolore eum decidere facit: sed mox locus is recenti lixiuio est abluendus. Fumus eius contra dyspnæam (Antiqui) ore excipitur. Sed ne noxium eius virus pulmonem inficiat, Theriacam optimam dimidiatæ auellanæ Nucis quantitate mox sumere conueniet. In albumine oui drachm. j. pondere deuorata, tussim longam grauemque pellit: Theriacæ tamen esu mox exhibito. Depilatorium fit ex eo efficacissimum vnguentum, admixta Arsenici vncia semis ad calcis vnciam vnam, & in aqua dissolutis coctisque ad sufficientem modum: quod deprehendes, si intincto calamo plumæ, sponte detrahantur. Radices capillorum penitus hoc vnguentum euellit. Altero vero aut tertio die pura aqua locus probe est abluendus, ne cutis simul, & caro corrodantur. Contra psoram Arsenici pars tertia, smegmatis partes duæ commodissime illinuntur. Sed iterare hoc medicamentum aliquoties, ac mox pura aqua eluere, conueniet. Ex eo antiqui tale mandarunt conficere oleum: Auripigmentum cum duplo salis nitri pondere conteritur: Deinde carbonibus sub dio accensis, catinus imponitur, finiturque dum excandescat: huic postea Chymicus assidens Auripigmentum immittit: quod lento igne liquescere sinit,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 247 sur 1557

sinit, donec non amplius ebulliat: mox rursus tantum iniicit, idemque vt prius exurere permittit: Hoc tamdiu agit, vsque dum satis iniectum fuerit: atque tunc consumptio iam sale nitri, igne vehementiore per horas 4. aut 5. vrget, quoad Auripigmentum in fundo Butyri instar, liquefactũ resideat, refrigeratumq; aerio nitore inalbescat: post conteritur, imponiturque marmori, & in loco humidiore ad liquorem resoluitur: qui tandem singulari artificio ex ampulla destillatur. Hoc cum melle illitum crassitiem extenuat: Terebinthina exceptum Elephantiasim abigit: Ani vlceribus, & iis quæ cicatricem ægre ducunt, prodest: purgat, extrahit, siccat, suppurationes discutit: Adipi aut oleo commixtum, concoquendi emolliendique vim obtinet, crustas vrendo excitat: quæ Excrescunt, reprimit: pilos euellit: resina exceptum, Alopecias explet: phtiriasi medetur. Narium orisq; vlceribus & pustularum eruptioni cum rosaceo conducit: Vlcera serpentia & maligna ad cicatricem perducit: carnosas partium excrescentias absumit, oculorum cicatrices emendat, & lachrymas ciet: callos, sordidaque vlcera purgat: Inueterata & manantia, quæ cicatricem non admittunt, nec non fungis similia sanat: Luxuriantem carnem consumit, caua explet: contra graueolentia narium vlcera auxiliatur. In summa fistulis, carbũculis, gangrænis, neruis præcisis, ramicibus humore contractis, carcinomati & fluxionibus subuenit, siue vnguentis, siue linimentis & oleis misceatur, vel vlcera labium bis terue eo circumlinantur: quod si vlcus idipsum fluere incipiat, & crusta obducatur: Hæc vnguento ex Butyro Maiali (quod calidum super aquam fabarum, & decoctum Lupinorum sigillique Salomonis effusum sit) peruncta resoluitur. Quinetiam ad vlcera & vulnera hunc in modum vti licet: olei Auripigmenti, olei Myrrhæ, Terebinth. singulorum vnc. ij. ad vlcera quæuis purganda, & carne implenda miscentur applicanturque. Sic olei Arsenici, hydrargiri vtriusque drach. ij. ß. olei ex vitellis vnc. j. Terebinth. lotæ vnc. ij. litharg yrii acetosi vnc ß. subiguntur, & cancro, fistulis, vlceribus quod narium expedite curandis bis quotidie adhibentur: vel olei Auripigmenti drachm. ij. olei Vitellorum drachm. x. Terebinth. destillatæ drachm. j. Miscentur imponunturque vlceribus.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 248 sur 1557

Paracelſus ſic ait: tomo 7. pag. 144.

Arſenicum eiuſque virtutes vt deſcribamus, ſciendum eſt, omnẽ eius virtutem ab eo ſolo dependere, quod venenum ſit, omnemq; ſuam efficaciam ratione veneni habeat. Propterea notandum eſt, vires eius inde cognoſci, quod aliud venenum ſuperet. Exempli gratia. Animalium venenoſorum aliud ratione veneni ſuperatur ab alio: tum magis veneficum animal, minus venenoſum vtplurimum inficit. Sunt etiam veneno æqualia, quod ſint inuicem quæ ſibi minime noceant. Tenendum itaque eſt, Arſenicum quoque eiuſmodi venenum eſſe, & alia vincere venena, vt pote vocando venenum in morbis, quoddam vero aliud non itidem. Hæc namque dicta ſunt de morbis externis chirurgia curandis, qualis ſunt maligna vlcera, ſerpigo, ſcabies, quorum venenum multiplex eſt. Non pauca vero ab Arſenico victa poſtmodum diſſipantur, aut eo rediguntur, vt aliis curentur rebus. Arſenicum intrinſecus nullo modo, ſed extrinſecus adhibetur: ac ne quidem per ſe, ſed in compoſitione ſiue mixtura, ita vt virus eius in aliud transfert corpus: in quo demum fiunt ac perficiuntur vires & operationes eius. Licet autem vini eſcharicam in proprio corpore habeat, nihil tamen ea ſanationem promouet. Ad mala vlcera & ſerpiginem, vt diximus, curanda, per aliud corpus efficax erit. Sin ad Eſcharam: per proprium ſuum operabitur corpus. Duplex enim in medicina ipſius operatio eſt. Vna proprio in corpore, altera in alieno. Hinc apparet diuerſus eius medicinalis vſus, vnus ad curam, alter ad Eſcharam. In Chymia multifarias habet virtutes, quod patebit, vbi de Chymicis eius virtutibus mentio fiet: tum etiam in aliis plurimum valet, de quibus in ſequentibus. Hoc animaduertendum eſt, tam in medicina, quam Chymia, aliiſve caute tractandum illud eſt. Nec enim res ludicra eſt, ſiquidem medico minus caute in medicina adhibenti damnum dabit. In Chymia temere in igne vſurpatum, æque noxium eſt. Efficit namque phthiſin, tuſſim, pleuritidem, aſthma, Cacochymiam, tollit appetitum cibi, prouocat ſitim, & graues hos ſequentes cauſatur morbos, nempe diuturnos, tabem, denique hydropem varioſque tumores circa ventriculum. Quilibet igitur hoc tractaturus, prouidus eſto: inprimis vt à fuluo rubeoque, magis noua quod ſint, & rapidi veneni, caueat ſib

Hæ

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 249 sur 1557

Hæ namque ſpecies adeo venenoſæ ſunt, vt omnis adhibita medicina fiat irrita, quandoquidem venenum hoc decollationi æquiparetur. cui poſtremo nullum ſupereſt remedium.

Nunc de Arſenici generibus, quot ſint, monendum eſt. Sunt Arſenica ex proprio minerali ſeu metallo promanantia, quæ Arſenicalia. Nata dicuntur. Deinde Arſenicalia quædam è metallis in genere proueniunt: Tertio ſunt arte facta, per tranſmutationem. His præmiſſis, de Arſenici ex proprio ſuo minerali vel metallo profluentis proprietatibus notandum eſt, quod per ſolam ſublimationem, nec vllo alio modo ſeparandum ſit à ſuo metallo. Sicque ſeparabitur vt Cryſtalli inſtar ſeſe affigat. Nec enim farinaceum pro Arſenico vſurpabitur, cum in ſolo Cryſtallino virtus inhæreat. Præterea per diſcurſum etiam deſtillatur, ſed non ad albedinem. Album enim in medicina præſtantiſſimum eſt, fuluum peius, rubeum nullius pretii. Album vim medicam in ſe continet ita, vt tuto ei fidatur in omnibus morbis ad quos paratum eſt: Fuluum minoris eſt efficaciæ, leproſum in ſe continet virus: Rubeum quoque minorem in medicina virtutem habeat, peiuſque venenum, cui nihil ineſt ſalutare. Sic quodlibet peculiare ſuum, ex quo generetur, habet metallum, quamuis in præparationibus, album, item fluuum & rubeum fieri poſſint. Hanc ob cauſam Chymici fuluum & rubeum eligunt, tantundem per vnum ac per alterum efficientes ſeu operantes: ſcilicet ad metallorum tranſmutationem indagandam, in quo Arſenicum peculiare quiddam habet.

Iam dicemus de ſecundo Arſenico minerali, ſiue ſit è metallis ſiue Cachymiis, quod alterius eſt generis præſtans in medicina ſicut præcedens, de quo diximus, at non in pari gradu veneni, energia tamen haud inferius, quippe natiui vel ſua ſponte enati vices ſuſtinens. Quamobrem cautum & prouidum eſſe decet, præſertim in hoc, quod pro qualitate eius mineralis aut metalli naturam induat. Exempli gratia, ex Argento quam è plumbo, &c. alia natura. Notandum præterea Arſenicum multis modis per artifices tranſmutari & verti: nonnunquam in qualitatem metallicam, interdum in Corallinam, nó raro in marchaſiticam. Vt ut ſit, ſciendum eſt, vim eius auferri poſſe, & euenit vt in medicina non æque præſtans ſit ac crudum adhuc, ſicuti è ſuo ære ſublimatur. Tam quod ad me-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 250 sur 1557

dicas virtutes attinet, hæ præparatione debilitantur. Quocirca quantum ad medicinam id Crystallinum esto, ponderosum, durum, bene purum, ad lacteum colorem tendens. Reliqua omnia ad Chymicas præparationes vsurpantur. His enim apta & conuenientia sunt, & ab illis comprimis optantur.

De virtutibus Arsenici, scilicet albi, nosse oportet antiquitus morem & quidem per se laudabilem fuisse, quod nempe veteres ex Arsenico venenum extraxerint in spiritum vini, vel in quandam aquã destillatam, & extracto illo morbos chirurgicales illeuerint, sicque curarint. Mos quidem probandus, licet moram inferat: attamen cauendum, ne quid nimium, ne sæpius. Venenum quandoquidem in se continens assidue ad cor penetrat, vlceri maligno si adhibeatur, venas apprehendit easq; permeat & venas corde tenus insequitur. Quocirca in punctionibus laterum, vt & in calore euitandum est. Protinus enim ac calor superuenerit, dolor capitis, punctiones laterum, sitis, deliquium animi, & alia plura accidentia sese præsentant, & facile propter negligentiam ægri penitus intereunt. Sique exigua quædam cruditas in corpore lateat, malum malo augetur: præsertim cur corpus eius ad Escharam vsurpetur, & apertionem aut similia, vbi facile damnum aliquod committitur. Quapropter more veteri acturus, cauebit ne prædictorum quiddam incurrat, maxime cum tam ancipitem & periculosum minitentur exitum. Admodum etiam solliciti fuere maiores in quæritando correctionem Arsenici: Verum absque periculo, quod esse possit, non deprehenderunt. Quacunque via vim egressi sint, veneni naturam id non deseruit. Donec enim viuit, medicina & venenum coniunctim sunt. Veneno si obstetur, vires amittit illud medicas. Hæc autem adeo damnosa non est correctio, si virus & vis eius, in adipem, oleum, Terepinthinam aut Mel transfertur. Tunc quidem nonnihil est lenius, tardius autem in operatione. Aliquot ego correctiones ei addidi, quarum quædam bonæ erant, quædam non. Sed circa hoc cardo vertitur, vt mortificetur, id est, vita sua priuetur, fixumque reddatur, postmodum resoluatur in suum ipsius oleum. Hoc in lauando, liniendo si vtamur, caret veneno, quod in sequentibus docebo. Virtutem in curatione, argento viuo, fere consimilem habet, at sine laxatione.

Plus

Plus tamen caloris etiam habet, & magis damnosum est argento viuo. Nec alia, quam per se est, ad celerem curam indiget additione. Bonitas & vires eius augeri nequeunt. Natura enim illud perfectum in seipso absoluit: dum modo medicus circumspecte agat, & cum idonea cunctatione ne nimis præcipitet.

Tantum in Arsenico deprehendi, ipsum si fixatum sit, venenum deponere, absque tamen medicinalium virium iactura. Postquam iam fixatum est, sua sponte fit oleum cui deinceps oleo additiones conuenientes licet addere. Fixatio eius sic se habet. Recipe Arsenici, nitri ana partes æquales, immitte in tigillum, pruniſque impone, vt euaporare ac bullire incipiant, tantisper donec fumus ac bullitio cessauerit, hæcque ad imum fundi adipis instar in sartagine fluentis, se demiserint. Deinde per horam vnam atque alteram (quo diutius eo melius) sepone vt quiescat, dehinc mistutam hanc marmori superinfunde, &c. aureum acquiret colorem, & in loco humido si ponas, fluidum in adipem conuertetur. Modo sciendum, hoc oleum ad liniendum posse cum vino sublimato permisceri, vel cum alia quadam aqua conueniente. Potest etiam Tartarum calcinatum eodem solui & redigi in oleum, maioresque acquiret vires. Hoc per se quidem efficax est: sed ad inducendam Escharam inualidum est. Sed in curandis præfatis morbis chirurgicalibus præstantissimum est extra omnem noxam & detrimentum. Idem erit si aliis permisceatur vnguentis consolidatiuis, aut medicamentis consimilibus, vt nihilominus ac si solum esset, sine detrimento reliquarum virtutum in additione quæ sunt, operationem suam conseruet.

Quod si, vt fit, pustulæ in ore aut sub naso erumpant, à morbo forsan Gallico, aut alias tales pustulæ, crustæ, &c. quicquid tandem sit, in parte oris humida, vel infra nasum aut etiam in ipsis naribus, vbi medicamentum nihil operari potest, cum hæreant, nec auferri possint, hoc oleo tolluntur. Nec solum oleum hoc facit, verum etiam extractio Arsenici incorporato, magis tamen radicitus oleum hoc siue adeps aut pinguedo Arsenici, sæpius illita tollit. Hæmorrhoides quoq; & quicquid eius generis est, præsertim in partib. humidis & sudabũdis, vtpote sub axillis, in manib. intra digitos, &c.

Hæc

Hæc de Arſenico albo tenenda ſunt, reliquorum omnium vſus periculoſus eſt. Porro de Arſenici operatione, eiuſque virtutibus in Chymia ſequetur. Quamuis autem multæ inſuper qualitates propterea, venenum acutum quod ſit, illi adhæreant: eaſdem deſcribi haud tamen opus eſt, ne quid peius inſequatur. Magis enim ad malum, quam ad bonum procliues ſumus. Quapropter non omnia ſecreta reuelanda ſunt, nec etiam neceſſitas illud requirit.

Hoc quoque notatu dignum eſt, verum poſtulat medicum prudentem, prouidum & in medicina valde expertum. Videtis quod Arſenicum enecet, tanquam acutum & acre ſit venenum, vt nulla huic vita reſiſtere queat. Ex quo ſequitur, licet in aliis quoque venenis ſimilibus eiuſmodi deprehendamus, quod Arſenicus a bus quoſuis etiam morbos Chirurgicales perimat. Exemplo ſit. Quidam patitur affectum Lupi, vel Lupo afficitur. At Lupo curando nullum ſupereſt remedium, niſi veneno deleatur tali, quo etiam penitus aliquem è medio tollere velimus. Hæc Lupi deletio eſt in Arſenico, qui non ſecus, ac gliri, vitam aufert, ſic pariter vel Lupo vel carcinomati, vel fiſtula, &c.

Hac tamen cautela obſeruata. Primum Lupi ſtatus locuſque diligenter inſpiciantur, quo ſcilicet eius venæ tendant, tum demum incipiendum eſt, vita ipſum expellere, ſenſim autem, nec feſtinanter, propter accidentia, quorum aliquot recenſui; Eſcharam ſi emittit, ſiue decidat, nec ſufficit ſolutam eſſe, ſed inſuper alteram, imo tertiam emittat, tum demum ipſum interemit ac ſuſtulit. Sin diſpliceat deducere ad Eſcharam, in fortiſſimam redigatur extractionem, in qua liniamenta madefacta loco affecto indantur, nec permittantur exſiccari, ſed aſſidue humida ſeruentur, accurate præcauendo, ne calor cum punctione periculoſa ſuperueniat: atq; ita purgandũ erit, donec ſigna ſalutaria vlceris appareant. Poſtea ceſſabitur, nec vlla re pingui, ſed ſolis ſiccis, & quidem optime pulueribus aut aquis conſolidatiuis curabitur. Sic omnia curantur Carcinomata, lupi, cæterique affectus cancroſi ambeduntes. Hac enim Methodo obſeruata, omnes morbos Chirurgicales, non minus fortiores enecat, quam ſi Auri vitam adimat. Tales ſiquidem omnes affectus, vitam inſtar vermis rodentem in ſe habent. Et perinde vt vermem necando æger conualeſcit, ita hic opus eſt peremptione. Namq; exceſſio

quæ-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 253 sur 1557

quædam rodens, quæ vermi per omnia æquiparatur, hic adest. Nisi autem Medicus singulariter doctus, prudens, peritus, diligens & expertus sit, nullus rem aggredi conetur. Quia multi homines leues, lasciui, inutiles, nauciq; , quibus minime fidendum, nunc medicos agunt, sed adeo temerarios & inconsideratos, vt quicquid in mentē venerit, inconsulto peragant. Quilibet enim solicite cogitat, bene lauteq; viuere in cibo & potu, pigritiæq; ac deambulationi deditus esse, quod per medicinam consequi possunt. Hi Doctores & scroti sectores, perinde ac dentium effractores, scurræ, omnes quacunq; pergunt, regiones absq; vlla conscientia ceu impostores decipiunt.

A maioribus nomen quoddam editum & confictum est, & dicitur Electrum. At Electrum metallum est ante ab alio proueniens, & metallo, ex quo descendit semper dissimile. Exempli gratia. Cuprū fit albidum, rubedine iam sublata vocatur Electrum. Item è cupro per Cadmiam conficitur Orichalcum, & dicitur Electrum rubeum. Huiusmodi Electri genera, quidam Chymici scioli & Artistæ Argentum æstimarunt, interdum Auri loco habuerunt, nec aliud intellexerunt aut crediderunt, quam Argentum illud esse, sicque Argentum è Cupro fieri posse, & nomē Electri omittentes, id pro Auro Argentove habuerunt, nec perscrutando cessarunt, quoad neq; ædes neq; areæ amplius superessent. Hæc propterea indico, vt error euitetur, quicquid Electrum, quid Aurum, quid Argentum sit, consideretur, ne tamen temere & inconsulto agatur. *De Chymicorum virtutibus in Arsenico.*

Nunc proponam vobis medicamentum quoddam.

℞. Arsenicum metallinum præparatum metallice: idem cum venere more vsitato cementa, magnam partem Electri in Cupro reperies. Nemo tamen ob id magnos faciat sumptus, quia plurimi cōstat Electrum conficere. Consultius itaq; est, cuprum vt cuprum in sua forma relinquere. Nihilo enim melius est eius Electrum, sed vilius. Sic in aqua gradata soluendo calcem relinquit: non equidem quod sit Argentum, sed Electrum, adeoq; redditur subtile, vt penitus nihil remaneat, sed euanescat, & quia fixum nō est, consumatur. Ita nec in solo cupro, verum etiam in ferro, stanno, chalybe, &c. permanent residentiæ: nihil autem fixati adest, hac ratione multi decepti sunt. Protinus enim ac res eo redacta est, vt Electrum nomē suum amitteret, & Argentum vocaretur, Chymicorum pernicies,

exsilium, miseria & spes inanes incipiebant. Huiusmodi Recepta multa sunt, quæ non opus est recensere, artistis bene cognita, qui in hoc capite satis me assequentur, suum ipsius errorem perpendendo, quod frustra quærant in alio. Magnam inducit seductionem, cum iuniores maiorum deserunt methodum, cumque discipulus magistro doctior vult esse, nec in via recta permanet, sed rem quandam aliam, ac per se est, iudicat, & suo solo consilio inhærere vult. Inde sequitur vt sudore suo peccatum luat iacturamq; faciat. Antiqui electrum dixerunt, idque proprium eius est nomen. Moderni Argentum vocant, nomine improprio. Maiores damnum euitarunt, quia ipsis cognitum erat, juniores quod non nouerint, iacturam fecere.

Hic mos in Alchimia inualuit, vt indesinenter sub bona spe quæratur. Hinc artifices conati sunt Arsenicum fixare, ac in aliam essentiam transmutare, num forsan sic melius esse aut reddi possit, vtque maioris sit efficaciæ. Inde secuta est reuerberatio Arsenici & circulatio in reuerberatorio arundineo, per aliquot septimanas, aut per aliam viam consimilem: Redditum fuit Arsenicum simile Crystallo, rubeum, pulchrum, instar vitri rubentis, quoad duritiem, leuitatem & fragilitatem. Huius Arsenici virtutibus locus non est in medicina, respicit solum Electra, vt dictum est. Porro alia præparatione etiam ipsum tractare tentarunt, per descensum scilicet, quod rubrum, & fuluum per idem factum est, viribus præfato æquiualens. A nonnullis præcipitatum fuit, & rubedinem ingressum est, siue ad ruborem peruenit, nec omnes illi quicquam frugiferum & ad id quod sperabatur accommodatum offenderunt, præter solam electricam qualitatem, quæ propter imperitiam & inscitiam artistarum multos seduxit. Quamobrem opus est, vt quilibet hisce in rebus sit prouidus. Nam qui omnium nominum cognitionem aut intellectum plenum non habuerit, nihil agit, siquidem cerebrosa capita non perueniunt ad fundamentum. Vnicũ hoc requiritur, vt ipsis pro fundamine sit, nouisse quid electrum sit, & alia complura: postmodum per se ipsos intelligunt, vtrum in Electro possint progredi, an non. Nihilominus sæpe accidit, vt Arsenicum ex propria natura sit aureum, aurumq; in se habeat. Iam si artifex in separando auro ab Arsenico, peritus est, siue per cementum

tum, siue per proiectionem quandam, aut alia quauis via, illud aurum in metallum argentum, cuprum aut plumbum vt deducat. absque dubio aurum est, & quidem præclarum. Inde autem sequi, quod tinctura sit, vel ex tinctura proueniat, nihil est, sed Arseni-co ineſt, & in sola depurgatione, separatione, &c. res sita est, prout quilibet in illo peritiam habuerit. Arsenicum maxime auriferis è locis, siue ex Auro, raro caret ære, solum interest separationem recte fieri.

Plura de Arsenico eiusque speciebus, quam quæ protuli, & quæ manifestare licitum est ac decet, siue ad medicinam, siue ad artifices spectet, mihi non nota sunt. Quisquis igitur prudens, & ad illud satis peritus esse debet. Sin minus, prorsus abstineat. Nulla enim facultas ipsum domare potest: sed vtrasque vincit, si ordo & processus genuinus non seruetur. Ductum tu ipsius sequi opus habes. Ipsum neminem sequitur, nulli paret.

Arsenici vires.

Virtutes Arsenici sunt in { vlceribus. vulneribus & aliis aperitionibus.

Arsenicus quid.

Arsenicus est fuligo, ex metallis, & præcipue ex plumbo defluens, & est Realgar vel Fulgur (fuligo) à metallis.

Præparatio prima, est reductio Arsenici in Mumiam.

In præparatione venenum auferendum est. Nulla res perfectius sanat vlcera & vulnera. quam Arsenicus præparatus. Syrones etiam curat, ac omnia vlcera, cancrenas, fistulas.

Arsenicus ex plumbo optimus est, & ex Luna, deinde ex stanno est optimus Arsenicus. Postea, qui ex ferro effumat, ac cupro similis est.

Secunda Arsenici præparatio est reductio Arsenici in Balsamum.

Tertia, est Arsenici reductio in Liquorem.

Arsenici præparatio triplex.

Tres habet præparationes Arsenicus, in { Mumiam Balsamum, & Liquorem.

Prima Præparatio est ista in Mumiam.

Prima in vnam Mumiam.

Recipe Arsenici albi vncias 6. Salis fusi, Colcothar ana vnciam

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 256 sur 1557

vnam ſemis. Fiat mixtura, reduc ad ſecundum gradum reuerberationis, per horas tres vel quatuor, & excipe.

Quinquies vel ſexies ſuperne auferendus, tundendus & iterum præparandus, Et hoc quinquies iterari debet.

Præparatio Balſami.

Secunda in Balſamum. Recipe Arſenici albi vncias x. Talci vncias iiij. Calcis viuæ vncias xv. fiat mixtura ſubtilis. Reduc ad 4. gradum reuerberationis per 24. horas.

Si adhuc ſuperemineat, ſuperne tollendus eſt. Inſtar vitri eſt, & venenum in fundi calci hæret. Quod ſuperne demtum eſt, teratur, & indatur vitro, ponatur in cellam, ſic prodibit oleum ſiue Balſamus.

Præparatio Liquoris:

Oleum Arſenici ſiue Realgar. Recipe Arſenici crudi & albi libram ſemis, ſalis nitri libram vnam, ſalis Gemmæ, vnciam ſemis. Fiat puluis ſubtilis, reduc in reuerberatorium apertum per horas 24.

Tertia in liquorem. Si iuncta hæc ponantur ad ignem reuerberationis, Arſenicus tribus horis ardet: poſtea liqueſcit. Liquefactus fundatur in aquam, & coaguletur in modum Alcali.

Additio in Mumiam Arſenicalem.

Recipe huius Mumiæ vnciam vnam, liquoris Myrrhæ, Botin an. vnc. ij. fiat in modum olei.

Iſtud oleum eſt optimum in vlceribus & in vulneribus. Siue enim ſint Eſthiomena, ſiue alia vlcera, maximum mundificatiuum & maximum incarnatiuum eſt iſtud oleum.

Additio Balſami.

Recipe huius Balſami drachmas tres, olei Vitellorum drachm. decem, Terepinthinæ deſtillatæ drachmam vnam. Fiat mixtura.

Vt Mumia, ſic etiam Balſamus ſingulis horis 12. vſurpandus eſt.

Additio Liquoris.

℞. huius liquoris drachmas xv. Corticum granatorum drachm. ſex, corticum thuris drac. j. Mucilaginis de botin, pondus omnium. Fiat mixtura.

Auripigmenti vero virtutes ſecundum Paracelſum, ſunt in fiſtulis cancro & Eſthiomenis.

Præpa-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 257 sur 1557

Præparatio ad fiſtulas talis eſt: Recipe Auripigmenti vnc. j. Tartari calcinati vnc. iij. fiat S.S.S. reduc ad quartum gradum reuerberationis per horas 24. id eſt, per diem ac noctem. Si ita decoquatur, diffluit. Eximatur iterum, & contundatur ac effundatur in aquam, & puluis albus in fundum ſubſidebit, qui eſt præparatum Auripigmentum. Si indatur in vitrum, oleum fiet, quod iniiciatur in fiſtulam, aut panno impoſito applicetur. Puluere autem Vlcera aſpergantur.

Additio fiſtularum.] Recipe huius Auripigmenti præparati drac. ß. Reſinæ pini vnc. j. Ceræ ad pondus omnium, fiat in modū Cerati.

Præparatio ad Cancrum: Recipe Auripigmenti vnc. v. Fuliginis vnc. ß. ſalis Armoniaci vncias iij. Reduc ad quartum gradum reuerberationis per diem & noctem, reduc in Alkali. Hoc ſummum arcanum in Cancro.

Additio in Cancro:] Recipe huius Auripigmenti præparati dra. v. de cineribus fimi columbini, olei Vitellorum ouorum q. ſ. in vnguentum.

Præparatio in Eſthiomenis: Recipe Auripigmenti vnc. iij. Aluminis calcinati vnc. vj. Reduc ad ignem vt ſupra, cum extractione Alkali.

Additio in Eſthiomenis:] Recipe huius Auripigmenti drach. vj. liquoris mumiæ drach. ij. olei Roſacei vnc. j. ß. Mucilagin. ſem. Pſylii ad pondus omnium, fiat in modum vnguenti, aut cataplaſmatis. Si de ardore conqueruntur ægri, illinendum eſt oleum Camphoræ prius, quam remedium imponatur.

Arſenicum & Auripigmentum ſunt mineralia inter ſe valde vicina, colore tamen differentia, cum Arſenicum proprie ſumptum, ſit album & pellucidum, Cryſtalli inſtar, vnde eſt Cryſtallinum nuncupatum. Auripigmentum vero eſt coloris flaui & fere aurei. Differunt quoq;, quod Arſenicum Cryſtallinum ſit flos argenteus, vnde nulla vena reperitur abundans Arſenico Cryſtallino, in qua ſimul (ſaltem in eius profunditate) non reperiatur Argentum. Inde quoq; à peritis metallicis ſolet appellari tectum Argentum. Auripigmentum vero plerunq; continet Aurum vel ſaltem in eius vena reperitur. Nihilominus tamen Arſenicum generalius alioquin accipitur, vt ſub ſe contineat Arſenicum rubrum & flauum.

Arſenicum & Auripigmentum differunt.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 258 sur 1557

Est autem Arsenicum succus mineralis, pinguis, inflammabilis, vicinus sulphuri, violentior tamen ob salem coniunctum, constans pinguedine sulphurea, hydrargyro pauco & spiritu Salis albi, quorum pars volatica est, pars fixioni propior.

Numeratur autem à cæteris inter septica medicamẽta, quæ summa caloris acrimonia insitum nobis calorem aut dissipant aut igneum conuertunt, simulq; qualitate maligna primigenium humidum dissipant, & omnem partis substantiam tabefaciunt, putredinemq; inducunt cum fœtore. Quocirca horum non præparatorum vsus in medicina nullus est; in Chirurgia valde periculosus, cum lethifera & naturæ nostræ inimicissima sint.

Quemadmodum autem hæc non præparata venena esse valde nocentia notum est: ita bene præparata ad multos affectus externos curandos probatissima redduntur. Hęc enim specialia lethifera existunt, qualitate maligna & acrimonia: praua autem illa qualitas in spiritu siue in aura illa fœtida, ex atro fumo, quem minimo calore emittunt, consistit, acrimonia in solo sale. Hic fumus ater & venenatus naturali etiam calore, cum excitatur, materiam partis labefactat, ipsam corrumpit, & sæpius ac si quis venenũ hausisset, interimit, si n. procul à propiorib. partib. illa apponantur, pſertim vulnerata cute.

Cum igitur in furno illo atro qualitas illa maligna existat, prorsus fixanda est. Fixatione enim omne venenum in spiritibus adimitur. Acrimonia vero pellitur salis extractione. Qua ratione præparatum Arsenicum non nocebit, quin imo pro Topicis multum ꝑficiet ad vulnera venenata, ad lupos, fistulas, cancros & gangrænã.

Præparantur autem ex eo Butyrum, & ex Butyro oleum hac ratione. ℞. Arsenici, Salis tosti, Colcotharis, Scobis Chalybis ana partem vnam, indantur bene mixta vitro sublimatorio: sublimatio instituatur dando ignem per gradus, dum nihil amplius sublimetur: sublimatũ Arsenicum misce. Cum nouis spiritibus, & vt prius sublima, idq; ter repete. Hac n. ratione valde nitidum & purum redditur.

Huius Arsenici recipe partem vnam, Salis nitri partes duas, misceantur, diuidatur in portiones, proiice ordine per cochleare in lebetem fictilem dispositum super fornace ventosa sub dio, ita vt tibi ventus flet secundus, possitque vitare fumum; versa cum longa spata, donec venenata volatilitate dissipata cesset ebullitio: submitte

partem

partem, age vt prius, quousq; tota quantitas sit iniecta: consumpto Sale nitro, auge ignem horis quatuor, & instar butyri tandem in lebete resideat, cum refrixerit, fiet massa niue candidior, & Perlarum referens colorem, quam in aqua calida solues, vt salē inde extrahas.

Remanebit autem in fundo puluis albissimus, quem exiccatum fixabis hac ratione. *Querc. in sclop. p. 206.*

Imbibe pari oleo Talci, reuerbera massam per diem integrum, rursum in calida aqua dissolue, vt remaneat puluis albissimus fixus & dulcis; qui positus in loco humido fluet in oleum pingue (butyri instar) anodynum.

Nam quemadmodum Arsenicum, si non præparetur, dolorificum est sua acrimonia, & qualitate maligna venenum; sic contra fixatione hanc amittit, & doloris est prorsus expers, ac venenatis vlceribus conducens medicamentum, si huius admisceatur vncia vna cum vnciis duabus olei Myrrhæ.

Simili ratione oleum ex Auripigmento ad eundem vsum conficitur, hactenus Bornettus. Andreas Libauius id sic describit in comment. Alch. part. 2. lib 1. de nat. metallorum cap. 11. pag. 23.

Arsenicum, est succus mineralis pinguis, inflammabilis vicinus sulphuri, virulentior tamen, ob salem coniunctum, constans pinguedine sulphurea, hydrargyro pauco, & spiritu salis, quorum pars volatica est, pars fixioni propior. Venenum hoc esse, notum est, & quidem æque nocens ac hydrargyrus sublimatus. Albam tamen tincturam habet, id quod album est, & factitium, qua cuprum argenti simile facit. Geberus tertium principium metallorum constituit, & ab aliis nomine salis exprimitur, licet potius Sal atramentum notet. Duplex autem est, naturale nimirum & artificiale: quorum hoc fit ex auripigmento & sale. A sulphure discernitur à Gebero dūtaxat albedinis tinctura. Sed agnoscimus in eo virulentiam maiorē ob salem volatilem cum Mercuriali spiritu, & sulphureo copiosiore coniunctum, qui tollitur sublimatione, vel diuaporatione cum halinitro: & tunc Balsamus vulnerum euadit. Danda autem in eiusmodi descriptionibus venia est humanæ imbecillitati, si non vsque adeo exacte crases & temperaturæ explicentur. Constat plumbi genera & stibium cum bismutho vicina admodum esse, & requiritur exacta discretio etiam in internis, sed hallucinatur humana acies. Ita est in Auripigmento, Santaraca, Sulphure &

Arse-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 260 sur 1557

Arſenico, quorum temperaturæ videntur gradibus diſtingui & interdum ad hoc admitti id, quod non eſt in alio; veluti in ſulphure eſt pinguedo inflammatilis cum terrea parte vitriolata. Itaque & citrinum euadit & rubeum & acorem præbet, vt Chalcanthum. In Arſenico vero etiam pinguedo eſt inflammatilis, ſed cum Mercurio aliquo & ſale, quæ duo cum ſint fugacia per nitrum facile tolluntur, vna cum parte pinguedinis magis inflammatili, relicta pinguedine butyracea, quæ tamen ob coniunctam terram copioſiorem figitur, nec inflammatur. Hac differentia in præſens contenti ſumus: Et licet alii negent in talibus hydrargyrum eſſe, oſtendit tamen natura, cognatio cum metallis, & effectus, non adeſſe nihil. Butyrum Arſenici & oleum inde concinnatum, in medicinis externis ad vlcera & fiſtulas præclara ſunt medicamenta. Quidam etiam vorant; quibus hoc per nos liceat ſuo periculo: vtrum tamen exemplo muniuntur, ſed quod licet artifici, non ſtatim aliis. Integrum quod eſt, vim habet cauſticã & depillatoriam. Creditur è corde venenum ad ſe elicere, itaq; geſtatur in peſte in pectore. Porro Arſenico affine eſt Auripigmentũ, Sandaraca, & Realgarium ſeu Cadmiæ fornicariæ ſpecies. Et videtur Auripigmentum cum Auro conſentire, cum eius in ſe tincturam habeat, ſicut & Sandaraca, quę inde conficitur. Sed niſi vena auri eſt, ſicut & ammochryſos; Aurum inde non fit. Tinctura quæ elicitur per artem, minori & medio operi inſeruit, eſtq; ſophiſtmatis obnoxia.

Calx Arſenici. Lib. 2. Alchem. tract. 1. de magiſt. cap. 25. ait: Arſenicum cũ triplo Tartari viciſſim ſtrato cementatur. Cementatum coquitur in aqua, & calx in puluere albo ſubſidet, qui collectus ad fiſtulas vſurpatur.

Flos Arſenici. Lib. 2. Alch. tract. 2. ca. 40. fic conficere florem ex Arſenico iubet, dum ait: Recipe Arſenici albi per nitrum purgati quantum libet: miſce cum ſeſcuplo calcis viuæ, & magnetidis ſubduplo. In ouo philoſophico vel catino clauſo quarto reuerberii gradu ſublima die naturali. Inſiſtet ſuperficiei flos conſiſtentia vitrea, quem extractum tere. Ita ex Realgari Argenti: Realgaris Argenti ſelibra miſceatur cum ſalis fuſi & Colcotharis ſingulis ſeſconciis. Fiat ſublimatio in catino clauſo, ſecundo reuerberii gradu. Inſiſtet flos ſummitati. Subtilior fiet opere ſexies repetito. Vſus talium eſt ad vulnera, vlcera, & huiuſmodi externa mala. Poſſunt ſolui

Flos Realgarii.

in li-

Mumiæ Realgaris.

in liquorem, & vocantur mumiæ realgaris. Abstrahitur ab eis etiam sæpe spiritus Terebinthinæ vel vini, vel in vlceribus Gallicis, aqua guaiaci, vel in cancro spiritus sulphuris, aut oleo plumbi, &c. Capite seq. eius Butyrum sic docet: Arsenici partem j commisce cum ij. halinitri. Diuide in portiones, proiice ordine per cochleare in lebetem fictilem, dispositum super fornace ventosa, sub dio, ita vt ventus tibi flet secundus, possisq; vitare fumum. Versa cum longa spatha, donec venenata volatilitate dissipata cesset ebullitio: ubmitte partem aliam, & age vt prius, quousq; tota quantitas sit perfecta. Consumto halinitro auge ignem horis 4. vt instar Butyri tandem in lebete resideat. Refrigeratum albescet.

Butyrum Arsenici.

Q. Essentia Arsenici.

Eodē li. & tract. de Extract. c. 4. sic eius Essentiā describit: Sublima Arsenicum ter cum sale præparato, colchotare & chalybis scobe. Sublimato adde salem fusum & solutum. Macera. Destilla per gradus ignis horis 24. Destillatum redde capiti mortuo, iterumq; destilla, repetens hoc, donec puluis maneat albissimus, hunc elue aqua calida, vt sal secedat, coagula, reuerbera per diem, solue per aquam calidam, & elue, vt albissimus restet puluis, quem solue per deliquium & destilla per retortam. Eodem lib. & tract. c. 37. sic salem Arsenici iubet conficere ad cancrū: Auripigmenti quincunx, sulphuris semuncia, salis Ammonii quadrans, calcinentur gradu quarto, horis 24. extrahetur Alkali. Eodem lib. & tract. cap. 16. ait: Arsenici Butyrum solue p deliquium. Solutionem destilla p alembicum, destillatum cum S. V. circula. Solet & liquor in cella solutus figi per S. V. in olei consistentiam. c. 24. dicit: Arsenicum ter sublima cum sale præparato, colcothare & scobe Chalybico: Adde salem præparatum, cum quo vel iterum sublima solo, vel reuerbera per gradus, fietq; massa alba, solue in aqua calida & salem extrahe, in fundo manebit essentia alba, quam exsicca & pari oleo Talci imbibe. Reuerbera massam per diem, solue rursus in aqua calida, & puluis dulcis fixusque manebit. Pone in humido loco, in marmore, & diffluit oleum pingue, quod foris adhibetur ad dolores, & cum duplo oleo Myrrhæ ad vulnera. Eius fixationem vide pag. 53. Arsenici reductionem in vitrum vide pag. 68. & Arsenicum factitium. pag. 87. &c.

Sal Arsenici.

O'eum Arsenici.

Iosephus Quercetanus sic ex Arsenico facit Oleum, dum in-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 262 sur 1557

quit: Arsenicum qualitate sua maligna, & acrimonia venenum est. Praua vero illa qualitas in spiritu, siue in aura illa fœtida, & atro fumo, quem minimo calore emittunt, consistit, at acrimonia in solo sale. Igitur prorsus fixanda est. Fixatione enim, vt etiam in capite de præcipitato diximus, venenum omne ex spiritibus, vt Arsenico, Mercurio, Auripigmento, & reliqs adimitur: acrimonia v' pellitur, salis extractione: q̃ propriis fit ablutionibus: verum huius Arsenici præparatio huiusmodi est: Arsenicum ter sublima cum sale præparato, & lacerta rubra, & stomomatis scamate, vt ipsum purifices: q̃ deinde cum terrea muria fixabis, dando ignem per gradus, 24. horarum spatio: fietq; massa niue candidior & plarum referens colorem, q̃ in calida solues, vt Alkali inde extrahas: remanebit autem in fundo puluis albissimus: quem exiccatum fixabis cum æquali pondere olei inceratiui ex talco confecti, eaq; omnia in reuerberio colloca per diem integrum: rursus in calida solue, vt remaneat puluis albiss: Fixus & dulcis, qui fluet in humido in oleum pingue, Butyri instar, Anodynum. Nam quemadmodum Arsenicum, si non præparetur, dolorificum est & qualitate sua maligna venenum: sic contra fixatione hanc amittit, & doloris est prorsus expers, ac venenatis curandis vulneribus conducens medicamentum, si huius admisceatur vnc: j. cum vnc ij. olei Myrrhæ. Nonnulli etiam Arsenicum ter sublimant cum calce fixa, & cholcotare, idque dissoluunt in aqua stygia fixatoria, & conuenienti, destillantque aquam à fecibus multoties, tum demum caput mortuum reuerberant: quod prodit in puluerem albissimum & fixum, à quo extrahitur Alkali cũ vini Alkobole, & sic dulcoratur. Huius medicamenti vsus est ad Fistulas, & cancros curandos. Præparationes Arsenicales D. Mulleri hæ sunt in miraculis Chym. c. 5. fol. 68. 1. Ad vlcera, cancrosa, scirrhosa, maligna, hypersarcomata &c. Recipe Arsenici Crystallini lib. 1. tartari opt. vnc. iij. salis nitri libr. j. seorsim pulueriſata misceantur. Igneſcat tigillum amplum vehementissime, eiq; candenti iniiciatur puluis per cochlearia aliquantulum tegendo cochleari. Illico cum magno fumo liqueſcit. Relinque donec fere amplius non fumet, tum proiiciatur in mortarium marmoreum, vel aliud: fianturq; vt refrigeſcat. Habebitur massa ruffa, quæ misceatur, teraturq; cum pari pondere salis nitri, fiatq; vt supra

Præparatio ad vlcera cancrosa, scirrhosa, maligna, hypersarcomata, &c.

pra in eodem vel nouo crucibulo. Subdatur ignis per 6 horas; Materia erit albissima, quæ vbi refrixerit, aquæ calidæ iniicienda, ad separandum salem petræ & tartari, in fundo remanebit Arsenicum fixum correctum, & ab omni veneno liberatum. Reiteretur sæpius ablutio in magna aquæ copia, in quam illico proiiciatur materia fusa.

Aqua cum Salibus, seruari debet ad ablutionem, vel exhalatione sal separari ad vsum.

Præparatio arsenici ad Cancrum:

Eiusdem præparatio ad Cancrum hæc est: Recipe Arsenici præparati, radicum Aronis præparat: ana. p. æ. fuligmis parum. misce remedium certissimum est, Arsenicum, autem sic præparatur: primo in vase sublimationis sublimatur, deinde coquitur per 2. horas in aceto albo optimo.

Sic enim nigredo tollitur: & læuis quædam farina corrosiua: Deinde iterum sublima cum squama æris, qua pars terrestrior venenosa retinetur, tandem bis aut ter cum Sale communi præparato sublima, sublimatum in aqua calida edulcora perfecte.

Huius Arsenici dari possunt secure etiam interne gran. 8. in re omnia venenosa expurgat Radicum Aronis præparationem in Pharm. Dogmat. Restitut. lib. c. 15. de extract. pag. 217. docet.

Butyrum arsenici.

Butyrum Arsenici eiusdem: Recipe sublimatum Arsenicum Crystallinum cum lacerta rubra seu cholcotare, vt venenositas extrahatur, tum adde salis petræ & salis tartari ana. Inter duo crucibula ponantur, oblutata cum spiraculo, fixentur validissimo igne per 24. horas. Inuenies omnia in massam albam perlarum instar redacta. Extrahatur Alkali per aquam calidam. Puluis in fundo remanens siccetur, mox oleo tartari imbibatur ad tres vices in vase & aqua conuenienti. Deniq; dissolue materiam in aqua vitæ, vt extrahatur totus sal. Tandem restabit Arsenici puluis albus & fixus, qui resoluetur in humido in oleum spissum & arsenici butyrum dictum. Summum est medicamentum.

Alius hanc Arsenici præparationem summopere commendat: Coquæ arsenicum Crystallinum cum duplo olei tartari, donec assumtum oleum videatur, hoc fiat in vase vitreo, in cineribus aut arena & erit puluis albus & fusibilis, qui solus & per se dari non debet, sed gran. 3. vel ad summum 5. cum Theriaces drachma j.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 264 sur 1557

Detur contra peſtem: quidam hoc pro magno ſecreto habuit, dum dicit ſe curaſſe ſenem quartanarium, cum tribus gran. in Theriaca aſſumtis: ſeruandum in loco ſicco, ne ſoluatur in aquam.

Ab extra contra peſtem ſic præſcribit idem Mullerus: Recipe Arſenici Cryſtallini drach. j Caryophyllorum ſcrupulum j. Croci ſcrup. ſ. Sem. Pæoniæ, Zedoariæ drach. j. ſ. Zingi: drach. ij. Baccarum Lauri drach. iij. Maſtyches gr. iiij. Myrrhæ gr. iiij. Nucis Moſch: drach. j. Sem. Rutæ ſcrup. j. Moſchi gr. ij: Fiat, Groſſus puluis interpaſtatus pro regione cordis.

Idem Mullerus præſcribit Auripigmentum ad decidentiam crinium: Recipe Auripigmenti vnc. j. pulueris pyrij vnc. ſ. calcis viuæ vnc. iij. Coque in dimidia Menſ. lixiuij in olla vitreata donec vſui accommodatum eſt remedium quod cognoſces ſi penna oblinita facile plumas dimittet in manuum vellicantis. Hoc à me ſæpe probatum eſt: & facilime exil linitione decidunt pili: Ne a. renaſcantur varii varia præſcribunt ex ouis formicarum, ſang: veſpertilionis, Ranarum, lacertarum, &c. Sed parum proficiunt, vti experientia conſtat. Locus depilatus vngatur oleo vel vnguento roſato. Aliud. ℞. album: ouo: Nrō. iij. Calcis viuæ, Auripigmenti an: Vnc. j. contere & adde tantundem lixivii; vt fiat litus.

Crollius in Baſilica chymica vſurpat & appropriat Arſenicum in maſſa pro efformandis Amuletis ſeu pentaculis conſtellatis. Recipe bufonum bene in ære & ſolis ardore exiccatorum & pulueriſatorum ſub aperto cœlo, naribus obturatis vel averſis, piſtillo artificioſe penſili, vncias duas. Nota, niſi bene & cito exiccentur, fœtent ac difficulter teruntur. 18. Bufones dant circiter duas vncias pulueris. Zenith juuencularum quantum haberi poteſt. Arſenici Cryſtallini albi, Arſenici Rubri ſeu Auripigmentiana vnciam dimidiam, Rad: Diptami, Tormentil: ana drach. iij. Margaritarum non perforat: drach j. Corall: Fragmentorum Hyacinthi, ſmaragdi Orient: ana drach: ſem: Croci Orientalis ſcrup. ij. propter odorem aliquot grana Moſchi ſeu Ambræ addi poſſunt. Pulueriſentur omnia ſubtiliſſime & miſceantur, poſtea Tragacanthum reſoluatur in aqua Roſarum inſtar mucilaginis, cum quo pulueres impaſtentur & formentur (Sole & Luna in ſcorpione exiſtentibus, aut ad minimum Luna) pentacula rotunda, & piſtillis illis duobus, ſub ea-

dem

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 265 sur 1557

dem influentia cælatis, signentur: aut si mauis parentur scuta formam cordis habentia, postea exiccata sindone obducantur rubro, & cordis regioni appendantur per intermedium indusium. Vsus. Exterius collo appenditur funiculo serico, intermedio indusio ad regionem cordis: Non solum præseruat à peste, sed impedit quo minus corpus à venenis seu morbis Astralibus inficiatur: atrahit venenum ab intra, & extra illud consumit.

Ignotus quidam author tales, eas q; nobilissimas de Arsenico nobis infert præparationes, quas huc insimul apportasse non pigebit: Eius verba sunt talia. Nulla res ex fundamento & radice magis curat vlcera atq; vulnera, quã Arsenicum, si hoc reducatur in mediam suam, seu, si ab omni sua maligna ac venenosa liberetur separeturq; qua'itate. Eius præparationes tales subiicit.

Arsenici præparatio: Recipe Arsenici albi, salis nitri fusi, ana lib. ij. salis gemmæ Vnc: j. calcis viuæ lib. ij. His omnibus contusis ac mixtis indantur cucurbitæ terreæ optime loricatæ, ponendo in igne aperto cum alembico, tandem destillentur ignis obseruatis gradibus. Initio habebis spiritum acerbum atq; acrem in recipiente, hic soluere potest Lunam, sed gladiatores hoc spiritu vtuntur vtilissimo modo ad purgationem gladiorum, &c. Ignem hinc intende gradatim, vsq; dum cucurbita in fornace candeat, in quo calore persistat ad decimam horam vsq;, postmodum pedetentim refrigescat, remoto alembico, floresq; in eo collectos tanquam venenosos ad nihili vtiles reiice: in Medico cucurbico eodem modo est appensus sublimatus de arsenico, hunc bene custodi, non n. optime fixatus est, sed tamen in Alchymia vtilissimus: In fundo cucurbitæ materiam inuenies fixam, super quam funde vini spiritum vel vinum adustum, solue, filtra per papyrum, denique in Balneo vicissim vinum abstrahe, & in fundo relinquetur materia alba instar salis ac Butyri hunc salem in humido co loca, vel in cella ad tabulam vitreatam, & fluet tandem in oleum, in modum tartari vt nosti. Hoc oleum comparatum perfectissimo Balsamo ad externa cum suis appropriatis vtilissimum. In vlceribus & vulneribꝰ mundicatiuum maximum incarnatiuumq; : Eius permixtura vtilissima, est talis: Recipe huius salis siue olei Vnc: ſ. Liquoris Myrrhæ, olei terebint: ana drach: ij. Masticis Vnc: ſ. misce pro vulneribus & vlceribus.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 266 sur 1557

Hic notandum, quidam loco calcis viuæ addunt Tartarum calcinatum, vel dimidium Tartari & calcis viuæ, & hæc via etiam non improbatur.

Idem ille, de ſublimatione ait: Recipe Tartari calcinati lib. j. Arſenici lib. j. ſalis decrepidati, calcis viuæ ana lib. ſ. pulueriſentur omnia & impaſtentur cum albumine ouorum, inſtar paſtæ, inde cucurbitæ, appone & alembicum orificiaq; vaſorum probe lu ta, tandem ſublima, in fine ignem intende fortiſſimum, ſic aſcendet Arſenicum in forma cryſtallina ac pellucida inſtar vitri & hæc ſublimatio ſic facta. Nonnulli per ſalem vulgarem tantum ſublimant ſed hic modus correctior, ex parte enim fit fixior & ad medicamenta habilior aptiorq;.

Aliam etiam ſublimationem hic nobis oſtendit, ex qua Arſenicum fiet rubicundum inſtar rubini: Recipe Arſenici albiſſimi lib. ſ. limaturæ ferri, antimonii ana lib. ſ. auripigmenti vnc. iiij (ferræ ſi haberi poſſit.) pulueriſentur omnia ac miſceantur, indanturq; cucurbitæ, ponantur in arena, primo lento igne ſublimentur, deinde fortiori, & arſenicum aſcendit rubicundum, quod poſtmodum cum ſale nitro fixari poteſt, ad vſum metallorum idoneum, ſummopere etiam cõuenit in Chirurgia. Alia eiuſdem etiam ſublimatio talis exiſtit: ℞. Arſenici albi lib. j. Auripigmenti lib. j. Calcis viuæ lib. ij. omnia probe inuicem commixta ſublimentur ex arena inſtar rubini. Nonnulli recipiunt arſenici & auripigmenti ana ac ſublimant: alii antimonium addũt: ſed quo ſæpius ſublimatio repetitur, eo fit ſplendidius. Albiſſimam aũt ac in cryſtallinam formam ſublimatur, ſi cõmiſceatur cum calce viua & ſale gemmæ & ſic aliquoties ab eis eleuetur.

Eius oleum ſic fit ſecundum innominatum authorem: Recipe arſenici albiſſimi ac cryſtallini, ſalis nitri ac ſalis tartari lib. v. Indantur cucurbitæ loricatæ, applicato & recipiente amplo, deſtillentur primo ſpiritus, & quando incandeſcit cucurbita, quod continuabitur per 12. horas vel etiam tamdiu vſq; nullus fumus ab arſenico perſpiciatur, tandem abſoluiſti opus, refrigerentur omnia, remanentia vero in vitro cucurbitæ, ponatur in cellam, vt ſoluatur in oleum ad Chirurgiam vtiliſſimum.

Eius præparatio ab eodem authore ad Fiſtulas, Cancrum, Vlcera,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 267 sur 1557

Vlcera, vulnera & similia, talis traditur: Recipe Auripigmenti lib. ij. salis nitri, salis Tartari calcinati ana lib ij. pulueriſentur omnia ac commiſceantur, tandem vero ſublimentur: ſublimatum in Alembico pro nihili habeto, Arſenicum vero rubicundum in medio vaſis permanens ac hærens, accipe ac pulueriſa ſubtiliſſimo modo: Huius recipe vnc. ſ. olei Camphoræ drach. ij Aluminis ſaturni vnc. ſ. olei vitellorum, q. ſ. Fiat Vnguentum: quo vtere in cancro &c.

In fundo vitri quod remanſit fixa eſt materia, hanc pulueriſa ſi potes, (ſi vis exſiccare: pone in digeſto paruo calore ignis, ne aerē concipiat, alias fluit in oleum) & vtere cum Vnguentis, Emplaſtris & Oleis, ad Fiſtulas, Cancrum, Vlcera ac Vulnera & ſimilia.

Deſtillatur etiam cum Mercurio n. hac forma: Recipe Auripigmenti Mercurii ſublimati ana lib. ij. pulueriſata commiſceantur, & reponantur in tabula vitreata in cellam humidam, vſque dum perſentiſcas eius aliqualem ſolutionem ſeu humiditatem, dein fac in Retortam, pone in arena, adapta etiam recipiens, probe iuncturis vaſorum munitis, deſtilla primo lento igne, & exibit oleum rubicundum ſubtile ac ſpirituale, euaporat ſemper ſeu fumum reddit (à quo cauendum) inſtar ignis conſumptibilis.

Hoc Oleum gradare poteſt lunam; primo in Argentum facit volatile, ſecundo per artem rurſus ſcit fixare, (igne videlicet gradatorio) ʒ. ſecedit in lunam fixam ſeu Aurum albiſſimum philoſophorum: Hoc Oleum etiam in Chirurgia poteſt vſurpari, ſed ſumma cautione. Nunc reſtat eius examen p recepta tam antiquorum & recentiorum.

Vnguentum ad polypos exedendos: Recipe ſandracæ vel Auripigmenti, chalcitidis præparatæ ana drach. ij. Mellis q. ſuff. Miſce & fiat vnguentum.

Vel ſi fortius velis adde Omphatium: ſi mitius, addito multo melle, vel ſucco mali granati, vel plantaginis. Vtile eſt ad orænas curandas in principio.

Emplaſtrum abſtergens, purganſque Andernaci: Recipe ſuccifolani marubii, plantaginis, olei Roſati ana lib. ſ. coquantur omnia vſque ad conſumptionem ſuccorum, deinde adde cinerum taſtaceorū, ſtercoris capilli vſti, calcis lotę ana lib. iv. Aeruginis lotę, Auripigmenti pulueriſati, Aloes ana drach. iij Terebinthinæ vnc. ij.

ceræ

cerę viridis quantum ſuff: miſce & fiat emplaſtrum. Trochiſci interficientes glires: Recipe Farinæ auenaceæ Vnc: 1 v. Arſenici citrini Vnc: ſ. Axungiæ porcinæ, q. ſufficit, mellis parum. Miſce & fiant trochiſci.

Placenta Iacobi Carpenſis contra peſtem: Recipe Arſenici albi cryſtallini Vnc: iij. Arſenici rubri Vnc: ij. cum oui albo, vel mucilagine tragacanthi fiat placenta rotunda craſſitudine digiti. Inſuatur linteolo lineo, ſuperaddito ſerico, & admoueatur cordi. collyrium præſtantiſſimum contra omnis generis paſſiones oculorum Ranzouii: Recipe fœniculi, Abſinthii, Apii, Rutæ, eufragiæ, ſaluiæ, betonicæ, Giridii, pimpinellæ, Auripigmenti, cardui bened: ana part: æquales. Hæc omnia ſimul in mortario contuſa, per linteum exprime, & colaturam ſeu ſuccum in vitreo vaſe conſerua, acinde ſingulis diebus veſperi & mane guttam vnam in oculum patientis inſtilla. Animaduertendum tamen eſt, quod hæc aqua per ſpatium nouem dierum ſoli eſt exponenda, & deſtillanda antequam in vſum transferatur. Sacculus pro corde contra peſtem Ranzouii: ℞ Saphyri, Smaragdi, Hyacinthi, Rubini, Coralli rubrii, albi, ana dra. j. Croci ſcrupul: j. Margaritar: drach: ſ. Arſenici albi drach: ij. Ambræ gr: vj. Rad: Iridis ſiccæ & odoræ Vnc. ſ. Cornu C. vſti drach. j. Auripigmenti Vnc: ſ Terantur omnia, & fiat ſacculus cum ſindone purpurea, cordisque regioni apponatur.

Amuleta Arſenicalia contra peſtem: Recipe Arſenici Vnc. j.. Dictamni cretenſis, ſinapi, cinnamomi ana gr. x. Ambræ odoratæ, Benzoini ana dra: v. M. cum tragacantho redigantur in formam lapidis, operiantur ſyndone.

2. Recipe Bufonum torrefact: & pulue: Vnc. ij. Arſenici Albi Vnc. ſ. Arſenici Rubei drach. ij. Rad. Dictamni albi, tormentillæ ana drach ij. Margarit: drach. j. corall rub: ſmaragd Hyacint. ana dra. 5. Croci Orientalis ſcrup j pulueriſatis omnibus cum Mucilaga tragacanthi ex aqua Roſ. formentur placentulæ in forma cordis, quæ inuoluantur ſyndone, extrahit venenum ab infectis, confortabit cor, odoris ſuauioris gratia adde Ambræ griſeæ, Moſchi ana gr. iij.

3. Recipe Arſenici cryſtall. dra, v. Auripigment, Vnc. ſ. Cornu C. vſti dra. iij. Rad. Ireos dra. ij. oſſis de corde C. ſcrup. ſ. Cort. citri drach. ſ.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 269 sur 1557

drach.ß.Saphiri,Smaragdi,Hyacinthi,Rubini,Corall.vtriuſque an. ſcrup.ß. Margar. ſcrup.j. Croci ſcrup.ß.Ligni Aloes,Cardamomi ana gr.v.Roriſmarini,Zedoariæ,ana ſcrup.ß.Ambræ gr.ij.Moſchi gr. iij. Zibethi gr. ij. cum mucilagine Tragacanthi, fiant Amuleta.

Suffimentum ad vlcera pulmonis Rondeletii: Recipe Coriandri præpar.Roſ.rub.ana vnc.j.Ladani puri, Hypociſthidis ana drac.iiij. Santali albi,rubri, Blattæ Bizantiæ ana drachm.ij. capitum Papau. cort. Mandragoræ ana drach.ij.Styracis,Belzoini ana drach.j.Auripigmenti rub. drach. ß. cum mucilagine Gummi Tragacanthæ & Arabici, infuſorum in aqua Roſarum q.ſufficit. Addito ſalicis carbone,fiant formulæ lupinares,quibus fiat fumigium.

Vnguentum capillos creſcere non permittens Marinelli : Recipe Gummi hederæ,ouorum formicarum,Auripigmenti,Colophoniæ ana vnc.j. Hirundinum ſiue ſanguiſugarum vſtarum vnc. ß. Trita miſceantur cum Ranarum ſanguine, fiatque vnguentum.

Aliud eiuſdem : Recipe Gummi Hederæ vnc.j. Auripigmenti, Colophoniæ,ſem.Cicutæ ana vnc.ß.Caſtorei drach.ij.Opii drach j. Hyoſciami drach.j.ß.ſucci cicutæ, ſanguinis veſpertilionis ana q.ſ. Fiat vnguentum,quo loca depilata inungantur.

Pſilothrum Galeni: Recipe Auripigmenti Auricoloris ſcrup.vij. aut x.Calcis viuæ ſcrup.x.Amyli ſextantem, Terræ Selinuſiæ vnc.j. Omnia trita,& per anguſtiſſimum cribrum excuſſa reponito. Vſus vero tempore ex Pharmaco quod ſufficit acceptum,aqua conquaſſato : deinde illinire iubeto,ac animaduertere ne exurat.

Aliud eiuſdem cutem è veſtigio læuem reddens,Critonis: Recipe calcis viuæ part.ij.Auripigmenti part.j.Hæc in mortarium plumbeum coniecta,aqua aut ptiſanæ ſucco affuſo terito : atq; vbi nigra reddentur,calefacta illini maxime in B.iubeto.

Aliud Paridis Saltatoris: Recipe Sandaracæ drach.j.Calcis viuæ ſextarium j.Trita cum aqua diligenter coquito, atque vbi ebullire cœperint,ablatis vtitor.

Aliud Galeni: Recipe Amyli vnc.j.Calcis viuæ,Auripigmenti ana vnc.j.contuſa & cribrata repone,vtereque vt dictum eſt.

Pſilothrum Heraclidæ Tarentini, è veſtigio pilos tollens Critonis:Recipe Calcis viuæ ſextar.j.Cimoliæ,Pumicis vſti ana ſext.j.Auripigmenti part.iiij.Trita ac læuigata reponito. Vſus tempore aqua dilutis,vt dictum eſt,vtitor.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 270 sur 1557

Aliud Fumanelli pilos auferens & cutim tenuans: Recipe succi fol. Cucum. agreſtis, Lactis Amygdalarum, Calcis viuæ, Auripigmẽti, Galbani in vino macerati, & percolati ana q.ſ. inuicem coctis adde: olei Roſati, Maſticis ana q.ſ. Thuris, Vernicis, Roſarum, Cumini, Garyophyllo: N. Moſchatæ, Cinnamomi ana parum. M. & F. vng.

Aliud eiuſdem: Recipe Cineris Cerri par. ij. Auripigmenti part. j. coquantur in aqua fluminis.

Vel: Recipe ſaponis nigri lib. j. Tartari vnc. j. ß. Auripigmenti vn. vj. ſucci Cyperi drach. xv. calcis viuæ vnc. ß. capitelli vncia j. Calx ponatur in capitello, & colata cæteris commiſceatur.

Vel: Recipe Gummi Hederæ vnc. ij. Auripigmenti, ouorum formicarum, Gummi Arabici ana drachm. iij In pollinem redacta potenti aceto commiſceantur.

Vnguentum pilos remouens Alexii: Recipe Auripigmenti vnc. iij. Calcis viuę drach. j. Lixiuii fortis q.ſ. coquantur donec pluma immiſſa depiletur.

Aliud depilans faciem etiam in quacunque parte corporis, eiuſdem: Recipe albuminum ouorum contuſorum num. iij. Calcis viuæ vnc. viij. Auripigmenti vn. j. Lixiuii q.ſ. Fiat vnguentum, quo adhibita pẽna aliqua inungantur partes piloſæ. Quum autem per horæ quadrantem inunctæ fuerint, eluatur vnguentum aqua calida.

Nonnulli aurea bractea ignita locum impuberibus percurrunt, vt ne veſtigium remaneat, nec amplius lanuginoſum appareat.

Pſilothrum Bayri: Recipe ſanguinis teſtudinis, item Ranarum, Veſpertilionis, ouorum formicarum, Auripigmenti rubri, Gummi Hederæ ana q.ſ. Miſce cum Aceto, & vnge diſcrete, ne excoriet.

Vel: Recipe Auripigmenti, ſucci Hyoſcyami ana part. æquales. Miſce & inunge.

Vnguentum ad Pediculos Galeni: Recipe Staphidis Syluestris part. ij. Sandarachæ, nitri ana part j. Olei, Aceti ana quantum ſufficit. Miſce & fiat vnguentum.

Vel: Recipe Sandarachæ, nitri ana drach. j. Staphiſagriæ drach. ij. olei, Aceti ana quantum ſufficit. Fiat vnguentum.

Vnguentum ad faciei ruborem: Recipe ſulphuris viui, Auripigmenti, Saponis Saracenici ana drach. ß Fuliginis drach. ij. miſce.

Vnguentũ faciens cadere vngues Marinelli: Recipe viſci Quercini an. q.ſ.

Para-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 271 sur 1557

Paracelſus vtitur ad apertionem exulcerantem in mania: Recipe Mercurii ſublimati, Arſenici puri, aquæ fortis ana. Commiſce in formam Ceroti, quod extremitatibus illiga, dum ſenſus obſtupeſcat. Poſtea mollificetur cum pinguedine quadam, vt Eſchara decidat. Hæc de Arſenico ſequitur caput ſextum de alumine.

CAPVT VI.

De Alumine.

ALumen, Germanis Alaun/Italis Alume, Gallis Allun, Hiſpanis Alumbre, eſt veluti muria terræ, ait Plinius: Dioſcorides eius tria facit genera: cap. 15. lib. 35. Liquidum, rotundum & ſciſſile. Cæterum quotieſcunq; in medicamenti alicuius compoſitione Alumen ſimpliciter reperitur, ſciſſile intelligendum eſt veluti omnium efficaciſſimum, quoniam manifeſtiſſimam vim habet agendi, vriturque: ſciſſile etiam aliquibus alumen plumeum vocatur, quia vtriuſq; adeo eſt facies ſimilis, vt vix alterum ab altero diſtingui poſſit, ſed plumeum, tamẽ acre eſt; & à flamma tutum atq; inuictum ex Ægypto quod adfertur optimum ac candidiſſimum, aſtringens valde, graui odore, non lapidoſum, non compactum, ſed plerunque in capillamenta quædam eanaſcentia dehiſcens.

Adulteratur lapide Amiantho, ſed guſtu dignoſcitur, quod non aſtringat. Sunt etiam alumina factitia quæ reperiuntur, vt alumen fæcum, quod fit ex vini fæcibus ſole ſiccatis, donec albeſcant, deinde vſtis. Alumen Catinum, quod fit è cineribus herbæ ſiue plantæ kali, ſeu ſodæ vulgaris; Alumen ſquamoſum ſiue Scariolæ: idq; fit è lapide ſpeculari, inſtar vitri pellucido, quem vulgo ſpeculum Aſini vocant, nonnulli, ſed male Talcum vocitant. E factitiis etiam ſunt Alumen Rochæ & Zucharinum: Illud ex lapide candido, interdum ſubrubro ſæpius præparato: Hoc vero ex alumine Rochæ, Zacharo & albumine oui paratur. Aluminis liquidi & rotundi loco ſatis cõmode vſurpare poſſumus alumen Rocæ. Inter authores quidam vult, ſi alumen abſolute legatur vel dicatur, tum debere vſurpari Alumen illud rupeum, maxime vulgare & vſuale glaciei, aut Cryſtalli modo lucidum, ſpiſſum ac durum. Eſt & quoddam nigrum in Cypro, cuius meminit Plinius.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 272 sur 1557

Galenici præceptores dicunt esse calidum ac siccũ: Item vires eius esse, constipandi & consumendi, id quod in gustu adstrictio & salsedo indicat. Tritum cum lumbricis Carcinomati illinitur. Cum Elychnio insertum fistulas sanat. Hebetudini oculorum auxiliatur, & maculas eorum exterit. Putridam vulnerum carnem purgat. In aceto dissolutum putredini gingiuarum collutione medetur. Pediculos & immunditiem capitis, in aqua dissolutum pellit. Dolori item dentium, pruritui, scabiei, carcinomati, labiorumque tumori auxiliatur.

Aluminosæ balneæ prosunt hydropicis sanguinem reiicientibus, ventriculo vomiturienti. Hæmorrhoidibus immodice profluentibus, inordinatis mulierum purgationibus, abortientibus & iis qui immodico sudore resoluuntur, & ad Tibiarum varices. Aurium dolori cum succo polygoni medetur. Sanguinis fluxus exiccat & cohibet. Excrescentias carnis consumit. Cum expressis vuis fœtentem oris halitum emendat. Malignis vlceribus prodest. Cum sale gemmæ adustionibus auxiliatur.

Nostra Iatrochymia sic ait de Alumine: Alumen est salsugo quædam Terræ Bituminosæ, Crystalli fere colorem referens. Paracelsus sic definit: Alumen metallis nihil adhæret, sed Sal est liberum in sola acetositate consistens, nec suum corpus iuxta permixtionem terræ assumens. Variæ eius à Chymicis recensentur species, vt liquidum, scissile, rupeum, plumosum, rotundum. Ex eo à Chymicis hæc præcipue medicamenta conficiuntur, Phlegma & Saccharum.

Phlegma Aluminis. Phlegma Aluminis tale sic conficitur: Perinde fit vt phlegma vitrioli, alumen concluſum imponatur cucurbitæ, & subiiciendo ignem secundi gradus exibit aqua, quæ phlegma aluminis dicitur. Vsus eius in figendis & abluendis spiritibus seu Mercuriis, præcipitatis Metallis. Adhibetur quoque in externis, sed Chirurgicis ad ablutionem vulnerum & aliorum malorum.

Saccharũ Aluminis. Saccharum aluminis: Ab alumine destillatione abstrahitur phlegma, vt prius, appositio recipiente, sed apertis iuncturis: phlegma illud capiti suo mortuo seu fæcibus, ex quibus elicitum fuit, affundatur, rursus destillatione abstrahitur, isque labor quinquies aut sexies repetitur; vltimo in liquorem per deliquium soluitur, liquo- in balneo vel alio tepido calore spatio decem aut duodecim die-

rum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 273 sur 1557

rum maceratur: tandem lento igne in cineribus coagulatur; ac ita Saccharum Aluminis præparatum est. Cuius vsus celebratur in pectoralibus morbis & præsertim in mineralib. metallurgorum. Dosis eius est à granis v. ad viij. in conuenienti vehiculo. Si in sexta destillatione totum phlegma abstrahitur, massa in fundo relicta, ad inducendam in vulneribus cicatricem valde probatur. *Vsus ac vires.*

Hactenus noster Bornettus, nunc & inter alios audiemus ipsum Libauium qui sic ait de Alumine lib. 2. Alchem. Tract. 2. de extractis cap. 38. pag. 175.

Alumen aut ex aquis mineralibus excoquitur in catinis plumbeis ad spissum, posteaque coagulatur in cupis ligneis, aut ex terra & lapidibus, &c. & quidem terra in lacus ligneos quadrangulos seu castella imponitur, ibique affusa aqua maceratur indies agitando. Aqua in piscinas emittitur, ibique colligitur, quanta placet. Inde excoquitur in catinis plumbeis quadratis ad iustam spissitudinem, tuncque est simile farinæ. Hoc vbi refrixerit in peculiaribus vasis: In cupis postea coagulatur. Quidam tamen modice coctum liquorem sinunt in cupis sedimentum facere. Clarum quod est, effunduntin cortinas & inspissant. Id autem fit tunc, cum vena mera est. Sin vitriolum coniunctum est, affunditur vrina statim in castellis, vel etiam postea, cum pars clara recoquitur, & Chalcanthum ad fundum secedit. *Aluminis excoctio.*

Terra semel exhausta, in Cumulos subdiales congeritur, ibique per annos aliquot nouum concipit Alumen: In catinis quoque aliquid terreum splendens accrescit fundo, quod exemptum cum noua vena miscetur. Nonnunquam & terra non eluta statim digeritur in Cumulis. Saxa aluminosa prius reuerberari in rubedinẽ necesse est, neque tamẽ nimis nec minus. Vsta congeruntur in Cumulos, & per dies 40. aqua perfunduntur, vt soluantur. Ea calx in bullientem aquam in sua cortina iniicitur, & soluitur cum agitatione crebra, & separatione contumacium partium. Solutio recocta & purgata in lacubus suis congelascit in alumen album ex alba vena, roseum ex rubeo, mista albedine. Piritæ aluminosi vruntur, vsti aliquot menses in aere sinuntur molescere. Diluuntur in vase, dilutum inspissatur, & coagulatur in alumen. Vide eundem lib. 2. Alch. tract 1. cap. 45. pag. 105.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 274 sur 1557

Præparatio Aluminis. Aluminis apparatum Baccius sic describit: Fossus lapis aluminis scabrosus candicansque ærugineis intercursantibus venis, exciditurque in rudes glebas. Mox in fornacibus aliquot horis coquitur. Et inde insolatur vltra mensem: Aquis inmaceratur, quoad in læuorem Argillæ modo solutus sit. Tum in feruentis aquæ alueo per ministros in albissimum liquamen ducitur, hocque corriuato in magna capisteria lignea tenacior pars addensatur ligno, excutiturque vbi siccatum fuerit alumen. Veteres liquidum Alumen corriuabant in areas, & æstiuis solibus maturabant, quod vasis adhæsisset, excutiebant.

Alumen compositum. Alumen ex compositis: Recipe Salis gemmæ vncias nouem, salis vulgaris ter fusi, vitrioli albi ana vnc. ij. vitrioli Rom. lib ß. Ærugis vnc. j. Trita mistaque calcina in furno laterum triduo. Adde calcis viuæ semunciam, cineris sarmentorum, vel fecularum vini, vncias duas. Tritis affunde aquam pluuiam. Fiat lixiuium, quod sæpe filtra, vt fiat purissimum. Decoque ad siccum. Solue ad siccum. Solue iterum aqua pluuia. Filtra, diuapora, solue, & reduc etiam tertio; Tandem resolue, & lixiuium coque ad dimidias, & iniice in Vrceolos cum foris seu tabulatis inæqualibus. in quibus dispositi sint baculi pinei non pingues. Sine congelare. Possunt tamen etiam sine baculis fieri bucellæ Crystallinæ, vt in Borace. Plura de eius vena vide apud eundem Libau. lib. 2. tract. 1. ca. 39.

Aluminis purgatio. De purgatione Aluminis sic ait: Alumen triplo vrinæ puræ soluitur, filtraturque sæpissime. Vrina abstrahitur destillando, vel diuaporando, vt restet Alumen niueum. Alumen vero plumosum irrigatur vino albo, eluitur & resiccatur in aere, Coquitur etiam lixiuio sacculo incluſum, & postea eluitur aqua dulci.

Eius fixationem sic vult: Destillatur, aqua & phlegma quæ exit refunditur fæcibus tritis, facta maceratione sua, destillatio repetitur, idq; cum cohobiis, donec nihil exeat humoris.

Spiritus Aluminis. Præparatur & ex Alumine spiritus, vt recipe aluminis puri q. v. destilla primo lento igne phlegmata, ignem postea adaugendo & spiritus albissimos instar spiritus vitrioli accipies: Hic spiritus rectificandus est aliquoties cum spiritu vini, & dulcis atque iucundus euadit: Est Diuretius, pellit calculũ, obstructiones lienis aperit Dosis 4. ad 5. guttas in vino. Externe in oris vitiis maxime cõuenit & aliis.

Præpa

Præparatio eius iuxta Paracelsum talis est prima: Recipe Aluminis Rochi lib.ij. Aceti albi lib.ß. salis fusi, vertonem vnum: fiat mixtura cum ebullitione vsque ad coagulationem, destilla. Vlcera cauernosa, si præparata hac aqua lauentur, est mirabile experimentum. Et quæ hac cura non sanantur, ea nulla alia sanantur. *Præparatio Aluminis ad medicinam.*

Secunda præparatio valet in vlceribus cauernosis, scabie & pruritu, Esthiomenis, vlceribus putridis & lasciuis, item vlceribus humidis: Recipe Aluminis lib.x. succi Chelidoniæ, Plantaginis ana lib.j. Tartheniani lib.ß. destilla. Recipe lib.j. Istius aquæ, & aquæ communis lib.x. Fiat lixiuium. Ad Alopeciam, Tineam & in vlceribus, in ea admodum calida lauandum est.

Tertia præparatio habet virtutes in Paralysi, morbo lethargico & membris stupefactiuis. Recipe aluminis plumosi vncias sex, Colcotarini resoluti vncias iiij. ß Salis Armoniaci drach. iiij. Reduc in resolutionem. Ex plumoso virtus insensiua oritur: optimum igitur Medicamen in Paralysi.

Additio in Paralysi, in morbo lethargico & membris stupefactiuis: Recipe huius præparati aluminis vnc. j. sang. draconis vnc. iij. liquoris mumiæ drachm. vij. Fiat in modum vnguenti. Locus est etiam in occipite, in Nucha.

Apud Galenicos in tali fuit vsu: Aqua ad vlcera corrodentia Fiorauanti: Recipe aquarum Plantaginis, Rosarum ana quart. j. Aluminis vnc. ij. Sacchari vnc j. Bulliant simul donec Alumen & Saccharum liquefiant, & lauetur vlcus.

Aqua ad vlcera pudendi: Recipe Aluminis Rochæ vn. j. viridis æris drach. j. Aquæ fabrorum, ferratæ q.s. coquantur simul per horas duas, deinde coletur, in qua panniculi linei intingantur, & virgæ superponantur.

Aqua ad faciei Ruborem Heurnii: Recipe, Plantaginem, solatrum, Agrestam: Album: ouorum 12. Aluminis lib.ß M. destilla.

Aqua ad vlcera sordida Antonii Chalmetei: Recipe succi rubi, Sumach, virgæ pastoris, Plantaginis, Solani, Acetosæ ana quart. j. album ouorum vj. aluminis tri vnc. iiij. Destillentur omnia in alembico plumbeo,

Lac-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 276 sur 1557

Lac virgineum Auguſtani: Recipe Aluminis crudi vnc. iiij. decoque ad tertias in aquæ fontanæ puræ lib.ij. Poſtea recipe lithargyri lib.ß Aceti vini lib.j. Decoquantur ad remanentiam lib.j. colentur & commiſceantur ambæ aquæ, ac ſpatula tamdiu agitentur, donec albeſcant.

Gargariſma ad oris vlcera exiccanda: Recipe Plantaginis, Myrti, Roſ. rub. Pyri ſylueſtris ana m.j. fiat decoctio ad conſumptionem tertiæ partis in lib.j. diſſolue Aluminis vnc.ij. vini albi parum. Miſce & fiat gargariſma.

Balneum cutim detergens ac leuiter aſtringens ſeu corroborans Rondeletii: Recipe fol. Myrti, Lentiſci vel Plantag. Tapſi Barbati, Piloſellæ, Hippuris, Polygoni ana m.ij. Roſarum part. xx. rad. Iridis, Biſtortæ, Pentaphylli ana vnc.ij. Fiat decoctio, in qua diſſolue Salis communis libras iij. Aluminis vnc.iiij. Miſce & fiat Balneum tepidum, & ſpongiis nouis detergatur diligenter.

Lotio ad fœtorem pedum: Recipe Aluminis m.j. Bulliat in ſufficienti quantitate aquæ: In qua vſque ad talos immittantur pedes mane atque veſperi, & diu multumque fricentur, lauenturque. Huic ſi admiſceas vinum & cineres ex fago podagricis ſumme confert.

Vnguentum ad ſuperpurgationem menſtruorum Rondeletii: Recipe olei Nenupharis vnc.j. olei Citoniorum, vnc.iij. Boli Armeni, Acaciæ, ſanguinalis ana drach.iij. Balauſtiorum, Spongiæ Bedeguaris, Aluminis ana drach.j. Ceræ, Aceti q.ſ. M. Fiat vnguentum. Si vis vt ſit fortius, adde ſuccum Portulacæ.

Vnguentum Epuloticum eiuſdem; Recipe Ariſtol. lotæ ac vſtæ, Nucis Cupreſſi, Balauſtiorum vſtorum, oſtreorum vſtorum ana drachm.ij. Aluminis, florum Æris vſti, Chalcitidis ana drachm. iij. Mellis, Vini aſtringentis ana q.ſ. Miſce F. Vnguentum.

Barbarum Magnum Galeni: Recipe Picis lib.viij. Ceræ lib. vj. vnc.viij. Bituminis lib.iiij. Olei lib.j.vn.vj. Ceruſſæ, Lithargyri, Æruginis ana vnc.iij. Thuris vnc.vj. Aluminis liquidi, vnc.j.ß. Aluminis ſciſſilis vnc.iiij. Opoponacis, ſquamæ Aeris, Galbani ana drach.xij. Aloes, Opii, Myrrhæ ana vnc.ß. Succi Mandragoræ drach.vj. Terebinth.lib.ij. Aceti lib.v. confice vt artis eſt.

Emplaſtrum ex ſalicibus Galeni: Recipe Miſyos, Chalcitidis, Ætu-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 277 sur 1557

Æruginis, Ceruſſæ, Gallæ, Aluminis ſciſſi & rot. Cretæ ſutoriæ, ana vnc. vj. Ceræ, Reſinæ Pityæ, Picis, in Bituminis, fol. Salicis ana vnc. ij Olei Hem. iiij. Chalcanthi vnc. vj. Malicorii vnc. vj. Aceti ſext. vj. F. quod dictum.

Emplaſtrum Tarentini eiuſdem: Recipe ſquamæ vnc. ß. Mannæ vnc ß. Aluminis ſciſſi, Myſios ana drach. ij. Trita ex aceto in paſtillos digerito, qui ſinguli pendeant drachm. ij. & reponito.

Iſis ex Galeno: Recipe Ceræ albæ drach. L. Terebinth. drach. c. ſquamæ Æris, Æruginis, Ariſtolochiæ, Thuris, Salis Hammoniaci, Æris vſti ana vnc. ß. Aluminis vſti drach iij. Myrrhæ, Aloes, Galbani ana drach. vj. Olei veteris vnc. v. coquantur, deinde ſubigantur manibus aceto forti lotis, ac fiant Magdaleones, quos in aceto repones diebus 10. Alii addunt rad. Dracontii vnc. ß.

Paſtilli Polyidæ: Andromachi: Recipe flor. Mali punici, drachm. xij. Aluminis ſciſſilis drach. iij. Thuris Myrrhæ ana vnc. ß. Chalcanti drach. ij Fellis Taurini drachm. vj. Aloes drach. viij. vini auſteri q. ſ. Formentur paſtilli.

Trochiſci Meſuæ: Recipe Aluminis ſciſſilis, Aloes, Myrrhæ, Chalcanti ana drach. vj. Croci, Crocomagmatis ana drachm. iij. flor. malorum granat. drachm. iiij. Vini Odorati, Mellis ana q. ſ. Formentur Paſtilli.

Ad Saccharum rubro colore tingendum: Recipe Praſilii triti, vel Santali rubri, vel rad. Rubiæ, vel Granatorum tinctorum vnc. j. Aluminis Rochæ vnc. ß. Aquæ vnc. vj. Infundantur duo hæc in petia ligata in dicta aqua per dies vj. Deinde calefiant ad ignem leuiter: & cum ea aqua Saccharum coquatur. Vel confectis iam abſolutis, ſenſim in aheno calentibus aſpergitur.

Aqua albos reddens dentes: Recipe Salis purgati & contuſi lib. j. Aluminis glacialis vnc. j. Deſtillentur Alembico. Huius aquæ vnc. j. Miſce cũ vncia Plantaginis, & intincta lana Xylina dentes perfrica.

Vel: Recipe Aluminis rubri vnc. vj. Salis communis vnc. ij Maſticis vnc. j. Myrrhæ vnc ß. Garyophyll. drach. vj. Miſce, fiat Deſtillatio, qua fricentur dentes.

Decoctum ad firmandos dentes & gingiuas conſolidandas: Recipe Aquæ Lentiſci, Roriſmari, Aceti deſtil. poculum dimidium, Myrrhæ, Maſticis, Boli Armeni, ſang. Draconis, Aluminis vſti ana

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 278 sur 1557

vnc.j.Cinnam.Electi drach.ß.Aquæ pluuialis pocula tria. Miſceantur omnia,coquantur igne admodum lento,per quartam horæ partem addendo mellis deſpumati lib.ß.Belzoini parum:fiat decoctũ.

Aqua ad faciem commendandam: Recipe Cucurbitas à corticibus mũdatas,& in partes rotundas inciſas,quot volueris: Aluminis Zucharini vnc.vj.Aluminis ſciſſilis vnc.j.Myrræ, drach.j. Terebintinæ lotæ vnc.ß.Oua recentia & contrita num.iiij. Limonia inciſa nu.vj.Cochlearum,quantum volueris,vini albi menſ.j.In puluerem redigenda redigantur,& miſceantur.

Aqua alia:Recipe Chryſocollæ,ſeu Boracis vnc.ij. Aluminis rupei,ſciſſilis, ſquamoſi ana vnc.j. Caphuræ drach.ij.Redigantur in puluerẽ ſingula,deinde miſceantur,ponãturq; in phialam vitream, q̃ aqua fontana repletã diligenter obturabis: His factis ponatur ad ignẽ per horas duas,deinde auferatur: & cum refrixerit, ponatur in aliam phialam, addendo duo alba ouorum recentium, bene cum Omphacio agitata; Miſceantur,ſintq; in ſole per dies 20. & habebis aquam perfectiſſimam.

Aqua ad faciem decorandam alia: Recipe Lactis vaccini, menſe Maii lib.ij.Arantiorum nu.iij. Limonum nu.v.incidantur minutim. Deinde adde,Aluminis,Sacchari ana vnc.j.Miſce omnia,& deſtilla.

Alia aqua: Recipe Aluminis Rochæ tritæ vnc.iij. Albuminis ouorum quantum ſufficit.Miſce & deſtilla.

Vel:Recipe ſpumæ argenti lib. ß. Aceti albi lib.iij. coquantur ſimul vſq; ad conſumptionem tertiæ partis, & deſtilla: deinde aquæ deſtillatæ adde Caphuræ vn ß.Aluminis Scariolæ,olei Tartari,Aluminis Zucharini ana vnc.j. Relinquantur ſic, donec diſſoluantur; poſtea coletur,& vſui ſeruetur aqua.

Aqua rubra ad faciem:Recipe glutinis piſcium,in vino albo, per quinq; aut ſex dies liquefacti vnc.ij.Ligni Praſilii inciſi,q.ſufficit,Aquæ fontanæ q.ß. Miſceantur & coquantur igne admodum lento, donec ſatis eſſe videatur:deinde addatur Aluminis triti vnc.j.Gummi Arabici dra.ij. Miſce.deinde ablata aqua ab igne,ſeruetur in vaſe aliquo optime obturato.

Lotio Capillorum Marinelli:Recipe Aluminis fæcum vnc. viij. Centaurię li.j.Gummi Arabici vnc.iij.Amyli vn.iij.Saponis albi vn.j. Aquæ fluuialis lib.j.M.& coquantur vſq; ad conſumptionem quartæ partis Poſtquam caput lixiuio fuerit lotum,hac aqua cum ſpongia ad ſolem tinguntur.

Vel

Vel Fumanelli: Recipe Centaurii maioris dra.iiij. Aluminis fœcis vn.viij. Aluminis Rochæ, Cumini Arabici ana vnc. ij. Saponis albi mundi, lachrymæ ex Tragacantha ana vnc.iiij. Aquæ claræ vn.vj. coquantur ad dimidias & colentur: Caputq; hac lotum colatura, ad ſolemque ſiccatum, denuo abluatur lixiuio.

Vnguentũ ad varos in facie, Critonis: Rec. Aluminis ſciſſi & ℔be læuigati, Therebintinæ ana quãtum ſufficit. miſce, fiat vnguentum.

Vnguentum ad ſcabiem ac pituitã ſalſam Fumanelli: Recipe Butyri recentis drach.vj. Aluminis Iameni, Salis communis ana drach. ij: ſucci lapathi acuti, ſucci Fumariæ ana vnc.ß. Vitellorum ouorum nu.ij. pulueris Ireos drac.ij. Styracis liquidæ drach.vj. Miſce.

Vnguentum Mamillas paruas conſeruans: Recipe Aluminis Rocchæ triti q.ſ. Olei Roſati q.ſ. Miſce, & inunge mamillas.

Puluis manus reddens albas Marinelli: Recipe ſem. Erucæ vn.vj. Ireos vn.j. Cumini vnc.j. Aluminis fæcis vnc.ß Sacchari candi vnc.j. Tragacanthæ vnc j. Caphuræ ſcrup.j. Pinearum mundat. vn.iij. Medullæ panis albi vnc.ß. Saponis antiqui raſi vnc.ij. Trita omnia miſceantur: Fiatq; puluis ad manus lauandas.

Aqua rubra ad faciem Recipe album.ouorum duriter coctorum nu xxv. Lactis ficuum poculum j. Miſce & deſtilla. Huic aquæ adde pro qualibet menſura Aluminis ſciſſilis vn.ij. corti tinctorii vnciam ß. Cocci quo ſericum tingi ſolet drac ij. M. digerant per 8. dies, deinde cola & exprime: adde viciſſim tantundem Aluminis vt prius, coccique: Iterum digere vt antè, cola atq; exprime, id ter reiterabis, tum adde Gummi Arabici vnc.ß. digere vt antè, cola, & reſerua.

Aqua alia faciem colorans: Recipe Boracis drac.j. ſublimati vnc. ij. Caphuræ drach.ß. Salis Gemmæ dra.j. Salis Alkali vn.ij. Aluminis Rochæ vnc.ij. Aluminis Scariolæ vnc.ij. Aluminis plumæ vnc.ß. Aluminis Zucharini vnc.ß. aquæ Roſar.q.ſufficit. Coquantur in vaſe vitreo, vſque ad dimidiæ partis conſumptionem.

Vnguentum ad pediculos ſuperciliorum: Recipe Aluminis Zucharini, Aloes, Staphidiſagriæ, Aceti, Scyllitici an.q.ſ. fiat vng.

Aqua faciem dealbans: Rec. Lactis Caprini, Farinæ frumẽti an.q. ſ miſce ad formã panis, & in clibano coquatur. Huius panis accipe medullã in lacte caprino maceratã: album.ouorũ nu.xij. deſtillẽtur: Aquæ deſtillatæ adde calcis vn.j. Caphuræ dra.ij. Aluminis Zuchar.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 280 sur 1557

Coralli albi ana drachm. ij. Trita miſceantur, & denuo deſtillentur.

Vel: Recipe Aceti albi lib.ij. Aquæ Roſarum lib.j. Aquæ ex cort. Arantii vnc.vj. Aquæ ex flor. Arantii vnc.vj. Marrubii M.j. Mellis li. ß. Moſchi gr.iij. Garyophyllorum, drachm.iiij. Aluminis Zucharini vnc.ij. Maſticis vnc. j. Trita deſtillentur.

Aqua Podagrica Quercetani: Recipe aquæ deſtill. ſpermatis Ranarum, Tapſi Barbati, Filicis ana lib.ij.ß. Vrinæ pueri vinum bibentis lib.iij. His adde Theriaces recentis vnc.ij. S. Vitrioli, Salis tuſi, Aluminis ana vnc.iiij. Deſtillentur ad ſiccitatem per Cineres: huic aquæ adde Salis Vitrio è Colchotare extracti vnc. j ß. Camphoræ, Croci ana drach.ij miſce.

Aqua eiuſdem ad ambuſta: Recipe aquæ deſtil. fol. filicis lib.j. Phlegmatis Vitrioli, Aluminis ana lib. ß. florum Tapſi barbati, fol. Hederæ nigræ ana M. j. Limacum rubrarum, Ranarum, Aſtacorum aut Cancrorum fluuiatilium ana num. x. Deſtillentur in Alembico plumbeo, ſatis magno igne. Si placet miſce cum aqua ſpermatis Ranarum aut Phlegmate Vitrioli.

Cataplaſma ad Tumorem Paracelſi: Recipe Aceti Roſacei lib.j. vini opt. lib.vij. Aluminis, Camphoræ, Lithargyrii ana drachm.vij. ſtercoris columbarum lib. v. Aq. de Sambuco vnc.iij Fiat decoctio per horas tres, inſtrumento clauſo, poſtea adde Myrrhæ, Olibani ana lib.v. Pulueriſata decoque vt prius per horas tres, fac cataplaſma. Applica, & renoua quoties ſiccatur.

Aqua capillos renaſci prohibens: Recipe Cornu Vaccæ, Aluminis Rochæ, Papaueris nigri ana tritorum q. ſ. ſanguinis vaccini recentis lib.ij. macerentur ac deſtillentur. Vtatur omni ſero.

CAPVT VII.

De Sale Ammoniaco.

SAl Ammoniacus, ſeu Armoniacus, eſt Sal qui in Arenis Lybicis concreſcit, inquit Iatrochymia noſtra. Adhibetur autem partim ad ſoluenda metalla depurandaque: ad medicinam vero raro, præſertim

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 281 sur 1557

sertim intus sumitur. Sublimatione valde depuratur, quæ hac ratione perficitur. Recipe Salis Ammoniaci, Salis tosti ana, indantur vitro sublimatorio: sublimetur dando ignem per gradus, more Chymico, donec totus flos Salis Ammoniaci ascenderit: Hic flos denuo bis per se in mundo sublimatorio vitreo sublimetur: Ex eo per deliquium fit aqua, quæ vocatur aqua Salis Ammoniaci. *Sublimatio Salis Ammoniaci.* *Aqua Salis Ammoniaci.*

Libauius eum sic describit: lib. 2. Alchem. tract. 2. de extractis ca. 38. pag. 177. Sal Ammoniacus naturaliter concrescit sub arenis Lybicis, sicut & Sal Crystallinus, qui gemmæus vocatur, sua in minera coagulatur. Alius dicit quod sub arena in Cyrenaïca regione concrescat in laminas, exterius venis nigricantibus; colore ad alumen Schiston accedens, veluti Sal Alkali ad Catinu. Artifices ita imitantur: Vrinæ libræ tres, Salis communis libra, Salis Gemmæ selibra. Soluuntur in pluuia. Bullire sinuntur ad ignem, agitantur sæpe, & despumantur. Effunde per colum in vas aliud. Adde lixiuium acre colatum pure; Salis sodæ libram vnam. Congelascant in quiete.

Alii in hunc modum per magisterium solutionis, coagulationis & commistionis: Recipe Vrinæ puerilis lib. x. adde Salis communis lib. v. Misce ad ignem in olla, & solue. Adiice fuliginem. Effunde in vas, & sine coagulare. Coagulatum transfer in ollam operculatam cum foramine in summo. Bene obsigna luto. Colloca in fornacem, & coque. Vbi videris exire album fumum, claude foramen, & ignem intende per duas horas. Refrigeratum exime.

Solet autem Sal Ammoniacus etiam sublimari aliquoties per Tartarum, vt postea eo melius in marmore possit solui citra acrimoniam, & tunc multa facit ad lauanda vulnera. Nonnulli ante solutionem vino coquunt, filtrant, coagulant, postea soluunt. Alii florem ex eo sublimare volunt cum Sale communi: Vel: Initio mistum arena aut ferri scobe in alembicum pellunt: postea sublimato adiiciunt Salem vulgarem præparatum solutione, filtratione, coagulatione, vel Tartarum, iterumque sublimant. Ignem dant per gradus donec vas incandescat, detinent ita horis duodecim, & ita repetitis aliquot sublimationibus euadit in florem niueum. Sunt, qui & ex Sale Ammoniaco & alumine rupeo in sero lactis solutis, summopere etiam depuratis atque conglaciatis, facere conantur Boracem factitiam. *Varia sublimationes salis Ammoniaci.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 282 sur 1557

Sal Ammoniacus fixus.

Sunt & qui hunc salem sciunt artificiose fixare per calcem viuam, simul fundendo, soluendo, coagulando atq; depurando, &c. Ex hoc sale fixo præparant oleum, quod magnarum in Alchymia dicunt virtutum.

Aquæ Regiæ cum sale ammoniaco fortificantur.

Aquæ Regiæ Aurum soluentes, plerumq; fiunt cum Sale Armoniaco, vt exempli gratia: Recipe Aluminis, Salis petræ, vitrioli ana partes æquales. Distilla ex his aquam fortem per cohobia, ita vt Sal bene pellatur in aquam, quod tamen non semper expetitur: Huic aquæ forti adde vncias ij. aut iij Salis ammonii: Solue. Macera in fimo per biduum, destilla siue rectifica per cineres, clarifica per Argẽtum, & habes aquam regis ad soluendum Aurum, aliaque metalla. Vel etiam sic fit: Recipe Salis ammoniaci lib. ß. Salis communis vncias vij. Aluminis sescunciam, Salis petræ vnciam. Fiat aqua fortis. Huic adhuc adde Salis ammoniaci vnciam vnam, sic etiam constat perfecte parata aqua regia. Infinitas pene possem dare formulas, sed non est opus, cum apud authores de his optime ac clare constet. Egregium tamen dico hunc salem esse in euehendis & sublimandis Crocis metallorum ac mineralium, eius enim sublimatione redduntur solubiles, atq; pro Essensificatione, aut extrahendis tinctoris applicabiles. Vsurpatur etiam in medicina, sed raro, in externis solummodo vt mox videbis ex sequentibus.

A poculis inauratis cum Ammoniaco hoc sale solent & possunt Aurifabri vicissim Aurum in vsum separare: vt recipe Tartari calcinati, Boracis singulas libras, Salis ammonii vnciam cum duabus drachmis puluerata in olla pone & affunde calidam. Poculum inauratum candefactum in illa solutione extingue, & Sol decidit remanente Argẽto, quod si coxeris ex sale & Tartaro, nitorem recuperat. Aurea vero ramenta reducuntur cum Borace. Vel: Salis Ammonii vnciam misce cum sulphuris semuncia, vt fiat puluis subtilissimus. Auratam partem oleo irriga, & puluerem asperge. Postea cum forcipe tene super prunis, donec optime calefiat. Tunc suspensum vas super paropside cum aqua loca, & malleo in aduersum impelle. Ita puluis decidet cum Auro in aquam. Collectũ excoque cum Borace.

Nota summatim de sale hoc: si salem hunc ter sublimaueris cum sale decrepidato, tandem fit subtilis instar spongiæ vel lanæ, cum hoc corpora metallorum accurate poteris soluere; vt recipe

Anti-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 283 sur 1557

Antimonium, hoc ſublima cum iam dicto ſale præparato, & aſcendent flores rubicundi, hi viciſſim ſeparantur à ſale per edulcorationem ſalis, ſic puluerem habebis Antimonii in Medicina & Alchymia virtuoſum: Sic & cum Crocis metallorũ procedere potes: ſublimatur etiam Mercurius viuus cum hoc ſale, (quare non fruſtra dicitur Sal philoſophorum Mercurialis) hunc ſublimatum poſtea tene miraculoſum: ſublimatur etiam cum calce viua ſolus, vt ſit philoſophorum ingreſſus, de quo hic locus non eſt conceſſus dicendi. Ex eo etiam talis fit aqua ſoluendi, vt & in vna ſolutione tria ſciat ſeparare principia, de hac ſupra alibi diximus. *Sublimatio Antimonii cum ſale ammoniaco.*

Exempli gratia apponemus aquam hanc: Recipe ſalis purificati Ammoniaci (ſublimati vt iam dicti, ter videlicet) Salis nitri, ana lib. ſemis, miſceantur & indantur retortæ, applicato recipiente amplo, da ignem paruum cautiſſimo modo, (confeſtim enim & è momẽto ignem fugit) deſtillato ex arte ſpiritus: deſtillatis rectifica per retortã recentem & aqua eſt parata; hæc ſoluit omnia metalla: Idem præſtat oleum vitrioli, ſi eius recipiantur part. j. & j pars Salis Armoniaci, fit talis aqua ſoluens, vt mirari vix poſſis: Alia etiam fit talis aqua eaq; nobilis atq; occultiſſima, ſapientiſſima ac philoſophica, quæ fit ex ſale gẽmæ cum ſale ammoniaco, &c. Alia etiam fit eaq; nobilis in hunc modum: Rec. vitrioli li. ij. Salis nitri li. j. Salis gẽmæ, Salis armoniaci ana lib. j. ß. deſtilla: ſi huius aquę ſpiritus vis fixare, præcipita cũ puriſſ. ſale Tartari in modũ artificioſſimũ ſi ſint fixati ſpiritus ſepara inde phlegma, & remanebit Sal albus fixus, in Chirurgia vtiliſſimus. *Aqua ſoluentes ex ſemis, ſale ammoniaco.*

Ex hoc ſale deſtillatur ẽt aqua odorifera atq; egregia: Recipe ſalis armoniaci purificati vnc. ß. vitrioli dra. vj. phlegmatis de vitriolo deſtillato li. ß. miſceantur omnia, phe, & deſtillentur ex balneo igne leni, & hac ratione aqua deſtillatur odorifera inſtar Ambræ, &c. ci. nunc ad vſum eius accedemus medicinalem. *Aqua odorifera ſalis ammoniaci.*

Aqua ad vlcera corrodentia & ſordida Fiorauanti: Recipe aquæ Plantag. vnc. vj. ſublimati vnc. j. Salis Armoniaci drachm. j. ß. Salis communis drac. ij. Aluminis drac. j. Bulliant in phiala vitrea ad conſumptionem quartæ partis.

Aqua ad dentes: Recipe Salis ammoniaci, Salis gemmæ ana vnc. iij. Aluminis Sacchatini vnc. j. ß. Salis communis vnc. j. trita deſtillentur in alembico vitreo. Extracto inde liquore dentes cum petra fricentur: Deinde abluatur os medico vino albo.

Alia

Alia & ſic eſt: Recipe Salis Ammoniaci, Gallarum ana vnc.viij. Vitrioli Romani vnc.vj. Salis nitri vnc.ij. deſtillentur, & in vaſe ſeruentur vitreo.

Specificum corroſiuum Paracelſi: Recipe Aquæ fortis à capite mortuo rectificatæ lib.j. Mercurii ſublimati quartam ſemis, Salis Armoniaci vnc,ij. Hæc omnia ſimul permixta conſumi ſinito, deinceps aquam admiſceto Mercurialem æquali pondere, ſeruato. Nullus huic Adamas corroſiuo reſiſtere poteſt.

Apertionis Receptum Paracelſi: Recipe aquæ fortis optimæ. Salis Armoniaci vnc.ß. Mercurii ſublimati drach.iij. Trita miſce ac reſolue in formam aquæ.

Sal Catharticum Arnoldi Villanouani: Recipe Salis Armoniaci vnc.j.ß Diagridii, Euphorbii ana drach ij. Piperis, Cymini, Zingiberis, Marathri, Aniſi, ſem. Apii, Ameos, Leuiſtici, Petroſelini, Cardamomi ana drach.ij. Fiat puluis, de quo detur mane cum vino calido quaſi vnc.iij.

Sal Marcelli: Recipe Salis Armoniaci vnc.iiij. Coſti, vnc.iij. Piperis nigri vnc.j. drac.ij. Cymini, Zingiberis, Piperis albi, Marathri, Cinnamomi electi ana vnc.j. Caryophyllorum, Galangæ, Cubebarum, Cardamomi ana drac.j.gr.v. Hyſſopi, Thymi, Origani, Carui, Aniſi, ſem. Apii, Petroſelini, Leuiſtici ana drach.iii. Omnia puluerizentur, & de iſto puluere vtatur in prandio loco ſalis, & ſi volueris facere laxatiuum, adde doſi ipſius ſcrupul.ij. Diagridii, & da mane cum mulſa, vel vino vnc.j.

Aqua ad verrucas, & alia tubercula faciei: Recipe Salis Ammoniaci, Vitrioli Romani, viridis æris ana vnc.ij. Aluminis rubri vnc.j. Calcis viuæ vnc ß. Diſtillentur in alembico vitreo. Reiiciatur primus liquor: ſecundus efficacior erit, & ſeruetur vſui.

Smegma moſchatum Damaſcenum: Recipe Smegmatis optimi, raſi lib.j. Cinnamomi electi, Nucis Moſchatæ, Styracis calamitæ ana vnc.j. Aluminis Plumæ, Salis Ammoniaci, Myrrhæ, Olibani, Maſticis, Nigellæ, farinæ hordei ana partes æquales.

Trita cum melle miſceantur.

* *
*

CAPVT

CAPVT VIII.

De Sale Nitri.

NItrum Germanis Salpeter; Gallis Nitre; Italis Netro; Hiſpanis Salitre nominatur: Duplici ſignatum eſt diſcrimine, prius eſt nitrum Dioſcoridis & antiquorum, leue, roſeo colore, aut candido, in foramina dehiſcens, perinde quaſi ſpongioſum, quod ad nos deuehi deſiit. Alterum eſt vulgare, Sal nitrum ſeu nitrum, aut Sal petræ dictum, quod Pyrii huius pulueris confectionem ingreditur, qui ad tormenta bellica in multis Galliæ vrbibus ex aquis nitroſis paratur. Dum multa coctione elaboratur Aphronitrum eructat, ſeu ſpumam nitri, ab ea diuerſam, cuius veteres meminerunt, quæ non arte educta, ſed natiua creditur, vt & lanugo quædam friabilis, alba & ſalſuginoſa, quæ parietibus multis adnaſcitur, quæ flos nitri iudicatur. *duo genera nitrum.* *Aphronitrum.*

Eius purgationem ſic deſcribit Libauius: Sal petræ ſoluitur, filtratur & coagulatur in vaſe Cyprio aliquo vſque, ſeu ad mediocrem ſpiſſitudinem, quæ deſpumata crebro, transfunditur, manente circa fundum vaſis ſale peregrino. Aliquando in vaſe terreo non pingui, ſuper prunis ſinitur paulatim liquefieri: ſpuma tollitur ligneo cochleari: vbi totus fuſus eſt, iniicitur parum ſpiritus vini, vt diffla-gret. Nitrum artis ſic vult fieri: Pruinoſam murorum veterum ſalſuginem abraſam, in mortario in puluerem redige. Hunc in Aheno ex aqua pluuia vel vrina ſat diu coque. Cola per filtrum, & in dolio ligneo quieſcens, in ſuperficie glaciem contrahit, quæ eſt nitrum artis, in ſole ſiccandum. *Purgatio nitri.*

Galenici præceptores dicunt eſſe calidum ac ſiccum, vireſque habere incidēdi purgandi & erodenti. Miſcetur medicamentis pſoricis & corroſiuis. Cum aceto ſcabiei illinitur. Cutem erodit, torminibus aluique doloribus medetur. Furfures capitis purgat, & pediculos pellit. Vermes aurium necat, earumque ſordes expurgat. *Vires Nitri.*

Criſtallorum ex nitro deſcriptionem talem nobis dat Libauius: ſit dolium ligneum cum duplici podio, altero integro, quod eſt in imo; altero pertuſo inſtar cribri, quod ſit in medio. Capiat autem *Cryſtalli Nitri.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 286 sur 1557

quatuor aut quinq; amphoras, & circa fundum habeat Epistomium ad aquam educendam. Podium in medio insterne stramentis. Impone terrã nitrosam, qualis tũ ex certis locis, vt in Ægypto, sumitur, tum ex stabulis pecudũ, vt ouium, &c. Et vbi vrina diu est effusa. Affunde aquam & agita bene, sæpeq;, perinde ac si velles vulgare lixiuium facere. Aquam muta, donec nullam deprehendas in colatura per Epistomium exeunte acrimoniam, vel terra sit exhausta. Vbi inferior capacitas dolii impleta est, vel sat lixiuii habes, p Epistomium emitte, & cola per pannũ densum. Coque in aheno ad medias. Decoctũ effunde in labra lignea, vbi concrescat in Conos, vel tessellas, vel Bacillis annascatur. Si coni sunt impuri, solue denuo, filtra ad purum; & congela, idque potes quinquies repetere.

Elaboratio salis nitri, vt puriſſimi & magni fiant coni. Vrceo ligneo nouo impone Cinerem faginum cribatũ. Affunde aquam pluuiam. Agita bene. Sine subsidere. Purũ effunde. Affunde aquam nouam & procede vt ante, donec Sal exierit. Vel salẽ nitri pone in aheno. Affunde lixiuii prioris, vt nouẽ digitis excedat. Metire vero altitudinẽ Salis petræ in Bacillo, antequã affundas lixiuium; Et huic mẽsurę adde nouẽ digitos seu Spithamã, vt scias quantitatẽ iustã. Lixiuio infuso, coque ad ignẽ, & despuma cũ pertuso Cochleari. Si decoxeris ad eam altitudinem, q̃ de sale per se in baculo notasti: guttã vnam atq; alterã prunis iniice. Sic scintillat flamma cęrulea, satis coctũ est: si nõ, coque amplius. Hoc facto, cola p linteum spissum triplex mundũ in vas mundũ, non nimis altum. Non imple ad summũ. Pone loco frigido, iniectis spicillis lignis abiegnis vel pineis non pinguibus: concrescere sine, concreta sicca. Si stirias requiris ex iam congelato efficies. Recipe calcem viuam, extingue eam aceto forti ea copia, vt fiat lixiuium, quod post sedimentum abstrahe & filtra. Admoue ad ignẽ, & sine feruere. Iniice salem nitri paulo ante repurgatum, agita bene. Vbi refrixerint, cola per linteum spissum. Coque & despuma. Gutis in prunas coniectis iterum explora, num iusta sit coctio; scintillis cæruleis apparentib. cola in vas ligneum, vt concrescant Stiriæ. Magnæ fiant stiriæ in hunc modum: Calcis viuæ partes tres, cineris fecum vini partes duas, iniice in vas mundum, vt totum impleant. Affunde vrinam puram. Agita, sine subsidere. Effunde caute. Quod effudisti, affunde nouæ materiæ calcis & cineris, idq; repete tertio, &

age

age vt prius, vt lixiuium sit satis forte. Immitte hoc in Aheno, in quo sit Sal nitri paulo ante confectus. Elabora eodem modo, quo prius coquendo, despumando, colando, in vas effundendo, & coagulando: fientque stiriæ magnæ.

Nostra Iatrochymia sic infert de nitro: Sal nitri est Sal, quod ex terra cõuenienti sub dio posita excoquitur. Terra salis plerumq; vel abraditur ab antiquis terreis muris, vel eruitur ex stabulis præsertim ouium. Modus excoquendi hic est: pruinosam murorum veterum salsugine abrasam in mortario in puluere redige; hunc in aheno & aqua pluuiali, sat diu coque, cola per filtrũ: & in dolio ligneo quiescẽs in superficie glaciem contrahit; quod est Sal nitri, in sole exiccandũ, vel etiam coquitur ad absumptionem aquæ & salis consistentiam.

Hoc nitrum purificatũ & fixum magni fit in medicina, non tam ad internos affectus, quam ét ad externos vsus: Fiunt ex eo spiritus, laudanũ minerale, & oleum, &c. Laudanũ minerale dicitur à Paracelso, quod idẽ est ac Crystallũ minerale seu Sal prunellæ, & hoc ideo, q̃ inflãmationi linguę quam prunellam vulgo dicimus scabriciei item & faucium & affinium partium extinguendæ vnice medetur: Alii calcinationem dicunt Salis petræ, &c. Eius præparatio genuina talis est & existit vera secundum nostram Iatrochymiam pag. 108. *Sal prunella.*

Liquefac nitrum in forti tigillo, eo faso sensim iniice sulphur cõmune fabarũ magnitudine, effunde in vas aqua plenũ, filtra, coagula, rursus funde, sulphur iniice; hoc quinquies repete, vltimo solue, filtra, coagula, & ita paratũ est. Hoc nitrum fixum maximum habet vsum in inflammationibus, febrib. ardentibus. Calores n. non naturales mirifice extinguit, sitim sedat, si de eo in die æger aliquoties sumat; scorbuto maxime cõuenit. In pleurisi efficax est medicamentũ, si ex sale nitri præparato, libra semis, Tartari crudi libra vna, destilletur liquor fortissimo igne, liquor ab eo segregetur; & in Balneo à Colchotare rectificetur destillatione quinquies repetita. Dosis eius scrupulus vnus ad scrupulum j. ß. sub meridiem, vesperã & mediam noctem & mane in aqua fontana vel vino optimo propinari debet: sæpius enim administrandum est, vt purget per vrinam. Nitrũ quoq; mundificatũ purificat dentes, si eo fricentur. Nitrum coctum cum vino, & pipere dolorem dentium mitigat, si in eo continetur. Hæc nostra descriptio perbreuis est, latius eam sic intelligere potes. *Vires.* *Dosis.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 288 sur 1557

Sal petræ venalitius ſoluatur aqua communi, & per chartam Emporeticam traiiciatur: quo à ſordibus omnibus expurgetur. Deinde vaſe vitreo decoquatur, & crebro deſpumetur: poſtea antequam coagulatur, frigori in ſcutella lignea, præſertim ex vlmo facta, exponetur, vt denuo, in lapillos cõcreſcat: Hoc penedentim igne rotæ ſeu circulari inter prunas accenſas vt artis, liquefacito: liquato iniice ſlorũ ſulphuris quantum par eſt, (ad li. j. Nitri vn. ß. vel vn. j, ſulphuris) pluribus vicibus, donec omnis ſulphurea pinguedo deflagrauerit. Flammam per iniecturam concitatam, vita, quia ſumme nocet oculis & viſui propter ſplendorem; præterea etiam odor noxius eſt pectori. Hæc ſalis ſolutio, filtratio, decoctio, deſpumatio, coagulatio, eliquatio & deflagratio ſi ter continuentur: ad medicinæ vſum ſufficienter præparatum eſt nitrum. Si vero ſalem nitri tenes purum ſæpeque antea defæcatum; non opus eſt vlla repetitione, quin imo à multis iſtis repetitionibus, tot operationum non poteſt non aliquid eſſentialium virium perire, quod ſtudioſe obſeruandum. Sal iſte drachmæ ß. pondere in aqua roſarum vel Endiuiæ reſolutus, ſummum eſt in prunella Arcanum. Gargariſatus enim omnem oris & colli inflammationem ac immunditiem tollit: Et ſi parum iſtius aquæ cum Saccharo miſtæ deglutiatur: ſedat omnem calorem internum, & cordi refrigerium præſtat. Cum vini ſpiritu in paucitate ſumptus in aqua Hyſſopi, Praſſiæ vel Tuſſilaginis, tuſſim ſedat: cum aqua vero ſola hyſſopi non ſolum pulmonis, ſed etiam hepatis obſtructiones expedit: Anhelitum difficilem ſeu aſthma omnemque raucedinem curat: vocem deperditam reſtituit, eamque ſonoram reddit: ſi dimidia eius drachma cũ oui vitello mediocriter percocto, matutino tempore à ieiuno quotidie ſumatur. Valet præterea in multis aliis morbis tam internis quam externis, præſertim vero in febribus Malignis & Vngaricis putridis: vnice enim putredini reſiſtit in febri etiam cauſode. Oportet autem hoc medicamentum non propinetur in virium deiectione: viribus enim proſtratis mors acceleratur. Si recte procedendo approprietur, omnes ſedat dolores capitis ab extra vſurpatum in Pleuriſi, Ictero & Catharris capitis medicamentum egregium: In lixiuiis ſolutũ, crines facit flauos ac pulchros: ſi ſoluatur in oleo Tartari & miſceatur cum Butyro Capræ addito parum Salis Saturni ad faciem

faciem egregie conducet: fit etiam cum Camphora & oleo Tereb. Plura de hoc docent latius Iohannes Tholdeus in ſua Haligraphia pag. 203. ad pag. 209. Item vide Bernhardum Penotum in lib. de præparatione medicamentorum Chymicorum; & hæc de ſale prunellæ, nunc ad confectionem eiuſdem ſpiritus accedemus.

Spiritus Salis Nitri eodem plane modo & ſimili ignis regimine Spiritus Tartari deſtillatur: ſolummodo per fumum rubicundum egreditur. Hoc ſaltem notandum, quod ad j. partem Salis Petræ purificati, tres partes Argillæ figulinæ admiſceri ſolent, pro efformandis globis oblongis, poſt exiccationem demum ad opus adhibẽdis. Vſus eius eſt, in Colica: quod nemini mirum videatur, ſiquidem in ſimili affectu crudum nitrum nonnulli offerunt: Nam ſpiritus ſalis microcoſmici efferueſcentia & malignitas ex huius debito vſu mire inhibetur & reprimitur. In pleuriſi, in prunella, miſcetur cum ana ſpiritus vini, & de illa mixtura dantur ſcrupuli duo vel drachma integra in hauſtu aquæ fontanæ tepidæ. Si in Colica vtimur, tunc ab extra vmbilicus oleo Nuciſtæ expreſſo cum tantillo Zibeti admixto inungitur: Intolerabiles cruciatus & dolores confeſtim non ſolum ſedat, ſed & diſcutit & reſoluit malignos, crudos, nitroſos atque vitrioſos humores, qui niſi impediantur, ne ad partes neruoſas & articulos repant, quod non raro fit propter certam ſympathiam, qua cum talibus membris habent illi humores aliquid mixti, condolenda ſequitur articulorum impotentia, laxatio & reſolutio: circa finem curæ enulæ Campanæ vſus ſalem reſolutum efficaciter expellit. Porro nitri ſeu ſalis fuſilis vires reconditæ à filiis Hermetis ſemper in magno pretio fuerunt habitæ.

Vſus ac Doſis.

Alius ſic procedere iubet in deſtillatione ſpiritus eius: Recipe nitri & Terræ Figulinæ tantam quantitatem, vt iam in præcedenti dictum eſt: deſtilla ex retorta igne aperto, & primo egredietur ſpiritus rubicundus. Hinc continua ignem & exibit ſpiritus albus inſtar ſpiritus vitrioli, qui Arcanus erit, & ſublimabitur in collo retortæ albiſſimus puluis inſtar Salis Armoniaci. Hos deſtillatos ſpiritus mandat in balneo ſeparare; primo phlegma, deinde ſpiritum vulgarem, *ſpiritus* iucundum, aliquantulum aceroſum, & tertio ſpiritum igneum ad ſoluenda metalla: in fundo vaſis remanebit materia fixa inſtar ſalis, ſin vero fortiori deſtillatio continuabitur, exibit oleum acer-

Salis nitri Arcanus.

Oleum nitri arcanum.

bum aſcendens alembicum, & vltimo Sal igneus, quem dicunt clauem omnium metallorum, ſi cum Mercurio commiſceatur & reuerberetur, fixabũtur in præcipitatum fixiſſimum ac miraculoſum. Hic Sal ſublimatus dicit idem author, ſi miſceatur cum oleo vitrioli, fit inde Balneum Nymphæ, vt vult Baſilius, quando dicit ſi draco igneus cum cygno albo miſceatur, vt coeant in vnum & fiant vna aqua; Rex Balneum ingredi poteſt, quo ſudet & tandem moriatur, ex quo cinere artifex poſtea animam arripiet vel extrahet, vt ſpiritualẽ metalli eſſentiam teneat: Alii hunc ſalem ſublimatum cum oleo nitri accipiunt, miſcent cum tantundem olei Salis Tartari, ſoluunt inuicem, dephlegmant ad fixum puluerem, cui ſuperfundunt ſpiritum vini, circulant & tandem per alembicum S. vini ſeparant, relicto ſale puro in fundo vitri, huius appropriant vj. vel x. grana in vino, diureticum erit medicamentum, franget omnem calculum, tartarum ſtomachi reſoluet: Miſcere etiam quidam volunt inter Butyrum, ad Morpheas faciei & alia id generis vitia. Hæc de ſpiritu; nunc de nitri vſu in medicina.

Sal nitri Arcanum.

Aqua fortis cum nitro: Recipe ſalis nitri, vitrioli ana lib. ij. Aluminis vſti lib. ß. Puluerizentur omnia, & in cucurbita ponantur & deſtillentur.

Vel: Recipe Aluminis Rochæ lib. ß. Vitrioli Romani, ſalis nitri, ana lib. j ß. contundantur & in alembico bene lutato deſtillentur.

Aqua dentes dealbans: Recipe ſalis nitri lib. j. Aluminis Rochæ lib. j. Aceti parum, trita diſſoluantur cum aceto, & deſtillentur. Pro qualibet vn. j. huius aquę adde ſucci limonũ vn. iiij & fricẽtur dẽtes.

Aqua pretioſiſſima alia: Recipe aquæ mellis deſtillatæ albæ lib. j. ſalis albi vn. j. Aluminis li. ß. Salis nitri vn. j. Aquæ ex foliis lẽtiſci li. j. Maſticis vn. ij. Aceti albi, vini albi ana vn. ij deſtillẽtur omnia in B. M.

Vnguentum ad ambuſta magiſtrale, medici florentini: Recipe olei Roſati vnc. iiij. olei ex ouis vnc. ij. Nitri albi puluerizati vn. ij. Ceræ albæ vnc. j. ß. Cort. medul. Sambuci M. j. Fiat vnguentum lento igne ſecundum artem.

Linimentum ad ambuſta vulnera Quercetani: Recipe viſci rad. Hyoſcyami. Viſci Papaueris rubri ana vnc. j. Salis Petræ drach. j. Mucilag. ſem. Cydoniorum drach. iij. Olei Caphuræ q. ſuff. F. linimentũ.

Aqua capillos croceo afficiens colore: Recipe aceti lib. ij. Salis nitri libr. ß. Deſtillentur.

Cera-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 291 sur 1557

Ceratum Cerinæ, Cteſiphontis, Gale. Recipe Ceræ Citrinæ, Terebinthinæ, olei antiqui, ſalis nitri, ana lib. ß. Aquæ communis vnc. viij. Diſſoluatur nitrum in aqua mortario impoſita ad perfectam colaturam, poſtea ponatur ad ignem, ſemper agitando cum baculo, ad perfectam coctionem, fiant maſſæ in bona forma.

Vnguentum ad furfures, Galeni: Recipe ſpumæ nitri, Atramenti Sutorii ana part. æquales. Vini quantum ſufficit. Miſce: atque ter aut quater in menſe affricato.

Vnguentum ad pediculos: Recipe veratri albi, Staphidis Syluestris, nitri ana par. æquales. Olei quantum ſufficit. Miſce, & in balneo adhibe.

Vnguentum ad varos calloſos: Recipe ſem. Ocymi, Nitri rubri, Pulegii viridis, Aluminis ſciſſi, Coſti Indici ana part. æquales. Tuſa & cribrata cum adipe anſerino ſeu gallinaceo q. ſ. Miſce, ad vnguenti formam.

Paracelſus nitrum in morbis præparare iubet, dum ait: Salis nitri virtutes ſunt in pleuriſi & vlceribus cauernoſis: Præparatio in pleuriſi eſt: Recipe ſalis nitri lib. ß. Tartari crudi lib. j. deſtilla in ſextum alembicum, Doſis à ſcrupulo j. vſque ad ſcrup. j. ß. in aqua fontis vel bono vino, mane, nocte, in media nocte. Sæpe dandum eſt, purgat per vrinam. *Salis nitri præparatio in pleuriſi & vlceribus.*

Additio contra pleureſin: Recipe huius nitri drach. ij. Aquæ Cæſaris ſiue Regis ſcrup. ß. Alcohol vini drac. v. Fiat mixtura. Doſis drac. ß. vel drach j ß.

Præparatio in vlceribus cauernoſis: Recipe nitri, Aluminis ana lib. ß. Aquæ fontis lib. ij. Deſtilla in aquam.

Additio:] Recipe aquæ Plantaginis, Chelidoniæ, de quercuum foliis ana lib j. ß. Fiat ad crura, id eſt, contra dolores crurum.

Receptum in contracturis Paracelſi: Recipe olei oliuarum, olei Iuniperini ana vn. v. Maſticis lib. ß. Tereb. vn. iiij. ß. Aquæ ardentis li. ½. Salis petræ li. ⅛ miſce omnia, & inde in Caldarium: incẽde dũ ꝓbe ardeat: poſtea inſtrumẽti fundo impone, & huic mẽbrũ ſuperpone.

Pilulæ Quercetani: Recipe ſuccorum quam optime depuratorũ ſummitatũ fraxini li. j. Valerianæ, Centaurii minoris ana li. ß. in quibus macera & digere ad ignem B. M. fol. ſenæ Oriental. vnc. iij. Hermodactyl. Turbith, Aſari ana vnc. ij. Cinnamom. Santali Citr. Spicæ nardi an. vnc. ß. Dein fortiter exprimantur & coquantur ad mellitam

litam consistentiam, cui adde Aloes præp. vnc. iij. Fæculæ Bryoniæ, Iridis ana vnc. j. Scammoneæ præpar. extract. trochis. Alhaud. ana drach. iij. Elaterii præp. drach. j. Salis Ceterach, Salis Prunellæ ana drach. j. ß. Trochisc. de Eupatorio drach. j. cum Syr. Ros. sol. fiat pilularum massa: Dosis scrupulus j. ß.

Tragea antipleuritica eiusdem: Recipe Salis Prunellæ drach. ij. pulu. flor. Papaueris Rheadis, Coralli rubri ana drachm. j. Sacchari violati vnc. ß. Reducantur in puluerem: Dosis drachm. ij. superbibendo parum aquæ Papaueris Rheadis vel Carduibenedicti.

Antidotus eiusdem: Recipe extr. Nephrit. min. vnc. iij. pulu. pelliculæ internæ testarum ouorum: pelliculæ internæ ventriculi Gallinarum ana drach. ij. Salis restæ bouis, Salis prunellæ ana drach. j. ß. succi Limonum q. s. Fiat antidotus: Dosis drach. ß. ad drach. j.

CAPVT IX.

De Sale Gemmæ.

SAl Gemmæ est Sal albissimum, generaliter in fodinis crescit, nec alia ab artifice inducta præparatione, vt Sal commune, quod vel ex mari, vel ex aqua minerali salsa per coctionem fit, indiget. Ex eo extrahitur liquor eodem modo, quo ex sale communi, qui & oleum & spiritus salis gemmei à Chymicis vocatur. Ad eadem fere vsurpatur, ad quæ salis communis oleum, præsertim ad solutionem Auri in quo soluendo oleum tamen Salis communis præstare existimatur.

Spiritus Salis Gemmæ.

Spiritus Salis Gemmæ sic præparatur: Recipe Salis Gemmæ q. v. puluerisetur optime, & probe commisceatur cum terra figulina ad formandos inde globos vti supra dictum est, exsiccentur in calore, postea indantur retortæ & destillentur per ignem apertum, adapta-to recipiente ac iuncturis munitis cauendum ne spiritus exhalet, in principio tamen ignem dando mediocrem, deinde fortiorem tandē fortissimum vsq; omnia excandescant, interim videbis spiritus albissimos instar vaporis candidi in recipiente circuire, hoc apparente signo continua ignem ad sex vel septem horas, vsque nullam nebulam

bulam in recipiente amplius perſentiſcas, deinde ſine omnia refri-
geſcant: refrigeratis vaſis deſtillatum effunde in cucurbitam & col-
loca in arena ad deſtillandum primo ſpiritum, quod reſidet in fun-
do cucurbitæ, eſt oleum Salis Gemmæ, ſplendet vt Aurum, magna- *Oleum ſa-*
rumque eſt virtutum: Eodem modo dicit author poſſe deſtillari et- *lis gemmæ.*
iam Alumen, Sal nitri, puluis tormentarius & ſimilia.

Si oleum hoc ante dictum Salis gemmæ ad ſiccum coagulaueris *Q. Eſſentia*
poteris id ſublimare, & cum ſpiritu vini extrahere, & ſi placet cum *ſalis gem-*
vino deſtillare per alembicum, ab inuicem tamen ſunt ſeparabilia: *mæ.*
Hæc deſtillata eſſentia ſalis auro Q. Eſſentiam extrahit, ſeu pri-
mum Ens, quod ſumme notandum venit, extrahit etiam Q. Eſ-
ſentias ex calcibus Marcaſitarum, Antimonii, &c.

Fit ex eo etiam oleum per deliquium: Sal gemmæ ſoluitur in *Oleum*
duplo pluuię, deſtillatur per retortã factis cohobiis donec tota ſub- *ſalis gem-*
ſtantia exierit cum aqua. Quod exiit, coagulatur per diuaporatio- *mæ per de-*
nem. Coagulatum ſoluitur per deliquium. *liquium.*

Eius vſus in medicina talis eſt: Extractũ Phlegmagogum Quer-
cetani: Recipe Agarici trochiſcati vnc. iiij. Hermodactylorum,
Turbith, ſenæ, medullæ Carthami ana vnc. iij. rad. Eſulæ præparatæ
vnc. j. Trochiſcorum Alhandal vnc. ß. Salis gemmæ, Macis ana drac.
j. ß. Spe. Aromatici roſati drach. ij. cum aqua Cinnamomi fiat extra-
ctum Doſis ſcrup. j. ß. in forma pilulæ.

Paracelſus de ſale gemmæ ſic inquit: Sal gemmæ eſt dictum Sal *Virtutes*
Granatum à Spagyricis & eſt Sal lucidum: Eius virtutes. Laxatiuum *ſalis gem-*
ſalis acuti, id eſt, Cholera & eſt ſimilis Coloquinthidi: curat icte- *mæ.*
ritiam, curat hydropiſin Citrinam, & dolores ſuperuenientes ex ſan-
guine putrefacto.

Præparatio Salis gemmæ in hydropiſi & Icteritia: Recipe ſalis *Præpara-*
gemmæ, ſucci Tithymalli, id eſt, Eſulæ maioris ana vnc. j. *tiones ſalis*
Gummi ex Ceraſis ad pondus omnium. Fiat bolus, reduc in *gemmæ.*
tertium gradum reuerberationis per horas duas, extrahe Alkali,
Doſis à gran. viiij. ad xij. In loco Diagridii potes vti, & addere Tro-
chiſcos Alhandal.

Additio: Recipe gemmæ ſcrup. ß. Rebotii (eſt vera Mumia) li-
quoris Centaureæ ana ſcrup. iiij. Reduc in compoſitum. Doſis à gr.
iiij. aut v. vſq; ad xij. in ouo.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 294 sur 1557

Præparatio in cæteris morbis : Recipe huius Salis gemmæ vnc.j. Cataputiæ vnc.ij. Farinæ tritici ad pondus omnium. Fiat panis toſtus id eſt, concoctus, doſis à drachm.j. ad drach.ij.

Pilulæ Quercetani : Recipe Sagapeni gummoſi præp. drachm.vj. Ammoniaci identidem opt. præpar. drach. iij. extract. Trochiſ. Alhandali vnc.j. Scammonii præparati vnc. ß. Salis gemmæ drach.j.ß. cum Syrupo violato acidulo & tincto, fiat maſſa, ex qua conficiantur pilulæ.

Aqua ad impetiginem Libauii: Recipe aquæ ferratæ lib.iij. Ebulliant ter in olla vitreata. Adde Mercurii ſublimati ſemunciam; Caphuræ Silicum: Agitata probe commiſce. Poſtea affunde aquæ calcis viuæ ſeſquilibram, aquæ ſalis gemmæ vel ammonii vnciam, & ſi opus eſt, aquæ fortis drachmam.

Syrupus ſolutiuus Fiorauanti: Recipe Saluiæ, Rutæ, Rotiſmarini, Abſinthii, Cichorii, Carduibenedicti, Vrticæ, Origani ana M.j. Ficuum, Paſſularum, Dactylorum, Amygdal.dul.ana vn.iij. Salis gemmæ vnc iiij. Colocynthidis, Aloes hepaticæ, Cinnam. Myrobal. Citrinorum ana vnc.ij. Mellis communis lib.ij. Aquæ fontanæ li. xviij. contundenda contundantur craſſe, miſceantur, & macerentur per noctem : deinde coquantur vſque ad medietatis conſumptionem: coletur: & aromatizetur cum Moſchi ſcrup.ß. aquæ Roſ. lib j. & ſeruetur in vaſe vitreo, optime clauſo. Doſis vnc.iiij. ad vj.

Puluis ad ſuppoſitoria communia magiſtrali: Recipe Aloes, Cymini, Salis Gemmæ, Rutæ ana drach.j. Terantur, & fiat glans cum melle quantum ſufficit.

Puluis ad Strumam Arnol. de Villanoua : Recipe ſpongiæ combuſtæ, Pilæ marinæ toſtæ oſſis ſepiæ, Piperis longi, Piperis nigri, Zingiberis, Cinnamomi, Salis gemmæ, Pyrethri, Gallarum, lapidis ſpongiæ ana vnc.j. Pulueriſentur & miſceantur.

Hiera picra Conſtantini Nicol. Recipe Myrobal. Chebulorum, Indorum, Citrinorum, Violarum, Abſinthii ana vnc.ß. Myrob. Emblicorum, Belliricorum, Caſſiæ Epithymi, Agarici, Senæ, Cuſcutæ, Schœnanthi, Rhabarbari, Xylocaſſiæ ana drac.ij. Spicæ, Aniſi, Maſticis, Xyloaloes, Salis gemmę, Nitri ana drac.j. Mellis quantum ſufficit. Datur in ſero cum vino calido.

Electuarium Hydragogum, Gordonii: Recipe Cucumeris & rad. Aſinini, Laureolæ, Iteos purpurei, Abſinthii, Eupatorii an. vn.iij. Reſidea t:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 295 sur 1557

fideat: quæ ſupernatat aqua, abiiciatur. Craſſiori verò parte inſperge Rhabarbari, Agarici ana vnc. ß. Spicæ Nardi Indicæ, ſem. Endiuiæ, Scariolæ, Portulacæ, Maſticis, Lappæ, Tragacanthæ, Salis gemmæ ana vnc. j. Mellis colati vn. ß. in vaſe vitreo repoſita agitentur in ſole, vt fiat veluti Electuarium. datur drac. j. p interualla hydropicis.

Pilulæ contra venena: Recipe Imperatoriæ, Biſtortæ, Tormentillæ, Valerianæ Dictamni albi, Carlinæ, Ariſtolochiæ rot. Gentianæ Agarici electi, Salis gemmæ ana partes æquales, ſucci Alliorum, Ceparum q. ſ. eſt, Croci drach. j. Miſce omnia, vt fiat tanquam paſta, quæ in vmbra ſiccetur, & ſeruetur ad vſum. Quando autem vti voles, recipe huius paſtæ vn. ß. & cũ ſupra dictis ſuccis formẽtur pilulę.

Pilulæ capititales Nicolai Stocker: Recipe Artanitæ, Colocynthidis, Agarici, Turpeti, Hermodactylorum ana gr. xxiiij. Zinziberis, Caryophyllorum, Macis, Ligni Aloes, Salis gemmæ ana gr. xj. Diagrid. ſcrup. j Aloes lotæ drac. x. Cum Hiera ſimplici fiant pilulæ vij. pro drachma.

Aqua capillos denigrans: Recipe Salis gemmæ, ſquamæ Æris, Alcannæ ana part. j. Omnia trita alembico deſtillato.

Alia: Recipe Salis gemmæ lib. j. Vitrioli Romani lib. ß Salis nitri vnc. iiij. rad. Chelidonii viridium lib ij. contuſis & tritis alembico aquam eximito: quod primo exit, abiicito: quod ſecundo, capillos colorat, prius lotos, & feruenti ſole ſiccatos.

Aqua dentes dealbans: Recipe Salis Arabici, Salis gemmæ ana lib ß. Aluminis Zucharini vnc. iij. Trita deſtillentur, qua fricentur dentes cum panno rubro ſcarlato.

Aqua faciem coloratam reddens: Recipe Limaciarum, Salis gemmæ, ſucci Limonum, ana q ſ. Inciſa & trita miſceantur bene, & in balneo Mariæ deſtillentur.

Lixiuium capillos nigros reddens: Recipiens Myrobal. Indarũ. Gallarum, Nucum, Cupreſſi, Balauſtiorum, Baccarum Myrti an. vn. j. Aluminis Rochæ vnc. ß. Salis gemmæ drach. j. Trita coquantur in aqua, qua capilli lauentur.

Pilulæ ſtomachicæ Meſue: Recipe Myrobal. Citrinarum, Aloes, Turbit. ana dra. x. Roſarum, Spicæ Indicæ, Maſticis ana dra. ij. ß. Aniſi dr. j. ß. Salis Indi, vel ſalis gemmei, Croci ana dra. j. cum ſucco Abſinthii formetur maſſa. Seruatur ad annum dimidium vel integrum. Doſis ad drach. ij.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 296 sur 1557

Pilulæ ſtomachicæ eiuſdem: Recipe hieræ picræ drach.x. Trium Myrobalanorum, Abſynthii ana drach.ij.Maſticis, Aniſi, Myrobal. Belliricarum, Emblicarum, Agarici ana drac.iij.ß. Zingiberis drach. ij.Caryophyllorum, Salis gemmei, Schœnanthi ana drach.j.Turbit. drach.xij.ſucci Abſynthii q.ſuff.fiat maſſa. Doſis à drach. j. ad duas vel etiam tres.

Pilulæ Arthriticæ ac colicæ, Paracelſi: Recipe Serapini vnc. ß. Diſſoluatur per acetum, & coletur, & inſpiſſetur in modum tenacitatis. Cuius recipe q.aderit. Trochiſ.Alhandal.dra.j.ß.ſpe.Hieræ picræ drac.j. ſpec. Lithontrib.ſcrup.j Diagridii ſcrup. j. grana vj.Salis gemmæ.Miſceantur.Fiat maſſa pilularum ſec.vſum. Formentur pil. num.xj. pro drac.j. cum deauratione. Sumantur pro vna vice tres, nocte ante ingreſſum lecti.

CAPVT X.

De Tartaro.

VT lactis, ſic vini ſubſtantia inquiunt Galenici prorſus homogenea non videtur, ſed varia: Illius enim portio quædam Butyroſa & leuior, alia caſeoſa & craſſior aut grauior, quædam ſeroſa, quæ medio modo ſe habet. Huius vero tenuis quoq; portio flos vini dicitur, alia minus leuis, q̃ medium dolium occupat. alia craſſiſſima, quæ ſubſidet & dolio facile adhæreſcit, fex vini dicta, quam recentiores Tartarum nominant, quod infimum vaſis locum teneat. Licet autem Tartarum ſit fex vini, multis tamen dotibus commendatur; Nam vt in corpore humano, humores aliqui, excrementa dicũtur benigna & vtilia, vt ſemen, Lac, & humores multi certis partibus ad certos vſus incluſi, ſic etiam vini fex vtilis eſt. Vinum enim vt prouerbio fertur, non conſiſtit ſine fece, diutiuſq; cum eiuſmodi excremẽto ſine corruptela cõſeruatur, vt ignis cum cineribus. Calidum ac ſiccum dicitur, eiuſq; vires ſunt purgare, conſumere, laxare: miſcetur vnguentis contra Lepram & impetigines: Immunditiem capitis ac manuum purgat atq; abſtergit: optimum cenſetur, quod ex veteri vino & forti concretum eſt.

Ex eo

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 297 sur 1557

Ex eo manica incluſo in cella vinaria, aut alio vdo loco ſuſpenſa, oleoſus educitur humor, quem oleum Tartari vocant, quod è ſaculo canabino, & raro veluti per Ephydroſim, & deliquium exſudans, in ſubiectum vas guttatim delabitur. Educitur quoq; per deſcenſum, ſed opere magis laborioſo.

Ex vſto Tartaro fit cinis ille Lutetiæ frequentiſſimus, linteis dealbandis expetitus, quem Grauellatam vulgus nominat, qui etiam ad pyroticorum confectionem, alioſque quoſdam vſus laudatur. Tartarum enim in detergendo compar non habet, ait Cardanus; ob id ſordida ac duris nata locis, & carnis excreſcentias purgat, ac viuam carnem oſtendit. cum mineralibus & metallis maximam habet cõcordãtiam & affinitatem. metalla enim facit fluida, malleabilia, pura, reddit volatilia, & viuificat in Mercurium currentem viuum: Hic Sal præparatus, ſi cum ſanguine draconis fuerit permiſtus, ita vt per binam copulationem fiant vnione vna vniti, dephlegmati etiam, redeunt in vnum ſalem multarum magnarumque virtutum: exempli gratia, ſtratifica cum hoc ſale Lunam finam vt eſt artis, calcina ac cementa primo horas 4. leniter, deinde horas quatuor fortiter, & calcinabitur Luna in forma æris vſti, hanc calcẽ contũde (quæ vero nondũ ſatis præparata, illam viciſſim impone & procede vt prius) ac ſuperfunde aceti ad eminentiam duorum digitorum, ſtent in digeſtione per tres dies ac noctes, interea anima à corpore cũ aceto ſeparabitur, continua vero extractionem vſque ſcias ſufficere & terra ſit reliqua inſtar capitis mortui: Hanc ſolutionem ſiue extractionem filtra, & in B. leniter acetum inde abſtrahe, deinde affunde S. vini Alkoholiſatum, Sigillatæ reponantur in circulationem per octo dies, dein S. vini leniſſimo ignis gradu per balneum ediſtilla ad medietatẽ, & liquor apparebit viridis, vel Sapphyricus prout Luna fuit bona ac fina. Paracelſus huius liquoris facit mentionem Tom. 3. de viribus membrorum lib. 2. cap. 3. de viribus Cerebri. In Epilepſia, Apoplexia, mania & aliis vitiis cerebri ſummum Arcanum atque medicina. Præparantur ex eo varia medicamenta qualia ſunt in ordine ſequentia.

Spiritus Tartari in phthiſi pulmonum: Recipe ſalis Tartari q.v. purificati vt artis eſt: hunc ſolue cum ſpiritu vini Alcoliſato optimo, circula per menſem in vaſe conuenienti atq; igne digeſtionis *Spiritus Tartari.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 298 sur 1557

Athanoris idoneo: Postmodum destilla per retortam, primo igne lento, deinde fortiore, & exibit spiritus albissimus, in forma spiritus vitrioli. Huius Dosis est vj. ad viij. vel x. grana in vino vel conserua Rosarum aut alio liquore vel Syrupo appropriato. Curat Apostemata, auertit putredines, maximumque est Arcanum in Peripneumonia & phthisi, &c.

Præparatio Tartari ad pleurisin. Ad pleurisin tali modo præparatur: Recipe olei Tartari quantum uis, misce cum phlegmate vitrioli, & repone aliquandiu, ne puluis aut impuritates incidant: repositio per aliquot tempus phlegma hoc oleum in Crystallos rediget, quos exsicca, ad vsum. Dosis ad scrup. ß. cum liquoribus conuenientibus atque appropriatis, aqua Tamarisci, Scabiosæ, &c.

Vel: Recipe Salis nitri lib. v. Tartari lib. j. Misce, ac destilla per retortam igne forti, & destillabitur spiritus acetosus, cuius Dosis, est guttæ ʒ. cum aqua fontana aut Endiuiæ vel Plantaginis, &c. Alii etiã ex Tartaro Vitriolo destillant talem spiritum acetosum, in eodem affectu, cuius Dosis gut. vj. In vino vel aqua appropriata cõueniente.

Præparatio Tartari ad effectus stomachi. In affectibus stomachi sic præparatur: Recipe Tartari, Salis nitri ana vn. iij. Fundantur in tigillo vt nosti, fusis, penedentim iniice fistula sulphuris viui, vt comburantur desuper, hoc facto & refrigerato crucibulo, salem in fundo album inuenies, hunc solue cum spiritu vini & vicissim in Balneo inde abstrahe, abstracto ß habes salem medicamentosum: Quem misce sic: Recipe salis vnc. ß. Macis, Galangæ, Cubeb. ana dra. vj. Misceantur ac pulueriscentur. Huius Dosis scrupulus integer cum vino & aliis cõuenientibus appropriatis, &c.

Præparatio Tartari ad calculum. Præparatur etiam ad calculum: Salem Tartari purum solue cum aceto. deinde cum spiritu vini, tertio destilletur ad siccum. Huic superfunde guttatim oleum vitrioli q. s. hoc facto, dephlegma, atq; coagula, salem residuum absque fusione per octiduum. Dosis scrupulus ß. cum suis vehiculis conuenientibus.

Spiritus Tart. nec non oleum secundum miracula Chymica. Doctoris Molleri Friburgens.

Spiritus Tartari. Recipe Tartari albi crudi q. v. tere crassiuscule ablue, sicca, tere minutissime, pone in retorta optimo luto obtecta, & destilletur vt S. vitriol. dato aliquot horas igne lento, augendo sensim, dum spiritus exeat sub forma vaporis; quo obscuratur recipiens. Auge ignem,

exibit

exibit oleum nigrum & fætidum. Continua dum recipiens clarescat, tũc deline. Has tres substantias, nempe phlegma primo exiens sub forma aquæ stillantis, deinde spiritus sub forma vaporis, & oleum nigrũ & crassum separabis: si primo omnia simul in parua retorta posita destillaueris, ac magna impuritas relinquatur, deinde oleum per infundibulum separa à phlegmate & spiritu: Spiritum à phlegmate separabis, si posueris in cucurbitula parua & igne lento cinerum tota aqua phlegmatica euaporauerit. Spiritum hunc liberabis fætoris, si affundens capiti mortuo restanti & cum parua retorta ipsum rursum à Colchotare elicueris. Sic fiet puriss. & sine fætore. Si prima vice nõ fiet; itera; vsus ad interna omnia, vt obstructiones, putrefactiones viscerum, ad calc. arena, &c. mire resoluit si circuletur cum S. vini vt vult Quercetanus: extrinsecus ad vlcera non opus habet correctione.

Tart. album vitriolatum calcinatum.

℞. Tart. calcinati. solue in humido. filtra; exsicca, terr repete. ℞. ℔ j. pone in lutata cucurbitula affunde oleum vitriol. rectif. ℥. iiij. vel v. sed sensim, guttã post guttam. alias accensum rumpit vas. Sic coagulatur materia, quæ calore albo fundũ statim petit. Oleum autẽ hoc vitrioli supernatans effunde à materia, quæ in fundo, humiditatem destilla in B. M. sic habes fixum tart. Purgat inferne & per sudorem. Valet ad pertinaces affectus, hydropem, calculum, podagram, pestem, scorbutum. Per inferna purgat, mistum cum melle Rosac. aut alio Syrupo. Ad sudores, in pestilentia & hydrope, cum aqua Carduiben. Scab. vel cum Theriaca. f. pilul. Dosis à ℈. ß. ad j. *Tartarus Vitriolatus.*

Alia nobilis tart. præparatio ad fugandas maculas in corporis quacunque parte.

Tart. albũ pulueriſatũ pone in cucurbitã, appoſito alẽbico cũ recipiente. Bene lutetur. Abstrahe phlegma, donec nõ amplius ꝓdeat. Hoc affunde & rursũ abstrahe vt prius. Hoc toties repete donec ≋ & residẽtia trãseant in vnũ liquorẽ, quẽ in vitro alio bene obturato coagula. Iste liquor in aere soluitur, & optimus est atq; dulcissimus.

Terra foliata Tart. secretissima.

Tart. bene calcinati, affunde acet. ad extrahendam animam Tar. Euaporet phlegma, rursusq; affundatur aliud acet. idq; tamdiu donec in euaporatione acetum sentias, tunc Tart. est animatus & erit niger. Affunde aquam vitæ; solue; filtra, coagula; sæpius

reite-

reiterato, & efficietur terra foliata candidiſſima. Purgat corpus in morbis quibuſcunque deploratiſſimis.

Arcanum Tartari, ad vlcera maligna omnia:

Arcanum Tartari.

Tartari calcinati, ℔.iij. cum ſpiritu vini humecta dies 7. Digere in B. deſtilla vt aq. interorum. Vltimo fortiſſ. in vaſe terreo, & aſcendat vna cum vino ſuccus niger, quem ſepara in B. Fæces iterum calcinentur, & humectentur cum S.V. & procedatur vt ſupra; idq; toties donec plane nihil ex tart. ſuperſit. Poſtremo collecti ſucci nigri omnes coagulentur in puluerem, humectando cum ol. vitriol. & S. vini ex cal. tart. penitus abſtrahatur. Huius medicinæ gr. j. cum ʒ.ß. mithridat. in aq. Cichorii pro ratione morbi & patientis, funditus euellit radicem & ortum omnium malignorum vlcerum.

Tartarus vitriolatus ſecundum Crollium.

Tartarus vitriolatus Crollianus.

Salis Tartari albiſſimi aliquot vicibus ſecundum artem Chymicam diſſoluti, filtrati & coagulati cum aqua Agrimoniæ, exempli gratia vncias quatuor, reſolue in cella ſupra marmor, aut beneficio manicæ in oleum. Habito hoc oleo puro accipe olei vitrioli optime rectificati vncias duas, illudque guttatim ſupra Tartari oleum in vitro capaci inſtilla: tunc fiet coagulum albiſſimum, humiditas ſupernatans euocetur lento calore ad ſiccitatem ſalis, ita habetur Tartarum album vitriolatum fixum.

Obſeruationes.

Si olei vitrioli nimis parua quantitas affundatur, facit ſaltem vomitum.

I. Seruetur modus in affundēdo vitrioli oleo ne ſapor Salis repercuſſi ſit nimius acidus, ſed quaſi nauſeabundus: ſi enim nimium de oleo vitrioli affundatur, tunc non purgat, alioquin per quatuor emunctoria, vomitum, ſeceſſum (ſi purgantibus immiſceatur) item per vrinam & ſudorem operatur.

II. Si poſſit fieri per infundibulum anguſtiſſimi orificii, ita vt certo artificio olei vitrioli guttæ paulatim ſaltem & ſucceſſiue ſtillent in oleum Tartari, conſultius erit, nam ſic boni ſpiritus, qui ex mutua ſubitæ mixtionis efferueſcentia ſe vaporando eleuant & euaneſcunt retinebuntur.

III. Vitrum ſupra modum incaleſcit ex coniunctione duorum illorum ignium. In hac mutua efferueſcentia obſeruetur Epilepſiæ generatio, quando videlicet ſpiritus vitæ in microcoſmo ab Heterogeneis concitatus, ſimili modo ebullit.

IV. Qu

IV. Qui ad duas partes olei Tartari vnam partē ſalis vel liquoris Corallorum velit addere, antequam oleum vitrioli guttatim affundat, ei integrum eſto.

Digeſtiuum ex illo Tartaro vitriolato parari poteſt, quod neceſſitate exigente purgantibus medicamentis præmittendum eſt, in hunc modum.

℞. Tartari vitriolati vnciam j. ſolue in duabus vini menſuris, addatur ad libitum aqua decoctionis Paſſularum & Cinnamomi.

De hac mixtura exhibeto duos vel tres dies vbi opus eſt, mane poſt ſumptum ſorbile ouum hauſtum vnum, ad prandium alterum, tertium circa veſperam. Poſtea exhibeatur Catharticum è Panchymago. In omnibus febribus & quartana miranda præſtat, reſoluit enim Tartarum in corpore humano efficaciſſime.

Vires Tartari vitriolati.

I. In Hæmicrania, morbo regio, & omnium viſcerum obſtructionibus, in liquore idoneo, ſeu vino albo exhibetur ægrotantibus per aliquot dies in aurora, & ſi opus fuerit, Doſis augeatur.

2. In calculo exhibetur in aqua Petroſelini vel Parietariæ, vel vino albo.

3. Efficaciſſimum Renum deopilatiuum & deterſiuum, ſi ſcrup. ſemis cum Iulepi Roſacei vnciis duabus, & aquæ Cinnamomi vncia ſemis miſceatur & exhibeatur.

4. In contracturis & venarum obſtructionibus è Tartaro ortum habentibus vtere per vicem ſex vel octo granis in aqua decoctionis vuarum paſſularum & Cinnamomi.

5. Sudorem prouocat in aqua Cardui benedicti vel vino albo.

6. In hydrope vt craſſi & ſeroſi humores expurgētur. ℞. Scrupulū vnum & miſce cum vncia ſemis mellis Roſati ſolutiui, vini Enulati vnciis duabus, & exhibe.

7. In menſium ſuppreſſionibus: Recipe ſcrupulum j. & exhibe in Syrupo Artemiſiæ vel Betonicæ, vel miſce cum melle Roſato in aqua Pulegii ſoluto.

8. Vtiliter etiam in febribus exhibetur.

9. Purgat per interiora, & omnes obſtructiones tollit, ſi miſceatur Cathartico, vel offeratur in Syrupo Roſarum vel violarum ſolutiuo, vel melle Roſato ſolutiuo.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 302 sur 1557

10. In melancholia & splenis duritie, in aquis appropriatis offertur.

Dosis à scrupulo vno ad scrupulos duos: In hydromelite propter saporis emendationem commodissime offertur.

Sal Tartari.

Beguini præparationes ex Tartaro sunt tales; Sal Tartari sic facit: sternitur Tartarum in vase terreo non vitreato plani fundi, crassitie digitali. Reuerberatur postea ad albedinem vsque spatio quinque vel sex horarum, igne ita moderato propter fusionem, vt vas saltem candeat. Tartarum itaque ad albedinem calcinatum, perfunditur aqua communi; digeritur, filtratur, & coagulatur.

Spiritus Tartari.

Spiritus Tartari.

Recipe Tartari albi puri libras quinq; pone in retortam vitream eique in ignem cinerum collocatæ recipientem satis capacem adapta. Dato igne per gradus, primo spiritus egredietur, postea oleum, quæ rectificari debent, addito sale Tartari, & post ab inuicem separari.

Oleum Tartari destillatum.

Est egregium aperiens, vnde in menstruis retentis, in paralysi, ictero & similibus affectibus mira præstat. Vtũtur etiam in hydrope cum aquis aliis hydragogis: in lepra; morbo Indico: pleuritide: angina: & exhibent à scrupulo vno ad duos, in aquis conuenientibus.

Oleum Tartari per deliquium.

Oleum Tartari.

Oleum hoc, præter modum superius in spiritu eius, traditum: fit etiam per deliquium, ponendo Tartarum ad albedinem calcinatum, in cella vel alio loco humido, donec resoluatur in oleum, quod postea filtrandum. Parari etiam potest, si Tartarum post calcinationem, in aqua communi dissoluatur, filtretur, coaguletur: & in loco humido, donec resoluatur, collocetur.

Optimum est remedium in omnibus serpiginibus, vlceribus, præsertim autem Venereis, tinea, scabie, verrucis. Faciem erugat & cutem reddit teneram.

Additio: cum hoc oleo Tartari fiunt extracta vegetabilium quorumlibet elegantiora & præstantiora: si in aquam videlicet ipsorum propriam aut saltem vulgarem aliquot guttulas olei vitrioli miscueris, & postea cum eadem aqua vegetabilium extractiones digerendo institueris.

Magi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 303 sur 1557

Magisterium Tartari: Recipe olei Tartari ex sale resoluti & pu- *Magiste-*
rificati vncias quatuor: Spiritus vitrioli vnciam vnam: quem gut- *rium Tar-*
tatim supra Tartari oleum in vitrum capax instilla: fiet coagulum *tari.*
albissimum. Humiditas supernatans euocetur lento calore, ad ficci-
tatem salis: super quem destilla ter vel quater vini spiritum: atq; ita
habebis Tartarum vitriolatũ album fixum. Vsus eius est in omnium
viscerum obstructionibus: calculo: Nephritide: Ictero: mensium re-
tentionibus, melancholia: splenis duritie: hydrope si conuenienter
exhibeatur. Dosis à scrupulo semis ad integrum.

Sal essentiale siue cremor Tartari: Recipe Tartarum Montispe- *Cremor*
liense album, quod est optimum: reduc in puluerem, & fac in ma- *Tartari.*
gna aquæ quantitate, in cacabo æneo vel ferreo bullire ad mediæ
partis consumptionem. Tunc amoue ab igne, & si vis traijce per ma-
nicam hippocratis, vel pannum lineum, in vas figulinum firmum.
vbi refrixerit aquam per inclinationem effunde, salem vero parie-
tibus adhærentem sequestra à fæcibus & collige: & iterum, vt su-
pra decoque, & cremorem vt antea collige & exsicca. Tandem re-
duc in puluerem: Cuius Dosis drachma vna in iusculo, vel medi-
camine appropriato, digestiuum est excellens. Virtutem habet in-
cidendi humores crassos & Tartareos: meatusque obstructos a-
periendi.

Hunc processum sic corrigimus: Recipe Tartari albissimi in fru-
stis maioribus contunde grasso modo, postea cũ aqua limpida laua,
& elue tamdiu, donec omnis impuritas & puluis sit ablatus. Postea
adjecta aqua fontana ad supereminentiam vnius palmi, coque in le-
bete ampliore cupreo, donec videris eminentem cuticulam, quam
remoto ab igne & frigidiori loco exposito, paulatim succrescentem
remoue tandẽ, & collige vna cum lapillis ad spondilia vasis adnatis,
exsicca & reduc in puluerem. Dosis drach. ß. ad drach j in liquore
appropriato. Summum est Catharticum in melancholia hypochõ-
driaca, applicato exterius ad splenẽ emplastrũ ex Ammoniaco in a-
ceto squillitico soluto, vel si exhibeatur in iusculo de capparib. co-
cto: Insignius euadit Catharticũ si in decoctione adiieceris vel Se-
nam, vel Rhabarbarum aut aliud purgans: Vel si huius cremoris
scrup. j. tum extr. Scammon. per spiritum vini facti & exsiccati gra-
nis vj. vij. viij. x. aut pluribus in iusculo vel vino propinatur.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 304 sur 1557

Hinc melancholiam non ſolum purgat, verum etiam extrahit, omneſque obſtructiones Tartareas reſoluit.

Spiritus Tartari Crollianus.

Spiritum Tartari Crollius ſic deſcribit: Recipe Tartari vini albi optimi (quod frangendo videlicet niteſcit) libras ſex, laua ex aqua pluuiali tepida donec nulla puluerulenta conſpiciatur durities, tandem è vino tepido optime eluatur, exſiccetur ad ſolem vel in hypocauſto, & redigatur in puluerem: Vel puluerisatus Tartarus in aqua pluuiali calida abluatur & ſoluatur, quod non ſolutum remãſit in fundo, in aqua pluuiali coquatur, vt ſoluatur, poſtea filtretur, aqua paulatim euaporet; & vltima medietas in loco frigido ponatur, vt Tartarus iterum lapilleſcat, & hic eſt Tartarus purificatus (p ſe etiam Catharticus, ſi drachma vna è iuſculo carnis ſumatur,) & ad deſtillandum aptiſſimus: Indatur cucurbitæ luto oblitæ, & aperto igne deſtilletur inſtar aquæ fortis, ita tamen adhibenda eſt multa cautio, vt commiſſuræ receptaculi capaciſſimi probe adaptati ſint diligenter propter ſpirituum penetrantiam luto munitæ, ne huius aquæ ſpiritualis euanida virtus in auras euolet. Ignis primo ſit lentus, poſtea fortificetur, donec omnes ſpiritus exierint, & recipiens nubibus repletus iterum factus ſit tranſparens & pellucidus. Da operam ne ignis nimium inualeſcat, propter ſummam ſpirituum penetrationem. Aqua primum emanat, deinde fætidum oleum: ſeparentur per tritorium. Aqua ſeu ſpiritus primum corrigitur & rectificatur in cellario, collocando octiduum in gelidam aut madidam arenam: Oleum corrigitur ex aceto deſtillato per retortam in igne aperto, tunc eliciatur cum aceto, atq; emanat nunc rubrum, nunc citrinum, atq; ita acetum recipit Empyreuma in oleum, & oleum aureo colore ſine fætore ſuccedit. Spiritus ſeu aqua poſtea in cineribus per alembicum deſtillatur, & rectificatur bis vel ter, vt ſit purus, nec ita odore grauis, qui tamen plane tolli ſine virium amiſſione non poteſt. Si ſalem è capite ſuo mortuo arte extrahas, & ſpiritum hunc deſuper in balneo rectifices, tunc fætor magna ex parte perit: Eodem enim modo omnia olea à fœtore per abſtractionem à ſuo ſale proprio rectificari poſſunt.

Vel circula illum ſpiritum cum ſpiritu vini ana in digeſtione, ita odor gratior erit: vel ſupra Caryophyllos poteris illum rectificare.

Vel aliquot guttæ olei Vitrioli cum duobus vel tribus cochlearibus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 305 sur 1557

bus ſpiritus vini digerantur, & poſtea miſceantur cum Tartari ſpiritu, ſic etiam fætor perit.

Sunt qui aquæ Roſarum aliquid propter odoris emendationem miſcent.

Obſeruatio.

Fœtor ille ſpiritus Tartari in totum non eſt auferendus, nec formidandus, cum habeat ſignaturam fætorum, quando videlicet in peſte, vel in aliis morbis venenatis exhibitus, magno iuuamine profluentes fætidos ſudores è corpore copioſe expellit.

Vires & vſus.

1. Præ omnibus fere aliis medicamentis, & Arcanis hoc ſolum excellit in tollendis omnibus obſtructionibus & putrefactionibus.

2. Si ter quotidie exhibeatur, multum facit in Paralyſi, totum n. corpus penetrat, & roborat, quod in hoc morbo maxime requiritur.

3. In hydrope etiam feliciter vtimur cum aqua Soldanellę & ebuli: Aſſumitur etiam cum oleo vitrioli, tunc aquas, per vrinam pellit, quicquid hac via non perficitur, difficulter tentabitur alia.

4. Vitia menſtruorum retentorum corrigit.

5. Initia Lepræ profligat.

6. In Eryſipelate cũ æquali pondere Theriacæ circa finẽ morbi drachma j. exhibetur, ita tamẽ, vt venæ ſectio in robuſtionib. p̃cedat.

7. Ictericiam & omnes inde exortos morbos expellit.

8. In lue Venerea ſingulare eſt medicamentum, ſi Turbit minerale ſimul exhibeatur: expellit enim è centro Luem internam, poſtea cruſtæ oleo Guaiacino inunctæ decidunt.

9. A Centro ad circumferentiam & ſuperficiem expellit omnem ſcabiem latentem, ſerpiginem, lentiginem.

10. Prouocat ſudorem.

11. Prodeſt pleuritidi & Anginæ.

12. In morbis capitis etiam vtimur.

13. In Febribus.

14. In cõtractũris. Huius enim vſu Dauidem Syderocratem Spirenſem quondam medicum; olim generoſam Dominam Catharinã Bappenheymiam, nunc in Chriſto quieſcentem, neq; manus, neq; pedes è doloribus colicis mouentem, ad perfectam ſanitatem, adhibitis etiam Balſamis externis reſtituiſſe vidi.

15. In puncturis lateram. Dosis.

A scrupulo vno ad duos in aquis specificis & conuenientibus.

Sulphur Tartari verum, summe causticum, ab expertis Philosophis olim in magno semper pretio fuit habitum: Extrahitur beneficio spiritus homogenei: & à quibusdam per se vel cum Leone resoluto rotatur, an auidæ illorum expectationi satisfaciat, iudicium esto penes experientiam.

Balsamus Tartari Quercetani: Recipe Tartari crudi lib. ij. Salis petræ, Salis fuliginis, Salis fæcum aceti ana vnc. iij. Calcis viuæ vnc. vj. Omnia minutissime contusa, iniiciantur in vas non vitreatum, ac rite obturatum. Calcinentur xij. horarum spacio: calcinata soluãtur in calida, ac per filtrũ destillentur, post coagulentur, & deinceps calcinẽtur: ter deniq; calcinationes, solutiones & coagulationes fiant. Tũ iniiciantur omnia in alembicũ, simulq; acetum destillatũ infundatur, vt digitos quatuor supernatet. Destilletur acetum in bal. Mariæ, ac liquor dulcis emanabit. Tum infunde iterum acetũ, vt destilletur, idq; tandiu, dũ non amplius sit dulce, sed acidum fiat & quale prius infudisti, per alembicũ efferatur. Tunc omnia valido igne destillato per retortam: & prodibit oleum feruẽtissimũ, cuius vix satis prædicari vtilitas possit. Hoc eodẽ modo, si voles, totũ salẽ tartari p alẽbicũ pelles: ex quo præstantissimũ, & salubertimũ oleum efficies.

Aqua Antipodagrica: Rec. Spiritus vini rectificati li. ij. Mellis purissimi li. j. Destillẽtur in balneo vaporoso: sic duos destillabis liquores: primus est aqueus, secundus multo fortior & sulphureus quem seorsim reserua: Magmati siue remanentiæ adde croci orientalis integri vn. j. ß. Terebinthinæ Venetæ vn. ij. Castorei drac. vj. Tartari ad albedinẽ calcinati li. ß. Salis fusi vn. j. Phlegmatis vitrioli à suo spiritu non separati vn. iiij. Lixiuii sarmentorum vitis lib. ij. Macerentur per 24 horas, dein destillentur ad siccitatem, liquor, qui inde emanabit seruetur etiam seorsum. Fæcib. remanentibus affunde priorẽ aquam reseruatam: macerentur & destillẽtur. Tandẽ omnes liquores destillatos misce, & denuo per balneum vaporosum destilla: Sic habes aquam antipodagricam miræ facultatis.

Decoctũ galli veteris eiusdem. Recipe Polypodii quer. sem. Carthami ana vn. j ß. Thymi Epithymi ana p. j. sem. Cumini, Anisi, Anethi, Fæniculi, Carui, Carduib. ana drac. ij Folicul. sennæ vn. j. Turbith.

gum.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 307 sur 1557

gummoſi vn.ß. Cinnamomi drac j.ß. Criſtallorum vel cremoris tartari albi vn.ij. Salis gemmæ vnc.ß. contundantur, & miſceantur ſimul, ex qua mixtura Ventri Galli veteris euiſcerati impleatur, deinde coquantur tribus aquæ partibus, & vna vini albi, quouſq; Galli caro ab oſſibus ſeparetur. De hoc decocto ſeu iuſculo vtatur æger omni mane, idq; ad pluſculos ad dies.

Pilulæ tartareæ Melanagogæ Quercetani: Recipe Criſtallorum vel cremoris tartari, vnc.iij. Polypodii Querni vnc.ij. Paſſul. Corinthiacarũ vn.j.ß. Myrobalanorum omnium ana vnc.ß. Florũ Bugloſſæ Borraginis Nympheæ an.p.j. coquantur in ſuff. quantitate aquarũ Fumariæ & Scolopẽdriæ ad medietatis cõſumptionem. De hoc decocto acidulo & guſtui grato, optime depurato & clarificato capeli. ij. ſucci optime depurati pomorũ redolẽtium li.j. quibus adde Foliculorũ ſenæ mundatorum vn.iij. Turbit. rad. helleb. nigri veri an.vn. j.ß. Myrrhæ electæ vnc.j. Macis, Caryophyllorum, Cinnamomi, Epithymi, an.vn.ß. Macerentur ac digerantur ad ignem balu. Mar. p. quadriduum, idq; in vaſe vitreo optimè clauſo: dein dũ materia adhuc feruet, fiat expreſſio, vel p ſetaceum traiectio, cui adde Aloes, præparatæ vn.iiij. omnia ſufficienter coagulentur ad ignem lentum: addendo ſub finem, dum fere refrigerata erit materia Spec. Diarrhod. abb. Lætificantis Gal. Troch. dialaca ana dra.j. Salis Abſinthii & Fraxini ana d.a.j. Eſſentiæ croci ſcrup.ij. O'ei Aniſi aliquot guttulas. Reducantur in bonam pilularum conſiſtentiam. Doſis harum pilularum eſt quoque ſcrup.j. vel ſcrup.j.ß. ad ſummum.

*Puluis Panchymagogus: Recipe Cryſtallorum tartari vnc.j. Senæ drac.x. Hermodact. Turbith. ana vn.ß. Rhabarb. Agarici trochiſcati ana drac.iij. Scammoneæ præp. drac.ij. Macis Cinnamomi Galangæ ana vn.j.ß Sacchari violati ad põdus omnium. Doſis dra cũ iuſculo.

Puluis Melanagogus Quer. Recipe Senæ vnc.j. Aniſi Fæniculi dulcis ana drac.j. Cinnamomi ſcrup.ij. Cryſtallorum tartari, drach. vj. Sacchari, vnc.j.ß. Doſis drach ij.

Puluis purgatorius conducens ad omnes morbos frigidos cerebri: Recipe Cryſtallorum tartari, Foliculorum ſenæ ana vnc.j. Hermodactylorum Turbith. ana vnc.ß. Pulueris foliorum peti drac.iij. Calami aromatici, Zedoariæ ana drac.j. ſem. pæoniæ ſileris montani Fæniculi, Aniſi, Ameos, Nardi Indici ana ſcrup.iiij. Coralli præp.

Marga-

Margaritarum præparat.ana dra.j.Cubebarum,Macis,Caryophyllorum ana drach.ß. Salis euphragiæ Salis bætoniæ ana drachm.j.ß. Sacchari anthoſati ad pondus omn. Miſce fiat puluis: doſis drach.j. ſuperbibendo ſtatim iuſculum.

Puluis purgatorius: Recipe fol.Senæ,Sacchari ana drach.vj. Zedoariæ Zingiberis,Liquiritiæ an. dra.ij Tartari ad pondus omnium. Fiat puluis.Doſis drac j.ß.per duas horas ante prandium.

Alius: Recipe Senæ vn.j.Tartari vnc.ß.Zingiberis dra.ij. Caryophyllorum drac.ß. Diagridii gr.x.Miſce,& fiat puluis. Doſis drac. ij.

Alius: Recipe Cinnamomi,Zingiberis, Galangæ ana drachm.j. Caryophyll.N.Moſchatæ,Croci,Macis ana drach.j. Tartari vnc.ß. Senæ vnc.j.Diagridii drach.j.Roſ.rub.drach.ß. Miſce, & fiat puluis. Doſis drach.j.vel ſcrup.iiij.

Aqua Theriacalis Caphurata: Recipe ſpiritus Calchantini vnc.j. Liquoris tartari correcti vnc.iij. Aquæ Theriacalis ſequentis vnc.v. Miſcentur,digerũturq; in balneo calido per menſem.Datur dra.j.ex vino generoſo,vel alio humore idoneo. Ad iam dictos affectus vehementius valet.

Aqua ad hydropem:Recipe Liquoris Tartari,aquæ Gentianæ,aquæ Theriacalis ana vn.j.ſpiritus vitrioli, olei ſulphuris ana gutt.xv. Miſce. Capiat à drach.ij.vſq; ad vnc.ß.cum vino ante ingreſſum laconicii,& ſudet.

Puluis purgatorius:Recipe Senæ drac.ij.ß.Tartari drach.ij. Croci drac.ß.Miſce,& fiat puluis.Doſis drach.ij. cum modico Saccharo in brodio piſorum,caulium,vel vino.

Linimentum ad oſſa corrupta, & carioſa: Recipe olei tartari deſtillati per retortam,olei Guaiaci ana vnc.ß. Olei ſulphuris, olei Vitrioli ana drach.j.Miſce, & vtere.

Aqua ad decorandam faciem:Recipe Caphuræ drac.iij. Aluminis rubri,Boracis ana vnc.vj.Moſchi ſcrup.ij.Terantur omnia: adde Tartari vnc.j.Aquæ Roſarum lib.ij.commiſcendo ſemper cum ſpatula.Poſtea deſtilla per filtrum, & in ampulla bene clauſa ſeruetur, & mane facie bene terſa,cum panno guttam vnam aquæ ſumat, deinde faciem bene fricet.

Lixiuium capillos afficiens croceos:Recipe Tartari calcinati vn.j.Rad.Alcannæ vnc.ij.Rad.Raphani vnc.iij. Piſtentur optime, & bulliant:fricentur capilli,cum ibit cubitum.

Medi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 309 sur 1557

Medicina cerebri Paracelsi: Recipe Tartari rubei lib.j. Hirundinariæ lib.ſ. Colcothar vnc. viij. ſ. vini ardentis. q. ſ. pro incorporatione. Deſtilla p alembicum. Doſis drach. ſ. mane & ſero ſumta pellit vrinam quam & fœtidam facit. Miniſtra in vino Maluatico.

Medicamentum Paracelſi in cura hepatis: Recipe Tartari liquefacti cum vino & aceto lib.j. Opoponaci vnc. ſ. reduc in liquorem. Doſis eſt à drach.j. ad iij. ſecundum cohob naturæ.

Diatartarum Paracelſi: Recipe Tartari albi lib.j. Aquarum vitæ lib.ſ. Granorum iuniperi. Florum gamandreæ, Cichoreæ ana vnc.iij. reduc in aquam. doſis eius à drach.j. ad vnc.ſ. in vino maluatico, vel aqua de prunella. fiat per cohob.

Medicamentum Paracelſi in Ictericia: Recipe Antimonii lib. j. Tartari de vino albo lib.ſ. aceti deſtillati lib.vj. Fiat deſtillatio in Balneo M. per horas ſex & ſeptem. doſis vnc. j. ad vnc. iij. ſemel in die, & ſi non tollit Ictericiam, lepra eſt.

Cura Tartari Paracelſi: Recipe Aquæ de fecibus vini vnc. vij. Tartari communis vnc. vj. Mumiæ vnc. ſ. Mellis deſpumati q. ſ. Fiat Electuarium pro forma: doſis à drach. iij. vſq; ad drach. vij.

Medicamentum in Pleuriſi Paracelſi: Recipe Tartari lib.j. Aquam vitæ lib.ſ. granorum iuniperi vnc. iij. reduc in aquam: doſis eius aquæ vnc. ſ. vſque ad vnc. j. in vino Maluatico, vel alio vino bono.

Præſeruatiuum iuuentutis Paracelſi: Recipe liquoris Tartari vnc. ij. Olei colcotharini ſcrup. j. Laudani puriſſimi drach. ſ. miſceantur. doſis grana 3. pro ratione tamen ſanæ complexionis, propinari ſemel in ſex menſibus etiam ſufficit, quod quidem perito medico perpendendum relinquo. Perlatum autem auri iſta & alia omnia ſuperat.

Oleum tingens capillos rubros: Recipe tartari vſti, olei maſticis, reſinæ pini, ana q. ſ. miſce & vnge hoc oleo capillos.

Vnguentum capillos faciens aureos: recipe tartari albi vſti, olei Balanini ana q. ſ. fiat vnguentum, quo capilli ad ſolem inungantur pectendo.

Vnguentum capillos rubros tingens: recipe tartari vſti, triti, olei cucumeris ſylueſtris ana quantum ſufficit. Fiat linimentum, quo capilli inungantur.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 310 sur 1557

Vnguentum ad Impetigines faciei: Recipe Tartari drach.ij. pulueriſetur, & cum albumine Ouorum applicetur, vel Aluminis vſti drach. iij. Quod vnguenti modo adhibetur. Aqua ad faciem rubram Rondelet: Recipe Ariſtoloch. rot. Been albi & rubri ana vnc.ſ. Rad. Ireos vnc. v. Rad. Liliorum vnc. vj. Cicerum rub. Lupinorum combuſtorum an. P.ſ. N. Moſchatę Cinnamomi ana drac. ſ. Amygdal. amar. contuſ. vnc. ij. olei Tartari vnc. iv. Aquæ pluuialis lib. ij. Sanguinis leporini q. ſ. Trita deſtilla.

Lixiuium capillos flauos, lucidos, longoſque reddens, ſimul ac memoriam iuuans: Recipe Lixiuii communis tantum, quantum decies eo caput lauari poſſit: cort. arantiorum dul ium num. vj. cort. mali citri q. voles: Flor. Chamomil. Fol. Lauri, ana M. j. capill. veneris M. j. Agrimoniæ M. ſ. Palearum hordei inciſarum M. iij. Lupinorum aridorum M. j. Fœnugræci M. ij. Tartari vſti lib. ſ. Flor. ſpartii M. V. Miſceantur, ponanturque in vas aliquod magnum, & ſeruetur ad vſum. Quum hoc vti voles, ſumito parum ex vaſe, atque in alio vaſe calefacito: addeque ſi lubet, aliquantulum Myrrhæ, & cinnamomi: Et ſic erit optimum.

Elixyr ad Nucham in Paralyſi: Recipe olei Tartari, laterum, Liliorum conuall. Caſtorei, ſuccini ana vnc. ſ. olei chamomillæ, lumbricorum, Ranarum ana vnc. j. olei ſpicæ ſcrup. j. Aluminis calcinati drach. ſ. Adipum Vulpis, microcoſmi, Caſtoris cum verbena recente tuſorum, & extractorum à vnc. ij. miſceantur pro Balſamo.

Vnguentum Coſmeticum: Recipe vnguenti Roſati vnc. j. ſ. Vnguenti albi vnc. j. olei roſarum drach. j. olei Tartari ſcrup. ij. Pulueris Coſmetici drach. j ſ. Miſceantur vt artis eſt, vtere.

Specificum purgans Paracelſi: Recipe vitriolum vngaricum, & ſolue in aqua communi in aheno cupreo, ſoluto inſperge oleum Tartari commune, ad tres libras Vitrioli vnciæ quatuor olei Tartari circiter requiruntur, refrigeſcant vna, poſtea quod clarum eſt aufer, Sulphur enim fœtidum huic operationi inidoneum, inſtar argillæ fundum petiit: Claram ſolutionem fac paulatim euaporare donec fere cruſtam incipiat obducere, poſtea in frigido in lapillos concreſcet vitriolum, quod ſeruetur. Secundo deſtillatio Spiritus Tartari inſtituitur in hunc modum. Recipe lib. duas Tartari albi

bi crudi, affunde menſuram Spiritus vini, clauſo vaſis orificio in calido hypocauſto, per quatuordecim dies vna digerantur: Poſtea deſtilla in lento cinerum igne donec incipiant guttæ flauæ oleoſæ egredi, vbi ceſſandum. Egreſſum Spiritū ſeorſim ſerua, caput mortuum permitte, vt igne forti tam diu euaporet, donec Tartarus mediocriter calcinatus ſit, non tamen ad albedinem, ſed in colore nigro deſinendum: Supra hunc Tartarum affunde priorem Spiritum egreſſum, ſtet per tres dies in Balnei putrefactione, poſtea deſtilletur primo in arena, deinde in aperto igne fortiſſimo, per alembicum lutatum non nimis altum, ſic requiſitus Tartari ſpiritus elicitur. Tertio, accipe remanentis prioris Tartari calcinati (è quo Spiritus extractus eſt) lib. j. vitrioli præparati, vt ſupra dictum eſt, libr. quoq; vnam, trita miſce in vitro magno, affunde jam ante deſtillatum Tartari ſpiritum, addita menſura vini albi generoſi & antiqui: Vitrum claudatur alembico cæco, ſtet quatuordecim dies in lento calore: poſtea deſtillare incipe, primo lentiſſimo igne in arena; vt ſaltem ſubtilis Spiritus vini, Tartari & vitrioli aſcendat, quē ſeorſim diligenter collectum aſſeruato: Vbi iam phlegma dulce egreditur, illud ſeorſim colligito: poſtea materiam iterum tere, concreſcit enim, & deſtilla vehementi igne aperto in retorta luto obducta, primo tamen paulatim incipiendo ne materia liqueſcat: Vltimo fortiſſimo igne pelle (vt in præparatione olei vitrioli fieri ſolet) donec Spiritus omnes egreſſi ſunt. Hos vltimos ſpiritus fortes miſce cum primis ſubtilibus ſpiritibus, medium enim phlegma dulce nullius vſus abiiciendum. Quarto, iam extrahe è capite mortuo Salem ſecundum artem notam, beneficio Aquæ communis, ſi opus ſit, reuerberetur materia, & iterum extrahatur. Hanc reuerberationem & extractionē toties reitera, donec omnis ſalſedo extracta ſit. Extractiones Salium miſce, & aquam euaporando abſtrahe. Salem ſupra marmor tritum pone in alembico oblongo, affunde ad eminentiam trium vel quatuor digitorum proprios ſpiritus, primos videlicet ſubtiles & vltimos fortes (& ſi aliquid phlegmatis adhuc immixtum ſit, nil inde incommodi) collocetur in B. M. per aliquot dies, tunc extrahit ſpiritus è ſalibus ſuam propriam eſſentiam, quicquid ſolutum & extractum eſt leniter per inclinationem effunde, & affunde plus de remanente ſpiritu,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 312 sur 1557

denuo extrahet reiterando tandiu, donec ſpiritus extrahendo non amplius coloretur. Quinto, has ſpiritus Extractiones miſce & cohoba in B.M. ad quatuordecim dies, ſemper ꝙ egreſſum reaffũdẽdo: Vltimo in arena fortiter deſtilla quicquid vult egredi: Quod reſiduum eſt pelle igne aperto, tũc ſalia vna cum ſpiritu egrediuntur. Sexto, egreſſos ſales cum ſpiritibus cohoba in B. M. ad placitum, ſic ſalia ſponte incipient ſe repe cutere, craſſo modo & viſibili in fundum (fit inde liquor albus inſtar calcis Lunæ in aqua valenti ſolutæ) ac tũ in B.M. ſubtili calore ſpiritus proprius poteſt abſtrahi, vt materia in fundo ad pulticulæ conſiſtentiam remaneat. Et ſic purgans ſpecificum non ſine magno labore & tempore paratũ eſt.

Modus parandi facilior in ſecunda operationis reiteratione: Reſiduus ſpiritus, poſt primam abſolutam operationem vltimo abſtractus, pro ſecunda præparatione poteſt aſſeruari, ita labor erit facilior, videlicet vt ſaltem vulgaris vitrioli ſalem & ſalẽ Tartari accipias in æquali pondere, & hoc ſpiritu ex illis eſſentiam ſeu ſales extrahas, & modo prædicto in omnibus procedas. Quia autẽ purgatiuum in magna copia cito fieri non poteſt, neq; ſolum Realgaria mineralia, ſed etiam terreſtres impuritates à corpore microcoſmi expurgari debeant, abbreuiationis ergo quædam herbarum ſalia extracta fieri poſſunt per alembicum volatilia, & in æquali pondere cum ſpecifico purgante miſceri & exhiberi ſimul in doſi priori, tunc efficacius ſolet operari.

Salia Herbarum ita præparantur: Recipe Rad. ac Herbarum Hellebori nigri, Cardui benedicti, Imperatoriæ, Rad. Petroſilini Angelicæ Centaureæ Pimpinellæ Tormentillæ Chelidoniæ Herbarum & florum Cichorij Herbarum Hyperici, Aronis, Vincetoxici, Verbaſci Pentaphylliana omnium pro libitu: ſiccentur in vmbra non in Sole: incidantur, & ponantur in doliolo affuſa aqua in coctionis tantilli Lupuli & Fermenti, fermentur in hypocauſto, ſæpius mouendo per tres ſeptimanas, poſtea deſtilla in veſica cuprea vt moris eſt cũ refrigerio ſpirituum, ſicuti in deſtillatione Spiritus vini fieri ſolet. Hunc ſpiritum mediocriter rectifica non tamẽ ad ſummum: Fœces remanentes (poteris illis ſiccas ſimiles herbas addere vt habeas maiorem copiam) in cineres redige, & ſalem extrahe: Sali exſiccato affunde ſpiritum proprium, vt in B. M. ſpacio aliquo

aliquot dierum essentiam eliciat, effunde hunc & affunde nouum, reiterando donec non amplius extrahat.

Extractiones misce & cohoba aliquot dies in B. M. (si forte fæces fundum peterent, has per tritorium chartæ emporeticæ separare poteris) postea in bulliente balneo destilla, tunc sal simul ascendit: si forte aliquid remaneret, plus spiritus affunde, ac iterum cohoba, & tum in arena destilla: Quicquid egressum est accipiatur, & affundatur bona quantitas sui phlegmatis, stent in loco frigido, tunc subtile destillatum sal fundum petit, spiritum per inclinationem aufer & serua pro secundo extractionis vsu, quod fundum petiit parum edulcorari potest, & exsiccari in hypocausto, tunc restabit sal herbarum efficacissimum in vsu medico, cuius vsus secundum Theophrastum talis est: Recipe partem vnam Specifici purgantis, partem alteram Essentiæ croci orientalis cum S. V. extractæ, à qua spiritus vini non separatus est, circula duas vel tres septimanas & ad vsum serua. Datur etiam sine Essentia croci, sed præstat cum illa propter Cordis confortationem.

Vires, Modus exhibendi, Dosis. In omnibus morbis euacuatione egentibus sine discrimine. In omnibus putrefactionibus & superfluis humiditatibus corporis, vndecunque proueniat. Datur in vino vel Absinthite, Maluatico, iusculo, succo Rosarum, ventriculo ieiuno.

Prouectioris ætatis hominibus, vtpote 20. 30. 40. & 50. annorum grana quatuor dantur: Adolescentibus quindecim annorum grana tria: pueris & infantibus duo grana.

Incalescant per horam post sumptionem in lecto, deinde surgat patiens, ambulet, vel sedeat, si in duabus horis non operatur, eandem dosin denuo exhibe, ieiunet tres horas cum custodia integri dieiab aere.

Quacunque via operetur, ne sis sollicitus, siue per vomitum, sedes, sudorem, vrinã. Sequenti die quiescat patiens. Tertia die auge Dosin dimidia parte (vt si ante grana quatuor exhibueris, iam sex offeras) seruet diætam primi diei: Sequenti iterum quiescat. Si necessitas flagitat, offer tertia, quarta, quinta, sexta vice prout morbus est longus. Sufficientiæ hoc signum est: Dum supernatat in cor-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 314 sur 1557

pore Impuritas, purgat & discurrit in membris hinc inde, & præcipue in centro morbi dolorem excitat. In defectu Impuritatis non facit dolorem, & vix amplius purgat, quia humorem radicalem non aggreditur more vulgarium Catharticorum.

Oleum Tartari secundum Quercetanum: Recipe Tartarum crudum, aqua vitæ optima affusum, & per 24. horas ibidem maceratum, destilletur, vase recuruo, igne primum leui, mox vehementi, vt in oleo Chalcanthi extrahēdo fieri cōsueuit, separando tamē, quæ primo exit, aquam. Hoc pacto oleum habebitur & copiosum, & pulcherrimo colore, phthisicis maxime probatum, si in iure ranarum optime coctarum, huius oleigutta exhibeatur. Curandis, expurgandisque vlceribus mirabile scribitur. Multum etiam facit, vt pestilentiam præcaueamus, si summæ nares eo inungantur. Sunt etiam qui Tartarum in calcem redactum aqua communi calida dissoluant, quod facile fit: Dissolutum igne lento exiccant, idque quinquies repetunt, semper tamen, vbi dissolutum est, filtro colant quodque postremo siccum remanet, affusa aqua ardente optima, tribus diebus fimo equino aut tepentis aquæ Balneo macerant: inde aquam destillatione excipiunt, manente in fundo vasis oleo, quod vrinæ ciendæ maxime probatur, ad drachmam exhibitum, cum vnc. ij. Vini Maluatici acerbioris. Tabidos etiam præseruat. Alii Tartarum è vino albo perspicuum accipiunt, addunt-que resinæ Terebinth. & herbæ aloes, æquas portiones: conterunt, coniiciuntque in matulam vitream: mox addito pileo rostrato, aquam extrahunt, quam fæcibus tritis affundunt, inde destillant, igne semper vehementer aucto in fine destillationis: repetunt id vigesies fere, dum totam fæces aquam combiberint, nulluſque exeat Humor, & ipsæ sint fæces albissimæ: quæ loco Humido supra marmor positæ, in aquam abeunt, cuius ingentes vires prædicant. Nam eius scrupulus j. cum Iulepi violati vnc. ij. potum, valetudinem viresque firmat, lumbricos enecat, iecoris ac lienis infarctus expedit, vrinam ciet, destillationibusque prodest. Idem: Tartarum crudum in puluerem redactum, imponatur in retortam vitream, aut terream cum suo recipiente. Subiiciatur ignis per gradus, qualis ad aquam fortem conficiendam adhibetur. Producet magnam copiam spirituum alborum, qui & in aquam, & in oleum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 315 sur 1557

crassum & fœtens conuertuntur. Separetur oleum illud per infundibulum, atque ad vsum reseruetur. De Spiritu Tartari sic ait: Tartarum crudum si pellatur per retortam vitream, cum suo recipiente more stygiæ, producit magnam copiam spirituum alborum, qui tandem in aquam, & oleum crassissimum & fœtidum conuertuntur. Separatur autem oleum ab aqua per infundibulum: quod quidem vlceribus exiccandis & curandis confert. Aqua autem, si cum colchotare bis aut ter destilletur, ita purificatur, vt fœtorem prorsus amittat: ad pellendas autem omnium viscerum obstructiones, lienis præsertim, & hepatis atque ad omnes morbos tartareos valde conducit. Cui medicamento, si vim & facultatem adaugeri velis, ipsum circulabis cum vini spiritu in baln. M. per quatuor dies: deinde separato menstruo per Baln. remanebit tibi spiritus tartari, ad prædicta.

Rubeus de oleo Tartari ait: Recipe Tartari ad albedinem calcinati q. s. est. Soluatur aqua ardente septem dierum spacio balneo tepentis aquæ: Inde igne primum leni, mox vehementissimo, eliciatur cum aqua ardente oleum, quæ postea baln. M. inuicem separentur. Quod reliquum est in fundo, in calcem iterum redigatur, mox destilletur, vt supra: idq; repetatur, dum totum tartarum in oleum abierit. Hoc autem oleum calore solis in puluere exiccatur, quamobrem tũc spiritus ab eo, vti supra factum est, elicitur; & huius granum vnum cum drach. s. Mithridati, & vnc. j. aquæ plantaginis, vel cichorii stillatitiæ omnes funditus vlcerum radices tollit. Sed quo labore tartarum aqua ardente dissoluatur, sentient, qui experientur. non desunt, qui vt idem efficiant, illud destillent chalcanthi modo.

Alii huic destillatitio oleo aquam vitæ addunt, labore pene immenso, ne dicam inani, cum facilius haberi res possit. Arcanũ Tartari quidã sic concinnat: Recipe salis Tartari absq; fecib. supfunde huic aceti opt. ad eminentiã 4. digitorũ, & destilla phlegma, hoc toties reitera superaffundendo & destillando, vsq; dum menstruum superaffusum recedat, vti affudisti, & inuenies in fundo Tartarum instar olei: Huius Tartari recipe p. j. terræ crudæ vel boli p. iij. commisce ac destilla per retortam, primo spiritũ pellucidum atq; odoriferũ, q sese in recipiente conuertit in oleũ: cuius etiam recipe j. p. spi-

j.p.ſpiritus vini p.ij. olei vitrioli rubei octauam par. mixta guttatim Hermetice ſigillentur atq; circulentur per 12. ſeptimanas igne vehementi, vltimo vt incandeſcat, & cuadet in arcanum ſummum: cuius grana x. ad xij. pellit calculum, reſoluit podagram, curat phthiſin, aſthma, catarrhos, conducit ſtomacho, pulmoni, aperit poros, penetrat neruos, purificat ſanguinem, facit appetitum, vſurpatur ab intra & extra.

Idem ille ſic facit Balſamum: recipe tartari ad albedi. calcinati ſubtiliſſimeq; pulueriſati q. v. ſuperfunde aquæ fortis (ex p.j vitrioli & nitri, dimidiaq; parte aluminis, & quarta parte æris viridis) ac deſtilla per alembicum, ſic abibit phlegma, ſpiritus remanent v. cum tartaro, hoc toties vt prius dictum reitera donec etiam nullos amplius recipiat ſpiritus: tandem accipe hunc tartarum ac tere, pone in marmore ad ſoluendum in cella: huius liquoris j.p. mixta cum ij. part. olei communis puriſſ. & cocta in B. redibunt in Balſamum ad deplorata & inueterata externa vulnera ac vlcera.

Eiuſdem eſt hoc Magiſterium: recipe tartari ad albedinem calcinati ac pulueriſati, adapta hunc vitro, ac ſuperfunde ſ.v. phlegma poſtea deſtilla vt ſpiritus maneant cum tartaro, poſtea affunde recentem ſpiritum, & iterum deſtilla phlegma, hoc toties reitera, donec & tartarum nullos amplius ſpiritus recipere poſſit, ſed deſtillando retorqueat: hunc & ſolue in cella, ſolutioni poſtea adde ſ.v. (ad j.p. tartari ſ.v. part. ij.) circula per duos menſes in pelicano, & fiunt omnia dulcia. Huius tartari doſis à gran. x. ad xij. Eſt diureticum in hydropiſi, calculo, podagra & ſanguinis mundificatiuum.

CAPVT II.

De Excrementis Metallorum.

LIthargyrus ſeu Thargyrium, Germanis *Glett*, metallorum igni ſepurgatorum eſt velut ſpuma. Materia eius multiplex eſt, alii plumbum, alii argentum alii aurum, alii galenam dicunt. A plum-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 317 sur 1557

Lithargyrus quasi lapidem argenteum portendit, hinc Argenti soboles quædam est, quia fit in fornacibus, in quibus repurgatur Argentum è plumbo argenti recrementis admisto: Præter duas Lithargyri differentias, quas Dioscorides pro vnica vsurpat, duas adhuc alias recenset, nempe Molybditin, quæ fit in fornacibus ex arena, donec perfecte igni incandescat, & præterea alteram quæ fit è plumbeis laminis, quę omnium est vsitatissima, ac frequentissima. Omnibus autem præfertur Chrysitis, solet tamen è plumbo & scoria repurgari, priusquam Medicamenti cuiusdam ingrediatur compositionem. Ex Dioscoride vritur ac lauatur, vt cadmia. Nunc tantum læuissime læuigatur in mortario, aqua desuper limpidissima affunditur & agitatur; Dein in aliud vas coniicitur, Tum affunditur & agitatur, & vbi turbida fuerit, ad præcedentem adiungitur: Idq; toties iteratur donec plumbum & feces in mortario subsidant, & omnis substantia tenuior cum aqua fuerit educta, quæ quiescere permittitur, vt in fundo remaneat lithargyrus solus a syncerus, qui aqua prius effusa, colligendus & super marmore ita læuigandus, vt nulla eius in lingua asperitas percipiatur.

Præpara lithargyri simplex.

Lithargyrus refrigerat, astringit, reprimit, occludit, caua explet, exterget, ad cicatricem ducit & femorum intertrigines valet: Eius præparationes in medicinam hæc sunt.

Vires lithargyri.

Recipe lithargyri tenuissime puluerisati q.v. superfunde aceti purissimi destillati ad eminentiam 2. digitorum, repone simul in leni calore cinerum ad digerendum & extrahendum per duos dies ac noctes, clauso tamen vase ne acetum exhalet: Præterlapso hoc tempore, acetum colorabitur in flauum, dulceq; fiet instar sacchari; hoc acetum coloratum sensim effunde, recensq; vicissim superfunde, vicissim manda digestioni atque extractioni, quo acetum plus tincturæ extrahat: tincto aceto, vt & prius effunde, & si plus putaueris inesse lithargyro virium; nouum & tertia vice supfunde acetum, & repete quousq; totam ex eo habeas tincturam: collecto postmodum tincto aceto, filtrationem institue, vt artis est: filtrato, destilla per Balneum M. ad remanentiam salis albi; Cui vicissim superfundes acetū & per 4. dies ac noctes relinques in calidis cineribus quo purum ab impuro secedat, hoc peracto phlegma totaliter in B. euapora ad salem, & habes salem ex lithargyro purum

Præparatio lithargyri in salem purissimum.

album ac virtuosum, ex quo talem conficies Balsamum.

Balsamus ex Lithargyrio.

Balsamus lithargyri: Recipe huius dicti præparati salis vncias duas (Paracelsus Alumen saturni nuncupat) olei Terebinthinæ claræ albis. vncias quatuor, misce in cucurbita, probeque eum papyro luta: repone inuicem in calidioribus cineribus, dando primo ignem lentum, deinde fortiorem, & oleum Terebint. Alumen dulce resoluet in oleum sanguinei coloris, quod miraculosarum existit virtutum in Chirurgia: conuenit vulneribus, eo illinuntur Erysipelata, ignis persicus, Tumores: curat vulnera, præseruat ea ab accidentibus: si huic compositioni addatur vncia semis camphoræ, quo soluendo vniantur, tum nõ solum dicta iam curat, sed etiam in Fistulis, cancro, merphæis, & aliis impuris. vitiis &c. succurrit.

Vsus eius in vulneribus.

Additio in vulneribus: Recipe huius salis vnciam vnam, olei camphoræ scrup. s. croci martis vnciam s. olei recentis q. sufficit: misceantur omnia in vnguentum.

Vsus eius in Icteritia rubea.

Additio in Icteritia rubea: Recipe huius salis vnc. s. Myrrhæ, Thuris ana drach. duas, aceti destillati fortissimi vnc. iv. Misceantur, confusa inuicem stent in leni calore cinerum per duas horas: Hoc applica cum linteolis superimpositis: si additur Alumen valde exsiccat.

Vsus in cancro.

Additio in cancro: Recipe huius salis vnc. s. Tartari calcinati drach. ij. Arsenici præparati drach. j. succi, consolidæ minoris, Aristolochiæ rotundæ ana vnc. s. Marrubii, persicariæ ana drach. ij. olei ex vitellis ouorum q. sat est, Fiat in modum vnguenti.

Vsus in fistulis.

Additio in fistulis: Recipe huius salis vnc. j. Arsenici fixi drach. ij. olei sulphuris vnc. j. s. olei masticis vnc. j. Misceantur omnia optime, macerenturque in leniss imo calore, vt fiant vnguentum: Hoc inunge fistulas & alia corrosiua. In vulgarioribus vnguentis ad vulnera sine additione commiscerì potest, tutissimum enim eorum est præseruatiuum.

Oleum rubicundum lithargyri.

Oleum ex eo sic confice: Recipe huius salis vncias iv. salis decrepidati tantundem, misce ac destilla ex arena & prodibit oleum rubicundum, adhibe ignem, vsque totalis destillatio sit peracta. Hoc oleum curat vulnera oculorum. Caput mortuum nigrum

nigrum quod remanet inspergitur etiam vulneribus: vel etiam si placet poteris in crucibulo rursus in plumbum fundere fixissimum.

Vnguentum ex hoc sale.

Fit etiam ex hoc sale, tale vnguentum: Recipe huius salis vnc.j. Masticis drac.ij. Aluminis drach.j. olei communis opt. q.s. ad vnguentum conficiendum: Hoc valde exsiccat & curat, venena etiam extrahit.

Additio in Erysipelate: Recipe Theriaces opt. vnc.j, salis huius litharg. vnc.ſ. fac exinde Emplastrum super pannum vt artis est illitum, ad magnitudinem duarum palmarum, superpone loco affecto ac dolenti, & quam primum ægroto accidit leuamen, intra horas v. duas totus abit dolor. Vsurpatur etiam hoc Emplastrum ad omnis generis tumores venenosos & alios: In pleurisi & punctur is lienis, vbi metuitur Apostema, nullum inuenitur præstantius Medicamentum quam hoc, emollit & aperit.

Vsus eius externus.

Hic sal etiam interne exhibetur in Diarrhœis ac Dysenteriis, morbisque resolutis: Dosis eius drach. semis cum Theriaca vel alio Electuario sudorifico siue Anodyno: sanguinem vstum refrigerat, & habet vim contrahendi, confortandi ac intestina læsa siue exulcerata sanandi ac consolidandi.

Eius vsus in Medicina talis est: Linimentum, seu potius nutritum humorum defluxionem, & inflammationem prohibens Quercetani: Recipe succi fol. nymphææ, succi fol. Semperuiui, Succi Hyoscyami ana vnc.ij. Aquæ spermatis ranarum, Aquæ florum tapsi barbati ana vnc.j. lithargyri, vel salis eiusdem vnc.ij. Olei visti pomorum, Olei rosati omphacini ana vnc. ij. ſ. Aceti rosati vnc.j. Ducanturdiu in mortario plumbeo, cum pistillo plumbeo. & fiat instar nutriti, quo vtendum pro defensiuo.

Vnguentum Album Auicennæ: Recipe Lithargyri albi loti drach.j. Ceruſſæ aquarosarum lotæ drach-v. ceræ albæ drach.vij. Olei ros. vnc.ij. Albuminis ouorum num.j. Ceræ liquatæ in oleo rosato, lento igni, iniice ceruſſam & lithargyrum probe contrita: Misce, & postremo adde album oui. Alii addunt Caphuræ momentum, & caphuratum vocant.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 320 sur 1557

Vnguentum album aliter: Recipe Ceruſſæ, Lithargyri ana vnc.vij. Plumbi vſti, Scoriæ argenti ana vnc.ſ. Maſticis, Thuris ana drach.ij.ſ. Olei roſati, Aceti albi ana quantum ſufficit. Tritis omnibus in mortario, affunde paulatim nunc oleum, nunc acetum, ſemper mouendo, donec pinguescant, vt nutrita.

Idem aliter: Recipe Olei communis lib: j. Ceruſſæ ſubtilis lib: j. Ceræ albæ Vnc.vj. Et quidam addunt caphuræ drach.ij. Fiat vnguentum ſecundum artem.

Aliter: Recipe Ceruſſæ in aqua roſarum lotæ vnc. xiix. Lithargyri albi loti vnc.i.ſ. Olei roſati lib:ii. Vnc.iv. Ceræ albiſſimę Vnc. vi. aut circiter. Confice ſecundum artem.

Vnguentum de Lithargyro: recipe lithargyri vnc.ij. ceruſſæ vnc.ſ. aceti vnc.j. olei roſati quantum ſufficit. Fiat vnguentum lento igne. Poteſt etiam fieri crudum in mortario plumbeo.

Tripharmacum crudum: recipe lithargyri, aceti fortis ana vnc.iij. olei communis vnc. vj. Lithargyrus tenuiſſime tritus mouetur continuo paulatim affuſis oleo viciſſim & aceto.

Vnguentum ceraſeos paruum Meſuei: recipe ariſtolochiæ, ireos, ſanguinis draconis, hammoniaci, ſarcocollę, ana vnc.ſ. lithargyri læuigati vnc. v. olei lib. j. Coque lithargyrum cum oleo, donec liquefiat: tunc cætera miſce.

Vnguentum ad pruritum: recipe rad. lapathi acuti, enulæ, campanę ana vnc.j. Decoquantur in aceto, & contuſa per cribrum paſſentur quibus adde. Olei irini vnc.iv. ſalis communis vnc.j. myrrhæ drach.ij. lithargyri vnc.j.ſ. ceræ parum. Fiat vnguentum.

Vnguentum ad venenata vulnera: recipe lithargyri vnc.ij. galbani vnc.ſ. picis græcæ terebinthinę ana vnc.j. olei q ſ. eſt. Miſce & fiat vnguentum.

Vnguentum Epuloticum: recipe aloes, ſarcocollæ, myrrhæ, iridis ana drach.ij. lithargyri, ceruſſæ ana drach.iij. cort. mali granati, vel balauſtiorum vnc.ſ. Cum melle crudo fiat vnguentum.

Hydrelæon Galeni: recipe lithargyri argenti lib.j. aquę limpidæ, olei puri ana lib.ij. lithargyrus læuiſſime terendus eſt, & reliqua diligenter mouenda in mortario lapideo: Deinde coquenda lento igne, ex lignis acapnis, aut carbonib⁹ bene accenſis. Ad ſolem conficiendum eſt medicamentum, die ſerena, vt albeſcat: pereunte igne

igne alii carbones imponendi sunt, sed bene accensi: Coquatur autem semper agitando, donec cerati crassiciem adipiscatur. Potest autem in vnguenti formam redigi, si minus coquatur. Fiat etiam ex libris tribus olei & aquæ: etiam ex lithargyri lib. iij. olei tantundem, & aquæ lib ij tunc enim candidius fit, citiusq; coquitur.

Emplastrum diachylon, simplex Mesuei: recipe mucilaginis, fœnigræci, mucilag. sem. lini, mucilag. rad. altheæ ana vnc. j. lithargyri vnc. j. s. olei antiqui clari vnc. iij. lithargyrium tenuissime teratur, & cum oleo subigatur & misceatur: Post igne lento coque, spatha semper agitando, donec probe mista sint. Exime igni, paulatim frigescat: postea mucilagines affunde, permisce, & recoque igne ad iustam crassitiem.

Emplastrum Diachylon magnũ filii Zachariæ: recipe lithargyri mundi, tenuissime triti, & per cribrum excussi vnc. xij. olei irini, chamæmelini, anethini, ana vnc iix. mucilag. sem. lini, fœnigræci, altheæ, ficuum pinguium, passularum, succi ireos, succi scillæ, oesypi, glutinis alchanach, siue ichthyocollæ ana drach. ij. s. (alii drach xij.) terebinthinæ vnc. iij. resinæ pini, ceræ citrinæ ana vnc. ij. Fiat emplastrum secundum artem.

Emplastrum Diachylon paruum: recipe lithargyri vnc. vj. olei veteris clari lib j. mucilag. psylii vnc. iv. seminis hyoscyami vnc. j. s. seminis lini, rad. maluæ, ana vnc. ij. Fiat emplastrum secundum artem.

Emplastrum neruinum vigonis: recipe olei chamomillæ, olei rosarum ana vnc. ij. ol. mastichini, terebinth. lini ana vnc. j. s. terebinthinæ claræ vnc. iv. Seui vituli castrati, seui hircini ana vnc. ij. s. Roris marini, betonicæ, caudæ equinæ, centaureæ ana M. j. vermium terrestrium lotorum & purgatorum in vino vnc. iij. Coquantur simul in vino. Rad. rub. tinctorum drach. x. Fol. Hypericonis, seu Hypericonis ana M. j mastices triti, gummi elemi an. drach. x. picis naualis, resinæ ana vnc. j. s. sagapeni, galbani hammonici ana drach iij. Dissolutis gummi in aceto, cum Cyatho vno vini odoriferi aliquantulum contundantur, postea decoquantur, & exprimant, cui expressioni addantur. Lithargyri auri, lithargyri argenti ana vnc. ij. s. minii vnc. ij. Iterum bulliant, imprimis lento igne, baculo agitando, ignem deinde vigorando, bulliant donec acquirat

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 322 sur 1557

colorem ſubnigrum, quo facto cum cera noua ſufficiente, Fiat emplaſtrum in bona forma.

Oxelæum Galeni: Recipe lithargyri argenti lib. j. Olei veteris, Aceti optimi ana lib. ij. Lithargyrus leuiſſime terendus eſt, & reliqua diligenter mouenda in mortario lapideo, deinde coquenda lento igne, donec cerati craſſitiem adipiſcantur. Componitur etiam ex olei & aceti lib. ij. ſ. vel ex ſingulorum lib. iij. tunc enim nigrius eſt, & valentius. Exiccat, fiſtulas quæ nondum callum durum habent curat: vulnera cruenta glutinat.

Oenelæum Galeni: Recipe lithargyri argenti lib. j. Olei clari, vini albi optimi ana lib. ij. Coque & confice, vt ſupra. Exiccat, proinde in rheumaticis diſpoſitionibus vtile eſt, & cruenta vulnera ſanat.

Aqua faciem dealbans: Recipe lithargyri contriti lib. ſ. In aceti albi vnc. iij. coquito, & panno cribratum, in vitreo vaſe ſeruato, deinde adde Caphuræ, Aluminis Iameni, Boracis, Olei Tartari ana part. æqual. Aquæ Roſar. q. ſ. miſce, & deſtilla.

Aqua ad prohibendas impetigines Rondeleti: Recipe aceti albi optimi vnc. iij. Succi Lapathi acuti, ſucci Limonum ana drach. iij. lithargyri auri lib. j. Decoquantur leuiter, deinde deſtillentur, & ad vſum ſeruentur.

Lixiuium capillos denigrans: Recipe ſucci cort. Nucis iuglādis lib. iij. lithargyri triti lib. j. Omnibus cum lixiuio mixtis capillos abluito.

Lixiuium aliud: Recipe Lixiuii communis q. ſ. lithargyri auri lib. j. Coquantur aliquandiu ſimul, deinde ab igne remoueantur, addaturque Olei Tartari vnc. ſ. Miſce, & capillos inunge. Aliud: Recipe Argenti ſpumæ, Aeris combuſti ana part. j. Lixiuii fortiſſimi part. iv. Coquantur leuibus prunis, dumque in bullas erumpit, lauabis, & reſiccatos calida perlues aqua.

Linimentum in modum lactis virginalis ad ornatum faciei: Recipe lithargyri auri vnc. ij. Bulliant in exiguo vaſe plumbeo, cum vnc. vj. aceti albi deſtillati, per totum mouendo ſemper cum baculo. Paſſetur per pannum lineum, ſeruetur aqua. In hanc rem tandem accipito ſalis, vel olei Tartari vnc. j. Et diſſoluantur in ampulla cum vnc. iv. aquæ liliorum: & pone aquarum ſupra dictarum ana guttas

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 323 sur 1557

guttas tres aut quatuor in manu, & conuertantur in lac virginale. Fricetur facies, & ficcetur.

Vnguentum ad ſciſſuras manuum: Recipe vnguenti ex lithargyro, vnguenti ceruſſæ ana drach. j. Miſce & fiat vnguentum.

Aliud: Recipe Axungiæ arietinæ, amyli, lithargyri, olei ana quantum ſufficit. Fiat vnguentum.

Aliud: Recipe lithargyri argenti, myrrhæ, zingiberis ana part. æquales. Mellis, ceræ, olei ana quantum ſufficit. Fiat vnguentum.

Vnguentum ad ſciſſuras: Recipe roſacei vnc. ij. Ceræ nouæ vnc. ſ. lithargyri, Thuris ana drach. j. miſce.

Emplaſtrum commune ad durities & dolores iecoris, ſplenis &c. Recipe lithargyri auri tenuiſſime triti vn. iv. Nutriantur oleo Chamomillæ in mortario, deinde coquantur ſemper mouendo, donec inſpiſſentur: deinde adde, Ammoniaci, Bdellii, diſſol. in vino, liquefactorum & colatorum ana vnc. ſ. ceræ vnc. v. Terebinthinæ vnc. iv. Iridis vnc. j. Malaxentur manibus inunctis oleo liliorum. Valet ad durities hepatis, ſplenis, tumorem in articulis, vel aliis partibus.

Aliud: Recipe Fol. Chamæpityos m. j. Rad. Maluæ, cucumeris agreſtis ana vnc. iij. Incidantur, & macerentur in olei antiq. duabus partibus, & vna vini, decoquantur: & in colatura decoquantur. lithargyri vnc. iv. ad conſumptionem vini: Deinde diſſolue picis, colophoniæ, pinguedinis porci ana vnc. vj. Galbani, Ammoniaci, opopanacis, diſſol. in oleo amygdal. ana vnc. j. Iridis, Myrrhæ, Styracis, propoleos, maſticis, ceræ ana vnc. ij. Fiat emplaſtrum: malaxetur cum lacte mulieris.

Oleum lithargyri: Recipe lithargyri puluerizati q. ſ. Diſſolue per decoctionem in aceto forti, pluribus vicibus, ſucceſſiue: deinde euapora acetum ad ignem, & remanet oleum nigrum in fundo, quod diſſoluatur cum aqua calida per agitationem cum baculo paruo & mundo: tunc deſtilla per linguam laneam & remanet oleum in fundo, quod ab aqua ſeparatum, eſt ſingulare. Mirabile eſt in delendis maculis, panis faciei, & ſubtiliat cicatricem, & rubedinem eorum delet.

Præparatio lithargyri ſecundũ Paracelſũ tom. 6, lib. 1. de ꝑparationibus

tionibus tract.1. pa. 171. Virtutes lithargyri sunt istæ: In Cancro & Fistulis, tentigine praua, esthiomenis, icteritia rubea, igne persico, vulneribus.

Præparatio lithargyri in cancro est ista: recipe lithargyri triti lib. ſ. Aquæ salis, aluminis ana lib j. aceti albi lib. iv. Reduc super carbones vsque consummationem aquarum istarum: Cuius lithargyri recipe cum aqua fontis ana, reduc ad calores per noctem, & exsicca. Sic etiam in Fistulis præparatum lithargyrium istud prodest.

Additio in cancro: recipe succi marrubii, persicariæ ana vnc. j lithargyri præparati vnc. ij. olei ex vitellis ouorum, q. ſ. Fiat in modum vnguenti.

Præparatio in esthiomenis: recipe lithargyri lib. j. tartari calcinati lib. ſ. aquæ fontis, vel fuliginis ana q. ſ. salis communis fusi, aluminis de rocho ana vnc. vj. Reduc in quartum gradum reuerberationis cum aqua prædicta, in modum Alcali. Aqua fuliginis est aqua ex fuliginosis tectis stillans tempore pluuiarum.

Additio in esthiomenis; recipe huius lithargyri vnc. iv. pulueris chelidoniæ, gallarum ana vnc. ij. Fiat puluis. Vel recipe lithargyri huius drach. iij. mucilaginis de consolida, mucilaginis de nitri lumbricis, olei myrtini ana q. sufficit in modum vnguenti, deinde curatur.

Præparatio in icteritia rubea: recipe myrrhæ, thuris, ana vnc. j. lithargyri vnc. iv. aceti fortissimi lib. ſ. Reduc in decoctionem.

Additio in icteritia rubea; recipe huius lithargyri præparati vnc. ſ. aluminis de rocho vnc. ij. aquæ salis vnc. j. ſ.

Præparatio vulnerum: recipe lithargyri cum aceto quater albificati lib. ſ. succi partheniconis, consolidæ minoris, aristolochię rotundæ, ana. Fiat mixtura cum mucilagine lumbricata.

Additio in vulneribus: recipe huius lithargyri vnc. iiij. olei de camphora scrup. j. croci martis scrupulos quatuor. Fiat in modum vnguenti. Hoc in vulneribus vsurpandum est, indies semel, aut bis, ad summum inunctum.

Præparatio lithargyrii in tentigine praua: recipe lithargyrii abluti lib. j. aluminis rochi lib. j. ſ. Fiat mixtura: optime trita pone ad quartum gradum reuerberationis, per horas 4. Deinde extrahe

Alcali

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 325 sur 1557

Alcali cum aqua fontis : cum reliquo Lithargyrio & Alumine rocho, ana: procede vt supra, vsque in Finem Lithargyrii. Præparatio fit, quando Lithargyrium per horas 4. in Alumine Rocho ponitur, Recipe deinde hujus Alcali destillati, aquarum fontis, fuliginis ana lib. ſ. Miſceantur ſimul. Additio in Tentigine praua: Recipe huius lithargyri vnc. j. Realgaris communis dra. h. j. Succi vel aquę chelidoniæ q. ſ. Fiat in modum vnguenti. Hoc tenuiſſime inungatur, & quater vel quinquies imponatur. Ita rubefiet cutis, & fœtor abibit. Poſtea hoc vtere Recepto. Recipe hujus Lithargyri vnc. j. ſ. Mucilaginis de fœnogræco, de Lumbricis Nitriana q. ſufficit. F. Vnguentum. Lumbrici Nitri ſunt vermes in fimo reperti.

Præparatio Lithargyrii in igne perſico : Recipe Lithargyri lib. j Realgaris rubei vnc. ij. Salis armoniaci vnc. ſ. Miſceantur & diſponantur ad ſublimatorium. Hoc decies vel duodecies faciendū eſt. Tandem aqua calida infundatur, & ſeparabitur Lithargyriū.

Additio in igne Perſico : Recipe Vitriol Electi vnc. iv. Gallarum vnc. ſ. Thuris vnc. j. Lithargyri præpar: ad pondus Omnium, vini & aceti quantum ſufficit.

Quandiu æſtuat, tamdiu vſurpari debet. Et quo magis pes æſtuat eo melius eſt.

Pompholix, quaſi dicas Bulla, tenuiſſima & volatilis eſt fauilla, quæ quando in fornacibus æs perficitur, in ſublime ſeu altum euolat, & ſupernæ earum parti adhæret. In principio cum fit, velut in Bullas prodit, aut glomuſculos vellerum ſimiles coit, & farinæ modo contacta diſpergitur.

Inſtar candidi eſt cineris, & vſque adeo leuis, vt quam facilime in altum feratur, & farinæ volatilis ritu ſuperiori fornacum tecto hæreat. Ea dum propter leuitatem ſurſum effertur, alia propter grauitatem in pauimentum recidit, quæ ſpodos eſt, de quo infra, fiuntque ſimul ambo in eadem fornace, atque tantam habent inter ſe cognationem, vt vnius defectus, alterius vice poterit facile ſuppleri.

Pompholyga à ſeplaſiariis quibuſdam vocatur Nil, & aliquando Nihili, ab aliis bulla cadmica, à Mauritanis Tuthia : quæ Noribergæ conficitur, probatur; Eius nonnulli duas tradunt varietates, vna ſubpinguis eſt, hæc vergit ad colorem æris, altera ma-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 326 sur 1557

gnopere candida & leuitatem ſummã nacta, minus laudata: Optima creditur Cypria, quæ accepto aceto halitum æris præſtat, colore aliquantulum piceo, ſapore cœni horrido.

Thutiæ præparatio.

Ante vſum eius in Medicina, præparatur & abluitur vulgari modo taliter: Excipitur & ligatur Pompholix linteolo modice raro in vaſe aqua limpida pluuiali aut fontana pleno, huc atque illuc tribulatur ac ducitur, quo vtilior eius pars ac tenuior in aquam effluat, Impurior vero pars & magis excrementoſa atque inutilior in linteo remaneat: Quod reſidere vult, permittitur, & aqua affunditur, alia atque denuo affuſa, idem opus repetitur, donec in linteolo nihil vtile maneat.

Alios eoſque permultos modos eius abluendæ fuſiſſime deſcribit Dioſcorides.

Vires.

Vim habet adſtringendi, refrigerandi, explendi, purgandi, obſtruendi, & aliquantulum exſiccandi.

Inter Medicamenta numeratur, quæ leniter cruſtas obducunt. Gal. inquit 9. ſimpl. Pompholix Medicamentorum prope omnium, quæ citra morſum deſiccant, præſtantiſſima: Ob id ad vlcera cancroſa & alia maligna, & oculorum fluxiones efficaciſſima.

Eius vſus in Medicina talis eſt: Vnguentum de Tuthia, ſeu Diapompholygos, magiſtrale: Recipe olei Roſati, omphacini ana vnc. vj. vnguenti myrtini, olei populei an vnc. ij. Fol. plantaginis, ſolani ana m. ij. Herbas minutim inciſas cum oleis miſcebis, & diebus octo marceſcere ſines: Deinde coctas aliquantulum colabis, & colaturæ addes ceræ albæ vnc. iiij. ſ. coquantur igne lento, donec cera liquata ſit, ſemper agitando, aufer ab igne, & adde lithargyri vnc. vj. Pompholygis, ſiue Thutiæ præpar. Ceruſſæ tritæ ana vnc. ij. plumbi vſti vnc. vj. Caphuræ vnc. j. Omnia in pilam plumbeam iniecta, horis duabus continuis agitentur, deinde in vaſe vitreato reponantur.

Vnguentum Diapompholygos Nicolai: Recipe olei Roſati, ceræ albæ ana vnc. vj. ſucci ſolani q. ſ. ceruſſæ lotæ vnc. ij. plumbi vſti & loti, Thuris puri, Thutiæ præpar. ana vnc. j. ceram liqua cum oleo, lento igne, & in pilam plumbeam iniice, additiſque terenda ſunt, in tenuiſſimum puluerem redactis: moue continuo,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 327 sur 1557

tinuo, & paulatim ſuccum ſupradictum inſtillato, perpetuo mouens 6. horis continuis.

Vtilia ſunt ad exſiccanda Eryſipelata, vulnera ſordida purganda & ſananda Tibiarum vlcera: aliorum locorum concaua vel diſſipata replent, refrigerant, & cicatrizant.

Vnguentum ad pruritum: Recipe Vnguenti Diapompholygos vnc. ij. olei Hyoſcyami vnc. j. Fiat Vnguentum, quo inungatur locus pruriens. Poſt horum vſum, vtile eſt corpus Balneo, vel lauacro detergente frequenter abluere: quia quæ in cute remanent, pruritum excitant. Prima lotio fit lixiuio, altera ex decoctione fabarum, Roſ. & Nardi &c.

Thutiæ virtutes ac præparationes.

Thutiæ virtutes ſecundum Paracelſum ſunt tales: In maculis Oculorum: In Albugine & nodis & ſtrumis.

Præparatio ad maculas Oculorum: Recipe Thutiæ vnc. j. Vitrioli albi, ſucci Euphragiæ, ana. Fiat in modum Boli cum Gummi Arabico, duc ad ſecundum gradum ignis. Fit vnguentum quod prodeſt oculis.

Additio in maculis oculorum: Recipe huius præpar. drach. ſ. Viſci Ranarum drach. ij. olei Laterini ſcrupulum ſemis. Fiat collyrium. Si vero maculæ in oculo luteæ apparent, & ſplendent, reuertuntur.

Præparatio in Albugine Oculorum: Præparatio eſt, vt Thutia in lacte exſtinguatur, & per noctem in aquam roſaceam ponatur.

Hæc aqua albugini impoſita, eam tollit. Additio in Albugine: Recipe huius Thutiæ drach. j. vitrioli albi drach. vij. Camphoræ tritæ ſcrup. j. ſ. Fiat mixtura cum aqua Roſarum vel fœniculi.

Hic morbus omnia animalia tentat, quæ pedes habent. Albugo inuadit oculos in capris, & ceteris animalibus & hominibus.

In hominibus cum Camphora, inflammatio ne accidat, adhiberi debet.

Præparatio in ſtrumis: Recipe Thutiæ vnc. iv. Salis fuſi, calcis viuæ an. vnc. vj. S. S. S. ad quartum gradum ignis, reduc in Alcali.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 328 sur 1557

Additio ſtrumæ Recipe hujus Thutiæ vnc j. Salis Anatri ſiue fellis vitri, ſalis fuſi, ana vnc j. Vrinæ deſtillatæ lib. ſ. & vnc. iij. Fiat mixtura. Proceſſus eſt iſte, vt ſtrumoſis bibenda hæc mixtura offeratur mane, ac ſero per ſeptimanas tres vel quatuor. Medicina hæc omnes ſtrumas tollit præterquam Griſonum.

Thutiæ præterea vſus eſt in Medicina talis: Vnguentum ad Herpetes: Recipe ſucci Plantaginis, ſucci ſummitatum vitis, vel Labruſcæ ana vnc. ij. Succi polygoni vnc. iij. Lithargyri vnc j. Tuthiæ præpar: Antimon: an: vnc. ſ. Aloes citrin: drach. iij. Ceræ parum, miſce & Fiat vnguentum, addito pauco oleo Myrtino, vel Roſato Omphacino. Si vero Herpes excedat carnem, vtile erit Omphaciũ addere. Vnguentum ad deterſionem ſuffuſionis: Recipe Omphacij inſpiſſati, vel coctione vel ſolis exiccatione drach. j. Amurcæ præpar: drach. j. Sachari candi drach. ij. Mucilag: Sem: Fœnugræci drach. iij. Tuthiæ præpar: drach. j. ſ. Miſce, & fiat vnguentum, quo inungantur Palpebræ.

Ad oculorum caliginem: Recipe Tutiæ præpar: Aloes ſuccocitrini, ſachari candi albiſſ: ſubtiliſſime pulueriſati ana vnc. iv. Aquæ Roſ: vnc. xij. M. & ponantur in vaſe vitreo bene obtuſo, & ſtent in ſole per 3. dies continue agitando.

Ad oculorum inflammationem, dolorem, Eppihoram &c. Recipe Aquarum Roſarum, Euphraſiæ, Verbenæ an: vnc. ſ. Matris perlarum ſubtiliſſ: pulueriſatarum drach. ij. M. & tempore vſus miſce, ac parum inſtilla in oculum, nec non petias ex mixtura iſta madentes extrinſecus applicando.

Vel Recipe Butyri recentis in Aqua Roſ. loti vnc. ſ. Tutiæ præpar: drach. j. Camphoræ drach. ſ. M. & reſerua in vaſe vitreo, & parum oculo indatur. Collyrium in ſcotomia & omnibus ſpeciebus oculorum Paracelſi: Recipe vitrioli albi, Aluminis ſciſſi, Tutiæ extinctę ana drach. j. Liquoris Euphragiæ vnc. vj. Camphoræ tritæ drach. j. Reduc in liquidam ſubſtantiam ſuper porphyrio cum ſeparatione Maris.

Vnguentum refrigerans vulnera ſclopetaria Quercetani: Recipe ſucci plantaginis, ſucci ſolatri, ſucci ſemperuiui, ana vnc. j. Boli Armeni vnc. ſ. Lithargyri loti aqua plantag: Tuthiæ præpar: ana vnc. j. Olei Roſati Omphacini, olei Nenupharis, Aceti roſati, ceræ ana tantillum. Miſce & Fiat vnguentum. Vnguen-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 329 sur 1557

Vnguentum ad Oculos Magiſtrale Medici Florentini: Recipe carnis pinguis exiccatæ, vini maluatici ana vnc.iij. Tuthiæ præparatæ vnc.j. Ceræ albæ quantum ſufficit. Caro cum maluatico coquantur vſque ad vini maluatici conſumptionem: deinde cola, & cera liquata, adde poſtremo Thutiam: probe commiſceto, & repone.

Aliud magiſtrale: Recipe Butyri recentis vnc.iv. Ceræ albæ vnc.j. Liqua, & laua ſæpius aqua Roſacea, & prunorum, & adde Tuthiæ præparatæ vnc.ſ. caphuræ ſcrup.ij. Fiat vnguentum.

Vnguentum ad inflammationem oculorum cum defluxione: Recipe vnguenti Roſ. loti in aqua peculi Roſ. vnc.j. Tuthiæ præparatæ, Acaciæ ana drach.j. Incorporentur: fiat vnguentum, quo inungantur palpebræ.

Aliud minus aſtringens. Recipe Pulpæ pomorum decoctorũ in lacte, vel cum aqua Roſarum vnc.ij. Contundantur diligenter: deinde adde Aquæ peculi Roſ. & myrti ana vnc.ſ. Mucilaginis ſem. pſyllii, Tuthiæ præparatæ ana vnc.ſ. Incorporentur ſimul, & fiat vnguentum, quo inungantur palpebræ.

Aqua ad rubedinem oculorum: Recipe Chelidoniæ, Verbenacæ Rutæ, Fœniculi ſuccorum ana vnc.iij. Comarum, fol. Roſarum q.ſ. Sacchari candi vnc.iij. Tuthiæ optimæ vnc.iv. Sanguinis draconis vnc.iv. Trita deſtillentur.

Aqua ad oculorum dolores: Recipe Aquæ Roſaceæ, item Euphragiæ, Chelidonij ana vnc.j. Tuthię præparatæ drach.j. Miſce. Valet ad idem aqua vitis inciſæ.

Aqua ad oculorum tenebroſitatẽ: Recipe Tuthiæ præparatæ vnc. iv. Omphacij vnc.ſ. vel drach. v. Soli diebus 15. exponito, & addita aquæ Roſaceæ vnc. ſ. denuo per dies 15. al os ſub ſole jaceat, & per dies 5. cum aqua Euphragiæ poſt hæc Tuthiam terito, & cum panno xylino tenui, cribrato in ſole æſtuante, vſuique ſeruato.

Vnguentum ad oculorum lachrymas: Recipe Tuthiæ præparatæ ſcrup.j. Sarcocollæ, Myrrhæ, Thuris ana ſcrup.j. Styracis calamitæ, Ambræ ana ſcrup.j. Roſarum ſiccarum, Sumach, Sanguinis draconis ana drach.vi. Trita cum mucilagine tragacanthæ & gummi Arabici fiat vnguentum: de quo parum in oculos ponatur.

Alia: Recipe Aquarum verbenæ, Betonicæ, Fœniculi ana

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 330 sur 1557

vnc.j. ſ.vini albi vnc. j. Thutiæ præparatæ drach. j. Sacchari candi drach.ij. Aloes hepaticæ drach.j. Lactis mulieris drach.ij. Caphuræ ſcrup.ſ. Puluerizanda puluerizentur, & 24. horis in fuſione permaneant, deinde colentur, & colatura oculi clauſi abluantur.

Spodium pharmacopœi conſtituunt duplex: Vnum Græcorum, aliud Arabum: Atque vtrumque vt idem nomine, ſic re & natura longe diuerſum. Spodium Græcorum, quod vnicum eſt, in æris fornacibus inuenitur, vbi Pompholix, cui congener eſt, ac conſociale, fitque tum, cum fauillæ è metallo, dum coquitur, emicantes, ſurſum aſcendunt, & propter grauitatem in terram, ſeu pauimentum delabuntur: Simul enim vt refrigerantur, ſordibus commiſcentur. Hinc concretus ex hiſdem fauillis glomuſculus, ſpurcitia quadam inquinatus, ſpodium Græcorum dicitur, huius tantum eſt vſus ad externos affectus. Spodium Auicennæ & reliquorum arabum, ſi quod ſit, ex materia fit multum diſſimili, ex cannæ videlicet radicibus tantum veſtis: quibus tot ac tam eximias dotes tribuit Auicenna, vt mirari ſubeat nimiam hominis credulitatem, aut in ſcribendo ſimplicitatem. A ratione ſiquidem alienum eſt, eiuſmodi radicem veſtam, ſibi ſpodium dictam, cor recreare, animi deliquio prodeſſe, ſiti, inflammationi ſtomachi, tremori, melancholiæ, & aliis affectibus multis ab eo enumeratis conferre.

Demus autem Arabicum hoc ſpodium hæc omnia recenſita præſtare, attamen non debet præſcribi, quia nondum ad nos eſt delatum.

Eius vero loco nimis oſcitanter pharmacopœi Ebur vſtum ſubſtituunt, ſpodiumque imperite nominant: cum potius ſit Antiſpodium, velut id ipſum, quod fit, frondibus ficulneis, myrtheis, & rebus aliis concrematis, de quibus plura dicit Dioſcorides.

Vt vero crudum Ebur viribus & natura multum diſſidet à cannis crudis, ſic & illud vſtũ ab ipſis vſtis. Crudum enim ebur præſtantius eſt ſeipſo concremato ac vſto. Cum igitur Spodium Arabicum non habeatur, nec ſi haberetur, viribus ab Auicenna enumeratis nequaquam eſt inſignitum, neque analogum datur illi antiballo-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 331 sur 1557

ballomenon, seu substitutum, ex remediorum formulis expungendum, cum vere vnicum tantum sit spodium, Græcorum nempe, quod per os nec solet, nec debet assumi. Est autem in barbaræ linguæ interpretes reiiciendus error, qui pro Tabaxir Arabum, seu Tracsir Indorum spodium verterunt. Est vero Tabaxir Persica vox secundum Garciam, quæ lacteum humorem, seu liquorem aut succum dulcem signat, à Barbaris Sacar mambu, dictum. Gignitur in arundinibus vel potius arboribus adeo magnis, vt ex earum trunco cymbas multas faciant, quæ singulæ inter duo internodia tantum excauatæ duos viros admittere queant, in quibus Indi vecti celeriter nauigant, & à Crocodilis tuti sunt. Succus porro earum arborum admodum niger ac cinereus Tabaxir est, quem non solum inepte Spodium dixerunt, sed & cineres earumdem vstarum eodem nomine donarunt. Cum Antispodium fiat ex cineribus, secundum Dioscorid. possunt quidem cineres cannarum Antispodium dici, & spodii Græcorum defectu substitui, nunquam autem per os sumi.

Ergo cum Tabaxir non detur, ex quo inique spodium quoddam fictitium detorserunt, & ridicule Ebur pro illo vsserunt, vnicum tantum Spodium, Græcorum videlicet, admittendum: quod cadmiæ factitiæ species est, vt etiam Pompholix: In Medicina talis eius inuenitur vsus.

Puluis temperatus: Recipe Santali rubri ana vnc. s. cort. mali citri, Santali albi, Rosarum, Coralli albi, Coralli rubri, carabæ, Spodii ana vnc. s. Flor. Borraginis, Doronici, ossis de corde cerui, crocis ana drach. j. spec. Lætitiæ, Diagemmæ, Diamarg. frigid. ana scrup. iv. Caphuræ scrup. j. In puluerem redactæ species commisceantur.

Electuarium astringens: Recipe Myrobal. Citrinorum, Chebulorum, Indorum, tostorum ana drach. ij. s. Myrob. Belliricorum, Emblicorum, tostorum ana drach. ij. Sem. Nasturtii drach. ij. s. Cymini, Anisi, Fæniculi, Ammios, Carui ana drach. j. s. Omnia cruda terantur, & macerentur in aceto vini modico horis vigintiquatuor, exiccentur cum insperso aceto, postea torreantur supra prunas: tostis addantur Spodii, Balaustiorum, Pulpæ rhois, id est, Sumach, Masticis, Gummi Arabici, ana drach. j. Gran. xv. Omnia cum

cum oleo roſato fricentur, & commiſceantur cum ſyrupi myrtini triplo. Proprie valet ad hæmorrhoides, & ad ventris torſionem, & rugitum lienteriæ, & dyſenteriæ: & optima eſt omni ſolutioni ventris.

Electuarium de ſucco roſarum: Recipe Succi Roſarum rubrarum. Sachari albi ana lib j. vnc. iv. Stammonii præparati vnc. j. ſ. Santali rubri, albi, citrini ana drach. vi. Spodii drach. iij. Caphuræ ſcrup. j. Coquatur ſaccharum cum ſucco roſarum, deinde reliqua trita adiiciantur & fiat electuarium. Seruatur per annos duos. Datur à drach. ij. ad vnc. ſ. Expellit flauam bilem citra moleſtiam: ad morbos articulorum ex bilioſis & calidis humoribus natos: ad febreſque tertianas confert.

Electuarium de pſyllio, Montagnanæ. Recipe Polypodii recentis lib. j. Senæ, Violarum, Prunorum, Tamarindorum, Paſſularum ana vnc. iij. Aquæ fontis lib. x. Macerentur horis vigintiquatuor, poſtea decoquantur ad medietatem, colentur, & exprimantur, colaturæ portio reſeruetur pro extractione Caſſiæ, & Tamarindorum, reſiduo adde Seminum pſyllii vnc. iij. Macerentur rurſus totidem horis ſemper agitando: poſt exprime mucilaginem, cuius libræ vni adde Sacchari lib. iv. Decoquantur iterum lento igne, & addantur Caſſiæ fiſtulæ, pulpæ Tamarindorum diſſolutorum cum prædicta decoctione ana lib. ſ. Diagridii vnc. iv. Spodii, Rhabarbari, Santali albi, rubri, Roſarum rub. Violarum, ſem. Papaueris albi, ſem. Portulacæ, Endiuiæ, Scariolæ, Lactucæ, Fæniculi, Aniſi, Berberorum, Tragacanthæ, Amyli, Gummi arabici, Raſuræ eboris, Fumiterræ, Glycyrrhizæ, ana drach. iij. Myrob. Indorum, Myrob. emplicorum ana drach. v. ſ. Miſce, & fiat electuarium.

Electuarium frigidum ſecundum Cophonem: Recipe ſantali albi, rubri ſpodii ana drach j. Gummi Arabici, Amy'i, Raſuræ ebotis, Rhabarbari, Senæ, Roſarum, Violarum, Fumiterræ, Berberis, Sebeſten, Sem. Portulacæ marathri, Aniſi, Sem. Papaueris, Glycyrhizæ, Semin. Lactucæ ana drach. ii. Myrob. citrinorum, Belliricorum, Capill. Veneris ana vnc. j. ſ. Myrob. emplicorum vnc. j. conficitur ſic. Pſyllii vnc. viij. ponuntur in ſufficiente aqua ferventi, in qua bullierit lib. ſ. polypodij quercini, viridis, mundati, & triti, omnes herbæ diureticæ vio, & primo, & tamdiu dimittantur, donec bene

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 333 sur 1557

bene congelentur, deinde colentur fortiter per saccum: ad meliorem vero mucilaginis constrictionem intromittatur in sacellum aliquantulum aquæ fruentissimæ & colaturæ addantur scammoneæ pulueriſatæ vnc. vj priustamen cum aqua frigida inter manus fricatæ, & bene cum eadem mucilagine fricentur manibus: deinde apponantur sachari in aqua polypodij dissoluti lib. iv. Deinde superignem positum bullire permittatur: cumque ad medium decoctionis peruenerit addantur Tamarindorum vnc. ij. Cassiæ fist. in decoct prunorum dissolutæ vnc. ij & vsque ad perfectam coctionem bullire permittatur. Signum autem decoctionis est, si super marmor positum, & infrigidatum aliquantulum viscosum fuerit, & digito adhæserit. Motione tamen baculi ab ipso decoctionis principio non cessante. Cumque coctum fuerit ab igne deponatur, & in mortario posito pulueris prædictarum specierum superspergatur, & cum pistillo bene conteratur vsque ad ipsius viscositatis & gummositatis remotionem: deinde recondatur. Detur colatura cassiæ fist. in sero, vel media nocte. Optime tertianarias, & quotidianarias, & erraticas febres purgando sanat, & etiam habentibus stomachum cholericum familiare est.

Requies Nicolai. Recipe Rosarum rub. Violarum ana dra. iij. Opij, sem. Hyoscyami, papaueris albi, nigri, cort. mandragoræ, scariolæ Lactucæ, Portulacæ, Psyllij nucis moschatæ, cinnamomi, Zingiberis, Sacchari ana vnc. j. ſ. Santali albi, rubri, citrini, Spodij, Tragacanthæ, ana scrup. ij. Gra. v. Mellis despumati q ſ. confice secundum artem. Durat ad decennium. Ad febres continuas & arcentes, omnemque febrilem affectum, ad febres denique acutas confert. Est autem vtilis temporibus & pulsibus manuum inuncta, ac cordis dolorem mitigat, somnumque conciliat.

Loch ad phthisim. Recipe sem papaueris albi, lini torrefacti, Spodij, croci, Amygdalarũ dulciũ ana drac. ij. Amyli, Tragacãthi, Gũmmi, sem. cydoniorũ citrulli ana drac. vj. Nasturtij torrefacti, Amygdal. amar. Fabarũ ana dra j ſ. Penidiorũ drac. lx. Hæ aqua fontana dissolutæ coquantur, deinde cætera misceantur, dantur drac. ij. cum hydromelite phthisicis saluberrimum, sed etiam hecticis, & aliter consumptis, pure & sanie pulmones purgat, & tussim lenit.

Ceratum santalinum. Recipe Rosarum drach. xij. Santali ru-

bri drach.x. Santali albi, citrini ana drach vj. Boli Armeni drac. viij. Spodij vnc. ſ. caphuræ dra. ij. Ceræ albæ dra. xxx. Olei Roſati lib. i. Confice ſecundum artem. Phlegmonas & intemperaturas omnes calidas ventriculi, hepatis, & partium aliarum potentiſſime extinguit.

Pilulæ ſaluberrimæ: Recipe Myrrhæ electæ, croci oſſis de corde cerui, Caphuræ, Spodij, ſem. Ocymi ana drach. ſ. Ligni aloes ſcrup. i. Gr. v. Flor. Bugloſſæ drach. i. Caryophyllorum, cort. mal. citri, Sem. citri, Zingiberis ana ſcrup. i. Ambræ griſeæ electæ Gr. v. Hyacinthorum, Granatorum ana ſcrup. ſ. Agarici optimi, Rhabarbari electi ana drach j. Spicæ Indicæ ſcrup. ſ. Aloes hepaticæ elect. & elotæ, & pondus omnium. Cum aqua Bugloſſæ fiat maſſa non nimis ſpiſſa. Iſtæ pilulæ poſſunt circa adminiſtrationem acui cum Diagridio, Trochiſcorum, Alhand. ana quantum ſatis eſt. Et formentur pilulæ.

Trochiſci de ſpodio: Recipe Roſarum rubrarum vnc. j. ſ. ſpodij drach. x. ſem. Acetoſæ drach. vj. Portulacæ, Coriandri præparati ſumach ana drach. ij. ſ. Amyli vſti, Balauſtiorum, Berberis ana drac. ij. Gummi arabici aſſati drach. j. ſ. Agreſtæ quantum ſufficit. Fiant trochiſci. Seruantur in annum. in febribus biliosis cum alui fluore efficaces ſunt: inflammationem ventriculi & hepatis, & ſitim continuam ſedant.

Trochiſci ſantalorum: Recipe trium ſantalorum ana drach. iix. Spodij ſem. cucumeris, Cucurbitæ, Citrulli, Portulacæ, Boli armeni ana drac iv. Roſarum drach. vj. Berberorum aut ſuccі eius drach. iij. Caphuræ drach. ſ. Aquæ portulacæ quantum ſufficit. Formentur trochiſci. Seruantur in annum. Ad febrem ardentem, ventriculi & hepatis intemperiem calidam, & ſitim dantur lacte acido, aut omphacio, aut ſucco acido citri, aut ſucco ribes.

Trochiſci de caphura: Recipe Fol. roſ. rub. vnc. ſ. Spodij drac. ij. Santali citrini drach. ij. ſ. croci. drach. j. Glycyrrhizæ drach. ij Sem. Citrulli, Melonis, cucumeris, cucurbitæ, Tragacanthæ, Gummi Arabici, Nardi Indicæ ana drach j. Ligni aloes, cardamomi maioris, Amyli, caphuræ ana ſcrup. ij. Sacchari albi, Mannæ ana drach. iij. Mucilag. ſem. pſyllii, cum aqua roſ. extractæ q. ſ.

Formentur trochiſci, Durant annum. Ad febres ardentes, bilis &

lis & sanguinis feruorem, ventriculi & hepatis intemperiem calidam, & ab his sitim inexplctam, icterum quoque ac phthisim & hecticam conferunt.

Trochisci diarrhodon Mesuæ: Recipe Rosarum rubrarum drach.ix. Ligni aloes, Nardi Indicæ ana drach.iij. Glycyrrhizæ drac. iv.s. Spodij drac.j.s. Mastiches drac.ij. Vini albi quantum sufficit. Fiant trochisci. Efficacissimi ad febres pituitosas, antiquatas, alijs implexas, ventriculi dolorem leniendum, & humores ipsi adhærentes detergendos.

Trochisci de berberis: Recipe Berberis drach.ij. Spodii, Ligni aloes, seminis acetosæ, Masticches, Galliæ moschatæ, Nardi Indicæ ana drach.j. Gummi arabici drach.iij. Rosarum rubrarum drach. v. Aquę rosarum quantum sufficit. Formentur trochisci. Siccantur in vmbra. Seruantur in papyro munda, ceræ liquatæ intincta, per annum. Valent ad intemperiem calidam, fluorem alui, & hepatis dolorem.

Trochisci alij ad idem cum exulceratione intestinorum: Recipe Spodij drach.vij. Sem. rosarum, Balaustij, rosarum, Acaciæ, sanguinis draconis ana drach.ij s. Sem. acetosæ drach.j.s. Oxyacanthæ, carnis Rhu, sem. Plantaginis, Portulacæ, assati ana drach j. Gr.x. Gummi assati drach.j. Fiant trochisci ponderis drach.s. Dantur cum decocto hordei excorticati.

Trochisci diarrhodon, Nicolai: Recipe rosarum recentium vnc.s. Spodij drach.ij. Santali rubri drach.j. Gr. vij. Santali albi drach.j Gr.xij. croci scrup.ij. Gr.vij. caphuræ Gr.xii. Fiunt in hunc modum. Rosas recentes in mortario cõtundes lapideo, sine intermissione, & reliqua in puluerem redacta addes, ac cum aqua ros. q. s. formabis: Sub finem caphuram addito: sicca in vmbra, & serua. Hæc compositio administratur in magnis compositionibus.

Syrupus de olibano Rhasis: Recipe Aceti veteris lib.iij. succi mal.granat.acet. Acetositatis citri, Agrestæ, Acidulæ, Mororum, in quo sumach fuerit decoct. Berberis ana lib.j. Lactucæ, Endiuiæ sylueſt. ana vnc.iij. Decoctionis juiubarum, infusionis lentium ana li. j.s. Sacchari lib.iij. Fiat syrupus. Deinde Spodij lib.s. caphuræ vnc.j. Terantur in mortario, & incorporentur cum syrupo, donec fiat vnum corpus, & conspergatur ter cum frusto cucumeris. Oblatus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 336 sur 1557

ante originem variolarum & morbillorum abscindit eorum emorsionem, quod si forte apparuerint 20. nõ perficientur decem refrigerando calorem & putrefactionem prohibendo, nisi quod videatur vehemens materiæ expulsio, quæ tunc iuuetur. Idem datus cũ calida, confert omnibus ægritudinibus sang. choleræ, bubonibus, anthraci, anginæ, & consimilibus.

Cadmia, Climia Arabibus dicta, vel fossilis est, ac natiua, quę lapis calaminaris, vel cadmia lapidosa, & æraria nuncupatur. Ea enim artifices vtuntur, ad efficiendum æs luteum, quod officinæ Aurichalcum & orichalcum, vulgus Lethonem nominant. Natiua autem reperitur sæpius in metallorum fodinis, licet eorum sit expers. subflavus est lapis, admodum durus, luteum, dum accenditur, colorem eructans. Non accensus autem bicolor apparet, videturque is esse lapis, quem Albertus didachon seu Dæmonis lapidem vocat. Aliquando in rimulis cypri & torrentibus iuvenitur lapis calaminaris, qui quod vnicolor non sit, à quibusdam iris gemma vocatur, de qua superius. Reuera tamen nec iris, nec Didachos est. Cadmia vero factitia corpus est dense concretũ ex fuligine æris liquati in fornacibus egesta flatu, & lateribus, cameriśque fornacum inhærente. At si non terram, sed lapidem, inquit Galenus, nuncupare volueris, ex quo in fornacibus secernendo, partim fit æs, partim cadmia, partim Diphryges, nihil sane refert. Quin & ex Pyrite lapide in fornacibus vsto fit cadmia.

Sunt autem cadmiæ factitiæ quinque varietates, prima dicitur capnitis, quæ in ipso fornacum ore reperitur: Estque tenuissima, exusta & nimia tenuitate similis fauillæ. Secunda est Ostracitis, quæ magna ex parte nigra est, testaceamque faciem habet, & grauitatẽ maiorẽ: ob id in terrã & infimã partẽ fornacis, seu in pauimẽtum delabitur, omniumque sordidissima est, & spodos seu spodiũ Galeno dicitur, de quo mox plura dicemus. Tertia & quarta in media fornacis parte reperiuntur, Placitis nempe & Botrytis. Placitis, seu placodes, quasi crustosa est, & segmentis quasi zonis quibusdã cincta, quæ minus ponderosa est & lateribus fornacis adhæresit. Sub hac onychitis comprehenditur. Botrytis, hoc est, racemosa, modice grauis est, facie & colore spodij, quæ fracta cinerulenta est, & æruginosa, in æditiore fornacis parte, quam placodes coacta reperitur

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 337 sur 1557

peritur & col'igitur. Quinta est velut æris liquati tenuior fuligo, quæ superiori parti fornacis adhæresçit, de qua post fusius. Omnis autem cadmia in cypr: fornacibus optima & maxime quæ ex eo lapide fit, quem dignitate quadam cadmiam nominant. Fit quidem etiam in fornacibus argenti candidior, ac minus ponderosa, sed comparanda nunquam æratiæ. Cadmia leniter desiccat, abstergit & vlcera humida, & putrescentia adiuuat, & ad cicatricem ducit. Vsum præterea eius in Medicina talem inuenimus. Trypherum Galeni: Recipe Cadmiæ lotæ dra.xvj. Amyli, Thuris ana drach.iix. Cerussæ drac-xliix. Opij dra.vj. Gummi dra.xvj. Aquæ quantum sufficit. Fiat collyrium.

Siccatur, & seruatur per annos duos, in charta, ceræ liquatæ intincta. Adinustiones oculorum, pustulas, chemoseis, maxime in his, qui nullam mordacitatem. Sief rubrum Galeni: Recipe cadmiæ drac.xl. Chalcitidis vstæ, Piperis albi, Gummi ana drac. xx. Aquæ quantum sufficit. Fiant pastilli. Ad lippitudinem, sycosin, & carnis excrescentias.

Vnguentum sarcoticum: Recipe Aristolochiæ rotundæ, iridis, cort. Thuris ana, dra.iij. Masticis, Myrrhæ, Aloes, cadmiæ ana vnc.ij. Mellis parum. Fiat vnguentum.

Emplastrum Di: cadmia Galeni: Recipe cadmiæ præparatæ, Chalciditis vstæ ana dra.xvj. ceræ drac.lxxx. colophoniæ drac. lxiv. Olei Myrtini lib. j. cadmia & chalcitis bene tritæ cum tanto vino subigentur, donec mellis crassitiem adeptæ sint: deinde cera & colophonia in oleo liquatis, coque aliquantulum: exime igne, & vbi refrixerint, adde reliqua. Efficax est ad cicatricem ducendam in vlceribus.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 338 sur 1557

BASILICÆ CHYMICÆ LIBER SEXTVS DE VEGETABILIBUS.

CAPVT I. DE AQVA.

TOtius Vniuersi compendium Homo μικρόκοσμος dictus, viuentium perfectissimus, Animal Diuinum, & corporum omnium μετριότης, Naturæ lege, sæuissimis ac innumeris morbis, ἀπο τῶν ἐνεόντων, καὶ τῶν ἐξωθεν lacessitur: Ex principijs n. generationis Humanæ connascitur infausta quædam labes, ex qua morborum seges immensa soboleſcit; Nam seminalis Hæreditas non ex omni parte beata (Gal. cap. 5. de Marcore) sed iniuriis permultis, quæ ad interitum necessario fatalem iter parant, obnoxia. Annō ex Elementorum pugna, dissidio, prauo rerum non naturaliū vsu, animi pathemata, humidi primigenii jactura, caloris natiui extinctio ac tandem mors, &c. Verum summus opifex, ac Misericors Deus Iehoua, optimus suarum rerum conditor ac conseruator, eundem Hominem vt foueret ac tueretur, totum terrarum orbem omni genere auxiliorum repleuit, ex quibus non modo victū & amictum habet, sed adhuc auxilia multa, vt Medicamenta saluberrima, quorum gratuito fauore, & virtute eximia suæ sanitati prospicit, & morbos futuros præpedit, vel jam factos fœliciſſime propellat abigitque.

Auxilia vero illa sunt Mineralia, Vegetabilia & Animalia, ex his materia Medica desumitur, quam his septem libris examinamus, non quidem totam, laboris n. esset immensi, sed generaliorem. Qui prolixiorem de his medicinis requirit textum, infinitos pene Authores inueniet, nos breui ac dilucida methodo contenti, accingimus nos ad veram ac genuinam explicationem Anatomiamque vegetabilium. Primum locum, noſtra in hac examinatione d bi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 339 sur 1557

dabimus Aquæ, vt quæ non modo communissima & vtilissima, qua sine nec sumus, nec viuimus sani, aut ægroti conualescimus. Ex ea tanquam vulgatissima vt obiter dicam, Christus imbecillitatis nostrę memor, primum instituit sacramentum, quo lauit nos à protoparentis crimine, aliaque multa miracula fecit, quæ qui tantum physicus est, minime capit. Qualitates vero naturales & eximias dum accurate perquirit, dignoscit, experitur, in omnibus diuinum cogitur mirari conditoris opificium.

Aqua sane diuersa ratione & Elementum & Alimentum, non solum commune sobolis humanæ solatium est, sed & animantium & vegetantium omnium subsidium, quo nullum viuens carere potest, veluti & diximus supra in lib. 3. Basilicæ Medicæ: Multa animantia degunt absque ignis vsu, sed sine aqua nullum, & qua sola virginem Hispanam diu vitales auras traxisse viri grauissimi produnt. Cœl. Rhodig. cap. 23. li. 13. Melancholicum quēdam vidit Albertus: qui septem hebdomadas ab omni pabulo abstinuit solo aquæ haustu diebus alternis sumpto, recreatus. Animalia profecto multa non solum ex aqua generantur & nutriuntur, sed & plātę sine huius benigno appulsu, nec floreścūt, nec fruticant, sed erucæ & aridæ cito contabescunt, vt contra, lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, ait Propheta, fructum suum dabit in tempore oportuno.

Hesiodus aquam omnibus Elementis antiquiorem asserit; cui assentitur Thales, eam rerum principium constituens vnicum: Empedocles omnia ex aqua fieri credit: Hippon quidam apud Aristot. cap. 2. lib. 1. de anima: Animam vocauit aquam vt Hippocrates principia Vitæ aquam & ignem: per aquam semen, per ignem vero Humidum Radicale intellexit.

Certum est aquam non solum modo animalium, sed & hominum esse potum: Iam autem potus, an non ad cibum necessarius, liquore aliquo imbuendum. Multos inueniri videmus, qui potius cibi, quam potus vsu ad tempus carere possunt. Sic nulli dubium est etiam posse aliquem æque siti perire ac fame. Id, si necessitas postularet, exemplis in medium allatis, ijsque quam pluribus facile demonstrare possemus. Præterea notum est omnibus, famem ipsa siti tolerabiliorem esse, quamuis negari non possit, aliquos etiam repertos fuisse (inter rara contingentia annumerandum) vti Mago-

nem Carthaginensem & Lasyrtã Lasionensem qui sine vllo liquidorum vsu totã ætatẽ exegerint: assumptis nihilominus & comestis cibis salitis, vt Athenæus notauit li 2. cap. 2. Cœlius scribit, quod quidam Neapoli natione Tomacellensis, totius vitæ curriculum absque potu absoluerit Aristoteles quodam in loco mentionem facit cuiusdam Andronis Argiensis, qui per omnem vitæ decursum nunquam sitierit aut biberit, vsus interim multis cibis sale confectis ac exsiccatis. Idem profectus Hammonium, licet in itinere nullis prorsus oblatis aquis, ipse sola farina sicca viueret, ab omnibus tamen liquidis omnino abstinebat, quod & reliquo ætatis cursu cõtinue facere consueuit.

Plinius lib. 2. histor. natur. & post ipsum Cœlius lib. 24. cap. 21. ant. lect. scribunt, quod in extremis Indiæ finibus ab oriẽte, versus fontem & scaturiginem Ganges populi quidam sint, Astomi dicti, qui solummodo ex odoribus & subtilibus exhalationibus quarundam Radicum, Florum & fructuum per narium inspirationem attractis viuant.

Olympiodorus Platonicus interpres scripsit, quod homo quidam fuerit, qui toto ætatis ac vitæ suæ decursu, nihil vnquam manducarit, sed in sole semper versatus, ex eo sibi spirituale nutrimentum attraxerit. Plato in Phædone simile quid habet.

Nostri seculi historias & exempla tanquam recentiora adducemus: Albertus Magnus lib. De animalibus scriptum reliquit, quod fuerit fœmina quædam Coloniæ in Germania, tempore Imperatoris Friderici vndecimi, quæ interdum per viginti, sæpenumero etiam per triginta dierum spatium ab omni esculentorum & poculentorum vsu abstinuerit.

Gerardus Bucoldianus, alijque complures authores grauissimi narrant, quod anno Christi 1539 inter Spirensium subditos, in pago quodam Rhodo, inuenta sit puella quædam, nomine Margarita filia Suffridi Weis & Barbaræ, quæ annum circiter decimum agens, leui quodã capitis, ventrisque dolore tentata, ipso die festo Michaelis, cibum capere, & manducare non abhorruit, vsque ad festum nati Saluatoris nostri, à quo die ciborum vsum cepit fastidire & prorsus abdicare, cessantibus simul alui excretionibus. Eadẽ post dies paschales recusauit quoq; poculentorum vsum, nullamque

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 341 sur 1557

que amplius vrinam reddebat. Imperator Ferdinandus, obuiam ire volens tali Impoſturæ, ſiqua eſſet, mandauit Medicis ſuis, vt hanc rem diligenti inquiſitione ac ſumma induſtria penitus cognoſcerent.

Sed ne in his cauſis ſitis tolerandæ inquirendis immoremur, hoc ſatem notare voluimus, quod hac in re natura & Temperamentum Humidum ac pituitoſum, & ſolita ac conſueta viuendi ratio, plurimum poſſint: Quod facile demonſtratur Exemplis ab Hydropicis ſumtis, qui per potus abſtinentiam (licet intollerabili & ingenti torqueantur ſiti) tamen curati fuerint. Verum quidem eſt, illos ab initio Extrema ſiti fuiſſe cruciatos, ſed paulatim, conſuetudine, facilime à poculentis poſthac abſtinere potorant.

Imo fuerunt qui ab hoc affectu liberati nunquam poſthac, quamdiu viuerent, liquidis vti voluerunt, idque maximo quodam recidiuæ metu, vt in hiſtoriis paſſim legitur, tum de Iulio Viatore Equite Romano, tum de aliis pluribus &c. Ex his declaratis, ſumma Dei Optimi Maximi poteſtas, quæ omnia gubernat, ſimulac Infinita eius Omnipotens gloria conſpicue eluceſcit.

Recurrimus ad vſum deſcriptionis Aquæ: Aquam ſcimus eſſe Frigidam ac Humidam, magnamque inter eam diuerſitatem: veluti ſupra diximus lib. 3. Baſilicæ Medicæ; ſed paucis nos abſoluemus, quæ Aqua ſit ſaluberrima ac præ cæteris præſtantiſſima. Optima Aqua eſt, quæ & viſu, & guſtu, & olfactu pura, clara, tenuis leuis ac ſincera eſſe deprehenditur: quæ nimirum viſui apparet limpida & pellucida, & nullius rei ſaporem vel odorem guſtui vel olfactui offert. In qua re dijudicanda maxime valent abſtemii, qui aquarum differentias vel ſapore ſolum non minus exacte dijudicare poſſunt, quam alius quiſpiam Vini & Cereuiſiæ differentias. Eæ etiam aquæ bonæ iudicantur quæ cito incaleſcunt & cito refrigerantur.

Quod enim foris ab Externo calore patiuntur, idem etiam à noſtro calore paſſuras, & viſcera non grauaturas, credibile eſt. Quam ob cauſam in aquis bonis carnes & fructus citius elixantur; Vnde nonnulli lance leuitatem & grauitatem aquarum examinant: Alii lintei panni eiuſdem ponderis duas vel plures particulas

diuersis aquis madefaciunt, soliq; exsiccandas exponunt, atq; eã, quæ citius exsiccatur, pro leuissima & tenuissima habent. Illa etiam iudicatur bona, quæ æstate frigida, hyeme vero tepida existit, celeriterq; præcordia pertransit, & sine vlla ventriculi molestia, labitur ac secedit.

Fontanæ aquæ iudicantur optimæ, si dictas iam enumeratas cõditiones obtinent, easq; quas Hippocr. lib. de aere, aq. & loc. maxime cõmendat, quæ versus ortũ solis, præcipue ęstiuum, scaturiunt, cursumq; habent; Quæque & ex terra munda, & p terrã mundam, minimeq; lutosam vel argillosam, sed per arenã & lapillos fluunt, nihilq; limi secũ trahunt: quæq; hyeme sunt calidiores, æstate frigidiores: cuius rei causam in profundiores ideoq; puriores venarum scatebras referunt. Quæ vero aquæ saporem aliquem habent, loci naturam, per quam fluunt, arguunt, viresque mineralium, aluminis, sulphuris, vitrioli, similiumque secum vehunt & propterea non pro potu simplici, sed pro potu Medicato habendæ sunt.

Aristotel. lib. de sensu & sensibili sic præcipit de aqua: Ea autem, inquit, in seipsa omnium saporum genera permista, vel materiam, q̃ tanquam saporum seminariũ sit, habere debet; vel vt loquitur Galenus cap. 15. lib. 1. & cap. 2. lib. de Alim. ἄποιος, id est, insipida, seu omnis qualitatis expers esse debet, atq; leuissima, sed non pondere, vt mul i putant, nã aqua ex niue leuis est, tamen insalubris, sed quæ tenuium sit partium, celeriterq; calescat vt vult Hippocr. & cito refrigeretur, qualis fontana, aut fluuiatilis, modo pura sit, cuius defectu pluuia ex Galeno lib. de ptis. sumatur, præsertim ad Hydromelitis confectionem. De Aquis fluuialibus sic statuimus contra Aetium: Quod hæc Aqua plerumque ex maxima parte sit fontana, ex fontibus enim plurimis confluentibus flumina oriuntur. Concedimus quidem non omnes fontes, qui in eundem fluuium confluunt, eiusdem plane esse naturę, exinde aquam fluuialem mixtam habere naturam ac variam à terra, per quam longo sæpe tractu fluunt, quæ nunc argillosa, nunc limosa, nunc arenosa est: Aliquando & ex niuibus in montibus solutis aquæ, vel pluuiis copiosioribus collectæ admiscentur &c. Hoc tamen commodi habere videtur aqua fluuialis, quod, dum per longa terratum spa-

Aquæ fluuialis mixta natura.

Aquæ fluuiatilis vtilitas.

tia

tia decurrit, cruditas eius quasi frangitur, & à solis Radiis coquitur. Obseruandum vero, vbi vtendum est aqua fluuiali, vt prius quieta stet in Hydriis, vt quicquid impuri secum vehit, id ad fundum deponat &c. Magice quidam hanc aquam hauriunt ad varios vsus. *Aquæ fluuialis abusus.*

De Aqua pluuiali sic sentimus: Multi quidem aquas pluuiales reliquis conantur præferre, & præcipue eas, quæ tempore æstiuo cum tonitru descendunt, quippe quæ sint leuissimæ & tenuissimæ. Verum est si sola leuitas & tenuitas spectetur, facile has aquas aliis præferri posse. Verum cum ex terra per calorem varii vapores attollantur, pluuiisq; materiam præbeant: Non plane videtur puræ, & qua de causa etiam facile putredini sunt obnoxiæ. In destillatione huius aquæ eius impuritas satis perspicitur, multas enim re inquit fæces: Vtimur ea ad calces, magisteria, essentias & alia multa edulcoranda. Quod attinet aquam pluuialem tonitrualem, hæc certo tempore collecta per destillationem & putrefactionem totaliter pene conuertitur in salem, ex quo Medicina vniuersalis, vide lib. 1. Basiliæ Medicæ. *Aqua pluuia lis cruda, inutilis.* *Aqua pluuia destillata.*

Aquæ puteales, ex puteis viuas scaturigines habentibus, sunt subterraneæ, hærent in profundo, atque artis beneficio tantum in altum eleuantur, crassæ videntur ac graues, vnde in visceribus diutius hærere, eaque lædere putantur: sed si nullum aliud vitium accedit quam hoc quod recensuimus, quibusdam hominum naturis congruam putamus, si videlicet frequentissime exhauriatur. Aquæ stagnantes ac paluſtres longe pessimæ sunt. Cum enim stent, aut pigro saltem motu moueantur, faciè putrescunt, sunt crassæ, crudæ, malignæ sæpius ac pestilentes. Vndebibentibus eas magna incommoda obueniunt, ventriculus offenditur, viscera obstruuntur, Humores corrumpuntur, & non raro putridæ ac pestilentes malignæque febres inde oriuntur. *Aquæ paluſtres.*

Cisterninas Aquas schola Parisiensis iudicauit insalubriores: sunt enim veluti mortuæ, quæ ab aere, à quo decidunt, à tectis quæ abluunt, à fouea, in qua consistunt, quam nonnulli cauendium, quasi cauum æd um vocant, vitium quoddam contrahunt. Aeris n. inquinamẽti aut pestilentis, aliaue putri qualitate infecti, vix non pôt imber particeps fieri, q lateres Ædiũ proluens, quosdã sæpe *Aquæ ciſterninæ.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 344 sur 1557

læpe feles mortuos,& alias ſordes ſecum rapit, quibus facile inficitur,cum careat motu,qui velut aquæ Anima eſt. Et licet cum multo ſabulo ſtabuletur aqua in ciſterna, illuc tamen cum fiat iugis aquæ impuræ delapſus, tandem ſabulum ſordeſcit,inquinaturq,: Hinc aquæ poſtea è ciſterna effluentis peſſimus odor,ſapor, vſus. Auget corruptelam pluuiæ conditio, quæ aeris lenitate referta citiſſime corrumpitur: Et per imbres, piſces multos deterius habere, vt capitonem & ceſtræum, ſeu mugilem viri grauiſſimi ſcripſerunt; Nam oculi eorum albeſcunt, & per id temporis macilenti capiuntur. Aquæ Niuoſæ & glaciales, ſunt craſſæ: Dum enim nix & glacies à frigore congelantur, tenuiſſimæ partes exhalant, & præterea inſignis quædam in iis eſt frigiditas, quæ ventriculum lædit & officit. Etſi vero Iuuenes Robuſtiores eius noxam non mox percipiant: ingraueſcente tamen ætate eam ſentiunt,& articulorum,neruorum,viſcerumque morbos tales contrahunt,quos non facile vincunt.

Aquæ Niuoſæ.

Hic approbare minime poſſumus conſuetudinem illam magnatibus & opulentis per totam Italiam & Hiſpaniam familiariſſimam,qui vinum impoſita glacie adeo refrigerant,vt in os ſumptum dentes ex nimia illa frigiditate conglaciet: qui quidem vſus quamuis gratus ſit palato, ventriculo tamen plurimum nocet: Eiuſque natiuum infringit calorem, colicas inſuper paſſiones, obſtructiones, & ſucceſſu temporis, infinitos alios morbos progenerat &c. Laudo Aquam deſtillatam ex glacie martiali, ſeu illa quæ in Martio collecta eſt, hanc enim Externe & Interne approbauimus in omnibus febribus ardentibus ſummo ac fæliciſſimo ſucceſſu & vſu, ex parte per ſe, ex parte non. In multis Galliæ regionibus alieni & inſoliti inſuauiſque ſaporis aquæ ſcaturiunt Medicatæ vt Pucenſes, quas ſingulis annis, ægroti innumeri adeunt & redeunt feliciter: Id quod & in Germania etiam accidit; ſed noſtri inſtituti nunc non eſt, pergimus ad correctionem Aquæ generaliorem.

Aquæ deſtillatæ Glaciei Martialis.

Ad omnia vitia corrigenda, imo quamcunque aquam vſui accommodatiorem reddendam commendatur à Galenicis decoctio;& cum Plinio lib. 31. cap. 3. plerique omnem decoctam aquam non decocta eſſe vtiliorem ſentiunt. Si enim is coctionis modus,

Aqua decocta.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 345 sur 1557

modus, quæ ad maiorem minoremque aquarum malitiam suis signis deprehensam tollendam sufficit, adhibeatur, coctione non solum frigiditas & cruditas emendatur, sed terrestres & vitiosæ partes, quæ insunt, & ante, ob exactiorem mistionem, sensus nostros fugiunt, separantur, quæ postea calore vanescente subsident. Improbant nonnulli aquarum coctionem, quod putant, tenuiores partes per decoctionem exhalare, crassas vero relinqui &c. Ne quis autem inter Galenicos, sollicitus Anxiusue sit de corrigenda aqua sic mandamus; sin gratum, sin non dilaceret & maceret se coquendo in perpetuum: Fac ebullire aquam in phiala vitrea optime clausa, vt nihil exhalare possit: idque in Balneo Mariæ per horam integram: Hæc optima Aquæ est præparatio: nam citra partium tenuiorum & salubriorum exhalationem, cruditatem omnem amittit in B. M. fæcesque eius ac Impuritates terrestres in fundo residebunt omnes: quod vulgaris Ebullitio vix aut nunquam præstabit.

Præparatio Aquæ Chymica.

Eadem quoque ex Additione Rad. graminis aut oxalidis efficacior euadit, & magis innoxia. Aqua siue cruda, siue cocta, cum pane infriato, sæpius transuasata & elutriata, dicitur aqua panata: quæ datur iis, qui ab aqua cocta abhorrent.

Aqua panata.

Fiunt etiam aquæ ex sacharo, quibus si addideris cinnamomum, & per manicam transcolaueris, habebis Hippocraticum ex aqua. Ptisana est potus familiaris multis ægrotis: Eius præparatio varia est: alii cum aqua sufficienti, solam adiiciunt liquiritiam, alii Hordeum, Vuas Damascenas, & pruna dulcia, cerasa nigra, Rad. cichor. petrosę: &c. quibus virtutem eius augent.

Aqua sacharata.

Ptisana.

Antiquiores familiariter vtebantur cremore hordei, quem hoc modo parabant. Recipe Hordei cum aqua infusi, & à sordibus omnibus per Ebullitionem purgati, lib. j. ablata impura aqua, nouam reaffunde, & coque vsque ad medietatis consumptionem: potus hic, Humectandi & detergendi vi pollens, veteribus cremor ptisanæ nuncupabatur.

Cremor Hordei.

Hippocrates, & prisci medici probabant vsum mellis, ex quo Hydromel paratum ægris propinabant &c. Hactenus de Aqua simplici in genere diximus, Nunc in specie eius vsum probabimus, per varios non solum Medicos, sed & eorum varia recepta.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 346 sur 1557

Aqua Hordei. Aquam Hordei sic præscribunt Medici Colonienses: Recipe Hordei integri fricati cum panno aspero vsque ad excussionem tenuium corticum, id est palearum, partem vnam, verbi gratia lib. vnam. Et si hordeum substantia laudabili, ætatis mediæ inter antiquum & nouum, super quod non cecidit de odore corruptionis aliquid, nec de contagione fumi, aut pulueris, & conseruatum fuerit in loco aeris liberi, & iam habuerit perfectionem in maturitate sua, & pone illud electum in olla noua, mundata, lota, & exquisite absterſa, vt non remanserit in illa de odore quidquam omnino: & proiice super ipsum aquæ circiter partes viginti: Verbi gratia lib. viginti: & sit aqua fontana leuissima, dulcissima. Stet tamen prius hordeum in aqua per quatuor horas infusum: & inde facias cum igne claro & suaui ipsam feruere, primam abiiciendo spumam. Et esto hordeum semper integrum, leuiter quidē fricatum panno aspero, & quasi depaleatum si multam quæris absterſionem, atque exoppilationem valentiorem: integre vero ab vtroque cortice nudatum, si aquam hordeaceam habere volueris ad sitim mitigandam, asperitatemque leniendam, necnon inflammationem extinguendam. Vnde talis aqua hordei conuenit in leniendo pectore atque pulmone humectandisque præcordiis. Coctio præterea continuetur ad crepaturam hordei, perfectam quidem in priore illa intētione: perfectiorem vero & diuturniorem plus minus in posteriore hac intentione.

Aqua cicerum: Decoque libram vnam cicerum conseruantium adhuc nitrositatem suam, cum libris viginti aquæ facili decoctione, vsq; dum redeant ad libras decem. Tunc erit aqua eorum potus medicinalis. Et si vlteriorem excipiat coctionem, & quidem cum plurima aqua, vsq; dum acquirat mediocritatem inter tenue seu liquidum & vnctum, est cibus bonus, præsertim colatus.

Decoctum ptisanæ hordei: Sed quando ptisana hordei, ad edulii vel sorbitionis vsum decoqui debet, tunc semper accipere oportet hordeū exquisite excorticatum, ꝙ vulgo nudatum dicitur: idq; vel integrū, vel confractū, ꝙ fa: hordei Latinis dicitur. Satius tamen fuerit, integrum quam confractū sumere, vt euitemus metū Manardi: quādoquidem in hordeo integro absolutam, perfectāq; coctionem animaduertere commodius est, quam in cōfracto: quia coctio eius semper perfici debet, vsq; ad disperditionem & veluti

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 347 sur 1557

tabem ipſius hordei, nunc in largiore, nunc in pauciore aqua, pro vario intentionis medici ſcopo. Nam quando non admodum tenui victu vtendum erit, ſed aliquando p enius cibare licebit, quum ſcilicet totam ptiſanam exhibemus (nam ptiſana tota Galeno non eſt exquiſite tenuis victus, niſi omnino pauca aſſumpta fuerit) tunc verbi gratia ſuffecerint ad partem vnã hordei partes quinq; aquæ, ſecundum placitum Auenzoar: ſed ſi tenuius cibare propoſitum eſt, vt quando cremorem ſiue ſuccum exhibemus, colatorio manibus vel cochleario expreſſum, tunc copioſiore aqua ptiſanam decoquimus: Verbi gratia, decem partes aquæ ad vnã hordei accipiẽdo. Plus a. aquæ accipimus, quãdo tenuiſſime nutrire volumus, aut ſaltẽ ſeruata proxime aſſignata aquæ quantitate, percoctam ptiſanam ſua ſpõte ſenſim per colatorium eliquari ſinimus, ſine adminiculo expreſſionis. Vnde vulgus practicantium, hanc vocant ptiſanã colatã: Illã vero quæ expreſſa eſt, vocant ptiſanam hordei non colatam. Hac deciſione conſtituta, putamus omnem caligi nem & nubem Arabicæ perplexitatis ſeu confuſionis diſcuſſam iri.

Decoctũ commune refrigerans: Recipe Prunorũ n. xii. Hordei mundi vnc. j. Tamarindorum, Paſſarum ana vnc. ſ. Sem. communium maiorũ, Violarũ ana drach. ij. Coque in lib. ij. aquæ, vt ſupra.

Decoctum cephalicum calefaciens: Recipe Stœchadis, Betonicæ, Saluiæ ana M. ſ. Rad. Pæoniæ drach. ij. Paſſarum vnc. j. Glycyrrhizæ, Aniſi, Dauci ana drach. iij Nucis moſchatæ drach. ſ. Coque, vt ſupra.

Decoctum cordiale: Recipe prunorum num. xii. Paſſularũ vnc. j. Sebeſten num. xvi Iuiubarum num. x. Flor. Borraginis, Bugloſſæ, Violarum, Meliſſophylli, Capill. Vener. ana M. ſ. Seminis Baſilici, Glycyrrhizæ, Dauci ana drach. ij. Coque, vt ſupra. Decoctum vero cordiale refrigerans fit, additis ſeminib. communib. iiſq; ſeminib. quæ decoctum refrigerans ſupra deſcriptum ingrediuntur.

Decoctum pectorale: Recipe Hyſſopi ſicci, Adianti albi, Ficuũ, Palmularum, Myxariorum, Ziziphorum, Vuarum paſſarũ, Hordei mundi, Glycyrrhizæ raſæ ana partes æquales. In aqua fontana quãta conuenit, coquantur. Horum ius ad excrementa pectoris, & defluxiones p tuitoſas, ſputaque educenda ſingulare eſt remedium. Vel: Recipe Paſſularum vnc. j. Sebeſten, Iuiubarum ana num. xv.

Dacty-

Dactylorum num. vi. Caricarum pinguium num. iv. Hordei purgati vnc. j. Glycyrrhizæ vnc. ſ. Adianthi M. ſ. Hyſſopi drach. ij. Coque, vt ſupra.

Vel: Recipe Aniſi, Fæniculi, Adianti ana partes æquales, Cinnamomi, Maſticis ana drach. j. Omnia coquantur in aqua, donec quarta eius pars abſumpta fuerit.

Decoctum flatus pellens, ſeu Carminatiuum: Recipe Aniſi, Dauci, Fænic. Cumin. Carui ana drach. iij. Glycyrrhizæ vnc. ſ. Flor. Chamomillæ M. ſ. Paſſularum vnc. j. ſ. Coque in libris duabus aquę ad medietatem fere.

Decoctio florum & fructuum: Recipe Caricarum num. v. Prunorum Damaſcenorum num. xv. Iuiubarum Sebeſten ana num. xx. Tamarindorum vnc. j. Flor. Roſarum, flor. Violarum, Flor. Borrag. flor. Bugloſſæ ana drach. ij. Capil. Veneris, Lupulorũ, Endiuiæ ana M. ſ. Glycyrrhizæ drach. ij. Incidantur, & contundantur pro vſu.

Decoctum commune magiſtrale, ad medicamenta macerãda: Recipe Prunorum num. xii. Sebeſten num. x. Paſſularũ vnc. j. Hordei decorticati vnc. ſ. Glycyrrhizæ Raſæ, Violarũ, Folliculorũ Senæ, Polypodii, Epithymi, Carthami, Aniſi, Dauci, Cinnamomi ana drach. ij. Coque in aquæ communis lib. ij. donec dimidium abſumatur: cola, & vtere.

Iulepus in calore flagrante Italis vſitatus: Recipe Aquæ limpidiſſimæ, Sacchar. optimi ana. Quæque libra aquæ, accipiat Albumen oui recentiſſimi, vehementerque quatiantur: hinc affunde Saccharum: lentoque igne coquantur, vt tota ſpuma abiiciatur. Deinde bis terue per filtrum traiiciatur: hinc iterum coquatur dum cereuiſiæ Gedanæ craſſitudinem referat. Aqua autem hæc primo accipit vim Roſarum ex frequenti infuſione, vel quarumcumque herbarum vim bibit. Ad vnc. ij. huius Iulepi, remiſces Aquæ Limpidiſſimæ vnc. iiij. poterit etiam ex aquis componi: vt Aquæ bugloſſi & Sacchari libra, eoq; dum ſpumant & ſantali lutei drach. imbuatur.

Infuſio ad bilem: Recipe Palmularum Indarum vnc. j. Flor. Borraginis, Bugloſſæ, Violarum ana P. ſ. Glycyrrhizæ Raſæ drach. j. ſ. Prunorum Damaſc. num. vi. Decoquantur in aquæ libra. Palmulæ è iure decocti valide exprimantur & vbi id colatum fuerit,

Caſſiæ

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 349 sur 1557

Cassiæ fistularis recentis vnc. vel drach. x. in eo diluantur, denturque potui.

Infusio ad Bilem alia: Recipe Vuarum passarum drach. iij. Glycyrrhizæ rasæ, Anisi ana drach. j Prunorum Damasc. num. iij. Palmularum Indarum vnc. ſ. Flor. Borraginis, Bug'ossæ, Violarum, Intybi recent. Latifolii, cichorii ana P j. Decoquantur in aqua, colenturque. In iure huius decocti vnc. iv. Rhabarbari electi drach. j. vel scrup. iv. macerato per noctem: mane exprimito, ac in iure eodem Cassiæ fistularis recentis vnc. vel drach. vj. diluito: cui syrupi violacei vnc. ſ. vel vnc. ij. admisceas. quinq; vel sex horis ante prandium exhibeto.

Infusio in febribus ardentibus Heurnii: Recipe Fol. endiuiæ, acetosæ, buglossæ ana p. j. Aquę hordei q. ſ. Fiat infusio in aqua hordei feruente, & illico vas occludatur, ac cineribus tepentibus, aut furfuribus imponatur: postquam aqua vim cepit herbarum, fiat expressio diligens: Huius Recipe vnc. iv. & syrupi de acredine citrorum vnc. ij misce.

Epithema ad capitis dolores à frigore: Recipe Saluiæ, Rorismarini, Chamomillæ, Meliloti, Bætonicæ, Bryoniæ, ana M. j. Coquantur in aqua: & fronti applicetur cum linteo imbuto in ea decoctione.

Balneum ad lassitudinem: Recipe Hyssopi, origani, pulegii, Thymi, Satureiæ ana m. ſ. Saluiæ, Fol. Lauri, Rorismarini Chamæpityos, Pyrethri ana m. ſ. Coquantur in aqua fontana, quanta ad balneum satis est.

Aliud balneum ad lassitudinem Rulandi: Recipe origani, pulegii, Chamomillæ ana m. iij Saluiæ, Baccarum lauri, m. ij. Coquantur in aqua quanta opus est.

Balneum ad cutis vitia: Recipe Rad. Liliorum, item Serpentariæ, Bryoniæ ana lib. j. Borraginis, Buglossæ, Fumariæ, Saponariæ ana m. ij. Parietariæ, adianti, maluæ, violariæ ana m. j. hordei integri, Fabarum cort. oryzæ ana vnc. iij. Flor. meliloti item Chamomillæ, anthos, maluæ, violarum ana p. j. Rad. Ireos, nitri ana q. ſ. Fiat decoctio pro balneo.

Balneum mundans: Recipe parietariæ, maluæ cum rad. acanthi, violariæ ana m. j. hordei integri p ij. violarum, chamomillæ ana

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 350 sur 1557

p.iij. Fiat decoctio in aqua pluuiæ & in ea paretur balneum, quo ieiuno ventriculo lauetur. Deinde vbi ſudauerit corpus in lecto, diligenter detergendum eſt.

Aqua mulſa ſiue Hydromel: Recipe mellis lib. j. Aquæ pluuiæ lib. IIx. Coque lento igne: donec amplius non ſpumet: vtere. Augetur quandoque mellis quantitas, & decoquitur ad iudapii conſiſtentiam: nempe quando à medico præſcribitur, aut quod ita illi viſum eſt, aut quod diutius ſeruanda: & aromatizatur cinnamomo, zingibere, maci, croco, & ſimilibus.

Aquæ mulſæ alter modus: Recipe mellis boni partem j. Aquæ fontanæ partes IIx. Fermenti pauxillum pauxillo eiuſdem aquæ mellitæ diſſolutum, videlicet in ſingulas centenas factæ mulſæ libras indantur fermenti diſſolut. vnciæ tres, quæ omnia ligneo vaſe relicto trium digitorum ſpatio vacuo, in quod, dum muſti modo feruebit, recipiatur. Vbi feruere deſierit, obturato vaſe, modo doliorum vini, tertio poſt menſe fiat potabile. Durat ad annos aliquot. Affectus frigidos cerebri, neruorum & iuncturarum iuuat, ſitim ſedat, puris pituitæ craſſæ expectorationem promouet, colicis prodeſt & calculum in meatibus vrinæ gigni prohibet.

Hydromel compoſitum: Recipe Aquæ fontis lib. xx. Mellis deſpumati lib. j ſ. luiæ, origani, ana p. ſ. Aniſi coriandri an. drach. j. Glycyrrhicæ dra. ij. cinnam. vnc. j. ſ. Bulliant ad conſumptionem quartæ partis, & colentur.

Paucis adhuc dicendum eſt de Hydromelite quod fit ex aqua & melle, quãdoquidem potionis genus eſt ſuauiſſimum, æque alimentarium, ac medicamentoſum, iis affectibus maxime peculiare, quibus vinum damnoſum eſt & nocuum, vt ſunt paralyſes, arthritides &c. eius deſcriptiones variæ ſunt tales.

Hydromel: Recipe mellis albi Narbonenſis optimi & granulati partem vnam, aquæ pluuiæ partes v. ponantur in cacabum æneum ſtanno incruſtatum, his liquoribus recipiendis ſatis capacẽ, mel & aquam ſimul confunde, hæc tamen plus quam tepida & calidiuſcula eſſe debet, dum melli aſſociatur, fiat horum coctio, ſed blando calore procurata, id eſt, quam minimum ſines feruescere, atque interim ſpumam cochleari ſolido vel perforato diligenter auferes, ipſumque decoctum ad vnius tertiæ conſumptionem conſumi

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 351 sur 1557

sumi permittes, adæquatæ coctionis nota tibi erit, si ouum recens iniectum non demergatur, sed supernatet. Totum artificium in coctionis modo consistit, proinde industrium te & accuratum esse oportet, ne in illius defectu siue excessu pecces. In mellis bonitatem etiam attendere debes. Si enim primæ notæ fuerit, minorem exposcit coctionẽ, si ab illa recedat, maiorem. Porro materiam perfecte coctam adhuc mediocriter calentem per duplicatum pannum transmittes, vel per Hippocratis manicam, sed amplã & huius ministerio tã um dicatam, ita vt exquisitius crassior fæx secernatur. Tum transfundes in doliola vinum maluaticum olim recipientia, vel in alia, quæ ex vase, quod vinum album idque generosissimum continuit, fabricata fuerint. Expones deinde diebus caniculatibus ad solis radios, vel potius in hypocaustum calidum transferes, vel etiam supra furnum collocabis, in quo quotidie panificia coquuntur. Relinques illic mensem vel sex hebdomadas in fermentationis & defæcationis gratiam. Tandem vascula in cellam traduces: Vsus erit non ante trimestre: Interea temporis Hydromel penitus fit, simileque redditur vino maluatico è Creta asportato, hic modus vulgaris est.

Qui Tartari tincturam elicere norunt, illiusque in singula dolia addunt, quantum potest capere putamen oui, & qui artem tenent fermentum adiungendi ipsi hydromeliti, vt augeatur & producatur ebullitio, potionem multo præstantiorem efficiunt, quæ nihil mellei saporis gustui repræsentat, nunquam acescit, & quæ diutissime integra seruatur, imo hydromel ita paratum indies melius redditur, & quo antiquius, eo generosius euadit. Huiusmodi Hydromel vtile est iam prouectæ ætatis hominibus, pituitosis, asthmaticis, paralyticis, Epilepticis, podagricis, calculosis & similibus, quibus vini vsus interdicitur. Ex hoc commemorato hydromelite artificiali extrahitur præstantissima aqua vitæ, vino longe accommodatior ad eliciendas rerum essentias. Idem hydromel non destillatum optimum organum ad plurimorum medicamentorum extracta conficienda. Ex illo quoque acetum componitur validum ac vegetum, quod vinoso aceto non cedit, ad diuersa remedia, & diuersis oxymelitis compositionibus æque conueniens ac acetum vulgare.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 352 sur 1557

Simpliciter in officinis fit, vt: Recipe mellis opt. lib. j. Aquæ lib. viij. Fiat commistorum coctio ad perfectam mellis despumationem. Tot hydromel tis species præparari possunt, quæ vel morbificum humorem excernunt, vel excretioni idoneum reddunt, quod oxymelitis, eademque etiam Medicamenta recipere poterunt, prout agendorum scopi insinuabunt.

Hydromel cum succo ceraſorum ad sitim sedandum: Recipe Aquæ fontanæ lib. xij. Mellis albi lib. ij. Coquantur simul, donec expurgata sint, hoc est, me' amplius spumam non emittat: Adiice succi ceraſorum acidulorum lib. ij. Rursus bulliant parum, spumam auferendo, quam fieri potest accuratissime, tum Hydromel è cer. sis habebis saporis iucundissimi.

Eodem plane modo conficies è succo citri aliisque succis acidis & gratis, vt inde fiant potiones dulcacidæ, suauissimæ, & ad omnes febres oxysacharo potiores & aptiores.

Melicratum pretiosissimum: Recipe mellis optimi & albissimi partem j. vel lib. x. Aquæ pluuiæ, si haberi queat, aut fluuiatilis partes sex, vel lib. 60. Imponito in Cacabum respondentem copiæ Hydromelitis, quam componendam suscepisti: Vtrumque simul confundito, coquito, & crassiorem fæcem despumando detrahito, deinde herbas, quæ sequuntur, reſiccatas imponito, sacculoque cõcludito, videlicet saluiæ, Arthemisiæ, Hyssopi, Origani, Horminí, Betonicæ ana m. j. Præterea alio nodulo recipito Baccarum Lauri crassiuscule conquassatarum lib. j. Flor. Lupuli m. iij. Hordei integri p. iiij. Omnia simul bulliant, & à spuma expurgentur ad partis tertiæ consumptionem, ita vt liquor ouum recens immissum in superficie sine demersione contineat. Fiat omnium exquisita per pannum traiectio. Colatura recondatur vno aut pluribus doliolis, prout quantitas liquoris postulat.

Vasa autem vinum album generosum ante adseruarint, quæ etiam firmissime ligneis circulis coagmentata sint, ne dissiliant aut disrumpantur spirituum agitatorum efferuescentia. Elapsis tribus aut quatuor diebus à feruore per vasorum latiuscula & superna orificia nodulum suspendito, cuius hæc est materia: Recipe cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ, piperis, Granorum paradisi ana vnc. ſ. Aliquot dies feruescendo & fermentando liquori concedito:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 353 sur 1557

cedito: Tandem singula vasa ad eorum capedinem replebis eodem liquore, quem quibusdam lagenis seruatum oportuit, & ante obturabis appositio operculo, sed memineris aromaticum nodulum relinquendum esse.

Post tres menses habebis liquorem miraculosum, linguam iucundissime afficientem & oblectantem, nec minus vtilem maxime Hyemalibus frigoribus, si mane ieiuno ventre quotidie ad duas aut tres vncias assumatur. Mirifice enim Spiritus exhaustos reparat, obtusiores sensus illustra & acuit, Oculos imbecilliores corroborat, hebetiores iuuat, auditus grauitatem & difficultatem sanat, omnibus principibus partibus robur & firmitatem addit, cordi scilicet, cerebro, quin etiam ventriculo maxime languenti & debilitato. Et vt vno verbo dicam est languidæ senectutis refocillatio, Leuamen, caloriſque restauratio; Denique ad contracturas, Paralyses, & similes affectus frigidos, quibus senectus obnoxia est, salutare præsidium iudicatur.

Hydromel Antepilepticum I. Quercetani: Recipe Rasuræ ligni Buxei vnc. iij. rad. Enulæ Campanæ, viſci querni, viſci coryli ana vnc. j. ſ. Rasuræ cornu cerui & ligni rhodii ana vnc. j. ſem. cardui bened. citrii, rutæ, ana vnc. ſ. macerentur per 24. horas in hydromelitis simplicis vnc. viij. Dein coquantur ad vnius tertiæ consumptionem, addendo sub finem coctionis florum tiliæ arboris, Lilii conuall. calendulæ ana p. ij. Sylliæ præp. vnc. j. demum transcolentur per manicam Hippocratis: aromatizentur, si velis, cum pauco cinnamomo, & fiat Hydromel Antepilepticum. Huic, vt mellius & vtilius reddatur, adiici possunt aliquot spiritus vitrioli gutulæ, dum acescat, & palato gratissimum fiat. Huius Hydromelitis singulis diebus mane & vesperi duæ aut tres vnciæ propinentur, inque longum tempus continuetur.

Hydromel specificum in Paralysi: Recipe Rad. Acori, Enulæ campanæ ana vnc. ij. Rasuræ ligni iuniperini & ligni Rhodii ana vnc. j ſ. Hyssopi, herbæ paralyt. Flor. Lilii conuallium, calendulæ, lauendulæ, ana p. ij. macerentur per 24. horas in lib. vj. Hydromelitis simpl. decoquantur ad medietatis consumptionem, tum demum transcolentur per manicam Hippocratis, & aromatizentur cum pauco cinnam. & nuce moschata. De hoc hydromelite ca-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 354 sur 1557

piendæ vnciæ iv. mane & totidem veſperi. Eius vſus continuandus eſt non tantum ad multos dies, ſed ad multas hebdomadas, aut etiam menſes &c. Hæc ſat ſufficienter dicta ſunto de hydromelite: Fiunt varia cum aqua non ſolum extracta, decocta, ſyrupi, infuſa &c. ita vt eorum infinitus ſit numerus, quare ex multis pauca adhuc adducemus.

Hydroticum Quercetani: Recipe Raſuræ ligni Buxei vncias duas ſemis, Raſuræ ligni iuniperini, Rad. pæoniæ, viſci querni ana vnciam vnam ſemis, raſuræ ligni rhodii, cornu cerui ana drachmas ſex, raſuræ eboris, rad. chinæ, ſem. carduibened. cort. citrii ana vnciam vnam, macerentur per 24. horas, in lib. viij. aquæ fontanæ tepidæ: dein coquantur ad vnius tertiæ conſumptionem, addendo ſub finem coctionis flor. Tiliæ arboris, Lilii conuallium, ana p. ij. Fiat colatura per manicam Hippocratis, cuius Doſis vnciæ quinque, vel ſex, in potu. Hæc potio cuiuſuis ætatis & temperamenti hominibus malo Epileptico affectis, commode exhiberi poteſt, quandoquidem hoc hydroticum ad virulentas ac malignas qualitates edomandas eiuſdem reſpicit morbi: Craſſos etiam ac pituitoſos cerebri humores calore ſuo attenuat, ſoluit & ſudorem excutit.

Apozema ſolutiuum Quer. Recipe polypod. ſenæ, carth. ana dra. x. paſſularum, liquiritiæ ana vnc. ſ. ſem. Aniſi, ſeſeleos ana drach. ij. Flor. cichor. violarum, borrag. ana p. j. Agarici trochiſ. cum ſua ligatura vnc. ſ. fol. ſenæ orientalium vnc. j. ſ. fiat decoctio. In lib. j. colaturæ diſſolue ſyr. roſati ſol. ſyrupi de cichorio cum Rhab. ana vnc. ij. Fiat Apozema in tres doſes, adde in vltima diacarth. elect. de citro ana drach. j. ſ.

Digeſtiuum in vertigine capitis: Recipe flor. Borrag. Bugloſſæ, violarum, Anthos an. m. ſ. herb. ſaluiæ, pulegii, ſerpilli, meliſſæ, Abſynthii an. m. j Coque in ſ. q. aquæ, coletur, colaturæ adde ſaccharilib. j.

Decoctum cephalicum Langii: Recipe ſtœchad. Arab. Euphrag. an. m. j. Thymi, maioranæ, betonicæ ana m. ſ. flor. Anthos, Lauendulæ an. p. j. ſem. fœniculi ſcrup. iiij. Aniſi ſcrup. ij. rad. pæoniæ, peucedani ana ſcrup. v. cort. ſquillæ dra. ij. Decoque in lib. ij. aquæ ad tertiæ partis conſumptionem, deinde poſt tres horas facta

forti

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 355 sur 1557

forti expreſſione coletur per filtrum, in colatura diſſolue ſacchari vncias tres ſemis, aceti ſquillitici vncias 2. ſemis, cum Garyophyll. ſcrup. ij. cinnam. drach. ſ. Ligni aloes ſcrupulum vnum, in petia ligatis decoquantur clarificando ad ſpiſſitudinem iulep clari, iterum coletur ac tandem puppa cum aromatibus relinquatur in decoctione pendulæ.

Syrupus magiſtralis in paſſionibus neruorum, paralyſi, ſpaſmo, & epilepſia: Recipe rad. acori drach. ij. pimpinellæ drach. iij. pæoniæ, Bugloſſæ ana drach. ij. Fœniculi, cubebarum, agrimoniæ, matricariæ, primulæ veris ana m. ſ. Flor. anthos drach. iij. Agarici vnc. j. ſ. cinnamomi, N. moſchatæ ana drac. j. Incidantur, infundantur in lib. vj. aquæ fontanæ, ſtent per horas decem, poſtea coque ad conſumptionem tertiæ partis, fiat colatura, quæ dulcoretur cum ſaccharo & melle. Doſis vnc. iij. ſ.

Apozema ſolutiuum: Recipe rad. pæoniæ, ruſci, aſparagi ana drach. vj. paſſularum vnciam vnam, ſumit: Hyſſopi, Betonicæ, Iuæ arthreticæ primulæ veris ana m. j. 4. ſem. frig. maior. ana drach. ij. Florum ſtœchados, anthos, cardiacæ ana p. j. Fiat decoctio ad libram j. in colatura diſſolue ſyr. de duabus rad. de ſtœch. de Bizantiis ana vnc. ij. Fiat Apozema in 4. doſes, aromatiſetur cum drach. j. aquæ cinnamomi.

Apozema in digerendis humoribus: Recipe cort. citri, Betonicæ, ſaluiæ, maioarnæ ana m. j. cort. rad. capp. drachmas ij. ſ. N. moſch. Garyophyll. ana drach. j. meliſſæ, bugloſ. Epithymi ana m. ſ. coque in ſ. q. aquæ pro lib. j. in qua poſtea diſſolue ſyrupi Betonicæ, ſtœchados, mellis roſ. ana vnc. ij. Aceti ſquillitici, vnc. j. ſ. iam adde N. moſch. & Garyophyllos.

Apozema in conuulſionibus: Recipe rutæ, hyſſopi, ſaluiæ, Betonicæ, ſtœchados, calamint. roſmarin. an. m. j. rad. acori, pæoniæ ana drach. iij. rad. apii, petroſelini, fœniculi, ruſci, aſparagi ana vnc. ſ. ſem. Aniſi, fœniculi ana drach iij. coque in aqua q. ſ. ad remanentiam lib. iij. quibus colatis adde mellis vnc. v. N. moſchatæ, cinnamomi ana drach. iij. acet. ſquillitici vnc. j. ſ. Bulliant 5. vel 6. ebullitionibus, adminiſtretur debita quantitate.

Syrupus præparans humores: Recipe Fol. Betonicæ, ſtœchados, chelidoniæ, euphragiæ ana p. j. fœnic. p. j. ſ. Fiat decoctio ſecun-

ſecundum Artem: Recipe dictæ decoctionis vnc. v. Oxymel. ſimpl. ſyr. Beton. ana vnc. j. de ſtœchad. vnc. ſ. M. F. ſyrupus. Potus egregius in Melancholia: Recipe Fumariæ m. j. Boraginis, ſcolopendriæ, Tamariſci ana m. ſ. 4. Flor. Cordial. m. j. Fol. Meliſſæ, maioranæ ana drachmam vnam, Abſynt. drachmam vnam ſemis, Rad. Bugloſſ. vnciam vnam, cichorii, Fœniculi ana drachmas duas, Rad. Caryophyl. vnciam ſemis, polypodii vnciam vnam, Hellebori nigri drachmam vnam ſemis, Florum Thymi drachmam vnam, myrobalani cheb. drachmas duas, calam. aromatici drachmam ſemis, liquiritiæ drachmas ſex, ſacchari candi vnciam vnam, paſſularum minorum vncias duas, ac maiorum, foliorum ſenæ ana vnc. j. Rhabarbari drachmam ſemis, Galangæ ſcrupulum vnum. Incidenda incidantur omnia, contundantur in mortario, exceptis paſſulis in ollam fac nouam, tantum affunde aquæ ad eminentiam duorum digitorum, ſtent per noctem in infuſione, bulliant omnia probe contecta ad medietatis conſumptionem, adde in fine 4. confer. condial. ana vnc. ſ. cinnam. drach. ij adhuc ſemel bulliant fortiter exprimatur: Doſis vnc. ij. ſ.

Iulepus pro Tuſſi: Recipe capit. Papau. albi num. xv. Foli. pulmon. m. j. Betonicæ m. j. Tuſſilaginis, violarum an m. j. Hyſſopi, Agrimoniæ, Roſ. Rub. ana m. ſ. ſem. Aniſi, Fœniculi ana drachmas tres, rad. Glycyrrh. vnciam ſemis, miſce ac decoque in ſ. q. aquæ puræ per quartam horæ partem, adde mellis q. ſufficit pro dulcoratione.

Potio purgans in Tuſſi: Recipe rad. Enulæ, Liquiritiæ, fœniculi, polypod. ana vnciam ſemis, Herb. meliſſæ, Eupatorii, cichar. ana m. j. Thymi, Epithymi ana m. ſ. ſem. Aniſi, fœniculi carui ana drachmas tres, Myrobal. citrin. chebul. ana vnciam ſemis, Paſſul. mundat. vnciam vnam, ſpicæ drachmam vnam, Fol. ſenæ vncias duas. Rhabarb. drach. ij. Agarici trochiſ. drach. v. Fiat horum decoctio in ſ. q. aquæ l. a. colatura dulcoretur ſaccharo & cinnam. Fiat potio clara. Doſis vnc. v.

Vel: Recipe pulmonariæ, Hyſſopi, ſaluiæ ana m. j. polypodii, liquiritiæ, Enulæ ana vnc. j. Aniſi fœniculi tantundem, paſſul. minorum m. j. Ficuum num. xij. prun. Damaſcenorum num. x. Omnia Groſſo modo contuſa exemptis acinis in tribus quadris aquę hordei

hordei coquantur: percoletur, postea addatur cinnam. vncia vna.

Syrupus pectoralis in crassis humoribus: Recipe rad. ireos, petroseli. Glycyrrhizæ ana vnc. j. rad. Eleni vnc. ſ. caricarum num. vij. vuarum passarum mundat. vnc. j ſem. vrticæ, Anisi, Fœniculi ana drach. ij Hyssopi, adianti, scabiosæ, marrubii ana m. j. ſ. Agarici opt. drach. tres: coquantur in aqua fontana iustæ quantitatis ad tertias coletur. Iuri decocti adiiciantur syr. de Hyssopo de marrubio an. vn. .j. l. artis aromatisetur ac despumetur in syrupum.

Syrupus pectoralis alius Recipe rad. enulæ campanæ, Polyp. Quercini, liquiritiæ rasæ, ireos Florent. ana drach. vj. Herbar. scabiosæ, marrubii albi, Hyssopi, Betonicæ ana m. j Flor. trium cordial. ana m. ſ. ſem. Anisi, fœniculi, melonum ana drach. j. ſ. Passularum Corint. Mundat. vnc. j. iuiubarum, sebesten, ana N. xx. Ficuum pinguium num. x. Fiat horum ſ. a. decoctio in aquæ fontanæ lib. iv. ad tertiæ partis consumptionem colentur, colaturæ adde syrupi de liquiritia, de prassio, cichor. cum Rhabar. ana vnc. j. conſ. rosarum, violarum Borrag. ana vnc. ſ. Aromatisetur cum puluere cinnam. drach. F. l. a. syrupus clarus.

Syrupus Bechicus: Recipe iuiubarum, sebesten, ficuum pinguium nam. v. Polypodii, ſem. Carthami, passul. mundat. rad. enulæ ana vnc. ſ. Origani, Calamenthæ, Hyssopi, satureiæ, Thymi an. m. j. ſem. Altheæ Bombacis ana drach. iij. Fiat decoctio in Hydromelite ad lib. j. Fiat syrupus, aromatisetur drach. iridis florentinæ, vtatur ex cochleari.

Syrupus in phthisi: Recipe rad. polypodii drach. ij. Helenii vnc. ſ. Fœniculi drach. iij. ireos drach. j ſem. Fœniculi drach. ij. Anisi drachmam vnam, liquir. rasæ drachmas tres, herb. carduib. p. j. scabiosæ, capillorum veneris ana m. j. Agrimoniæ tantundem, Hepaticæ, pulmonariæ, saluiæ ana m. ſ. rad. serpent. drachmas tres, Aristol. longæ drach. ij. ſem. vrticæ drachmam vnam ſ. Prassii m. ſ. Passul. min. vnc. ij. caricarum num. vj. flor. borrag. violarum, maluæ ana p. ij. Decoque in aquæ simpl. lib. xij. ad medietatem, colaturæ adde mellis despumati lib. j. Coque & inspissando redige in syrupum præstantiſs.

Syrupus in Empyemate: Recipe rad. Enulæ, Ireos, Apii, pe-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 358 sur 1557

troſelini, fœnic. ana vncias duas, caricarum ping. num. xv. Dactyl. iv. Iuiubarum xx. praſſii, Hyſſopi, capillorum veneris, or gani ana m. ſ. liquiritiæ vnciam vnam, paſſularum ab ari l mundat. vnc. ij. mellis, ſacchari ana lib. j. Fiat decoquendo cum aqua ſimplici l. a. ſyrupus.

Syrupus magiſtralis in phthiſi: Recipe rad. ireos vncias duas, capillorum veneris, ceterach, polytrichi ana m. j. caricarum ping. num. xv. Dactylorum num. viij. paſſularum, iuiubarum, ſebeſten ana vnciam vnam, ſem. coriandri præpar. cidoniorum, maluæ, Bombycis, 4. ſem. frig. maior. Fœnugræci, orobi ana vnciam ſemis, Hyſſopi, Epithymi ana vnciam vnam. Coquantur omnia ſimul ad conſump. tertię partis, colat. lib. j. addatur ſufficiens quantitas ſacchar. & mellis, vt l. a. Fiat ſyrupus, de quo mane vſurpentur iij. cochlearia vel ſimpliciter vel in aqua hordei diſſoluendo; mitigat Tuſſim & Aſthma, attenuat & incidit & faci.itat ſanie m ad expuendum.

Syrupus Langii in vertigine & menſium retentione: Recipe capill. veneris m. j. ſ. cuſcutæ m. j. Dictamni cretenſis, thymi ana m. ſ. fol. ſenę drach. vj ſ. polypodii vnc. ſ. Agarici ſcrup. v. Zingib. ſcrup. ij. paſſularum vnciam vnam, ſquinanthi, Flor. Rorif. an. p. j. ſem. fœniculi ſcrup. ij. Agaricus cum zingib. in petia ligetur, decoque in lib. iij. aquæ communis ad tertiæ partis conſumptionem poſt duas horas coletur, in colatura diſſolue ſyr. de Rhabar. vnc. j. de 5. radicibus vnc. j. ſ. cinnamomi in ſyndone ligati drach. j. ſ. clarificetur cum albumine oui. Doſis vnc. v.

Syrupus ad hepatis refrigerium: Recipe rad. cichorii, oxalydis, graminis, Aſparagi ana vnciam ſemis, Endiuiæ, ſcariolæ, Agrimoniæ, Epaticæ, Polytrichi, Adianthi albi ana m. j. ſem. melonum, cucurbitæ, citrulli ana drach. ij. coquantur in lib. ij. aquæ, coletur & exprimatur, expreſſio dulcificetur cum ſaccharo, clarificetur cum ouo, & aromatiſetur cum cinnamomi, ſantal. citrini ana drachma vna, & ſi malignitatis adſit ſuſpicio, coerceri poteritrad. Tormentillæ, ſem. citri, carduibened. Limonum ſucco &c.

Syrupus magiſtralis in obſtructione Hepatis, ex pituita craſſa: Recipe rad. fœniculi, petroſel. Aſparagi, Apii, graminis ana vnc. j. origani,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 359 sur 1557

origani, roriſmarini, artemiſiæ, chamæd. ana m.j centaurii, caſſutæ, Agrimoniæ, chamepit. lupuli ſalictarii, fumariæ ana m. ſ. ſem. Dauci, Fœniculi, paſtinacæ ana drachmam vnam, vuarum paſs. ab arillis mundatarum, vnc.j Glycyrrhizæ raſæ drach. iij. Fol. ſenæ vnciam vnam, agarici fœmin. drach. j. ſ. rhabarbari ſelecti drach. j. ſchœnanthi, cyperi, calami aromat. zingib. albi ana drachmam ſemis, coquantur in aqua communi pro lib. j. Colaturæ addendo ſyru. de bizant. oxymel. ſimpl. de duabus rad. de arthemiſia, de eupatorio de S. radicibus ana vnc. ſ. m. & deſpumetur optime clarificando, Doſis vnc. iij.

Syrupus in Hepatis intemperie ac imbecillitate: Recipe rad. fœniculi, aſparagi, petroſelini ana vnc. j. capillorum veneris, polytrichi, marrubii, abſinthii, centaurii an. m. j. ſchœnanthi, rad. cyperi ana drach. ij. ſem. aniſi, apii, cimini ana drachmas duas, Fiat decoctio in aqua & vino, in fine adde colaturam ſyr. de bizantiis vncias tres, Fiat dulcificando & clarificando ſyrupus: ad maiorem corroborationem adiici poſſunt roſæ rubeæ, ſpica, abſinth. dialacca, diacurcuma, dianiſum, aromat. roſatum, roſata nouella &c. Claretum ſiue iulepus pro Hepatis imbecillitate, obſtructione & inflammatione: Recipe cichorii, rad. acetoſæ, Dentis Leonis, Endiuiæ, Fumariæ, Lactucæ nouellæ, violarum ana m. j. agrimoniæ, capill. veneris anethi viridis ana m. ſ. 4. ſem. frig. maiorũ ana drach. j. ſem. anethi portulacæ ana drach. ſ. glycyrrhizæ raſæ drach. iij. Fiat decoctio in aqua communi pro lib. j. ſ. colaturæ adde ſyr. de cichor. nicol. cum Rhabarbaro, ſyr. de Endiuia drach. j ſyr. viola. papau. Borraginis ana vnciam ſ. aromat. roſati drach. ſ. ſpec. Diarrhodon Abbatis drachmam ſ. Trochiſ. de Rhabarb. gra. v. Fiat claretum.

Syrupus in inflammatione Hepatis, cum obſtructione & febre continua, tendente ad Apoſtema: Recipe cort. rad. Fœniculi, Glycyrrhizæ, ana vnciam ſemis, Endiuiæ, cichor. cum radic. ana manipulum vnum, Caſſutæ, ſcabioſæ, dentis Leonis chamepit. Bugloſſæ ana m. ſ. Flor. Cordialium, roſ. rub. ana partem vnam, ſem. Aniſi, 4. ſem. frig. maior. ana drachmam vnam, hordei mundati m. j. prunorum damaſcenorum quart. j. Fiat decoctio in aqua communi pro lib. j. ſ. colaturæ addendo ſyrupi de Endiuia,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 360 sur 1557

diuia,de cichorea cum Rhabarb.syr.de Bizantiis ana vnc.j. misce, fiat syrupus præstans.

Syrupus laxatiuus compositus in inflammatione Hepatis: Recipe rad.Apii,petrosel.ana vncias duas,polyp. Quercini recentis vncias tres,senæ orientalis vnciam vnam,sem. Anisi, fœniculi, Apii,petrosel.ana drachmam vnam,flor.violarum, chamomil'æ ana p.j.F.Decoctio,in huius lib.j.s.col. dissolue oxymel. simplicis vel acetosæ simplicis vncias sex, Sacchari q.s. fiat syrupus aromatisandus, drachmæ tres aquæ cinnam. Capiantur alternis diebus vnc.iv.

Lenitiuum Hepaticum: Recipe cichorii cum toto, Eudiniæ,Dentis leonis cum toto, Acetosæ, violarum, lactucæ nouellæ ana m.j. Fumariæ, Agrimoniæ, capillorum veneris, Borrag. Buglossæ ana m.s.chamepit.Chamædr.ana m.s.rad.graminis, petroselini.ana vnc.s.4.sem.frigid.maior.ac min. ana drachmam vnam,sem.anisi drachmam semis,Thamarint.vnciam semis,prun. Damascen. numero tredecim,vuarum passarum ab arillis mundat.vnciam vnam, liquiritiæ rasæ drachmas duas, hordei mundi p.j.Fiat decoctio in aqua communi pro lib.j.s.colatu.addendo syrupi de cichor.nicol.cum Rhabarb.vnciam vnam, sem.syr.violarum,de limonibus,de Endiuia,ex infus.ros.com.ana vnc.s.misce, clarifica in syrupum.

Syrupus in icteritia alteratiuus & confortatiuus: Recipe rad.Rusci, Cichorii, Asparagi, Fœniculi,Apii ana vnc.s.sem. Endiuiæ,scariolæ, Anisi, carui ana drachmas tres, melonum vnciam s.Herb.Endiuiæ,scariolæ, Hepaticæ, scolopendriæ ana manipulum vnum, Capill.ven. vnciam semis, passul. mundat. vnciam vnam s.Lupuli m.j.Sacchari q.s.coque,deinde dulcifica, clarifica & in syrupum.

Syrupus Humores præparans in Icteritia: Recipe rad. Apii, fœniculi, cichorii ana vnciam semis, Polypodii, passularum, Sem.Carthami, Tamar.ana vnciam semis, Fol. scolopendr. chamæd.chamepit.cuscutæ, summit.Absinthii, Lupuli,Asparagi ana m.j.Glycyrrh.vnciam vnam,4.sem.frig.maior.ana scrupul.s.pruno. Damascen. num.viij.Hordei integri p.s.Flor.cordial.ana p.j. Fiat decoctio ad lib.j. in qua dissolue syr.cichorii, capill.veneris, oxymel.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 361 sur 1557

oxymel.ſimpl.ana vnciam vnam ſ. Fiat ſyrupus,cui adde cinnam. drachmam ſemis, ſantali citrini drachmas duas, pro aromatiſatione &c.

Syrupus Magiſtralis in ſcirrho Hepatis: Recipe rad. biſmaluæ vnciam vnam. Graminis, petroſel. Aſparagi, Iridis exting. ana vnciam vnam, violarum, Fol.Alkekengi, cichorii, Endiuiæ, Boraginis, ana m. j. Marrubii m. ſ.paſs. ſicc. Dactyl. mundat. ana num.x.Aniſi, Fœniculi, ſem. Alkekengi ana drachmas tres, ſemi. Biſmaluæ, 4.ſem.frig.maior.ana drachmam vnam, Flor. Chamomillæ,meliſſæ,ſambuci, violarum, Anthos ana p. j. Fiat decoctio in aqua & ſapa ad lib.ij. in quibus diſſolue ſyrupi aceroſ. ſimpl.vnc. iv.aromatiſetur cum cinnam. drachmis duab. iridis drach. j. F.l.a. ſyrupus.

Syrupus in inflammatione Renum: Recipe violarum, ſolani, ſcariolæ, plantaginis ana m.j. polygoni m. ſ. ſem. Berberorum, Portulacæ, papaueris albi ana drach.iij. Flor. Roſarum Nymphææ ana p j. Fiat decoctio in lib.j. diſſolue ſacchari q.ſ. Fiat ſyrupus.

Syrupus Diureticus: Recipe Glycyrhizæ vnciam vnam, Ireos drachmas duas, Agrimoniæ, ceterach, polytrichi, Adianti ana m.j. paſſul.vnciam vnam, Ficuum num. vj. Flor. Bugloſ. Borrag. p.j. Fiat decoctum in qua diſſolue mellis roſati colati vnc. iij. cum drach.ij. cinnamomi, & ſacchari q.ſ. ac ſcrup. ſ. ſchoenanthos aromatiſetur ac clarificetur in ſyrupum. Hic rumpit ſuppurationem & expurgat per vrinam.

Syrupus in exulceratione Renum: Recipe rad. Biſmaluæ, conſol. maior. ana vncias duas, Glycyrrhizæ raſæ vnciam ſemis, cortic. cucurbitæ vncias tres, Agrimoniæ, ceterach, plantag. ana m. j. ſebeſten num. xx. ſem. Aniſi drachmas duas, ſem. Alkekengi, Biſmaluæ ana drachmam vnam, papaueris albi drach. iij. Flor. ʒ. Cordial. ana p.ij. Roſarum q.ſ. Fiat decoctio in aquæ hordei lib. ij. Adde ſacchari q ſ. Fiat l.a. ſyrupus.

Syrupus in mictione cruenta: Recipe roſarum, ſumach, myrtillorum, Balauſtiorum, Boli armeni, plantaginis Thuris maſticis, menthæ ana drach. j. coque in lib. iij. aquæ pluuialis, deinde adde ſacchari lib j. coque & clarifica l.a. in ſyrupum. Doſis cochlearia iij. mane ac veſperi.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 362 sur 1557

Syrupus ciens vrinas: Recipe rad. S. Aperitiuarum, valerianæ, rub. tinctorum, eringii ana vnciam vnam, Hepaticæ, capillorum veneris, cichorii, chamædrios, chamæpit. scariolæ, agrimon. absynt. hyssopi ana m. j. sem. Apii, petroselini, Halicac. bi ana drachmam vnam, passularum vnciam vnam, cicerum rub. vnciam vnam, flor. genistæ. Sambuci ana p. j. Fiat decoctio ad lib. j. adde sacchari q. vis, In colatura dissolue syr. capillorum veneris de Bizantiis ana vnciam vnam. Fiat clarificando syrupus præstantissimus.

Syrupus in dolore coxendico D. Iohann Wolffii: Recipe sarsæ parillæ, petroselini, fœniculi, ana drachmam vnam semis, fol. veronicæ, pilosellæ, betonicæ, artem. s. rub. drach. s. flor. Borrag. Buglos. violarum ana p. j. fol. sennæ vnciam vnam, agarici drach. iij. Rhabarb. drach. j. sem. anisi, fœniculi, ana drach. ij. spec. incisarum drach. iij. m. & in vnc. xij. & vnc. vj. vini macerentur horis 24. ebulliant paulisper, deinde colentur, facta colatura adde sacchari q. v. mannæ calabrinæ vnc. iv. clarifica, despumaque deinde inspergeaquæ cinnam. ℥ij.

Syrupus in fluxu chyloso ex obstructione venarum mesaraicarum: Recipe rad. Apii, fœniculi, petrosel. in aceto macerati ana vnc. j. Agrimoniæ, Absynth. communis, & Romani, capillorum veneris, polytrichi, menthæ ana m. j. sem. Anisi drachmam j. s. Fiat omnium decoctio in aqua communi pro lib. j. colaturæ adde syrup. de duabus radicibus, mellis, ros. colati oxymel. simpl. ana vnciam j. sacch. q. v. Fiat l. a. syrupus.

Vel: Recipe absinth. vtriusque, Agrimoniæ, capill. veneris an. m. j. Flor. cordial. p. j. vuarum cum arillis vnciam s. sem. Anisi drachmam j. s. myrob. cheb. drachmam semis, agarici opt. drac. j. Rhabar. selecti drachmam semis, zingiberis albi, schœnanthi ana scrupulum vnum. Concoquantur in aqua pluuiali q. s. Huius decocti prius manibus confricati & colati accipe quantum habes, adde sacchari q. s. cola, clarifica & cum syr. de Bizantiis vnc. vj. Fiat l. a. syrupus.

Claretum laxatiuum in colica: Recipe cinnamomi, Galangæ, Garyophyll. maceris, zingib. ana drachmam vnam, aquæ fontis vnc. xij. vini generosi vnc. iv. Turpeti drach. vj. Fol. sennæ vnc. j. sac-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 363 sur 1557

j.ſacchari vnc. iv. ſtent in infuſione horis xij. deinde parum ebulliant, F.l.a ſyrupus.

Syrupus in lue venerea: Recipe flor violarum, Bug'oſſæ, Borrag.ana m.ſ.Fumariæ, ſcabioſæ, ceterach, cuſcutæ, eupatoriæ, cichorii an.m.j fol.ſenæ drachmas duas ſemis, ſem.aniſi, fœniculi, ruſci ana drachmas duas, vuarum paſſularum, Glycy rhi. ana drachmam vnam, myrob. chebul. flauorum ana drachmam ſemis. prun. num. v. polypodii drachmas ſex, thymi, epithymi ana drachmam vnam ſemis. Coquantur in aqua iuſtæ quantitatis, ad conſumptionem medietatis, cola, transfunde, adiice ſacchari vt dulceſcat cum album.ouorum clarificetur, additis oxymel. ſimpl. ſyrup.fumariæ an.vnc.ij. Fiat vel potio aut lege ar is ſyrupus, de quo ſingulis diebus mane ac veſperi dentur vnc.iv. ad v. Præparat humores.

Syrupus in eryſipelate: Recipe herb.meliſſæ, ſcabioſæ, thymi, epithymi, fol.ſenæ an.m.j flor.borrag. bugloſſæ, violarum, an. m.ſ.rad.bryoniæ, polypodii, liquiritiæ, petroſelini ana vnc.ſ. anethi, fœniculi ana drach.ij. paſſularum m. ij. contundenda contundantur, incidenda incidantur coquantur in l b.iij.aquæ, fiat decoctio, dulcoretur ſaccharo & melle ana q.ſ.

Iulepus in febri maligna: Recipe aquæ puræ lib. ij. raſuræ cornu cerui in petia ligati drach. vj. ſem. & cort.citri ana drachmas ij. decoque ad lib. j. ſ.adde ſucci limonum vnc. iij. coque deſpumando, clarificetur cum album.oui.

Syrupus leniens in febri ardente: Recipe prun. Damaſcenorum num.x.vuarum paſſarum deiectis vinaceis vnc.ſ. 4. flor. cordial.ana p.j 4.ſem.frig.maior. ana drach.j. ſ. Tamarind. drach. vj. Decoque in ſ.q.aquæ donec dimidiũ abſumatur, addendo ſacchari puri q. v. coletur: Colaturæ adde mannæ vnc.iv. caſſiæ extract. vnc.j.ſyr.violacei vnc.iv.commiſtis deſpuma in ſyrupum.

Syrupus in febri quotidiana intermittente: Recipe rad. polyp.querc.petroſelini, aſparagi, cichorii, ſeminum carthami, paſſularum mundat.ana vnciam vnam, agrimoniæ, cuſcutæ, fumariæ, ana manipulum vnum, thymi, aſpleni, adianti ana m.ſ. Glycyrrizæ vnciam ſemis, ſeminum aniſi; fœniculi, melonum, cucumeris, ana drachmas duas, flor.ȝ.cordialium ana partem vnam. Fiat decoctio

ad

ad lib.j. In colatura dissolue oxymel. simpl. syr. capil. Veneris ana vnc.j. Fiat cum saccharo clarus syrupus qui cinnamomo condiendus siue aromatisandus.

Vel: Recipe rad. Aperitiuarum, sem. carthami, passularum ana vnciam vnam, Hyssopi Betonicæ, Agrimoniæ, cuscutæ, pulegii ana m.iij. Capillorum omnium m.ſ. sem. Anisi, fœniculi, Melonum, cucum. ana drachmas tres, Flor. cordialium, Anthos ana p j. Fiat decoctio in lib. j. cum saccharo, in decoctione dissolue syrupi capill. veneris, oxymel. simpl. ana vnc. j ſ. Fiat lege artis syrupus.

Syrupus in Quartana intermittente pura: Recipe cort. rad. cappar. vnciam vnam semis, rad. com. macerat. arum in vino ana vnciam semis, Bugloſſæ cum rad. Fumariæ, cirsii, meliſſæ ana m. j. ſ. herb. capill. ana m. ſ. vuarum passularum vnciam vnam, flo. geniſtæ, ʒ. flor. cordial. ana p. j. ſ. polyp. Quer. vnciam vnam, Fol. senæ vnciam semis, coque in ſ.q. aquæ ad dimidium. Recipe iuris decocti lib. ij. aceti passulati vnc. iij. In fine adde Epithymi drach. ij. adiecto saccharo & melle fiat syrupus, depuretur saporis & odoris gratia cum cinnam. drach. iij.

Syrupus purgans in mala dispositione: Recipe Adianthi, Eupatorii ana m. ſ. rad. Endiuiæ, cichor. ana drach. ij. Rubiæ drach. iij. Flor. Betonicæ, violarum, Nymphææ ana m. ſ. 4. sem. frig. minor. ana drachmam vnam, Epithymi drachmas duas, Carthami vnciam semis, polypodii drachmas tres, Rhabarb. sel. Myrobal. Chebul. ana drachmam vnam semis, Turpeti drachmam vnam, scrup. ij. Fol. senæ drachmas duas, Zingiberis drachmam vnam, Zedoariæ, Galangæ, Cyperi, calam. aromat. drach. ſ. masticis scrup. ij. cinnam. electi drachmã vnam, decoque omnia in ſ.q. aquæ ad tertias ſ. a. postea dulcora cum saccharo & colaturæ adde syr. de Epithymo vncias duas, aquæ cinnamomi vnc. j. Fiat syrupus.

Syrupus in obstructione Hepatis: Recipe rad. cichor. vnc. ix. Acetosæ vel Asparagi ana vnc. iv. cort. rad. capparorum, sarsæ parillæ, Tamaricis ana vnc. j. Ebuli vnc ſ. Fol. Adianthi, Trichomanis ana drach. ij. Decoquantur cum aqua, colentur, saccharisentur & reddantur vnione decoctionis & clarificationis in syrupum suo aromate aromatisandum atque condiendum.

Anti-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 365 sur 1557

Antidotus contra omnis generis venena: Recipe rad. Diptamni, fol. Rutæ, Rosæ rub. ana vnc. iij. Diptamni Cretensis drac. vj. rad. Cyperi vnc. iij. ß Caryophyllorum, Masticis, Spicæ Nardi, Asari ana vn. j. ß. Cinnamomi, croci ana vnc. j Gran. Iuniperi, Baccar. Lauri ana vnc. j ß Iridis, Agarici Trochis. ana drach. vj. Myrrhæ vnc. ß. Nucum iugland. excortic. vnc. vj. Boli Armeni, Spec. liberantis ana vnc. j. ß. Succi Absynthii vnc. iij. contundantur omnia & cribrentur, Recipe deinde Ficuum q. v. vino lotarum, contundantur ad formam pulticis: Recipe etiam Sacchari lib. vj. Dissoluatur cum aqua, adde etiam mellis mens. j. Bulliant inuicem vsque aqua euaporet: Tunc adde Ficus contusas, Theriacæ lib. j. ß. Conseruæ Rosarum tantum, quãtum fuerunt in pondere ficus, agitentur probe, Bulliant inuicem, tunc adde species prædictas, agitentur per horam vltimo adde Ambræ drach. ij. Moschi drach. ß. Diss. in S. V. Misce, F. Antidotus.

Syrupus in phthisi secretus: Recipe rad. & Cymarum Symphit. maioris ac minor. ana M. iij. Herb. Betonicæ, Plantag. Pimpinellæ, Poligoni, Scabiosæ, Tussilaginis Numulariæ, Pulmonariæ maculatæ, Veronicæ ana M. ij. Hyssopi M. ß. Exhisce omnibus recentibus eliciatur succus, & cum lib. ij. Sacchari albiss. Fiat Syrupus: Sin minus decoquantur cum aqua, colentur vt artis est.

Alius: Recipe rad. Ireos, Hyssopi an. m. j. Flor. capil. Veneris M. ij. ß 4. sem. frig. maior. & minor. sem. Coriandri præp. maluæ, Papau. albi, sem. Bombycis, Fœnugræci, Orobi, Liquiritiæ, vuarum passe. nucleat: Caricarum, Iuiub. Sebesten, Pinearum, Amygd. dul. hordei mundi ana vnc. ij decoque in aqua fontis, adde mellis rosati lib. ß. Sacchari lib. iij. F. l. a. Syrupus.

Aqua decoctionis impinguans corpus: Recipe aquæ fontanæ lib. j. lactis lib. j. coquantur simul vsque ad consumptionem aquæ: Deinde adde Sacchari penidii vnc. j. Butyri recentis vnc. j. olei Amygdalarum dul. recent. vnc. ß. coquantur iterum bullitione vna: sumatur stomacho ieiuno, aliquandiu super dormiendo.

Enema ad bilem Andernaci: Recipe hordei excorticati, sem. lini ana vnc. ij. In aqua coquantur. Iuris huius decocti libræ adde olei communis vnc. iiij. Misce & fiat clyster.

Clyster ad flatus eiusdem: Recipe Anisi, Fœniculi, Apii, Petroselini, Seseleos ana vnc. ß. Flor. Chamomillæ, Melilothi, Rorismarini,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 366 sur 1557

Stœchados ana P.j. Omnia ex aqua, vino & oleo decoquantur. Iuris libra aluo iniiciatur.

Iniectio in vterum menſes prouocans: Recipe ʒ. Rad. aperient. Rad. Rubiæ maioris ana vnc. ij. Eryngii, Ciclaminis, Iuniperi ana vnc. iij. Matricariæ, Sabinæ, Mercurialis ana M j. Cinnamomi, Spicæ vtriuſque, Aſari ana vnc. j. ſem. Nigellæ vnc. ß. Fiat decoctio in aqua & vino & oleo Chamomelino. Ex colatura fiat iniectio per Metrenchytam.

Iniectio in veſicam ad vlcus, Rondeletii: Recipe Rad. Conſolidæ maioris vnc j. Caudæ Equinæ, Plantaginis, Ceterach, Piloſellæ, Herniariæ, Polygoni ana M. ſ flor Roſ. P. j. Hypericonis P ß. Fiat decoctio in aqua hordei, vel extinctionis plumbi, aut ferri: Fiat per Metrenchytam.

Gargariſma ad inflammatas tonſillas per initia exhibendum: Recipe Plantaginis, oxalidis, Portulacæ an. M. ſ. Cort Mali Granati, Rhus ana vnc. ß. Roſ. Rub. P. j. Cort. Glandium drachm. iij. Decoquantur in aqua ad tertias. Iuri colato addantur Diamoron vnc. ß. Syrupi Myrthini, Syrupi de Papauere ana vnc. j. Aceti vnc. j. Miſce & fiat Gargariſma.

Vel: Recipe Lentium, Roſarum, Palmularum ana q. ſatis eſt. Decoquantur in aqua, vt ſupra, & F. Gargariſmus.

Gargariſma ad deterſionem pituitæ, quæ partibus oris adhæret: Recipe Hyſſopi, Origani ana M j. Glyzyrrizæ drac. iij. Fiat decoctio in aqua. in li. j. ß. diſſolue Mellis ſcillitici, vel oxymelitis ſcillitici, vel Syrupi de Glyzyrrhiza, vel Syrupi de Stœchade vn. iiij. Miſce & fiat Gargariſma.

Gargariſma Deterſorium commune Andernaci: Recipe Piſorum P. ij. Decoquantur modice. lib. ß. adde mellis Roſati vnc. j. Miſce & fiat Gargariſma.

Vel ad pituitam lentam detergendam: Recipe Hyſſopi, Saluiæ, Thymi ana M. ſ. Decoquantur in aqua ad tertias. In lib. j. diſſolue Oxymelitis vnc. iiij. Miſce & F. Gargariſma.

Vel: Recipe Maioranæ, Saluiæ, Hyſſopi, Origani ana M. j. Paſſularum vnc. j. cort. Rad. Ebuli, Cort. Capparorum ana dra. ij. Ex aqua decoquantur ad tertias. Lib. ß adde ſem. Nigellæ, Condyſi ana ſcru. ij. Syrupi de Praſſio, Mellis Roſati col. ana vnc. j. Miſce & fiat Gargariſma.

Garga-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 367 sur 1557

Gargarisma ad oris inflammationem: Recipe Hyssopi vel Satureiæ, vel Origani M.j Glycyrrh. Rasæ vnc.j, Passularum, Ficuum ana paria xx. Fiat decoctio in aqua hordei integri in lib.j.ß.dissolue Mellis Rosati col.vnc.iiij. Misce & fiat Gargarisma.

Gargarisma ad Anginam: Recipe Spinæ Ægyptiæ vnc.j. Iridis drachm.ß Furfuris frumenti P.f. Palmularum num vij. ex sapa vel aqua decoquantur. Iuri paululum Mellis.

Vel ad dolorem dentium in principio: Recipe Rad. Pentaphylli vnc.ij. Hederæ M.j Rad. Cyperi, Nucum Cupressi ana vnc.ß. Fiat decoctio in aqua & aceto fiatque Gargarisma: quod in ore retinendum est.

Vel in inflammatione tonsillarũ aliud: Recipe summitatum Rubi, vel Myrti, vel Vitis, vel Pyri sylvestris M.j. Piloselle, Ceterach, Plantag. ana M.ß Rosar. rub. P j. Fiat decoctio in aqua pluuiali. In lib. vna ß. dissolue Sacchari vnc.iij. vel Syrupi Rosati, vel Mellis Rosati vel Diamoronis. Misce & fiat Gargarisma.

Aliud ad vlcera oris: Recipe Agrimoniæ, Ceterach, Plantaginis, sum̃it: Rubi. fol. Arbuti, fol. Pyri Sylvestris, Myrti, Lentisci, M.f. Fiat decoctio in aqua hordei. In lib.j.ß. dissolue Melis Ros. col. vnc.iiij. M. & F. Gargarisma.

Vel ad dolorem dentium fluxione iam facta: Recipe Pyrethri vn. Rad. quinquefolii vn.j. Caryophyllorum, Cubebarum an. dr.ij. Piperis longi drac.ij. Hederæ M.ij. Fiat decoctio in aqua & vino adstringente. Fiat Gargarisma.

Vel ad fœtorem oris: Recipe hordei integri torrefacti P.j. Rosarum, P.ß. Cort. Citri vnc.j.ß. Caryophyll. Cinnam. ana drac. iij. F. decoctio in aqua Cisternæ & pauco aceto, quo colluatur os.

Aliud: Recipe Rad. Cyperi vnc.j. Ros. Rub. p.j Santal. Citr. Cinnamomi ana dra.ij. Fiat decoctio in aqua Cisternæ vel Chalybeata, colluatur os.

Errhinum purgans pituitam: Recipe Rad. Pyrethri, Ireos ana vnc.j. Pulegii, Calaminthæ, Origani ana M.j. Agarici Trochiscati dra.iij. Flor. Anthos, Stœchados ana P.j. Fiat decoctio. In li.j. dissolue Mellis Anthosati, Mellis Scillitici an. vn. iij. Fiat caput purgium.

Aliud: Recipe Succi Cucumeris Asinini, vel Ciclæ, vel Mercurialis, vel Ciclaminis vn.ij. Agarici trochiscati drac.ij. Vini parum. Fiat

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 368 sur 1557

decoctio, quæ coletur. In colatura dissolue mellis quantum satis ad inspissationem: aut mel in decoctione ponatur sine vino, contritumque sit Agaricum, & decoquantur simul. Decoctio inspissetur ad mellis consistentiam.

Errhinum aliud pituitam detergens: Recipe hordei integri p. j Lentium vel lupulorum P. ſ. Marrubii vel Pulegii M. j. Maioranæ M. ß. Fiat decoctio in lib. j. dissolue mellis Anthosati, mellis squillitici an. vnc. j. ß. M. & per nares attrahantur.

Aliud ad vlceris erosionis detersionem: Recipe decoctionis hordei lib. j. Mellis Ros. col. vnc. iij. M. attrahantur per Nares.

Aliud Errhinum ad vlcera narium detergenda & exiccanda: Recipe summitatum Myrti, vel Lentisci M. j. malorum punicorum integrorum, immaturorum, contusorum nu. ij. Fiat decoctio cum aqua & vino, si non adsit inflammatio, quæ si adsit cum aceto contundantur, deinde fortiter exprimantur. Colaturæ adde mellis rosati col. vnc. iij. Fiat Errhinum, quo vtatur in tumoribus & vlceribus malignis narium.

Fomentum ad menstrua prouocanda: Recipe rad. rubi maioris, Eryngij, Fæniculi, Apii, Petroselini, graminis ana vnc. iiij. Liliorum, Altheæ ana vnc. ij Pulegii, Matricariæ ana M. j. semi Apii, Petroselini, Seseleos, Fœnigræci, Altheæ ana vnc. j Flor. Chamomillæ, Leucoi ana P. j Fiat decoctio in aquæ duabus partibus, & vna vini albi. Foueatur vterus.

Fomentum ad vrinæ retentionem & calculum: Recipe rad. Altheæ vnc. ij. Calamenthi, Origani ana M. j. Sem. Fænigræci, lini ana vnc. j. Apij. Petroselini, Seseleos ana vnc. ß. Flor. Chamomillæ, Meliloti ana P. j. rad. Apii, Petroselini, Graminis, Asparagi, ana vn. ij. Fiat decoctio in aqua & vino, vel oleo, fiatque fotus cum spongiis, vel filtro macerato in decoctione.

Fomentum emolliens ac discutiens Heurnii: Recipe rad. Altheæ, Liliorum alborum ana vnc. ij. Sem. Lini Fænigræci ana drach. iij. Ficuum pinguium nu. vj. flor. Chamæmelorum, Meliloti, summitatum Anethi ana P. j. summitatum Maioranæ M. ß. Bulliant in vino & aqua ana: vel in duabus partibus aquæ & vna vini, vel in lixiuio sarmentitio vitis ad tertiæ partis consumptionem. Fiat fomentum.

Fomen-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 369 sur 1557

Fomentum relaxans: Recipe rad.Liliorum, Altheæ ana vnc.iiij. Cucumeris Syluestris vnc.ij.Ficuum num.xx.sem. Lini, Fœnugræci Altheæ ana vnc. j. Apii, Petroselini,ana vnc. ß. flor. Chamæmeli, Meliloti ana P. ij. Fiat decoctio in aqua, qua foueatur pars affecta calida.

Fomentum discutiens Oedemata:Recipe Calamenthi,Origani, Betonicæ,flor.Rorismarini,Ros.rub.ana P.j.fol.Lauri, Saluiæ, ana M.ß.Lupinorum drach.ij.Calami odorati,Squinanthi, Spicæ Nardi ana drach.ij flor.Stœchados vtriusque Rorismarini,Ros.rub.ana P.j.Fiat decoctio in aqua pluuiali: deinde adde aceti modicum.

Fomentum ad lienem induratum: Recipe florum Chamomil. Stœchados,Meliloti ana M.j.Flor.Genistæ, Anethi, Scolopend. ana M.j.ß.Fiat decoctio in aqua & vino albo,F.fotus.

Aliud ad idem: Recipe rad.Altheæ drach.ij.rad.Ireos vnc.ß. fol. Altheæ, Maluæ,ana M j. Absynthii M.ß. sem.lini, Fœnugræci ana vnc.ß.sem.Tamarisci, Stœchadis ana P.j. fiat decoctio in tribus aquæ partibus,addenda j.vini albi,cum modico aceti, deinde foueatur Lien.

Fomentum ad dolorem pleuriticum: Recipe Maluæ, Saluiæ, Absinthii, Abrotani,Scabiosæ ana M.s. In sextario aquæ ad tertias decoquito: spongia ex iure decocti expressa, partem affectam foueto.

Aliud ad dolorem lateris: Recipe Maluæ cum rad.M.j.ß.Ficuum num.xl. flor.Chamomil.Meliloti,violarum ana P.j. sem. Lini,Fœnugræci ana vnc.j Anisi vnc.ß.F.decoctio in aqua.

Aliud in materia frigida: Recipe Maluæ cum rad. M.j. ß. Calaminthæ M.j.sem.Lini Fœnugræci ana vnc.j.Anisi,Fœniculi ana vnc. ß. flor. Anthos; Chamomillæ, Meliloti, Sambuci ana P. j. fiat decoctio.

Aliud ad dolorem colicum: Recipe rad. Altheæ, vnc.ij.Calamenthi,Origani ana M.j.sem.Lini,Fœnugræci ana vnc.j.sem. Apii, Petroselini,Seseleos ana vnc.ß.flor.Chamomillæ, Meliloti vel flor. Sambuci ana P.j fiat decoctio in aqua & vino,vel oleo.

Aliud ad dolorem nephriticum: Recipe rad. Altheæ vnc.ij ß. Parietariæ, Maluæ, Altheæ, Petroselini Macedonici ana M j.sem. Milii solis vnc.ß.sem.Fœnugræci ana drach.j.flor. Chamomill.Meliloti,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 370 sur 1557

liloti, Anethi ana P.j. Fiat decoctio in tribus partibus aquæ vel vna vini albi: ex qua foueatur regio renum & vreterum.

Vel fortius: Recipe Rad. Saxifragiæ, Raphani an. vnc.j. Lilior. alborum, Altheæ ana vnc.j. Senecionis, Parietariæ, Violariæ, Sisymbrii aquatici ana M j. Maluæ Branchæ Vrsinæ, Altheæ ana M.ß sem. Saxifragiæ, Milii Solis ana vnc.ß Fiat decoctio vt supra. His enim ad frangendos calculos vis non mediocris inest.

Epithema ad capitis dolores ex frigore: Recipe Saluiæ, Rorismarini, Chamomillæ, Meliloti, Betonicæ, Bryoniæ, an. M j. coquantur in aqua: Et fronti applicetur cum lineo imbuto in ea decoctione.

Epithema ad Hecticam febrem: Recipe hordei mundi P.s. flor. Violarum P.ij. Fiat leuis decoctio, & in lib.j. dissolue olei Violacei vnc.iiij. Agitentur simul & Epithema fiat: supra totum Thoracem applicetur.

Epithema ad hepatis obstructionem & calorem Andernaci: Recipe Cichorii cum rad. Intybi recentis, Agrimoniæ an. M.j. Absinthii M.s. flor. Cichor. P.j. iiij. sem. frig maiorum ac minorum ana dra j.ß. Cyperi drac.ij. Lupinorum dra.iij. Santalorum omnium ana drac.j. Iunci odorati. drac.ß. Hæc omnia in sacculum conjecta ex 8. aquæ vnc. vini & aceti vtriusque vnc.ij. in vase fictili coopertō simul ad ignem inferuescant, & Epithematis modo applicentur.

Embrocha ad lethargum: Recipe Hyssopi, Origani, Calamenthi Pulegii an. M.s. sem. Anisi, Fœnugræci, Coriandri præparati ana dra. ij. flor. Stœchados, Rorismarini ana P.j. Decoquantur in aqua ad li. j. F. Embrocha, qua caput irrigetur.

Irrigatio ad morbos capitis frigidos: Recipe Rad. Acori, Cyperi, Ireos ana vn.ij. Betonicæ, Maioranæ, Saluiæ, Origani, Calamenthi ana M.s. Cort. Citri sicci drach.iij. sem. Anisi vnc.j. ß Coriandri præparati, Granorum tinctorum an. dra.j ß flor. vtriusq; Stœchados ana P.j. coquantur in s.q. aquæ, vsq; ad consumptionem partis dimidiæ, F. Embrocha, qua caput irrigetur, addendo aquæ vitæ vnc. ß si sit morbus contumax.

Irrigatio calefaciens caput: Recipe Betonicæ, Chamomillæ, Maioranæ, Serpilli ana M.s. Lauendulæ, Origani, Calaminthæ, Hyssopi ana M.s. coquantur in lib.ij. aquæ fontanæ, donec dimidium absumatur, F. Embrocha.

Em-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 371 sur 1557

Embrocha in initio inflammationum: Recipe Violarũ, Roſarũ, Nympheæ an. P j. fol. Nympheæ, Solatri, Plantaginis an. M. ſ. ſem. Frig. maior. & minor. ana ſcrup. ij. Fiat decoctio ex aqua ſimplici, vel Plantaginis, aut Endiuiæ ad libram integram.

Embrocha ad Phrenitidem in principio: Recipe Lactucæ, Violarum, Plantaginis, Solatri, Semperuiui, Portulacæ ana M. j. flor. Violarum Nenupharis, Roſarum an. P. j. fol. Myrthi M. ſ. fiat decoctio.

Embrocha alia in augmento: Recipe Violarum, Lactucæ, Solatri, Plantaginis, Portulacæ ana M. j. Roſarum, florum Violarum, Nenupharis ana P. j. fol. Myrti M. ſ. flor. Chamomillæ, Anthos, Melilloti ana P. j. Coquantur ad dimidium, fiatque Embrocha. In declinatione vero additur huic decoctioni, Betonica, Spondylium, Origanum & Calaminthum.

Embrocha ad conciliandum ſomnum: Recipe Lactucæ, Violarum, Plantag. Solatri, Semperuiui, Portulacæ an. M. j. flor. Violarum, Nenupharis, Roſarum ana P. j. flor. Myrti M. ſ. ſem. Lactucę, Papaueris albi ana drach. ij. Cort. Mandrag. dra. j. Decoquantur in lib. ij. aquæ vſque ad conſumptionem medietatis, F. Embrocha.

Ad Podagram: Recipe Thymi, Origani. Saluiæ, Calaminthæ ana M. j. In aqua decoquantur, iure eorum partes affectæ perfundantur, aut foueantur.

Inſeſſus ad anum prolapſum: Recipe Plantag. M. j Roſ. rubr. M. ſ. Decoquantur in aqua, cui Chalybs antea extincta fuerit.

Inſeſſus ad nimium vteri fluorem & ani Hæmorrhoidas: Recipe Plantaginis, Polygoni, Equiſeti, Rubi foliorum ana M. j. Roſ. pu. iiij. Malicorii vnc. ij. Rad. Simphyti vnc. j. Calycum Glandium drach. j. Decoquantur in aqua Chalybeata, F. Inſeſſus.

Inſeſſus ad Hæmorrhoidas: Recipe Verbaſci, Plantaginis ana M. j. flor. Verbaſci P. j. ſem. Lini vnc. ij. Cort. Malorum Punicorum, Balauſtiorum, Rhus obſoniorum, Baccarum Myrti an. vnc. ß. In aqua & vino decoquantur ad Inſeſſum.

Inſeſſus ad ani exitum: Recipe fol. Quercus M. v. Roſ. Rub. M. ij. Glandium quercus vnc. iii. Decoquantur in aqua pluuiali vel fontana. In decocta reſtinguatur Chalybs, aut ferrum candens ter, vel ſæpius. Inſeſſus fiat mane ac veſperi.

Inſeſſus ad Teneſmũ: Recipe Maluæ, Altheæ, Viol. Verbaſci ana M. j. flor. Verbaſci P. j. ſem. Lini lib. ß. In horum decocto ex aqua, æger ad vmbilicum vſq; ſedeat.

Vel:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 372 sur 1557

Vel: Recipe folia Tapsi barbati, M.iiij. Calculorum, sem. Lini li. ß. Fiat ex his in s.q. aquæ decoctio & insessus.

Insessus ad prouocanda menstrua; Recipe Artemisiæ, Thymi, Rorismar. Marrubii, Calaminthæ ana M.ij. Sabinæ M.j. fol, Lauri P.iij Flor. Rorismarini, Sambuci ana P.ij. rad. Cyperi vnc.j. gran. Iuniperi contus. vnc.j. ß. omnia incisa, sacculoque condita, coquantur ex aqua fluuiali, quanta ad insessum requiritur.

Alius: Recipe Artemisiæ, Saluiæ, Betonicæ, Calaminthæ Origani, Pulegii, Meliloti, Chamæmeli, Hyperici, Abrotoni ana M.s. rad. Iridis, Petroselini ana drach.j. coquantur pro insessu.

Vel: Recipe Nepetæ, Artemisiæ, Thymi, Saluiæ an M.j. fol. Lauri, Filicis ana M.ij. Flor, Sambuci P.j. rad. Valerianæ, Apii, Petrosel. Fœniculi ana vnc.ij. Ex his aqua decoctis fiat insessus, quo manè ac vesperi ante cibum vtendum est.

Alius ad tumores ac dolores naturalium: Recipe Fœnugræci, sem. Lini, Pulegii. Artemisiæ, Cucumeris Syluestris, rad. liliorū albo-rum, fol. Dendromalachæ ana q. sufficit. Decoquantur omnia in aqua, F. insessus vel balneum simplex dulcis aquæ emolliens & humectans. Antea verò quam vtaris, aluus subduci, leuarique vesica debet. Nam his oppletis & vterum qui medius inter illa consistit, prementibus, menstrua nimis angusta cohibentur, tardanturque.

Insessus ad menses ciendos: Recipe Sabinæ, Pulegii an. M.vj. rad. Asari vnc.iiij. In sacculo inclusa coquantur ex aqua pluuiali, vel fontana, quantam postulat insessus. Vtendum hoc ante cibum mane, ac vesperi tempore menstruationis.

Insessus ad Renes inflammatos: Recipe Maluæ, Altheæ, ana M. iiij. sem. Lini, Fœnugræci ana vn.ij. Decoquatur in aqua. Hæc postea vasi ligneo altitudinis pedalis immittantur ad insessum.

Insessus ad calculosos: Recipe fragmentorum raparum, fragment. Pastinacæ, Siseris, Chamomillæ, flor. Verbasci, Betonicæ, Prunellæ, Aquilegiæ, Rutæ murariæ, Artemisiæ ana M.j. coquantur in aqua pluuiali q.ad insessum satis est.

Alius ad calculum Fuchsii: Recipe Saxifragiæ, Oenanthes, Helxines, Maluæ, Altheæ ana M.j. Cicerum rub. drach.ij. sem. Lini, Petroselini, Fœniculi ana drach.j. ß. coquantur in aqua iustæ quantitatis ad tertias pro insessione.

Vel:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 373 sur 1557

Vel Andernaci: Recipe Maluæ, Altheæ, Chamomillæ, Meliloti, Parietariæ, Scolopendrii ana M.ij. rad. Maluæ lib. ß. Fœniculi vnc. iij. sem. Lini vnc. iij Fœnugræci vnc. ij. Rubeæ tinctorum vnc j. incisa omnia, sacculoque lineo indita, coquantur.

Alius: Recipe rad. Altheæ vnc. iiij fol. Altheæ, Maluæ, Parietariæ ana M. j. rad. Nardi M. ß. Origani, Calamenthi, Bætonicæ, Abrotani, Artemisiæ, Roriſmarini, Petroselini an P. ij. sem. Lini, Anisi, Fœnugræci, Fœniculi ana vnc. ij. Furfuris crassi P. iiij. sacculo indita ex aqua communi coquantur, quanta ad insessum satis est.

Vel ad arenam & calculum Rulandi: Recipe raparum numero v. Nasturtii aquatici, Polygoni ana M. iiij. Incisa lineo sacculo indantur, ac incoquantur aquę q. satis est insessui. Æger vtatur tempore paroxysmi, & vbi ingens surgit dolor.

Ad stranguriam & vesicæ calculum: Recipe Raphan. num. x. Incidantur, sacculo imponantur, aquæ quanta necessaria est, incoquantur, vt fiat insessus, cuius frequens est vsus.

Insessus ad vteri dolores & præfocationes: Recipe Melissæ M. x. Pulegii M. iiij. Roriſmarini M. iij. coquantur in ſ. q. aquæ fontanæ. Vsus eius est ante cibum mane ac vesperi.

Insessus ad dolores colicos mitigãdos: Recipe Altheæ, Rutæ, Artemisiæ, Maioranæ ana M. ij. fol. Lauri vnc. ij. ß. sem. Apii, Anisi, Cumini ana vnc. ij. In aqua decoquantur, quanta solium dimidium repleat.

Balneum ad Paralyticos Rulandi: Recipe Baccarum Iuniperi contusarum M. xv. Decoquantur in aqua pluuiali vel fluuiali, quanta opus sit ad lauacrum. In decocta aqua restinguatur septies Chalybs candens, ac renouetur hoc modo tertio quoque die. Insideat ægrotus misto balneo ad collum vsque tot horis, quot ferre mane & vesperi quotidie potest.

Balneum ad intemperiem calidam Rondeletii: Recipe flor. Violarum, Buglossæ ana P. iiij. flor. Nympheæ. P. ij. In aqua coquantur, quanta pro Balneo sufficit.

Vel: Recipe Succi solatri, succi Cucurbitæ, succi Melonum ana lib. iiij. Misce aquæ balnei, quanta pro B. satis est.

Balneum calefaciens ac conceptionem adiuuans Rulandi: Recipe Artemisiæ, Absinth. Leuistici, Auenæ, gran. Iuniperi, Origani

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 374 sur 1557

Chamomillæ, ana M.ij. Decoquantur hæc simul in aqua pluuiali quanta opus est. Insideat in isto balneo mulier sterilis statim post fluxum menstruorum quotidie bis, mane scilicet per horam, & tamdiu vesperi, idque continuet octo diebus, ac renouet tertio quoque die.

Balneum ad inflammationem, cum fluxus adest: Recipe Plantaginis, Polygoni, fol. Rub. ana M.iij. Malicorii vnc. ij. Coquantur in aqua quantum ad Bal. satis esse putas.

Balneum emolliens: Recipe Maluæ cum radicibus, Branchæ Vrsinæ, Violariæ ana M.iij. Mercurialis, Parietariæ, Betæ ana M.ij. sem. Lini vnc.j. flor. Chamomillæ P.ij. Fiat decoctio pro Balneo, in quo æger bis quotidie natet ad horam vnam. Hoc balneum valet etiam ad affectus cutis crustulosos, squamosos siccos ac squalidos.

Balneum ad inflammationem & duritiem membrorum: Recipe Maluæ domesticæ, syluestris, Meliloti ana M ij. sem. Lini vnc.iij. Fœnugræci vnc.ij. Ex his in aqua coctis balneum paratur.

Balneum ad cutis affectus: Recipe Maluæ cum Rad. Branchæ Vrsinæ, Violariæ ana M.iiij. Mercurialis, Parietariæ, Betæ ana M.ij. sem. Lini vnc.j. Chamomillæ P.ij. Decoquantur pro Balneo, in quo bis quotidie sedeat ad horam vnam.

Lixiuium ad Achoras: Recipe Pisorum M.iiij. decoquantur in s.q. aquæ, horum iuri admisceatur tantundem lixiuii fortis: & facta ebullitione seruetur vsui. Caput eo lauetur quotidie ante cibum, & mox siccetur.

Aliud ad pediculos: Recipe Agarici vnc.ß. coquatur in lixiuii dulcis lib.iij. Et ex ea irrigetur, aut lauetur caput in dies. Si vlceratæ capitis partes illinantur parum oleo Balsami, commoriuntur vno die omnes pediculi.

Lixiuium roborans cerebrum, neruos, oculos, sensusq; reliquos; Recipe fol. Senæ vnc.j. Ros. rubr. P.j. Lauendulæ P.ij. Fiat ex his decoctio in s.q. aquæ, qua caput mane lauetur.

Lixiuium confortans memoriam ac cerebrum: Recipe Saluiæ, Chamomillæ, Origani, Betonicæ ana M.j. submittantur Cineri in fundum, & lixiuium superfundatur, cum aqua pluuiali: & pridie quam caput lauetur, madescat in eo sacculus lineus ex Ros. rub. Maioranæ, Lauendulæ, Roris m. Spicæ, Betonicæ ana P.j Modice in-

cisorum

ciſorum, Agarici drach. ij. Inter lauandum ſapor odoratus in pomi figuram (pomarium vocant) addatur.

Lixiuium ad affectus frigidos: Recipe Saluiæ Origani, Roriſmarini, Calaminthæ ana M j fol. Lauri M. ſ. flor. Stœchados, Heliochryſi ana P. j. ex iure decocti caput irrigetur, laueturque.

Aliud ad deſtillationem ſiſtendam: Recipe Maioranæ, Betonicæ, Meliſſæ ana P. j. flor. Chamomillæ; Stœchados, Anthos, Heliochryſi ana P. iij. Nigellæ drach. ij. coquantur in lixiuio ex Buxi Cinere, & hoc caput rurſum lauetur.

Vel ad Aſthma: Recipe Saluiæ, Betonicæ, Hyſſopi ana M. ſ. flor. Chamomil. Roſarum rub. Granorum Myrti contuſ. ana M. j. Bulliant in q. ſ. Lixiuii dulcis, condita ſacculo. Ex hoc caput ſingulis ſeptimanis lauetur, ſemel aut bis, ante cibum.

Aliud ad memoriam: Recipe Meliſſæ, Roriſmarini, Maioranæ ana M. j. ß. fol Lauri M. j flor. Stœchad. Chamomil. Pſeudonardi ſeu Lauendulæ ana P. ij. Coquantur in lixiuio, ſacculo condita. horum iure, caput mane ante cibum, corpore purgato, lauetur: mox ſiccetur contegaturque.

Lotio ad ſomnum, Heurnii: Recipe Maluarum, Lactucæ ana M. ij. capitum Papau. alb. num. x. Cort. Rad. Mandragoræ vnc. ß. fol. Meliſſæ vnc. ß. Aquæ q. ſ. Fiat decoctio ad quintæ vel ſextæ partis conſumptionem. Addi poterunt flores Nymphææ, Meliſſæ, folia Salicis, Vitis, Cucurbitæ, ſemen Anethi, &c.

Alia ad ſomnum ciendum in febribus, Rondeletii: Recipe fol. Cucumeris, Maluæ recentis, Lactucæ, fol. Cucurbitarum, Violarum ana M. j. flor. Nenupharis P. j. F. decoctio, qua abluantur pedes, cum ibit dormitum: nec tergantur, aut panno humido inuoluantur.

Lotio pedum Polychriſtos Andernaci: Recipe Roſ. rub. Chamomillæ, Betonicæ, Origani, Saluiæ, Rutæ, Aſari an. M. j. Condita ſacculo coquantur in lauacro pedum: Vbi vero iam ſatis inferbuerint, ſextarius nitri & Salis P. j. addatur. Vtitor in ſeptimana ſemel vel bis, mane aut veſperi ante cibum, vel etiam ante ſomnum, in vſum adhibito. Capiti pedibus, ſanguini, & omnibus neruis ſalubris, multos morbos alioqui futuros arcet.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 376 sur 1557

Lotio pedum ad lassitudinem: Recipe Origani, Pulegii ana M.j. ß. Saluiæ M.j. Decoquantur in aqua, quantum requiritur. Vsus eius esto ante somnum.

Aqua ad faciem commendandam Alexii: Recipe Pedum Vitulinum.ij. Aquæ fluuialis lib. xviij. coque ad consumptionem medietatis: Deinde adde Orizæ lib.j. Medullæ panis in lacte mollitæ num.j. Butyri recentis lib.ij. Albuminum ouorum cum corticibus num.x. Misceantur omnia, & coquantur, deinde destillentur quousque omnis aqua exierit: cui denique adde Caphuræ, Aluminis Zucharini ana: & erit optima.

Aqua faciem faciens rubram: Recipe rad. Serpentariæ maioris mundatæ atque contusæ q.s. Aquæ Fontanæ q.sufficit. M. & coquãtur vsque ad consumptionem quartæ partis: Deinde igne auferatur & seruetur in vase cooperto, qua facies lauetur.

Balneum odoriferum pro nobilioribus fœminis ad cutis vitia: Recipe Rosarum, cort. mali Citri, flor. Mali Citri, item mali Arantii, Iasmini, Lauri, Rorismarini, Lauendulæ, Menthæ, Pulegii, Aquæ Fontanæ q.s. Coquantur simul leuiter, pareturque lauacrum, cui adde olei Spicæ gut.vj. Moschi gr.v. Ambræ gr.iij. Asæ dulcis vnc.j. Ingrediatur fœmina horis duabus ante cibum.

Lotio flauos reddens capillos Bayri: Recipe Rubiæ Tinctorum, Stœchadis Citrinæ, Polytrichi, Absinthii, Lupinorum ana q.s. ponantur in aqua vel lixiuio, in vase vitreo per 9. dies, mouendo singulo die bis: & infundatur spongia in ea, cum qua lauentur capilli: & post exiccationem lauentur cum aqua calida & sapone.

Lixiuium aliud Marinelli: Recipe Buxi rasi, Stœchadis, cort. Mali Citri, Glyzirrhizæ tritæ rad. vngulæ Caballinæ, Capillorum Veneris ana q.s. Croci parum. Coquantur in aqua vsque ad consumptionem tertiæ partis, coletur: quo caput lauetur, & pecten inungatur.

Vel Trotulæ: Recipe straminis Auenæ, rad. Chelidoniæ, Agrimoniæ, Rasuræ Buxi, Cinerum Vitium, Cinerum Auenæ ana q.s. cum calida aqua fiat lixiuium: quo caput lauetur.

Vel etiam sic fit: Recipe Cort. Berberorum vnc.s. rad. Glycirrhizæ vnc.j.s. Ceterach, Polypodii ana M.j. Fiat decoctio in lixiuio vel aqua: coletur. Ad lib.j. adde Mellis communis vnc.j. Aquæ Serpentariæ,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 377 sur 1557

tariæ,aquæ Ari ana vnc.ß. miſce:Et cum ſpongia vel pectine capillos tinge,ad ſolem.

Lixiuium & hoc flauos reddit: Recipe flor. Verbaſci M.j. Fœnugræci vnc. ij. Cineris vitium. M.j. Cineris Ligni Hederæ M. j. Aquæ pluuiæ lib. xx. Coquantur ſimul vſque ad dimidiæ partis conſumptionem,coletur,addanturque Smegmatis albiſſimi li.iiij. Croci drach.ij. Miſceantur & ponantur ad ſolem, per menſem vnum: quo tingantur Capilli ad ſolem cum ſpongia vel pectine.

Lixiuium capillos nigro colore tingens: Ioan. Baptiſ. Portæ: Recipe cort. Ficus, Gallarum, Elates, Rubi, Cupreſſi ana q. ſ. Miſceantur & fiat lixiuium, quo capilli lauentur.

Vel: Recipe foliorum Ficus, fol. Vitis nigræ, fol. Mori ana lib.j. Aquæpluuiæ q.ſ. Macerentur per diem vnum: deinde coquantur, quo capilli lauentur.

Vel: Recipe Lixiuii communis q.ſ. Foliorum Betæ M j. Saluiæ M.iij vel iiij Myrrhæ,fol. Lauri,cort. Nucum viridium ana q.ſ. Miſceantur & coquantur,quo lauetur caput: Deinde in fine abluatur facies & collum lixiuio ſimplici.

Aliud: Recipe Baccarum Myrti, Sumach, Saluiæ, Nucum Cupreſſi,Myrobal. Citrinarum, Chebularum, Lixiuii communis ana q.ſ. coquantur omnia ſimul vſque ad conſumptionem tertiæ partis, fixatque lixiuium,quo caput lauetur.

Lixiuium capillos reddens rubros: Recipe Lupinorum tritorum drach.x. Myrrhæ drach. ß. florum Salicis drach.iij. Tartari vſti drach.iij. Trita ponantur in Lixiuio,coquanturque vſque ad ſpiſſitudinem:quo tingantur capilli.

Aliud: Recipe Sumach: vnc.ij. Gallarum vnc. iij. Rubiæ vnc.ij. Capill. Veneris vnc.j. Abſinthii vnc.j. Lupinorum Excortic. M.ij. Aquæ lib. x. macerentur per aliquot dies: quo capilli lauentur.

Vel: Recipe Cineris vitis lib.j. Aquæ lib.vj, confice lixiuium.

Lotio Capillos reddens longos: Recipe Agrimoniæ, Cort. vlmi, Verbenaceæ,aquæ pluuiæ ana q.ſ. Miſceantur,& coquantur vſque ad conſumptionem tertiæ partis: quo ſingulis ſeptimanis ſemel lauentur capilli.

Vel: Recipe Capill. Veneris, Myrobal. Emblicorum, Acetoſæ ana q.ſ. coquantur in aqua: colaturæ adde Myrrhæ q.ſ. Fiat lotio, qua lauentur capilli.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 378 sur 1557

Lixiuium capillos augens: Recipe Agrimoniæ, Cort. Vlmi, Rad. Silicis, Abrotani, Altheæ, Pilularum populi albæ, Cinerum, Stipitum caulium, Aquæ ana q.ſ. fiat lixiuium, quo capilli lauentur.

Aliud eiuſdem Fumanelli: Recipe Branchæ Vrſinæ, Lixiuii communis ana q.ſ. coquantur: quo lauentur Capilli.

Lotio pilos augens Marinelli: Recipe Polytrichi vnc. iij Ladani, Myrti, Cucurbitæ vſtæ ana vnc. j. Aquæ lib. x. Trita miſceantur per dies 20. ſingulis diebus miſcendo: Deinde coquantur vſque ad tertiæ partis conſumptionem, fiatq; lixiuium, quo caput lauetur.

Lotio Capillos reddens criſpos: Radices Altheæ, in aqua decoctæ percolentur, premanturque: & decocto addantur ſemi. Lini, ſem. Pſyllii ana q.ſ. Et ex eorum colatura, poſt exactam commixtionem & compreſſionem, capilli abluantur.

Alia: Recipe Farinæ Fœnugræci, Hyoſciami, Lithargyri Auri ana part. æquales. Ponantur in lixiuio, quo capilli abluantur.

Vel: Recipe Rad. Filicis, fol Betæ, coquantur ſimul vſque ad conſumptionem tertiæ partis: auferatur ab igne, addaturque gummi Arabici q.ſ. Miſce & fiat lotio, quo capilli lauentur: qui reſiccati oleo Myrtino tingantur.

Balneum ad Herniam: D. H. Herb. Parietariæ, Pentaphylli, Chamomillæ, Lentopodii, Chamædrios, decoque in Aqua: Vel Recipe Pyrolæ, Symphit. Saniculæ, Vetonicæ, Arthemiſ. Hirundin. Eringii, Maluarum, Muſci Querci: an. M j. Salis Armoniaci parum, fac in duos ſacculos, Bulliant in aqua, & applicetur vnus poſt alterum.

Hæc ſufficienter dicta ſint de vſu aquæ in medicina, ſequitur nunc Anatomia vini.

CAPVT II.

De Vino.

VIno, inquit doctiſſimus Sennertus, frequentius & vtilius hominum pars pro potu vtitur. Etſi enim ad ſitis extinctionem nõ minus aqua, quam vinum faciat: Valetudinis tamen ſi recta ratio habeatur, procul dubio prę ferendum eſt. Non enim vino ſolum natura magis delectatur, ſed & coctio & diſtributio Ciborum eo magis adiuuatur.

Vete-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 379 sur 1557

Veteres olim Romani diis sacrificaturi perpetuo vinum offerebant. Hinc Poeta Ouidius: Redduntur merito debita vina Ioui. Nam dii vina dedere, inquit, Plato in sympos. vt pellant hominum curas & mentem lætitia diffundant: Nam Bacchus & afflictis requiem mortalibus adfert: Natura siquidem è suo penu nihil quicquam largita est præstantius Vino. Vulnerib. curādis præstantissimū est Balsamum, virib. reficiendis Cardiacū eximium, nutriendo corpori alimentū optimum, quod nominis indicare videtur notatio: Nam Græcè dicitur οἶνος, ἀπὸ τῆς ὀνήσεως, id est, Iuuamine, iuxta illud Homericum, iuuamē senties si biberis; lætificat enim cor hominis, mentē exhilarat, ætatem floridam facit, mœstitiam aufert, calorem natiuum fouet, viscera calefacit, coctionem iuuat, stomachum roborat, obstructiones tollit, viam abigendis excremētis parat, vrinas mouet, somnum conciliat, venena frigida obtundit, spiritus resarcit, flatus dissipat, crassos humores attenuat, coquit, discutit; cum Androcide sapientia claro dicemus: Vinum est sanguis terræ, Lac senum, ex vite, quasi vita prodiens, vitam conseruans, Aquam vitæ suppeditans: Quid Græcus poeta noster? annon laudib. arguitur Vini vinosus Homerus? Fœcundi calices quem non fecere disertum? vulgo dicitur, vinum acuit ingenium, & vina ait Poeta, parant animos; Ob id Poeta Ennius nunquam se accingebat carminib. scribēdis, nisi prius multo madidus mero. Æschylus nō nisi potus ad Tragœdias exarandas prosiliuit. De Lampride narratur facetum hoc, qui cum vino ingurgitatus multa apposite diceret & responderet, se thuri similem esse fatebatur, quod non nisi calefactum suauem spirat odorem. *Luc.10.*

In vino veritas, facundia, & alacritas; vetulam etiam nolentem, vt dicitur prouerbio, saltare compellit; nam vinum forte, ait sapiens, quo abstinere olim apud Hebræos nefas erat, Persarumque fuit mos, vt postquam vino maduerant, de rebus maximis decernerent.

Vinum cor hominis recreat ac reficit: Iudic. 6. v. 13. Psal. 104. v. 15. Vinum prohibitū leuitis intrantibus templum, & Israelitis facientibus votum Leu. 10. v. 9. Nu. 6. v. 3. Vinum in deserto Israelitæ non biberunt annis 40. Deut. 29. ver. 9. Vinum Deus dat obedientibus Deut. 11. 14. & 28. 39. Vini abusus noxius est Prouerb. 20. v. 1. & 23. v. 30. & 31. v. 4. 5. Esai. 5. v. 18. Tit. 1. v. 3. & 2. vers. 3. Pauculo & modico vino

vino vtendum 1.Tim.5.v.23 Vinea à Noe plantatur, Gene.9.v.20. &c.ad noſtra.

Plato, ait Galenus, vinum neque permittebat in exercitu, vt vinum guſtarent milites, neque ſerui, nec principes, neque hi qui de re aliqua eſſent conſulturi, quod ſcilicet velut Tyrannus animæ facultatibus imperet, exceſſuque ſumptum vires eneruat, ſanitatem deſtruit; vnde Hippocrates in vino morbus & ſanitas, mentis temperantia ac feritas, bellum, & pax iuxta: Vinum alit lites, lites diſſoluit eaſdem. Propertius ait: 2.33 vino forma perit, vino corrumpitur ætas.

Plautus dicit nimis vinum vile, atque amor, ſi Ebrio atque amanti impune facere, quod lubeat, licet. Idem Pſeud. Magnum hoc vitium vini eſt, pedes captat primum: Luctator doloſus eſt.

Laert.lib 2.c.9.de Anacharſi refert; quod dixerit, vitem tres ferre botros: primum voluptatis, alterum ebrietatis, tertium moleſtiæ. Sentiens parcum vini vſum eſſe iucundum, quia ſedat ſitim; largiorem gignere temulentiam: largiſſimum parere rixas, cædes, ac morbos. Simile huic quod alibi dictum eſt: Primum craterem pertinere ad ſitim, alterum ad voluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad inſaniam: Multa adhuc ſane poſſent à nobis talia adduci exempla, quæ & ex parte vinum commendant, & ex parte contemnant. Verum dicimus cum choro medico toto, vinum eſt Adiaphorum ac indifferens, pro ratione boni vel mali vſus bonum ac malum, atque vt ſanis robur eſt, ſic infirmis infirmitas eſt & male vtentibus venenum.

Supra lib.3. Baſilicæ Medicæ vinorum differentias numeraui-mus, eaſque varias, videlicet alias ſumptas eſſe 1. à colore, hinc vina alba, rubra, nigra, flaueſcẽtia, rubella, pallida, &c. 2. à ſapore, hinc dulcia, auſtera, acerba, acria, inſpida, &c. 3. à ſubſtantia, hinc craſſa, tenuia, feculenta, &c. 4. Ab odore, hinc ſuauia, fragrãtia, Inodorata, &c. 5. à virtute, vinoſa, aquoſa, polyphora & olygoriphora dicuntur; 6. à loco, regione, & terræ varietate vbi creſcunt, hinc Falernum, Albanum, Græcum, Hiſpanicum, Rhenanum, &c. De his ſupra latius audies.

Verum cum non tantum alendo corpori noſtro aptum eſt vinum, aut cordi recreando, & inſtaurandis ac roborandis ſpiritibus noſtris:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 381 sur 1557

noſtris: Quin & eius facultates ac virtutes ad medicandum curandumque protenduntur, vt non ſolum ex Hippocratis teſtimonio probare poſſumus, Galeno etiam eius interprete, ſed ex omnium celeberrimorum Medicorum, Græcorum, Arabum, & Latinorum vno eodemq; conſenſu: ſique placet ex prædictis pete, accingemus nos, diuina annuente gratia, ad vini vſum Medicum.

Ex vino ſimplici fiunt medicamentoſa, compoſita variis ex rebus, remedia item confortantia varia: vt primo vina Hippocratica, Aromatica ac delicatiſſima, recentiores medici vocant clareta: vſus eius ſunt in diuerſis affectibus, vt iam dicetur.

Hippocratici vulgaris & communis hæc eſt præparatio: Recipe vini rubri, vel albi optimi lib. x. Cinnam. vnc. j. ß. Caryophyllorum ſcrup. ij. Cardamomi, gran. Paradiſi ana ſcrup. iiij. Zingib. drach. iij. omnia craſſo modo contuſa macerentur in dicto vino per tres vel quatuor horas: addendo Sacchari albiſſimi ſeſquilibram: tranſcolentur per manicam aliquot vicibus, & fiat Hippocraticum.

Vel: Recipe Cinnam. electi vnc. ij. Zingiberis vel Galangæ drac. j. Non quaſſentur, ſed craſſiuſcule conſcindantur, ſtentque per noctem in infuſione duorum ſextariorum Vini, & inde percoletur per manicam Hippocratis, cui inſint Sacchari albiſſ. vnc. viij. ſubinde reaffunde percolatum.

Vel: Recipe Cinnam. electi vnc. ß. Zingiberis albi drach. ij. Caryophyll. Piperis longi, N. Moſchatæ ana obolos iiij. Bene tuſa cum albi Sacchari ſelibra, In meri albi congenio commiſceto, ac percolabis. Summum diſſolutis ſtomacho remedium eſt.

Vel: Recipe Cinnamomi Electi vnc. j. drach. v. Zingiberis drac. vj. Caryophyll. Galangæ ana drachm. j. Macis, N. Moſchatæ ana ſcrup. ij. Gran. Paradiſi, Cardamomi, Coriandri ana ſcrup. j. Aniſi ſcrup. ß. Sacchari lib. ij. Vini rubri menſuras ij. Fiat ſecundum artem Vinum Hippocraticum.

Nonnulli tantam aromatum copiam exoſi, ea vina ex ſolo Cinnamomo & Saccharo præparant: ſed alii vim eius calefaciendi paulo plus acuunt Pipere, vel Zingibere & Caryophyllis, &c. vt ex his receptis apparet. Hyemis fere tempore ſumũtur cum pane toſto ad corroborandum ventriculum. Porrigitur etiam in Quartanis, & aliis affectionibus ex cauſa frigida profectis.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 382 sur 1557

Hippocratici extemporanei, vbiuis locorum, faciendi modum nobis ſuppeditat ars Spagyrica: Vbi iuxta eundem modum poſſunt etiam omnis generis extracta, & remedia ſpecifica ad diuerſos affectus præparari: Recipe Cinnamomi vnc.ij.vel iij. Caryophyll. vnc. ß. Zingiberis, Piperis longi, Cardamomi, Granorum Paradiſi, Galangæ ana drach.ij. N. Moſchatæ ſeſquidrachmam: Craſſe contuſa, & mixta omnia macerentur in ſpiritu vini, in vitro optime clauſo, poſitoq; in B. M. per tres aut quatuor dies: aut donec ſpiritus vini colores & virtutes Aromatum omnes extraxerit. Frige factum vas aperi, & ſepara Tincturam per inclinationem: quam in phiala peculiari ſerua ad vſum. Fæcibus ſeparatis, reliquam aromatum partem fortiter exprime per linteum: quam in phialis aliis ſeorſim ſerua ad vſum. Sed prior Tinctura eſt præſtantior hac poſteriori. Vel, ſi placet, poteris ea omnia poſt macerationem filtrare & colare per manicam, idq; ob extractionem promptiorem virtutum rerum aromaticarum. Eiuſmodi extracta diu ſeruari poterunt. Si igitur quoties libuerit, cum vini optimi menſura vna, infundes drach. j. aut alteram extracti, & Sacchari, quantum voles: & habebis vinum aromaticum. Ad inſtitutum cumprimis, loco Sacchari inſeruiet ipſius oleum cum albumine ouorum indurato factum.

Clareta varia, variè pro diuerſis curationis Scopis præparantur. Exempli gratia: Recipe Cinnamomi vnc.ij. Macis vnc. ß. Dactylorum ſine nucleis, minutim inciſorum N.20. vuarum Damaſcenarum vnc.v. aut vj. ſem. Aniſi, Fœniculi ana vnc.j. Coriandri præparati vnciam ß. aromatibus & ſeminibus craſſo modo contuſis, omnia indantur vitro, infundendo aquæ vitæ rectificatæ, vini Canariæ, vel vini albi generoſi, ſingulorum menſuram j. vel lib.iij. aut circiter: lutato vaſe, macerentur in loco frigido per 4. aut 5. dies: Citra ſeparationem liquoris à fæcibus ſuis: aut ſi placet, poſt macerationem tranſcola per manicam, inſtar vini Hippocratici, ſerua in phialis clauſis ad vſum. Doſis eſt Cochleare vnum vel alterum tempore matutino. Eſt medicamen optimum ad corroborandum ventriculum: Eiuſque cruditates, & flatulentam omnem materiam tollendam, nec non contra dolores Colicos, & ſimiles affectus. Poteſt hoc claretum dulcificari cum Saccharo.

Alius modus conficiendi Clareti: Recipe Vini Maluatici, aut vini

vini albi optimi mensuram vnam & semis, quæ faciunt lib. iiij. aut v, pone in vitro aut Pellicano: addendo Caryophyll. N. Muschatæ, Macis ana sesquiunciam: Zingiberis, Cardamomi ana vnc. ß. Coriandri, Anisi Fœniculi, ana drach. iij. Rad. Angelicæ, Zedoariæ ana drach ij, Diptamni, florum Rosmarini, Bugloss æ, ana Pugillos duos, aut in eorum locum accipe eorundem conseruarum ana sesquiunciam: Tabellarum aromatici Rosati vnc. j. Sacchari albissimi lib. j. Omnibus crasso modo contusis, & inuicem mixtis, infundantur cum vino, & ad macerandum ponantur in B.M. tepido, vase bene lutato, per duos aut tres dies. Postea colentur per manicam aliquot vicibus, vt specierum virtus melius extrahatur. Huius vini quod diutissime seruatur in lagenis clausis, mane exhibe vnum aut duo Cochlearia. Hoc Claretum corroborat omnes facultates, & reficit spiritus tam animales, quam vitales & naturales. Hinc conducit vniuersis Cerebri affectibus: Item Cardialgiæ, Lipothymiæ, Syncopi, aliisque cordis affectibus. Estque medicina præstans contra omnes imbecillitates, cruditates & flatuitositatis ventriculi, corroborat jecur & Lienem; & medetur omnibus Cachexiis, Melancholiis Hypochondriacis, & ipsis Hystericis affectionibus, præseruat præterea corpus à peste, vermibus & aliis putrefactionibus, vnde varii generis Morbi progenerari possunt. Si eo vti voles in affectu aliquo curando, addenda erunt ea, quæ huic fuerint appropriata, ac specifica, quorum quantitas cæterorum ingredientium pondus superet: Vt in Epilepsia adiicienda est Radix Pœoniæ cum suo semine, Ramenta Cranii humani, flores Tiliæ, Lilii Conuallium, Calendulæ & similium. Ex quibus fiat Claretum aut vinum antepilepticum quod conducit Epilepsiæ; tam ad paroxysmi ferociam tollendam, quam ad præcautionem, si aliquot eius Cochlearia dederis in Noui Lunio, pleni Lunio, & Luna Bicorni. In Epilepsia, ex vterinis affectionibus orta, addenda est radix Bryoniæ exsiccata. In Apoplexia & Paralysi addenda sunt, Baccæ Iuniperi, flores Lauendulæ, & Saluiæ. Et sic pro vario affectuum genere, varii quoque generis siue Clareta Aromatica, medicamentosa concinnari possunt.

Claretum aliud: Recipe vini albi optimi lib. iiij. Sacchari albi vnc. iiij. Cinnamomi vnc. j. Coriandri præparati drachm. iij.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 384 sur 1557

Caryophyl. drach. ij. gran. Paradiſi, Zingiberis albi ana drach. j. Piperis longi ſcrup. ij. Zedoariæ drach. ß. omnia trita ſubtiliſſime, & colata reſeruentur in vaſe ſtanneo.

Vel Arnoldi: Recipe Zingiberis drac. ij. Cinnamomi vnc. ß. Caryophyll. drach. j. Vini albi menſ. iij. Mellis vnc. j. Sacchari albi lib. ß. Fiat ſecundum artem Claretum.

Species pro Clareto: Recipe Cinnam. electi drac. x. N. Moſchatæ drach. ij. Zingiberis albi vnc. j. Caryophyl. gran. Paradiſi, ana dra. j. Macis, Galangæ, ana ſcrup. j. Cardamomi, Coriandri præparati ana ſcrup. ß. Fiat puluis: de quo recipe drach. x. ad menſ. ij. ß. vel iij. Vini boni.

Species aliæ: Recipe Cinnam. Electi vnc. ij. Zingiberis, drach. iij. Galangæ drach. j. ß. Caryophyl. drach. iij. gran. Paradiſi drach. ij. N. Moſch. drach. j. Sacchari albi lib. j. ß. Vini optimi menſ. iij. per Manicam Hippocratis F. Claretum.

Claretum ſiue Nectar optimum: Recipe Cinnam. lib. ß. drach. ß. Zingiberis, Galangæ, gran. Paradiſi, Caryophyl. Cubebarum, Macis, Cardamomi ana drach. ij. Piperis longi ſcrup. j. Spicæ Nardi, Squinanthi, ana ſcrup. ß. Nucis Moſchatæ ſcrup. j. ß. Croci ad pondus denarii Turonenſis. Hæc omnia minutiſſime trita miſce. Et habebis ſpecies abunde pro loto nectaris ciuitatis Burgenſis. Deinde accipe libram mellis cum pinta aquæ fontanæ decoctam, vſque ad conſumptionem aquæ: Et refrigerandam ſepone. Tunc accipe circiter lotum boni Vini, & ſucco cum prædictis ſpeciebus in vas immiſſo, Vinum percolando, infundito paulatim, mel etiam cum Vini parte prius mixtum paulatim infundendo, ita vt ſuccus non comprimatur. Quod ſi precioſius facere voles, Saccharum pro melle pones in vino diſſolutum, ſimiliter pondere libræ, aut amplius. Percolabis autem ter vel quater, vt fortius & melius euadat vinum. Addes etiam prædictis Agallochi optimi, folii ana grana duo, & Moſchi aliquantulum.

Claretum aliud cum melle: Recipe Ariſtolochiæ rotundæ, Cinnamomi vnc. j. Zingiberis vnc. ß. Galangæ, Granorum Paradiſi, Caryophyllorum, Cubebarum, Macis, Nucis Moſchatæ ana drach. ij. Piperis longi drach. iij. Spicæ Nardi ſcrup. j. Croci ſcrup. ß. Sacchari lib. j. Vini, lotum. Quod ſi pro diuite fuerit, adde Agallochi optimi grana

grana duo, & Moſchi granum vnum. Vel ſecundum alios: Recipe Cinnamomi electi vnc.ij. Zingiberis drach.j. Granorum Paradiſi, Piperis longi ana vnc.ß. Nucis Moſchatæ, Caryophyllorum, Macis ana drach. ij. Cubebarum, Cardamomi ana drach.j. Spicæ Nardi, Squinanti, Calami Aromatici ana ſcrup.j. Trita commiſce cum lib. iij. Mellis, & loto vini, vt dictum eſt.

Aliud cum Melle & Saccharo: Recipe Electi vnc. j. Zingib. vnc. ß. Caryophyl. Piperis longi, Cardamomi ana vnc.j. vini albi odoriferi lib.iiij Sacchari lib.j. Mellis albi deſpumati quart. iij. M. & fiat Claretum ſecundum artem.

Claretum Laxatiuum: Recipe Galangæ drach.vj. Cinnam. vnc. j. Turbith. Eſulæ, Cataputiæ ana drach. ß. Hermodactylorum drac. ß. Tere, fiat claretum cum melle, Saccharo, Vino & aqua q.ſ. purgat pituitam.

Claretum purgans D. Henrici Wolffij: Recipe Ruſci, Aſparagi, Acori, Fœniculi ana drach.iij. ſem. 4. Frig. Maior. an. drach. ij. ſem. Endiuiæ, Cichorii, Scariolæ an. drach.j. Turpeti vnc. ß. Hermodactyl. drac. x. Polypodii Quercini, fol. Senæ ana vnc.ij. Zingiberis vn. j. Vini albi lib.iij. Sacchari ad placitum. Fiat Claretum.

Claretum laxatiuum aliud, Friderici N. Medici Regis Daniæ: Recipe fol. Senæ Alex. mundatæ vnc.j Rhab. elect. drach.ij. Agarici opt. drach.iij. Cinnamomi electi vnc. j. ß. Hæc omnia miſceantur in duobus ſextariis vini optimi, ac in loco calido ponantur per horas 12. Deinde colentur per laneum ſaccum ſepties, & poſtea addatur Sacchari albi lib. ß. & bene miſceatur. Quotieſcunque igitur qui ſe purgare voluerit, ſumet dimidium ſextarium huius potionis. Reliquum in vitro bene obturato ſeruabit.

Claretum laxatiuum pro delicatis: Recipe Vini optimi lib. iiij. Polypodii, Mellis ana lib. ß. Galangæ, Caryophyllorum, Cinnamomi, Zingiberis ana vnc. ß. Agarici drach.ij. Senæ drach.iiij. Piperis, Cardamomi ana drach j. Bulliat Polypodium coctum cum vino & melle ad conſumptionem tertiæ partis: deinde alia purgantia addantur, colentur per ſaccum bis, vel ter.

Vinum purgans, noſtrum: Recipe Abſinthii M.j Centaurii, Cardui benedicti, Quinquefolii ana M. ſ. Gentianæ rad. drac. j. ß. Senæ vnc. ij. Rhabarbari drach. vj. Agarici vnc. ß. rad. Mechoacæ vnc. j.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 386 sur 1557

Spicæ Indicæ drach. j. Zingiberis drach. j. Inciſa omnia in ſacculo linteo mundo ponantur, ſuperinfundendo vini albi boni menſuram vnam. Capiat æger poculum dimidium, ſtomacho ieiuno. Febres tertianas ſpurias radicitus tollit.

Vinum Hippocraticum laxatiuum: Recipe Eſulæ lib. j. Epithymi drach. vj. Polypodii, Cinnamomi, Paſſularum ana vnc. ß. Maſticis, Zingiberis. Zedoariæ, Caryophyllorum an. vn. j. Sacchari quantum ſufficit. Contra Quartanam, quotidianam & Tertianam notham valet: concoquit & præparat humores, & eoſdem mox per aluum educit.

Vinum ad calculum: Recipe Rad. Ononidis vnc. ij Ruſci, Aſparagi, Rubiæ tinct. ana vnc. j. fol. Betonicæ, Saxifrag. ana M. iij flor. Ononidis, Saxifrag. an. P. ij. ſem. Alkekengi vnc. iij. ſem. Vrticæ, vnc. j. Baccarum Iuniperi, Cicerum rubeorum ana M. j. vini vel muſti menſur. xv. Incidenda incidantur, contundenda contundantur, & ferueant ſimul in dolio paruo. Doſis, hauſtus vnius, ſtomacho ieiuno.

Vinum Palmeum Dioſcoridis: Palmulas maturas in vrceolum in imo pertuſum & obſtructum picata arundine, demittito: lino foramen ſit obturatum, & quadragenis ſextariis ternos aquæ congios infundito. Quod ſi ipſum ita dulce eſſe non libeat, quinque congios infudiſſe ſatis eſt. Poſt 10. dies detracto ab arundine linteo, aſſumito vinum craſſum & dulce, & reponito. Suaue illud equidem, ſed capiti noxium. Contra fluxiones, propter adſtrictoriam vim, efficax: ſtomachicis, cœliacis, ſanguinem expuentibus conuenit.

Vinum Oenanthinum. Fit è feraci vite ſylueſtri, quod vocatur Oenanthinum. Sicci flores minis duabus muſti cado macerati: poſt 30. dies mutantur: Mox colatum vinum reconditur. Facit aduerſus ſtomachi imbecillitatem, cibi faſtidia, Cœliacos & Dyſentericos.

Vinum ad memoriam & obliuionem: Recipe Zingiberis, Piperis longi, Galangæ ana vnc. j. Caryophyll. Cubebarum ana vn. ß. N. Indicæ vnc. iij ß. F. puluis, qui ligetur lente in ſacculo, & ponatur in vini boni bullientis lib. iiij. & cooperiatur ne reſpiret, & permittatur clarificari; & cum opus eſt, aſſiduetur: Nec ſacculus de vino remoueatur.

Vinum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 387 sur 1557

Vinum Hippocraticum Alex. Benedicti: Recipe vini Austeri odorati sextarium, Saccharilibr. ß. Cinnam. Zingib. ana vnc. ß. Galangæ drach. j. M. & cola sec. artem, sunt qui cum lacte amygdalarum dulcium clarificant. Valet ad Cardiacos.

Infusio pro vino Hippocratico Heurnii: Recipe Cinnamomi vnc j. ß. Zingib. albi drach. iij. Caryophyllor. N. Mosch. ana drach. ß. Gran. Paradisi scrup. ij. Piperis scrup. j. pulueriscentur crassiuscule ac macerentur in semili. Aquæ vitæ, & probe obturato vase luto ex farina & aqua, fiat infusio ad dies sex: Ac in cella vinaria interim ponatur, & quotidie bis concutiatur, vt se mutuo res variæ mixtæ feriant. Guttulæ aliquot huius liquoris remixtæ Cyatho vini, Hippocraticum vinum ilico præbent.

Vinum pro senibus: Recipe vini optimi defœcati mens. xv. Syrupi Cotoneorum cum melle facti mens. ij. vuarum passarum lib. ij. ponantur in dolio patuo.

Vinum Antiepilepticum: Recipe Ramentorum Cranii humani recentis vnc. ij. Visci Querni minutim incisi sequiunciam, florum Pœoniæ, Lilii Conuall. Tiliæ, singulorum pugillos tres vel quatuor, sem. Pæoniæ, Carduibened. contusorum ana drach. vj. Cinnamomi vnciam ß N. Moschatæ drach. iij. indantur vasi vitreo colli oblongi, affundatur vinum optimum: occluso vase, macerentur omnia in B M tepidissimo per 4. aut 5. dies: colentur bis vel ter, & si voles dulcificare colaturam, adde paululum Sacchari. Hoc remedium est Epilepsiæ tam præseruatium, quam curatiuum. Eius dosis sunt aliquot Cochlearia tempore matutino, idq; quatuor Lunæ temporibus, siue in quouis Lunæ septenario.

Vinum antapoplecticum: Recipe flor. Lauendulæ, Saluiæ, Anthos ana P. iiij. aut v. Baccarum Iuniperi vnc. j. In cæteris fac vt supra. Vnum vel duo Cochlearia huius vini exhibita subito Apoplecticum restituunt, & tanti mali tyrannidem arcent: non tamen omittendæ interim sunt aliæ euacuationes generales, item reuulsiones, deriuationes, & cæt.

Vinum Antiparalyticum: Recipe florum Calendulæ, Lauendulæ, mediocriter exsiccatorum bonam partem, quibus imple lagenã vitream, amplam & robustam, affunde vini maluatici tãtum, vt tres vel quatuor digitos super emineat: vas probe clausum pone ad

Solem

Solem per tres ſeptimanas aut integrum menſem : quo temporis ſpacio Vinum florum illorum virtutes atque eſſentias extrahet & vim acquiret adeo efficacem & potentem, vt ſi vitrum ponas ad parietem aut murum aliquem, vbi ex radiorum Solarium reflexione calor auctus in id fortius operetur, in centum fruſta diſſiliat. Ponendum igitur eſt ad feneſtram apertam, vbi radiorum non tanta eſt reflexio. Elapſo tempore enarrato, vas refrigerandum in cella per noctem integram eſt ponendum, vt vis nimia ſpirituum mitigetur ac ſedetur & poſtea aperiendum. Confert paralyſi, vno atque altero cochleari in aurora ſumpto : quod præſtandum eſt vſque ad viginti quinque vel triginta dies : Et præmiſſis purgationibus generalibus admirandos videbis effectus. Si dictum vinum poſt ſufficientem florum macerationem per alembicum, in B.M. vaporoſo deſtilletur cum omnibus iſtis floribus, vſque ad ſiccitatem, multo efficacius euadet, omnium autem efficaciſſimum erit remedium, ſi florum fæces in cineres redigantur, Salque extrahatur & cum propria ſua aqua permiſceatur.

Vinum Ophthalmicum: Recipe Rad. Enulæ Campanæ in Calleolas ſectæ & exſiccatæ vnc. ij. fol. Euphragiæ M.j. ſem. Fœniculi dulcis & Sileris montani ana vnc. j. Contundantur craſſiuſcule & omnia in vnum, vel in plures nodulos concluſa, ſuſpendantur in dolio, vt dictum eſt, aut in phiala vitrea, & macerentur per menſem. De quo vna atq; altera vncia ad acuendum viſum exhibeatur, idque ſingulis matutinis.

Vinum Chalybeatum: Recipe Limaturæ Chalybis vnc. iiij. Rad. Eryngiorum Enulæ Campanæ ana vnc. j. ß. Santali Citrini vn. j. Coralli rubri Raſuræ eboris ana drac. vj. Caryophyllorum, Macis, Cinnamomi Zingiberis ana drach. iij. Ceterach, Flor. Geniſtæ, Anthos, Epithymi, ana P. ij. Vini albi generoſi lib. vj. Macerentur per octiduum ad minimum ad ignem baln. Mar. calidum, dein tranſcolentur per manicam Hippocratis ter quaterve, vt vinum optime clarificetur, quod dulcorari Saccharo poterit, vt fiat vinum guſtui gratum : Doſis vnum aut alterum cochleare in principio, quæ deinceps, ſi opus ſit, augeatur.

Vinum aliud Chalybeatum : Recipe Laminas Chalybis puriſſimi vi ignis ſcintillantis atque liquefactioni proximi, mergantur in

Magda-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 389 sur 1557

Magdaleones ſulphuris, vt liqueſcat Chalybs inſtar ceræ Hiſpanicę, recipiatur in vaſe ſemipleno vini albi generoſi vel aceti Sambucini, dein in tigillo ad ignem ardentem ſinatur per vnam atque alteram horam vt optime exſiccetur, leuigeturque tandem vt Alkool in Porphyrite, huius ſic præparati Chalybis cape vnc.iiij. Rad. Eryngiorum Rubiæ tinctorum ana drach.vj. Cort.med.Fraxini, Rad. Ficis ana vnc.ß. ſem.Fœniculi, Baccar.Iuniperi rec.Gran.Alkermes ana drach.iij. fol.ſiccorum Chamedr. Ceterach. flor.Geniſtæ ana P.j. Caryophyllorum Macis ana drach.j. Cinnamomi interioris drach. ij ß. Vini albi generoſiſſimi lib.x. Indantur omnia in vas vitreum, & exponantur ad radios ſolares Æſtatis tempore, vel ad ignem lentum per xx. dies, materiam bis terue baculo agitando, dein tranſcolentur per manicam Hippocratis. Ad Cachexiam & Hydropem ineuntem ſingulare illud eſt præſidium: Doſis primis diebus ab vnc.j. ad vnc.ij. dein indies augenda cenſeatur.

Vinum Antinephriticum: Vt vinum Antinephriticum confícias, dolium iuſtæ magnitudinis vino generoſiſſimo repleatur: Quod quidem vinum prius concoctum, & ab aquea ſua humiditate, depuratum ſit. Super huius vini heminis octo dolio incluſis, vt ſupra, addes Fructuum Alkekengi lib.j. Rad. teſtæ bouis & Eryngiorum in talleolas diſſectarum & exſiccatarum ana vnc. iij. ſem. Bardanæ, Milii Solis, Saxifragiæ, Biſmaluæ ana vnc. ij. fol. Herniariæ flor. Geniſtæ ana P.iiij. Macerentur omnia per menſem integrũ, deinde ad vſum reſeruetur vinum. Si poſt prædictam maceratione illud tranſcolaueris, melliſque optime depurati tertiam partem addideris, & vt ſupra, in vino ſcillitico ebullire ſiueris: vinum efficies, quod diu conſeruari poterit, neque ingratum guſtui erit. Cuius vnciæ ij. aut iij (præmiſſa tamen primæ corporis regionis purgatione cum bolo aliquo ex Caſſia aut ſimili) ad calculi expulſionem: & prohibendam eius generationem exhibentur.

Vinum Catholicum purgans facilis præparationis: Recipe Rad. Acori, vnc.ß. Polypodii Quercini, ſem. Carthami ana vnc.j. ſem. Fœniculi Aniſi ana drach.iij. Cort. Myrobalanorum Citrin & Chebulorum ana drach.ij. Cinnamomi drach.ij.ß. Caryophyllorum, Macis ana ſcrup.iiij. Conſeru. flor. Geniſtæ, Violarum, Maluæ ana vnc. ß. Hermodactylorum alborum drach. vj. Turbith vnc. ß.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 390 sur 1557

Foliculorum Senæ vnc. ij. Vini albi generosi lib. ij. vel iij. Omnibus probe inuicem mixtis in vase vitreo optime lutato & clauso macerentur ad colorem lentum B. M. per quatuor aut quinque dies, ampliusve. Colentur aliquot vicibus per manicam, addendo Sacchari vnc. vj. Hoc vinum siue claretum purgans ad aliquot dies reseruari potest, ex quo facies sex octoue doses. Pro Dosi vna vnciæ duæ sufficient: Exhibendo id horis matutinis, & singulis diebus aut alternis continuando. Purgat clementer omnes humores, siue serosos, siue crassos & melancholicos: prodest calculosis & podagricis, & potissimum delicatioribus, nec non imbecilliori ventriculo laborãtibus, qui citra vomitum alia purgantia admittere nequeunt. Conducit præterea Hysterici affectibus, & albos sistit mensium fluores, si addatur fæcula Bryoniæ, quæ est specifica vteri medicina.

Aliud vinum purgans facillimæ præparationis: Recipe Senæ vnc. ß. Hanc immitte in vas vitreum, addendo Cinnamomi contusi drach ß. Caryophyll. N. v. aut vj. Vini albi q. s. Claudatur vas charta vel bombace saltem & addatur, si ita videbitur, paululum Sacchari. Omnia marcerentur in loco frigido per dies tres, quoad vinum sufficienter tinctum sit. Huius vini sumantur Cochlearia duo vel tria mane cum iusculo, si placuerit ac tantundem sero, idque continuetur ad dies duos vel tres. Remedium hoc ex vncia semis tantum Senæ præparatum (quod vel pueris & prægnantibus exhiberi potest) si continuo ad dies tres vel quatuor quis sumpserit, blande & vtiliter corpus purgabit.

Vinum purgans ex floribus prunorum Persicæ arboris, Hyperici & cæt. Ad huius vini compositionem verno tempore sufficiens colligenda est florum prunorum, tam hortensium, quam agrestium copia: Hisque tertia vel media pars dolii replenda, quibus adde vuarum Corinthiac. lib. v. Prunorum dulcium lib. iij. Iuiubarum lib. ij. Dactylorum absque nucleis lib. j. Fœniculi vnc. iij. Cinnamomi vnc. ij. Affundatur vinum optimum vsque ad summum vasis, quo accurate clauso, omnia macerentur ad dies viginti aut mensem vnum. Hoc vinum nullam plane nauseam exhibet, & potest loco diapruni sumi. Habet enim vim alterandi & purgandi humores bilioso: Seruatur ad vsum per integrum

grum annum. Dosis est dimidium vitrum, quod citra diagridii additionem blande purgabit. Tempore vindemiarum etiam præparari potest idem vinum cum musto vini albi optimi, sicut & reliqua, hactenus à nobis descripta. Flores in vmbra exsiccati seruandi sunt vsque ad tempus enarratum. Eius vim purgatricem efficaciorem reddes, si foliculorum Senæ lib. vnam atque alteram addideris.

Ad eundem modum parari potest, tempore veris vinum purgans contra vermes siue lumbricos ex Persicæ arboris floribus. Ex floribus Hyperici, summitatibus Centaurii minoris, & Fumiterræ, collectis omnibus suo tempore, dum florent, & exsiccatis, conficitur etiam vinum purgans aduersus vermes, quod idem sanguinem mundificat, & tam atram, quam flauam bilem purgat.

Si addideris Senæ ad libitum, potentiorem purgandi vim acquiret. Hæc vina licet saporis sint paulo amarioris, puriſſima tamen sunt & clariſſima: corrigi potest amaritudo illa vuis Corinthiacis & Liquiritia.

Sic eodem modo purgans vinum præparetur cum Rosis pallidis & albis, tam hortensibus, quam syluestribus. Quod purgat serosos humores, ex quo etiam optimum remedium parari potest contra Hydropem, quod etiam addita Vincetoxici Radice per vrinas purgat.

Dosis duo Cochlearia mane exhibita, idque continenter ad plures dies, si res postulat. Ad eosdem humores purgandos vinum paratur ex seminibus Ebuli & Hederæ, tam in Autumno, quam quouis alio tempore Eadem vina etiam conducunt Hydropicis.

Præter hæc remedia enarrata quæ cum vino parantur, veteres alia quoque diuersa vinorum medicatorum genera ad vsum comparabant. Inter hæc alia sunt necessaria, alia simplicia, alia composita.

Inter simplicia est vinum Absynthites, qui singularem ventriculi roborandi vim obtinet: confert præterea Hepati, & reliquis partibus nutritioni famulantibus. Illas enim ab impuritatibus, & corruptionibus liberat, & à vermibus repurgat.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 392 sur 1557

Vinum Anthoſatum & Iuniperinum cordis & Cerebri facultatibus ſuccurrunt, ex quarum facultate naturali & bona conſtitutione, vita etiam integra & diuturna conſeruatur.

Eiuſmodi vina fiunt duobus modis: primo cum muſto, tempore vindemiarum: ad quod inſtitutum comparandum eſt dolium aliquod, duodecim vel quindecim, vel plurium menſurarum. In vas illud indere poteris Abſinthii Romani exſiccati lib. ij. iij. vel iiij. pro lubitu. Dein dolium implebis muſto recenti, ebullireque ſines per aliquot dies, nouum perpetuo muſtum alternis diebus reaffundendo, quo vas ſemper repletum maneat, & vinum à ſuis fæcibus repurgari melius queat. Poſt perfectam & abſolutam ebullitionem imple totum doliolum eodemmet muſto, & optime claude. Sine omnia ita macerari & digeri, nec ante diem vigeſimum aut menſem vnum, hoc bibendum exhibe: donec per hoc temporis ſpatium digeſtum & clarefactum ſatis fuerit. Durat per annum vnũ vel etiam plures. Parantur etiam illa vina omni tempore hoc modo: Pone Abſinthium minutim inciſum, in vas vitreum, vt ita impleat tertiam eius partem, vel vltra: Affunde vinum album optimum, vſque ad ſummitatem fere vaſis: vas optime clauſum, ponatur in repoſitorio per 10. aut duodecim dies: Interea temporis vinum extrahet Abſinthii virtutem atque ſaporem; Loco eius quod in quotidianum vſum detrahitur, reaffunde nouum vinum generoſum: hoc vinum eſt Abſynthites ſimplex. Sed raro à noſtris Germanis ſic ſimplici modo vſurpatur, maxima ex parte ei adiiciunt varias ſpecies, vel Cort. Citri, Cort. Arant. Zedoar. Item aromata, omnis generis Rad. ac herbas & inprimis Centaurium, Carduumben Saluiam, Flores Hyperici, &c.

Ad eundem modum præparantur vina ſimplicia ex floribus Roriſmarini & baccis Iuniperi, Radicibus Acori, Angelicæ, floribus Anthos, Saluiæ, ad frigidos cerebri affectus, &c.

Vinum Euphragiæ & Fœniculi oculorum aciei & corroborationi confert. Vinum Enulatum & de Tuſſilagine, aſthmati & pulmonum vitiis medetur, valetque ad detergendos pulmones, & iuuandam expectorationem. Vinum Hypericonis & Centaurii minoris, liberant & ſoluunt jecoris obſtructiones, ipſumque roborandum maxime proſunt.

Vinum

Vinum Bugloſſatum cordi omnibuſque Melancholicis affectibus accommodatum eſt, fitque vel cum floribus vel radicibus eiuſdem.

Vinum Aniſi ad colicum dolorem ex flatu profectum, ſiue is in ſtomacho, ſiue in vniuerſo ventre exiſtat, laudatur. Vinum Epithymi, ſicut & vinum Tamaricis Lieni confert.

Vinum paſſulatum admirabile eſt ad virium reſtaurationem in ſenibus. Vina Alkekengi & Eryngiorum, Nephriticos & calculoſos leuãt, vt & ipſum vinum Iuniperinum, quod mire etiam cor, cerebrumque, & reliquas partes nobiles corroborat. Vinum ſcilliticum præſtantiſſimum eſt ad humorum præparationem & digeſtionem: Hoc n. ad incidendas & atenuandas craſſas, pituitoſas melancholicaſque materias aſſumitur, hoc etiam nullum eſt ad attenuandos omnis generis humores mucilaginoſos tartareoſque excellentius remedium. Vinum Senæ melancholicos, imo etiam alios humores purgat. Facillimum quidem eſt, nec iniucundum remedium, quo libenter ij etiam vtuntur, qui à potionibus medicinalibus abhorrent, cum benigne & ſine perturbatione vlla, vel commotione purget. Vina Hermodactylorum & Turbith, ſeroſos & pituitoſos humores ex ipſis iũctaris euacuant: Vnde ad arthritidem vſurpantur. Vina ſeminis Ebuli & Sambuci aquas potenter ducunt, & ad hydropis curationem adhibentur, quemadmodum & vinum hederæ. Hactenus præcipua vina ſimplicia, eorumque virtutes & proprietates ordine enumerauimus.

Ad eorum vero præparationem quod attinet, alia hic inſtructione opus non eſt, cũ ex duobus exemplis ſupra propoſitis nullo negocio addiſci poſſit. At verò vina ſeminum Ebuli & Sambuci, quod hæc ſemina vinoſa, & eo ſolum tempore, quo vuæ, matura ſint, paulo aliter, quam dictum eſt, præparari debent. Quare prædictorum ſeminum vtrum libet exprimendum eſt, & ſuccus extrahendus, qui cũ dupla muſti optimi vini albi quãtitate admiſceatur, & in dolium magnitudinis conuenientis ad ſolitam digeſtionẽ & fermentationẽ infundatur. Notandũ vero hic melius eſſe, ſi id obturato dolio peragatur, hoc eſt, ſi dolium penitus non repleatur, & obturetur bene, ne quid exhalet. Quo facto & fermentatione per menſem integrum abſoluta, dolium aperiendum, vinoque ad ſummum vſque

adimplendum est; hæc vina purgant serosos humores, & coriducunt Hydropicis. Vinum præterea scilliticum paulo etiam diuersa ratione, quam prædicta vina, parari debet. Scylla enim cultro ligneo aut eburneo, vel quouis alio, qui tamen ferreus non sit, mundari, & in talleolas secari, solique per 25. aut 30. dies ad exsiccandum exponi debet. De qua sic præparata accipe lib. j. & in vas vitreum aptum. iniice, superaffundendo vini albi optimi lib. viij. onia vase bene clauso digerantur in Baln. Mar. calido per 5. aut 6. dies: Dein transcolentur per manicam Hippocratis, adiectisque mellis optime depurati lib. iij parum bulliant & purificentur: & sic vinum habebis scylliticum, quod ad vsum reseruabis in vase accuratissime occluso. Remedium est præstantissimum ad omnes humores præparandos, vt iam dictum. Verum vt vina purgantia ingratum suum saporem amittant, & gustui grata fiant, post prædictam illam macerationem, per manicam Hippocratis sæpius transcolanda, & Saccharo, paucoque Cinnamomo & Coriandro aromatizanda sunt, ad quam eandem methodum parabuntur etiam alia vina tam roborantia, quam purgantia, quæ grata & vtilia erunt, nec adeo magno constabunt precio, sed promiscue omnibus, tam infimæ quam summæ conditionis hominibus commodissime exhibebuntur.

Sunt præterea aliæ præparationes tam simplices quam compositæ, in quibus vinum basis est: quibus varia parantur remedia specifica, tam ad sanitatem conseruandam, quam ad morbos curandos. Arnoldus de villa noua, medicorum, & philosophorum Chymicorum, sui sæculi facile princeps, prout eius scripta luculenter testantur, componit Iulepum ex vini excellentissimi libris tribus, & Sacchari albissimi duabus libris, quod coquit secundum artem. Huic vino attribuit vim corrobandi naturam nostram, & conseruandi atque prolongandi vitam: si singulis matutinis eius aliquot Cochlearia sumantur.

Vinum Diaphoreticum: Recipe Cornu Ceruini scobem, infunde S. V. q. s. exprime: in huius libra j. macera Scobis Chynæ, Guaiaci, Angelicæ, rad. Angelicæ, Petasitæ, Zing. Piperis an. vn ß. Exprime & res muta, si placet: tandem adde Theriacæ vnc ß. succi Hellebori nigri nostri drac. ij. pulu. Caryoph. Nucis Mosch. Macis ana drach. j.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 395 sur 1557

stent in digestione vase clauso per dies aliquot, postea cola ad purũ, & coagula addito Saccharo vel Melle, si placet, vel etiam Syr. Nucis Moschatæ aut Cinnamomi.

Vinum aliud: Recipe Zingiberis li. j. Piperis longi & nigri singulæ Semunciæ, gr. Paradisi, Cardamomi drac. iij. omnia trita infunduntur in S. V. & obsignata in vitro digeruntur in Arena. Aqua soluens separatur. Locantur in digestionem fimi per mensem. Circulantur per hebdomadam, exprimuntur & seruantur.

Fiunt etiam Syrupi cum vino: Exemplum ex aromatib. depromtum, esto Syrupus Cinnamomi, qui cõponitur hoc modo: Recipe Cinnamomi crasso modo contusi vn. iiij. maceretur per tres dies integros, in vase vitreo, in duabus li. vini Maluatici, idq; ad lentũ ignis calorẽ: colaturæ adde Sacchari lib. vnã & semis: lente coquantur & fiat Syrupus secundũ artem. Si vinum Maluaticum forsan desit, eius loco vinum album optimum substituendũ est. Hic Syrupus superat suauitate & vtilitate sua omnes aquas Cinnamomi, quæ cordiales sunt, multisq; aliis affectibus congruæ. Sic ad corroborandum ventriculum facies Syrupum Nucis Moschatę: ad quartanam, Syrupum Piperis: ad Lipothymiam, cordis deliquia, & affectus Lethargicos, Syrupũ Caryophillorum: & sic consequenter ad varios affectus, ex variis aromatum speciebus, diuersa Syruporum genera cõficies. Ad tormina ventris, & colicã passionem fac Syrupum anisi simplicẽ, in hunc modum: Recipe Anisi contusi vn. iiij maceretur in vini albi optimi lib. duabus, per tres dies: coletur & addatur colaturæ Sacchari lib. vna: leniter decoquendo fiat Syrupus, vt supra. Syrupus Fœniculi præparatur eodem plane modo: qui nõ solum palatum saporis suauitate plurimum afficit: Sed ventos insuper & flatus quoscunq; in corpore dissipat, ac visum mirifice acuit. Sic ex cunctis seminibus, certis morbis appropriatis, veluti ex semine Pæoniæ contra Epilepsiam: ex Saxifragiæ & Milii Solis semin lib. contra calculum præparãdi sunt Syrupi. Syrupi florũ omnium calidorũ iuxta sequẽtis florũ Rorismarini formulã præparabuntur. Rec. florũ Rorismarini vncias duas, cũ eadẽ vini & Sacchari quãtitate infunde, & in cæteris fac vt supra. In defectu florũ accipe duplũ cõseruæ eorundẽ, h. e. sex vel octo vn. Macerẽtur cum eadẽ vini quantitate, & præparentur in omnib. vt supra: at quãtitas Sacchari paulo minuenda erit. Syrupi compositi eodem

eodem modo præparantur: Sed cum aromatibus addes flores & & semina, quæ cum instituto tuo & morbo profligando conueniunt.

Nunc & simul videnda sunt antiquorum ac recentiorum alia Recepta, in quibus Basis summa est vinum vel simplex aut destillatum: Aqua vitæ optima Gesneri: Recipe Cubebarum, Cinnamomi, Galangæ, Nucis Moschatæ, Caryophyllorum, Zingiberis ana part. æquales. Saluiæ, seu Athanasiæ, aut Ambrosiæ, quadruplum. Aquæ ardentis optimæ, circulatæ, quantum est pondus omnium. Misce, & distilla. Huius aquæ vsu M. Gallum Caroli Imp. Medicum annos centum viginti quatuor vixisse ferunt.

Aqua ad iuuentutem conseruandam, & senectutem tardandam Fiorauan. Recipe Ligni Aloes, Caryophyllorum, Zingiberis, Galangæ, Cinnamomi, Macis, Nucis Moschatæ, Piperis longi, Calami Aromatici, Cubebarum, Rhabarbari electi, granorum Paradisi, Cardamomi ana drachm. ij. Rorismarini Chelidonii, Mercurialis, Carduibenedicti, Imperatoriæ, Dictamni albi ana vnc. j. Aquæ vitæ optimæ, lib. vj. Macerentur per dies octo: deinde destillentur. Atque deniq; adde pro qualibet libra Sacchari albissimi in aqua Ros. dissol. vnc. ij. Moschi gran. viij. & serua in vase vitreo optime obturato.

Elixir vitæ Thadæi Florentini: Recipe Caryophyllorum, Nucis Moschatæ, Macis, Zedoariæ, Galangi, Piperis longi, Pyrethri, Cort. Citri, Maioranæ, Saluiæ, Ammi, Nardi Indici, Xyloaloes, Cubebarum, Cardamomi, Cinnamomi, Menthæ, Lauendulæ, Costi, Pulegii, Origani, Calamenthę, Calami odorati, Stœchadis, Chamedrios, Chamæpytios ana part. æquales. In puluerem redacta, vino optimo macerentur, inde leuissimo igne, vitreis Organis aqua excipiatur.

Aqua vitæ preciosissima: Recipe Cardamomi, Piperis albi, Piperis longi ana vnc. ß. Galangæ, Macis, Caryophyllorum, Granorum Paradisi ana vnc. ß. scrup. j. Ligni Aloes vnc. ij. Zingiberis drac. iij. Cinnamomi, Cubebarum ana vnc. ß. Maioranæ, Rorismarini, Menthæ, Pulegii, Rutæ, Saluiæ, Nardi Gallicæ, Asparagi, florum Anthos, Ros. rubrarum ana M. ß. sem. Cumini syluestris, vnc. ß. Anisi, Fœniculi ana vnc. j. Coriandri, Sinapi ana vnc. ij. Pæoniæ vnc. j. Cumi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 397 sur 1557

Cumini Romani vnc.ij. Rad. Enulæ Camp. Iridis ana vnc.j. Angelicæ vnc.ß. Teucri, vulgo Pimpinellæ vnc. ß. Pæoniæ, Doronici ana vnc.ß. Dictamni albi drachm. iij. Sacchari candi albi lib. ij. Singula inciduntur, modiceque conteruntur, & ex vino generoso quinquies destillato, correctoque macerantur in vino vel aqua calente, diebus quatuordecim, ampulla diligentissime obserata. Deinde operculum rostratum superimponitur, & commissuris luto oblitis, ex balneo cum modico igne distillantur. Postea ampulla aperitur, & liquor qui effluxit, rursus super fæces funditur, iterumq; euocatur, vt antea, isque labor quinquies repetitur. Tandem aqua ardens destillata vitreo conditur.

Aqua vitæ ad pestem : Recipe Rad. Angelicæ, Carlinæ, Gentianæ, Tormentillæ, Zedoariæ, Genitalis Cerui ana vnc.ij. Santalorum omnium ana vnc.j. Theriacæ optimæ, Mithridati ana vnc. iij. Caphuræ scrup. ij. Moschi scrup. j. Radices inciduntur, miscenturque reliquis : deinde vitro imposita, vini generosi, optime distillati libris tribus perfunduntur, & vase diligenter obserato, macererentur per mensem, sic vt quotidie commoueantur. Postea colantur per linteum triplicatum, & vase conduntur ad vsum. Præseruandi gratia sumuntur guttæ duæ mane cum pane albo: curandi vero datur vncia ex aqua Carduibenedicti, Hirundinariæ, Scordii, vel simili.

Alia: Recipe Rad. Angelicæ, Tormentillæ, Zedoariæ, Pimpinellæ, Enulæ Campanæ, Dictamni ana drach. ij. Cinnamomi vnc. j. ß. Santali rubri & Citrini. Cort. mali Citri ana drachm. j. Hæc per biduum macerantur ex vini spiritus, vel aquæ fontanæ calentis libris duabus: deinde in duplici vase distillantur, condunturque. Ex hac mane Cochleare dimidium, vel per se, vel ex alio liquore sumi potest: in curatione integrum.

Aqua contra Pestem: Recipe Angelicæ, Carlinæ, Gentianæ, Tormentillæ, Boleti Ceruini, Zedoariæ ana vnc ij. Trium Santalorum vnc. j. Caphuræ scrup. j. Moschi scrup. j. Spiritus vini circulati lib. iij. Misce, & macerentur per mensem; coletur & seruetur aqua ad vsum.

Aqua purgatoria alia: Recipe Ligni Aloes, Cinnamomi, Turpeti, Aloes Hepaticæ, Colocynthidis ana drachm. j. Caryophyllorum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 398 sur 1557

ſcrup.j.Croci ſcrup.j.Moſchi opt.drach.j.Iulapii violati lib.j. Aquæ ardentis circulatæ lib.ij.Macera 12. dierum ſpacio, cola, & ad vſum vaſe vitreo optime clauſo ſerua: Datur ad drach.ij.atque etiam tres.

Aqua vitæ: Recipe Cinnamomi electi vnc.j ß.Zingiberis drach. j.Caryophyllorum,Nucis Moſchatæ,granorum Paradiſi ana drach. ß.Ligni Aloes,Macis,Piperis longi ana drach. ij. Florum Saluiæ odoratæ lib.j.Cardamomi, Maſticis,Cubebarum, Calami aromatici,Galangæ ana drach.j ß. florum Roſarum rubrarum drachm. ij. Citrariæ drach.ß.Corticum Citri drach.vj. Baccarum Lauri vnc.ß. Stœchadis Arabici vnc.ß. Roriſmarini, Maioranæ ana vnc. vj. Lauendulæ;Meliſſæ, Bætonicæ ana drachm.vj. Rutæ vnc.ß.Caſtorei, Spicæ Indicæ ana drachm.j. Puluerizentur omnia groſſo modo & infundantur per decem dies in vini Maluatici diſtillati lib.viij. vini ſublimati optimi lib. ij. Diſtillentur lento igne in alembico bene obturato,& infundantur in petia Ambræ Griſeæ, Moſchi Alexandrini ana drach.ß.ſeruetur optime,ne euaporet.

Aqua vitæ optima: Recipe Cinnamomi electi vnc.x. Ligni Aloes drachm. v. Cardamomi, Cubebarum, Caryophyllorum ana drach.iij ß.Galangæ drach.iij.Santali Citrini drach.ij.ß. Roſ. Rub. ſicc.drach.iij.ß. Nucis Moſchatæ, Macis ana drachm. ß. Moſchi drach.j. Ambræ, gran. XL. Aquæ vitæ circulatæ lib.xij. Syrupi de Cort. mali Citri, Miuæ Citoniorum ana lib.j. Puluerizanda puluerizentur, & miſceantur in vitro optime obturato, agitando quotidie bis,vel ter. Et cum permenſem ſic ſteterint, coletur, & ſeruetur ad vſum. Amiſſam memoriam reſtituit, ſenſus, cor, ſtomachum, & cerebrum corroborat: mœſtitiam fugat, præſeruat à peſte, & apoplexia: omnibus denique morbis frigidis ſuperuenit.

Aqua contra venena lethalia & peſtem: Recipe Antidoti Matthioli contra venena lethalia lib.j. Syrupi de Cortic. Citri libr.j. Aquæ vitæ optimæ,in vitreis Org diſtill.lib.v. Miſce in vaſe vitreo optime clauſo, magno cum dexteritate aquam in vaſe cum electuario tamdiu agita, donec totum diſſoluatur. Tum in menſem integrum reponito, bis tamen in hebdomada agitando. Exacto denique menſe claram aquam aureoque colore nitentem, electuario

ctuario ſupernatare inuenies, & quæ iam omnem illius vim in ſe contraxerit. Tum itaque vas ipſum aperias, & in vas aliud vitreum limpidam aquam paulatim effundas, cuius os cum cera & membrana accuratiſſime obtures. Tanta hæc aqua virtute pollet (quod millies expertus ſum) vt quatuor drachmarum pondere pota vel per ſe, vel cum pari odorati vini quantitate, vel cuiuſuis aquæ Cordialis, vbi quis ictus, vel demorſus à quocunque venenato animali, in tanto mortis diſcrimine verſaretur, vt vocem, viſum, ac reliquos fere ſenſus amiſiſſet, ægrum ingenti adſtantium admiratione, à longo veluti ſomno excitet. Quin & vomitione plurimam infectorum humorum copiam exhaurit. Valet etiam contra venena, quæ per os ſumuntur, & peſtem.

Aqua precioſa: Recipe Vini Maluatici opt. menſ. vj. ponatur in bocia, & diſtilletur ſuaui igne per cineres ſeptem vel nouem vicibus: aquam vitæ ſic bene rectificatam pone in vitro cum ſequentibus. Sperma ceti, Ambræ electæ, Rhabarbari optimi ana drach. ij. Moſchi fini drachm. j. Pone huiuſmodi res in ſacculum vel pilam de panno raro ſubtili & bene mundo. Huiuſmodi ſacculus poſtea ponatur ad vinum ſupra rectificatum, & bene claudatur orificium vitri: efficiatur tale vinum Aurei coloris. Poſſet & Cinnamomi aliquid addi, & erit magis delectabile. Virtutes, huius aquæ: venena curat & expellit. Ad præſeruandum contra peſtem datur gutta vna mane cum modica medulla panis, factis prius aliis purgationibus & Phlebotomia. Infecto vero da teſtam Nucis Moſchatæ plenam cum mica panis albi: deglutiendo curat.

Aqua vſualis ad oculos: Recipe Aloes Hepaticæ, Sarcocollæ ana drach. j. Caphuræ, Croci Orientalis ana drachm. ß. Puluerizentur omnia per ſe minutiſſime, adde Vini Maluatici, Aquæ Roſarum ana vnc. vj. Bulliant in duplici vaſe ſecundum artem.

Aqua ſtillatitia Arthritidi vtilis: Recipe Saluiæ, Rutæ Hyſſopi M. j. Sulphuris, Salis ana vnc. ß. vini optimi lib. viij. macerentur, & diſtillentur: & panni in ea aqua imbuti ſæpe admoueantur.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 400 sur 1557

Aqua viſum conſeruans: Recipe vini albi lib.xij. Panis albi recentis lib.iiij. Chelidon. Fœniculi, Scillæ ana drach.iiij. Caryophyllorum vnc.ß. Miſce in alembico, & balnei calore deſtillentur, donec libræ quinque exierint: quam ſerua ad vſum.

Alia ad idem cum virium debilitate: Recipe conſeruæ Roſarum, Cornorum, conſolidæ maioris ana vn.ij. Spec. Diarrhod. Abb. Diamarg. Frig. Triaſantali, Aromat. Roſ. ana drach.ij. Spicæ, Cornu Cerui, Coralli rubri ana drach.j ß. Trochiſc. è terra Samia, Succino, Spodio ana ſcrup. iiij. ſem. Acetoſæ, Portulacæ, Plantaginis, vini granorum ana vnc.iiij. Decoctionis duarum turturum, & vnius perdicis, quarum ventres aſtringente materia inferit ſint, lib.iiij. Cum mica panis albiſſimi infuſi in vino granatorum, & cum carne vnius capi, fiat deſtillatio, quæ colatur per manicam Hippocr.

Balſamum aliud: Recipe Terebinthinæ lib.j. Mellis puri lib.ß. Aquæ vitæ lib.ij. Ligni Aloes triti, Santalorum omnium ana drach. iij. Olibani, Gummi Hederæ, oſſis de corde Cerui, Zedoariæ, Piperis longi ana drach.iij. Gummi Arabici vnc.j. Nucis Moſchatæ, Galangæ, Cubebarum, Cinnamomi, Carui, Maſticis, Caryophyllorum, Spicæ Nardi, Croci, Zingiberis ana drach.iij. ſcrup.j. Moſchi, vini, pondus denarii. Deſtillentur, vel lento igne elicias primam aquam, quæ clara eſt, vt aqua fontis: Secunda erit ignita, vt carbo: & tum auge ignem, & tertia elicitur nigra. Reuiuiſcere & iuueneſcere facit.

Fomentum ad ventriculum roborandum: Recipe foliorum Altheæ, Menthæ, Abſinthii, ſiccorum ana M.j. ß. Cort. Citri vnc.ß. Spicæ Nardi, Squinanthi ana drach.ij. Roſ. Rub. P.ij. Decoquantur omnia in vino Styptico, ex quibus ventriculi regio foueatur.

Aliud: Recipe Menthæ, Abſinthii, Labruſcæ, Sumach. ana M.j. ſem. Plantaginis, Portulacæ, ana drachm.ij. Balauſtiorum, Roſarum ana P.ij. Cort. mali Granati vnc.ß. Fiat decoctio in vino Styptico, quo foueatur regio ventris inferioris.

Fomentum pro ſtomacho eructuoſo: Recipe Roſarum, Abſinthii, Menthæ, Serpilli, flor. Sambuci, Caryophyllorum, Zingiberis ana q.ſ. eſt. Bulliant in vino rubro, fiatque fomentatio.

Iniectio in vterum ad ſuffocationem eius: Recipe Galbani, Opopanacis ana vnc.j. Olei Amygdal. dul. Violarum ana vnc.ß. vini albi dulcis,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 401 sur 1557

dulcis,vel Sapæ vnc.j.ß. Macerentur in Sapa, vel vino per noctem: deinde liqueſcant, & colentur; rurſus liqueſcant in oleis, & iniiciantur.

Errhinum ad vlcera purganda & conſolidanda: Recipe ſucci Plantaginis,Solani, Roſarum ana vnc. iiij. vini albi, aut ſucci mal. punicorum, Mellis ana vnc. j. ß. Miſceantur, fiatque Errhinum.

Aliud ad ventriculum pituitoſum: Recipe Origani, Calaminthæ,Siſymbri ana M. j. Menthæ, Abſinthii ana M.ſ. ſem. Cumini, Aniſi,Fœniculi ana drach. ij. Caryophyllorum, Nucis Moſchatæ, Cinnamomi ana drach.j.ß. Decoquantur omnia in vino meraco,ac mane veſperique ante cibum ventri imponantur, vel ſpongia, vel linteo.

Epithema ad dolorem ſtomachi ex frigido: Recipe Menthæ, Pulegii, Calaminthæ, Anethi ana M.j.flor. Chamomillæ, Meliloti ana P.ſ.Roſ.rubr. P.j. Nardi Iunci odorati ana drach.ij. ſem. Aniſi, Carui,Dauci,Anethi,Fœniculi ana drach.j. Lini drach.iij. Galangæ, Zedoariæ ana drach.j, Caryophyllorum, Nucis Moſchatæ, Ligni Aloes ana ſcrup.j. In aquæ & vini æquis partibus decoquantur. Iure ipſorum calido lintea duplicia imbuta, aut ſpongiæ madentes, expreſſæque ſtomacho applicentur.

Inſeſſus ad fluorem alui: Recipe Rad. Biſtortæ, Conſolidæ maior.ana vnc.ij. Nucum Cupreſſi, Nucum Pini, Cort. Mali Granati ana vnc. ij. Roſarum rubrarum, Balauſtiorum, Granorum Myrti ana vnc.j.ß Decoquantur omnia in vino rubro aſtringente.

Balneum ad contractos neruos: Recipe Sambuci M.xx. Decoquantur(pro diuitibus)in vino,pro pauperibus vero in aqua quantum ſufficit. Inſideant quotidie diutius in hoc lauacro, & poſt egreſſum,in calido lecto bene contecti ſtragulis ſudent diu multumque. Poſtſudorem perungantur membra contracta iſto vnguento, Pinguedinis taxi vnc. iij. Pinguedinis vulpis lib. j. Maſticis vnc.ß.

Lixiuium ad melancholiam, inſaniam ac vigilias: Recipe Maioranæ,flor.Betonicæ,Chamomillæ ana M.ſ.condantur ſacculo, & decoquantur in ſ.q.vini,quo crebro lauetur caput.

Lixiuium aquas ducens,quod in potu exhibetur: Recipe Cinerum Geniſtæ Virgineæ,ſtipularum fabarum, vitis albas vuas profe-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 402 sur 1557

rentis ana M.j. Vini Rhenensis li.iiij. Ter cola per cineres: fiat lixiuium: adiice Nucem Myristicam num.j. Cinnamomi ad eius pondus Baccarum Lauri num.vj. Cymini, Fœniculi, Anisi ana drach ij. Crasse contusa sint semina, & adiice Sacchari vnc.iiij. ter die de hoc lixiuio bibat spacio menstruo.

Aqua faciem decorans, alia: Recipe Fœniculi, Rutæ, Verbenace, Euphragiæ, Endiuiæ, Betonicæ, Sileris Montani, Rosarum rubrarum, Capillorum Veneris ana M.vj. In vino albo: per diem & noctem infusa alembico destillentur.

Aqua faciem dealbans, & oculos: Recipe Rutæ Campestris, Fœniculi, Verbenacæ, Rad. Betonicæ, fol. Rosarum, Capillorum Veneris ana partes æquales. Macerentur per noctem in vino albo odoro, & alembico destillentur.

Alia eiusdem, ad idem: Recipe flor. Fabarum, Nenupharis ana lib.j. Medullæ panis albi, farinæ Orizæ, far. Ireos, Cucumeris agrestis ana vnc.vj. Mellis lib.j. vini albi, aquæ fontis ana lib.iij Temperetur simul, & fiat destillatio in balneo mariæ, adde seminis Cucurbitæ mund. vnc.iij. Thuris, Myrrhæ ana vnc.j. Aqua seruetur vsui.

Alia ad dealbandas Cicatrices: Recipe Rad. Ireos, Cucumeris agrestis, ana lib.iij. Altheæ, Liliorum ana lib.ij. Racemorum maturorum lib.ß. Dictamni vnc.iij. Herbæ Fabarum, Parietariæ ana M.j. flor. Nenupharis, Maluarum ana P.j. Panis hordei lib.j. Macerentur in vino albo, vel sero Caprino, & fiat destillatio. Adde Raphani vn. ß. Quatuor sem. frig. maior. ana drach.j. Vrinæ puellæ lib.ß. Insolentur, & seruentur vsui.

Aqua dealbans dentes: Recipe Vini albi vnc.vj. Comarum Myrti: item Lentisci, Sorborum, Cupressi ana vnc. iij. Balaustii, Cort. rad. Nucum, Pyrethri, sanguinis draconis, ossium dactyl. vstorum, Rosarum Rubr. nondum apertarum, Cinnamomi ana vnc.j. contusa destillentur lento igne, donec omnis exierit aqua. Huius aquæ vnc. ij. misce cum vnc. j. Cornu Cerui vsti, & vnc. j. Sang. draconis, & pone ad solem per dies quatuor & frica dentes.

Aqua concilians faciei Roseum colorem: Recipe Pintam aquæ vitæ optimæ, Prasilii vnc. j. Caryophyllorum num.x. Granorum

Para-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 403 sur 1557

Paradisi num.x. Cubebarum num.v. Omnia trita cribrataque cum aqua vitæ, perparum feruefacies in vase diligenter operculato, ne quid vllo modo expiret. Deinde refrigeratum distilla.

Alia: Recipe Fœniculi, Verbenacæ, Euphragiæ, Endiuiæ, Betonicæ, Rosarum rubr. Capillorum Veneris M. iij. contusa per diem in vino macerentur a bo, & destillentur.

Alius: Recipe Hauedinis Corticum Citriorum, Rad. Galangæ ana drach.j. & fol Melissæ M.s. flor. Borraginis, Buglossi, Stœchados, Rorismarini ana P.ij. Electuarii de gemmis drac.j, fiat sacculus, qui vino maluat rigetur.

OPHTHALMICVM

℞. Vini Maluiati lib.j. Aquæ stillatitiæ albuminum ouorum coctione induratorum li.j Aquæ sanguinis humani vnciam j. Aquæ Rosarum albarum, rubearum ana vnc.tres. Aquæ Chelidoniæ, Rutæ, Euphrasiæ, Fœniculi, Valerianæ, Fumiterræ, Pulegii an. vn.ij. &c. Mellis virginei cochl.j. & semis, Aluminis Roch. Sacchari candi, Vitrioli albi ana vnciam semis, Camphoræ drac. tres, Salis Euphrasiæ, Fœniculi, Saturni ana drach.j. Salis Margaritharum, Corallorum ana scrup.duos. Caryophyllorum, Zinziberis albi, Masticis ana drach.j. Tutiæ præparatæ, (id est, in aqua Rosarum & Vino Cretico ana sexies extinguatur ac tenuissime teratur) vnciam j. & semis, Aloes vnciam semis.

Terenda terantur & misceantur, stent in vitro clauso aut in caloris digestione per mensem, vel, quod melius, sub dio, soli & rori exponatur per 40. dies quotidie mouendo aliquoties, sic demum insolata promenda vsui. Qui in vase Aurichalcino vult parare & exponere, faciat pro libitu.

Nota Aloen in Mortario cum aquis dictis prius remiscendam mouendo quatenus in aquam abeat, & strigmenti modo coeat, idque donec aquæ remiscentur, postea reliquis addatur.

Vsus.

℞. Ad omnes oculorum affectiones, inflammationes, lippitudines, nebulas, fistulas & eiusmodi.

Modus applicandi.

Iaceat

Iacet in lecto æger supinus, & iniecta intra apertos oculos aquæ lachrymæ, vel gutta cum plum. Gallinæ nigræ indatur, claudat reseretque oculos in firmus, vt per oculorum cauitates intrusa aqua per oculum diffundatur, id bis terve in die & curabitur.

Si nebulæ fuerint supra vel intra Corneam, conficito puluerem è Saccharo candido, Alumine combusto, & sepiæ osse, sed tenuissime contusum & succretum in Cerniculo, vt tactum effugiat, & quum cubitum pergit, ex Canaliculo pennæ parum de hoc puluere insuffletur, moxque aquæ guttam instillabis, oculos claudat ac dormiat, nam citissime diluetur.

Vel si sint maculæ, misceantur cum vncia semis illius liquoris Ophthalmici, olei Laterini quater rectificati, & olei Fœniculi semel rectificati, ana guttæ 4. item duæ guttæ olei Succini rectificati, ac in die de hoc liquore bene mixto bis, mane & vesperi, semper vna atq; altera gutta oculo indantur.

Mirum & stupendum Ophthalmicum fit è Cancris & Chelidonia, quod si debito artificio & tempore præparetur, oculos ad desperationem læsos virtuosissime restituit, & omnia vulnera spatio 24. horarum conglutinat.

Aqua ad dealbandas faciei maculas: Recipe aquæ vitæ optim. par. iij. florum Anthos par. ij. Macerentur simul per diem & noctem: deinde distillentur.

Balsamum ad morbos diuersos: Recipe vini albi optimi mens. ij. ß. Lactis recentis vnc. iij. Mellis vnc. viij. Rad. Gentianæ vnc. viij. Astrantiæ vnc. iij. Angelicæ vnc. ij. Baccarum Lauri vnc. j. ß. Rutæ, Iuniperi Ros. rubrarum ana M. j. Enulæ Campanæ vnc. j. Caryophyllorum, Cort. Citri, Calami Aromatici, Cinnamomi, Anisi, Fœniculi, Masticis, Belzoini ana vnc. ß. concisa & contrita macerentur in phiala vel phialis vitreis, lutatis, per dies 7. vel 8. loco calido deinde distillentur cum alembico lutato: Cucurbitæ pars tertia aut amplius vacua sit. Distillentur in cineribus cribratis, lento igne: demum augeatur ignis. Puto tamen in alio vase seorsim & primo vinum & lac simul distillanda. Ex hac distillatione tres quoque liquores colliguntur.

Aliud: Recipe Terebinthinam & vinum rubrum, sit æqualis vtriusque copia, bulliant: nondum absumpto vino effundantur in aquam

aqua Cyclaminis, ſæpiuſque lauentur dum frigeſcant: hinc immiſce mediæ quantitati vitellorum ouorum. Efficax eſt in vulneribus.

Balſamum Chriſti: Recipe olei oliuarum lib.j. vini nigerrimi pontici lib.iij Diſtille: Deinde adde Hypericonis vnc.vj. Liquoris de mumia vnc.iiij. Iterum diſtilla ad menſem, & ſerua. Valet articulorum vulneribus.

Potio maciem inducens: Recipe Ariſtolochiæ rotundæ drach.j. Centaurii minoris ſcrup.j. Gentianæ drach.iij. Polii, Petroſelini, ana drachm. iij. Trita ſumantur cum vino albo, ſtomacho ieiuno.

Aqua formam faciei concilians: Recipe Roriſmarini, Tartari albi, vini albi ana quantum ſufficit. Miſceantur, & deſtillentur per alembicum.

Aqua Theriacalis: Recipe Rad. Angelicæ, Zedoariæ, Bardanæ, Scorzoneræ, Tormentillæ, Biſtortæ, Henulæ Cãp. Gentianæ, Petaſites, ana vn.j ß. Radicum Pœon. maris & fœminæ, decreſcente Luna in ſigno Leonis collect. Raſuræ ligni buxei, viſci Querni recentis & Coryl. ana vnc.ij Santali Citrini, ligni Aloes, Myrobal. omnium ana vn.j. Diptamni albi drach.vj. Herb. Meliſſæ, Scabioſæ, Acetoſæ, Fumariæ, Agrimoniæ, Rutæ, Anagallidis Matricariæ, Menthæ rubr. Abſynthii Pontici, Hyſſopi ana M.ij. ſeminis Carduibened. Citrii, Pœoniæ, Seſeleos, gran. Iuniperi ana vnc.ß. Cubebarum, Macis, Nucis Moſchatæ, Cinnam. ana drachm.iij. florum Geniſtæ, Hyperici, Centaurii minoris, Tiliæ arboris, Lilii Conuall. Calendulæ, Lauendulæ, ana P.ij. florum Cichorii, Bugloſſi, Roſarum rubrarum, P.j. Sumendæ erunt radices, herbæ & flores, qui quam recentiſſimi fuerint ex temporis opportunitate, qua parabitur hæc Theriacalis aqua: quod quidem commodiſſime fiet in æſtate, quum omnia tunc abunde vigeant & viribus valeant. Atque hæ radices, herbæ & flores recentes, in amplo mortario quam tenuiſſime contundentur. Quæ ſi ſicca fuerint, recentiorum defectu, craſſiuſcule conquaſſabuntur.

Omnia autem optime mixta ollæ indantur vitreatæ ſatis capaci, vt tota mixtio libere ea contineatur: cui ſuperinfundantur aquæ ſtillatitiæ Primulæ veris, Lilii Conuall. florum Tiliæ & Calendulæ, ſingularum lib.j. ß. aquæ Meliſſæ, Hyſſopi, Roriſmarini, Geniſtæ ana

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 406 sur 1557

lib.ß. Vini albi optimi lib.ij. aut quantum ſatis fuerit, ad mixtionem illam imbuendam & perfundendam: quæ ſæpe manibus intro aut Cochleari comprimetur, vt melius humectetur & liquorem imbibat. Hæc autem olla arctiſſime occluſa, ne quid expiret, lento igne foueatur, dum materia tepeſcat, vt ſic melior ac facilior fiat fermentatio, ſeptem aut octo dierum ſpatio: quo enim diuturnior maceratio, eo melior futura eſt fermentatio. Poſtea exprimantur, vt tandem aridiſſimæ addantur. Atque totus hic expreſſus liquor in plures alembicos diffundatur, vel in magno deſtillatorio cupreo ſimul colligatur, cum refrigeratorio vaſe, (quæ omnibus Pharmacopœis obuia & in promptu ſemper eſſe debent, ad aquas & olea vegetabilium extrahenda) ex quo aqua extilletur, quæ precioſa & excellens futura eſt. Relictæ autem fæces ſuperiores interea igne reuerberii in cineres reducentur: quibus apprime calcinatis, ſuperior aqua calide affundetur, & reaffundetur, donec ſuum ſalem ab illis extraxerit, ſicque potentior & efficacior reddatur: quæ tamen ſola, & citra Salis ſui adiunctionem, ad curationem & præcautionem Epilepſiarum omnium, ſiue Idiopathicarum, ſiue Sympathicarum, omnibus etiam ætatibus & temperamentis ad vn.ß. tuto & feliciter exhiberi poteſt, idque matutinis horis.

Veruntamen vt hæc aqua nobilior, perfectior, & maioris virtutis ſit, ac energiæ magis ſpecificæ aduerſus hunc morbum, additamentis his, quæ ſequuntur, dirabitur, vt videlicet ad iſtius aquæ libras quatuor, Theriacæ Venetæ, aut Monſpeſſulanæ, eiuſque quam optimæ vnc. iiij. confectionis de Hyacyntho vnc. j ß. confect. Alkermes vnc. ß. pulueris Diamargar. Diacorall. lætific. Galeni ana drachm. ij. Diacaſtorei, vnc. ß. aut etiam amplius, Caſtorei ipſius ſimplicis drachm. ij. Camphoræ drachm. j. mixtis omnibus & vaſi longioris colli (quod matracium vocant) firmiſſime clauſo impoſitis, in balneo maris fiat digeſtio per quatuor dies: deinde igne Cinerum deſtillatio per alembicum extrahatur, deſtillatam aquam ter aut quater ſuper ſuas fæces cohobando, ea cautione tamen, ne nimia fæcum exſiccatione, liquor extractus aduſtionem redoleat. Quæ tamen

non

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 407 sur 1557

non est metuenda, si ex balneo Maris vaporoso, vel ad siccitatem vsque, fiat extillatio. Hac ratione præstantissima aqua elicietur non tantum in omnes Epilepsias, sed etiam Apoplexias & Paralyses.

At si secundæ huius destillationis fæces in cineres aduratis, & ex iis salem aqua Melissæ iuxta artem extrahatis, eumque ter aut quater, ad maiorem puritatem & subtilitatem, soluatis, filtretis & coaguletis, eumque suæ aquæ immisceatis, in qua confestim soluetur: auctiores longe vires & potentiorem multo energiam eiusmodi aqua habitura est.

Syrupus Antepilepticus: Recipe igitur rad. Pæoniæ, Visci q. ana vnc. ß. Cinnam. optimi drach. vj. florum Calendulæ, Lilii Conual. Tiliæ arboris, Lauendulæ, ana P. j. Ros. rub. P. ij. Sicca autem & arida, non recentia, omnia ista sumantur: radix Pæoniæ in frustula secetur: ad reliqua, vt se habent, citra conquassationem, in matracium, vt vocant, iustæ capacitatis iniiciantur: quibus abunde satis, aquæ vitæ, Saluiæ, Iuniperi potest, vt in Germania, formulam in nostra Pharmacopœa superfundantur. Quæ si desiderentur, sumatur aqua vitæ ex optimo vino pro lecta, quæ quatuor digitos materiæ superemineat. Vas vero optime clausum, ne quid expiret, in Balneo Mariæ collocetur, aut radiis solaribus ad tres quatuor ve dies exponatur, vbi aqua vitæ rubeum colorem contrahet, virtute simplicium imprægnata. Quæ quidem aqua per lenem inclinationem à fæcibus erit separanda, ad cuius vncias decem, Sacchari candidi pulueriſati vnc. iij. vel iiij. adiiciendæ erunt, omniaque argenteo Cochleari agitanda, vt soluatur Saccharum in patina Argentea: deinde ignis, ex incensa charta, aquæ vitæ imponendus, vt ardeat, versando seu commouendo semper materiam ex Cochleari Argenteo, tam diuque exuretur aqua, dum Syrupus satis coctus, aus plus minusve fortis videatur. Tum enim, quum tempus erit, extinguendum erit aquæ vitæ incendium, quadra aut orbe stanneo vel argenteo suffocatum. Atque hic Syrupus in modum Hermeticorum paratus,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 408 sur 1557

Antiepilepticus præstantissimus futurus est: cuius, siue in præcautionem, siue curationem morbi semicochlearis mensura exhibita satis futura est. Ad idem prodest maceratio florum Calendulæ, Lauendulæ, Lilii Conuall. in Hydromelite Maluatico nostro per mensem facto, cuius macerationis exhibentur vnc.j. vel vnc.ij. pro Dosi, mane.

Topicum ad Paralys. & contract. Recipe Oleorum resinæ & Therebinthinæ arte Spagyrica extractorum ana lib.j.ß. galb.bdel. Serapini ana vnc.iiij. Castor.vnc.ij. Benzoini, Styracis calam. ana vn. j.ß. pinguedinum Taxi, Cuniculi, Anseris, Anguillæ ana vnc.iiij. medullę cruris bubuli vn.ij. Aquæ vitæ optimæ li.ij. Baccarum Iuniperi, Auri, seminis Pæon. conquassatorũ ana vn.ij. Caryop. N. Mosc. Cõtusorum ana vnc.j. Piperis longi vnc.ß. florum Saluiæ, Roris marini, Beton. Lauend. Calend. ana pug ij. succi corticis Ebuli & Sambuci, an. vn.iiij. Omnia in amplum matratium vitreum coniiciantur longi colli, & in digestionem in fimo equino calido, vel in bal. M. ad quatuor aut quinque dies collocentur, vt pinguedines in eo liquefiant, & olei Therebinth. ac aquæ vitæ opera gummi soluantur, & aromatum ingredientiumque aliorum spiritus ac essentiæ separentur aceliciantur. Hinc calentibus adhuc omnibus fiat colatura & fortis ex torculari expressio, expressumque, vt subtilius & in tenuiorem ac magis spirituosam quintam essentiam redigatur, in alembicum aut cupream cornutam, quæ destillandarum pinguedinum & gummi, vel seorsim etiam, instrumenta sunt aptissima, immittãtur, gradatim ignem circumcirca admouens, qualem eiusmodi pinguedinum destillatio exigit. Hac ratione prolicietur Balsamus aut oleum copiosum & magnæ virtutis, omnium ingredientium vires sortitum. A quo, si lubet, aquosam Stillaticii vini substantiam, aliorumque succorum separabis, ad lentissimum ignem, aut non separabis, si voles. Isto oleo tota dorsi spina ab occipitio adimam vsq; vertebram, parteſq; Paralyticas aut resolutas illineus: quas vnctas lana pingui succida, granorum Iuniperi & aliorum Cephalicorum puluere conspersa, involues: vnde mirandos effectus in omni Paralysis & contracturæ genere, nec non omnibus, in summa, neruorum affectibus sis probaturus.

Aqua præseruatiua: Recipe florum Lilii Conuall. li.j.ß. Lauend. lib.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 409 sur 1557

lib.ß. Tiliæ, Pæoniæ, Rad. Pæoniæ ana vnc. ij. Aristolochiæ, fol. Bethonicæ ana vnc.j. Visci Querni vnc.ij. Luna decrescente, colle-cti Castorei, Piperis nigri ana vnc.ß. Cubebarum fol. Betonicæ ana vnc.j. Incidantur minutiss. contundantur grosso modo, adde mens. 2. Vini optimi generosi, bene obtures Cantharum stent per mensem in loco calido vel in sole dein destilles lento igne, dosis v. vel vj. Cochlearia ei qui timet apoplexiam; vesperi ac mane.

Aquæ vitæ: Recipe florum Tiliæ, Primulæ veris, Cheyrini, Saluiæ, Betonicæ, Maioranæ, flor. Pæoniæ, rad. Pæoniæ, Rorismarini, Liliorũ Cõuallium sem. Carui Fœniculi ana M.j. flor. Lauendul. M.iij. Herb. Lauend. M.vj. Pulueriſanda pulueriſentur, contundenda contundantur, & superfundantur vino adusto, vt dimidium emineat. His inunge membra in casu necessitatis, alias guttæ 3, vel 4, linguæ insperge.

Vinum ad confortandam memoriam, & exsiccandos fluxus Spinæ dorsi: Recipe Myrobal. Chebul. Citrinorum, Indorum, Bellericorum ana vnc.j. Galangæ, Caryophyllorum, gran. Paradisi Cardamomi ana drach.j. Nucis Moschatæ, Anisi, Fœniculi ana vnc. ß. passul. lib.ß. Ros. Rub. exsic. vnc.iij. florum Anthos, Lauendulæ ana vnc.ij Incidantur sacculo imponatur dolio, continens 60. mensuras, imple dolium vino generoso per octiduum iaceat, fac mane ac vesperi sicuti & semper hausturn. Mirabilis est operationis, ita vt quicquid relegeris vel audieris hæreat per totam vitam sine omni labore.

Vinum purgatorium D. Erasti: Recipe Absynthii, Carduiben. Verbenæ, Betonicæ, Agrimoniæ, Asspleni, Tamariſci, Rad. Cappar. ana M.j. Cinnamomi, Macis, Galangæ, Zingiberis ana drachm.j. vel drach. j. Rad. & flor. Pœoniæ ana drach.j. sem. Citri drach.ß. fol. Senæ vnc.ij. Turpeti inciſi, Agarici ana drach.ß. Vini veteris mens. iij. M. in vase diligenter clauso, capiat æger alternis diebus poculum j. initio pastus.

Vinum Chalybeatum Mercurialis ad Tympanitem: Recipe Vini albi lib.x. aquæ Ceterach, lib.ij. Rad. Asplenii, Cappar. singulæ vnciæ, fol. Ceterach, Cichorii, Agrimoniæ singuli manipuli, Hellеb. nigri vnc.ij. Epithymi vnc.j. Cyperi, Cinnam. Macis singula didrach. bulliant in diplomate ad sextæ partis absumptionem. Dige-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 410 sur 1557

re per noctem: Exprime, infunde Chalybis præparati lib. j. in vitro obturato per dies 10. calido loco macera, & in dies moue.

Potus D. Pleningeri: Recipe Rhabarba. opt. drach j. Squinam. gr. v. flor. Borrag. Buglossæ, Violarum ana drach. j. Fumariæ, Scabiosæ, Buglossæ, Chamædrios Cort. Tamarisci Scolopendriæ, Veronicæ, Cuscutæ, Melissæ ana M. ſ. Rad. Apii, Fœniculi, Rhaphontici, Capparor. Petrosel. Ireos, Polypodii, Cichorii, Liquiritiæ ana drac. j. ß. Epithymi vnc. ß. Cort. Myr. Citrini: ana drach. ij. Passul. vn. ß. sem. Apii, Carthami Petrosel. Fœniculi, Vrticæ ana drach. j. Coque in in lib. 3. Vini, lib. ij. Aquæ ad dimidias & remanentiam duorum haustuum in quibus dissolue Syrupi de Epithymo, de Cichor. cum Rhabar. ana vnc. ß Elect. è Pſyl. drach. ij. confect. Hamech. drachm. ij. Aromatisentur Cinnamomo, cuius sumantur vnc. iij. pro vice.

Claretum in Melancholia:

℞. Epithymi recentis, fol. Senæ, flor. Borraginis, Cassiæ Ligneæ, Macis, Cardamomi, Zingiberis, Caryophyllorum, sem. Anisi ana vnc. ß. Cinnamom. Macis, vnc. j. ß. Omnia crasso modo contusa indantur cantharo, affunde mensuram j ß. Vini generosi, Sacchar. albiss lib. ß. stent per 24. horas post fornacem in loco calido bene munitæ, coletur seu clarificetur per sacculum vt artis est.

Vinum valens in Tussi: Recipe vini generosi, Hydrom. perfecte cocti ana lib. j. in quibus infunde Rad. Enulæ, Polypodii concisi ana vnc. ij. stent per horas 24. Dosis vnc. iij. ad iiij.

Vinum conducens in Palpitatione cordis: Recipe Carduiben. Absynth. ana M. j. Rorismarini, Maioranæ, Linguæ Cerui ana M. j. ß. Rad. Polyp. recentis vnc. iij. fol. Senæ Electæ vnc. ij. Polyp. recent. vnc. j. ß. Turpeti vnc. j. Caryophyll. Macis ana drachm. iij. Misceantur, & infundantur quatuor mensuris Vini, per iiij. aut v. dies quiescant. Hoc vinum ante prandium dari potest loco Absynthites.

Aqua destillata Caponis in phthisi: Recipe Caponem suffocatum, exenteratum & cum vino lotum, incide carnem, ossa contundendo in mortario, cui postea adde flor. Buglossæ, Melissæ ana lib. ß. Vini Maluatici lib. j. Amygd. contusarum, pinearum contusarum ana lib. j. spec. Diatham. lætif. Gal. ana drach. ij. Margarit. contus. drac.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 411 sur 1557

tuſ. drach. j. oſſis de corde Cerui gr. xx. deſtilla in B.M. valet ad phthiſin.

Vel ſic: Recipe Caponem mediocris ætatis, coque & redige in pulpam vt eſt artis, cui adde Cinnam. lib. j. Spec. Diambræ, Diacinnam. Aromat. Roſ. ana drach. ij. Coral. rub. præpar. Margarit. præpar. ana drach j. ß. Macis vnc. ß. Redige ſpecies in puluerem groſſum, & miſceantur cum pulpa, affunde vini veteris optimi lib. vj. aquæ Cinnam. lib. iiij deſtillentur vt eſt artis.

Claretum in ſuppreſſione menſium: Recipe Baccarum Lauri drach. vj. Bacca. Iuniperi M j. Galangæ vnc. ß. Cinnamomi drachm. iij. N. Moſchatæ drach. j. Garyophyl. drach. ß. Sacchari albiſſimi vn. viij. Incidenda incidantur, adde vini menſuram j. fiat Claretum.

Decoctum ad idem: Recipe Senæ, Rubiæ tinctorum, Atthemiſiæ rubeæ, Cichorii, Rutæ Murariæ, Benedictæ, Abſynthii ana M. j. Pimpinellæ, Pulegii ana M. j. coque in noua olla ad medietatem in vino veteri. Doſis ſero ac mane Cochleare j.

Infuſio ad Idem: Recipe Herb. Carduib Meliſſæ, Abſynth. Cardiacæ ana M j. flor. Centaurii, Hypericonis an. P ij. Rad. Elleb. nigri veri vnc. j. ß. Galangæ drach. ij. Cichor. ſcrup. j. fiat cum vino infuſio.

Potus alius; Recipe Centaurii, Pulegii, Atthemiſiæ, Spicæ Celticæ ana M. j. Agrimoniæ, Diptamni, Gentianæ ana drach. ij. Aſari vnc. ß. ſem. Vrticæ drach. j. Baccarum Lauri, Pimpinellæ ana drach. ij. omnia in vino albo bulliant per noctem in colatura ſuſpende, Rad. Cyclaminis teſſeratim conciſas, poſtea bibatur.

Potus in Icteritia: Recipe Tanaceti, Potentillæ, Abſynthii, Fragariæ, Centaurii, Rad. Vrt. Rub. Chelidoniæ, Herbar. ac Rad. Cichor. ana Manip. j. Omnia in olla cum menſ. j. ß. Vini bulliant ad remanentiam lib. j. de quo bibatur mane ac veſperi.

Extractum in Icteritia & obſtructionibus hepatis: Recipe rad. Cichorii vnc. viij. Aſparagi, graminis ana vnciiij. Cort. Capparorum, Sarſæ Parillæ, Tamaricis ana vnc. j. Ebuli vnc. ß. fol. Adianthi, Trichomanes ana drachm. ij. cum ſpiritu vini, fiat extractum, quod ſub initium conſiſtentiæ lauetur cum aqua Cicho-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 412 sur 1557

Cichorii, Roſarum vnc.j coaguletur, feces remanentes comburantur, cineribus aquam fontanam calefactam q.ſ. inſpiſſetur pro Proſale, Sal coagulatum cum extracto miſceatur.

Extractum contra Icteritiam: Recipe Herb. Agrimoniæ, Betonicæ, Fumariæ ana M.iij. Abſynthii, Ceterach, linguæ Ceruinæ ana M. ij. Chamepit. M.j. Cort. Tamariſci, Cichorii ana vnc.j. Miſce & cum S.V. fiat extractum cuius ſingulis vnciis adde pulueris hepatis lupi vnc.j.ß.

Extractum in Icteritia: Recipe Rad. Fœniculi, Petroſelini, Cichoreæ ana vnc.j. ß. fol. Carduibened. Chamædr. Betonicæ ana Manip. j. Arthemiſiæ Rub. Meliſſæ ana Manipul.ij. florum Anthos, Stœchados Arab. Cichorii ana M.j. ſem. Aniſi, Fœniculi ana vnc.j. Calami aromatici vnc.ß. Diarrhod. Abb. Aromatici Roſati ana drach.j.M. & cum ſpiritu vini q.ſ. Fiat l.a. Extractum inſtar mellis.

Potus ſeu vinum in calculo renum: Recipe Rad. Ononidis vnc. iij. Agrimoniæ, Fœniculi, Aſparagi ana drachm. vj. fol. Abſynth. Rom. M.ij. Betonicæ M.j. Agrimoniæ M.j. florum Geniſtæ. P.ij. 4. Cardial. ana P.j. M.ac in lib.xvj. Vini Rhemani macerentur triduo, dein veniant ad vſum.

Vinum Maluaticum præſtans: Recipe florum Prun. ſylueſt. florum Perſicorum ana drach.ij. Diagridii gr.ij. miſce & in vitro cum lib.j. Vini Maluatici macerentur in Syndone horis xij. exprimatur & detur.

Aqua Cordium: Recipe Galangæ maioris minoris, Garyophil. cum ſem. Baſilicoris Bombacis, Macis ana drachm. ij. flor. Bugloſſæ, Borraginis, Anthos, Tunicæ ana drach.j. conſer. Roſarum Borraginis Bugloſ. ana vn.j. Vini Maluat. vn.xviij. Aqua Borrag. Bugloſſæ, Roſarum an. vn.vj. Miſce ſtent in infuſione per noctē tum cor vnius tauri cum li.ß. Pulmonis cordi propinquioris incidatur minutim & cum ſpecieb. miſceatur exacte & in j. aut duas, Cucurbitas immittatur & applicato alembico, deſtilletur vt artis eſt. In huius deſtillati lib.j. diſſolue manus Chriſti perlat. vnc.j. aut vnc.j. ß. ſeruetur vſui.

Hauſtus D. Iohannis Wolffii, in dolore Coxendico: Recipe Rad. Cichorii, Graminis, Fæniculi, Petroſelini ana drach.j. fol. Betonicæ,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 413 sur 1557

tonicæ, Roriſmarini, Carduibened. ana P.j.flor. Cardial. ana P.ſ. fol.Senæ vnc.j. Agarici drach.ij. ß. Rhabarbari drach.j. Hermodactyl.drach.j.ſem.Aniſi,Fœniculi ana drach ij. ſpecierum inciſarum vnc.ß.Miſce & in vnc.xviij. Vini odoriferi horis 14. ſtent, colentur & per ſubſidentiam clarificentur, expreſſi & clarificati vnc. iiij. Mannæ calabr.drach.vj. Aquæ Cinnamomi drach.ij.

Medicamentum in Eryſipelate: Recipe Myrrhæ Rom. opt.vn.j. vel vnc.ij. Vini q.ſ. coque vaſe claufo per integram, refrigeretur & coletur, colaturæ vnc.iij. Spiritus Tartari, aquarum Meliſſæ, Fumariæ vel Acetoſæ vnc.iij Theriacæ drachm.j. Spiritus Vitrioli q.ſ. pro acore, Diuide in duos hauſtus, dentur mane continuis duobus diebus.

Infuſio Theophraſti in peſte: Recipe Theriacæ vnc.ij. Myrrhæ vnc.ij. Petaſitates vnc. iij. Sperma ceti, Terræ Sigillatæ ana vnc.ß. Rad.Hirund.vnc.j. Diptamni, Pimpinellæ. Valerianæ ana drach.ij. Camphoræ ana drach.j. Spiritus vini op.menſ.Miſceantur & in ſole vel cineribus macerentur. Doſis Cochlear ſemis ad integrum, ſudet per 3.vel 4.horas, ſi forte erit ſudoriferum, adde dimidiam partem ſpiritus Tartari præſtantiſſimi.

Infuſio communis: Recipe Serpentariæ, Oſtrutii, Pimpinellæ, Valerianæ, Tormentillę, Gentianæ, Succiſæ ana vnc.j. Incidantur in partes minutas affundatur vini aduſti menſura vna, ſtent per 14. dies in loco calido, Doſis 3. Cochlearia ad ſummum, prouocat ſudorem pro præſeruatione infantibus datur Cochl.j. Aqua peſtilentialis, qua Norimbergenſes vſi anno 1534. Recipe Roſ. Rubrarum M.ij. Herb.& flor.Borrag florum Bugloſſæ, Violarum, Meliſſæ ana M.j. Corticum Citri, Tormentillæ ana vnc.j. Rad. Doronici, Been albi, rubei, ſem. Baſiliconis, Acetoſæ, Iridis ana drach.iij. Zedoariæ, Garyophyllorum, Cinnamomi ana drach.j Diſſeces & contundas, ſuperfunde Aquæ florum Tunicæ, aquæ Cinnam. ana vnc.ij. aquæ communis q.ſ. deſtilla per Alembicū: Ad huius aquæ menſ.j ß. adde Vini Maluatici vel alterius vini menſuras iij. aceti menſ.ß. Roſ.rub. M.ij. Rad. Tormentillæ puluerif. vnc.j. & viciſſim deſtilla in B.per alembicum in quo pendeant ſpec. Diambræ drach. ß. Croci, Roſ. rub.ana drach.j & F.

Aqua Theriacalis ſudorifera: Recipe Rad.Perſonatæ vnc.ß. Pe-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 414 sur 1557

tasites, Myrrhidis ana vnc.ß. Rad. Enulæ vnc.ß. Herb. Calendulæ Verbenæ Cardui, Scabiosæ ana M.j. Rutæ, Saluiæ ana M.ſ. ex quibus per B.M. eliciatur aqua affusa prius lib.j. ß. Vini & denuo aqua collecta destilletur additis Diascordii vnc.j. Theriacæ vnc.ß. sic reseruetur: eius dosis est vnc.j. ad vnc.ij.

Digestio per extractum D. Hermanni Wolffii: Recipe Rad. Cichor. vnc.viiij. Acetosæ vel Asparagi ana vnc.iiij. Cort. Rad. Cappar. Sarsæ Parillæ, Tamaricis ana vnc.j. Ebuli vnc.ß. fol. Adianthi, Trichomanis ana drach ij. Cum S V. Fiat extractum, quod sub initium consistentiæ lauetur cum aquarum Cichorii, Rosarum vnc.j. coaguletur, fæces remanentes comburantur, cineribus affundatur aquæ calefactæ fontanæ q.sufficit, inspissetur pro Sale: Sal coagulatum cum extracto misceatur.

Haustus purgans eiusdem: Recipe Rad. graminis, Cichorii, Asparagi ana drach.j. flor. Genistæ, Sambuci, Adianthi, Scolopen. ana P.j. fol. Senæ vnc.j. Agarici drach j.ß. Rhabarb. drac.ß. specierum incisarum drach. ij M.F. infusio in vini albi vnc. xv. colatura citra expressionem purificetur, recipe colaturæ vnc.v. Syrupi rosati vnc.j.ß. misce pro haustu purgatorio insigni.

Haustus vulnerarius: Recipe Consolidæ Saracenicæ, Pyrolæ, Saniculæ Fragariæ, Artemisiæ rub. ana M.j.ß. Vini optimi. q.ſ.

Vel: Recipe Saniculæ, Alchymillæ, consolidæ Saracenicæ, Pyrolæ, Artemisiæ rub. Agrimoniæ, Plantaginis, lati folii, Fragariæ ana M.j. Incidantur ac bulliant in olla noua, cum mensuris iiij. vini generosi: Dosis Cochlearia ij. ab extra etiam applicatur cum linteolo mundo ac puro.

Digestiuum in melancholia Hypochondriaca: Recipe rad. Pæoniæ, Herb. Pulegii, Betonicæ, Paralysis, Serpilli, Rorismarini, Maioranæ Saluiæ ana P.iij florum Chamomillæ, Rosarum, flor. Spicæ an. parumper, sem. Fœniculi, Anisi ana drach.j. fol. Senæ drach.ij. Bulliant omnia in vino, de qua decoctione mane haustus bibatur quo vsque placet.

Vel: Recipe rad. Polypod. drach.vj. Cort. Capparorum, Cort. Tamarisci ana vnc.ß. Rad. Borrag. Bugloss. ana drachm. iij. Cichorii, Helenii ana scrup.ij. 4. ſsem. frig. maior. Cort. Citri, sem. Anisi,

niſi, Fœniculi ana drac. ij. Cort. Myrob. Indorum, Chebul. an. dra. iij. Herb. Chamædr. Chamæpit. Meliſſæ, ſummitatum Betonicæ, Thymi ana M. ſ. 3. flor. Cordial. ana P. ij. Decoquantur omnia ſecundum artem in lib. ij. vini & lib j ß. aquæ, donec tertia pars abſumatur, coletur, colatura albuminibus ouorum clarificetur, aromatiſando cum Cubeb. Cinnam. ana ſcrup. ij. Santal. albo. Citr. ana ſcrup. j. ß. Huius decocti colati ſumantur vnc. iij. Syrup. de pomis Sabonis vnc. j. Syrup. de Epithymo vnc. ß. Miſce pro potione digeſtiua, capiatur tribus horis ante paſtum. Sequuntur adhuc nobiles infuſiones & extractiones, Principibus noſtris Haſſiacis aliquando ab excellentiſſimis medicis ordinatæ.

Infuſio purgans 1. Recipe fol. Hyſſopi, Origani, Pulegii ana M. ß. florum Betonicæ, Anthos, Stœchados, ana P j Borrag. Bugloſſæ, ana P. ß. ſem. Aniſi, Fœniculi ana drachm. ij. fol. Senæ vnc. ß. Agarici, Rhabar. ana drach. j. Epith. ſcrupul. j. Hermodactyl. Mechoca: ana ſcrup. j ſpec. inciſarum drachm. ij. Arom. Roſati ſcrup. j. Miſce F. infuſio in vnc. 14 v. ini albi, horis 24. Colaturæ recipe vnc. iiij. In quibus diſſolue Mannæ Calab. vnc j. olei Cinnam. gut. ij. Miſce.

Infuſio purgans 2. Recipe fol. Senæ vnc. j. Agarici vnc. ß. Violarum, Bugloſſæ, Borrag. ana P. j. ſpec. Inciſarum drach. ij Diarrhod. Abb. ſcrup. ß. macerent in loco tepido per horas decem, in vnc. vj. vini albi, bulliant ad conſumptionem vnc. iij. ß. coletur cum leui expreſſione, ſtent ad ſubſidendum, quo facto coletur: In colatura diſſolue Mannæ Calabrinæ vnc. j. Aquæ Cinnamomi drach. j.

Infuſio purgans 3. Recipe Rad. Cichorii, graminis ana drach. j. fol. Adianthi, Capil. Veneris ana P. j. flor. Violarum, Borrag. ana P. ſ. ſpec. Diarrhodon Abbatis ſcrup. j. fol. Senæ drach. vj. Rhabarb. drac. j. ß. Agarici drach. j. ſpec. inciſarum drach. ij. Miſce F. Infuſio in vnc. xij. vini albi horis 24. Colaturæ citra expreſſionem præparatæ recipe vnc. iiij. Mannæ Calabrinæ drach. viij colentur denuo, ac dentur pro hauſtu, per biduum vſurpandum: intellige autem prius rationem morbi, ætatis ac perſonæ conditionem.

Infuſio purgans 4. Recipe florum Anthos, Stœchados Arab. Betonicæ, ſummi. Artemiſiæ rub. Origani, Meliſſæ ana P. j. ſem.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 416 sur 1557

Aniſi, Fœniculi ana drach.ij.ß. fol. Senæ vnc.j. Agarici, Rhabar. ana drach. ß. Diagrid.gr. iiij. ſpec. Inciſarum drach.ij. M. fiat infuſio in vnc.xij. Vini albi horis 24.

Colaturæ citra omnem expreſſionem ſeparatæ: Recipe vnc. iiij. Mannæ Calab.vnc.j. Diſſoluantur, colentur, aromatiſentur gutt.ij. Olei Garyophyl.F. hauſtus.

Infuſio purgans 5. Recipe fol.Senæ drach. ij. Rhabarb. ſcrup. ij. Agarici ſcrup.j. flor. Anthos, Violarum, Borrag.ana P.j. Stœchad. Arab.P.ſ.ſem.Aniſi, Fœniculi ana drach.ß.Carui ſcrup j. ſpec. Diarrhod.Abb.Trium Santal.ana gr. vj.infundantur per noctem in vnc. v.Vini, cras mane parum coque ſi placet, deinde cola, in colaturæ vnc. iiij. diſſolue Mannæ vnc. j. aquæ Cinnamomi ſcrup. j. F. hauſtus.

Infuſio ſexta: Recipe fol.Scolopendr. Origani, Chamædr.ana M.ſ.flor.Violarum, Fumariæ, Borrag.ana P.ij.Lupuli, Bugloſſæ ana P j.Meliſſæ, Anthos ana P.ſ.fol.Senæ vnc.j. Agarici raſpati drach.ij. Rhabarb.drach.j.Myrob.Chebulor.drach.j. Hermodactyl. drach. ß. ſem. Fœniculi, Aniſi ana drach.j.ß. ſpec.inciſarum vnc.ß. Arom. Roſ.drach.ß.F.infuſio in vnc.xvj.Vini veteris albi horis 24. Colentur citra expreſſionem.

Colaturæ: Recipe vnc. iij.Mannæ drach. vj. Diſſoluantur lento igne, colentur denuo, aromatiſentur ol.Caryophyll.gutt.ij. detur in vitro pro hauſtu j.

Infuſio 7. purgans: Recipe Rad. Acetoſæ, Graminis, Cichorii, Aſparagi ana drach.ß.Sarſæ Parillæ ſcrup.j.fol. Scolopendriæ, Adianthi, Capillorum Veneris ana P.ij. florum Cichorii, Betonicæ, Violarum ana P.j.fol.Senæ vnc.j. Agarici Raſpati, Rhabarbari ana drach.j.ſpec.aromat.Roſ.ſcrup.ß.ſpec.Inciſarum drach.iij.ſem.Fœniculi drach. j. M.F. Infuſio in vini albi vnc.xij. horis 24. colentur non exprimendo & colat.Recipe vnc.iiij. ß. Mannæ Calab. vnc. j. Diſſoluantur ad lentum ignem colentur, aromatiſentur ol.Caryophyl.ſcrup.ij.detur in vitro pro hauſtu.

Infuſio 8 Recipe fol.Senæ vnc.ß. Rhab.ſcrup.ij.Mæchoacamæ, Agarici ana drac j.ſpec.Inciſarum dra.ij.Dianthos dra.ß.ſem.Aniſi, Fœniculi ana drach ij.flor.Borrag.Bugloſſæ, ana P j Centaurii P.j. Infundantur per noctem in vini vnc.xiij. mane coquantur ad me-

dieta-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 417 sur 1557

dietatem: Colaturæ Recipe vnc.iiij. in qua dissolue Syr. Ros.solut. vnc.j.ß. Aquæ Cinnam.drach.ij. Misce pro haustu.

Infusio 9. Doctoris Horstii: Recipe Rad. Hellebori nigri veri dra. j.ß. Rhabarb.drach.ß. fol. Senæ vnc.j. Herb. Scolopendr. Capill. Veneris, Fumariæ ana M. ß. sem. Anisi drach.j. flor. Chamomillæ P.j. Galangæ, Macis ana drach.j. Spicæ Indicæ gr. iij. Tartari Vini albi drach.j.ß. Incisa ac contusa misce, postea infunde cum vini albiss. vnc.xvj. Digerant, deinde colentur, colaturæ accipe vnc.ij. Syr. Ros.solut.vnc.j. olei Garyophyl.gutt.iij. F. haustus.

Infusio 10. Eiusdem: Recipe Rhabarb.drach.j. Rad. Cichor.vnc. ß. fol. Senæ vnc.j. Agarici drach.ij. sem. Anisi drach.j Zingib. Galangæ ana scrup.j Spicæ Indicæ gr.viij. Incisa ac contusa infundantur cum vino de quo bibendum, tepide.

Infusio eiusdem 11. Recipe Comarum Absynthii vulgar. Centaurii minor. ana P.ij. Rad. Ebuli, Asari ana drach.iij. fol. Senæ Alexand. Mundat. drach.v. Rhabarb.drach.j. Cinnamomi acutiss. Zingiberis albissimi ana scrupul.iiij. Incisa dentur in charta quæ s. Herbæ pro infusione cum vino.

Alia eiusdem 12. Recipe Rhabarb.opt.drach.j.ß. Rad. Calam. aromatici, Enulæ ana drach. iij. summit. Absynth. ana M. s. fol. Senæ vnc.j. Agarici vnc.ß. sem. Anisi, Cumini ana drach.j. Cinnam. Galangæ ana scrup.j.ß. Incisa ac contusa infundantur cum vino: sequuntur quædam extractiones.

Extractum in Icteritia & Hepatis obstructionibus pro illustrissimo Principe nostro Hassiaco Ludouico: D. Wolffii: Recipe Rad. Cichorii vnc.viij. Asparagi, graminis, ana vnc.iiij. Cort. Rad. Capparorum, Sarsæ Parillæ, Tamaricis ana vnc.j. Ebuli vnc.ß. fol. Adianthi, Trichomanes, Capillorum Veneris, Absynth. Betonicæ, Scolopendriæ ana drach.ß. cum S.V. Fiat extractum, quod sub initium consistentiæ lauetur cum aquæ Ros.vnc.ij. Postea coaguletur, fæces remanentes comburantur pro extractione Salis, cum quo extractum summe fortificetur.

Extractum eiusdem D. Wolffii ad lienem & matricem pro vxore Cancellarii: Recipe fol. Melissæ, Menthæ, Artemisiæ, Pulegii, Fumariæ ana M.ij. Epithymi vnc.ß. Rad. Rusci, Asparagi, Bryoniæ ana vnc.j. Omnia incisa Misceantur, & cum S.V. q.s. fiat extractum instar Mellis.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 418 sur 1557

Extractum Asthmaticum: ℞. Rad. & fol. Aristoloc. M. iij. Hyssopi, Hypericonis, Melissæ ana M. ij. fol. Calamenti M. j. Rad. Aronis Glycyrrhizæ, Helenii, Pimpinellæ ana vnc. ß. Aloes drac. vj. Myrrhæ drach. ij. cum S. V. fiat extractum.

Extractum pro vidua D. Lucani: Recipe Absynthii Roma. Carduibenedicti ana M. v. Artemisiæ Rub. Scolopendriæ an. M. ij. Aloe succo Citrinæ vnc. ß. cum S. V. fiat extractum.

Extractum pro nobilissimo Cunrado Rideſſeln: Recipe Rad. graminis, Cichorii ana vnc. ij. ß. Fœniculi, Petroselini ana drach. x. Cort. Tamarisci, Capparorum, ana drac. vj. fol. Adianthi, Capillorum Veneris ana M. iiij. Absynthii, Betonicæ Scolopendrii M. j. Omnia incidantur ac pulueriſentur, & cum S. Vini fiat extractum.

Extractum pro vxore D. Hermanni Wolffii: Recipe folio. Hyssopi, Saluiæ, Melissæ, ling. Ceruinæ, Chamædrios ana M. ij. Rad. Capparorum, Fœniculi, ana vnc. j. ß. Petroselini, Ruſci ana vnc. j. ſem. Anisi, Carui, Fœniculi ana vnc j. M. & cum S. V. fiat extractum.

Extractum nobilis Rideſels ab Eſenbach: Recipe Absyn. Rom. Manip. viij. Absynthii noſtri M. iij fol. Carduiben. M. iij. Rad. Calam. Aromat. vnc j. Garyophyll. Zingiberis, Cort. Arantiorum ana drach. j. M. adde ſpiritus vini rectificati lib. iiij. Fiat extractum.

Extractum nobilis Iunioris Rideſels: Recipe Rad. Sarſæ Parillæ vnc. iiij. ß. Agrimoniæ, Ruſci, ana vn. iij fol. & flor. Eupatorii, Fumariæ, Iunci odorati, Chamædrios ana drach. ij. Aloes ſucco Citrinæ vnc. j. M. & cum S. V. lib. v. fiat extractum.

Extractio capitalis: Recipe ſpec. Pill. Alephang ſine Aloe, Myrrhæ, Maſticis ana drac. j. Rhabarb. Agarici, Hellebori nigri, Styriaci ana vnc. j. F. cum S. V. q. ſ. infuſio & digeſtio ad aliquot dies, facta expreſſione addes Aloes ſucco Citrini cum aqua Roſarum diſſol. & & repurgati vn. iij. deinde deſtilletur, vltimo inſpiſſetur. Doſis ſcru. ij. in forma pillularum præſtantiſſimarum.

Extractum ad Icteritiam: Recipe Herb. Agrimoniæ, Betonicæ, Fumariæ ana M. iij. Absynthii, Ceterach, linguæ Cerui ana M. ij. Chamæpit. M. j. Cort. Tamariſci, Cichorii, ana vnc. j. M. & cum S. V. fiat extractum, cuius ſingulis vnciis adde hepatis Lupi drachm. j. ß. pulueriſati.

Extractum pro Comitiſſa à Witchenſtein: Recipe Rad. Petroſelini,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 419 sur 1557

lini, graminis, Aſparagi ana drach.vj.Cort.Capparorum, Valerianæ, Cyperi ana drach.ij fol.Adianthi Capillorum Veneris, Meliſſæ, Betonicæ ana M.ij flor. Borra. Bugloſſæ ana M.j.ſem.Aniſi, Fœniculi, Carui ana drach.j.ß.Oeymi, Cubebarum ana drac.ß. Miſce fiat extractum.

Aqua vitæ Apoplectica: Recipe aquæ vitæ rectificatæ lib.xij.ſem. ſinapi acerrimi lib.ß.florum Lauendulæ elect. vnc.iij. Garyophyll. Galangæ ana drach. vj. infundantur in vaſe vitreo diligentiſſime tecto per dies tres, poſtea deſtillentur, deſtillationi adde medietatem ſupraſcriptæ iam materiæ, iterum infundantur, ſic repete tertio & cum pauxillo Croci coloretur, Doſis Cochl.j. in Paroxyſmo ſæpius infuſum.

Hæc dicta ſufficiant pro commendatione vini in formulis receptorũ ex quibus patet, in quibus affectibus poſſit vinum tuto exhiberi & adhiberi. Infinitas pene poſſemus dare ſpecies, ſed hæ forſan non omnib.ſapient, quod non curamus, nihil fit a nobis ſine ratione & conſequentia: Nunc vinum etiam examinabimus per artem Chymicam ab antiquis ſumme laudatam ac comprobatam philoſophiam antiquorum ſapientum.

Deſtillatio ſpiritus vini.

Deſtillentur ex vino talia medicamenta, vt ſequuntur. Digere vinum generoſum in fimo vel eius vicario, in vaſis circulatoriis iuſtæ amplitudinis, per octo vel x. dies: poſtea vaſe refrigerato effunde illud in Cucurbitas altas, quibus ſuperpone alembicos roſtratos, iuncturis cum veſicis porcinis vel bouinis bene munitis; deſtilla, vt artis eſt, per B.M. Primo egredietur ſpiritus, quem ſepara, mutato recipiente: deinde vrge phlegma vſque ad mellis liquidi ſpiſſitudinem: feces per retortam deſtilla, dando ignem per gradus: & accipies oleum pingue. Ex capite mortuo Sal elicies, phlegma ſuperfundendo, digerendo, filtrando & coagulando. Quod ſi præſtantiorem ſpiritum vini deſideras: rectifica eum, deſtillationibus ſæpius repetitis.

Spiritum vini ſic deſcribit Sennertus: Ex vino vel etiam fecibus vini per veſicam pars optima, quod guſtus & ſapor indicabit, abſtrahitur: quod exſtillauit, aliquoties per B. rectificatur, & ſaltem dimidia vel tertia, aut quarta pars deſtillatur, idque eo vſque, dum accenſus ſpiritus vini nihil relinqat aquoſitatis.

Subti-

Subtilius adhuc ita rectificari potest: Cucurbitæ orificium tegatur quadruplici charta subtili, imponatur Alembicus, & lento B. calore tertia vel quarta pars separetur. Ita enim saltem spirituosissima & subtilissima pars per Papyrum penetrat, aquosior & phlegmatica iterum decidit. Idem fieri potest per phiolam longi colli, cuius tertiam aut ad summum dimidiam saltem partem replent. Sic enim subtilissima saltem pars ascendit; aquei vero vapores ad latera colli phiolæ condensantur & delabuntur. Nonnulli Cucurbitæ vel Phiolæ Orificium spongia oleo imbuta obstruunt. Ita enim aqua hæret, transit vero per eam solus spiritus. Licet quoque vas per Serpentinum spiritum vini rectificare. Per anfractus enim illos canalium solum subtilissimus spiritus penetrat; phlegma vero in vase inferiore subsidet.

Alii authores tales dant modos ad præparationem S. V. Recipe Vini generosissimi, coloris ac saporis iucundissimi q.v. cum hoc imple vitrum ad tertiam partem, postea luto sigilla, & repone ad putrefaciendum in ignem vaporis per 8. dies, hoc peracto, repone in hyeme quando ingens est frigus ad aerem, recipiens vero quod lutatum est alembico, stet in Hypocausto vel calore, alterum vero vitrum seu Cucurbita in frigido: Quando iam frigus phlegma quod est in vino condensat & refrigerari facit in glaciem, tum fit separatio spiritus à phlegmate, & spiritus secedit in receptaculum quod est in loco tepido: Quod iam frigore non est conglaciatum. Hoc reclude probe in Pelicano ad circulandum per 14. dies in leni Balneo, postmodum destilla per alembicum, & habes spiritum vini subtilissimum, sed non in magna quantitate: Hic processus quidem videtur laboriosus, sed tamen est artificiosus ac Philosophicus: Quidam dolia plena in hyeme reponunt sub dio, vt ita concentrent spiritum vini in medio vasis, sed hoc tædiosum opus, & magni sumptus, hic nobilior breuis, vtilis, atque cum multis vitris potest absolui.

Alius eius præparationem præscribit talem: Recipe vinum quantum vis, hoc destilla ex Cucurbitis igne leniſſimo feces & phlegmate seorsim reserua, vt artis est: (vitra seu Cucurbitæ non in arena, sed sub arena tantum locentur) prima destillatione peracta vicissim nouum ac recens accipe vinum, ac destilla, hoc reiterando conti-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 421 sur 1557

continua vsq; dum destillati sex habeas mensuras, tandem totum re-
distilla, & phlegma remanens, prioribus reseruatis affunde fecibus,
hanc demum instituе destillationem ad quintam vel sextam vicē, vsq;
dum sentias spiritum nulla amplius post se relinquere phlegmata, tūc
purus existit atque igneus. Hic spiritus valde approbatur ad vegetabi-
lium essentias extrahendas. Qui vero ad mineralium essentias effi-
cax erit, hic exacuendus cum Sale Tartari, aliquoties inde cohobādo,
abstrahendo ac destillando, sic reddetur igneæ substātiæ. Spiritus vini
v. si per se intra corpus vult & debet appropriari, additur ei de essentia
aut oleo Cinnamomi, de essent. Ambræ ana dra. ß. olei Caryop. scru. ß
olei Anisi dra. j. ß essentiæ Croci dra. j. Commisceantur optime: Huius
dosis est Cochlear semis: p̄seruat hominē ab Apoplexia, Epilepsia, &c.
alii addūt olei succini aut Cardamomi & eodē modo ab extra vsurpār.

Vsus spiritus vini ad Ess. metallorum vegetabilium.

S.V. ab intra sic datur.

Ab extra ad frigidas fluxiones sic pręparatur: ℞. S.V. li. ij. huic adde
olei Iuniperi, Thereb. an. vn. ß. olei Ceræ dra. j. Hæc omnia probe ac
bene permisceantur, qua mixtura mēbra affecta inungantur, in phtisi
refrigeratione & luxatione eorū: In fluxionib. frigidis ab extra summe
cōuenit: colicā repellit, si eo vmbilicus inungatur. pleurisi & pūcturis
subuenit, si eo inūgātur latera, dolores dorsi corrigit, febricitātib. & e-
maciatis ab extra ēt vsurpatur: Sin vero hic spiritus ad caput solūmodo
debet adhiberi, tū addūtur ei capitalia & memoriā corroborātia, &c.

Spiritus V. ab extra sic vsurpatur.

Spiritus huius talis etiā est præparatio ab intra & extra: Recipe S.V.
quinquies rectificati, huic impone panem hordaceum calidū in tanta
quantitate, quantum par erit: Sigillata reclude in vitro ad circulandū
per 14. dies leniſſimo ignis calore, postea spiritum inde destilla, & bi-
nos accipies spiritus vnum ex pane, alterū ex vino, cōiunctos tamē. his
adde essentiæ Cinnam. mēs. j. Ambræ Moschi an. dra. ß. Essentiæ Coral.
Margar. an. vn. ß. cōmisceantur in uicē ad vsum: Hic spiritus confortat
cerebrū, cor atq; Hepar, promouet concoctionem, spiritus exhaustos
refocillat, naturā in vigorem summū perducit, omnes fluxus restituit.

Magisterii vini talis datur præparatio: Recipe musti vini optimi ac
recētissimi iam iam expressi, destilla ex igne vel Balneo solam ac nudā
humiditatē, sola n. humiditas primo ascendit, spiritus deinde veniunt
si ignis fuerit auctus: Hunc vicissim ad remanentē terrā siue feces af-
funde, iterumq; destilla, tandē essentia vini ascēdit super alembicum.
Fit etiam destillatio magisterii vini artificiosa super dolium quod duo
habet foramina, quando feces recenter eiicit & sese purgat, hoc egre-

Magisterium Vini.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 422 sur 1557

gium est ac virtuosum, potestq; exacui summè cum sale Tartari, &c.

Ex fecibus supradictis reliquis destillatur oleum, soluens Aurũ instar sanguinis. Eius supra facta fuit mentio in lib.1. Basil. Chymicæ, laboris non ita magni, sed facilis præparationis, Aurum si eo oleo fuerit solutũ, per tritorium potest separari, in medicina maximi est momẽti.

Extractio Magisterii in vino secundum Paracelsum hæc est, tom. 6. pa. 50. Vini magisterium declarare iam volumus, quod quidem innumeris virtutib. dotatum apparet: cũ eiusmodi naturã à plurimis in terra latentibus virtutib. accipiat, vti de vini generatione ponimus. Iam sciendũ huius magisteria duabus viis fieri, quanquam vnã silẽtio præterimus, quia cõmunis existit eius processus, quali in multis vinis extrahendis vtimur. Nonnullæ viæ practicæ magisterii vini hic ponũtur. Aliqui dũ adhuc recens est vinũ & ebullit, extrahere conãtur inter purgandũ. Alii sepeliunt cẽtumq; diebus ita relinquunt. Pleriq; illud citra ignẽ separant. Quocunq; modo id fiat, scribere hic minime volo. Tradam saltem eam quam experientia cõprobatam viam habeo. Primo sciendum in vino spiritum valde subtilẽ, ac paucũ, & multo phlegmate contentũ esse. Et quamuis hic E. Q. sit, nihilominus in eo fit magisterium, sed maiori practica processuque adhibito.

Sciendum etiam, plures maioresq; vires in eo vino exsistere, quod Tartarum suum nondũ posuit, cum in Tartaro nonnunquam plus virium exsistat, quã in vino ipso. Vetustas ẽt vini laudabilior q; iuuenta, vel eius recentia, ꝙ spiritus magis digeratur successu tẽporis longioris quã paucioris. Animaduertendũ præterea est vinũ, hunc in vsum conferendum esse, defodiendum in terram frigidam, vase inferius ac superius optime concluso absq; vllo respiraculo. Sic multis centenis annis absq; Tartaro conseruatur. De prolixo quidem tẽpore loqui hic nolumus, cum tædiosum id foret, nihilominus memoriæ id mãdetur. Non est etiam vini magisterium, ꝙ ex musto vel recenti vino trahitur, sed musti. Neceſt artis id, cum fecibus aut phlegmate suo destillare, prout vinum ardens, quod hac via spiritui vires depereant, quę sunt in eius essentia. Hoc ipsum fieri minime cõuenit. Sic quo sæpius optimũ acetũ destillatur, eo remotius à S. V. recedit. Quapropter animaduertendũ summa diligentia, ne quomodo quinta corrũpatur in magisteriis essentia, sed potius, vt virib. augeatur atq; fortificetur. Quum etiã sine igne separatum est, haud quaquam potest esse magisterium, ꝙ ei substantia deficiat. Sciendum itaq; vini spiritum cum substantia esse con-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 423 sur 1557

conſeruandum,& non cum phlegmate. Nã in vino duæ ſubſtãtiæ reperiuntur,vna quidẽ vinoſa,cui ſpiritus ineſt vini, & à qua ſeparari nõ poteſt:altera phlegmatica eſt quæ fæcib.& aqua dulci permiſcetur, q̃ à vera ſubſtãtia ſeparari debẽt,vt à ſua minera vel Terra metallum.De vino ſciendũ eſt fæcem,phlegmaq; eius eſſe mineram & vini ſubſtantiam eſſe corpus in quo conſeruatur eſſentia,prout Auri in Auro latet eſſentia.Iuxta q̃ practicã nobis ad memoriam ponimus, vt nõ obliuiſcamur,ad hunc modũ. ℞. Vinum vetuſtiſſimũ & optimum q̃ habere poteris,colore ſaporeq;ad placitũ,hoc in vas vitreum infundas,vt tertiam eius parte impleat,& Sigillo Hermetis occluſum in equino vẽtre menſib.quatuor,& in cõtinuato calore teneatur,q̃ non deficiat.Quo peracto hyeme,quũ frigus & gelu maxime ſæuiunt,his per mẽſem exponatur,vt cõgeletur.Ad hunc modũ frigus V.S.vna cũ eius ſubſtãtia ꝑtrudit in V.cẽtrũ,ac ſeparat à phlegmate.Cõgelatũ abiice:Quod vero congelatũ nõ eſt, id ſpiritũ cũ ſubſtantia eſſe iudicato. Huc in pellicanũ poſitũ in arenæ digeſtione cũ adeo calida ꝑ aliquod tẽpus manere ſinito. Poſtmodũ eximito vini magiſterium, de quo locuti ſumus.

Quinta Eſſentia vini: Pone vinum generoſum per menſem, in ventrem equinũ, vel eius Vitcarium, in vaſis circulatoriis iuſta amplitudinis. Poſtea deſtilla in B.M. ſpiritũ in cucurbitis altis, quẽ quater rectificatum, ſingulis vicibus ſeparando phlegma, ſepties adhuc deſtilla: ita vt ex
lib.40 *vini, vnam ſepares ſpiritualiorem (nam quod inter ſpiritũ & phlegma deſtillatur, aqua ardẽs eſt) ſpiritum vaſe vitreo ſemipleno probe obturato, ne reſpiret, ſerua loco frigido. Interim phlegma deſtilla reſiduum vſq; ad mellis liquidi conſiſtentiam. Quod prolectũ eſt, redde fecibus: Et iterũ lento Balnei calore tres partes euoca: Deinde Cucurbitã exime: & pone loco frigido, vt Criſtallos producat: quos ab omnib. ſordibus elutos toties, diſſolues & coagulabis; donec aqua limpidiſſima glaciem amulentur. Interim ſi artis vim & oleum pingue & cõbuſtibile è vino quaeris: phlegma à Criſtallis ſeparatũ in B. vſq; ad mellis liquidi ſpiſſitudinẽ deſtilla: poſtea in retorta per arenam pelle. Aqua oleo flauo miſta prius egredietur: deinde oleum rubrũ: vltimo reſina. Criſtallis minutiſſime tritis ſuperfunde ſpiritũ ſuperius ſeruatũ: digere in B. per triduum: poſtea in arena deſtilla: toties eundẽ, proceſſum repetẽdo; donec ſpiritus perfectè propria anima impregnetur; & corpus plane aridum ſuper laminam candentem poſitum fumum non edat. Tum corpori prius, vt artis eſt, calcinato ſuperfunde octauam partẽ ſui põderis ſpiritus animati: Digere & deſtilla vt prius: deinde da ſextam partem ſpiritus: poſtea quintam: deinde quartã toties cũ quarta parte continuando, donec maior pars corporis ſuper laminam candentem poſita in Auras abeat. Tunc impletur, quod Morienus dicit: Hoc quoq; te ſcire debet: quod anima cito corpus ſuum ingrediatur, qua cum corpore alieno nullatenus coniungi poteſt. Habito hoc ſigno, vaſi ſuperpone Antinotorium: & da ignẽ Cinerum ſpatio duorum dierũ, donec ſulphur vegetabile ſpondilibus*

vasis instar Talci adhæreat. Huius sulphuris accipe vn. j. spiritus puri vn. iiij. misce & digere per diem naturalem: Deinde destilla in cinerib. cum cohobio; donec totum corpus adscenderit. Tunc bis per balneum bulliens destilla & per 60. dies circula: separata aq; hypostasi, quæ circa fundum Pelicani hærebit, serua Q.V.E. ad infinitos morbos curandos, tã interius quã exterius vsurpãdã.

Potest etiã hæc Q.E. vini breuiori perfici tẽpore. Imo spatio quinq; septimanarum potest absolui, & Auri tinctura cũ ea elici. Multæ sunt viæ, teste Gebero, ad vnũ effectum & vnũ intentum. Porro Q.E. vini, varii varie præparandã docent: Nunc ex ordine quosdam in medium ꝓfemus & adducemus: De spiritu vero scias, hos modos esse optimos per phiolas, ꝓ vt tradidi formas in li. 2. Basilicæ philosophicæ, sic sine multis ambagib. verũ Alkohol essentiale potes habere: vel si dubitas, tum Recipe hunc S.V. ex nobilissimo destillatum, & iam quarta vice destillatũ, adhuc destilla septies, vel vsq; ad summam subtilitatem, intercedentib. semper digestionibus suis, vase ita munito, vt nullus possit exire halitus. Postea circula in Pelicano & habebis verum Alkohol essensificatum atq; præparatum. Nonnulli veri spiritus perfectiõ volũt habere certa sua signa: vt 1. si tota cõburitur sine relicto vestigio in pelui stãnea munda. 2. Si nullum accipit sedimentũ. 3. Si sapit, oletque suauiter. 4. Si penetrat in gustu sine qualitate quasi sine qualitate notabili caloris aut acredinis. 5. Si in candente lamina in auras euanescit absq; bulla. 6. Si cũ linteo cõburitur. 7. Si olei gutta vel pilus ex supercilio iniectus, statim petit fundum. 8. Si succinum ardens immissum subinde ardentius euadit, 9. Si in manu penetrat euanescitque.

Optimus S.V. Tartarisatus philosophicus, fit hoc modo: ℞. vini adusti q. vis, superfunde Tartaro crudo, attamen puro, fac phlegma inde destillet, & recens vinum superfunde, hoc iterũ destilla, destillato caue ne spiritus egrediantur, hanc destillationem, toties institue vsque Tartarum nullos amplius spiritus ad se recipere possit, tandem artificiosa ac philosophica manu age, ac labora.

Nonnulli sicuti Paracelsus per 4. mẽses vinũ in Cucurbita cũ cæco alẽbico digerunt. Hũc sinunt cõglaciare. Quod liquidũ mansit destillant, ita vt subtilissima duntaxat pars excipiatur. Neq; vero tantum ad calorẽ destillatio fit & perficitur, sed & glaciem vini circũponunt Cucurbitæ, & ꝙ spiritu intus posito eleuatur, exitq; ante fumos crassos, id pro vero vini spiritu, seu Q.E. habent. Quidam quod ex glacie collectum est, iterum atq; iterum glaciant, donec nihil restet glaciabile.

Alii ita conficiunt: Aquam ardentissimam ex vino pone in phiola

ita

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 425 sur 1557

ità vt tertia vel media pars sit plena. Obstrue os cera pertinacissima, ne spiritus possit subterfugere. Pone in fimo ad mẽsem inuerse, vt fundus sit in summo. Ita separatur essentia à fecibus. Vbi hoc factum est, sensim exime phiolam, cauens ne perturbes. Fora cerã, & feces emitte vsque ad puritatem, quam detine in vitro. Aquam illam puram circula in Pelicano vsq; ad perfectionem suam. Huic solet innatare quædam essentia oleiformis, quæ abstracta seorsim seruatur.

Baptista Porta etiam diligentius elaborat. Vinum generosum in amplis ampullis ita obsignatis, vt nihil plane possit expirare, in fimo sepelitur, vt putrescat per duos menses. Postea destillãdo inde abstrahitur spiritus, quẽ ille præcipit diuidi in partes duas. Omisso hoc spiritu & sepositò aliquandiu destillantur reliquiæ, donec feces vt mel vel pix residere conspiciantur. Hæ locantur in cella, quousq; deponant Crystallos sicut fit in aceto. Crystalli eximũtur abluunturq; per phlegma paulo ante destillatũ, sed celeri manu, ne liquescant. Siccatos solue in aqua destillata. Feces reliquas, quæ nõ abierũt in Crystallos, calcina in cineres albissimos. E calce extrahe salẽ per aquam phlegmaticam, & elabora eum soluendo, filtrando, coagulando, donec in candente lamina positus liquescat & diffumiget, quod in particula potes primũ subere: postea charta pergamena tenera. Impone alẽbicũ, & cõmissuris occlusis sicca. Subiice ignẽ, & destilla. Dicit ille salẽ penetrare ad alembicũ per suberẽ & pergamenã, aqua immota manẽte. Collige salẽ istũ & misce cũ V S. primũ destillato, & circulatione exalta in Q. E

Alius vinũ generosum macerat per mens. 2. Destillat aquã ardentẽ. relicto phlegmate. 3. Aquã hanc macerat iterũ in fimo per dies 21. Destillat partẽ subtiliorẽ igni leniore. Hãc digerit denuo p dies 15. Digestã destillat p spongiam oleo madidã, collocatã in orificio Cucurbitæ. Ita factus est S. V. quem digerit per octiduum; & destillat igni leniore. Quod exiit, quatuor dies macerat destillatq;. Hoc digeritur p biduũ, & tandẽ pdit Q. E. quæ circulando exaltatur. Sempera. crassiores partes remanẽt in Cucurbita, q̃ seorsim ad suos vsus pro aqua ardente, vel S. V. possunt vsurpari. Phlegma primũ in acetũ bonũ vertitur, ex quo fit acetũ destillatũ & Crystalli. Hæc Q. E. postea est cælũ, & quasi communis materia astrorũ, in qua si maceres arómata & alia, statim deponitur virtus subtilissima, ad vsũ p̃sentẽ. Quia vero laborioſissime cõficitur, plerũq; quarta destillatione spiritus p ea sumitur. In aliquib. ẽt oleum Terebin. seu spiritus exaltatus, in mineralib. aqua fortis & Mercurius

curius philosophorũ in metallicis quibusdam,illud officium subeunt. Paracelsus hãc ẽt alibi habet descriptionẽ,nempe in Q.E.potabilium. ℞. Vinum.Digere in Pelicano per mensem,separa per balneum,quod exit serua. Inde pone in cineres , destillaque & exit alia substantia. Tertio loca in arena,& destilla,exitq; tertia. Has duas posteriores digere in B.vel fimo,& destilla postea,& exit plus spiritus,ꝙ adde priori. Digere iterũ,& destilla, & sic omnes spiritus , relicto solo phlegmate, potes elicere.Spiritus hos circula,& destilla vicissim,abibũtq; in Q.E.

Nõnullus vult è vino destillari tres liquores fere similes:primus erit aqua ardens:Secundus erit spiritus:Tertius erit Q.E. Nonnulli spiritũ V.rectificant per suum salẽ,vnde debet exasperari,inde vocãt vini Alcool,vel vinũ alcalisatũ,id ꝙ verum dico,si sine phlegmate coeant & coaceruẽtur sua putrefactione debita ac philosophica,in vase Hermetis Sigillato,&c. Alius ẽt sic ait:Post extractam aquã ardentem è vino, coque reliquias ad siccitatẽ. Feces calcina. Extrahe salẽ,cuius semunciam misce duab.vnciis S.V.Cõmacera;destilla per retortã cum cohobiis,donec Sal totus cũ spiritu exeat.Digere in cineribus per horas 24. Alii ꝑ sale fecum accipiunt salẽ Tartari,vel Crystallorũ vini. Nõnulli ad metallica iniiciunt caput mortuum aquæ fortis; macerãt & destillant. Quidam destillant spiritum ex illo capite mortuo cum laterum puluere misto;& eius partem vnam soluunt in partibus quatuor S.V. Ad exemplũ S.V.fieri poterit spiritus ex granis Iuniperi,glande fagina & similib. igneum halitum præbentib. veluti aqua ardente quamuis fecũ spirituosarũ,multæ Cereuisiæ,&c. Mẽstruum vegetabile minus, vel circulatum minus,vel Q.E. vini, secundũ Guidonẽ magnum de mente: ℞. vini rubicundissimi 24.mensuras(hoc vinũ dicit albo esse melius,& id forsitan ratione salis:multas n. residuas facit feces Tartareas)hoc infunde Cucurbitæ,& applica alembicũ prolutatum, & destilla in B.M.vsq; ad consistẽtiam crassam instar Mellis.Hãc materiam à 24. mensuris vini residuam in duas partes diuide æquales,pone cum cucurbitis ꝑ magnis,vt artis est in B.M.superfunde rursus vini spiritum cũ phlegmate ad duas partes diuisas crassæ consistẽtiæ, adaptatis ꝑ bene cæcis alẽbicis,(ne quid exspiret)putrefiant per sex septimanas : putrefactis applica alia capitella,cũ recipientib appositis ꝑ bene lutatis,demũ destilla S.V.per B.M.tãdiu donec liquor spiritualis exire cupit: & hoc facto dephlegma vt artis est: Sin mavis citius vt ꝑficiatur opus diuide in 4.partes & Cucurbitas,sic velocius succedet; omne destillatũ atq;

recti

rectificatũ lẽte ita deſtilla (cõiunctis puta deſtillationib.) vt vnica mẽſura remaneat, q̃ in cella fac Cryſtallos pariat albos inſtar nitri, q̃ ſunt Sal vini, ſuper has funde phlegma proprium, & in B.M. deſtilla viciſſim ad cuticulã, & pone ad viciſſim Cryſtalliſationem, hoc toties reitera, quouſq; tibi videantur ſat puri: depuratis, proba tuum vini ſpiritũ, & ſi inueneris ipſum iuſtiſſimũ ſic procedes, ſin minus adhuc ſemel rectifica: Huius S.V. accipe li.j. ſalis vini vn.iiij. cõfunde, ſigilla ac pauliſper digere: digeſtis deſtilla per B.M. cohoba quatuor vicibus, demũ habes menſtruum vegetabile minus, vel circulatum, vel Q.E. Vini.

Magnũ vero vel circulatũ maius menſtruum vegetabile, ſeu Quintam Eſſentiam vini ſic mandat conficere: ℞. S.V. vnc.vj. Salis vini vn. iiij. funde in cucurbitã ambo, Sigilla cum alembico & deſtilla in B.M. duodecies cohobãdo, poſtea putrefac per 4. ſeptimanas in B. roris: deinde deſtilla aliquot capitalla cũ roſtris, ego dico per vnciam phiolam ſine longa remoratione. Idem hic author ponit duas S.V. acuitiones, vnã cum ſale vulgari, aliam cum ſale Armoniaco, ſed nullã amo, ſi vid. ille S.V. debet in medicina exhiberi, ſin vero ad metalla vbi corroſiua locum habere poſſunt, ibi concedimus: ſed nulla acuitio p̃ſtantior eſt illa, q̃ quæ fit proprio ſuo ſale, aut alio homogeneo appropriato, &c. Hęc de vino eiuſq; proprietatib. effectibus atq; deſtillationibus, in ſequentib. dicemus de vino mortuo vti vocant quidam, ſeu aceto, Omphacio, & Sapa, &c. Qui plura de vino cupit, videat libros iam priores, multis in locis de hoc differentes.

CAPVT III.

De Aceto & Omphacio.

ACetum ὄξος Græcis dictũ, Gallis Vinaigre, Italis Aceto, Hiſpanis El vinaigre, Germanis Eſſig nominatur: dicitur ẽt vinum acre, itẽ vinum mortuum: fit ex vino, vapido, proprijs ſpiritib. & inſito calore deſtituto, producitur: fit ẽt ex aqua & Melle, vel cereuiſia putreſcẽte, &c. Quod ex vino acerbo ac crudo fit, id magis adſtringit; q̃ vero ex optimo vino conficitur, id magis aperit: Quod ex Cereuiſia apud inferiores Germanos paratur, magis refrigerat. Acetum omne dicitur miſtæ eſſe ſubſtantiæ, nempe frigidæ pariter ac calidæ, eiuſque vtriuſque tenuium partium: cæterum calidam frigida exuperat.

Habet a. omne acetum vim attenuandi, incidẽdi, diſcutiendi ſimul & reprimendi, nec non refrigerãdi, & aliquantulũ calefaciendi; Gal. cap.10. li.2. comp.med.Loc. Nam caloris in ſe quædã ſemina retinere, ẽt ag-

ēt agnouit Homerus: vnde miſtæ, vt ſupra diximus, eſſe qualitatis Gal. ſcripſit, ca. 19. li. 1. de ſimpl. med. Nā vt lac vniuerſum non eſt Homœomeres & ſimilare, neq; vndiquaq; ſibi idem; ſic nec acetū, q̄ multi calidū, alii frigidum nomināt. At maiori parte frigidius q̄ calidius his liquido conſtat, q̄ vere eius facultatē expēderint: Atq; longè ab illorū cōiecturis recedendū, qui cauterii inſtar calidū putant: Gal. ca. 20. Eiuſdē lib. Nā ſenſu cōſtat admodū valde acre, & principio refrigerare, ſublimatum tamen quendā calorē relinquere, qui acrimoniæ ratione, & p accidens ſpatio tēporis ſit, tametſi non vbiq;, nec in omnib. corporib. Gal. ca. 21. eiuſdē li. Hinc colligitur acetum quidē frigidum eſſe, ſed accidentarium habere calorē, vel vt loquitur Gal. ca. 23. eiuſd. lib. nec eſſe ſumme frigidū, nec ſumme calidū, ſed neutrius extremorū particeps. Multa enim ex pugnantium facultatum miſtura naſcuntur, & pleraq; ad ſenſum ſimplicia ſunt, quæ ex pugnātibus qualitatib. conſtāt, & de his cum ambigitur, ſint neutra neceſſe eſt, vt acetum, quod ingenitam perdidit qualitatem, & alienam ex putredine adeptum eſt. Huius ſententiæ eſt Theophraſtus & Ariſtoteles; Nam vinoſæ vini partes dum in acetū tranſeunt, refrigerantur, & aqueum recrementū putreſcens, adſcititiam caliditatem obtinet, velut cætera omnia quæ putreſcunt: Fitque acetum quiddam ex contrariis facultatis partib. compoſitum, partim refrigerantib. partim calidis, ſicut vſtorum lignorum cineres.

Miras præbet ſane virtutes; exſiccat, adſtringit: ſtomacho vtile, appetentiam excitat, erumpentem vndecunque ſanguinem potu inſeſſuve ſiſtit, prodeſt alui fluxionibus, coctum cum cibis; cruentis vulneribus inditur; inflammationes arcet, in ſuccidis lanis, aut ſpōgia impoſitum, reprimit procidentiam ſed s, vuluæque; abſcedentes gingiuas & ſanguine manantes: Ad nomas & ignem ſacrum, vlcera quæ ſerpunt, lepras, impetigines, pterygia, cum aliquo conuenienti efficax eſt, phagedænas vlcerum nomaſq; fotu continuo cohibet; Podagricis calido fotu, cum ſulphure auxiliatur: ſugillationes rapit cum Melle illitum. Contra capitis ardores cum Roſaceo in ſuccidis velleribus aut ſpongia imponitur. Ad aquam intercutem, grauitatem aurium, & ſonitus, ſibilloſq; feruentis vapor proficit: Inſtillatum quoque Aurium vermes necat. Panos coercet tepidi fotus, aut ſi imbuta aceto ſpongia admoueatur: pruritus permulcet. Contra venenatos ſerpentium ictus, qui refrigerando nocent, calidum commode fouetur: & frigi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 429 sur 1557

frigidum iis, qui exurens virus eiaculantur calidum potum atq; vomitionibus redditum, aduersus omnia venena efficax est, præsertim contra mecoium, & haustam cicutam: conglobatum in ventre sanguinem, lac coagulatum, fungos, ixiam, taxumq; cum sale: haustu voratas hirudines, si sorbeatur, eiicit, tussim antiquam mitigat, & recentem lacessit. In orthopnœa calidum commode sorbetur: gutturis fluxiones gargarizatum inhibet: anginis & vuæ procidenti conuenit: contra dentium dolorem calidum colluitur.

Quercetanus ait de aceto: Eius vis est incidendi, aperiendi, deobstruendi, ardores bilis moderandi, corruptiones & putrefactiones arcendi, concoctionem iuuandi, vel in stomachis etiam calidioribus: nec non in pestiferis morbis, à contagio vtentes conseruandi & liberandi. caute tamen, prudenter ac sobrie aceto vbique vtendum est. Neque enim senibus satis salubre est, nec macris aut extenuatis, vt iunioribus, corpulentis & plethoricis solet conferre. Præterea sciendum, ab eo partes neruosas lædi, & in pectore tussim excitari. Quædam mulieres matricis morbis obnoxiæ, eo, si degustarint, statim offenduntur. Idcirco non erit immodice vsurpandum, sed caute & prudenter, vt diximus, idque ipsum temperando ac corrigendo sacchato, melle, oleo aut id genus aliis Ex eo conficiuntur varia medicamina, vt oxymelita, acetum scyllinum, rosaceum, saluiatum, sambucinum, passulatum, syrupus acetosus, oxycratum, atque id genus alia, tum interna tum externa medicamenta, prout iam demonstrabimus.

Oxymel simplex duobus modis parari potest secundum I. Quercetanum: prior est si sumas vnam mellis partem, cui tantundem aquæ pluuiæ aut cisternis adseruatæ, si haberi possit, primo admiscebitur, miscellam igni lento admouebis, pe fecte despumabis, donec mel omnem sorditiem deposuerit, purumque appareat.

Tũ melli affunde optimi aceti tantum, quantũ gustui gratificãdo sufficit, sicq; regulam & normã certam habebis, ne iusto acidius aut plus æquo dulcius, oxymel componatur. Iterum igne lento hæc coquantur, inter coquendum paulatim & per vices instilletur aqua, q. suff. quæ fecernendis heterogeneis operam suppeditabit, & magis defæcatum reddet: proderit etiam ad dulcorem comparan-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 430 sur 1557

dum, id est, vt remedium γλυκύπικρον & dulcoacidum fiat: quo etiam in pastu, potionis loco, vti quis poterit in diuersis corporis affectibus potius, quam hydromelite aut vino, vt superius annotauimus.

Vt vulgare oxymel componatur ex tempore, hac serie progredi oportet. Recipe mellis à sordibus liberi & expurgati sextarios quatuor siue duas Pintas Parisienses. Optimi aceti sextarios duos: Aquæ octo sextarios siue quatuor pintas. Imprimis misceas baculo aquam iam tepefactam cum melle, totum feruere sinas, mitiore igne absque magnis bullis & ebullitionibus, tum spumam auferas, & coqui permittas, donec aqua ad medium resoluta & consumpta fuerit, tum demum acetum adiiciatur, cui affuso tres aut quatuor ebullitiones satis erunt, facta legitima omnium simul confusorum coctione per manicam siue pannum densum transmittentur, colatura diligenter asseruetur. Quod si vice vulgaris aceti, scylliticum, rosaceum, saluiatum, anthosatum, sambucinum, passulatum, & similes aceti simplicis compositiones, quarum supra meminimus, admiscuerimus, efficiemus oxymel simplex rosaceum, passulatum, anthosatum &c. quorum singula variis affectibus aptissima existunt. Verbi gratia, quando ea vsurpamus, vt humores lenti & viscidi incidantur, plurimorum morborum causæ, etiamsi cum febre complicentur, oxymel paratum cum aceto rosaceo, buglossato, violaceo, & similibus accommodatius erit saluiato, vel anthosato, quæ magis idonea sunt melancholicis, hypochondriacis, epilepsiis apoplexiis cachexiis, & huiusmodi affectibus, quarum causa terrestris potius & frigidus humor statuitur, quam calidus.

Oxymel cephalicum: Recipe rad. fœniculi, polypodii, acori vulg. ana drachmas sex, fol. betonicæ, melissæ ana m. j. sem. feseleos vnciam vnam, flor. stœchados buglos. ana partes duas, cinnam. drach. iij. macis caryophyll. ana drachmam vnam semis, croci drachmam vnam, macerentur per 24. horas in lib. iij. oxymelitis anthosati, dein coquantur ad vnius tertiæ consumptionem: dosis vnciæ iij. vel iiij. Condu it omnibus cerebri affectibus frigidis & melancholicis: spiritus animales fouet & illustrat, prodest ad memoriam, idemque ad mœstitiam à quauis causa subortam. Prout parti-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 431 sur 1557

particulares cerebri affectus postulabunt, adiicere poteris, quæ specifica proprietate ipsis aduersantur, vt si epilepsia curanda proponatur, addes viscum quernum, rad. pæoniæ, flores tiliæ, lilium conuall. & similia. Idem iudicium relinquitur, si morbi & symptomata alteri cuidam parti infixa hæreant.

Oxymel pectorale siue thoracicum: Recipe rad. enulæ campanæ tussilaginis & iridis florent. ana vnciam vnam semis, fol. capi l. veneris polytrichi scabiosæ hyssopi ana manipulum vnum, Dactylorum iuiubarum ana partes sex, sem. carduibenedicti bombacis vrticę an. vnc. j. flor. tussilaginis violar. buglossæ nymphææ papaueris rheadis an. p. ij. macerentur in in oxymelitis passulati & buglossati ana lib. j. s. & aquarum carduibened. & scabiosæ ana lib. j. per 24. horas: dein coquantur ad ignem lentum ad vnius tertiæ cõsumptionem, ac tandem transcolentur per manicam Hippocratis, & aromatizentur pauco cinnamomo. Dosis vnc. iij. vel iiij. Confert orthopnœæ, asthmati, peripneumoniæ, tussi inueteratæ, & diuturnis omnibus pectoris affectibus. Hoc thoracicum oxymel tibi exemplar quoddam erit, ad cuius normam alia infinita stomachica, hepatica, splenica, diuretica, &c. effinges. Si addideris radices, herbas flores, & semina scopo tuo conuenientia, vt videre est in aquarum nostrarum decoctarum & vinorum artificialium supra enumeratorum descriptione, quæ ad hos agendi scopos direximus, adeo vt viam tibi sternant, & veluti manu ducant ad varietatem, copiam & delectum remediorum.

Oxymel de peto purgatorium mirabile non solum pituitæ crassæ, sed & bilis flauæ, itemq, nigræ, anhelosos thoracis & ventriculi affectus iuuans, & denique ad omnes morbos inueteratos laudatissimum remediũ. ℞. fol. nicotianæ seu peti exsiccatorum ad solem & puluerizatorum, inditorumque in nodulo lineo vnciam vnam semis, rad. iridis siccatæ & in taleolas sectæ vnc. j. polypodii liquiritiæ sem. carthami contusi ana drach. vj. spicæ nardi thymi epithymi hyssopi menthæ ana m. j. anisi, fœniculi, carduibenedicti ana drachmas tres, flor. tussilaginis & buglossæ ana partem vnam, sennæ vncias duas, agarici trochiscati in nodulo conclus. vnciam vnam. Nucis moschatæ, caryophyllorum, cinnamomi ana drachmas duas. Contundantur & macerentur per triduum in aceti

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 432 sur 1557

passulati & sambucini ana libras duas, deinde coquantur, exprimantur & clarificentur, addendo mellis Narbonensis optime despumati lib. j. s. denuo coquantur ad consistentiam vsu postulante, præbe cochlearia aliquot, vel per se, vel cum aliqua aqua pectorali.

Sane medicamentum hoc optime & valide purgat è toto corpore, è thorace, è ventriculo prauorum humorum saburram & illuuiem exhaurit, deterget & extirpat: remedium est asthmaticis, si quid aliud, accommodatissimum & maxime peculiare. In eius vsu, cautione & diorismo opus est: augenda enim vel minuenda dosis pro ægrorum ætate & viribus. Aliquando vomitum ciet, qui contingit rationi peti, quod in vomitu prouocando pares vires cum Helleboro vel antimonio habet, si solitarium & per se exhiberetur. Sed alia purgantia, quæ admiscentur cum aceto, (quod primas dotes in corrigendo & demulcendo obtinet) vehementiam eius remittunt, & eorum ope præstantissimum & efficacissimum remedium constituunt. Ad huius oxymelitis imitationem licebit tibi multa alia diuersa phlegmagoga, cholagoga, id est, pituitæ, bili & melancholico succo excernendis, siue seorsim, siue simul peculiaria componere, prout animus dictabit, aut affectus expugnandus postulabit. Sed meminerit semper esse apponenda, quæ partibus peculiariter amica esse perhibentur: deinde etiam purgantia humori analoga seligenda, non neglectis iis, quæ malignitati medicamentorum obtundendæ operas suas conferunt. Oxymel mox describendum, exempli loco tibi erit, quod ad omnia hydropis genera singulare est præsidium. Aquas enim subducit viscerum nutritioni famulantium, obstructiones soluit, imo hepar ipsum & lienem, horum malorum prima seminaria, infarctu & scirrhosa duritie liberat: denique partibus languidis & effætis pristinum robur & tenorem restituit.

Oxymel accommodatum humoribus serosis euacuandis, hydropi & cachexiæ perquam vtile, hepar, lienem, & totum mesenterium roborans, eorumque obstructa simul resetans. Recipe radic. irid. vulg vnciam vnam semis, Vincetoxici vncias duas, Taraxaci, valerianæ, mechoacæ, rubiæ tinctorum, polypodii

podii vnciam vnam, cort. fraxini, tamariſci, ebuli ana drach. vj. raſ. ligni rhodii eboris in nodulo lineo inditæ ana vnc. ſ. herb. eupatorii meſuæ fumariæ hepaticæ ceterach ana m. j. ſem. cuſcutæ melonum acetoſæ ana drachmas duas, carthami ebuli ſambuci centaurii minoris partes duas, cichorii ſpicæ nardi ana partem vnam, Trochiſcorum de rhabarbaro drach. x. Trochiſc. de capparibus vnciam ſemis agarici trochiſcati cum ſuo nodulo drach. vj. Macerentur omnia in aceti ſambucini & ſcyllitici ana lib. j. aquæ flor. ebuli libra vna ſemis, per tres quatuorue dies ad ignem Bal. Mar. dein coquantur ad vnius tertiæ conſumptionem, in colatura clarificate adde ſyrup. roſ. ſolutiui flor. perſicæ arboris ana vncias iiij. Mellis narbon. opt. prius deſpumati vnc. x Et coquito ad ignem materiam optime deſpumando, addendo ſub finem coctionis elaterii drachmas duas, ſcammoneæ vnciam ſemis, fiat oxymel coctum ad legitimam conſiſtentiam. Doſis cochlearia duo vel tria pro robuſtioribus. Remedium eſt ad cachexias, hydropes, obſtructiones & ſcirrhoſos tumores iecoris & lienis maxime accommodatum, vt iam ſupra diximus. Eius vſus per aliquot vices repetendus, prout malum facile aut difficile permanſerit, per ſe aſſumetur, aut commixtum vino aut duabus vnciis aquæ noſtræ ſcorbuticæ quam ante deſcripſimus, aut alteri conuenienti.

Oxymel benedictum: Recipe ſcobis ligni guaiacini corticis eiuſdem (qui magis oleagineus eſt & naturæ balſamicæ) ana vncias duas, ſarſæ parillæ vnciam vnam ſemis, fol. ſenæ oriental. vnc. iij. Hermodactylorum turpethi ana vnciam vnam, raſ. eboris & cornu cerui ſem. fœniculi cinnamomi ana vnc. ſ. flor. anthos ſtœchados hyperici epithymi ana p. j. bugloſſæ cichorii ana partem vnam ſemis, raſuræ ligni & cort. guaiacini, eboris, & cornu ceruini nodulo includantur, & alia, quæ ſuperſunt, craſſiuſcule piſtillo frangantur & conquaſſentur, omnia excipiantur alembico vitreo conuenienti, eoque cæco, id eſt, cuius os optime occludi poſſit, affundendo aquarum carduibenedicti vlmariæ ana lib. ſ. oxymelitis ſimplicis aut bugloſſati libras duas. Omnia rite commixta macerentur balneo Mariæ, blandoque calore (imo abſque eo, ſi voles, in frigido horum infuſio fieri poteſt) ſi per quatuor aut quin-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 434 sur 1557

que dies foueantur. Interea ipsum oxymel alliciet ad sese & imbibet dictorum simplicium facultates: deinde post vnam aut alteram ebullitionem fiat valida expressio, & colatura per manicam transmittatur, imo etiam deputetur, si ita libuerit, vt exquisitioribus & delicatioribus hominibus satisfacias, in quorum gratiam dulcedinem quoque saccharo, si velis, conciliabis, ne vllas gustus molestias persentiant. Dosis erit quatuor aut quinque vnciarum, quandoque etiam plurium pro validioribus.

Oxymel diureticum: Recipe mellis albi narbonensis prouincialis aut hispanici (quale optimum iudicatur, & fæcibus minus abundans) libras duas. Quibus primo addes aquæ itidem libras duas. Blando igni hæc committantur vt secundum artis præscriptum fæculentia deponatur, quæ tamen pauca erit: qua penitus ablata, admiscebis libras sex aquæ, & duas aceti generosi, siue albi, siue rubri, non refert, vel vnam & semissem, si minus acidum affectes: huic miscellæ fict li vitreato conuenienti contentæ adiicies quæ sequuntur. Recipe radicis taraxaci valerianæ vincetoxici rubiæ tinctorum asari eryngii fœniculi petroselini ana vncias duas, ononidis radicis corticis fraxini capparum tamariſci ana drachmas decem, seminis raphani bardanæ anisi coriandri fœniculi dulcis petroselini asparagi cinnamomi electi cassiæ ligneæ ana vnciam semis florum Hyperici Genistæ Sambuci ana partes duas. Omnia simul coquantur ad mediætatum consumptionem, post traiiciantur semel atque iterum per manicam Hippocratis ad meliorem clarificationem, habebis oxymel ad ea accommodatum, quæ supra commemorauimus, de quo vtendum ad plusculos dies, Dosis vnciæ quatuor. Huius oxymelitis parandi ratio valde facilis est, ad cuius normam infinitas alias formulas componere licebit, quæ non maiorem quam apozemata difficultatem, si parandi modum spectes, præ se ferent.

Oxymel simplex Mesue: Recipe mellis optimi despumati libras sex, Aceti vini acerrimi, aquæ clarissimæ ana libras duas, mel cum aqua despumetur iterum diligenter: & cum aqua fuerit consumpta, tunc adde acetum & coque secundum artem. Humores crassos, lentos ac pituitosos incidit, extenuat, & abstergit, atque

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 435 sur 1557

atque adeo obstructiones aufert, sputum educit, spiritumque faciliorem reddit.

Oxymel compositum: Recipe radicis fœniculi, apii, petroselini, ruſci, asparagi ana vncias duas, seminis apii, fœniculi, petroselini ana vnciam vnam. Coquantur in aquæ claræ libris sex, aut quantum sufficit: colaturæ adde aceti acerrimi libram vnam semis, Mellis optimi despumati libras tres. Coquantur secundum artem. Humores crassos & pituitosos incidit, extenuat & abstergit: obstructiones tollit iecinoris, lienis, ac renum, vrinam mouet, sudoremque euocat.

Acetum contra pestem: Recipe herb Absinthii m.ij. Saluiæ, rutæ ana m. iij. Contũdantur in mortario marmoreo prius ex aqua lota addendo aceti rutacei libram vnam, stentq; per noctem probe operta: mane coletur ac reseruetur pro vsu Dosi pro præseruatione cochlear j. Theriacæ Alexandrinæ scrup. j. pro curatione liquoris vnc. ij. theriacæ vnc j.

Acetum aliud contra pestem: Recipe Aristolochiæ, radicis vtriusque, Aronis, Diptami, petasitis, valerianæ, morsus diaboli, pimpinellæ, leuistici, angelicæ, zedoariæ, gentianæ, ostrutii, chelidoniæ, elenii, tormentillæ, raphani, baccarum lauri, iuniperi ana drachmas duas, infundantur in aceto vel vino sublimato mane j. radiculam non admodum longam sumat per horas 4. ante prandium.

Haustus in peste: Recipe aceti vini mensuras iiij. Chelidoniæ manipulos iij. Cum herbis & radicibus garyophyl. vnc. ſ. Nucis moschatæ vnc. ſ. radicis elenii vnc. vnam, gran. iuniperi vnc. j. angelicæ vnc. ij. zedoariæ vnc. j. saluiæ m. j. Coquantur olla probe munita, de hoc decocto biberunt pro præseruatione & nemo fuit infectus, pro cura bibatur bonus haustus.

Syrupus acetosus simplex: Recipe aceti vini lib. iij. sacchari clarificati in aqua lib. v. Coquantur secundum artem.

Est communis ad omnem materiam: digerit choleram, phlegma & melancholiam: rationeque aceti attenuat crassos humores, incidit viscosos, duros mollit, ineptos euellit, vbique penetrat, oppilationes aperit, prouocat vrinam, putredini resistit, & corrigit malitiam humorum: idcirco in febribus pestiferis iuuat:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 436 sur 1557

iuuat: ſed ratione remiſſæ frigiditatis, tenues & ſubtiles humorum partes inſpiſſat, adæquat calorem, refrigerat, viſcera lenit, & ſitim ſedat.

Syrupus acetoſus compoſitus: Recipe radicum fœniculi, apii, endiuiæ ana vnc. iij. ſeminis aniſi, fœniculi, apii ana vnc. j. Seminis endiuiæ drach. iv. Coquantur lento igne in libris decem aquæ ad dimidias: adde colaturæ ſacchari optimi lib. iij. Aceti acerrimi libras duas. Coquantur ſecundum artem. Conſeruatur ad annos duos. Doſis à ſeſcuncia ad vncias duas cum aqua aliqua conueniente.

Syrupus acetoſus cum radicibus: cuius operatio eſt ad choleram groſſam, difficilem, ad phlegma: incidit enim & abſtergit, aperit oppilationes quæ ſunt in hepate, & ſplene, & in renibus.

Syrupus acetoſus Diarrhododon: Recipe ſucci intybi, apii ana libras duas ſemis, rad. apii, fœniculi, intybi ana vncias duas, roſarum vnciam vnam, Glycyrrhizæ vnciam ſemis, ſpicæ nardi drach. ij. ſ. ſem. apii, fœniculi, aniſi ana drach. vij. Aquæ lib. vj. Coque ad duarum partium conſumptionem: adde aceti lib. ij. Sacchari lib. iij. Coque iterum & fiat ſyrupus. Datur ab vnc. j. vſque ad iij. valet ad febres complexas, & eas, quæ formam corporis corrumpunt. Obſtructiones epatis & lienis idem aperit.

Syrupus acetoſus de ſuccis herbarum cum aromatibus: Recipe ſuccorum apii, fœniculi, intybi, lupuli coct. & purg. ana lib. ij. Bugloſſi lib. ij. ſ. roſarum vnciam vnam, ſpicæ nardi drachmas iij. Glycyrrhizæ vnciam vnam, ſeminis apii, fœniculi, aniſi, rhabarbari, eupatorii, abſinthii, caſſuthæ ana drach. v. ſacchari lib. ij. ſ. aceti lib ij. Condiatur galliæ aromaticæ drachmis duabus. Obſtructiones aperit: ob id febres putridas, & implexas, & morbos alios obſtructionibus ſuccedentes curat.

Syrupus de quinque radicibus: Recipe radicum apii, fœniculi, petroſelini, ruſci, aſparagi ana vncias duas, aquæ fontis libras ſex. Coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, expreſſum coquatur denuo cum ſacchari libris tribus. Addendo ad finem aceti albi vnc. iix. Confert febribus pituitoſis & bilioſis, & iis incipientibus.

Oxy-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 437 sur 1557

Oxymel noſtrum, compoſitum: Recipe radic. fœniculi, petroſelini ana vnciam ſemis ſeminum fœniculi, aniſi, petroſelini, ana drachmam vnam, Gentianæ tritæ drachmas duas, zingiberis drachmas duas. Coquantur in aqua ſufficienti vſque ad remanentiam vnc. v. quibus adde mellis vnc. vj. Aceti ſcyllitici vnc. iv. Iterum coquantur ad ſyrupi vſque conſiſtentiam: ſanitatem conſeruat: febrientibus confert.

Oxymel vacuans melancholiam: Recipe thymi, calaminthes, agarici, bugloſſi hortenſ. & erratici, Glycyrrhizæ ana vn. j. Polypodii vnc. iij Chamædryos chamœpityos, ſtœchados, ſpinæ albæ ana drach. v. paſſularum lib. ſ. macera 24. horis adde aceti albi, ſucci bugloſſi ana lib. duas ſ. Aquæ lib. ij. Coque igne lento ad dimidias cola, & adde mellis lib. iij. Percoque, inter coquendum autem epithymi vnc. j. Ellebori nigri aur. iij. nodulo ligata merſaque ſæpe confricentur.

Oxymel compoſitum Geſneri, valde melancholiam purgans: Recipe epithymi drachmas decem, Polypodii drach. vj. bugloſſi drac. xv. thymi, hyſſopi, chamæpityos ana vnc. ſ. Capillorum veneris drach. v. turbith. drach. vj. ocimi, meliſſæ, caryophyll. ſpicænardi, malabathri, cardamomi ana drach. iij. Radicis & ſeminis endiuiæ, ſeminis caſſathæ ana drach. xij. conſeruæ roſatæ ad pondus omnium. Infunde hæc in aceto puro, horis 24. (ſit copia aceti, qua obruantur cuncta) poſtridie adde aquæ libras quinque: leniter excoquantur, dum redeat ad aceti primam copiam: fiat colatura, & adiecto ſaccharo coquatur. Datur ad vncias duas, cum ſemiſſ. Geſnerus, cuius deſcriptio epiſtolis eius annexa eſt.

Oxymel diureticum: Recipe mellis deſpumati vnc. xv. aceti, aquæ ana lib. ij. rad. raphani vnc. j. fœniculi, apii, petroſelini, geniſtæ, aſari, leuiſtici ana drach. iij. ſem. fœniculi, petroſelini, aſparagi, ruſci ana drach. ij. coriandri præparati, cumini ana drach. ſ. Coquantur ſecundum artem. Noſtris non eſt vſui. Vrinam tamen impeditam, & calculos renum promouet.

Gargariſma ad inflammatas tonſillas per initia exhibendum: Recipe aceti communis, vel aceti roſati vnc. iv. aquæ ciſternæ lib. ſ. miſce, & fiat gargariſma.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 438 sur 1557

Aliud: Recipe aquæ peculi roſarum vel aquæ plantaginis, vel aquæ caprifolii vnc.iij. Aceti roſarum parum. Miſce, & fiat gargariſma.

Aliud: Recipe ceraſorum acidorum, vel ceraſorum immaturorum manipulos duos. Decoquantur in aquæ ciſternæ lib. ij. Iuri colato adde aceti vnc. ij. miſce, & fiat gargariſma. Lotio ad manus tempore peſtis præſeruationis cauſa: Recipe rad. angelicæ, zedoariæ ana vnc. j. ſ. caryophyllorum drach. ij. calami aromatici vulgaris vnc. ij. Omnia macerentur in lib. ſ. aceti roſacei optimi poſtquam craſſiuſcule erunt contuſa.

Antidotus myrepſi: Recipe ſpicæ nardi, folii caryophyll. croci, caſſiæ, epithymi, floris iunci odorati, myrobal. ana drachmas tres, aloes flauæ vnciam vnam ſemis, caſtorei, zinziberis, maſticis ana drachmam vnam, iridis illyricæ drachmas ſex, anacardi, agarici ana drachmam vnam, aſari drachmas ſex, ſemin. apii drachmam vnam, coſti drachmam vnam ſemis, piperis drachmas tres, fœniculi, & ſucci eius ana vnciam vnam, fœniculum tunde in matritio & macerato in acetodiebus tribus, ac bene decoquito, & colato diligenter. Adiice mellis Attici vel ſacch. q. ſ. rurſuſque ad mellis craſſitudinem decoquito, & ſpecies ſimul tundantur & læuigentur bene. Quod ſi copia ſit fœniculi, exprime ſuccum, & meliorem facies antidotum.

Vomitorium: Recipe rad. aſari, ſem. raphani, anethi, vrticæ ana drach. iij. fiat decoctio ad vnc. v. in aqua ſolue oxymelitis ſimplicis vnc. ij. fiat vomitorium.

Potio purgatoria: Recipe Agarici trochiſcati drachmas duas, folicul. orientalium, ſennæ drachmas tres, macerentur & coquantur in aquæ betonicæ, lilii conuall. ana ſ. q. pro doſi, in qua coleta ſolue hiera paccii drachmam vnam ſemis, caſtorei ſcrup. ſ. theriacæ veteris ſcrup. j. oxymelitis ſimplicis drachmas vj. fiat potio.

Apozema: Recipe rad. pæoniæ, galangæ, cyperi, angelicæ, calami aromat. ana vnciam ſemis, rad. graminis, aſparagi, viſci quer. ana drachmas ſex, cichorii cum toto, endiuiſcariolæ, fumariæ, lupuli, meliſſæ, prim. veris, agrimoniæ, ceterach: polydrici ana m. j. chamæd. chamepyt. hyſſopi, thymi, maioranæ, menthæ

ana

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 439 sur 1557

ana m. ſ. ſem. aniſi, carduibened. pæon. ſeſel. citrii & corticis eiuſdem ana drach. iij. florum anthos, calend. beto. ana partem vnam, florum tiliæ arboris, lilii conuall. ana p. j. ſ. in colatura clarificata diſſolue ſyrupi cort. citrii, de ſtœchade, & de beton. ana vnc. iij. fiat apozema aromatizandum drachmæ vnius, diamoſchi dulcis, per 5. dies.

Antidotus icteri nigri: Recipe rad. ſerpentariæ maioris filicis, valerianæ ana vnc. ij. cort. fraxini, capparorum, tamaricis ana vnc. iij. ceterach m. ij. ſem. carduibened. cumini, coſti ana vnciam vnam, piperis, cubebarum ana drachmas ſex, flor. geniſtæ, hyperici, bugloſſæ ana partes duas, raſuræ eboris cinnamomi ana vnciam ſ. Limaturæ martis cum ſulphure calcinatæ vnc. x. Indantur in matraceum vitreum, ſuperaffundendo aceti ſcillitici lib. j. aceti bugloſſati & ſambucini ana lib. ſ. Aquarum florum ebuli & ſcolopendriæ ana q. ſ. Ad materiam rite macerandam, & digerendam in Balneo Mariæ, poſtea deſtilla, & cum eodem menſtruo tinctura melice, vt fiat extractum. Huius extracti: Recipe vncias duas, extracti lienis bouis vnciam vnam ſemis, extracti ſeu feculæ radicum aron is drachmas duas, ſalis ceterach, ſalis fraxini ana drachmam vnam ſemis, croci martis cum ſulphure p. æp. ſcrupulos quatuor, vini chalibeati q. ſuff. vt fiat electuarium ſeu antidotus ad omnes durities & oppilationes lienis, & totius meſenterii: & ad quæuis vitia ac ſymptomata inde promanantia: veluti ſunt cachexiæ, febres quartanæ, icterus niger, ſuppreſſiones menſium &c.

Electuarium ſeu Antidotus magna in tali morbo: Recipe ligni caſſiæ, ſantalorum omnium ana vncias duas, rad. rubiæ tinctorum, filicis vtriuſque acetoſæ, oxylapathi rhabarbari ana vnciam vnam, eupatorii meſ. cornarum abſint. pontici, hepaticæ ana m. ij. ſem. apii, petroſelini, ſchænanthos ana vnc. ſ. ſpicæ nardi, flor. cichorii, centaurii minoris, chelidoniæ, roſ. rub. ana partes tres. Contundantur & indantur in vas vitreum: his adde acetoſi paſſulati libram vnam ſemis, aquarum agrimoniæ, acetoſæ, cichorii ana libram vnam. Macerentur & deſtillentur, & aqua rurſum affundatur materiæ, & ſic educatur extractum iuxta methodum vt ex aduerſo habes exemplum: Recipe huius extracti

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 440 sur 1557

vncias tres, Extracti ſantalorum omnium drachmas ſex, Extracti Chelidoniæ vnciam ſemis, Extracti hepatis vituli vnciam vnam, Arcani Tartari vncias duas ſemis, olei ſulphuris in crocum conuerſi drachmam vnam, olei martis drachmam vnam, ſyrupi corall. q. ſ. vt fiat Antidotus cuius doſis ſcrupulus vnus, per ſe vel cum iuſculo, vino, aut liquore aliquo conuenienti. Cachexiam & icteritiam, hydropiſin, omnes morbos hepaticos, hoc medicamentum vnice curabit, modo legitime & medice vſurpetur.

Rubrica ad faciem: Recipe ſantali rubri contriti, Aceti fortis bis deſtillati ana quantum ſufficit. Miſceantur, & coquantur igne lento, addendo parum aluminis: & habebis rubricam perfectiſſimam.

Acetum quomodo fiat ſtatim: Recipe ouorum aſſatorum vſque ad duritiem num. ij. zingiberis, ſpicæ, piperis ana gran. xx. hordei gra. v. butyri vnc. ſ. paſtæ de fermento acri iij. vel x. balotos ad quantitatem nucis communis, ponantur ſimul ad amphoram in vino, & ſtatim in acetum forte conuertitur.

Ad faciendum acetum ſtatim: Recipe tartari, zingiberis, piperis ana partem vnam. Pone per octo dies in aceto optimo: tunc ſicca. Et quando vis habere acetum, pone in vino, & ſtatim erit acetum.

Aceti conficiendi ratio: Recipe vini optimi, farinæ ſiliginis q. ſ. eſt. Miſce, & fiat paſta, ex qua fiant panes parui in clibano cocti. Poſtea extrahe & infunde in aceto fortiſſimo, & acutiſſimo: iterum fiat paſta: iterumque coquantur in clibano. Idque toties reiteretur, quouſque panes non amplius diſſoluantur in aceto. De iſtis panibus pone in vino, & ſtatim conuertetur in acetum.

Acetum deſtillatum inquit Rubeus contrario modo ac vinum deſtillatur. Quod enim è vino primum exit, tenuius & melius eſt: at ex aceto, nequaquam: Itaque priores duæ partes, quæ exeunt, reiiciuntur, quod minus habeant acrimoniæ, tertia pars colligitur, quæ vt acrior, ita minus frigida, quam acetum eſt. Tertiam partem, quam collegerunt, quidam ter, aut quater ſupra fæces reponunt, ac deſtillant, vt euadat acrior, tum ipſarum fæcum, tum ignis ratione.

Ace-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 441 sur 1557

Acetum theriacale, destillatum Fracastorii: Destillatur & acetum cum theriaca, addita aqua vitæ: exitque aqua multarum virtutum, mirabilis ad vlcera faucium aut gutturis, cum ex prauis destillationibus, in morbo Gallico eroduntur: præcipue autem valens, vbi profundius deduci vis medicamenti debet. Quod si bolum armenum, aut sphragida in ea dissolueris, ac erosas partes tetigeris, seminaria eius contagionis absumuntur, & sanatur omnis erosio. Valet optime, si loca oblinantur, vnde pili cadunt, barba præsertim supercilia, & caput.

Acetum destillatum, vomitorium: Acetum vomitorium fit, si pileo plumbeo, patinaque ærea, vt communis officinarum destillandi vsus conualuit, acetum destilletur, nulla reiecta parte, & eius aquæ stillatitiæ, quæ dulcem saporem præ se fert, ad vncias quatuor exhibeatur, cum vomitum ciere animus est. Mirifice enim & nullo labore, aut molestia id ciet: in pueris, ac debilioribus duæ vnciæ satis sunt: stomachum optime purgat.

Acetum destillatum in soluendis & extrahendis rebus magnum vsum habet. Inquit Sennertus, destillatur autem ab aliis aliter. Hæc primum communis via est. Acetum fortissimum ponatur in cucurbitam vitream, & in balneo vel cineribus lento calore destilletur. Primo ascendit phlegma insipidum, deinde acetum. Libauius tamen, commentariorum chymicorum parte prima, l. 4. cap. 8. eos reprehendit, qui primum phlegma, hinc acetum sequi existimant, statuitque primo spiritum frigidum prodire, vt ex caphura, inde sequi aquositatem, tertio acetosum liquorem, quarto igneum succum. Quodcunque autem primo loco exiuerit, vbi iam aciditatem odore & sapore deprehenderis, muta recipiens, & continua atque auge ignem gradatim, donec aceti spiritus omnes adscendant. Si tamen ad extracta & vsus medicos vsurpare velis acetum, ne nimium vrgeatur, ne ἐμπύρευμα aceto concilietur. Sed qui ad metallicos labores vti hoc aceto volunt, vsque dum rubri spiritus attolluntur, nihilque amplius spirituum exeat continuant aucto igne destillationem. Sine tamen empyreumate alii fortificant acetum, tum illud fecibus iterum affun-

affundunt, atque iterum deſtillant, id que tertio faciunt. Hinc partem aliquam phlegmatis lento baln i calore abſtrahunt. Acetum, quod radicatum appellant à nonnullis ita conficitur. Fecum relictarum ſufficientem ſumunt quantitatem, aliquot ſcilicet libras, has in retorta, vel in patente aliquo vaſe ad ſiccitatem vſque calcinant. Calcinatæ materiæ affund nt acetum deſtillatum, & per arenam deſtillant, idque eouſque faciunt, donec omnis ſal cum aceto adſcenderit & exſtillauerit. Licet & acuere acetum, ſi vitriolum addatur, & per retortam deſtilletur, ſi magis acre optetur, in deſtillato ſal ammoniacus ſoluatur. Alii per ſalem, alii per tartarum acuunt, adduntque libræ aceti vnciam vnam tartari. Nonnulli acetum radicatum, quo lapides duriores ſoluunt, cum terebinthina parant. Addunt nimirum terebinthinæ lib. ij. vel iij. aceti deſtill. lib. ij. deſtillantque in arena primo lento igne, poſtea fortiori, & per ſeparatorium hæc ſeparant, acetumque ſupra zingiber rectificant.

Alius de aceto ſic infert: Acetum ſine digeſtione, eodem modo deſtillatur, quo & vinum: niſi quod phlegma vt in omnibus acetoſis aliis primo egrediatur: ſpiritus autem vltimo. Oleum & ſal pari ratione, vti de vino dictum, eliciuntur.

Acetum alkaliſatum: Aceto ad mellis liquidi conſiſtentiam deſtillato, ſuperfunditur aqua communis, vt ad palmæ altitudinem emineat: digeritur in balneo per biduum: ponitur in loco frigido, vt cryſtallos producat. aqua per inclinationem effunditur, aliaque donec omnis oleaginoſitas abſceſſerit, ſuperfunditur. Tum cryſtalli ſæpius ſoluuntur in aqua bulliente, & coagulantur in frigido, vt omnino reddantur diaphani: acetumque quarto deſtillatum, & ab omni phlegmate depuratum, iis ſuperfunditur: ita vt ad vnam libram cryſtallorum, addantur quatuor aceti: & per arenam, in retorta, dando ſub finem ignem ſatis fortem, deſtillantur. Quo facto: feces calcinantur: fixum ſal elicitur, reaffundendo toties ſuperid, quod in fundo remanet: donec totum ſal per alembicum aſcenderit. Tandem acetum hoc ſale proprio imprægnatum, per balneum bulliens

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 443 sur 1557

liens bis destillatur: accipiturque acetum, ad durissima lapidum crystallorumque corpora calcinanda, validissimum.

Qui acetum destillatum acre volet, (inquit Godofredus Steghius in Medicina practica cap. 15. lib. 1. pag. 188.) is primas duas tertias, quia aqueæ omnino sunt, reiiciat oportet, tertiam reseruet, quia aciditas hæc fæcibus crassioribus inhæret, à quibus nonnisi longo tempore & igne vehementiore separatur, quibus si restituatur ac de nouo destilletur, acrimoniam maiorem acquiret.

Alius Author dicit: Spiritibus affine est acetum radicatum quod fit ex crystallis fecum aceti. Destillando per retortam cum cohobiis. vel: acetum vini bonum impone in retortam, destilla lento igne phlegma refunde hoc capiti mortuo sæpius, & digere in fimo, tandem destilla: & primo quod exit seorsim cape, quod posterius igne fortissimo prolicitum prodit est acetum radicatum acerrimum. Quidam statim prima destillatione segregato phlegmate gradu ignis valido exugunt fortes spiritus: quos possumus exasperare sale fecum aceti calcinatarum, vt in vino alcalisato.

Acetum stillatitium simplex vulgo in hunc modum (ex Vlstatio) confi. iunt: Aceto in cucurbita imposito, ignique subiecto phlegma subtrahunt, cum odor acidus saporque acris apparet, mutato receptaculo, excipiunt, quod prodit vsque ad rubeum. Sed ipsi quidem tunc cessant, at non Chymici, qui quærunt acerrimum spiritum. Reddunt enim fecibus quod prolectum est, macerant, destillantque denuo aliquoties: fit hoc acetum ex compositis quibusdam, velut addito sale, tartaro, nitro, capite mortuo vitrioli, aquarum fortium &c. Et ex similibus, de quibus in coraliis soluendis aliisque. E melleo aceto (Fit enim & ex mulsa, & succo pomorum, &c.) comparatur acer spiritus ad soluenda metalla. Ita ex succo berberum, & limoniorum &c. ad vniones & metalla: Hæc sufficiant de aceto, nunc de omphacio dicemus.

Omphacium est vuæ acerbæ ac nondum matureſcentis, Græcis omphax, Gallis du Vorius, Italis Agrestu, Hispanis cumo de Agraz, Germanis *Agrest*, in officinis Agresta dicit, succus nõ solis calore in

Rob

Rob mutatus, eiuſmodi erat olim Dioſcoridis omphacium: tunc enim inſtar vini in torcularibus exprimitur, & paratur ex omni immaturarum vuarum genere: pluribus diebus expreſſus inſolatur ſuccus cũ ſuis vinaceis, in cado craſſo linteamine cooperto, donec excrementa ſubleuentur, fæx vero ſubſidat, & inclareſcat, alii colant, in doliis reponunt, & parum ſalis permiſcent: alii abſque ſale ſeruant per annum, tam ad ciborum, quam ad medicamentorum vſum. Ex vuis autem magnitudinem, ſed nondum maturitatem adeptis, vt fit progreſſus ad vini expectationem, ſic ex vino regreſſus ad acetum, quod viribus omphacio in multis conuenit: Vtrique enim vis refrigeratoria, ſed in omphacio imbecilior, in aceto vero tanto eſt validior, quanto tenuior, cui & acrimonia quædam ineſt aliquantum excalefaciens ex putrido calore orta. Proinde Ariſtoteles recte ſcripſiſſe dicitur, acetum proprio vini calore frigidum eſſe, calidum aduentitio: Iſta tamen caliditas ſatis eſſe non poteſt ad ſuperandam aciditate prouenientem frigiditatem. At vero omphacium ne minimum quidem habet caliditatis, nec ita tenue eſt, nec ita expedite meatus corporis permeat: Acidum quippe non modo eſt, ſed acerbum: Ob id ad Hypochondria ardentia præſtantius eſt, quam acetum, (Gal. 12. lib. 4. de ſimplic. med.) quod non tantam habeat violentiam, ac ferientem frigiditatem, nec eam mordaci admiſtam caliditati: Debent enim qui tali caloris exceſſu laborant, ſine violentia mitigari, nec foris admittere vllam caliditatem, aut acrimoniam mordacem. Hinc eſt quod ſumme ardoribus omphacium profit, inquit Galenus cap. 2. lib. 4. de ſimplic. ſiue ori ventris impoſitum, ſiue aliis partibus quas refrigerare lubet.

Frequentius autem per os ſumitur tam alimentis ad voluptatem, quam medicamentis ad ſanitatem mixtum. Eo enim alterata iuſcula faucibus & palato gratiſſima ſunt; eo acidulata condimenta appetitum reuocant: Atque eius vſu iecoris feruor extinguitur, ſanguinis æſtus temperatur, venter alimenta non auerſatur: Hæc autem omnia rite præſtat ſyrupus ex eo paratus, quem vt dixi officinæ de Agreſta, vocant.

Licet ex vua qualibet immatura omphacium poſſit haberi optimum, in Gallia tamen ex ea tantum ſub finem æſta-

tis,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 445 sur 1557

tis, & ante vindemiarum tempus exprimitur, quam vitis alba promit, in hortis culta, cuius palmites longiores, craſſioreſque ad Topiariorum pergulas & fornices deduci ſolent: Quæque racemos profert oliuarum fere magnitudine, ſucco multo turgidos, ex quibus vel etiam maturis cum vix bonum vinum poſſit haberi, ex hiſdem nondum maturis optimum habetur Omphacium: A cuius ſaporis affinitate, oleum ex oliuis immaturis expreſſum, acidulumque, Omphacium dicitur.

Syrupus de Agreſta Meſuei talis eſt: Recipe Agreſtæ lib. v. Sacchari clarificati lib. iij. ß. coquantur ſecundum artem. In magnis æſtibus, ad ſitim reſtinguendam mirifice confert, vomitum & alui profluuium bilioſum ſiſtit, febribus bilioſis ſuccurrit, grauidarum vomitum etiam reprimit, ac ventriculum earundem firmat, veneniſque aduerſatur.

Rob de Agreſta Auguſtani: Recipe Agreſtæ lib. ij. Sacchari lib j. coquantur ſecundum artem. Aſtringit, refrigerat, &c.

Diamoron compoſitum: Recipe ſucci mororum domeſticorum, lib ß. Mellis lib j. Clarificetur primum ſuccus, deinde cum Melle coquatur ad iuſtam conſiſtentiam: cui adde Myrrhæ, Crociana vnc. j. ß. Omphacii vnc. vna, coquantur vt F. l. artis quod dictum eſt.

Ex Muſto igni decocto, fit ſapa, Gallis du vin Cuict; Italis vin cotto, ſapa; Hiſpanis la meloxa ò arrope, Germanis vero geſottener Wein vocatur. Detergit leniter ſerapiis pectori idoneis accommodatur: nec non compoſitionibus Diacodion, ad defluxiones capitis ſiſtendas, eadem menſura, qua Saccharum, admiſcetur. Exempli gratia huc introducemus Diacodion ſimplex Galeni.

Recipe capita papaueris albi, mediocri magnitudine, nec nimium viridia, nec nimium matura num. xx. Aquæ pluuiæ aut fontanæ lib. iij. macera horis 24. poſt coque, donec capita contabuerint, cola, & adde Mellis lib. ij. coque ad iuſtam conſiſtentiam. Fit cum Saccharo eodem modo, item cum ſapa hac ratione: Recipe decoctionis prædictæ lib. ij. ſapæ vini dulcis lib. ij. ſucci Glycyrrhizæ vnc. ij. coquantur ad iuſtam conſiſtentiam. Vſus eius eſt in deſtillationibus tenuibus è capite in aſperam Arteriam, ex perpetua tuſſi inſomnium parientibus. Quod ſi magna humoris copia ex capite cir-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 446 sur 1557

ca pulmones constiterit, confectio ex Melle melior est, quemadmodum somno opus habentibus, ea quæ ex sapa constat.

Loch ad caliditatem & asperitatem pectoris, & ad tussim calidã Mesue: ℞. Glycirrhizæ drach. xv. Passularum vnc. ij. Zizyphatum, Myxarum ana num. xxv. coque igne lento in aquæ lib. iij. ad lib. ij. consumptionem, adde Cassiæ fistulæ vnc. j. colatum, & seminibus ac membranis purgatum percoque cum penidiorum lib. ß. Sapæ vnc. iiij. ad iustam crassitiem. Tunc misce Farinæ Fabarum vnc. j.

Aliud Mesuei: Recipe sem. Papau. drac. x. Glycyrrhizæ drach. vij. Myxarum num. xx. semin. Psyllii, sem. Cydoniorum ana drach. v. Aquæ lib. iiij. coque ad dimidii consumptionem: colatum percoque cum Sapæ, Penidiorum ana vn. iiij. ad iustam crassitudinem: deinde misce Tragacanthi, Gummi ana drach. v. Papau albi, sem. Melonum, sem. Citrulli, Cucumeris ana drach. ij. confice.

CAPVT IV.

De Saccharo & Melle.

SAccharum Græcis Σάκχαρ, Σάκχαρον, ab Aniano Μέλι καλάμινον. à Paulo Ægineta, Ἅλας Ἰνδικὸς, Latine Sacchar, Saccharum, Zuccharũ Zacchar, Zaccharum, Succharum, Mel Calaminum, Mel Harundinaceum, & Mel Cãnæ Gal. li. 4. simp. c. 7 & 8. Meth. Paulus Ægineta lib. 7. c. 3. Alexand. Aphrodis. li. 2. prob. 74. li. 15. Geograp. Plinio & Paulo Ægineta dicitur etiam Sal Indus: Serapione lib. simpl. c. 50 Zuchar, Arabicis Succhar, Zazar, Sudur & Sutter: Italis Saccaro, Zucaro, Zucchero & Succhero: Hispanis Azuccar & Azuquar: Gallis Zuccre & Succre: Germanis Zucker.

Genera eius ab authoribus describuntur septem: Prima species Portugallæ est, ex Insula Madera vel Medera, hinc inde vocatur Saccharum Maderiense vel Mederiense: 2. Species ex Insula defertur Canariæ, inde Saccharum Canarium, siue Canariense: 3. Species dicitur Saccarum Finum, Saccharum Refinatum, & Saccharum Valentinum, hoc arte redditur purum ac finum. (Veluti purũ & Argentum finum, in quibus nihil Heterogenei commixtum, sed igne

igne purgatum) Valentinum dicitur quia finum redditur in Valentia Hiſpaniæ: noſtris Pharmacopolis dicitur Saccharum Tabarzeth, per quod vocabulum Arabes intelligunt Saccharum puriſſimum. 4. Species defertur ex Inſula Maltha, hinc Saccharum Maltanum, Saccharum Meliſium ſiue Melitæum, & Saccharum Cibale. 5. Species defertur ex Inſula. S. Thomæ, hinc Saccharum Thomaſinum, Saccharum Thomæum: Arabicis Succharum Sulimenum. 6. Species vocatur Saccharū Miſcellaneum, quia ex omnis generis ſpeciebus Sacchari eſt collectaneum. Septima ſpecies dicitur Mel Saccharinum, Remel ſiue Saccharaceum: Gallis Mellaſſe: Hoc in doliis ad nos apportatur, & conficitur ex Sacchari ſpuma, eſt inſtar Mellis aut craſſioris Syrupi, &c. Hæ ſunt ſpecies Sacchari omnes hodierno tempore nobis cogniti: Galeni temporibus non admodum fuit cognitum, nunc vero nihil eſt notius, variaſque in formas cogitur: Nullum hodie medicamentum, nullus cibus lautus abſq; huius condimento fere ſpectatur: Marcus Varro Narbonenſis ſic refert de Saccharo:

Indica non magna nimis arbore creſcit arundo,
Illius ex lentis premitur radicibus humor,
Dulcia cui nequeant ſucco contendere Mella.

de eius planta pauliſper: Sacchifera hæc planta eſt arundo, ſeptem, octove pedes longa, craſſiſſima, geniculata, foliis vtrinque multis, longis, anguſtis, ſtriatis obuallata, fungoſa, medulloſa, & intus dulciſſimi ſucci vbertate referta, qui vel inciſo trunco, inſtar lachrymæ cuiuſdam ex arbore ſtillat; vel Medulla an cannis apertis, inciſiſque ſecreta, & ignis vi tamdiu elixa, donec totus liquor in Saccharum, ſalis modo in fundo vaſis concreuerit. Radices promit cannæ noſtratis æmulas, ſed minus lignoſas, magis ſuccolentas & dulciores, à quibus germina quædam erumpunt, quæ auulſa & legitimo tranſplantata tempore, virent & adoleſcunt. Comoſos flores gerit, vt arundines, inter quas numerari rectè, vel eius ſola facies ſuadet. Succus ex ea tractus, vnica coctione imperfecte elaboratus, adhuc rubet, & Saccharum rubrum nonnulli, alii ſpumam Sacchari nominant. Quando coctione longiore & elaboratiore magis defecatur, albicatque plurimum, Saccharum abſolute vocatur. Optimum iudicatur Saccharū Maderienſe & Canarienſe, non vero

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 448 sur 1557

Taberzeth, quia arte cum lixiuiis ita redditur ſplendidum atque albiſſimum,&c.

Sacchari Candi cõficiendi ratio.

Ex Saccharo communi Candum fit hoc modo : Liquatur Saccharum cum pauca aqua,& elixatur, vt craſſus fiat Syrupus, qui in ollam fictilem iniicitur, in qua bacilli lignei cancellatim decuſſatimque aptati fuerint. Reponitur olla ſuper aſſere in calidoloco, relinquiturque 15. aut 20. dies; Tum Syrupus non concretus effunditur, & pauca calida aqua affunditur, ad eluendam Syrupi pinguedinem, qua denuo effuſa reponitur vas in loco calido,& die ſequenti frangitur,inueniunturque Bacilli Saccharo cando, inſtar ſalis foſſilis aut Cryſtalli,colluceſcente onuſti.

Hic notandum eſt quod Venetiani præparant Saccharum candi cum Saccharo fino, iam autem Saccharum finum confectum eſt cum lixiuio calcis viuæ.quare hæc præparatio non commendatur, niſi ſumatur Saccharum Mederienſe, quod puriſſimum eſt.

Hoc Saccharum Græcis, dicitur κάνδιον & κάνδον: Latinis Saccharum candum,Saccharum candium,conditum & Saccharum Cryſtallinum.

A Hieronymo Montuo,Zuccarum & Saccharum lucidum, ab Hermolao Barbaro Saccharum Candium:Italis Zuccaro Candito: Germanis Candizucker / Eißzucker & Cryſtallin Zucker. Hoc Saccharum ſi conficitur cum aqua Cinnamomi, vel aqua Roſarum aut Syrupis eorum,magnum habes Sacchari Arcanum.

Saccharum ſane magnam habet cognationem cum Melle, licet ex Arundinibus fiat: Melle tamen minus eſt calidum ac ſiccum: Ideoque & calidis ac frigidis obſoniis miſcetur commode; cum ſeſe in omnem fere naturam vertat, & neque caliditatem,neque frigiditatem augeat,ſed eas potius temperet.Non tamen omnibus æque conuenit. In calidioribus enim & ipſum facile in bilem abit. Alias vim abſtergendi ſine acrimonia obtinet. Non autem eſt parua Sacchari differentia ſecundum puritatem & impuritatem. Quod ex prima coctione prouenit,impurius & calidius eſt, maioremque habet Acrimoniam & abſtergendi vim : Quo purius autem repetita ſolutione & coctione reddis, eo minus calidum euadit,atque aliquid de abſtergendi facultate amittit.

Aluo idoneum,& ſtomacho vtile : detergit, digerit, linguæ aſperi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 449 sur 1557

ſperitatem & ſiccitatem in febribus tollit: vexatæ veſicæ, renibuſq; auxiliatur. Illitum ea diſcutit, quæ tenebras oculorum pupillis offundunt. Cæterum Sacchari Doſis in Syrupis fere æqualis quantitas tam Sacchari quam ſucci. In Electuariis vero pro drach. j. puluꝛis vnc. j. Sacchari communiter. Si autem puluis fuerit laxatiuus, pro drach j ß. pul. drach. j. Sacchari. In conditis additur Sacchari parum, ſi conſeruæ odoratæ ſint. Si vero amaræ, vel acres, vnc. ß. Sacchari pro vnc. j. Conſeruarum imponenda. In pulueribus acribus, vt ex Pipere, & Zingibere, pro drach j. pulueris vnc. j. Sacchari ponitur: In dulcibus vero vnc. ß. In clyſteribus Saccharum rubrum ponitur ab vnc. ß. ad vnc. ij. vel vnc. iij.

Præterea fiunt cum Saccharo plurima medicamenta, vt exempli gratia aliquot huc transferre non pigebit.

Aqua Sacchari deſtillata, Rubei: Recipe Sacchari lib. ß. Fragorum maturorum lib. j ß. Terantur ſimul, & octo diebus tepentis aquæ balneo macerentur: inde eodem tepente balneo aqua extilletur: exibit aqua ad faciei ictus cum inflammatione, ad lachrymantes oculos, ad viſus imbecillitatem admodum vtilis.

Aqua Sacchari deſtillata alia eiuſdem: Recipe Sacchari lib. iiij. Rhapontici lib j. Rhabarbari vnc. j. florum Mercurialis lib. j. vini generoſi tantum, vt emineat parum. Contundantur omnia, & macerentur ſimul ſex diebus tepentis aquæ Balneo, vel fimo: Deinde eodem Balneo Vitreis Organis deſtillentur: Inde fæces diligenter prælo exprimantur, illiſque aquæ ſtillatitiæ, Scabioſæ, Fumiterræ, Borraginis ana vnc. vj. affundantur: inde prælo denuo exprimantur: ſtillatitiæque huiuſmodi aquæ filtro excolentur, tum perſpicuæ ſint: cum priorique aqua coniungantur. Ad multa morborum genera valet, ſtomachi præſertim, & Lienis imbecillitati, doloribuſque dentium, & capitis. Hæc autem eo efficaciora reddentur, ſi ad huius aquæ libram ſcrupulum ſemis olei Vitrioli adieceris.

Oxyſacchara ſimplex Nicolai: Recipe Sacchari albi lib. j. ſucci malorum granatorum acetoſorum vnc. viij. Aceti vnc. iiij. coquantur cum facilitate, dum Syrupi craſſamentum adſciſcat. Digerit materias Cholericas phlegmati miſtas, quæ grauant ſtomachum, & præcordia, & faciunt Tertianas duplas inordinatas,

quas vocant erraticas, & similes, quartanis duplis.

Syrupus de duabus radicibus: Recipe Rad. Petroselini, Fœniculi, ana vnc.iiij. Aquæ quantum sufficit, Sacchari clarificati lib.ij. coquantur secundum artem in Syrupum.

Syrupus Saccharatus Rabi Moyses: Recipe vini optimi lib. iij. Sacchari albissimi lib.j. coquatur ad lentum ignem more Syrupi: serua & vtere cum duabus partibus aquæ decoctæ. Senibus frigidis & debilibus conuenit, & quibus humor natiuus, & calor naturalis minuuntur. Nutrit enim & sanguinem generat & replet partes principales spiritibus.

Vinum Saccharatum Arnoldi: Recipe vini optimi vel Cretici lib.iij. Sacchari albissimi lib.ij. coquantur ad lentum ignem more Syrupi, serua & vtere prout vsus postulabit: ad omnia illa conuenit, in quibus appropriatur Syrupus Saccharatus.

Claretum cum Saccharo: Recipe Cinnamomi Electi drach.vj. Zingib.vnc.ß. Caryophyll. drachm.iij. Nucis Moschatæ drach.ij. Macis, Cardamomi, ana drach.ß. Coriandri præparati drachm.j.ß. Sacchari albi lib.j. vini optimi lib. iiij. Misce, & fiat l.artis Claretum.

Rotulæ Apoplecticæ: Recipe Sacchari vnc.iiij. dissoluatur in aqua Rosarum, dissoluti cum olei Anisi gut.iiij. & Ambræ gr.iij F. Rotulæ vel: Recipe aquæ Rosarum, Maioranæ ana vnc.vj Sach.lib. j.ß. decoque ad consumpt. aquæ, deinde adde Cinnamomi, Garyophyll. Ireos ana drach.iij. Anthos drachm.ij.ß Moschi, Ambræ, ana gr.vj olei Succini gutt.iiij. F l.a. Rotulæ.

Iulepus Saccharatus: Recipe aquæ limpidissimæ Sacchari opt. ana, despuma cum Albumine oui, filtra, coque vt artis.

Vel: Recipe Aquæ Rosarum lib.j.ß. Sacchari lib.j. Oui albo perpurgetur & ad formam Iulepi coquatur. Accipe huius vnc.j. Aquæ optimæ vnc.iiij Misce: gratissimum in febribus, sitim restinguit, hoc Franciscus Rex Galliæ vtebatur.

Iulapium ad sistendum sanguinem: Recipe aquæ pediculi Ros. Aquæ sanguinariæ id est, Centinodiæ, aquæ Bursæ pastoris ana vn. iiij Sacchari albi lib.ß. Fiat Iulapium.

Iulapium ad refrigerationem Hepatis: Recipe Aquæ Cichorii, Lactucæ, Endiuiæ, Solani ana vnc.iij. Sacchari clarificati lib.ß. vel j. coque ad Iulapii consistentiam.

Iula-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 451 sur 1557

Iulapium ad pectus : Recipe aquæ violarum, Bugloſſæ ana vnc. iiij. Sacchari albi ana lib. ß. Fiat Iulapium.

Iulapium ad Phthiſin : Recipe aquarum Petroſelini, Helenii, Rad. Altheæ ana lib. j. Sacchari q. ſ. fiat Iulapium, modus eſt, vt quolibet die, tribus ante cibum horis vnc. iiij. dentur. Valentius redditur, ſi antea in ipſis ebullierint Gummi Arabici.

Saccharum viridi colore tingere : Recipe Succi caulium, vel ſucci Anethi, vel ſucci Solani, vel ſucci Rutæ q. ſ. Hoc confecta iam abſoluta atq; adhuc in Aheno calentia aſperguntur : vel Saccharum vna cum ſucco coquitur, &c. Confecta & abſoluta iam, atque adhuc in aheno calida, diluto Rhab. vel Croco aſperſa, fit Saccharum flauum.

Cum ſucco Baccarum Sambuci, vel florum frumenti, in aceto vel vino dilutorum q. ſ. Fit Saccharum coloris cærulei. Si ſuccus florum Ireos cum Saccharo coquitur, fit coloris purpurei : cum ſucco iuglandium, vel Gallarum, vel Myrobalanorum in aceto dilutorum q. ſ. fit l. a. Saccharum nigrum, &c.

Superius dixi de Saccharo Candi, quod poſſit redigi in ſummum Medicinæ medicamen atq; Arcanum : Eius præparationes hæ ſunt : ℞. aquæ Cinnam. opt. q. v. in ea diſſolue Sacchari puriſſimi q. v. & procede in omnib. vti ſupra dixi. Vel : ℞. Aquæ violarũ in Mattio deſtillatæ tãtum quantũ cupis recipere Sacchari, ſolue, coque vt artis eſt, quãdo ſatis tenes inſpiſſatum, tum infunde ſucci violarum puriſſ. cum aqua violacea expreſſi, coque adhuc parum, poſtmodum candefac : cum Roſis ſic procede etiam, & ſi cupis, vt fiat aliquanto acidius, tum decoctionibus infunde ſuccum de Limon. vel Citris, &c. Eſt etiam aliud Sacchari genus, quod vocatur Zuccharum penidium, à doctis viris etiã dicitur Penidia, Penidii, Penidiæ, &c. Ab Andrea Belluneuſe Arabice dicitur Alfenid; à Matthæo Syluatico, Alferud; Germanis Zucker penid, oder gedrehter Zucker penid. Eius confectionem hic omittimus : ſatis enim perſpicue nobis conſtat, & compoſitio valde eſt familiaris Pharmacopolis. Quidam ex hoc faciunt aquam decoctam, quam nuncupant aquam Sacchari Penidii, & fit vt Iulepus Saccharatus, de quo iam ante etiam diximus; vſus eius eſt in omnibus affectibus pulmonum, Catharris, tuſſi, excitat appetitum, refrigerat etiam, &c.

Cum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 452 sur 1557

Cum eo etiam fit confectio Diapenidion dicta : cuius descriptionem sic inuenimus apud authores : Recipe Penidiorum vnc.ij. drach.v Pinearum, Amygdal. dulc sem. Papaueris albi ana dra.iij. scru.j. Cinnamomi, Caryophy. Zingiberis, succi Glycyrrhizæ, Tragacanthæ, Gummi Arabici, Amyli. sem. Cucurbitæ, sem. Citrulli, sem. Cucumeris, sem. Melonis ana dra.j ß. Caphuræ G. vij. Sacchari albi quantum sufficit. fiat Electuarium. Valet aduersus omnem thoracis noxam, tussim, vocis iacturam: rabidis deniq; & purulenta excreantibus succurrit.

Elixir vitæ, Leon. Fiorauanti. Recipe Caryophyllorum, Nucis Moschatæ, Zedoariæ, Zingiberis, Galangæ, Piperis albi, Piperis nigri ana dra.ij. Baccarum Iuniperi, Cort. mali Citri, Cort. mali Aurant. Saluiæ, Basiliconis, Rorismani, Menthæ, Maioranę, Baccarum Lauri, Pulegii, Calaminthæ, flor. Sambuci, Rosarum rub. & alb. Spicæ Nardi, Cubebarum ligni Aloes, Cardamomi, Cinnamomi, Calami Aromatici, Stœchados, Chamædrios, Chamæpityos, Granorum Paradisi, Macis, Thuris masculi, Aloes Hepaticæ, sem. Arthemisiæ, seminis Maioranæ ana drach.ij. Ficuum, Passularum, Dactylorum, Amygdalarum, Pinearum ana vn.vj. Mellis albi li.j. Moschi dra.j. Sacchari albi. li.iiij. Aquæ vitæ optime circulatæ li.xv. Terēda terantur, misceantur, & macerentur per dies x. in cucurbita vitrea optime clausa: inde calore balnei destillentur: demum per menses duos circuletur aqua: & habebis elixir. Quo facto materia in Cucurbita relicta eximatur: ac denuo destilletur calore Cinerum vehementissimo, & emanabit aqua rubea, sicut sanguis fætida, fumosa, & turbida: quæ etiam circulanda est, vt prima. Est enim pars ignea, & tantæ virtutis, vt quasi mortuos resuscitet. Atque hæ duæ aquæ seorsim seruandæ sunt in vasis vitreis optime obturatis. Prima à multis morbis hominem præseruat, si bis in hebdomada dra.j. sumpta fuerit. Valet ad vulnera: visum conseruat: Venerem excitat, mulierum sterilitatem remouet. Secunda vero, quæ rubra est, conuenit dolori matricis, pleuritidi, doloribus Colicis, dentium: curat & sanat omnia genera febrium: loquelam amissam restituit, si drac. j. huius aquæ sumatur.

Oleum Sacchari Mercuriale Rubei : Recipe Sacchari, Herbæ Mercurialis ana partes æquales, Contundatur herba cum Saccharo opti-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 453 sur 1557

optime: & in cucurbita cucurbita octo diebus macerentur: inde duplici vase destillentur. Manat enim oleum album, quod optimum colorem faciei conciliat, Epilepsiæ conducit, si quadraginta diebus, quotidiè manè drach j. exhibeatur. Quod si cum Castoreo sumatur, neruorum contractiones remouet cuiuscunque loci: sanat quoque stuporem membrorum, visus hebetudini confert, in oculis positum.

Eius essentiam atque oleum posui supra in 2. lib. Basil. huius, vbi latius vide. Alias multis modis potest fieri oleum cum Myrrha & Mercurio, &c. Sed tempus nunc est, vt & Mellis præsumamus examen.

Mel præcipuè laudatur Atticum, quod ex Hymetto adfertur. Hinc Siculum, Hyblæum ab Hybla vrbe dictum: vnde etiam Mel Himetum cognominatur, & apes Hybleæ passim apud Poetas. Scribit Athenæus Cyrinos Corsicæ incolas ideo longæuos esse, quoniam Melle vtantur assiduè. Et interrogatus Democritus, quonam pacto sanus quis posset diu viuere? Si interiora, respondit, Melle rigaris, oleo exteriora. Galenus cap. 11. lib. de atten. vict. rat. Mel enim cum sit dulcissimum, succum gignit tenuissimum, (Gal. cap. 8. lib. 2. de facult. natur.) & in senibus sanguinem optimum: In iuuenibus tamen & biliosis facilè vertitur in bilem: Nam quod in melle dulce est, ait (Gal. cap. 8. lib. de spir. anim. mot.) Auctuarius, in biliosum humorem mutetur necesse est. Est vero facilis hæc mutatio, quia (Paulus cap. 4. lib. 1. Synops. & Oribas. lib. 5. Collect.) calefacit & exsiccat ordine secundo, adiunctamque habet dulcedini acrimoniam.

Præstantissimum siquidem est Mel, quod hisce duobus excellit, hoc est, quod dulcissimum est, simulque & acerrimum ex Galeno cap. 17. lib. de Antidot. Mustum vero ex vuis dulcibus expressum, & ad dimidias, tertiasve coctum, licet melli dulcedine non cedat, vt aqua tamen obtusum est, nec sensum vellicat. Solum autem Mel quasi compositionem in se habet, Gal. 177. lib. de simplic. quia ex multarum herbarum succo, vel flore colligitur, & omnibus valetudinibus prodesse potest, maxime tamen senibus, temperamento frigidis, & hyemis tempore. Nam vbi calorem nactum fuerit, bilem procreat Galb. 16. li. 4. simpl. Horum concertationem irridet,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 454 sur 1557

Galenus cap.5.lib.de Alim. facult.quorum alter Mel ſalubre, alter inſalubre affirmabat, vterq; ex illato ſibi à Melle affectu coniectās: ſed neuter intelligebat, homines nō vnum ab initio temperamētū habuiſſe, neq; ſi habuiſſent, immutabile ipsū ætatis decurſu tueri potuiſſent. Alter n. erat ſenex pituitoſus, alter vero iuuenis & bilioſus.

Eſt vero Mel, ſuccus roris cœleſtis ab apibus collectus: Galen. cap.177.lib.de ſimpl.med. Nam cum omne alimentum vel ab apibus, vel à plantis deſumatur, Mel ab vtroque eſt ſecretum. Oritur enim in plantarum foliis, aut floribus, neque eſt earum ſuccus, neq; fructus, neq; pars, ſed eiuſdem cum rore generis, nec tamen aſſidue, nec copioſe, vt ille prouenit: Gal.cap.38.lib.3.alim.facult. Ad illius autem benitatem vel malignitatem aliquid accedit ex plantis, ex quibus colligitur, Gal.cap.62.lib.2 Collect. Orib. vnde venenatum dicitur illud, quod in aconitis excerpitur, vt Heraclienſe; Gal.ca.52. lib.5.Paul. Ægin. & amarum eſt, quod ex Ponto adiehitur, vbi Abſynthiorum prouentus luxuriat.

Debet autem Mel colore pallidum eſſe; conſiſtentia neque craſſum, neque valde concretum, neque dilutum, ſed vnitum omni ex parte Gal.ca.62.lib.2.collect. Optimum eſt, quod præter dulcedinem, thymi acrimoniam præ ſe fert: ſed tamen odorem eius non reddit, ex Oribaſio. Quidam ex præceptoribus Mel dicunt calidum & ſiccū gradu ſecundo, tenuium partium, habet vim mundificandi, & aliquid acrimoniæ, propter quod & vētrem ad excretionem ſuſcitat: Magis vero vrinam ciet: Mouet autem ventrem ſi cum aqua mixtum coquatur, & puriſſime deſpumetur. Senibus quidem Mel, & quibus temperamentum frigidum eſt, confert, non vtiq; iis qui calidi, quoniam in bilem facilè vertitur. Si autem per ſe ſolum coquatur, fit acrius & magis nutrit, & confert ad ſinuum conglutinationem. Optimū vero Mel, quod ſuaue & acre & flauum, modicēq; pingue & tenue. Melius autē vernum eſt Mel, tum quod æſtiuum. Inutile vero hybernum: quia facile mutatur in flauam bilem: præſertim in calidis ventriculis. Tollit Mel & corporis ſordes, & incorrupta conſeruat cuncta, quæ iniiciuntur; & ideo antiqui mortuorū corpora cōdiebāt Melle in ſepulchris. Cōfert ēt calculo. Super vinū ſi edatur, caput impetere nō ſinit: atq; ita etiā appetentiam ſuſcitant eorū, qui minus pp. pituitoſam materiam appetunt. Craſſius ſputum

inci-

incidit educitq;. Quæ vero cũ Melle parẽtur edulia, difficilis cõcoctionis sunt, & nisi ꝓbe concoquãtur, iecoris & lienis obstructionẽ faciunt. Quod si ad satietatẽ & frequẽtius Mel edatur, scabiẽ gignit. Ora venarũ, Dioscorides teste, aperit, humores euocat: vnde in sordida vlcera fistulasq; cõmodissime infunditur. Decoctũ & impositũ abscedẽtẽ carnẽ glutinat, medeturq; impetigini coctũ cũ liquido alumine, & illitũ. Aurũ itẽ sonitui & dolori, cũ fossili sale trito instillatur. Lẽdes & pediculos illitũ necat. Nudam glandẽ recutitis operit, ꝑsertim q̃ circumcisione aperta nõ est, si melle ꝑputium triginta dieb. à balneo molliatur. Oculorũ caliginẽ discutit. Faucibus tonsillis, anginę, collutũ gargarizatũve medetur. Vrinã ciet. Tussi auxiliatur, & ꝑcussis à serpente. Cũ rosaceo calidũ contra haustũ Meconium bibitur. Crudũ tamẽ aluum inflat, tussim lacessit: vnde despumatũ est commodius, tum n. minus acre & tergens redditu, magisq; nutriens. Cũ autẽ despumatur, coquitur supra prunas aut arida ligna sine fumo. Veterib. ad omnes cõfectiones Mellis fuit vsus, sicut hodie Sacchari, ꝙ locũ eius subiit, tanquã palato ægrotantium magis deseruiens. Hinc mixturæ sunt Melicraton, h. e. aqua mulsa, Mel videl aqua tẽperatũ: Oxymeli, h. e. acetum mulsum, aceto videlicet Mel temperatũ. Prodest autem Melicraton phlegmaticis & senibus, frigidisq; hominibus: conficiturque hunc in modum: vni Cyatho Mellis miscentur octo aquæ, coquunturq; & despumantur leniter, &c. Nunc ad medicamenta cum Melle confecta accingimus nos recensenda.

Aqua Mellis rubei. E Melle difficile aqua elicitur, ꝙ facile ignis vi ferueat, & totũ ascendat: quamobrẽ alii vitrum cõmiscent, alii arenã: pleriq; oleo Cucurbitã interius inungunt, sed melius syncerũ destillatur, ꝑsertim vbi ẽt fæcib. vti consilium est, lineisq; pannis aqua madẽtib. pileo & Cucurbitę assidue circũpositis, exiguoq; igne inferius admoto, tumẽti, feruentiq; resistimus, multũ vacui in ipsa Cucurbita relinquẽtes, sic vt quinta solum parte impleatur, aut ad summũ quarta. Quoniam a. igni satis vehementi tandẽ opus est, idcirco optime luto incrustari debet Cucurbita, quam nonnulli etiã curuam accipiunt. Primo a. aqua exit alba: auctiore mox igne, & flaua: & tandem rubra, quæ seorsim colligitur, cum ignis odorem sapiat, & ad alia adhibeatur, quã duæ priores. Nã ad vlcera profunda, serpẽtia, sordida, cum vnguentis vtiliter miscetur, & capillos tingit.

Superiores vero alba & flaua, purgato iã corpore, ſuffuſiones & albugines oculorũ ſanat: lenior tamen ea putatur, quæ è Melle Roſaceo, deinde quę ex melle cõmuni, poſt etiam, quę è ſtillitico. Quod ſi oculares herbas infunderis nempe Seſeli, Euphragiam, Chelidoniam, Rutam, ſummitates atque etiam Fœniculi, Sagapenum, modicum Sacchari Candi, Ammoniacum, Galbanum, multo efficaciusmedicamentum effeceris. Caſui pilorum, ipſiſq; producendis, raſandis, optime faciunt eædem aquæ, & earum, quas illis infuderis, rerum vires ad ſe trahunt, perinde ac aqua ardens, ſunt qui aquas omnes deſtillantes vnico vaſe recipiant, & vbi pars craſſior ad fundum vaſis, in quo ſeruantur, deſcenderit, perſpicuaque aqua euaſerit, tepentis aquæ balneo iterum deſtillant: idque ſexies aut ſepties repetunt. Rufo enim colore amiſſo, aureum acquiret hic liquor: cuius in tuenda valetudine, producendaq; vita admirabiles pene vires prædicant: Catharro, tuſſi, lieni prodeſt, imbecillas vires reſtituit, ſtipationes reſerat, putredinem arcet, venenis reſiſtit ac vrinam ciet.

Mel Roſatum: Recipe Roſarum rubearum nondum penitus apertarum lib. ij. Mellis optimi lib. vj. coquantur lento igne ſecundum artem. Stomachum confortat & mundificat, & eſt digeſtiuum materiatum phlegmaticum in ſtomacho & Meſeraicis contentarum. Meſues.

Aliud Mel Roſatum efficacius: Recipe foliorum Roſarum Rubearum nondum explicitarum contuſarum, lib. ij. Coquantur in aquæ cæleſtis lib. iiij. Colaturæ fortiter expreſſæ adde ſucci Roſarum rubearum depurati, mellis optimi deſpumati ana lib. iiij. coquantur ſecundum artem.

Elixir vitæ Fiorauantii: Recipe Caryophyllorum, Nucis Moſchatæ, Zedoariæ, Zingiberis, Galangæ, Piperis albi, Piperis nigri, Baccarum Iuniperi, Corticum Citri, Corticum Arantiorum, Saluiæ, Baſiliconis, Roriſmarini, Menthæ, Maioranæ, Baccarum Lauri, Pulegii, Gentianæ, Calaminthi, foliorum Sambuci, Roſarum albarum, Roſarum rubrarum, Spicæ Nardi, Cubebarum, Aloes hepathicæ, ſem. Arthemiſiæ, ſem. Maioranæ ana drach. ij, Ficuum, paſſularum, Dactylorum, Amygdalarum Pinearum ana vnc. vj. Mellis albi lib. j. Moſchi optim. drach j. Sacchari fini lib. iiij. Miſce, contuſis o-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 457 sur 1557

sis omnibus contundendis, & in aquæ vitæ lib. xv. infundantur, stent ita in bocia bene obturata, decem diebus aut amplius: post-ea in balneo distillentur vsque ad fæcum exiccationem. Postea extrahe aquam à recipiente ponaturque in Pellicano, & circuletur in fimo equino per duos menses continuos. Post circulationem tuum elixir habebis paratum. Post hæc accipe bociam cum reliquiis fæcum, & distillentur in cineribus fortissimo igne, & iam extillabit aqua rubra instar sanguinis, quæ admodum fætet, & turbida est: quæ & ipsa circuletur vt prior: & hæc est ignea substantia, quæ etiam semimortuos suscitare potest. Post circulationem seruetur. De priori aliqua quæ per balneum est extracta, si tertio quoque die per os drac j. accipiatur, corporis integritatem conseruat, & à morbis tuetur. Si vulnera ea madefiant bis terve ad summum, curantur: oculorum morbis omnibus apprime conuenit, gutta vna instillata visum conseruat. Per os assumpta Venerem stimulat, & mulieres infæcundas ad conceptum disponit. Posterior aqua rufo colore prædita, doloribus matricis medetur, per os sumpta: Pondere duarum drachmarum assumpra, pleuritidem soluit: Colicos dolores inunctione curat: similiter & lienis duritiem, dentium dolorem, anhelitus fætorem, & alia huiusmodi sanat. Omnis generis febres tollit, quia potenter omnes humores dissipat & discutit. Si cui ægroto vocis acciderit priuatio, dabis huius drachmam vnam cum altera drach. prioris aquæ intra os, & loquetur: quod ego millies, inquit author, expertus sum.

Oxymel Phlegmagogũ. Mesuæ. Oxymel Phlegmagogum fit vt Oxymel de radicibus, si inter coquendum medulla seminis Cnici panno lineo raro ligata mergatur, & identidem confricetur. Potentius vacuabit, si etiam Turbith cum Zingibere nodulo prædicto addatur.

Claretum cum Melle: Recipe Cinnamomi vnc. j. Zingiberis, granorum Paradisi ana vnc. ß Caryophyllorum, Cardamomi ana drach. ij. Nucis Moschatæ drach. ij. Fiat pulvis: Cuius Recipe vnc. j ß. Mellis optimi vnc. xx. Vini lib. iiij. Misce & fiat Claretum per sacculum.

Aliud Claretum cum Melle: Recipe Zingiberis, Cinnamomi electi, Granorum Paradisi ana drach. ij. Nucis Moschatæ, Caryo-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 458 sur 1557

phyllorum ana drach.j Macis, Cardamomi ana drach ß. Coriandri præparati drach.j. Mellis vnc.x. vini boni lib.ij. Miſce & fiat Claretum, vt artis eſt.

Confectio Rauedſeni, Meſue: Recipe Rhabarbari, ſucci Eupatorii Meſuæ, ſucci Abſynthii ana drac.v. Myrrhæ, Croci ana drac.j. Spicæ Nardi, id eſt, Indicæ, Aſari, Caſſiæ ligneæ, Schœnanthi, Fumariæ, ſem. Aniſi, ſem. Apii, Amygdal. amararum ana drach ß. Mellis deſpumati quantum ſufficit. Fiat Electuarium. obſtructiones potente raperit, & inde natos affectus, icterum, febres putridas etiam inueteratas, formæ corruptionem ſanat.

Diamoruſia Meſuæ: Recipe Croci Acori ana drach. ij. Myrrhæ drac.iij. Baccarum Lauri drach.ij.ß. Dauci, Cymini, Cinnamomi, Caſſiæ, Carpobalſami, Schænantos, ſem. Apii, Aniſi, Cardamomi, Spicæ Nardi, Menthæ ſiccæ, Marrubii, Ameos ana drach.j. Coſti, Trium Piperum ana drac.j. Melle deſpumato excipitur. Præſtat eadem quæ Diacurcuma. Nam affectus ventriculi hepatis, lienis frigidos: proindeq; Chronicos ſanat, hydropem, frigidam ventriculi intemperiem, ac inde natam crudorum ſuccorũ copiam, & dolorẽ.

Panchriſton Nicolai: Recipe Opii Thebiaci dra.v. Croci drac.ij. ſcrup.j.ß. Seſeleos drach.ij. Calami aromat. Caſtorei, Carpobalſami, Cardamomi, Petroſelini ana drach.j. ſcrup.j Zingiberis, Caſſiæ, Sagapeni, Piperis albi, Hyoſcyami ſemin. lini, ſem. Rutæ ſyl. Marathri ana ſcr.ij. Nardi, Pyrethri, Meu, Euphorbii, Aniſi, Trifolii acuti, Dauci Cretici an. ſcru.j.ß. Mellis quãtum ſatis eſt. Datur in modum Auellanæ in ſero cum vino calido. Typice febrientibus datum cum mulſa mirabiliter ſubuenit, cum hydromelite diſtemperatum, ſine mora menſtrua prouocat.

Electuarium ex Aſa, Meſuæ: Recipe liquoris Cyreniaci, Piperis, Myrrhæ, fol. Rutæ ana vnc.ß. Mellis deſpumati quantum ſufficit. Fiat electuarium. Datur à drach. j. ad aureum vnum, in febri cum Oxymelite per horam ante acceſſionem, contra venenum cum vino calido. Ad febres antiquas, & circuitu repetentes, vt quartanas, quotidianas, ſomnum grauem, tumorem venenoſos morſus.

Electuarium imperiale, Fiorauanti: Recipe Cinnamomi electi vnc.j. Macis, Caryophyllorum, Zingiberis ana dra.j. Caſſiæ dra.vj.

Dia-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 459 sur 1557

Diacythonii vn.xij.Ligni Aloes,vn.ß. Santali rubri dra.ij. Aquæ vitæ vn.iij Mochi ſcru.ß.Mellis cocti & deſpumati lib.j.Miſce, & fiat Electuarium.Doſis ab vn.ß.vſq; ad vn.j. Confert dolorib. matricis: menſtrua prouocat:partes totius corporis debilitatas confortat.Vtẽdum autem hoc Electuario eſt, poſt vſum pillularum aquilinarũ. Matricem quoq;excalfaciunt,Diambra,Diacalamentum,Electuarium de Gemmis,&c.

Diaſatyrium Nicolai: Recipe Teſticulorum Satyrii recentium denſorum. Rad. Paſtin ſatiuæ recentium, rad. Secacul, id eſt, Siſeris,Grißelmoren/Nucis Indicæ,Pinearum,Piſtaciorum ana drach. vij.Caryophyllorum,Zingiberis,Aniſi.ſem.Erucæ.ſem.Fraxini ana dra.v.Cinnamomi,Caudarum Scincorum,ſem. Bulbi ana dra.ij.ß. Moſchi G.vij. Mellis deſpumati optimi li.iij.Radices Satyrii. Paſtinacæ,& Siſeris priuatim,& ſeorſim bene tritæ, Melli imponuntur, ac ſubiguntur,paululumq; molliuſculo igne feruefcant:Deinde Piſtacia,& nuces pineæ repurgatæ ac tuſæ adiiciuntur, vbi cũ Melle aliquantulum bullierint,ſublato ab igne lebete, tuſæ & cribatæ ſpecies adduntur:poſtremũ Moſchus cum exiguo ſtillatitio aquarũ liquore inſeritur.Fitq; Electuarium in fictili vaſe vitreato conſeruãdum per annum vnum, Pollet contra veſicæ & renum imbecillitatem: ijs etiã auxilio eſt,qui vrinã reddere nequeunt: Veneré ſtimulat,eamq; certa de cauſa ceſſantem haud ſegniter reſtituit.

Diaſatyrium aliud: ℞.rad.Secacul.albi & mundi,& elixati in décocto cinerũ,quorum prima aqua,in qua decoquebantur, ſit effuſa li.j.Teſticulorũ vulpis vn. viij.rad. Raphani vn.iij.rad. Luph. plam. vn ij. Terantur hæ tres radices poſteriores, & infundantur ſuper eas lactis bubuli aut ouilli tantũ, vt lac duos digitos emineat adiiciendo Olei Seſamini,Butyri recentis non ſaliti an.vn.iiij.coquantur cũ facilitate vſq; ad conſumptionem lactis,& donec omnino remollitæ ſint radices, & habeant iuſtam ſpiſſitudinẽ inſtar pultis craſſioris.Nam ſi aqueum quod in lacte & radicibus eſt,non conſumatur, ſitũ contrahit hoc medicamentũ.Poſtea adfunde omnib.hiſce prædictis radicibus Mellis deſpumati optimi li.vj.ſucci Ceparum recẽtium lib.j.ß.Coque omnia ſimul ad perfectam decoctionem: deinde ab igne depone, & inſperge ſubſequentium ſpecierum minutiſſimum puluerem:Caudarum Scinci cum renibus & ſemine vnc.j.

Semi-

Seminis Erucæ drach.iiij. Zingiberis, Been albi, rubri, sem. Fraxini, sem. Nasturtii, Cinnamomi, Piperis longi, sem. Bauci sem. Napi, Pulpæ sem. Asparagi, maxime recentis an. drach.iiij. confice cum eis. Vltimo vero adiiciantur subsequentia: Pinearum mundatarum lib.j.ß. Pistaciorum vnc.x. confice, & misce omnia optime, & aromatiza cum Moschi boni drach j. valet ad erectionem virgæ: multiplicat sperma, & desiderium coeundi.

Tryphera Sarracenica Mesuæ: Recipe Myrobal. Chebulorum, Indorum, Belliricorum, Emblicorum, Citrinorum ana drachm.v. Cinnamomi, LeucoPiperis, Macropiperis, Melanopiperis, Secacul, id est, Siseris, folii seu Maceris, Spicæ Nardi Indicæ, Cardamomi maioris, minoris, Cassiæ ligneæ, Seitaragi Indi, id est, Lepidii, Cyperi, Apii, Linguæ auis, Caryophyllorum, Been albi. rubri, Zingiberis ana drach.ij Nucis Moschatæ, Macis, Sesami excorticati ana dra.iij. Amygdal. dulcium, amararum ana drach.v. Ligni Aloes, Masticis, Rhabarbari, sem. Fœniculi ana drach. iij. Ocymi Caryophyllati, Menthæ siccæ, Origani Persici ana drach.j.ß. Fricentur Myrobalani tritæ cum butyro vaccino recenti & non salito, aliæ vero species cum oleo Amygdalino dulci: & confice cum mellis despumati optimi triplo: Et serua in vase fictili vitreato ad annos duos. Datur à dra.j.ß. ad drach.iij Addunt aliqui Turbith drach.v. Moschi drach.j.gr.xv. Concoctionem ventriculi & hepatis suo calore iuuat: ob id flatus dissipat, humores in ventriculo & aliis visceribus putres absumit: oris & corporis odorem & colorem commendat, lassitudinem tollit, sanitatem præsentem tuetur, & morborum generationem prohibet, Venerem auget, hæmorrhoides sanat.

Tryphera Muscata Mesuæ: Recipe Myrobal. Chebularum, Myrob. Nigrarum Myrob. Emblicarum, Myrob. Bellyricarum. Piperis Nigri & longi, Zingiberis, Cassiæ, Spicæ Nardi ana drachm. v. sem. Anethi, sem. Porri ana drac.ij. sem. Dauci. Rosar. rub. Cinnamomi, Nucis Moschatæ, Caryophyllorum ana drach. j. ß. Macis, Cardamomi maior. Galangæ, Ligni Aloes, Moschi ana drach. j. sem. Nasturtii drachm.x. Excipiuntur Melle despumato. Datur à drach.ij. ad vnc.ß. Adduntur interdum Scoriæ ferri nutritæ drac. ij. Eadem promittit vt Sarracenica.

Electua

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 461 sur 1557

Electuarium peſtilentiale, Medici Baſilienſis: Recipe Rad. Angelicæ domeſticæ, rad. Imperatoriæ, Rad. Zedoariæ, ſem. Angelicæ domeſticæ, Granorum Iuniperi, Rutæ, Boli optimi finiſſimi, Cinnamomi electi ana dra. ij. Angelicæ ſylueſtris rad. rad. Tormentillæ, rad. Chamæleontis Carlinæ dictæ, rad. Aſclepiadis ſiue Chelidoniæ, rad. Pimpinellæ, rad. Morſus Diaboli Rap. Phu veri domeſtici, Acetoſæ, ſem. Citri. vel Limonum, vel Aurantiorum, ſem. Cardui benedicti, Baccarum Lauri, Foliorum Sabinæ. fol. Carduibendicti, florum Lauendulæ, Roſarum rubrarum, Croci, Opii, Myrrhæ optimæ, Thuris, Raſuræ Cornu Cerui ana drachm. j. rad. Ariſtolochiæ noſtræ vulgaris, rad. Gentianæ, rad. Acori, ſiue calami Aromatici, Cort. Laureolæ inciſorum, & in aceto per noctem maceratorum, rurſumque exiccatorum, ſummitatum Centaurii minoris, Piperis longi, Maceris, Euphorbii ana drach. ß. fiat puluis ad Electuarium conficiendum ex eo, adde Nucum iuglandium non rancidarum, pulpæ ficuum optimarum ana vnc. ß. ſucci Acetoſæ, vini præſtantiſſimi an. vnc j. ß Sacchari finiſſimi vnc. iij. Mellis puriſſimi vnc. xvj. Fiat electuarium. Ad tabulas formandas accipe pro drach. j. puluerum, Sacchari vnc. j. in aqua conuenienti diſſoluti, fiant Tabulæ. De electuario datur ad præſeruationem drach. ß. ſingulis vel alternis diebus: ad curationem vero drach. j.

Electuarium Indum Meſuæ: Recipe, Turbith electi, Sacchari ana drach. vj Macis, Caryophyllorum, Piperis, Zingiberis, Cinnamomi, Nucis Muſchatæ, Cardamomi ana drach. vij. Scammonii præparati vnc. j. ß. Mellis deſpumati lib. iij. Ad eadem efficax eſt. Datur ad aureos iij.

Electuarium Eleſcoph. Meſuæ: Recipe Scammonii præparati, Turbith ana drach. vj. Caryophyllorum, Cinnamomi, Zingiberis, Myrobal. Emblicorum, Nucis Moſchatæ, Polypodii ana dra. ij. ß. Sacchari optimi vnc. vj. Mellis deſpumati lib. j. vnc. iiij. Coquantur, fiat Electuarium. Bilem flauam & pituitam elicit, flatus quoque toto corpore expellit, doloribus articulorum lateriſque prodeſt, item colicis cruciatibus: humores ad renes & veſicam decumbentes expurgat. Datur vſque ad drach. iiij.

Hiera Pacchii, Nic. Alexandrini: Recipe Stœchados, Marrubii, Chamædrios, Agarici, Colocynthidos ana drach. x. Opopanacis,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 462 sur 1557

Sagapeni, Petroſelini, rad. Ariſtoloch. rot. Piperis albi ana drach. v. Cinnamomi, Spicæ Nardi, Myrrhæ, Folii, Croci ana vnc. ß. Mellis deſpumati triplum, id eſt, lib. iij. vnc. iiij. drach. v. Arida omnia in tenuiſſimum puluerem tundito: Liquores vero Opopanacem, Sagapenum, electa & pura in mortario tundito: Deinde in feruenti mortario cum Melle deſpumato feruenti adhuc vnito; ac reliquis miſceto, cum omnino læuigata fuerint. Cum vero Mel ad diſſoluendos hos liquores accipies, de ſupra ſcripta quantitate ſumito, nihil addendo. Compoſitio hæc ſanat morbo Comitiali correptos, furioſos, ſcomaticos, cephalalgicos: facit ad deprauatam in vtramlibet partem: Ad tetanum, & Cynicum ſpaſmum, præcipue vero ad pectoris & lateris dolores prodeſt, ex qualibet cauſa factos, ſiue latente, & occulta, ſiue manifeſta. Præterea neruorum tenſionibus mirifice conuenit: prodeſt & ad articularem morbum, ad ſpinam & lumborum dolorem: duritias in mammis mulierum cum dolore conſiſtentium, ex toto interdum ſanat. Ad Stomachicos euidenter conuenit. Remediat enim eos, quibus frequenter inaceſcit cibus, aut aſſidue nauſeant, aut ſaliua abundant: præcipue vero melancholicis bene facit, &c.

Hiera Archigenis Pauli: Recipe Praſſii, Agarici, Chamædryos, Pulpæ Colocynthidos, Stœchados ana aur. x. Opopanacis, Sagapeni. Petroſelini, Ariſtolochiæ rot. Piperis albi ana aur. v. Cinnamomi, Spicæ Nardi, Polii, Croci ana aut ij. ſiccaterantur, liquores frangantur, hydromelite infundantur, & omnia Melle excipiantur. Datur ad aur. iiij. cum ſalis triti drachm. j. & aqua mulſa.

Theodoricon Hyperiſton. Nicolai: Recipe Aloes hepaticæ drach. iij. gr. iij ß. Cinnamomi, Chamædrios, Acori ana drach. iij. Croci, Caſſiæ ligneæ, Rhapont. ana drach. ij. gr. xvj. Agarici drach. ij. ß. Nardi, Coſti, Maſticis, Aſari, Silphii, Scillæ, Aſſæ, Ammoniaci, Bdellii, ana drach. j ß. Hellebori nigri, Piperis, Epithymi, Polypodii, ſucci Braſſicæ, Piperis albi & longi ana drach. j. Schœnanthi, Zingiberis, Smirnæ, Myrabalanorum, Colocynthidis, Sagapeni, Opopanacis, Caſtorei, Abſynthii, Ariſtolochiæ longæ, Petroſelini, Gentianæ, Amomi ana ſcrup. ij. Diagridii, Piperis nigri ana ſcrupul. j. Mellis q. ſ. eſt. Datur mane & ſero cum vino calido drach. iij. Facit contra dol o-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 463 sur 1557

dolorem hemicraneum, & vertiginem capitis, & contra fluxum Phlegmatis, quod in faucibus & gutture decurrit, vnde fit homo quandoque sine voce: valet etiam splenèticis sine febre: colorem bonum facit, si simplex detur. Sed si purgationem facere volueris, adhibeas scrup. ij. Scammoneæ, & fortius operabitur.

Electuarium Alharif, Mesuæ: Recipe Myrobal. Chebulorum, Citrinorum, nigrorum ana part. j. ß. Tere, cribra. De hac massa recipe drach. xiiij. Turpeti drach. vij Zingiberis, Cardamomi, Masticis, Cinnamomi, Ligni Aloes, Caryophyllorum, Piperis, Cubebarum, Galangæ, Macis, sem. Apii ana drach. j. ß. Spicæ Nardi scrup. ij. Pinearum, Sacchari albi, Sacchari Candi ana vnc. xij. Excipe Melle despumato. Earundem virium est: Præterea ventriculum roborat &c. partes nutritorias frigidas, appetentiam excitat, coctionem iuuat, propter hæc colorem corporis, & odorem commendat: iuuentutem tuetur; canos remoratur, & spiritibus tenuatis, & purgatis visum & reliquum sensum omnem, & cognationem excuit, venerem excitat.

Antidotum Hæmagogum, Nicolai: Recipe Asari, Acori, Amomi, sem. Atriplicis, Marathri ana drach. j gr. vj. Anisi scrup. ij. Aristol. longæ, Artemisiæ, Cassiæ fist ana scrup. j. g. xiiij. Centaureæ minoris scrup. j G. vij. Centaureæ maioris, Dauci Cretici ana scru. ij. Hellebori nigri scrupul. j. fol. Lauri. scrup. j ß. gran. iij. Glycyrrhizæ drac j. scrup. j. Lupini dr. ij. Melanthii scrup. ij. Myrrhæ scrup. j. g. xiiij. Orobi scrup. j. Stypteriæ scrup. ij Macedonici scrup. ij. G. xiiij. Pyrethri scrup. ij. G. xiiij. Piperis drach. j. scrup. ij. G. vij. sem. rutæ scrupul. ij. G. xiiij. Spicæ scrupul. ij. G. xiiij. Pulegii scrup. ij. G. xiiij. Pœoniæ scrup. j G. vj. Cyperi scrup. j. Sinoni scrup. ij Schœnanthi scrup. j. G. xiij. Caryophyllorum, scrup. ij. rad. Capparis, Cymini ana drach. j. Apii, Sabinæ ana scrup. ij. G. xiij. Xylobalsami scrup. j. G. xiiij Mellis q. s. est. Datur in modum Auellanæ maioris cum aqua post balneum, si cum febre est: si vero sine febre, cum vino aut mulso. Ad multas mulierum passiones valet: menstrua educit, & fœtum in vtero occidit, & postea extrahit, & post partum, quæ non sunt purgata, purgat, & ad salutem perducit, petram in vesica rumpit & purgat; vrinam mouet, stranguriam sanat,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 464 sur 1557

hepatis emphraxim curat, ſeliroſum in ſplen ſanat, & ad omnia interiora magnum bonum facit: & ad ſtomachi indigeſtionem, & eos ſanat, qui colicam patiuntur: nephritius prodeſt: viam totius corporis aperit, & fœtum mortuum, & ſecundinam educit, & veſicam purgat, ſtomachum calidum facit, ventoſitatem conſumit, vomitum compeſcit. Cauendum tamen ab eius vſu in fluxu hæmorrhoidum, aut ventris.

Electuarium opticum Adolphi Occonis: Recipe ſpec. Pliris. arcotici, ſem. Fœniculi ana drach. j. Macis, Cubebarum, Cinnamomi, Piperis longi, Caryophyllorum ana ſcrup. ß. Euphragiæ vnc. ß. ſucci Saluiæ, ſucci Rutæ, ſucci Chelidonii ana vnc. j. ß. Sacchari clarificati vnc. j. Mellis Roſati vnc. v. coquantur ſucci cum melle ad ſpiſſitudinem, deinde ſpecies tritæ addantur. Valet in viſus imbecillitate vndecunque proueniente, & ſuffuſionibus.

Electuarium Pectorale Adolphi Occonis. Recipe ſucci Glycyrrhizæ vnc. ß. Hyſſopi, Capillorum Veneris, Ireos, ſem. Vrticæ, Ariſtolochiæ rot. ana vnc. j. ß. Piperis nigri, ſem. Naſturtii, rad. Enulæ ana drach. ß. Auellanarum, Amygdal. dulc. ana vnc. ß. Pinearum vnc. j. Mellis vnc. xiiij. Fiat Electuarium. Hoc ego vſus ſum in aſthmate, & præ cæteris miram eius efficaciam expertus ſum.

Electuarium ad tuſſim mirabile, Fiorauanti: Recipe Enulæ Campanæ, rad. Altheæ ana vnc. viij. Cotoneorum vnc. xvj. Mellis albi lib. iij. Contuſa miſceantur cum melle & coquantur: in fine decoctionis auferatur ab igne, addanturque pro qualibet libra. Croci ſcrup. j. Cinnamomi drach. j. ſulphuris triti vnc. iij. Glycyrrhizæ ſcrup. j. Moſchi ſcrup. ß. miſce & ſerua ad vſum. Vſus eius eſt mane ſtomacho vacuo & veſperi.

Electuarium ad Venerem, Auicennæ: Recipe caudæ Scinci vnc. j. ß. ſem. Napi, Bauciæ, Alleſt, cepæ albæ Vrticæ, Erucæ ana vnc. j. Melanopiperis, Leucopiperis, Macropiperis ana drach. v. Cepæ muris aſſæ vnc. ß. Pinearum vnc. ij. ß. Pyrethri vnc ß. Linguæ auis drach. vj. Cerebellorum paſſerum vnc. ß. Teſticulorum Galli vnc. j. Tere & confice cum Butyro Vaccino & Melle, & ſit Butyri tertia, & Mellis tertiæ duæ, & repone in vaſe. Doſis eius eſt drach. ß. cum vino dulci poſt cibum. Sperma auget: & conuenit regibus.

Electuarium ad coitum augmentandum. ℞. Sileris Montani, Cymi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 465 sur 1557

Cymini, sem. vrticæ ana drach.x. Zingiberis drach. xv. Satyrionis drach. v. Pinearum mundat.drach. xx. Anisi drach vj. Tere & frica cum Butyro: tempera cum Melle despumato. Dosis vnc.ß. in introitu lecti.

Electuarium ad libidinem augendam: Recipe vuam passam, Daucũ domesticum, & abiice interiora, tere diutissime cortices, & adiunge Gummi Arabici lib.j. Pone in frixorium stanneum, & superadde olei Sesamini vnc.j. frica, & pone Mellis lib.iij. Dimitte vsque quo condensentur: Admisce vitellos oui num.v. ab igne remoue: & adde Galangæ drach.ij. sem.vrticæ, Piperis longi, Cinnamomi, Caryophyllorum, sem.Rapæ, Ceparum, Dauci ana drach.ij. commisce diligenter. Si volueris tingere, adde Croci drach.ij. postea reconde in vase vitreo, & vsui reserua. Arnoldi Villanouani.

Electuarium contra sterilitatem, Arnoldi Villanouani: Recipe Vitelli ouorum num.vj. Butyri recentis, seui Capræ ana quart. j. Priapi Tauri, Satyrionis, Zedoariæ, Zingiberis conditi, Menthæ, Testiculorum Gallorum, Testic. Vulpium, Testic. Mutonis, Testic. Verris ana vnc.j. Cerebellorum passerum assatorum vnc.ij. Medullæ Nucis Indicæ, Pinearum, Pistaciorum ana vnc. j.ß. Fisticorum, Amygdal dulc. Dactylorum, Auellanarum coctarum ana vnc. j.ß. sem. Maluæ, sem. Mercurialis, sem. Erucæ, Caryophyllorum, Zingiberis Piperis longi, albi & nigri, sem. linguæ auis, Cinnamomi ana vnc.ij. Ista omnia mundificentur, temperentur, & coquantur in lacte ouino, vel vaccino, & post fortiter conterantur, & addantur Caudarum Scincorum vnc. ß. Mellis Rosati. lib.ij. Conficiantur lento igne, diu agitando, decoquantur ad Electuarii consistentiam, quo continue mane & sero vratur.

Electuarium ad dolorem Colicum: Recipe Opii drach.ij. Castorii, Euphorbii, styracis, Myrrhæ, Piperis longi, nigri ana scrup.j. sem. Apii, sem. Petroselini, sem. Cumini, Cinnamomi ana scrup.ij. cum Melle despumato fiat Electuarium. Eiusdem.

Electuarium soluens ventrem Fumanelli: Recipe Acororum vnc j.ß. Turpeti electi vnc.ß. Carthami, Hermodactylorum ana drach.iij. Stœchadis, Zingiberis, Asari, Origani, Anthos, Nucis Moschatæ, Caryophyllorum, Herbæ Paralysis ana drach. j. sem. Apii,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 466 sur 1557

ſem. Aniſi, ſem. Liguſtici ana ſcrup. ij. Mellis deſpumati lib. j. ß. Fiat Electuarium. Datur drach. ß. Quod ſi vehementius optes, addito Diagridii drach. ß.

Electuarium, quo milites Hiſpani vtũtur, affecti lue Hiſpanica: Recipe Mellis optimi lib. j. Sarſæ Parillæ vnc. iv. Panis Biſcotti vnc. iij. fol. Senæ vnc. j. ß. puluerizentur tenuiſſime, & paſſentur per ſtaminium, & omnia ſimul commixta coquantur leui ebullitione, & foco remota decoctioni adde vini cauſtici vnc. ij. De hoc Electuario ſumat patiens mane & veſperi ſingulis vicibus vnc. j. ad dies 14. præmittendo purgationem: & eandem die 7. & 14. renouando.

Philonis Tharcẽſis Antidotus, ſimilis ei, quam Meſues deſcribit. Galeni: Recipe Croci drach. v. Pyrethri, Euphorbii, Nardi Indicæ ana drach. j. Piperis albi, ſem. Hyoſcyami ana drach. xx. Opii drac. x. Mellis quantum ſufficit. Confice ſecundum artem, expertiſſima ad ſedandos vehementes & lethales partim dolores, ventriculi, coli, hypochondriorum, hepatis, lienis, renum, vteri, excitatis à crudis humoribus, aut flatu craſſo, aut amborum cauſa intemperie frigida; valet etiam ad ſuffocationis periculum, ſingultum vehementem, & vrinæ difficultatem.

Paulina Galeni: Recipe Cinnamomi, Coſti, Galbani, Caſtorii, Opii, Piperis longi, nigri, Styracis ana drach. j. Mellis quantum ſufficit. Tunduntur quæ tuenda ſunt, & cribantur per anguſtiſſimum cribrum: Galbanum in Melle diſſoluitur, & factum electuarium in conſiſtenti forma reponitur in pyxidem vitream, aut argenteam. Facit Hæmoptoicis, tuſſientibus Phthiſicis, Peripneumonicis, ad conuulſa, rupta, ſtomachi ſubuerſionem, bilem vomentes, ac ſecernentes, Cæliacos, Dyſentericos, ad affectiones circa veſicam, ſuffocationes vteri, febres per circuitum repetentes, hora vna ante exacerbationem exhibita: Facit in malum habitum delapſis cibum non ſentientibus, ac pharmaca lethalia & plagas venenum iaculantium beſtiarum.

Sotera Pauli: ℞. Nardi Indicæ, Caſtorii ana ſcrup. xxxix. Myrrhæ ſcrup. xxvij. Croci ſcrup. xxxvij. Opii, Schœnanthi ana ſcrup. xxxvj. Petroſelini ſcrup. xlv. Aniſi ſcrup. ix. Apii ſcrup. vij. Caſſiæ ſcrup. xij. Piperis longi, Amomi, Seſeli ana ſcrup. xij. Siponis ſcrup. vj. Styracis Hedycroci, Coſti, Aſari ana ſcrup. xiix. Mellis quantum ſufficit. Fiat opiata. Seruatur ad decennium.

Muſa

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 467 sur 1557

Musa Enea, siue Zazenea, Mesuæ: Recipe Castorii, Myrrhæ, Opii, Piperis nigri, longi, Galbani, Costi, Cinnamomi, Phu, Meu, Dauci, Asari, Croci ana vnc. ß. Mellis Hispanici despumati triplum. Misce, seruatur ad annos decem. Valet ad omnes passiones frigidas & ventositates crassas, & dolorem, & corrosionem eorum, & ad frigus stomachi & tarditatem digestionis, & colicam, & difficultatem vrinæ, & ad frigus & phlegma, & ad mucositatem vrinæ.

Diaolibanum Nicolai: Recipe Castorii, Opii, Hyoscyami ana drach. iv. Cassiæ ligneæ drach. ij. scrup. ij. Polii, Croci, Thuris masculi, ana drach. ij. Rheupontici, Amomi ana drach. j. scrup. ij. Myrrhæ drachm. j. ß. Spicæ Indicæ, Pyrethri, Euphorbii, Leucopiperis ana scrup. ij. ß. Pæoniæ, Styracis Calamitæ, Macropiperis ana drach. j. Mellis despumati triplex pondus. Fiat opiata. Seruatur ad annos tres. Vtile est ad diuersas passiones capitis, Hemicranicum dolorem placat, & supercilii lachrymas potenter stringit, fauces Rheumaticas & arterias lenit, Hæmopticis, & tussientibus medetur vomitum compescit, dolorem stomachi & nauseam aufert, Peripneumonicis, pleuriticis empyicis sine dubio subuenit, Gonorrhœam & Satyriasim emendat, & menstrualem sanguinem sistit.

Theriaca communis, Augustani: Recipe rad. Enulæ drachm. xv. rad. Aristolochiæ rotundæ drach. x. Granorum Iuniperi, Zedoariæ, Scordii, Chamædryos, Chamæpytios ana drach. ß. Aristolochiæ longæ, comarum Hyperici Scabiosæ, sem. Rutæ, Sauinæ ana drac. iij. Betonicæ, Saluiæ domesticæ, Prassii, Spicæ Romanæ, Baccarum Lauri, Gentianæ, Diptamni albi, Tormentillæ, Calami aromatici ana drach. ij. rad Meu, rad. Phu, rad. Pimpinellæ, sem. Ammios, sem. Carui, Macis, Santali rubei, Succini Citrini, flor. Melissæ, Menthæ, rubeæ ana drach. j. Castorei, Absynthii, Calaminthi montani, Zingiberis, Piperis nigri ana drach. ß. Nucum iuglandium, num. x. olei Terebinthinæ vnc. j. Oxymellis Styllitici vnc. iv. Mellis despumati triplum. Hæc quoque Theriaca nobis vsui est, & paratu facilis, non tamen minus efficax in constitutione pestilenti, cuius vsus est plebeis maxime, vt minus pretiosa. Pro oleo Terebinthinæ sumpsi medietatem, id est, vnciam semis, & addidi tandundem olei è baccis Iuniperi, & suauius fit medicamentum.

Ambrosia Archibii, Galeni: Recipe Anisi, sem. Ap. j ana drach. iv. Myrrhæ, Opopanacis ana drach. j. Cinnamomi, sem. Loti amari,

Cassiæ

Cassiæ, Spicæ Indicæ ana drach.ij. Croci drach.ij. ß. Piperis drach.ß. Opii drach.iiij. Mellis despumati quantum satis est. Confice secundum artem. Ad omnes internas affectiones vtilis est pota: ad intestinorum tormina quidem ex vini Myrtini, & aquæ quarta heminæ parte: ad hepar autem ex aquæ mulsæ hemina dimidia. Idem ad vigilias, Ophthalmiam & lateris morbum ex aqua mulsa: ad stomachi demum vitia, ex vini Granatorum Cyathis duobus & aquæ totidem.

Opiata sopiens sensus Antonii Chalmetri: Recipe Pyrethri, Euphorbii, Spicæ Nardi ana scrup j. Croci optimi drach. j. scrup ij. Lachrymæ Papaueris drach.i j scrup.j.sem. Hyoscyami albi drach. ij.scrup.j.sem. Papaueris albi drac.v.scrup ij. Mellis optimi non cocti q.s. Misceantur, fiat opiata.

Oleum & aqua Mellis Quercetani. Ex Melle in vitreum alembicum impositio, aquam eximiam primum elicies per Baln. M post capiti mortuo, aut fæcibus relictis, arenam vel silices calcinatos addes, ne regurgitet materia, quam per retortam vitream pellis, subiiciendo ignem per gradus: ita destillabit oleum pellucidum & flauescens simul cum oleo crasso & impuro. Omnia digerantur per quatuor aut quinque dies: post rursus destillentur per alembicum intra arenam, manabitque oleum purum, & rubicundum aquæ suæ supernatans. Hæc aqua acidissima est prope ad instar aceti destillati: & plurimum aduersus Gangrænam conducit. Oleum autem, quod instar aquæ vitæ ardet, vires habet admirandas, præsertim si per dies aliquot circuletur cum vini spiritu. Separato enim illo postea remanet oleum dulce & gratissimi saporis, vulneribus sclopetariis, & phagedænicis vlceribus plurimum conducens.

Oleum Mellis Andernaci, Mel cum fauis vasi fictili imponitur, & in fimo, equi calido maceratur, dum Cera à Melle separata supernatet: qua alba Melli Silices minutissimi permiscentur, & ampullæ induntur, destillaturque primum aqua acerrima (cum hac egregia ex Corallis rubeis extrahitur tinctura) deinde oleum. Singulare est ad podagricos dolores sedandos, vulneraque curanda, remedium.

Aliud oleum Mellis præstantissimum: Recipe Mellis à sua Cera non

non ſeparati lib. ij. Tartari in puluerem redacti lib. j. Putrefiant ſimul in fimo quindecim dierum ſpacio, & deſtilletur per retortam. Emanabit primo aqua candida, tum flaueſcens. Hanc redde capiti mortuo, & putrefiant rurſus per quindecim dies.

Poſt depelle iterum per retortam. idque ter facito: ac tum oleum Mellis præſtantiſſimum conſequeris.

Vel: Recipe Mellis lib. iiij. ſuperfunde aceti, vt emineat quatuor digitos, deſtilla ex arena aquam acerbam, hanc rectifica: ſoluit Corallia, Margaritas & alios lapides pretioſos.

Fæces poſt olei deſtillationem reuerbera, & cum propria aqua ſolue, filtra atque coagula, idque ter: hunc ſalem proprio oleo commiſce & inde fiet fortius: per ſe in omnibus putridis vlceribus confert: nunc de vegetabilibus pluries.

CAPVT V.

De Abſynthio, & Althea.

ABſynthium Latinis, Græcis ἀψίνθιον, ἀβρόθιον, βαθύπικρον, βαρύπικρον, à Comicis ἀπίνθιον, id eſt, impotabilem, ob nimiam eius amaritudinem: Latinis Aloina ſiue Abſinthium, per Antiphraſin ab ἅψιος, id eſt, tangendo, quod minime tangatur & guſtetur ab animalibus: dicitur etiã Herba ſortis, & ab odore ac ſapore ingrato ab antiquis Abſinthium ruſticum. Gallis dicitur Abſinſe, Aluyne ou fort: Italis Aſſenzo, Aſſentio; Romanis Naſcentio; Venetianis Bon Maeſtro; Hiſpanis Aſſentios, Aloſena & Aloſna: à Serapione cap. 14. de temp. ſimp. Arabice dicitur Affinthium, & à Stephano Arabum interprete Almacum: Ab aliis medicis Arabibus Aſenefu, Seſurem, Alhanlais, Barus, Bulengi, Bululengi, Liembali, item & Zuriderbar, &c. In eius recenſendis ac deſcribendis ſpeciebus vix duo conſentiunt, ex probatis tamen authoribus eius differentias breuiter demonſtrabimus. ſic opinionum varietas conciliabitur antiquorum allata authoritate.

Prima eſt Abſynthium vulgare omnibus notum, in huius explicatione non opus eſt diutius commorari.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 470 sur 1557

Secundo est Absynthium Montanum seu Romanum: à Dioscoride, Aetio. & Æginetha, Absynthium Pōticum: Mesues vocat Absynthium Romanum, Plinius Absynthium Italicum: à Serapione de simpl. cap. 14. veluti & aliis Arabibus dicitur Mesarugie, Cuscute Romanum & Sceha siue Sciha Romanum: Italis dicitur Assenzo, Montano, Assenzo Pontico, Assenso Romano: Hispanis Alosena Montesina & Gallis Aluyne Montaigne.

Tertio est Absynthium Ponticum Galeni, Græcis ἀψίνθιον ποντικόν, Latinis Absynthium minus, Absynthium tenuifolium, Absynthium Ponticum, & ab Auerrhoe Absynthiolum, ab aliis etiam Absynthium nobile. Huius adhuc ab authoribus tres dantur species vt Absynthium supinum, Absynthium repens, & quia Absynthium Ponticum, Galeni iam dictum, etiam est repens, dicitur hoc Absynthium minus supinum: Italis Assenzo sopino, & Assenzo Pontico sopino: Deinde est Absynthium Alexandrinum, Italis Assenzo Alexandrino, hoc est, Absynthium Nabathæum Auicennæ, à quibusdam Seriphium Absynthium: Hinc sequitur Absynthium Ægyptiacum, quod alii Absynthium capilli Veneris, Absynthium Seriphium Ægyptium, item peregrinum vocant.

Quarto traduntur duæ species Absynthii, nimirum Absynthium Arborescens, Italis Assenzo del comasso, Germanis Baumwermuth/ & Absynthium album, Italis Assenzo ombellifero Herbariis Absynthium vmbelliferum: Germanis weisser vñ Cronen Wermuth/ Heluetiis vt scribit Gesnerus, herba dicitur alba.

Quinto afferuntur sex genera de Absynthio Marino: 1. species à Græcis vocatur Σηρίφιον & ἀψίνθιον θαλάσσιον: Latinis Seriphium & Absynthium Marinum: Germanis edler Wermuth/ vnd kleiner Garten-Cypreß. 2. dicitur Seriphium Maius, & Absynthium Marinum Maius: Herbarii vocant Santolinam maiorem: Germanis grosser garten-Cypreß/ quia Abrotono minore simile; Valerius Cordus hanc speciem vocat Santonicum Maius, sed putatur ab authorib. eum committere erorē. 3. Species dicitur Seriphium vulgare: Italis Assenzo Marino: Hispanis Assentios Marinos, Alosna Marina & Gallis Aloyne du Mer: Germanis gemeiner Meer Wermuth. 4. Species Absynthii Marini dicitur Absynthium Tiberiadicum & Absynthium Genezareticum, affertur enim ex terra sancta, & crescit ad Mare Tiberia-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 471 sur 1557

Tiberiadis siue stagnum Genezareth, vbi etiam colligitur. 5. Species est Absynthium Seriphium Gallicum: Germanis Frantzösischer Meermermuth. Sexta species est Absynthium seriphium Latifolium, Germanis breiter Meer Wermuth / Camerario in Matth. Santonici species maiuscula, Lobelio Absynthium Xantonicum vulgare.

Sexto, Affertur genus Absynthii quod Græcis ἀψίνθιον Σαντόνικον, & ἑλμινθοβοτάνη vocatur: Latinis Abtyntium Santonicum, à columella herba Santonica: de hoc poeta sic refert

Santonica medicata dedit mihi pocula virga
os hominis, &c.

vulgares medici vocant Centonicam & Absynthium Gallicum: à Serapione cap. 14. de simpl. Sandonicon, ab Auicenna Sceha siue Sciha, ab aliis Scea & Iobaricon: à Glossographo Auicennæ Hassech, & apud Hali abbatẽ inuenitur silium: Italis Assenzo Sandonigo & Sandanigo: Verum Santonicum apud veros doctos atque Latinos vocatur sementina, propter maximam quantitatem seminis, quam fert: dicitur etiam zina siue sina & Granella. In Pharmacop. Holandiæ & Flandriæ dicitur Sanctolinum: à Medicis aliis & Pharmacop. dicitur semen Lumbricorum, semen Alexandrinum, semen sanctum, & semen Zedoariæ: Italis Semenzina siue Semenzena, item Semesanto & Seme contra vermi: Hispanis Semiente contra lumbrizes: Neapolitanis Sementella: Gallis Mort des vers, la mort aux vers & Barbotine: Cretensibus vero Ormigobotanon: Germanis Wurmkraut / siue Wurmsamen Kraut & Zitwansaat / &c. Hæc de variis generibus ac speciebus Absynthii: nunc paulisper & eius efficaciam, virtutesque, Deo dante, perlustrabimus.

Absynthium omne aromaticam, suauem admodum, acrem & amaram possidet qualitatem ait Galenus: attamen vulgare quoddam in hortis multis inuenitur, minime amarum, sed dulce, soloq; sapore a pontico distinguitur. Omnia vero stomacho conferunt roborando, coctionem iuuant, & alui lũbricos tam sumpta quam admota enecãt. De Absynthiorũ porro differẽtiis, videatur Bauhinus Medicus Basilienfis, qui librũ integrũ edidit de Absynthiis, &c.

Absynthium Ponticum calidum est in primo gradu & siccum in tertio, teste Galeno: Multum adstringit, minusque reliquis ge-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 472 sur 1557

neribus extenuat. Seriphium Pontico est nonnihil calidius, magisque extenuat. Santonicū minus extenuat, calfacit atque desiccat quam Seriphium. Absynthium pōticum ventriculo in cibo & potu prodest, concoctionem adiuuat, corpus calfacit, dolores mitigat, venena & noxia ex corpore expellit. Idem vinum Absynthites, aut flores in vino decocti, præstant. Tormina & dolores ventris sedant, in vino cum Cumino, decocti flores, si calidum sumatur: Lumbricos pellit, ictericis est salutare, menses euocat, ixiæ, cicutæ, muris aranei morsibus, & draconi marino aduersatur. Strangulationibus fungorum, ex aceto potum subuenit: vnde pecoribus datum à noxiis ea custodit, & liberat. Stillatitia aqua iisdem pollet viribus: aliquanto tamen est debilior: Pueris quatuor aut quinque eius Cochlearia medicaminis vice commode porriguntur. Santonici semen in cibo aut potu sumptum, dysenteriam aluique fluxus compescit. Herba vino decocta lumbricos educit. Dioscorides cum Oryza & Melle decoquendam scribit. Stillatitius liquor melior est & commodior, ob grauem herbæ ipsius odorem. Seminis Santonici præcipue ad lumbricos necandos & è corpore pellendos est vsus, ac maxime corpori, nisi adulteretur, confert, ac cum Melle, non vt quidam existimant cum lacte, pueris est dandum. Seriphium potest eadem quæ Santonicum.

Extrinsecus Absynthii stillatitia aqua temporibus illita, dolorem capitis è frigore natum mitigat. Oculis instillata claritatem adfert. Auribus item ex quibus manat sanies infunditur. Cum Melle & nitro tusum Absynthium anginam discutit. Vapor decocti Absynthii dentium dolori medetur, auribusque immissus est salutaris. Decoctum in vino: singultus & ventriculi dolores in cataplasmate adiuuat, cum cerato præsertim Cyprino. Ad eadem est vtilissimum oleum Absynthii. Vestes à tineis præseruat. Atramentum librarium succo eius temperatum, libros à murium erosione tuetur. Succus eadem facit, in potionibus tamen improbatur. Stomacho namque obest, & capitis dolores adfert.

Aqua cum Absynthio decocta lectis & parietibus aspersa Cimices abigit. In febribus ab eius vsu est abstinendum. Santonici tā folia, quam succus putridis vulneribus, & hominum & pecorum imposita, vermiculos expellunt. Fracturas vulneribus alligata herba sanat.

Ex

Ex Abſynthio talia conficiuntur, prout ſequuntur medicamenta: Succus Abſynthii exicatus in hunc modum fit: Recipe Abſynthii contuſi, exprime per ſe, poſtea ſuccum coque ſuper ignem ad Mellis conſiſtentiam. Alii ſuccum expreſſum in vaſe vitreo ſupra arenam calidam, vel ſole coagulant inſtar Aleopatic. Fiet autem in menſe Maio quando Abſynthium in optimo ſuo conſiſtit vigore, abſque caulibus. *Succus Abſynthii.*

Alii Abſynthium conciſum aqua fontana permiſcent, putrefaciunt per 5. vel octo dies, deinde concoquunt, exprimunt & concoquunt in aliquam craſſitiem: Optimum vero dicunt eſſe hunc: Recipe Abſynthii extra ſolem ſiccati M. 30. vel 40. ſuperfunde huic aquæ fontanæ tantum, vt emineat 4. digitos, repone per 4. dies ac noctes ad macerationem: Macerato, plus affunditur aquæ, coquitur & exprimitur: Expreſſo viciſſim recens affunditur aqua & coquitur, tandem colatur & inſpiſſatur pro lubitu, vel in conſiſtentiam inſtar Mellis, vel vt Aloepaticum, &c. Huius ſucci vſus tam ab extra quam intra adhibetur in Medicina: Doſis drach. j. cum Syrupo Cichorii vel Endiuiæ: Ab extra ſolutus inſtillatur Auribus vt vermes in eis interficiat; vel etiam in matticem mittitur, vt reducat menſes: alias etiam in vnguentis & emplaſtris ſtomachicis vtiliſſime vtitur.

Ex Abſynthio etiam fit Syrupus veluti deſcribit Meſues: Recipe Abſynthii Romani lib. ß. Roſarum rub. vnc. ij. Spicæ Indicæ drach. iij. vini clari veteris opt. ſucci Citoniorum ana lib. ij. ß. Macerentur in vaſe Marmoreo, aut fictili denſo per noctem vnam: Deinde coquantur. Colaturæ adde Sacchari lib. ij. Confice ſecundum artem. Ventriculum roborat & iecur, aliaq; inſtrumenta nutritionis, appetentiamq; excitat: Contra Regium Morbum prodeſt, flatus diſcutit, humoreſque per vrinam pellit. *Syrupus Abſynthii.*

Simpliciter ſic fit: Rec. ſucci expreſſionis Abſynthii vnc. xij. & ß. Aquæ puræ fontanæ lib. ij. coquantur ad tertiam partem, deinde vini veteris lib. j. & Mellis lib. j. adde, coque, cola, & vt artis eſt redige in Syrupi conſiſtentiam. Hic Syrupus prout & prior maximi æſtimantur in medicina. datur ab vnc. j ad ij. per ſe & cum appropriatis morbis conuenientibus.

Vinum Abſynthii ſecundum Arnoldum: Abſynthium in dolio *Vinum*

vini seu musti pleno immitti debet antequam ferueat, vt per eius feruorem in vase, herbæ vis commiscceatur, deinde per hyemem in vase relinqui semper implendo iterum vas, si quod inde exhaustum fuerit. Alii diuersas herbas admiscent: Vt Carduumbenedictum, Melissam, Centaurium minus, Hyssopum, Borraginem, aromata & id genus alia. Stomacho frigido prodest, flatus discutit, Colicam Phlegmaticam, & ex flatibus natam sanat: febribus omnibus, & regio morbo confert: ventriculum confirmat: vermes enecat, &c.

Extractũ Absynthii. Extractum Absynthii: Absynthium minutim inciditur, inditurque ampullæ vitreæ, & vino stillatitio, quod aliquot digitos supereminеat, perfunditur: deinde illa cæco operculo occlusa, macerant in balneo, vel in sole, vel iuxta fornacem diebus aliquot: postea eximitur, & sub prælo valde exprimitur, fæcibusque reiectis, recens herba in idem vinum ponitur, maceratur, exprimiturq;, vt prius: isque labor ter quaterque repetitur, prout extractum efficax desiderauerimus. Tandem vinum illud in balneo ex ampulla extillatur, dum extracti spissitudo in fundo Mellis instar appareat, vel spiritu vini euocato, aquosum affluat: Hic modus est vulgarissimus ac cõmunis: nobilius fit, si Absynthium prius in aere exsiccatum, deinde concisum fuerit; & denique cum spiritu vini extractum destilletur, inque legitimam extracti essentiam inspissetur.

Conserua Absynthii. Conserua Absynthii sic fit: Recipe Thymi Venetiani vnc. ij. vini albi optimi lib. j. ß. coque Thymum ad vnc. xij. vini: Deinde exprimito, & adde Sacchari albi lib. j. coque ad formam Syrupi crassioris, deinde cum infrigidatum fuerit, adde Absynthii viridis, optime incisi ac subtilissime in mortario lapideo contusi vnc. xiix. Misce ac reponatur.

Aqua Absynthii. Destillatur etiam ex Absynthio, veluti & aliis herbis aqua sine corrosione quæ magnarum est virtutum: Dosis vnc. ij. ad vnc. iij. cum Saccharo, Syrupo vel aliis appropriatis.

Sal Absynthii. Ex fecibus ab aqua destillata Absynthii remanentibus, vel etiam Absynthio recenter combusto, Egregium lege Artis fit Sal, quod maximum est Arcanum in hydropi, mouet vrinam, si cum vino eius sumantur grana v. In peste etiam Arcanum, excellensq; est remedium,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 475 sur 1557

medium, miſcetur etiam cum aliis medicamentis, Pilulis, Extractis, Syrupis, Conſeruis, &c.

Ex Abſynthio deſcribitur etiam confectio Trochiſcorum, ſecundum Meſuen: Recipe Roſarum, Abſynthii, Aniſi ana drach. ij. Rhabarbari, ſucci Eupatorii, Aſari, ſem. Apii, Amygdal. amararum, Nardi Indicæ, Maſtiches, folii ſeu Spicæ Romanæ ana drach. j. ſucci Endiuiæ quantum ſufficit, formentur Trochiſci, in charta minda, Ceræ liquatæ intincta ſeruandi per annum. Obſtructiones ventriculi, & hepatis, & ab his dolorem & febres antiquas tollunt, dictas partes, reliquaſque nutritorias roborant, ac appetentiam excitant. *Trochiſci de Abſynthio.*

Oleum Abſynthii vulgare ſic fit: Recipe Comarum Abſynthii vnc. iv. olei Omphacini lib. j. Macera & inſola in vitreo vaſe per dies octo, deinde Abſynthium permutato, videlicet inſolationem exemptam exprime, atque aliud recens Abſynthium impone vt ſupra: atq; ita tertio fac: cola & ſerua. Hoc oleum calefacit atque roborat ea quæ ſunt refrigerat, potiſſimum vero ventriculum: Excitat appetentiam, obſtructiones aufert, lumbricoſque enecat. Oleum vero ex Abſynthio ſtillatitium, longe alias vires habet videlicet internas cuius gut. iiij. dantur cum vehiculis appropriatis, in multis peneque infinitis morbis, &c. *Oleum Abſynthii.*

Semẽtinæ puluis compoſitus, per ſe quidem datus paruulis cum lacte multum prodeſt, ſed propter nauſeam hi ſequentes modi veniunt habiliores: Recipe ſem. ſancti, Senæ Alexand. electæ, Diptamni albi, rad. Tormentillæ ana drachm. j. Turbethi ſcrupulos duos. M. ac pulueriſentur. Doſis à drach. ß. ad drach. ij. cum lacte vel aqua graminis, &c.

Aqua ex ſemine hoc ſancto fit, quæ nobilior eſt in hoc affectu: Recipe ſem. ſancti vnc. viij. C. Cerui recenter raſpati vnc. iij. florum Perſicæ arboris vnc. j. Aloepat. vnc. ß. pulueriſentur groſſo modo, deinde ſuperinfundatur hic puluis cum aquæ Rutæ, Abſynth. Florum Perſicæ ana vnc. viij. Putrefiant in Balneo Mariæ, per tres dies ac noctes, deinde fiat accurata deſtillatio, vſque ad remanentes fæces, cohobando aliquoties ab vnc. ß. ad vnciam j. ß. per ſe, pro ratione ætatis.

Præ-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 476 sur 1557

Præterea & eius vſus talis etiam inuenitur: vt puluis contra vermes, Auguſtani: Recipe ſeminis ſancti vnc. j.ß. Farinæ lupinorum vnc. j. Diptam. albi, Indici anc vnc.ß Cornu Cerui, vſti, & præparati, Scordii veri ana drach. j.ß. Croci drach. ß. G.vj Sacchari albi, aqua Abſynthii diluti q. ſ. eſt. Fiat confectio in morſellis.

Vinum Abſynthite purgans aquas, Eraſti: Recipe Abſynthii M. j.ß. Carduibenedicti M.j. Agrimoniæ, menſuram j. Aſplenii, Ericæ, Verbenæ ana M.ſ. Rad. Ireos florent. vnc.j.ß. rad. Capparorum, Aſari, Polypodii ana vnc j.ß. rad. Cichorii vnc.j.ß. rad. Fœniculi vnc.j. rad. Apii vnc.j.ß. ſem. Fœniculi, Apii, Petroſelini, Aniſi ana drach j. Calami Aromatici, Cinnamomi ana drach.ij. Senæ vnc.j.ß. Soldanellæ M.iij. rad. Iridis conciſæ vnc.iij. Turpeti conciſi drach. v. Vini albi generoſi, in quo Chalybs ignitus ſæpius fuit extinctus, lib. xviij. Miſce, vtere alternis diebus, initio paſtus poculum vnum.

Vnguentum ad ſtomachi reſolutionem: Recipe olei de Abſynthio, Nardi, ana vnc. ij. Galangæ, Caryophyllorum, Maſticis, Cypri ana drach.ij. Santali albi, Coralli vſti, Corticum Citri, Cinnamomi Craſſi, ana drachm. ß. Aceti parum, Ceræ quantum ſufficit.

Vnguentum ad calefaciendum hepar: Recipe olei de Abſynthio, olei Nardini, ana vnc.iij. Spicæ Nardi Indicæ, Schœnanthi, Aſari ana drac.j. Antiſpodii facti ex Myrtho, vel ex Corallis rubris, vel ex Cornu Cerui drach.ij. flor. Anthos drach ß. ſem. Apii, Petroſelini ana drach.j. Ceræ Citrinæ quantum ſufficit; adde vini Maluatici quantum poterit bibere, vel id addatur tempore inunctionis.

Emplaſtrum ſtomachicum Meſues: Recipe Abſynthii, Ligni Aloes, Maſticis, Cyperi, Coſti, Zingiberis, Gummi Arabici, ana vnc. ß. Calami Aromatici, Thuris, Aloes ana vnc.iij. Caryophyllorum, Maceris, Nucis Moſchatæ, Iunci odorati, florum Nardi ana drach. j.ß. omnia miua Cotoneorum excipiantur, & extendantur ſuper pannum, & ſuffumigetur ſuper ligno Aloes, & ſuperponatur. Stomachum & hepar confortat, & calefacit.

Emplaſtrum contra vermes. Hieron. Mercurialis: Recipe fol. Abſynthii, fol. Abrotani ana M.j. Lupinorum contuſorum craſſe P.j.ß. Bulliant ſimul in aquæ lib.vj. & aceti Styllitici lib.j. Deinde omnia ſimul piſtentur diligentiſſime, & ventri apponantur.

Puls

Puls ad vermes Heurnii. Accipimus Abſynthium, contundimus ex aceto, & expreſſioni addimus fel bubulum, & farinam lupinorum: vmbilici regionibus inferimus.

Ceratum ſtomachale, Galeni: Recipe fol. Abſynthii ſiccorum vnc. xv. Roſarum rubrarum, Maſticis ana drach. xx. Spicæ Nardi Indicæ drach. x. Ceræ vnc. iv. olei Roſati, lib. j. ß. Aquæ Roſar. quantum ſufficit ad lauandum. Vini veteris auſteri, ſucci Citoniorum ana q. ſ. ad lauandum. Aceti parum. Omnia tenuiſſime terantur: Cera & oleum igne lento liquentur, & aqua Roſarum diu lauentur. liquentur iterum, & lauentur vino, ſucco & aceto: poſt miſce reliqua, & fiat ceratum. Ventriculum & hepar roborat: horum dolorem à frigido lenit, appetentiam excitat, coctionem iuuat.

Sal Abſynthii & Scabioſæ ſudoriferum, Heurnii. Abſynthium ſiccum & Scabioſam combure, Cineribus affunde aquam, coque ſeſquihoræ ſpacio: qua effuſa, iterum nouam aquam infer, idque toties dū inſipidam auqā demittant: Hinc aquam depura per Cilicium, vel inclinato vaſe effluat, & exhauriatur igne lēto. Propinantur huius ſalis G x. ex aqua Bugloſſi cum vino albo, vel ex conſerua Borraginis. Idem faciunt G. xij. ſalis Faxini cum aqua Carduibenedicti.

Althea ſiue Ebiſcus aut Ibiſcus, Græcis & Latinis, ab ἀλθαίν, id eſt, medendo dicta, quaſi dicas, medica: eſt enim maximus eius in medicina & Chirurgia vſus. In ſylueſtrium Maluarum eſt genere, foliis Cyclamini, rotundis lanugine caneſcentibus, flore roſaceo, bicubitali caule, radice lenta, viſcoſa, intus alba. Officinis Bismalua, item Maluauiſcus, ex Malua & Euiſco facto vocabulo, dicitur Germa. Ybiſch/groß oder wilde Bappeln. Locis gaudet humidis & pinguibus. Radix eius in fine Auguſti, & initio Septembris foditur. Floret Iulio & Auguſto. Dehac, mirum, inquit Plinius, aquam radice ea addita, addenſari ſub dio & elacteſcere. Folia & flores ſunt calida & ſicca in gradu primo. Radices in principio ſecundi: Miſcetur medicamentis, & ad internas & ad externas corporis partes.

Vino aut aqua mulſa cocta radix, aut per ſe pota, omnibus pectoris & pulmonis vitiis maxime eſt ſalutaris, cunctiſque ventris malis præſentiſſimo eſt remedio. Inteſtinorum corruptiones pari

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 478 sur 1557

modo ſanat, nec non dyſenteriam, omniſque generis Cholerica vitia. Earundem eſt virium aqua ſtillatitia. radicis ſtillatitius liquor aſthmaticis cum vino datur vtiliter. Plures eius vires in Malache ſeu Malua require.

Quæ de Malua traduntur, dupliciter de Althæa ſunt accipienda: vnde Biſmaluam hanc nonnulli appellant. Minutim ſciſſa radix, cum lacte aut aqua cocta, & ſubacta, illita, vlcera diſcutit, mollit, maturat & ad cicatricem perducit. Eodem modo cocta, & cum adipe anſerino aut ſuillo, aut Terebinthina ſubacta, ad vteri inflammationes & præcluſiones vtiliter admouetur. Ad eadem pollet aqua ſtillatitia. Semen viride ſiccumque tritum cum aceto, in ſole perunctum, alphos extergit. Cum aceto decocta radix, colluto inde ore, dentium dolorem mitigat. Medici frequenter vtuntur Althæa in Clyſteribus, exempli gratia: Clyſter ad vrinæ retentionem; Andernaci: Recipe rad. Altheæ vnc. iij. violarum M. ij. Maluæ P. ij. ß. Paſſularum, Iuiubarum ana vnc ß. ſem. Melonum, Cucurbitæ, Citrulli, Cucumeris, contuſorum ana drach. iij. flor. Chamomillæ, Violarum ana P. j. Coquantur in aqua hordei. in lib. ß. diſſolue olei violacei vnc. iij. Adipis Cuniculi, vel butyri recentis ana vnc. j. Miſce & fiat Clyſter.

Clyſter ad Colicum dolorem: Recipe rad. Altheæ lib ß. Maluæ, Branchæ Vrſinæ, Abſynthii ana M. j. Ficuum num. xx. ſem. lini, vel fœnigræci vnc j. vel ij. Aniſi, Carui Fœniculi, Cymini ana vnc. ij. vel vnc. ß. flor. Chamomillæ, Meliloti, Sambuci ana P. j. fiat decoctio. in lib. ß. Diſſolue Benedictæ vnc. j. olei Chamomillæ, vel Anethi vnc. iij. vel butyri vnc. ij. vini vn. iij. Miſce, & fiat Clyſter, Rondeletii.

Clyſter ad odorem nephriticum: Recipe rad. Altheæ, rad. graminis, rad. Aſparagi, Glycyrrhizæ, raſæ, vel pedis columbini ana vnc. ij. Betonicæ, Linariæ, fol. Fœniculi Marini ana M. j. Aniſi, ſem. Lini, Fœnigræci, ana vnc. ß. flor. Chamomillæ, Meliloti ana P. j. fiat decoctio. In huius lib. j. diſſolue Butyri recentis, vel axungiæ porci recentis vnc. ij. olei Scorpionum, vn. ij. Mellis communis vn. ij. miſce & fiat Clyſter.

Clyſter ad paſſionē Iliacā, Rondeletii: ℞. rad. Altheæ lib. ß. Maluæ cum rad. Violarum M. j. flor. Violarum Chamomillæ ana P. j. fiat decoctio in aqua hordei. In lib. j. decoctionis diſſolue Mel violarum,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 479 sur 1557

larum, vel Cassiæ nouiter extractæ, vel Cymini cum Saccharo vn.j olei Violacei vn.iij Misce & fiat Clyster.

Decoctum contra vrinæ ardorem, Fiascus Eques Ferrariensis. Recipe Altheæ, Maluæ, rad. Petroselini part.j. Coquantur in aqua fluminis vsque ad tertiæ partis consumptionem. Coletur, Dosis vn. ix. cum Butyro recenti, stomacho vacuo.

Clyster ad Scirrhum veteri, emolliens, Rondeletii. Recipe rad. Altheæ vnc.iij Cort. rad. vlmi vnc.ij. Maluæ M ij. sem. Lini, Fœnigræci ana vn.ß. Ficuum par.xx. sem. Apii, Petroselini, Altheæ ana drach. ij. flor. Chamomillæ, Meliloti, Violarum, Maluæ ana P.j. Fiat decoctio in aqua, vel iure intestinorum porci, vel veruecis vel iure pingui. Decoctioni adde pinguedinis porci, vel Butyri recentis, vel olei lib.ß. iniiciatur lib.ß. frequenter.

CAPVT VI.

De Anagallide, Anetho, Angelica & Apio.

ANagallis, eius duo sunt tantum genera, mas & fœmina, quæ flore solummodo distant, qui mari est puniceus, fœminæ cæruleus. Frutex est paruus, tam mas quam fœmina, non alte à terra consurgens, sed sparsus, caule quadrangulo, foliis pusillis subrotundis, ad helxines folia accedentibus, semine rotundo, sed in mari puniceo, in fœmina cæruleo. Gall. Morgeline, vel Mourron. German. Gauchheyl/oder Colmarkraut quod fortasse in vestibuli limine suspensa, maleficiorum introitum pellere sit credita. Passim in vineis & aruis crescit. Vliginosis tamen potissimum gaudet locis. Floret à Maio vsque in Autumnum. De hac Plinius: Mirum quod fœminam pecora vitant: at si decepta similitudine (flore enim tantum distant) eam degustauere, statim eam, quæ Asyla vocatur, in remedio quærunt. Præcipiunt aliqui effossuris ante solis ortum, priusquam quicquam aliud loquantur, ter salutare eam, tum sublatam eximere, ita præcipuas esse vires.

Videtur etiam Anagallis Corchorus esse, cuius Theophrastus lib. 7. cap. 7. meminit, in prouerbium ob amaritudinem abiisse, dicens, κόρχορος ἐν λαχάνοις, id est, Corchorus inter olera.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 480 sur 1557

Est & aliud Anagallidis genus, Sion dictum Germa. Bachbungen; diuersum ab hac Anagallide, ac à Dioscoride etiam separatum, vtraque calida est & sicca: extergendique naturam habent.

Vino cocta Anagallis, omnibus venenatis vulneribus, pota & illita prodest. Contra pestem est salubris, ante somnum haustus sumptus, contecto, post & sudante corpore: pestilentes enim humores per sudores educit. Succus seu stillatitia aqua morsis à rabidis canibus, si potetur & morsui illinatur, maxime confert. Vnde venatores hac ad canes læsos seu morsos à feris plurimum vtuntur. Quo dictum est modo vsurpata, hydropicis auxiliatur, jecoris obstructiones soluit, renes purgat, & calculum pellit.

Vim habet leniendi & extrahendi hæc herba. Omnis igitur generis vulnera huius aqua vel succo purgantur. Venena, clauos, sentes, spinas & aculeos, imposita, extrahit: manantia item & mordentia hulcera ad sanitatem, illita, perducit. Oculorum caliginem discutit, & argema rubens, cum Melle purissimo inuncta. Succus naribus infusus cerebrum purgat, fluxusque dentium attrahit. Anagallis mascula procidentia sedis proritat: Cærulea vero seu fœmina retro agit, vt tradit Plinius. Vnde colligere licet marem in extrahendo fortiorem esse fœmina.

Errhinum purgans pituitam, Rondeletii: Recipe Anagallidis depuratorum ana vnc. iij. succi Cyclæ, vini albi vnc. iv. Mellis vnc. ij. Misce. Quod si efficaciora optes, adde Diagridium, vel Agaricum, vel Colocynthidem, vel Veratrum.

Anetum Græcis ἀνήθον, ἀνήκη, πολγίδων, γόνυ κυνοκεφάλης, τρίχης κυνοκεφάλης, à Dioscoride. Nicolaus Myrepsus caules eius nuncupat ἀνηθόξυλα, Leonhardus vero Fuchsius sic vocat radicem. Latinis dicitur Anethum, Anicethum, Genitura Cynocephali & Capillus Cynocephali secundum mentem Dioscoridis. Paulus Ægineta vocat Anemium, & à Ioanne Bruyerino dicitur Escalata & Herba Tholosana: Italis Aneto: Hispanis Eneldo, Aneldo, & Heneldo: Portugallis Endros & Endres: Gallis Anet & Anete: A Serapione simpl. li. cap. 316. Xebeth: ab Auerrhoe scenat: Ab Andrea Bellunensi Alsebat: alias apud Autographum Auicennæ & aliis libris Arabicis inuenitur Næmlis, Vebet, Sebatum, Cebet, Seebet, Sebet, Sebez, Sceet, Aneide, Alscebete, Sohar, Seth & Rau: Ægyptiis

ptiis Arah: Affricanis Sicciria & Scyrria: Cretenſibus Agnithó: Apud Arabes ſemen dicitur Beſara Sebezi, &c.

Foliis primum duobus acuminatis prorepit, ſeſquicubitali aſſurgit proceritate, caulibus multis, rotundis: Comoſum, exilitate folii in ſtaminis penè modum extenuata, floſculo luteolo, ſemine lato & quaſi foliato, radice lignoſa nec adeo pro'ixa, vmbella Fœniculi, cui propter ſimilitudinem agnatum genus videri poteſt. Naſcitur in hortis paſſim ſatum, ac ſponte etiam prouenit. Floret Iunio & Iulio. Radix excidente ſemine vniuerſa perit, ac quotannis à ſemine renouatur. Notum culinæ, præſertim ad Braſſicam condiendam.

Calidum eſt intenſe in ſecundo, & remiſſe in tertio gradu. Exiccandi vim habet in fine primi aut initio ſecundi ordinis. Vſtum autem eſt calidum & ſiccum gradu tertio.

Comæ ſeminis decoctum ex vino potum lac euocat, tormina & inflationes ſedat, aluum leueſq; vomitiones ſedat. Vrinam cit, ſingultus lenit, oculorum aciem hebetat, & genituram aſſidue potum reſtinguit.

Miſcetur & Theriacæ Antiochi regis, cuius hæc eſt confectio: Recipe ſeminum Anethi, Fœniculi, Aniſi Ameos, Petroſelini, ana drach. vj. Trifolii acuti odorati drac. j. Milii, Serpilli, Farinæ vicio-rum, ſucci Angelicæ vel Opopanacis, ana drach. ij. his contuſis ac cribratis, cumque vino ſubactis optimo, Trochiſcos conficito, quos arefactos ad vſum reſeruabis, ac drachma eius in vino ſumpta, corpus ad deſudationem cooperies. Euidentiſſimum hoc præ aliis contra venenum eſt Antidotum.

Decoctum eius mulieribus præfocatione vuluæ laborantibus ad inſidendum eſt vtile. Semen vſtum & illitum condylomata tollit.

Oleum Anethinum: Recipe fol. & flor. Anethi contuſ. vnc. iv. olei veteris lib. j. Macera ad ſolem, vel in loco aliquo, diebus quindecim: deinde in duplici vaſe coquito & abiecto Anetho, recens iniicito, & iterum diebus quindecim macerato: poſtea ſimili modo coquito & exprimito, & tertio recens Anethum iniice: macera, coque & cola. Sedat dolores, aperit poros, & reſoluit vapores & Apoſtemata, tumores & durities: mitigat dolores & rigores febrium,

brium, prouocat somnum & sudorem. Parant nonnulli etiam ex Anetho Mulsam, vinum & alia, quorum modus facilis ac notus.

Angelica: De hac planta authores hactenus diuerse senserunt, Cordus censuit esse Smirnion Dioscoridis, alii dixerunt Laserpitium, Item Panaces Herculeum, sed perperam: Nostris dicitur Angelica maior, radix sancti spiritus, Costus niger siue Costum nigrũ, & Panaces Angelicum. Medici Practici vocant Angelicam: Italis dicitur Angelica, Gallis Angelic, & Angelique; Anglis Angelica: Germanis heiligen Geistwurtz vel Engelwurtz/ ac si spiritus sanctus ipse, siue Angeli hanc plantam aut radicem microcosmo in salutem manifestassent. Hinc & non immerito à quibusdam dicitur Panaces Angelicum. Alia etiam species eiusdem plantæ vocatur Angelica minor aquatica, & Angelica minor sylueſtris: Italis Angelica minore, & Angelica Saluatica: Germanis klein wildt Angelic. Tertia species dicitur Angelica minor Montana, & Angelica sylueſtris Montana: Germanis klein Berg Angelic/ quia in montibus excelsis crescit vegetatque. Quarta species, dicta est Angelica Scandiaca & Archangelica: Germanis Nordtwegisch & Pomerisch Angelica.

Angelica calefacit & siccat ordine secundo, aperit, attenuat, digerit, crassos humores incidit & discutit sanguinem, venenis aduersatur, menses promouet, cor & facultates recreat, pestilentibusque morbis plurimum conuenit. Aqua ex radice stillata, iisdem viribus est prædita. Mire confert pestis contagio, repentinis confert febribus aut sudoribus puluis eius semidrachmæ pondere cum drachma Theriacæ in quatuor aquæ eiusdem stillatitiæ Cyathis sumptus, contecto & ad sudorem reclinato corpore. In Theriacæ inopia puluueris integra drachma sumi poterit. Aduersus pestilentem aerem in aceto radix imbuta naribus admota, aut quandoque ieiuna pota valet plurimum. Tormina & frigore nata aquæ Angelicæ, aut radicis puluis, si non adsit alui obstructio, sedat. In summa, aqua stillatitia & puluis radicis omnibus internis corporis vitiis medetur. In pleuritide datur vtiliter. Ruptis & pulmonis vitiis est vtilis, tormina discutit, stranguriam adiuuat, fætum & menses educit, omnesque internos tumores discutit. Ad eadem radix in vino aut mulso decocta, ægrotantibus

bus commode datur. Canis dentibus infusus succus, fluxus eorum compescit. Auribus aqua indita est auxilio. Caliginem oculorum emendat. Rabidi canis morsibus cum pice radix illinitur. Veteribus profundis vulneribus, aqua, succus & puluis instillata, purgant, & carnem regignunt. Coxendicum dolori & podagricis aqua cum panniculo imposita fert opem; lentos enim & viscosos collectos humores consumit. Multæ aliæ huius virtutes ex prædictis colligi possunt. Semen parium cum radice est facultatum. Syluestris in virtute est debilior, ac in vino potissimum ad recentia & vetera vlcera extrinsecus sananda decoquitur.

Puluis Alexipharmacus præstantissimus, & multis experimentis comprobatus, contra vulnera venenata Sclopetica. Iosephi Quercetani: Recipe Angelicæ Satiuæ vnc. iv. Angelicæ Syluestris, Altheæ ana vnc. ij rad. Asclepiadis vnc. j. Valerianæ, Tormentillæ ana vn. ß. Polypodii Querc. vnc. ij. Vrticarum vnc. j. Thymelææ vnc. j. ß. Scabiosæ, Valerianæ min. ana vnc. ß. radices omnes euellantur intra 15. Augusti & 8. Septembris, quæ postea incidantur, ac reponantur in ollam vitreatam sigillatam cum sufficienti quantitate aceti: atque ita 12. horas macerentur, post coquantur spatio horæ vnius cum dimidia. Effuso tum aceto exiccentur, donec in puluerem redigi queant contusis omnibus, adde acinos herbæ paris num. 12. cum eiusdem foliis 36. fiatque puluis: cuius dosis est dra. j. cum vino albo.

Parantur ex radice hac vtilia ad medicinam medicamenta vt vinum, Mulsa, Extractum, Conserua, Syrupus oleum, Conserua Tabulæ, Sal aqua, incrustatur etiam Saccharo, & modus processionis est sicut cum aliis.

Apium Græcis Σέλινον & Σέλινον κηπαῖον: Latinis Apium Selinum, Apium hortense, satiuum & domesticum, apud vulgares medicos accipitur idem quod Petroselinũ, Petrosilium, & Persilium, inde ẽt nomẽ fere traxisse videtur apud gentes: Serapioni li. simpl. ca. 280. Arabice dicitur Karphs & Karphi: Auerrhoi Alcarsphas: Glossographo Auicennæ Alcarafz, & apud alios Arabes leguntur hæc nomina, Charfs, Charfi, Chares, Carphi, Alcarpse, Charafz, Alkarapse, Karfi, Carascis, Harps, Narum, Querrassum, Querraffum, Querferum Kerf & Sasonnech. Italis Pitroselllo, Petroselino, Apio domestico, Petrosello, Petroselino dome-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 484 sur 1557

domestico, & petrosemolo: Hispanis Perexil, Iulinert: Portugalensibus Salsa: Gallis Persil, du Persil, Persil de Iardin, & Persil domestique. Anglis: Germ. Persole Petersilg &c. hoc primum est genus: secundum dicitur Selinum polyphyllum, Apium multifolium, & Apium crispum: Anglis Curled Parsley: Germanis krauser Peterlein: Tertium genus à simplicistis, vocatur Apium, siue selinum tenuifolium, & Apium fœmina: Quartum, Apium Anglicum dicitur, siue Apium hortense maximum, vt vult Doctiss. Casp. Bauhinus.

Apii maximus fuit honos in Græcia: Nemeæ n. certaminis victores apud Græcos hoc coronabantur. Solebat antiquitus extremus Hortorum ambitus Apio conseri, vnde prouerb. factum est: Ne inter apia quidem sunt, pro eo, quod est, ne ingressum quidem aut initia rei attigerunt, qua figura etiam prouerbiali in Vespis vstus est Aristophanes, οὐδὲ μέν γ οὐδ' ἐν σελίνῳ οὔστιν, οὐδὲ ἐν πηγάνῳ. hoc est, neque in apio est, neque in ruta, hoc est, nec initium habet eorum, quæ futura sunt; vel ne in primis quidem rudimentis. Calidum est in ordine secundo, & siccum in tertio, estque διουρητικὸν. Rami Apii, Plinio teste, largis potionibus per iura innatant, & in condimentis peculiarem gratiam habent. Crudum aut coctum comestum vrinam mouet. Decoctum eius & radicum potum, letiferis medicamentis aduersatur, vomitumque ciet: aluum cohibet. Efficacius vrinam ciet semen. Succurrit ferarum morsibus, & iis qui lithargyrum hauserunt: inflationes discutit: medicamentis dolorem leuantibus, Theriacis, & tussi medentibus, vtiliter miscetur. Veteribus etiam, Plinio referente, in cibis eo vesci fuit omnino nefas: Nam id cibis defunctorum feralibus dicatum existimant: eosque qui ederint sterilescere, mares & fœminas tradunt. Succus, maxime radicis, cum vino, lumborum dolores mitigat. Difficilius concoquitur: propterea in medio ciborum sumendum docent. Comitiales maxime lædit; lactantibus mulieribus ab eo abstinendum, siquidem lac minuit. Semen præsumptum ebrietatem arcet. Confert etiam ad bonum corporis odorem. Ad rem veneream mulieres promptiores faciet. Pisces quoque si ægrotent in piscinis, apio viridi recreantur. Cum pane aut tenui polenta illitum, prodest ad oculorum inflammationes: æstum stomachi lenit: mammas grumis indu-

ratas

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 485 sur 1557

ratas discutit: idem imposita præstant mammis folia. Succus maximè radicis, instillatus cum vino, aurium dolori medetur. Decoctum seminis cum oui albo illitum, sugillata colori restituit. Oris hulcera tritum in frigida sanat. Semen ad omnia est efficacius quam folia, semine autem radix ipsa.

Petroselini radix & folia in cibis sunt vtilissima: vrinam cient, menstrua ducunt, stomachi inflationes discutiunt: torminibus medentur. Laterum quoque, renum & vesicæ doloribus sunt auxilio. Eadem præstat efficaciter nostrum Germanicum Petroselinum. Aliqui decoctum ex hoc faciunt contra ictetum, hydropem, & calculum renum, accipientes seminis Petroselini, Dauci siue Pimpinellæ, Fœniculi & Cumini sing. drach. ij aut iij. singulis in mensura vini albi nocte vna maceratis, ad tertiam decoquunt partem. Huius decocti manè & vesperi ad tres horas iciuno stomacho potus ægrotis datur. Eadem potest aqua stillatitia. Inflammationibus oculorum cum polenta aut recenti pane illitum medetur. Eodem modo Erysipelati prodest. Stomachi æstum impositum, reprimit. Lac coagulatum in mammis folia tusa & imposita discutiunt: vtile hoc modo iis, qui infantes ab vberibus subducunt.

Electuarium pro splene, Rondeletii: Recipe Conser. rad. Apii vn. j. Conser. Ceterac. Cons. Capil. Veneris an. vn. ß. spec. Diarrhod. Abb. Trochisc. de Cappar. ana drach j. Cum Syrupo acetoso fiat Electuarium, de quo capiat, superbibendo aquæ Fœniculi, vel Ferratæ, vel Asparagi vnc. j.

Pilulæ ad iecoris obstructionem, Rondeletii: Recipe Trochiscorum de Absynthio drach. j. Succi Apii, vel Syrupi Byzantini quantum sufficit. Formentur pilulæ paruæ num. x. pro drach j. Dentur mane, superbibendo parum vini albi modice diluti vnc. iij. aquæ Graminis, Asparagi, Endiuiæ Capillorum Veneris.

Trochisci hepatici, Asclepiadis: Recipe Anisi sem. Apii, Asari, Amygdalarum, Absynthii ana vnc. ß aquæ pluuiæ quantum sufficit, formentur Trochisci. Hepaticos iuuant: habent enim vim hepar expurgandi per vrinas. Dantur cum vino, febrientibus cum aqua. Galeni.

Pastilli ex Amygdalis amaris, Paulini: Recipe Anisi, Apii, Asari,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 486 sur 1557

Comarum Abſynthii, Amygdal amararum ana drac.ij. aquæ quantum ſufficit. Formentur paſtilli. Idem præſtant. Dantur febri carentibus ex mulſo, febrientibus cum hydromelite.

Trochiſci Diaſpermaton, Galeni: Recipe ſem. Apii, ſem. Ammi ana vnc.j Aniſi, Fœniculi ana vnc.ß. Opii, Caſſiæ ana drach.ij. Aquæ pluuiæ quantum ſufficit. Formentur Trochiſci. Durant annos duos. Dantur ex paſſo, aut aqua: ſedant dolorem, ad omnes internos affectus, & pleuritides vtiles ſunt, & ſanguinem reiectantibus.

Puluis contra calculum: Recipe ſemin. Fœniculi, Raphani, Petrolini, Aniſi, Anethi, Alkekengi, Saxifragiæ ana drach.ij. Cicerum rub. drach.j. Cardamomi, oculorum Cancri, dentium piſcis lupi, Macis ana drachm. ij. fiat puluis. Doſis drachm. j. cum vino.

Alius: Recipe Gummi Ceraſorum, Milii ſolis ana drach.ij. ſem. Petroſelini, Maluæ, Melonum, Liquiritiæ raſæ ana drac.iij. Saccharo Candi drach.x. fiat puluis.

Ad calculoſas arenulas, Heurnii: Recipe ſem. Petroſelini, rad. Petroſelini ab interna animalia purgatorum ana vnc.ß. florum Cardui ſtellati vnc.j. Furno teneri ſiccata in puluerem redigantur. Quidam ex apio etiam faciunt mulſam ac vinum, &c.

CAPVT VII.

De Artemiſia, Aſaro, Agno Caſto, & Aro.

ARtemiſia: Dicunt Authores, quod nomen hoc mutuatum ſit ab Artheminia, Regis Ethnici Mauſoli vxore, quæ, vt perhibent, multos homines hac herba curaſſe, vnde & apud Græcos atque Latinos dicitur ἀρτεμίσια, Artemiſia: Alii volunt quod nomen traxerit à Diana Artemide, venatrice. Apud Græcos aliàs dicitur: ἀρτεμίσια πλατύφυλλος, id eſt, Artemiſia Latifolia: Apud Dioſcoridem & Apuleium πολύκλων, πεκτινία, ἰφεσία. Σάζουσα, λεία, λευκόφυλλος, αἷμα ἀνθρώπου βασιλικὸν λάχανον χαμαιτελοχία, τοξότις, λύσας & λύας, ζαθεσία, Θεόκτιος, Διὸς ὄφαιξα, τοξοβόλον, αἷμα κρόνου, ὕπτιος, & παρθενίς, vt Pli-

vt Plinius teſtatur lib. 25. cap. 1. Latinis dicitur, Chariſtelochia, toxetis, toxiteſia, Genitura Vulcani, Toxobolum, ſanguis Saturni & ſanguis hominis, item Canaparia, olus Regium, Herba Regia, Rapium, ab Apuleio Sirium, à Pythagora Pexaſis, à Dioſcoride & Apuleio Valentina & Valentia: Apud Syluaticum Authore Pandectarum dicitur Ieramia & Ierania: alias etiam apud eundem dicitur Bemaſtrum, Amarantium, Amantina, à vulgatioribus ſimpliciſtis dicitur Armoſia: Arabes vocant Belengeſif, Moluſar & Moluſari: apud Haliabbat: Bereniaſtum, Bereniaſeton & Berinemaſecum: Italis Artemiſia: Venetianis Herba della Madonna: Hiſpanis Artemiſia & Altramiſa: Gallis de Larmoiſ, Armoiſe, Herbe de ſanit Iean, Artemiſe & Armaſe, item Bricumum: Apud alios Herbarios dicitur Mater herbarum, à Vegetio Dianaria, Polonis Bilicza: Ægyptiis Aneſe & Neiſar: Germanis Beyfuß / ſeu cingulum Diui Iohannis, Sanct Johannis Gürtel. Item qua caulibus eſt rubicundis, dicitur Artemiſia rubra, quæ vero albis, dicitur Artemiſia alba: Hactenus de primo genere, ſecundum nunc inſequitur.

Secundum genus dicitur Græcis πεχάνθης, à fortiſſimo odore, λευκώπις à floribus albis: Item ὀνιχάνθη & ὀνάνθεμον. Latinis apud Apuleium, Traganthes, Artemiſia Traganthi, Onicanthe, Onanthemũ & Leucopis, apud ſimpliciſtas Matricaria, Matronaria, Amarella, Amaruſca, Tagetes, oculus ſolis, Matronella & Parthenium adulterinum, ſiue pſeudoparthenium: Italis Amarella, Marella & Matricaria: Hiſpanis Matricaria: Gallis Matricaire, Marone & eſpargoutte: Vngaris prout vult Carolus Cluſius Benedicta, & alba Benedicta: Germanis Metram Samen Aug / &c. Huius adhuc vna eſt ſpecies, quæ dicitur Matricaria Lutea & Matricaria ſylueſtris: Germanis gelber wilder Metram: cui & addunt ſimpliciſtæ Tanacetum album, Italis Tanaceto bianco: Germanis weiſſer Rheinfahrn.

Tertium genus dicitur Matricaria Multiflora, vel Matricaria flore pleno: Germanis gefüllt Magdblum. Eius generis etiam eſt Tanacetum criſpum, Tanacetum Criſtatum, & Tanacetum Anglicum, Anglis Tanceto creſpo: Germanis Engliſcher Rheinfahrn.

Quartum genus Latinis dicitur Matricaria odorata, & Matricaria Hi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 488 sur 1557

ria Hiſpanica, alii medici vocant Argentinam: Germanis Spaniſch Magdblum: cum hoc comparatur & additur quod ex Gallia ad nos apportatur, & dicitur Artemiſia minor, ſiue Artemiſia tenuifolia minor: Germanis kleiner welſcher Beyfuß.

Quintum genus dicitur Artemiſia Marina maior: Italis Artemiſia Marina maiore, Gallis Armoiſe de la mer le grand: Germanis groſſer Meer Beyfuß: Huic additur Arthemiſia Marina minor: Italis ac Hiſpanis Artemiſia Marina minore. Gallis Armoſie de la mer petite: Germanis kleiner Meer Beyfuß.

Sextum genus à ſimpliciſtis vocatur Tanacetum fatuum & Tanacetum inodorum: Italis Tanaceto ſenza odore, & Tanaceto balordo, alii volunt eſſe Sideritim.

Septimũ genus Græcis dicitur ἀρτεμίσια λεπτόφυλλος, & μονόκλωνος, id eſt, Artemiſimia tenuifolia, & Artemiſia vnicaulis, alias à ſimpliciſtis dicitur Athanaſia, Herba immortalis, Tanaſia & Tanacetum: à Iacobo Manlio & Guilielmo Varignana, Daneta dicitur: Matthæus Syluaticus vocat Herbam Mariæ, Tangetam & Tanaſiam, Tanacetum vulgare: Italis Tanaceto, Daneto, Athanaſia Daneda: Gallis Athanaſie, Tanaiſie: Germanis Rheinfarn & Wurmkraut/&c.

Calida ſunt ſingula genera in gradu ſecundo, ſicca in fine primi, aut initio ſecundi. Calfaciunt & ſiccant modice. Intrinſecus Artemiſia rubra, cum flore nucis Myriſticæ, in vino decocta, bina aut terna vice in die pota, matricem calfacit, menſes diſcutit & educit ſecundinam & mortuos fœtus, aliaque quæcunque alui vitia pellit. Idem præſtat ſtillatitius liquor. Decoctum eius cum Melle & Saccharo tuſſim mitigat, vteri præcluſionem & inflammationem iuuat, lapides frangit, pulmonem, renes & veſicam viris & fœminis, dicto modo ſumpta, purgat: ieiuno tamen poſt vſum eius aliquandiu manente corpore. Aridi flores cibis & medicamentis ſunt vtiliſſimi. Vinum etiam gratiſſimum ex hoc in autumno conficitur. Viribus Pulegio pene par eſt. Tanaceti flores pueris ex vino & lacte dati, mirifice lumbricos eiiciunt. Vnde lumbricorum herba dicta. Extrinſecus inſeſſionibus & fomentis, eadem quæ potu præſtat: menſes, ſecundas & fœtus inſeſſu ducit. Cum foliis Chamomillæ & Agrimoniæ in vino cocta, neruorum doloribus & conuulſioni-

uulsionibus, si membra eo fomentẽtur, & fricentur, summopere conducit. Defatigatis exitinere lauacrum ex Artemisia prodest. Sedi procidenti, in vino rubro cocta, insessu prodest, si Thure & Colophonia sedes primum suffiatur, hinc calida supponatur Artemisia. Syrupus de Artemisia medetur passionibus matricis, & retinet eam in proprio loco, resoluit frigiditatem, ventositatem & dolores, corroborat neruos, aperit poros, sanguinem corrigit, menstrua cohibet & prouocat.

Syrupus de Artemisia compositus, Matthæi de gradibus: Recipe Arthemisiæ Man.ij Pulegii, Calaminthæ, Origani, Melissæ, Dictamni Cretici, Persicariæ, Sabinæ, Amaraci, id est, Maioranæ, Chamædryos, Chamæpytios, seu Iuæ Arteticæ, Perforatæ, id est, Hypericonis, Comarum, Matricariæ, Centaureæ minoris, Rutæ, Betonicæ, Buglossæ, rad. Fœniculi, Apii, Petroselini, Asparagi, Bruscirad. Saxifragiæ (eius loco accipiantur radices Pimpinellæ) rad. Enulæ Campanæ, Cyperi, rad. rubeæ tinct. Iteos, rad. Pœoniæ, ana M.j. Baccarũ Iuniperi. sem. Ligustici, Petroselini, Apii, Anisi, Nigellæ, Carpobalsami Costi, rad. Asari, rad. Pyrethri, Cassiæ ligneæ Aromaticæ, Cardamomi, Calami Aromatici, Phu, id est, radicis eius ana vnc. ß aquæ quantum sufficit. Sacchari lib. iv. Coquantur omnia magna diligentia, secundum artem, ne plusquam necesse aromata bulliant.

Potio vulneraria, qua vulnera mirum in modum curantur, Ranzouii: Recipe Cereuisiæ mensij. Clematis M j. Arthemisiæ rub. Peruincæ ana parum. Decoque ad medietatem in vase fictili cooperto. Deinde excola in ollam lapideam, siue lagenam sic vt orificium eius probe obstrui possit, ne aer ingrediatur, postea vsui serua. Ex hac potione dabis vulnerato mane ieiuno ventriculo, in meridie post sumptum cibum, à vesperi cum discessurus est cubitum, singulis vicibus ad quantitatem trium cochlearium, iubebisq; vt læsus postea duabus aut tribus horis abstineat à cibis: & quoties inde biberit, paululum instillet in vasculum, & hoc vulnus, abluat. Fit etiam ex hac herba Sal vt ex cæteris.

Asarum Latinis, Græcis ἄσαρον. Vulgo Vulgago seu Vuluago, quod fortasse vuluæ morbis decoctio eius subueniat, vt Macer his versibus testatur:

Est Asaron Græcis. Vulgago dicta Latine,
Et vuluæ morbis decoctio conuenit eius.

ἄσαρον autem dictum, vt Plinius, quod in coronas non veniat, στεφάνους enim Græci πλέγματα ac δεσμούς, & catenulas exponunt, hoc est, nexus & fasciculos vt in ἄσαρον voce ει diphthongus in ᾰ transierit, vt ostendit Ianus Cornarius in capite Macri super Asarum. Alii ἄσαρον, vt Hesychius, quasi ἀσάρωτον accipiunt, id est, non purgatum, non ornatum. Σαρωτὸν enim purgare & verrere significat, quod fortasse in manuales Scopas, quæ odoris gratia gestantur, non soleat inseri. Gall. Cabaret. Germa. Haselwurtz.

A quibusdam syluestris Nardus, vt scribit Plinius, ob similes cum eo vires. Sanguis item Martis, & Perpensa. Herba est foliis hederæ, mollioribus tamen, rotundioribusque (μαλακώτερα enim non μικρότερα est legendum, vt Fuchsius satis ostendit apud Dioscoridem) floribus inter folia proxime radicem emicantibus, purpureis, odoratis, Hyoscyami Cytino similibus, in quibus semen Acino simile. Radices habet multas, geniculatas, tenues, obliquas, gramini non dissimiles, longe tamen graciliores, odoratas, calfacientes, & linguam vehementer erodentes. Vmbrosis, asperis & siccis locis, vt montibus & syluis nascitur. Plurimum tamen in Ponto, Phrygia, Illyrico & Italiæ agro. Colligitur à die Augusti decimoquinto ad octauum Septembris. bis anno, Vere & Autumno, floribus. Calidum est & siccum ordine tertio, potissimum tamen radices, quæ Acori radicibus, teste Galeno, viribus sunt similes. Folia vim habent adstringendi. Radices senis drachmis ex aqua mulsa potæ, menses Dioscorides teste, trahunt & veratri albi modo purgant, vrinam mouẽt, hydropicis & Ischiadicis diuturnis prosunt. Ruptis, conuulsis, tussi veteri, dyspnœicis & difficultati vrinæ opem ferũt. Ferarum morsibus cum vino potæ sunt salutares. Folia illita capitis doloribus, oculorum inflammationibus, ægilopis incipientibus, mãmis à partu tumentibus, ignibusque sacris conferunt. Coma somnum conciliat. Lixiuio in quo Asarum decoctum est, si eo caput lauetur, Cerebrum roborat, & memoriam adiuuat. Succus eius cum Pompholyge caligantibus oculis confert.

Puluis ad mensium prouocationẽ, Rondeletii: Recipe Myrrhæ, Cinnamomi ana drac. j. Sabinæ drac. ß. sem. Apii, Petroselini, Spicæ Nardi,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 491 sur 1557

Nardi, Squinanthi, Asari, an. scru. j. Misce & fiat puluis. Capiat vnc. j. cum succo Eryngii.

Puluis vrinas mouens, Rondeletii: Recipe Gummi Prunorum, Carabæ, Cineris Cancrorum ana drac. j. Seminis Apii, sem. Petroselini, sem. Alkekengi an. drac. ß. Cinnamomi, Squinanthi, Asari ana scru. ij. Misce & fiat puluis tenuissimus. Sumatur mane Cochlear vnum superbibendo Cyathum vini albi, vel ex aquis prouocantibus vrinas: quales sunt aqua Graminis & Asparagi.

Electuarium ad vteri dolores, Rondeletii: Recipe Castorii, Myrrhæ, Croci, Styracis an. drac. ij. rad. Ireos, Spicæ Nardi, folii Malabathri, Asari an. dra. j. Opii dra. j. ß. cum Syrupo de Artemisia fiat Electuarium, vel Opiata. Capiat drac. j. Superbibendo parum vini albi, diluti aqua ex floribus Citri.

Agnus Castus, seu Vitex, Græcis ἄγνος, h. e. Castus, quod nimirũ, Galeno authore, castitatẽ iis, quibus aut editur aut bibitur, aut substernitur, conseruet. Vnde Athenienſium matronæ castitati studentes, huius foliis toros sibi sternebant. Lygos quoq; Græcis dicitur, ob surculorum firmitatem. Salix quoq; Amerina Dioscoridi dicitur, nonnullis vero Piper agreste. Duo sunt eius genera, maius & minus. Maius arboreſcit Salicis modo, vel foliorum aspectu, nisi quod gratiorem spirant odorem, & perpetuo virent: ramis frangi contumacibus, flore ex purpura candido, vnde candida quoque dicitur, Piperis semine. Minus, ramosius est, foliisq; candidioribus & lanuginosis, flore purpureo, quam nigram vocant. Nascitur vtraq; iuxta flumina. Cauchi, vt Valerius Cordus tradit, huius arbusculæ frondes & semina, quoniam lupulo carent, Ceruisiæ suæ incoquunt: eaque somnum conciliat, & facile inebriat.

Calefacit & siccat insigniter, & flatus omnium maxime discutit, venenatis ictibus & lienosis auxiliatur, menses ciet, seminis modum cohibet, nocturnas Veneris imaginationes, vt semen rutæ compescit, ob id matronæ in Thesmophoriis Athenienſium, castitatem custodientes huius foliis toros sibi sternebant.

Baccæ seu semina Viticis drachmæ pondere ex vino tusa & pota, menses cient, ventositates discutiunt, appetitus venereos cohibent. Prosunt etiam iis, qui à venenatis sunt de morsi.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 492 sur 1557

morſi. Lac etiam nutricibus augent: lienoſis, iocinoroſis & hydropem metuentibus conferunt. Nimius vſus caput grauat, & ſomnum conciliat.

Succus foliorum araneorum morſibus illinitur. Folia tum Melle in vino decocta, oris & gingiuarum vlcera collutione ſanant. Rimas ſedis ex aqua decocta folia ſanant, ſi decocto locus abluarur. Inſeſſu proſunt inflammationibus mulierum, in occultis partibus ortis. Frondes viticis ſi viatores manu geſtent, à lupis tutos fore ſcribit Dioſcorides.

Trochiſci de Agno Caſto: Recipe Agni caſti, Tamaricis ana dra. v. ſem. Endiuiæ. ſem. Portulacæ ana drach. ij. ß. Formentur Trochiſci cum aqua Scolopendrii. Non ſunt in vſu. Poſſent tamen in feminis profluuio ſeu Gonorrhæa, & aliis eiuſmodi vitiis commode adminiſtrari.

Trochiſci de Capparibus Meſuæ: Recipe ſem. agni ana drach. vj. Cort. rad. Capparis, ſem. Nigellæ, Calamēthi, ſucci Eupatorii, Acori, Amygdal. amar. foliorum Rutæ, Ariſtolochiæ rotundæ, ſem. Naſturtii, Ammoniaci ana drach. ij. Cyperi, Ceterach ana vn. j. Ammoniacum diſſoluito, & reliqua triturato: deinde fiant Trochiſci: ſeruantur in annum, in charta munda, Ceræ liquatæ intincta. Ad ſplenis duritiem & flatus eius diſſipandos valent.

Arum & Ariſarum eodem communi nomine: alias Dracunculus minor, & Serpentaria minor, Cordo teſte, quibus forma & facultate per omnia conuenit: Pes item vituli, à foliorum figura vocatur. Vulgo ob piſtilli formam, ſacerdotis virile, ob vehementem Acrimoniam Germanice dicitur Teutſcher Jmber. Foliis in Martio ſtatim naſcitur Dracunculi, ſed longioribus & paucioribus, minuſque diſtinctis maculis: caute Dodrantali ſubpurpureo, Piſtilli ſpecie, è quo Croceum ſemen exit: Radice Dracunculi, alba, quæ quia minoris eſt Acrimoniæ, decocta comeditur. Antequam ſemen emittat, erumpit inuolucrum & Cucullum, quod mucronata in turbinem vaginula Piſtillum complectitur, & ſuo fouet ſinu.

Menſe vero Iulio & Auguſto, vbi fructu prægnans fuerit, fathiſcit inhiatum, ac ſolida Piſtilli facies dilutione purpura rutilans emergit, & anfractu penitus tandem patente, primum viridia, dein Cro-

Croeca penitus ſpectantur ſemina, quæ in coronæ modum concinne contexta, imam eius partem ambiunt. Naſcitur in Syluis, locis vmbroſis humidis & frigidis.

Duas Ari ſpecies Tragus ponit: Alteram inuolucro & floribus flauis, quam in vineis Rheni copioſam deprehenderit, foliis & radice priori ſimilem: Alteram foliis maculoſis, inſtar Satyrionis, quod raro florem producat. Viribus cum priorib. iiſdem. Radix omnium, dum adhuc eſt tenera, lac emittit.

Ari autem eſt diuerſa, ſecundum naturam regionis, acrimonia. Cyrenis enim minimam, Galeno de Alimentorum facultatibus teſte, acrimoniam obtinet: Vnde elixa in cibis manditur. In Ægypto vero radice naturæ mollioris naſcitur, quæ etiam cruda, vt ſcribit Plinius, comeditur. In noſtra vero Germania Acrimoniam habet ſummam, vt vix guſtari, ob miras & diutinas quas in lingua excitat puncturas, poſſit. Itaque quod minoris eſt Acrimoniæ, calidum eſt & ſiccum, ſecundum Galenum, in primo gradu. Noſtrum vero calefacit & exiccat in tertio. Diſcutit, attenuat & extergit. Dioſcorides eaſdem illi cum Dracunculo vires aſſignat, vnde Dracontium minorem non male appellamus.

CAPVT VIII.

De Amomo, Anomi, Aniſo & Anemone.

AMomum nõ modo inter Exoticas ſtirpes, ſed prorſus incognitas numeratur: Vergilius eius meminit in Pollione: Aſſyrium vulgo naſcetur Amomum, frutex eſt quem Monachi Roſam San. M. & Roſam de Hiericho, ſeu Hierichontis nominant, Germanis *Roſen von Hiericho.* Nullus antiquorum illius effigiem, aut accuratam deſcriptionem dedit; & inter recentiores Cluſius rei Herbariæ ſtudioſiſſimus & Amomi perquirendi, dignoſcendique auidiſſimus, triplicem quidem iſtius Iconem exhibuit, ſed vix coniectura probabili ſciri poteſt, quænam illarum Amomo vero reſpondeat. Prior Icon, vt ipſe ſcribit, eſt ramuli cuiuſdam arboris, odore ac ſuauitate ei affinis, quæ Caryophyllos gerit, fructibus tamen & foliis rotun-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 494 sur 1557

dioribus & minoribus. Secunda ſurculos Tithymali Paraly nõ ma-le refert. Tertia ramum breuem, granis Cardamomo vtcunq; ſimilibus racematim onuſtum refert. Verum vt fatetur vir nobilis, difficile eſt ſtatuere, quid ſit verum Amomum.

Alius ſic deſcribit: Amomum frutex eſt labruſcæ ſimilis, ſed minor, venoſus, odoratus, ramulis duriuſculis, colore ſubflauo, baccis inter ſe racematim cohærentibus, flore violæ candido: Hæc deſcriptio nobis arridet, poſſumus enim demonſtrare florem talem, ſed valde antiquam, & hæc floret tantum in nocte natiuitatis Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, à me ipſo comprobatum hoc dico, nec & nunc demonſtrare cum Deo poſſum; Hocque ſtupendum eſt miraculum, nulla etiam alia nocte floreſcere cupit. Ad noſtra.

Dioſcoridi laudatur Armenium, colore Aurum imitans, ligno ſubrufo, perquam odoratum. Officinæ vero Amomo carent, ſed eius loco duplex ſemen exhibent: Alterum quod eſt Botryos herbæ: alterum quod eſt Siſonis. Plinius Amomi vuam in vſu eſſe dicit, ſimiliter & Auctuarius Amomi vuam vocat, quod racematim, velut in vua cohæreat. Sincero Amomo qui vti volet, fragmenta haſtulaſque deuitet, & ſolidos frutices petat, hoc eſt, qui ſurculos & ramos incolumes ex ima radice ſuſtineant, ita nobilius vnguentis antidotiſque peti debet.

Amomum excalfaciendi, ſiccandi & ſpiſſandi vim obtinet. Galenus eaſdem ipſi cum Acoro vires aſſignat, niſi quod Acorum plus exiccat, Amomum plus excoquit. Decoctum eius potum iecineroſis auxiliatur. Fronti illitum ſomnum conciliat, & doloris noxam abigit: Meliceridas & collectiones maturat & diſcutit. Ex Ozimo illitum Scorpii ictibus medetur. Podagricis ſubuenit. Oculorum, viſcerumque inflammationes cum vua paſſa demulcet. Inſeſſu, ani in peſſo admotum, mulieribus malis fert opem.

Esdræ Antidotus Aetii: Recipe Amomi ſcrup. xij. Squinanthi drach. ix. Pyrethri ſcrup. vj. Croci ſcrup. xxxvj. Cinnamomi ſcrup. vj. Myrrhæ Troglodyticæ ſcrup. xij. Styracis Calamitæ ſcrupul. xiix. Petroſelini ſem. Dauci ana ſcrup. iij. Tragacanthæ ſcrup. vj. ſucci Hypociſtidis ſcrup. ix. Ireos, Abrotoni ſcrup. xv. ſem. Fœniculi ſcrupul. vj. Bdellii ſcrup. ix. Thuris drachm. j. Sulphuris viui ſcru. vj. ſem.

Hyo-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 495 sur 1557

Hyoscyami albi scrup.xxvij. Cassiæ ligneæ scrup. ix. sem. Papaueris scrup.xxx. Spicæ Nardi scrupul.xij. sem. Rutæ, sem. Ocymi ana drac. j. Rhois Culinarii scrup. iv. sem. Anethi scrup. vj. Asari drachm. j. Cardamomi scrup. vj. Opii scrup. xxvij Euphorbii scrupul. vj. Piperis nigri scrupul. xxx. Rosarum siccarum scrupul. ix. Phyllii scrupul. xii. Opobalsami, seu olei Caryophyllorum scrupul. xxiv. ventris Mergi scrupul. vj. Laccæ, Lycii Indici, Caryophyllorum scrupul. xij. stercoris reperti in aluo Mergi scrupul. vj flor. Nerii scrupul. iv. ß. Rhabarbari scrupul. xij. Mei Athamantici scrup. iv. Terræ Cimoliæ scrupul. xii. Succi Arthemisiæ scrupul. xx. fol. Cichoreæ scrupul. ix. Spicæ Celticæ scrupul. xij. Castorei drach. j. Costi, Gentianæ scrupul. xij. Confect. Hædychroi scrupul. ix. Anisi scrupul. vi. Sisonis scrup. xiix. Thymiamatis Hammoniaci, fol. Citri scrup. xij. vini veteris odorati q. s. fuerit succis & liquoribus resoluendis. Mellis despumati optimi lib. v. aut lib. vj.

Trochisci Hedychroi, Andromachi: Recipe Amomi drach. xij. Mari, Asari, Maioranæ, Aspalathi ana drac. ij. Schœnanthi, Calami odorati, Phu, Xylobalsami, Opobalsami Cinnamomi, Costi an. dra. ij. Myrrhæ, foli Nardi Indicæ, Croci, Cassiæ ana drachm. vj. Mastiches drach. j vini quantum sufficit. Fiant Trochisci, inunctis prius manibus Opobalsamo: deinde siccantur & in Charta Ceræ liquatæ intincta, seruantur in annum. Ex Galeno.

Ammi, Græcis ἄμμι, à Gal. lib. 6. simpl. ἄμι, Aetio ἄμμιον & ἄμιον: Latinis Ammi, Ami, Amium, & Ammium, ab aliis Ammium Alexand. Ammium Syriacum, Caminella, Cuminella, Cyminella, & Muriola à vulgarioribus Pharmacop. Ameos, Amios, Ammeos & Ammios: A Serap. lib. simp. cap. 187. Nanochach, & Anazue: Ab Auerrhoe, Nauoca: Auicenna Manochne: Italis Ammio: Hispanis Ammi & Zanagria: Gallis Ammi: Germanis Ameij: Cumino tam affine est, vt quod in Æthiopia nascitur pro Cumino habeatur. Hinc dicitur & Cuminum Æthiopicum atque Alexandrinum: Cuminum Regium Hippocrati. Semen notum est, inquit Dioscorides, & minutulum, multoque minus Cumino. Quod videtur indicare ipsius appellatio; ἄμμι siquidem perpusillum & quasi arenaceum semen portendit; qua voce & tota planta designatur. Duplici autem discrimine Ammi notatur,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 496 sur 1557

vnum dicitur Æthiopicũ, quod maius eſt & vulgare, foliiſque conſtat latioribus. Alterum minus, tenuifolium, nec adeo frequens. Prius caule ſeſe erigit herbaceo, rotundoque, ſurculis multis & exiguis; folio oblongo, anguſto, pluribus inciſuris in ambitu diuiſo; Muſcario Anethi proximo, paruulis floribus coronato, ſeminulis multis origanum ſpirantibus, cum acrimonia amaricantibus referto.

Tria genera eius nobis adducit Tabernæmontanus, 1. dicit Ammium Alexandrinum; 2. Ammium Italicum, ſiue Ammium Apulum & Romanum. 3. Ammium Candiacum ſiue Ammium Creticum.

Ammi minoris Culmus breuis eſt, multis ramulis diremptus, folia oblonga, capillacea, ſurſum verſus magis attenuata: Flores vt priori, paruuli albidi, in vmbellas coacti: ſemen oblongum paruulum, & acre. A quibuſdam pro Siſone vſurpatur. Nam cum Siſon, ſeu Sinon, ſecundum Dioſcoridem ſemen ſit exiguum, in Syria natum, apio ſimile, pro eo ſi non ſumi certe ſubſtitui poteſt. Naſcitur non niſi ſatum in Germania, ſeriturque in fine Aprilis. Floret menſe Auguſto. Guſtu eſt acre ac ſubamarum: Calidum & ſiccum eſt in gradu tertio intenſo: tenuium eſt partium, incidit, tenuat, excalefacit, ſiccat & digerit. Semen ſemidrachmæ pondere in calido vino potum, ad tormina & inflationes prodeſt, veneno reſiſtit, vrinam & menſes mouet. Colorem bibentium in pallorem mutat. Creduntur mulieres facilius concipere, ſi poſt coitum Ammi halitum odorentur. Sugillata & Vibices cum Melle ſemen illitum tollit. Suffitum cum vua paſſa aut reſina, matricem purgat, &c.

Aniſum, Græcis ἄνισον, ἄνυσον & γλυκάνισον, Latinis Aniſum & Aneſum: Italis Aniſo, Semenze de Aniſi: Cretenſibus Glichainſo: Hiſpanis Yerua dulce vel Hierua dolce, & Aniſe: Gallis Anis, apud Serap. lib. ſimpl. cap. 242. Aneiſum, & alibi Aneiſim & Ancuſum: Apud Haliabbat: Droſatum & Abiezatum: Stephanus Haliabb. Gloſſographus vocat Anexiſſum, Oizatum: Germanis *Aniß & Eniß*: alias & Fœnieulum Romanum, & Cyminum dulce vocant, ipſæ mulierculæ norunt, cum eius ſemine ſæpius vtantur Saccharo incruſtato. Et quæ inter eas opere Piſtorio delectantur, panificii quoddam genus conficiunt (biſcoctum nominant) cui ſemen Aniſi per-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 497 sur 1557

permiſcent, quod odorem, ſaporemque conciliat pergratum. Idipſum multis adhuc condimentis adiiciunt ad gratiam maiorem. Oris enim halitum commendat, vrinam ciet, hydropicis prodeſt, & nullum ex oleraceis ſeminibus ventriculo magis amicum. Dioſcor. lib. 3. cap. 65. Calefacit & ſiccat ordine tertio ex Galeno lib. 5. ſimpl. guſtus tamen nondum percepit tantum caloris exceſſum. Latinis & Græcis Aniſum vocatur, eſtque nomen ſeminis & plantæ, quam à nonnullis anicetum vocari comperio. Foliis eſt cum primum enaſcitur, prorepenti liguſtico ſimile, ſed rotundioribus, candidulis & olentibus. Caulem profert menſe Iulio, tenuiter ſtriatum, rotundum, multis remulis brachiatum: florem candidum, odore Mellis, quem ſemen album ſubſequitur, Coriandro non diſſimile. Floret Iunio & Iulio. Naſcitur in Creta & Ægypto, hodie in hortis paſſim Germaniæ. Nunc de viribus eius audi & breuiter.

Vires eius intrinſecus ſunt: Fœtentem oris halitum ſemen eius aut confectio emendat. Hydropicis eſt vtile. Iecoris obſtructiones ſoluit, vrinam cit, ſitim ſedat. Inflationes alui decoctum eius potum, & in ſacculo ſemen impoſitum ſedat. Prodeſt iecori, pulmoni, ventriculo & matrici. Confortat enim & calfacit, concoctionem adiuuat. Singultus, tormina, dyſenteriam, alui fluxum, omniſque generis inflationes, & tumores compeſcit. A Pythagora præcipue, teſte Plinio, eſt laudatum. Aduerſus venena prodeſt.

Vires eius extrinſecus ſunt: Tuſum ſemen, tam viride, quam aridum, illitum oculis, puluiſculos aut feſtucas illapſas extrahit. Simili modo venenatorum morſibus illitum, venena educit ac ſanat. Suffitus eius cum Storace calamita naribus exceptus, dolori capitis auxiliatur: Semen tuſum, vel ſuccus, cum calido oleo roſaceo, aurium dolorem infuſum, ſanat. Florum ſtillatitia aqua pollet iiſdem viribus. Phreneticis, recens cum polenta illinitur: ſic & infantibus comitiale vitium aut contractionem aliquam ſentientibus. Veſtes à tineis defendit. Pythagoras, referente Plinio, non corripi comitiali vitio in manu habentes tradidit, ideoque quamplurimum domi ſerendum.

Vinum Aniſatum Arnoldi. Vinum de Aniſo aperit oppilationes meatuum & viarum interiorum: præſeruat à colica, à ventoſitate:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 498 sur 1557

& rectificat digestionem, & ructuationem ventosam tollit vsus eius: & proprie competit mulieribus nutricibus: quoniam aperiendo poros,& subtiliando sanguinem, atque calefaciendo multiplicat lac:& ipsum lac aquosum rectificat: & quandoque maceratur,& est melius. Tollit dolorem renum: & ipsum quidem vinum potest fieri cum igne & absque igne.

Oleum Anisi, Andernaci ex Euonymo: Recipe, Anisi lib j. vel ij. Aquæ fontanæ lib.x. vel xx. Contundatur Anisum minutissime, & maceretur in aqua per horas aliquot: deinde in vesica ærea primo igne lento, deinde fortiori destilletur per aquam frigidam: postremo oleum ab aqua separetur. Libra vna Anisi dat communiter drachm. ij. olei ad vertiginem, angustiam pectoris, capitis defluxu natam, præfocationem, vomitionem, cruditatem stomachi ex flatibus, aquam intercutem, alioque affectus, qui ex frigore & ventis proueniunt: præcipue omnibus membris exanguibus & neruosis opitulatur, vt stomacho, intestinis, vesicæ, vtero: Cuius fluorem album exiccat, & omnes in totum actiones, quæ de Aniso dicuntur obit: oris halituque fœtorem emendat. Vsus eius si aliquot guttarum instar ex vino, vel iusculo mane assumatur, vel quando necessitas postularit: quin etiam tabellis ad pectoris vitia recte additur.

Oleum Anisi, Rubei. Semina Anisorum Cucurbita curua locantur, ad eorumq; libram adduntur aquæ fontis purissimæ vnc. iij. & tepentis balnei calore macerãtur: inde educitur oleum odoratum, quod stomacho roborando, flatibus discutiendis, orisque halitui commendando, plurimum præstat. Huius si guttæ aliquot cum iis Pharmacis misceantur, quæ ad coli dolores, pro deiicienda aluo, adhibemus, multum prosunt. Quod si loco aquæ in destillãdo vinũ addideris, calidius oleum euadet, sed minus suaue minusq; odoratũ.

Dianisum Mesuæ: Recipe sem. Anisi vnc. ij. ß. Glycyrrhizæ rasæ, Masticis ana vnc. j. sem. Carui, sem. Fœniculi, Macis, Galangæ, Zingiberis, Cinnamomi ana vnc. v. Piperis nigri, albi, longi, Cassiæ lignea veræ, Pyrethri, Calaminthæ ana drac. ij. Cardamomi maioris ana drac. j. ß. Caryophyllorum, Cubebarum, Croci, Spicæ Indicæ ana drach. j. ß. Sacchari albi vnc. ij. Mellis despumati quantum sufficit. Fiat Electuarium. Intemperiem frigidam ventriculi à pituita cruda, vel etiam flatibus sanat, & tussim diuturnam à frigida causa genitam.

Electua-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 499 sur 1557

Electuarium ducis: Recipe Aniſi drach. ij. G.xvj. Glycyrrhizæ, Maſticis ana ſcrup.ij.G.v.Chamædryos, Cinnamomi, Zingiberis, Galangæ, ſem Fæniculi, ſem. Carui ana ſcrup.j.G.xv.Xylocaſſiæ, Calaminthæ ſem.Dauci,Pyrethri,Piperis albi,Piperis longi,Cyperi,id eſt,rotundi,Schœnanthi,rad.Ireos,ſem.Amomi, ſolii Afari ana ſcrup.j Spicæ Nardi,id eſt,Indicæ, Croci, Gummi Arabici, Tragacanthæ, ſem. Anethi, Calami Aromatici, Cubebarum,Caryophyllorum,Carpobalſami,Cardamomi,ſem.Liguſtici,ſem. Oluſatri,Baccarum Iuniperi,ſem.Seſeleos,rad.Pentaphylli,id eſt, rad. eius,ſem.Aſparagi,ſem.Citri,Acori,ſem.Ammios, Rhabarbari,Nucis Moſchatæ,Ligni Aloes,Baſilici Caryophyllati,Milii ſolis, ſem. Saxifragiæ, Nucleorum ſem. Citrulli, Nucleor. ſem. Cucumeris, Nucleor.ſem.Melonis,Nucleor,ſem.Cucurbitæ,ſem.Scariolæ,Petroſelini Macedonici,Been albi,rubri,Styracis Calamitæ ana ſcru. ß.G v.Penidiorum vnc.iv.ſcrup.j ß.Sacchari,vel Mellis deſpumati quantum ſufficit.Fiat Electuarium.Conſeruatur per annos tres.Valet ad indigeſtionem & ventoſitatem Stomachi & inteſtinorum, & ilei dolorem & lapidis. Nicolaus.

Tragæa pro ſtomacho eructuoſo: Recipe Cinnamomi vnc.ß. Galangæ,Zingiberis,Nucis Moſchatæ,Zedoariæ, Cubebarum ana drach.j.Caryophyllorum,Macis ana drach j ß.Aniſi vn.j.Sacchari q.ſ.fiat tragema.

Puluis ad iuuandam concoctionem,Rondeletii:Recipe Aniſi conditi dra.ij Galangæ,Cinnamomi ana dra.iij. Piperis longi ſcru. ß.Cort.Citri ſicci drac j.Sacchari ſolidi vn.vj Fiat puluis qui poſſit ſumi interdum ante,interdum poſt cibum,frequentius tamen ante, quam poſt.

Puluis aromatum, Meſuæ: Recipe Aniſi aur. xij.ſem. Fœniculi aur.iv.Glycyrrhizæ,Zingiberis an.aur.iij.Caryophyllorum,Macis, Cinnamomi electi,Galangæ,Galliæ Moſchatæ ana aur.ij. Ligni Aloes,Cort.an aur.j ß.Moſchi boni drac.j.quartam. Sacchari albi ad pondus omnium. Sacchari candefacti dimidium pōdus omnium. Ventriculum roborat,coctionem iuuat,flatus diſſoluit,halitus gratiam commendat.Dantur aur.ij.cum vino bono.

Clyſter ſedans dolorem colicum,Rondeletii: Recipe ſem.Aniſi,Fœniculi ana vnc.j,ſem.Apii, Petroſelini, Anethi ana vn.ß.florū Cha-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 500 sur 1557

Chamomillæ, Meliloti, Sambuci ana P.ij. Fiat decoctio in aqua & vino. In lib. ß. dissolue olei Chamomillæ, Rutacei ana vnc.iij. Fiat Clyster.

Confectum Anisi: Recipe sem. Anisorum optime mundatorum lib. ij. Induntur, in vas æneum pensile, vt supra & super ea infunditur Saccharum leuis coctionis in principio, & bene manibus ducuntur per vas æneum vsque quo fere sunt cooperta, beneque exiccantur ad omnem manum Sacchari: & hoc continuatur vsque in finem, si solidos seu leues Anisos facere velis. Si vero aspetos aut crispos, postquam cooperta erunt, affunde Saccharum cum Cochleari ferreo, ab alto, & sit fortis coctura: Deinde vas hinc inde agitetur, vt in Coriandris est dictum. Anisi quanto minores, tanto pulchriores: & quanto duriores, tanto laudabiliores. Dum enim fiunt, & non solum Anisi, sed & cætera alia confecta si bene siccentur ad omnem Sacchari affusionem. Vrinam mouet, digerit, flatusq; ventris discutit, &c.

Confectio Anisi tabulata alia: Recipe Sacchari albissimi in aqua Rosar. dissoluti lib. ß. Coquitur ad perfectionem, deinde ab igne remouetur, Pistillo diu agitatur, additurque olei Anisi scrup. j. vel drach. ß. Miscentur: deinde per plicam lebetis in tabulam farina stratam spatula assidue Saccharum pari & æquali quantitate extrahitur. Rotulæ concretæ siccantur, & in ligneis arculis, sicco loco reponuntur. Ad cruditatem stomachi ex flatibus, vomitionem, aquam intercutem, fluorem vteris album valent, &c.

Tabulæ Dianisi: Recipe spec. Dianisi vnc. ß. vel drach. vj. Sacchari albi in aqua Anisi vel Fœniculi dissoluti lib. ß. Fiant tabulæ secundum artem. Crassis flatibus in ventriculo natis, eiusdemque perfrictioni succurrunt.

Trochisci de Anisо: Recipe Anisi, succi Eupatorii ana drach. ij. Anethi, Nardi Indicæ, Mastiches, folii, fol. Absynthii, Asari, Apii, Amygdalarum amararum ana drach. ß. Aloes drach. ij. Syrupi Absynthii quantum sufficit.

Formantur Trochisci. Siccantur in vmbra, reponuntur in charta munda ceræ liquatæ intincta: Et seruantur in annum vnum. Obstructiones hepatis, & alios eius morbos, & inde natas febres antiquas sanant. Mesuæ.

Trochi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 501 sur 1557

Trochiſci ex Aniſo alii, ex decem ſimplicibus, Meſuæ: Recipe Aniſi, Succi Eupatorii ana vnc. ß. Maſtiches, Spicæ Indicæ, Apii, Abſynthii Rom. Aſari, folii ana drachm. j. Amygdalarum amararum drach. j: ß. Aloes bonæ drach iij. decocti Abſynthii quantum ſufficit. Formentur Trochiſci. Hepatis vitia, & inde natas febres antiquas & quartanas, & formam corrumpentes ſanare ſunt à veteribus probati. Meſuæ.

Confectio Aniſi laxatiua fit Scammonio cum Saccharo mixto, vel maceratione Aniſi in aqua, in qua Scammonium fuerit diſſolutum.

Anemone Græcis ἀνεμώνη, ἠτέμιον, βαρβύλη, βερύλιον, μηκώνειον, apud Soſibium φαινὶς, apud Theophraſtum ἀνεμολίκ Latinis Anemium, Phænis, Fremium, apud Theodorum Gazæ, & Plinium, pro fremium Phænium: à Pythagora dicitur Atractylis, in Exempl. vero Græcis ἀδραχτυλὶς Adractylis legitur: à Dioſcoride dicitur Meconium, hoc eſt, Papauerculum, Barbyla, Berylium, Orci Tunica, & aliis Herba venti. Apud Nicolaum Myrepſum Anemochorte, ἀνεμοχόρτη: dicitur etiam Anemone ἀπὸ τῦ ἀνέμυ, id eſt, à vento, eo quod flos eius nunquam niſi ſpirante vento, qui Græcis ἄνεμος dicitur, ſe aperiat: ſiquidem afflatu venti ſtatim flores eius dehiſcunt, & in folia ſeſe explicant. Serapioni de ſimpl. cap. 72. Iachalk Alnahamen, & aliis Iackaik Alnahamen & Sakaik Anheamen: Italis Anemone: Hiſpanis Hyerua Viento: Gallis Coquerez, coquelourdes: Germanis *Anemone Rößlein & Windrößlein*, &c.

Dioſcoridi duorum eſt generum, alterum ſylueſtre: alterum locis cultis naſcens, diuerſas quoque ſpecies habens: nuncenim phœniceo, nunc candido, nunc lacteo, nunc purpureo flore conſpicitur: folia Coriano ſunt ſimilia, ſed ſciſſa tenuius in terram inclinantur. Cauliculi, exeunt Papaueris, & in medio capita coloris cærulei, aut nigri. Nonnullis Papauer creditur eſſe rubrum, ſed magno errore, cum folia manifeſte repugnent. Anemone vero ſylueſtris, ſatiua ſeu ea, quæ cultis naſcitur, per omnia eſt maior, foliis latioribus, & durioribus, capite oblongiore, flore puniceo, tenuibus multiſque radicum Capillamentis. Capita tamen in Anemone non ſunt Papaueris forma, ſed Aſparagi potius modo in acutum faſtigata hirſutaque. Locis naſcitur ſabuloſis montoſiſque

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 502 sur 1557

& ſyluis cæduis, inter ſentes: flos in capitula, rotunda, lanugineſaq; & hirſuta, erinacei figura, aut ſicut aſparagi capitula, mutatur, ac velut in ſpicam faſtigiatur: non ſicut in Papauere rotundatur, vt quidam exiſtimarunt, confundentes Anemonem, Argemonem & Papauer erraticum: cum manifeſtum ſit inter hæc, quod à Dioſcoride refertur, diſcrimen. In Argemone enim & Papauere errático, capitula ſunt papaueracea: ac in Argemone quidem ſuperne eſt latiuſculum; in Rhœade vero ſeu Papauere errático eſt ſubangustum. Anemones vero caput recentis Aſparagi modo velut in ſpicam faſtigiatur. Deinde Argemone ſuccum habet croceum, acrimonia inſigni: Rhœas vero lacteum, candidumque: At Anemone nullum eiuſmodi. Poſtremo ſerius etiam Anemone floret.

Tabernæmontanus 16. eius refert ſpecies: 1. Anemone maior alba. 2. Anemone Rupertiana. 3. Anemone ſtellata, purpurea & alba. 4. & 5. Anemone Corallina, violacea & alba. 6. Anemone Dactylitis. 7. Anemone Biſantina ſeu Chalcedonia maior. 8. Anemone Luſitanica. 9. Anemone Trifolia. 10. Anemone Biſantina ſeu Chalcedonia minor & Coccinea. 11. Anemone Rapacea. 12. Anemone Papaueracea. 13. Anemone Ramoſa purpurea. 14. Anemone Ramoſa lutea, & Anemone lutea. 15. & 16. Anemone ſylueſtris alba & purpurea.

Eius Temperamentum eſt calidum ac ſiccum, & vim habet acrem: atque ob inſignem acrimoniam extrinſecus potius, quam intrinſecus adhibetur. Succus naribus infuſus caput purgat. Idem præſtat aridæ radicis puluis, naribus inditus. Commanducata radix, pituitam trahit. Sordida & putrida hulcera purgat, gangræniſque adhibetur. Lenior & commodior eſt aqua ſtillatitia. Folia viridia cum ſucco tuſa, vngues craſſos & deformes conſumunt.

* * *
* *

CAPVT

CAPVT IX.

De Argemone, Adonio, Ambrosia satiua, Ammioselino, Alchimilla, Anthera, Ægopodio, Asparago, Arundine, Anserina, Agerato, Aquilina, Adiantho & Abrotono.

ARgemone: eius tria dantur ab authoribus genera 1. Græcis dicitur ἀργεμώνη, οἰνάνθη, ὁμήροια & περγάλιον: Latinis Argemone, Argemonia, Argemonium, concordia, concordialis, herba Liburnica & Pergalium: Italis Argemone: Arabibus Aragemonium: Germanis Argemone Rößlein / 2. genus apud Dioscoridem vocatur ἀργεμώνη ἑτέρα, ἀρτεμώνη & Σαρκοκόλλα Latine Argemone altera, Arsela, Argemonia altera, Sarcocolla herba, & Argemonium alterum. Tertium genus doctissimus Hieronymus Tragus pro specie Anemones censet. Temperamentum habent calidum ac siccum, abstergunt ac digerunt: Externis tantum effectibus adhibentur: Argemata oculorum ac maculas ab extra applicatis tollunt: Secundum genus dicit Dioscorides quod dysenteriam tollat, si cum aqua appropriata ab intra exhibeatur. Ab extra etiam conueniunt vulneribus aliisque, &c.

Adonium, Adonides flos Adonidis: Theophrastus Græce vocat φλὼς & φλόμον, Theodorus Gaza flammam & flammulam interpretatur: Germanis dicitur Brunet siue feuwer Rößlein. Secundum genus dicitur Adonis lutea, nobis Adonium mit gelbe blumen. Tertium genus est flore albo, inde vocamus weißbrunet Rößlein. Habent vim calefaciendi & exsiccandi in secundo gradu. Si in balneis ab extra vsurpantur mouent magnum sudorem, & educunt frigidos humores.

Ambrosia satiua: Græcis ἀμβροσία & βότρυς ἀρτεμισία: Latinis Ambrosia, Botrys Artemisia, Artemisia Botroides, & apud Gesnerum herba vinosa: Italis Ambrosia: Gallis Minones: Ægyptiis Merseo: Germanis Ambrosient kraut &c. Alterum genus dicitur Ambrosia Campestris: Germanis Feldtrauben Kraut. Tertium genus dicitur Ambrosia tenuifolia: Germanis klein Ambrosien Kraut. Eius vsus est externus: cocta cum vino vlceribus conuenit faucium,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 504 sur 1557

tumores eiuſdem etiam ſedat: In cliſteribus adhibetur ad fluxus ventris nimios: cohibet etiam nimias matricum fluxiones, &c.

Ammioſelinum: Græcis dicitur βυβώνιον ſeu Bubonium Hippocratis: à ſimpliciſtis vocatur Ammioſelinum, Perpedium, & Ammium Adulterinum: Germanis Ammey Peterlein: In ſecundo gradu exiſtit caliditatis: ſemen eius pellit vrinam, liberat ab omnibus impuritatibus veſicam, renes, mouet calculum, &c.

Alchemilla, Lontopodium Dioſcoridis, Valerio Cordo Pſiadium, Droſium, & Doſera vocatur: aliis Heliodroſium, item Lontopodium Herbariorum, Pes Leonis, Planta Leonis, Brancha Leonis. Officinis Stellaria, Alchymilla & Artincilla: Italis pie de Leone: Gallis pied de Leon: Germanis Sinnauw/gülden Genſerich/&c. Temperatam habet naturam inter calidam & frigidam: Conſolidat, ſiccat & adſtringit: In vulneribus vſurpatur tam ab extra quam ab intra. Fit ex ea vinum ac conſerua, eius etiam aqua ſumme commendatur in multis variis diuerſiſque affectibus.

Omnis generis inflammationibus, ſiue apertis, ſiue clauſis, folia impoſita proſunt; quod liquor eius ſtillatitius præſtat. Foliorum & radicis cum reliquis vulnerariis herbis ad potus, pulueres, emplaſtra & vnguenta, perinde atque Saniculæ, eſt vſus.

Anthora, Aetio, Auctuario aliiſque dicitur Ζαδουρέια, Ζάδουρα, Ζάδωρ, Ζόδαρ, Ζάδερα & Ζάδαρ: Latinis Zadura, Zador, Zaduaria, Zudar, Zadera & Zaduar: Apud Auicennam Napellus Moyſis: Marcello Empirico Antura: ſimpliciſtis Antora, Anthora, Anthullia, Antitora, Zedoaria & Aconitum ſalutiferum. Italis Anthoro & Antoro: Gallis Antholle: Auicenna Gieduar: Germanis Heylgifft & Giffthey l/&c. Exſiccat, calefacit, purificat atque ſoluit, id quod præclarus Philoſophus Guilielmus Turnerus his explicat verſibus: Abſtergit, tenuatque ſecat res quæuis amara, eius vſus eſt & calet & ſiccat plantæ ſapor omnis amarus. Internus atque externus, vti ſat videre eſt medicos.

Ægopodium, apud Herbarios dicitur, Pes Capræ, Podagraria, & Herba Gerhardi, German. Geißfuß/Podagrams Kraut/&c. Eius vſus eſt in Podagra, Chiragra, doloribus coxendicis: Item cum vino potum

potum putridas impedit febres, si eius puluis de radice per aliquotas vices exhibeatur ei qui sic, vt dictum, affectus: Ab extra vulneribus & aliis corruptis vitiis optime conuenit ac medetur, Podagrici in balneis adhibebunt, simul ac haurient drachm. j. de puluere eiusdem radicis contusæ: perfectiss. enim subuenit.

Asparagus, quinque perhibetur esse generum 1. genus dicitur ἀσπάραγος ἔμερος Latinis Asparagus altilis seu satiuus, Asparagus Hortensis, Asparagus Holeraceus, Asparagus Regius, Asparagus noster: Officinis Speragus, Sparagus & Herba Coralli: Italis Asparago, Esparago, Isparagi, & Asparago domestico: Candicis Sphargi, Hispanis Esparragos, Asparagos & Sparagos: Gallis Asperges & des Asperges: Germanis Zamesparge/&c. Secundum genus à Galeno dicitur ἀσπάραχος: Latinis Asparagus palustris: Italis Asparago Acquatico: Hispanis Esparagos Trigueros: Germanis Wasserspargen/&c. Tertium genus dicitur, Græcis ἀσπάραγος πετραῖος, ἀσπάραγος ἄγριος, Μῦον, Μυάκανθα à Theophrasto ἀσπαραχίας: Atheniensibus ὄρμενος: Latinis Asparagus Petræus, ab Æginetha Myacantha, à Galeno Asparagus Myacanthinus, à Sorano Ephesio Sparago, à Gaza Corrudago, ab Apuleio Acanthyllis, Asparagus rusticus & Asparagus Erraticus. à simplicistis Asparagus Syluestris, Asparagus Mõtanus: Arabibus Halion, Helium, Halanum, Kilio, Kilit, Naliop Nalion: vulgaris Asparagus Arabibus dicitur Alfalungi, Alfarfungi, Affursing, Alfrafrangi, Farfurungi, radix vena Alfalungi: Italis Asparagus Petræus dicitur Asparago Syluestre, & Asparago Saluatico: Gallis Asperges Sauuages: Germanis Wildsparge. Quartum genus dicitur Corruda Hispanica, Corruda Lusitanica, & Asparagus Lusitanicus Petræus: Germanis Spanische Steinspargen/&c. Quintum genus dicitur Corruda Hispanica altera, Corruda Lusitanica altera, & Corruda Narbonensis, Germanis Provintz Steinspargen/&c. Mediam ac temperatam habet naturam, vtitur in Medicina & cibo: destillatur in aquam, & fit inde etiam vinum.

Arundo Græcis κάλαμος, Latinis Calamus, Arundo & Harundo: Arabibus Hasab & Casab, radix Osolalchasab: Flos vero ἀνθέλη, Phragmites Latinis etiam Anthele: à simplicistis vero Arundo dicitur Canna: Italis Canna, Hispanis Canhas, Gallis Roseau &

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 506 sur 1557

Canne: Germanis Rhor siue Riedt. Sex eius ab authotib enumerantur genera: 1. Græcis dicitur Δόναξ & κάλαμος κύπριος: Latinis Donax, Calamus Cyprius, Arundo Cypria. A Simpliciſtis Arundo ſeu Harundo Domeſtica, & Harundo Hiſpanica, & Canna Hiſpanica: Italis Calamia far Conocchie ſiue Canna à far Conecchie: Germanis Hiſpaniſch Rhor / &c. ſecundum genus à Dioſcoride dicitur κάλαμος φραγμίτης, Latinis Calamus Vallaris, Harundo Vallatoria, Harundo ſepiaria, Harundo & Calamus Characias Theophraſti, à Simpliciſtis Calamus phragmites, Canna ſepiaria & Vallatoria: Italis Canna à far ſepe: Gallis Roſeau commun aquatique: Germanis gemein Riedt. Tertium genus Dioſcoridi dicitur Νάς & κάλαμος κάς, apud Theophraſtum κάλαμος τοξικὸς: Latinis Calamus Farctus, Harundo Farcta, Calamus Toxicus, Harundo Toxica, Harundo enodis: à Simpliciſtis Canna Farcta, Canna Sagittalis, & Harundo ſiue Calamus Sagittalis: Germanis Pfeilrhor: Huic annumerantur etiam Arundines duæ, quarta & quinta, eæque vocantur Indicæ: Sextum genus Græcis dicitur Σύριγγιας ſiue κάλαμος συριγγίας: Latinis Harundo Fiſtularis, Calamus Fiſtularis, Canna Fiſtularis & Arundo ſeu Canna ſcriptoria: Germanis Schreiberriedt / &c. Duo prima tantum genera vſurpantur in medicina: ſunt calidæ ac ſiccæ in tertio gradu, earumque vſus tam eſt internus, quam externus vti videre eſt apud Medicos. His etiam addunt quidam Arundinem Indicam Latifoliam, quæ alias & Cannacorus, Calamacorus, dicitur: Aliis Arundo Indica Florida: Germ. Indianiſch Blumen Rhor / &c. Eius vſus apud Medicos adhuc nondum conſtat.

Anſerina Græcis χηνόδοσμον dicitur: Latinis Chenoboſcum, pabulum Anſerinum, Paſtus Anſerinus, Hercularis & Anſerina: Item Argentaria & Argentina: à Practicis medicis Portentilla, Potentilla, Agrimonia Sylueſtris & Tanacetum Sylueſtre: Italis Potentilla & Becco di occa: Gallis Agrimonie ſauuage, Bec d'oye, & Argentine: Germanis Genßkraut / &c. Galenus eius naturam deſcribit lib. 4. ſimpl. cap. 6. Internus atque Externus eius eſt vſus. Ex floribus paratur Conſerua, & deſtillatur aqua: in Diarthœis, vertiginibus, ſanguine concreto pro Arcano ſummo vſurpari poteſt.

Agera-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 507 sur 1557

Ageratum, Græcis Ἀγήρατον Latinis Ageratum, à Meſue Eupatorium, Geſnero Coſtus minor Hortenſis, à Valerio Cordo Menta Corymbifera minor, à Remberto Dodonæo, Balſamita minor, ab aliis Simpliciſtis Herba Iulia & Balſamita Coſtina minor. Arabice à Meſueo Gafet, ab Italis Herba Guilia, Gulia, Giula Herba, Agerato & Eupatorio di Meſue: Anglis Madelein & Mandelein: Germanis Coſtenbalſam & Leberbalſam. 2. Genus à Botanicis vocatur Herba Iulia alba, Ageratum album & Menta Coſtina alba, Germanis weiſſer Leberbalſam: Tertium genus dicitur Ageratum minus: Italis Agerato minore klein Coſten Balſam. Vide de hoc pluries apud Eupatorium, cuius vires in totum induit.

Aquilina: ſiue pothum Theophraſti à ποθῷ Græcis, ab aliis ἀετώνυχον, vel λεοντοστόμιον id eſt, Leonis oſculũ, à ſimilitudine oris Leonis: Columella ſic meminit horum florum in Horto, vbi ſic ait:

Hiantes ſæua Leonis Ora Feri.

Latinis dicitur Pothus, quod Theodorus Gaza ex Theophraſto Latine Deſiderium eſt interpretatus: Alias & vocatur Aethonychum & Leontoſtomium, à Columella Leo, aliis vero Simpliciſtis Aquilina, Aquilegia ſiue Aquileia, Columbina, Alkaleia, Ancholia, ab Italis quibuſdam Chelidonia media, à ſimilitudine foliorum Chelidonii; Italice dicitur Aquileia & Chelidonia Saluatica, Gallis Ancoiles, Ancholies, & Ancolye: Anglis Columbines: Germanis Ageley/&c. Huius genera ſunt decem, prout videre eſt apud Tabernæmontanum. Calida eſt mediocriter, ac modice digerit: Radix vino cocta & pota, rupta & conuulſa omnia intra corpus ſanat. Prodeſt Dyſpnœicis, hydropicis. Vitiatum pulmonem & laterum hulcera purgat. Sanguinem expuentibus eſt ſalutaris, omnibuſque internis vitiis corporis medetur. Quod ſi patiens febricitans etiam fuerit, radix cum Saccharo in aqua decoquenda erit. Trita in farinæ modum drachmæ pondere cum Croco oboli quantitate in vino pota, cooperto mox & ſudante corpore, ictericis mire confert, iecoriſq; obſtructiones ſoluit, ſtillatitia florum aqua ad eadem eſt vtilis, eſtque præcipuum contra Syncopen confortatiuum. Interna corporis vlcera diſcutit, omniaque venena & tormina pellit. Extrinſecum radicis, & foliorum ſuccus vulnera conglutinat: quod vel hinc colligere licet, quod carnibus coquen-

coquendis appoſita, eas in olla coaleſcere facit. Peſſum in ſucco eius madefactum, menſes & mortuos fœtus educit. Fluxus & dolores capitis ſuccus aut aqua illita compeſcit, furfures capitis ſiccus cum aceto illitus, ſalſa primum aqua purgato capite, pellit. Caliginem oculorum infuſus ſuccus diſcutit. Aurium dolori inſtillatus prodeſt, vermiculos & pulices earum enecans. Fiſtulas aliaque oris hulcera, naribus infuſus ſuccus, aut ſi os eo colluatur, curat. Scabiem omniaque cutis vitia tollit. Idem facit radix in albo vino ad mediam partē decocta, ſi decocto cutis abluatur, & madefactus in eo panniculus circumponatur: Paratur ex hac herba etiam vinum, acetum, conſerua, &c. vt & ex reliquis, item tinctura, Sal, Eſſentia, Aqua, &c.

Adianthum, vt Scholia Nicandri teſtantur, eſt dictum, παρὰ τὸ μὴ διαίνεσθαι ὑπὸ βρέχεως ὑπὸ ὑέτου ἢ δρόσου. hoc eſt, quod non humectetur, aut irrigetur à pluuia aut rore; foliis enim eius aſpergo non aſſidet. Duum eſt generum: Candidum & nigrum. Vtrunque Polytrichon, Callitrichon & Capillus Veneris. Item Circinnalis, terræ capillus & ſupercilium terræ appellatur. Polytrichon à multis capillis, Callitrichon à pulchris, quod multos & pulchros capillos faciat, Ebenotrichon quoque quaſi Ebeni capillus. Ex Filicum genere eſt fere minima. Adiantum nigrum, quod Dioſcorides tantum deſcribit, foliis naſcitur puſillis Coriandro iam primum erumpenti, vel paulo ante enato, ſed nondum cauleſcenti ſimilibus, in ſummo inciſuris diuiſis: Coliculi ex quibus folia enaſcuncuntur, ſunt nigri, admodum tenues, dodrantales & nitentes, neq; florem, neque fructum proferunt, radix fere nulla. German. Frauwen Haar/ Jungfrauwen Haar. Nigro hoc diu caruimus, ſed copioſiſſime hodie à Pharmacopolis affertur, ac Capillus Veneris iis appellatur. Naſcitur autem locis opacis, paluſtribus & humentibus, muris fontibuſque: Floret æſtate, & viret per totam quoque brumam: nec vlla aqua madeſcit. Adiantum album ſeu Candidum ſic dictum, quod coliculi eius ſint reſpectu nigri candidiores, eſtque ea quam Saluiam vitam appellant, ac à Fuchſio cap. 279. pro Saxifraga ſeu Empetro Dioſc. lib. 4. cap. 14. ponitur, German. teſte Trago Mauwerrautten/ appellant, quod nimirum Onyſci iuxta illius ceſpites in humidis muris agant. Non multum, ab Dioſcor. Em-

petro

petro circa initium lib. 4. diſcrepat. Naſcitur in ſaxis & locis aſperis, circa vetuſta ædificia & muros. Frutex ipſe eſt ſurculoſus, ſaxis hærens, iuncis tenuibus, Epithymi non diſſimilibus, nigris, breuibus, foliis Trichomanis, maioribus, interius leuibus, auerſa vero parte annexa puncta habentibus, ſine flore, ſemine, radice nigra, ſuperuacua. Hæc deſcriptio optime cum Adianto candido conuenit. Adiantum mediocriter eſt calidum & frigidum: æquam enim frigiditatis & caliditatis temperaturam habet. Exiccat, extenuat & diſcutit. Intrinſecus Adiantum in vino aut aqua mulſa decoctum, aliquot dies potum, iecoris obſtructiones aperit, ictericis prodeſt, nec non dyſpnœicis, aſthmaticis & felle ſuffuſis, pulmonem & pectoris vlcera purgat, ſplenis tumorem emollit, melancholiam per vrinam expellit, calculum mouet, venena & menſes educit. Contra idem, decoctum, puluis, confectio aut Syrupus eiuſdem valet: omnes alui fluxus conſtipat, æſtum iecoris ſedat. Gallinaceorum & coturnicum cibis additum, pugnaciores, teſte Dioſcoride eos facit. Extrinſecus cruda herba ad venenatorum morſus illinitur. Cum lixiuio alopecias capillis explet. Strumas diſſicit, furfures & achores exterit. Cum Iadano, Myrrhino, & Suſino, aut hyſſopo vel vino, capillos defluentes continet. Decoctum eius cum lixiuio & vino, idem præſtat.

Decoctum Adianthi, Meſuæ: Recipe Adianthi veri recentis vn. j. ß. ſummitatum Fumariæ, ſummitatum lupuli, violarum ſiccarum ana vnc j. Prunorum Damaſ. n. xj Zizipharum num. x. Iuiubarum num. xx. Coque libris tribus aquæ lento igne ad duarum librarum conſumptionem infunde tandem Pulpæ craſſæ ſolutiuæ vnc. iij. Tamarindorum vnc. iij. Mannæ vnc. j. Rhabarbari boni drach. iij. Frigidum manibus frica, cola, & propina. Sanguinem purgat, clarumq; reddit, ardoremq; ipſius ac flauæ bilis compeſcit.

Decoctum Adianthi Andernaci: Recipe Adianthi albi, Fumariæ, Lupuli ana M. j. violarum ſiccarum. P j. Prunorum num. xx. Zizipharum num. x. in aqua fontana, quanta ſufficit, ad tertias vſque coquuntur, vnaq; vice vncię quinq; exhibentur. Vel Adianthi M. ſ. ſem. Aniſi, Fœniculi ana vnc. ß. Cinnamomi, Maſticis ana drach. j. Coquantur vt ſuperius. Hoc etiam viſcera roborat.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 510 sur 1557

Syrupus Capillorum Veneris simplex: Recipe infusionis Capilli Veneris recentium, ter factæ secundum artem lib. iij. Sacchari albi li. ij. coque & fiat Syrupus.

Syrupus Capillorum Veneris compositus: ℞. Capillorum Veneris M. ij. Adianthi, Scolopẽdrię, Polytrichi an. M. j. iuiubarũ, Glycyrrhizæ ana vn. ij. fiat decoctio addendo Sacchari lib. iij. fiat Syrupus.

Syrupus alius Capillorum Veneris magistralis: Recipe Capillorum Veneris vnc. v. Glycyrrhizæ rasæ vn. ij. Macerentur in aqua horis 24. deinde coque ad dimidii consumptionem. Colaturæ adde Sacchari clarificati, Penidiorum Aquæ Capill. Vener. an. vn. viij. coque, fiat Syrupus. Ad Thoracis affectus calidos, destillationes & obstructiones est efficax, vsu creberrimus. Pleuritidis initio conuenit, cum materia calida, aut calido & frigido mista, sua tenuitate gutturis tectorium eludit. Eo Syrupo ad obstructiones primorum vasorum, in purgatoriis tentationibus securitatis gratia vtimur.

Infusio purgans sanguinem, Andernaci: Recipe Capill. Veneris M. j. Violarum P. j. Glycyrrhizæ rasæ dra. ij. Passularum vn. ß. Ficuum nu. iix. Myxariorum nu. vj. In aqua decoquantur ad dimidias. In iure decocti per noctem macerentur. Rhabarbari electi drac. j. Spicæ Nardi scrup. j. Senæ drac. iij Mane leuiter exprimantur, colenturq; Addatur Iulapii Violacei vnc. j. potuique detur.

Electuarium ad icterum, Rõdeleti: Recipe Conseruæ Capil. Veneris, Cõseruæ rad. Apii an. vn. j. ß. Cons. flor. Calendulæ vn. j. Spec. Triasantali dra. ij. Spec. Diarrhod. Abb. dra. j. Quatuor sem frig. maiorum minutim incisorum, an. dra. ij. Cum Syrupo Endiuiæ fiat Electuarium. Capiat supra bibendo aquæ graminis, vel Cichorii vnc. j.

Abrotonum, Græcis ἀβρότονον, ἀβούτονον, ἀψινθιόμενον, προκάμπυλον, κυναγχίτης, χολοποιὸν, Νεῦρα φοίνικος & Γλυκὺς ἄγκων dicitur: Latinis Arotonum, vel vt quidam subtilissimi Grammatici, Habrotonum, Cholopœon, Procampylon, Cynanchites, & Auronum à Gallico Aurone: Apud Serapionem de simpl. c. 306. Castum: Auerrhoe, Halscia, Ebenbidar, Asuila: Haliabbati, Bereniaseton & Quisumum sehum: Apud Authores Arabicos legitur: Aluise, Saguasara, Sanguasora, Sanamen, Sarion, Sekebinegi & Sehebingi. & præsertim apud Almansorem tract. 2. aliosque Seisegurab, Sgusera, Alfelifil, Cuifar, Delegensiter, Halsia Hanudab, Hesum, Kaisum, Kasũ, Kisum, Kesimi, Kakilem, Kelilech, Naesul, Namasar, Rutinas, Sachinabiam, Safara,

fara, Sagarion, & Scauſchaurarim: Italis Abrotono ſiue Abrotano, Brotano, Herba Canforata: Hiſpanis Abrotano, Yerua Lombriguera: Gallis Auron, Aurone, Auronne, Auroeſne, Auerronne, & Bois de S. Iean. Carolus Cluſius Scoparia ruta, & lignum Dei: Germanis Stabwurtz / &c. Hæc ſunt Abrotoni nomina varia: Genera eius ſunt quinq; primum dicitur ἄβροτονον ἄρρεν, Latinis Abrotonum Maſculum, Plinio Abrotonum Montanum, Dioſcoride Abrotonum Cappadocicum, Abrotanum Galaticum & Abrotonum Aſiaticum, & hoc ideo, quia in Cappadocia, Aſia & Galatia frequenter creſcit. Italis Abrotono Maſchio. Secundum genus à Dioſcoride nũcupatur ἄβρότονον θῆλυ ἀβρότονον Σικελιώτικον, θηλυφθόριον & Θηλύθαμνον: Italis Abrotano fœmina, herba conforata, Santolina Cupreſſina & Cypreſſo: Latinis Abrotonum fœmina & Abrotonum Siculum ſiue Sicilianum, Thelyphtorium & Thelithamnum à Dioſcoride: Plinio Abrotonum Campeſtre: Valerio Cordo Santonicum minus: à Simpliciſtis Cypariſſus Hortulana, Cupreſſus Hortulana, Abrotonum minus & Santolina: Gallis vocatur petit Cypres, Garde robbe, Cypres de Iardin, & du Cypres: Hiſpanis Yerua Lombriguera: Germanis Cypreſſen Stabwurtz / hoc eſt, Abrotonum Cupreſſinum vel Cypariſſinum.

Tertium genus dicitur Abrotonum Campeſtre, alii etiam herbam nuncupant Camphoratam: Germanis wild Stabwurtz / &c. Quartum genus dicitur Abrotonum fatuum, Abrotonum latifolium, & Abrotonum inodorum: Germanis breit Staubwurtz / &c. Quintum genus dicitur Abrotonum humile, & Abrotonum odoratum, Germanis wälſch Stabwurtz / &c.

Calidum eſt & ſiccum cum Abſynthio, in medio tertii gradus, vnde altero pro altero, teſte Galeno in libro de ſuccedaneis, vti licebit. Intrinſecus Ramuli Abrotoni cum ſemine in aqua vel vino, cum Melle & Sacchar o decocti, terna aut quaterna vice in die poti, orthopnœicis, ruptis, conuulſis, Iſchiadicis, vrinæ difficultatibus & ſuppurationibus, cunctiſq; internis doloribus præſentiſſimo ſunt remedio. Parium eſt virium ſtillatitia aqua. Plures eius vires in Abſynthio require, cũ quo eiuſdem eſt facultatis. Extrinſecus ſuffitus Abrotoni noxia & venenata fugat. Aqua ſtillatitia araneorũ & Scorpionum ictib. medetur. Muliebria ité loca, hac aqua lota, purgãtur ſananturq;. Puluis cum Melle illitus Capillos generat. Fit ex Abro-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 512 sur 1557

Pessus menstrua mouens, Fuchsii: Recipe Abrotani, Artemisiæ, Dictamni ana drach.ij rad. Acori, rad. rub. tinct. ana vnc. j. ß. Nigellæ scrup. ij. Baccarum Lauri drach. ß. rutæ scrup. ij. Sabinæ scrup. j. Castorei scrup ß. Myrrhæ, Stactis ana drac. j. Sagapeni drach. j ß. Tusis & cribratis iis quæ opus est, mellis quantum satis est vt in coalitum crassiorem & vnitatem coeant, adiiciatur, & vbi opus est, fingantur pessi: qui in vuluam indantur.

CAPVT X.

De Aristolochia, Aloe, Allio, Adiantho, Androsæmo, Borragine, & Buglosso.

ARistolochia, ὅτι ἀρίστη ταῖς λοοχοῖς, hoc est, quod puerperis vtilissima, vt Dioscorides indicat, vel quod puerperis conueniat & earum lochia ducat: à multis malum terræ, quod fructum ferat veluti pomum: peculiariter tamen hæc nomenclatio rotundæ datur: nam aliarum fructus est turbinatior. Gallis dicitur Sarrasine, Germanis Osterlucey/ corrupta fortasse græca voce, & Holwurtz. Porro numerantur à Iacobo Tabernæmontano 11. eius species: vt 4. vocat fumarias Bulbosas purpureas, 4. Fumarias Bulbosas albas: nonam vocat Fumariam bulbosam viridem, decimam, Fumariam bulbosam minorem: & tandem vndecimam, Fumariam bulbosam minimam.

Ab aliis dicuntur esse quinque species; vt quæ sint, longa, rotunda, Clematitis seu Sarmẽtitia, Saracenica & Pistolochia, seu Polyrrhizon: quæ omnes caule frondibus & flore adeo similes sunt, vt vix nisi à perspicatissimo distingui valeant. Galliæ multis in locis nascũtur iuxta vineas, marginesq; aruorum ac sæpium, læto ac restibili solo. Longa copiosa viret ad Sequanæ ripas. Dioscorides tria eius statuit genera, primum genus dicit esse forma rotunda videlicet à radice rotunda sic dicta, hæc fœmina dicitur: secunda species longa etiam à Radice longæ hæc mascula erit: & Clematitis Aristolochia rotunda, quæ fœmina appellatur: His tribus quartum adhuc facit genus Plinius eamq; Pistolochiam nominat, tenuiorem quã tertia, densis radicis Capillamentis, iunci plenioris crassitudine, quam Polyr-

Polyrrhizon, hoc eſt, multiradicem cognominat. Naſcitur in ſyluis & locis vmbroſis. Floret Martio & Aprili, quo elapſo ſtatim perit. Calida eſt & ſicca in ſecundo ordine, & fere in tertio, ſupra modum enim eſt amara, & ſubacris. Valent autem omnes radice tantum. Interne vtitur cum Myrrha & Pipere in vino cocta, menſes, ſecundas & fœtus omnes in vtero conſiſtentes, pota pellit. Saluberrimũ eſt eius decoctum puerperis: facilius enim & melius huius beneficio purgantur. Per ſe cum vino cocta & pota, conuulſis, ruptis, aſthmati, ſingultui, rigori, lieni, lateriſque doloribus, idque genus pulmonis & iecoris vitiis medetur. Omnes phlegmaticos humores educit.

Temperamentum.

Vſus eius Internus & Externus.

Externe vtitur in peſſo ſubdita menſes & ſecundas ducit. In vino cocta hulceribus putridis & vulneribus illinitur, aridæ radicis puluere poſt ablutionem inſperſo vulneri. Cum vino & Melle cocta, auribus inſtillata, hulcera in iis purgat, ac dolorem mitigat. In puluerem contuſa, ac cum Iridis radice pari quantitate mixta, carnem in hulceribus regignit, ſi purgata primum eius decocto ſeu aqua hulcera fuerint: gingiuas & dentes expurgat. Recens adhuc radix tuſa, impoſita, ſpinas, aculeos & ſagittas extrahit, hulcera item ad cicatricem perducit. Omnibus in ſumma fluxibus tam hominum, quam animantium medetur.

Electuarium Iuſtinum Nicolai: Recipe Cinnamomi, Folii, Coſti, Spicæ Nardi Indicæ, Caſſiæ ligneæ, Ariſtolochiæ longæ, rotundæ, Enulæ Campanæ, Hyſſopi, Pulegii, Artemiſiæ, Pentaphylli, id eſt, rad. eius, Leucopiperis, ſem. Orobi veri, ſem. Petroſelini, ſem. Leuiſtici ſem. Oluſatri, id eſt, Petroſelini Macedonici, ſem. Vrticæ, Milii ſolis, ſem. Saxifragiæ, Baccarum Iuniperi, ſem. Aſparagi, ſem. Sileris Montani, ſem. Apii, ſem. Anethi, ſem. Rutæ, ſem. Citrei mali, ſem. Fœniculi, ſem. Aniſi, Baccarum Lauri ana drach. j. ß. Sacchari albiſſimi quantum ſufficit. Fiat Electuarium. Conſeruatur per annos duos. Valet ad dolorem renum, calculos frangit, & arenam expellit & ſtranguriam diſſoluit.

Electuarium confortans ſtomachum & digeſtiuam: Recipe rad. Gentianæ rad. Ariſtolochiæ rotundæ, Myrrhæ, baccarum Lauri, Carui, Fœniculi an. dra. iij. Caryophyllorum, Galangæ, Zingiberis an. dra. j. ß. Mellis quantũ ſufficit. Fiat Electuarium. Valet contra o-

omnes morbos à frigiditate, ventositate, & materia grossa, expertum stomacho, intestinis, colica, capite. Valet etiam contra vermes & venenum.

Pastillus Andronius, Aromachi: ℞. florum mali punici drac. x. Gallæ Omphacitidis drach. iix. Myrrhæ, Aristolochiæ ana vnc. ß. Chalcanthi, Aluminis Scissilis, Misy, an. drac. ij. Sapæ quantum sufficit. Formẽtur Trochisci. Faciunt ad recentia vulnera & vetera: curant fistulas, aures suppurantes, ossa corrupta: reprimunt omnes carnis excrescentias: valent ad phagedænas & condylomata.

Clyster Quercetani: Recipe rad. Aristolochiæ rotundæ, Polypod. q. s. seminis Carthami ana drach. ij. sem. Pæon. Cumini an. drac. j. ß. fiat decoctio ex lacte. De qua Recipe vnc. v. vel vj. Hieræ picræ Gal. drach. iij. Mellis Anthosati vnc. j. olei rutacei & Liliorum an. vn. j. misce. fiat Clyster.

Aloes communi omnibus appellatur nomine, Gallis Peroquẽr, herba percelebris, vt & succus eius medicis vsibus multũ cõmendatus appellatur. Per os enim seu sumatur, seu adhibeatur exterius, salutares præstat effectus. Est vero Aloe planta vix, aut parũ Scillæ similis, vt quidã crediderunt; Folia n. crassiora sunt, pinguiora, lõgiora, latiora, vtrinque aspera, crenata, retrouersum repanda, spinulis aliquot retusis aculeata, lento tenaciq; succo turgida, foliorum sedi maioris modo: caulem erigit pedalem; Flores multos, cãdidos & semen, vt asphodeli. Radix singularis ac crassa, cuiusdam pali in terrã adacti effigie. Copiosissima prouenit apud Indos, vnde succus eius defertur, vt etiam ex Arabia & multis aliis regionibus calidis. Hæc sæpe biennium, & aliquando diutius pensilis in tabulatis, suo tenãci lentore viuit, incremẽtum capit, & noua folia promit; ac solo demissa marcescit. Ob viuacem eius naturam (perpetuo enim viret) Semperviuum marinũ à quibusdam vocatur: nisi tamen à frigore, cuius est impatientissima, studiose conseruetur, cito tabescit. Porro tota Aloes planta, grauis est odoris, & saporis amarissimi, pẽsertimq; succus eius, qui à quauis ipsius parte extractus bonus est, & in medicina facienda vsitatissimus. Eius autem concreti liquoris duæ differentiæ ad nos aduehuntur, vna arenosa & sordibus conspurcata, quæ veterinariis, seu equis medicandis dicata est, & Cabalina vocatur: alia hepatis modo coacta, vnde hæpatica, vel succotrina, quasi

Suc-

Succocitrina, quod eius puluis Citrinus sit, dicitur; aut vt quidã volunt Socotorina, quod ex Socotorina insula deferatur præstantissima. Laudatur ruffa, pinguis, nitrida, friabilis, iecoris modo coacta, facile liquescens: improbatur nigra, dura, arenosa & impura. Succus Aloes calidus est in fine primi ordinis, aut initio secundi: Siccus in tertio: amarus vehementer: adstringit modice & sine morsu. Estq; Aloe ex numero eorum medicamentorum, quæ ἐκκοπρωτικὰ appellant, teste Iano Cornario, hoc est, stercus educentia: est item εὐστώμαχος, præcipue elota: Repellit, digerit, terget parum, glutinat serius, stomachum purgat, somnum conciliat, exiccat, corpora densat, aluum soluit. Intrinsecus Aloe pondere duorum Cochlearium in aqua frigida aut tepida pota, sanguinis excreationes, Dioscoride autore, cohibet. Regium morbum curat, tribus obolis ex aqua, aut drachmæ pondere in potu. Deuorata cum resina, aut cum aqua, aut cocto Melle excepta, aluum soluit. Trium drachmarum pondere perfecte purgat. Mixta purgatoriis aliis medicamentis stomacho minus ea noxia reddit. Sanguinis eruptiones ex Hæmorrhoidibus factas sanat. Extrinsecus siccata & inspersa Aloe vulnera glutinat, & hulcera ad cicatricem perducit, compescitq; priuatim autem exulceratis genitalibus medetur, & rupta infantium præputia agglutinat. Condylomata rimasque sedis cum passo mixta sanat. Digitorum reduuias ad cicatricem perducit. Liuores & sugillata cum Melle tollit. Palpebrarum Scabrities, angulorumq; prurigines lenit. Dolores capitis sedat, temporibus & fronti ex aceto cum Rosaceo inuncta. Capillos defluentes cum vino cohibet. Tonsillis, gingiuis, omnibusque hulceribus ex Melle & vino prodest. Oculorum medicamentis in testa pura & candente torretur, rudiculaq; subinde versatur, donec torreatur æqualiter. Vel lauatur, vt quod est arenosissimum, subsidat, tanquam inutile, & leue, & pinguissimum assumatur.

Errhinum ad sanguinem reprimendum: Recipe Thuris scrup. ij. Aloes scrup. j. Contrita in puluerem, ex albumine oui subigantur, & mollissimis pilis leporinis adiectis, in penicilli formam redigantur, quod naribus indatur, tanquam peculiare parti affectæ remedium. Vel: Recipe succi Polygoni, Plantaginis ana vnc. j. ß. Succi stercoris Asinini vnc. ij. Pollinis vnc. j. ß Penicillum ex panno lineo formetur, quod his imbutum, naribus indatur. Andernacus.

Dia-

Diacatholicum Theophrasti Paracelsi: Recipe Aloes succo Citrinæ vnc.j Colocynthidis drac.vj. Agarici electi, Hellebori,nigri, Scammonii,spec.Diarrhod.Abb.ana vnc.ß. Eliciatur succus vino rectificatus,more Chymico.

Pilulæ ex sex rebus:Recipe Aloes, Scammonii, Colocynthidis, Agarici,Bdellii,Gummi Arabici,Rhabarbari an.vn ß. (Rhabarbarum à Florentinis additum est)Tere &fiat massa.Seruatur ad annũ. Dosis à scru.j.ad vn. j. pituitam à cerebro & aliis neruosis euacuant. Galenus.

Pilulæ de octo rebus, siue octomeræ,Nicolai: Recipe Aloes, Scammonii præparati ana drac.ij.Pulpæ,Colocynthidis,Epythimi, Agarici, Masticbes,Dauci Cretici,Myrobal. Chebularum, Absynthii dra.j.succi Solani quãtum sufficit. Fiat massa. Probe exiccetur, deinde ad vsum in Papyro,Ceræ liquatæ intincta,seruetur vsque ad annum.Dosis vt præcedens. Purgant humores crassos à capite, visum acuunt,& suffusionem arcent.

Pilulæ valde expertæ contra fluxum capitis:Recipe Aloes hepaticæ dra.j.G.xv.Agarici scru.j.G.iij.Masticis scrup.ß Zingiberis G.v. Spicæ Indicæ G.iv.Salis gemmæ,Trochis.Alhandal.ana.G.iij.Cum Syrupo de Stœchade fiant pilulæ n. xxx. Dosis pilulæ tres vel in introitu lecti.Valent pro capite & stomacho.

Infusio Hieræ simplicis,Mesuæ: Recipe Hieræ simplicis, Aloes an.vnc.v.Macera decocto Eupatorii vel Epithymi supra descripto ad libram vnam.In vase vitreo insola ad dies decem Ventriculũ & caput purgat:proinde amborum doloribus assiduis & hemicraniæ confert ac febrib.antiquis Macerantur etiam decocto Epithymi & Thymi.Sic purgat humorem crassum & melancholicum,& phlegmagogum est.

Confectio anacardina, Nicolai: Recipe Aloes, vnc.j. ß. Iridis, Cassiæ,an.dra.vij.Zingiberis,Anacardii,Carpobalsami an.dra. iv.ß. Folii,Spicæ Nardi,Myrobalanorum Citrinorum,Chebulorum,Indorum,Bellicorum,Emblicorum,Mei Epithymi an.dra.iij. scrup.j. Caryophyllorum,Squinanthi,Rhei pontici,Masticis an.dra.ij.cor. rad.Fœniculi lotorum lib.j.Aceti optimi lib.ij.Contusa &macerata in prædicto aceto dies septem coquantur & colentur, colaturæ bene expressæ,adde Mellis despumati li.ij.Fiat electuarium vt artis est.

Con-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 517 sur 1557

Conſeruatur per annos duos. Valet ad vertiginem, obliuionem, Rheuma capitis deſiccat, viſum acuit, &c. Datur drac. j. vel ij. cum aqua mulſa.

Hiera picra compoſita, Meſuæ: Recipe Aloes dra. xv. Epithymi, Coſti an. drac. v. Euphorbii, Croci, Spicæ Nardi, Chamædryos ana drac. Agarici drac. ix. Caryophyllorum drac. ij. Calam. Arom. Maſticis, Caſſiæ an. dra. vij. Xylobalſami vnc. ß. Piperis albi & nigri, Gentianæ, Amomi ana dra. j. Diagridii dra. ij. Mellis. q. ſ. Confice, datur aur. j. purgat bilem vtramque, & pituitam, flatus craſſos cerebri, & ventriculi & corporis reliqui diſſipat: Ob hæc viſioni imbecillæ confert, ac cæteris affectibus, cauſas illas ſequentibus.

Hiera compoſita alia, Galeni: Recipe Cinnamomi, Spicæ Indicæ, Croci, Schœnanthi, Aſari, Xylocaſſiæ, Xylobalſami, Carpobalſami, Violarum, Abſynthii, Epithymi, Agarici, Roſarum, Turbith, Colocynthidis, Maſticis an. ſcru. ij. Aloes non lotæ, drac. x. ſcrup. ij. Mellis deſpumati vnc. viij. Fiat Electuarium, in vaſe fictili vitreato ſeruandum per annos duos; Facit ad diuerſas capitis & aurium & oculorum diſtemperantias: ſtomachum quoq; optime purgat, affectiones hepatis emendat, ſplenis duritiem & denſitatem emollit & extenuat: venib. & veſicæ pdeſt, & matricis diſtẽperantiam emẽdat.

Hiera Hermetis cum dracunculo: Recipe Aloes vnc. j. Trochiſcorum Alchandel aur. viij. Turbith, Agarici, Dracunculi, vtriuſq; ſicci, Ireos, Sagapeni, Myrobalanorum, Chebulorum, Citrinorum, Indorum an. vn j. ß. Zingiberis, Cinnamomi, Maſticis Bdellii, Hellebori nigri, Euphorbii, Aſari, Caſſiæ ligneæ, Salis Indi, Caſtorii, Croci, Apii, Liguſtici, Cocci Gnidii Stœchados ana dra. j. Scyllæ aſſatæ dra. j. ß Scammonii dra. ij. Vini odoriferi quantũ ſufficit Succi Cucumeris agreſtis quantum ſufficit, Mellis, olei, quantum ſufficit. Curioſe omnia terantur, gummi & ſucci vino odoro diſſoluantur, pulueres ſucco Cucumeris agreſtis cõprehendantur. Siccẽtur itetũ eodem ſucco & pauco Melle, oleo excipiantur & ſiccentur: poſtremo Melle deſpumato omnia cõprehendantur. Datur poſt menſes ſex dra. j. ad dra. ij. Hiera Hermetis cum dracunculo maximarum & certiſſimarũ eſt virium ad Cephalalgiam, Hemicraniam, vertiginẽ, Paralyſim, Epilepſiam, tremorẽ, Spaſmum Cynicum, dolorem Colicum, Nephriticum, Vterinum, Arthriticũ. Vacuat enim humores

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 518 sur 1557

tam tenues, quam craſſos, & lentos, à capite, ventriculo, neruis, iuncturis & reliquis partibus.

Theodoricon Anacardinum, Nicolai: ℞ Aloes hepaticæ vn. j. ß. Ireos, Caſſiæ an. dra. vij. minus. G. xvj. Zingiberis, Anacardi, Carpobalſami an. dra. iij. ß. Folii Spicæ, Cort. Myrobalanorum, Meu, Epithymi an. drach. iij. ſerup. j. Caryophyllorum, Rhapontici, Maſticis, Schœnanthi an. drac. j. G. iij. ß. Mellis q. ſ. eſt. Conficitur ſic. Accipe cort. rad. Fœniculi bene triti & abluti lib j. & pone in ij. lib. aceti; & ſtet ibi per ſeptem dies, & poſtea tere ipſas radices, & in eodē aceto coque vſq; ad tertiam partem. Et cum omni diligentia cola per pānum, & pone in duabus libris Mellis deſpumati, & bulliat vſq; ad aceti conſumptionem, cū tali Melle confice. Supra dictæ a. radices colliganturin Maio, vel Iulio: quia ante hoc tempus humidæ ſunt, & poſt hoc ſiccæ ſunt. Doſis eſt dra. j. vel ij cum mulſa. Memoriam reparat, vertiginē capitis & maxime à poſteriori parte aufert, phlegma quod ibi eſt, purgat, cauſis matricis mirabiliter confert, ſi eam purgare volueris.

Hiera Ruffi, Nicolai: Rec. Aloes vn. j. Hellebori, albi, nigri an. vn. ß. Diagridii, Colocynthidis inter. an dra. iij. Nitri, Euphorbii, Polypodii, Salis Ammoniaci, an. dra. ij. G. xv. Piperis, Chamædryos, Croci, Agarici, Maſticis, Epithymi an. dra. j ß. Caſſiæ ligneæ, Xylobalſami, Opoponacis, Gith an. dra. ij. Myrrhæ G. xv. Mellis quantum ſufficit. Fiat Electuarium, ſeruatur per annum. Datur ad modum Caſtaneæ. Datur proprie ſcabioſis phlegmate ſalſo, elephantioſis, ſerpiginoſis; curat vtramq; morpheam cum tepida: Deſtruit antiquā Cephalicam, & Hemicraniam, & monopogiam, dolorem capitis vel ſtomachi: Epilepticis, Catalepticis, & iis, qui ex fumo ſtomachi extenebreſcunt, ita vt ſubitaneum timorem videant, vel ventoſitate ſtomachi tinnitum aurium patiuntur, vt in furias vertātur, deponitur Cacochymia ſtomachi, hepatis & ſplenis: elephanticis & podagricis confert auxilium: & menſtrua educit.

Antimoron Nicolai: ℞. Aloes drac. v. ß. & G. vj. Caſſiæ fiſt. dra. j. G. vj. ß. Marathri, Maſticis, an. ſcru. ij. G. v. Croci ſcr. ß. Aſari ſcru. ij. G. v. Xylobalſami ſcru. ij. G. ij. ß. Cinnamomi ſcru. ij. G. v. Ireos dra. j. Aronis, Dragontę an. ſcru. j. G. ij ß. Agarici, Colocynthidis, Nitri, Euphorbii, Caſtorei an. ſcru. ij. G. v. Apii Macedonici, Petroſelini ana

ſcru. ij.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 519 sur 1557

ſcru.ij.G.v.Ellebori nigri dra.ß.Diagridii,Coccognidii an.ſcru.ij.G. v.Mellis quantũ ſufficit.Datur ad modum Caſtaneę,in ſero cũ aqua calida.Confert Cephalalgicis,Lethargicis,ſtomachicis,Iſchiadicis, Podagricis,& de matrice laborantib.diſcoloratis,nephriticis,& omnib. qui de tenui,aut viſcoſo phlegmate affliguntur,& his,qui cibos non digerunt : phlegma & Choleram purgat,& aquoſos humores cum ventoſitate.

Vnguentum mirabile,Meſuæ:℞.Myrrhæ,Aloes,Sarcocollæ an. vn.j.Mellis deſpumati vn.vj.vini albi boni q.ſ. Coque igne lento ad ſpiſſitudinem.Vlcera putrida & fiſtulas purgat,carne implet,glutinat,cicatrice tegit,putredinem arcet.Et ſi vlceri caro ſupercreuerit, adde vnguenti Chalcitreos dra.j.ß.

Aliud:℞.Myrrhæ Aloes,dra.ix.vini albi quantũ ſufficit. His tritis tenuiſſime,vinum paulatim affunde,ſemper miſcendo,vſq; ad Mellis craſſitudinem:vtere.Addunt nonnulli Chalcitreos drac.j ß. alii olei Myrtini & vini portionem paucam viciſſim miſcent.

Præparatio Aloes Quercetani: ℞. Aloes Succotrinæ optimæ & laudatiſſimæ ex veſica vn.vj.aut li.ß.vel tantũ,quantum lubet, quã redactã in puluerẽ immittas in matracium,ſeu Cucurbitã vitream: affunde aquæ Endiuiæ aut Acetoſæ,vt quatuor vel quinq; digitos ſuperemineat: pone in B.M.calido ac fere bulliente,vaſe optime clauſo cũ ſubere ac cera Hiſpanica.Stet ita p duos vel tres dies integros & cõflabis aquã ab Aloes eſſentia tinctã & rubicundiſſimã rubini inſtar,q̃ lente per inclinationẽ ãfæcib.ſeparabis,ne quod craſſum eſt,exeat ſimul,liquorẽ effuſum ſeorſim aſſerua in alẽbico ꝓbe clauſo.Materiæ relictæ aliam affunde aquã Endiuiæ,ſed non tantũ quantũ prius.Denuo digere vt ante,colatutã ſepara,prioriq;adiice, ac rurſus aliam affunde,donec aqua nullũ amplius coloré eliciat,& videbis reſiduum,q̃ eſt in fundo arenæ inſtar,aut cineris,in magna ſatis copia.Ex media libra duæ vel tres vnciæ reſtabunt: eſt a.fæx Aloes inutilis,nec in aqua diſſoluitur. Aquam omnem tinctã deſtilla per Alembicũ,aut fac exhalare in patina argentea,Carbonib.ac Cinerib.calidis impoſita,donec materia reſtet craſſitudine Mellis,q̃ erit lucidiſſima rubini inſtar & maiori artificio atq; iudicio præparata,quam ſolet vulgo ſimplici illa ablutione,ſi vel centies abluatur. Hæc Aloes ſic præparata & depurata,baſis vicem obibit ad plures effingendas pilulas:quæq; iam per ſe ad vnius ſcrupuli doſin

exhibita excellens medicina eſt. In pluribus etiam pilulis formādis recipiuntur Gummi Ammoniacum, Bdellium, Opoponax, Myrrha, Scāmonium, quæ ipſa quoq; inprimis præparatione opus habent, vtpote quæ multis adhuc fæcibus craſſis & inutilibus ſcateant. Antequam igitur Gummi Ammoniacum, Bdellium, Opoponax & ſimilia in vſum veniant: ea in aceto roſato aut vino albo diſſoluenda ſunt, & per Setaceum traiicienda. Myrrha quoq; in vino ad ignem Baln. M. diſſoluta, adhuc calens per linteum tranſcolanda eſt. Vera Scammoneæ præparatio fit cum ſucco Limonum depurato, idq; in eodem B. M. calido, in quo diſſoluatur, & feruens etiam adhuc per linteum tranſmittatur, & hoc modo craſſa eius & impura ſubſtātia, quæ non niſi noxam parit, ab ea ſecernatur. Chymici, qui certa quadam & infallibili experientia edocti, elegantes illas & ſingulares vitrioli proprietates occulte in eo deliteſcentes eruere norunt, haud verebuntur Scammoneam, Myrrham, & ipſa etiam Gummi præparare & diſſoluere cum phlegmate vitrioli, toto ſuo ſpiritu imprægnato. In hoc ſolo enim ſpiritu latet vera illorum ſimplicium præparatio, quæ cum exuperante calefaciendi qualitate insignita ſint, hac via exquiſite & perfecte corrigūtur: hic etiam ſpiritus Euphorbii verum correctiuum exiſtit, quod alias tanquam venenum, tum in pilulis Euphorbii, tum in aliis inde concinnandis remediis (niſi prius vera, vti diximus, & legitima eius accedat præparatio) penitus abdicandum puto.

Pilulæ Panchymagogæ Quercetani: Recipe Aloes præparatæ vt ſupra lib. ß. hanc inde in vitrum ampliſſimum capax, & ſimul affunde ſuccum violarum variis coctionibus & ſeparationibus puri ab impuro, per ſolam digeſtionem in B. M. mediocriter calido, adeo depurati & cocti, vt tandem ad Syrupi ad conſiſtentiam reduci poſſit citra Mellis Saccharive additionem. Hic ſuccus ita præparatus cum prædicta Aloe miſceatur, & vitrum, in quo continetur materia, radiis ſolarib. æſtiuo tempore aut ſimili calori, vt hypocauſti exponatur, & prædictus ſuccus inſpiſſabitur atq; paucis diebus, adeo cū Aloe permiſcebitur, vt omnia in vnum corpus & in vnam conſiſtētiam reducta eſſe videantur. Nota: materia ſingulis diebus, rudicula lignea optimè agitetur, vt omnia probe inuicem miſceantur, cui mixtioni ſuo tempore adde ſuccor Florum Primulæ veris, Perſicæ arboris,

arboris, Rosarum pallidarum, Cichorii, Bugloſſæ & Hyperici, ſingulorum ad modum ſucc. Violarum præparatorum vn.iv. Et ſic intra quatuor vel quinq; menſes, quod temporis ſpatium, huius operis perfectio requirit, propter flores, qui diuerſo tempore naſcentes, ſimul colligi nequeunt, ſemilibram Aloes tuæ ad libram vnam & ſemis auctam inuenies: Omnes enim ſucci perfecte cum illa incorporati ſunt: Huius materiæ ſeſquilibræ, inſuperadde eſſentiæ ſiue extracti Sennæ vn.iij. Extracti Rhabarbari, Agarici an. vn.ij. Cinnamomi, Pulueris Fœniculi dulcis, Aniſi an. dra.j. ſpec. Dia tria Santali ſcru.iv. Omnia reducantur ad bonam pilularum conſiſtentiam, quę ad ſcr.j.ß. exhibitæ in vniuerſum omnes purgant humores, & ipſum ẽt ſanguinem: vnde hoc remedium Panchymagogum appellandũ duxi. Hæ pilulæ citra extractorum purgantium additionem per ſe ſunt præſtantiſſimæ ad corporis ſanitatem conſeruandam, ex virtute ſua Balſamica: vnde etiam vermium generationem prohibent: in genere omnes humores corruptos noxios & ſuperfluos euacuant, totam ſanguinis maſſam purificant, & ad alios diuerſos affectus curandos conducunt. Baſis præterea vicem ſubeunt ad diuerſa & ſpecifica remedia concinnanda, aduerſus febrem quartanam, & omnes lienis obſtructiones, addendo ſuff. quãtitatem Gummi Ammoniaci, bdellii, ad eum, quem ſcripſimus, modum præparatorum: vim earum purgatoriam efficaciorẽ reddes, adiiciendo Scammonium, vt ſupra præparatum. Quilibet Pharmacopœus deberet ad modum præſcriptum, magnam eiuſdem eſſentiæ Aloes, quæ in plures annos adſeruari poteſt, quantitatem ſimul præparare: per ſe ſola enim exhibita purgat ventriculum à mucilaginoſis impuritatibus, in ipſius tunicis impactis: roborat etiam eundẽ, coctionemq; iuuat. Frequẽs pręterea vnici huius balſamici remedii vſus, modo id recte pręparatum fuerit, vitã diuturnam & ſanam tuetur à plurib. morbis. Celſus eiuſdem Aloes laudes mire prędicat, nec immerito propter eius virtutes ſummas, quæ multò efficaciores adhuc, enumerata illa digeſtione & depuratione, euadunt. Si quis voluerit ex ea parare remedium ſimplex purgans bilem, quatuor vnciis Aloes, vt ſupra præparatæ, addat vn.j. eſſentiæ ſiue Extracti Rhabarbari, vel vnciam vnã extracti Agarici aut Turbith, ſi pituitam purgare velit: vel eandem doſin extracti Helleb. nigri & Sennæ, ſi ſolam melanchol. educere a-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 522 sur 1557

nimus sit: non hic opus habes correctiuis (quæ potius molem corpoream in plerisq; medicamentis augent: quam nimiam illorū vim purgatoriam minuant) ea tamen addi videbis in capite de extractis, vbi de eorundem simplicium vera præparatione & correctione agitur. Si generale quoddam remedium ad omnes humores simul, vt par est, purgandos conficere velis: misce simul omnia extracta illa augendo dosin Aloes ad eorundē proportionem. Si quis de labore & longiori tempore conqueratur, & crassiori quadam horū remediorum præparatione contentus esse velit: is quatuor his vnciis Aloes præparatæ admisceat R habarbari subtilissime puluerizati vn. j. Cinnam. scru. ij. Croci scr. j. spec. Diatriasantali dra. ß. Ex his omnib. formentur pilulę ad purgandā bilem. Ad pituitā deturbandam eidē Aloes ponderi adiice Agarici trochiscati, & in puluerē redacti vn. j. Masticis dra. j. Salis Gemmæ dra. ß. vel Agarici Trochiscati loco adde spec. Diacarth. dra. x. vt fiat Melanagogum simplex, adde Sennæ subtilissime puluerizatæ vn. j. Anisi, Fœniculi, Epithymi an drac. ß.

Pilulæ aureæ, Nicolai: ℞. Aloes, Scammonii præparati, seu Diagridii an. drach. v. Ros. rub. sem. Apii an. drac. ij ß. sem. Fœniculi ana dra. j ß. Masticis, Croci, pulpæ Colocynthidis ana drac. j. Trita crassius excipiantur, Tragacātha macerata in aqua Fœniculi, & fiat massa, quæ siccanda, & in vesica vel charta, Ceræ liquefactæ intincta asseruanda vel annum. Dosis à scrup. j. ad drac. j. vel scru. iv. Caput expurgant, aciem oculorum exacuunt, flatus ventriculi & intestinorum dissoluunt, ac citra molestiam aluum deiiciunt.

Pilulæ Arabicæ, eiusdem: Rec. Aloes optimæ vn. iv. rad. Bryoniæ, Myrobal. Citrinarum, Chebularum, Indarum, Belliricarum, Emblicarum, Masticis, Diagridii, Asari, Rosarum an. vn. j. Castorii drac. iij. Croci dra. j. Succi Fœniculi quantum sufficit. Fiat massa. Seruatur siccata in Papyro, Ceræ liquatæ intincta, ad annum. Dosis vt præcedentium. Valent ad capitis dolorē, vertiginem hæmicraniamq; lætitiam generant, mentisq; vigorem conseruant, visum acuunt auditumq; amissum reparant, ac stomachum à vitiosis humorib. purgāt.

Pilulæ contra vermes, Hieronymi Mercurialis: Rec. Aloes dra. ij. Myrrhæ, Scordii, Dictamni albi an. scru. j. Cū Syrupo de Absynthio fiant pilulæ. Dosis dra j Et si puer sit tenerior dra. ß. aut scrup. ij.

Pilulæ Cholagoge Quercetani: Rec. Succorum optime depuratorum, Centaurii minoris, Rosarū pallidarum Eupatorii Mesuæ & rad.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 523 sur 1557

rad. Oxylapathi ana vn. iv, quibus adde Aloes p̄paratæ vt ſupra vnc. vj. Digerantur ad ignē B. M. per 12. horas, vt fiat perfecta diſſolutio & mixtio, dein omnia coagulētur ad Mellis conſiſtentiam: cui adde pulueris Rhabarbari vn. j. Xyloaloes, Myrrhæ ana dra. ij. Croci, Cinnamomi an. dra. ß. ſpec. Diatriaſantali. Trochiſc. Diarrhodō. an. dr. j. Miſce fiat pilularū maſſa: Doſis ſcr. j. ß. vel ſcru. ij Proſunt in omnib. febrib. bilioſis, arquato morbo & Cachexię, iecoris itē cæterarumq; partium, nutritioni dicatarum, obſtructionib. mirifice auxiliantur.

Pilulæ Phlegmagogæ Quercetani: Recipe ſpec. Hieræ ſimplicis Gal. vn. j. ß. Trochiſc. Alhandal dra. vj. Agarici recenter Trochiſcati vn. ij. ſem. Carthami, Hermodactylorum, Aſari. Turbith gūmoſi an. vn. j. Myrrhæ electæ dra. vj. Cinnamomi, Macis, Piperis, ſem. Fœniculi an. dra. ij. Macerentur in lib. j ß. Succi Abſynthii optime depurati, & li. j. vini albi optimi, idq; in vaſe vitreo optime clauſo ad Bal. M. ſatis luculentū per triduum, dein materia adhuc feruida per ſetaceum traiiciatur, his adde Aloes vt ſupra præparat vn. iij. tandem omnia ad ignem cinerum coagulentur, donec acquirant bonam pilularum conſiſtētiam. De his pilulis in extracti modum præparatis, ſufficiet exhibere pro doſi ſcru. j. vel ſcru. j. ß. ad ſummū. Pituitam à cerebro, pectore, vētriculo, cæteriſq; partib. nutritioni dicatis, & ſeroſa excremēta à partib. ēt profundioribus. & neruoſis blande educūt: atq; idcirco omnib. morbis à cauſa frigida genitis cōferunt, vt Cephalalgiæ, Apopl. Paralyſi, cruditatib. vētriculi, doloribus itē Arthriticis, tū ad p̄ſeruationē, tū ad curationē nō paruas afferūt ſuppetias.

Allium Græcis Scorodon quaſi σκαιὸν ῥόδον, i. e. rudis Roſa, vt quibuſdam placet, allium vero à Græco ἄλλεσθαι, h. e. exilire, dictū cenſent quod ſc. exiliendo creſcat. Tria faciunt & ſunt Allii genera: Primum hortenſe, alterū ſylueſtre, q̄ Ophioſcorodō, tertium ex ſylueſtris allii genere, quod Scorodopraſon dicitur, de quibus ſingulis ordine dicetur. Ac primum de hortenſi in præſenti capite. Allium hortēſe q̄ ſimpliciter Allium, & Græcis Scorodon appellatur, Ger. Knobloch. In hortis paſſim ſatū & plantatū prouenit, frōde virēs cæpitia, caule tereti & inani. Flores in cacumine in globū circūagūtur, in quo ſemē emicat; Radicis bulbus tenuib. velatur mēbranis, mox plurib. coagmēratur nucleis, & iis ſeparatim veſtitis in cuius vertice cōplures fibræ cirrorū exemplo criſpātur, habitu tædioſo, & ſapore aſpe-

aſpero. Veſcẽti odoris & halitus fæditatem adfert. Didymus autor, eſt, ſi allium Luna ſub terra poſita ſeratur, & idem ſub terris Luna latente vellatur, odoris fæditate cariturum. Halitus quoq; tædium edentibus aboleri fertur, ſi crudam fabam poſt alii eſum manducauerint. Betę radicem in prunis toſtam fœditatem odoris allii amoliri, ſi allio ſumpto edatur, Menander affirmat. Apium allii viride, & folia rutæ recentia idem præſtare dicunt. Nec hoc tacendum, tãtam allii cum magnete eſſe diſcordiam ſeu antipathiam, vt ferrum à ſe abigat, ſi fricetur lapis allio. Allium calefacit & exiccat in exceſſu quarto. Sumptum allium omnib. venenis aduerſatur: vtile meſſoribus aliiſq;, qui molles putridaſq; ſæpe aquas in æſtatis feruore bibunt. Noxios latoſq; ventris vermes, aliaq; intra corpus venena, velut hirudines potas, vi ſua expellit, vt Galenus teſtatur. Sumptum allium ac vino mox poto, rabidi canis ſerpentumq; morſui medetur, Allio ſimul vulneri illito. Vocem ſonoram efficit, diuturnæ tuſſi eſt auxilio, & hydropicis: vrinam ciet, laxat, tormina ſedat, pediculos perimit, lendes capitis purgat; ſi cum Hyſſopo bibatur. Nonnulli Allio pulmenti modo cocti, aſſaturas veruecum farciunt. Serpentem per os hominis illapſum dormientis, non facile niſi aſſiduo allii eſu expelli, ſcribit Eraſmus. Vnde etiam ollæ vel vaſa Allio circũlita, à ſerpentib. aliiſq; venenatis ſunt ſecura. Extrinſecus ſuccus Allii Scabritiem cutis, quæ lepræ eſt ſimilis, illitus emendat: In cineres vſtum Allium, cũ Melle, idem præſtat efficacius, cutiſq; vitia & maculas corrigit: Alopeciis itẽ medetur. Suffitus Allii vel foliorũ eius, menſes adiuuat: pecorum morbis maxime conducit. In pabulo ẽt pecori datum, teſte Columella lib. 6. cap. 4. eſt ſaluberrimum.

Electuarium Indum Maius, Meſuæ: Recipe Cinnamomi, Caryophyllorum, Spicæ Nardi Indicæ, Roſarum rubrar. Caſſiæ ligneæ veræ, Macis, Cyperi an. vnc. ß. Santali Cytrini drach. ij. ß. Ligni Aloes, Nucis Moſchatæ an. dra. ij. Turbith electi dra. j. Sacchari optimi, Penidiorum, ana drac. xx. Galangæ, Cardamomi maioris, minoris, Aſari, Maſticis an. dra. j. ß. Scammonii præparati vn. j. ß Omnia tenuiſſime conterantur, & manibus oleo amygdalar. dulcium recens extracto, bene inunctis fricentur, & fiat electuarium cum Syrupo ſubſequenti, Recipe ſucci Apii, Fœniculi, Cydoniorum, Granorum omnium depuratorum ana vnc. vj. Mellis deſpumati lib. iij. ß. Allii

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 525 sur 1557

lib.iv.§. Coquantur in formam Syrupi. Purgat ventrem totum inferiorem atq; adeo iuncturas pituita etiam putri: flatûsq; dissipat, & affectibus inde natis, dolori colico & nephritico, & ventriculi & aliorum viscerum, vtile est. Datur ad aureos iij. vel à drac. ij ad dra.v.

Loch ex alliis: Recipe Alliorum purgatorum li.ß. In Cicerum & Hyssopi iure decoquetur: deinde tundetur, medulla exprimetur, incerneturq; & cum Mellis & butyri recentis si gulis libris, igne lento ad eclegmatis spissitudinem percoquetur. Valet ad Thoracis intemperiem frigidam, materiæq; pituitosæ defluxionem, tussim humidam, & diuturnam: pectoris excretiones iuuat.

Androsæmon, quasi dicas ἀνδρὸς αἷμα, id est, viri sanguis, quod attritum semen eius siue flores ac folia, hominis sanguinem, emittant & referant. Planta est fruticosa, ac ramosa, surculos multos, tenues, rubentes emittens, foliaq; lata, mucronata, hederæ satis similia, sed tenuiora & lætius virentia, quæ trita vinoso succo manant, ait Dioscor. complures alas habet in fastigio vtrinq; expansas, pinnatasq;: circa quas pusilli flores & lutei. Semen profert in calycibus paruis, velut Papaueris nigri. Illius trita coma resinosum spirat odorem. Sponte prouenit in multis Northmaniæ Syluis & aliis locis incultis, eiusq; folia mulierculæ colligunt, & pustulis quibuslibet, furunculis, & omnibus fere cutaneis affectibus adhibent, frequentissime optato & fœlici successu: Experientia enim norũt parti cuilibet admotum vel benefacere, vel nunquam obesse. Androsæmum calefacit, siccat, agglutinat, sanguinem compescit, ambusta sanat, Ischiadicis prodest, vulneribus cohibendis, vlceribus carne implendis & ad perfectam curationem ducendis confert. Semen tritum & drac. ij pondere sumptum, biliosa alui excrementa per secessum ducit.

Borrago cuiuis notissima, Buglosso non parum foliis & viribus affinis est: vtriusq; enim folia longa sunt, ad bouinæ linguæ naturã accedentia, sed borrago eadem breuiora & latiora gerit, & aduenientе hyemis rigore cito marcescit, ac commoritur; Buglossum vero stat vegetum, nec segniter frigus perfert, præsertimq; eius radix, vt & folia, quæ non longe à terra recedunt. Flores patulos edit cæruleos & interdum albos, atq; ampliores quam Buglossum, in quorũ medio velut centro, coronis quędã fusca; extremo acuminata quasi defixa est. Nascitur in fundo quouis, sed altius viret in humidiore & pingui.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 526 sur 1557

pingui. Floret tota æstate, atq; etiam in Autumno, dum tardius seritur. Semẽ nigrum profert, in reliquis idem cum Bugloſſo. Folia in iuſculis ſumpta peculiarem dant gratiam & aluum ſubducunt: atq; in vinum conjecta, potantibus animi lætitiam & voluptatem adferre viri graues ſcripſerunt, iuxta illud: ego Borrago gaudia ſemper ago. Flores in acetariis oculos & fauces recreant, & in medicamentis virtutem Cardiacam augent. Huic valde cognata eſt alia ſtirps frigoris patientiſſima, quæ modo Bugloſſum, modo Borrago ſemp virens nominatur: vtriuſq; enim effigiem & naturam præ ſe fert, & viribus hiſdem creditur. Naſcitur in locis campeſtribus multis, & ab his q ſimplicium varietate delectãtur in hortis ſeritur & colitur.

Syrupus de ſucco Borraginis: Recipe ſucci Borraginis depurati lib. iij. Sacchari deſpumati lib. ij. Coquantur in Syrupum. (Nota: ſuccus Borraginis prius eſt clarificandus cum albuminib. ouorum: alioquin plus ſatis mucilaginoſus fieret) Syrupus. Cor ipsũ roborat, eiuſq; tremoré & Syncopen ſanat: maniacos & melãcholicos iuvat.

Vinum Borraginatum facilis eſt compoſitionis ſicut & meliſſatum. Cordialia ſunt vina. Valent proprie contra Cordiacã, maniam, melancholiam & tremorem cordis: mundificant ſanguinem: malas auferunt ſuſpiciones: vtiliaq; ſunt in omni ſpecie corruptionis & ſcabiei & lepræ: inducunt lætitiam, & ventrem ad lubricitatem inclinant. Et fiunt hoc modo. In lib. ipſius ponantur muſti lib. xiv. & bulliant donec reſideant & clareſcant.

Vinum Hippocraticum Euonimi: ℞. Cinnamomi optimi vnc. j. Caryophyllorum dra. j. ß. Aniſi, Fœniculi an. dra. j. Glycyrrhizæ dra. iij. Macis, Cardamomi, Ireos an. dra. ß Sacchari albiſſ. vnc. iij. ſingula diligenter trita infundantur cũ ſequẽtibus. ℞. vini Maluatici vn. ix Aquæ Borraginis li. j. Aquæ Roſaceæ li. j. ß. Aquæ Meliſſæ vn. iij. Per tres horas iuxta fornacẽ relicta, tãdẽ ſæpius p ſaccũ filtri colato. Fiat Hippocraticũ vinũ clarũ. Valet ad Thoracis & pulmonis vitia.

Cõſerua Borraginis: ℞. flor. Borraginis, li. j. Sacchari li. iij. terãtur in vaſe lapideo, cum piſtillo ligneo, fiatq; Cõſerua in modũ opiatæ. Inſoletur & ſeruetur p annũ. Cõfortat cor, maniacis & melãch. cõfert, etiam Syncopi, & cordis tremorem aufert: Valet etiã choleræ.

Sacculus ad cordis affectus frigidos, Fuchſii: ℞. Borraginis, item flor. Bugloſſi Roſarũ, Meliſſæ an M. j. Cinnam. electi, Caryophyllorũ, Macis an. dra. ß. Ligni Aloes ſcru. j. Cort. mali Citri, ſpec. Diambr.

an.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 527 sur 1557

an. dr.j. ossis cordis Ceruini scr.ß. Croci scr.j. Cũ serico fiat sacculus.

Buglossum, à Bubulæ linguæ figura, quam non inepte refert, sic dictum, quod vi magna polleat ad hilaritatem inducẽdam ex Dioscoride & Plinio εὐφρόσυνον nominatur. Inter plantas exhilarantes numeratur, quod etiam Galenus, qui Buglossum vino immersum lætitiæ ac hilaritatis causam esse scripsit cap. 80. lib. 6. de simpl. Medic. Folia gerit longa, lata, aspera, Symphiti similia, sed angustiora, breuioraq;, nec ita obscure virentia. Caulículos gerit bicubitales, brachiatos, hispidos, flores stellatos, cæruleos; nitentes, quos semẽ cõsequitur oblongũ, obscurũ, medullosum. Radice fulcitur longa, crassa, exterius nigricante, intus alba, succulenta, dulci. Nascitur tũ in hortis, tum in sabulosis & campestribus locis. Hortensis siue naturam siue effigiem spectemus, nullæ sunt varietates, nisi in florum colore, qui in quodam albus, in alio purpureus, vt in quodam Italico, in vulgari cæruleus. Verum syluestris multæ diuersitates agnoscuntur; Aliud enim perpetuo virens dicitur, quod nullo cæli statu marcescat; aliud asperum & Echioides, cuius folia bullis prominulis, cum rigida sint, admodum horrent, perperamq; à nonnullis pro Anchusa, à cruore, quo radix eius inficit, sic nominata. Buglossum calidæ & humidæ, vel potius mediæ est temperaturæ.

Melancholicis ac languentibus in cibo cum Spinachia Buglossum est salubertimum, flore in potum etiam iniecto. Quod tres habet caules, tertianæ; quod vero quatuor, quartanæ conferre febri fertur, in cibo aut potu sumptum. A qua stillatitia & Saccharum de floríb. confectum, ad omnes febrium ægritudines sunt vtiliora ac commodiora. Vino iniectum hilaritatis ac lætitiæ causam præbere creditũ, inquit Galenus. In melicrato coctũ, iis qui ob asperitatem faucium tussiunt, p̃ dest. Caules cocti, & crudi comesti, iecoris affectibus sunt salutares. Adusti Buglossi Cinis, mulsa tẽperatus, inflammationib. & vlceribus oris, colli, linguæ, & gingiuæ plurimum confert, si os frequenter eo colluatur. Easdem vires possidet cum præcedenti, alterum in alterius defectu substitui potest.

Syrupus de succo Buglossæ ℞. succi Buglossæ depurati li. iij. Sacchari li. ij. coquantur vsq; ad Syrupi cõsistentiam. Cor cõfortat, lætitiamq; generat. Nota succus Buglossæ difficulter exprimitur: nam fit mucilago, dum tunditur Buglossa: ideo tusa dimittenda est per noctem in frigido loco & postridie exprimendus succus, atq; cum albuminib. quorum clarificandus. Cordus.

Syru-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 528 sur 1557

Syrupus purgans Melancholiam, Rondeletii: ℞. Radicum Bugloſſæ, Glycyrrhizæ raſæ an. vn. j. Cichorii, Scariolæ, Borraginis, Bugloſſæ, Fumiterræ, Violarum. Mercurialis ana M. j. Paſſularum vn. ij. ſeminis Cucurbitæ, Melonum, Citrulli, Cucumeris, Aniſi an. dr. iij. Senæ Orientalis, Polypodii, Origani, Epithymi an. vn. ij. Thamarindorum vnc. ß. flor. Borraginis, Bugloſſæ, Violarum an. P. ij. Miſce & fiat decoctio. In colatura diſſolue Sacchari quantum ſatis eſt: & fiat Syrupus. Addantur Syrupi Roſarum laxatiui vnc. iv. Bilem & Melancholiam purgat.

Syrupus alterans bilem atram, Rondeletii: ℞. Endiuiæ, Scariolæ, Bugloſſæ, Borraginis, Violarum, Lactucæ Portulacæ, an. M. j. Paſſularum vnc. ij. ſem. 4. frig. Maior. ana drac. iij. flor. Borraginis, Bugloſſæ ana P. j. Violarum P. ij. Fiat decoctio & in colatura diſſolue Sacchari quantum ſatis eſt: & fiat Syrupus.

Vinum Bugloſſatum Arnoldi: Recipe rad. Bugloſſæ mundatarum quantum ſatis eſt. Macerentur in muſto vel vino donec vinum ſaporem & virtutem eius ſumat, & aſſiduetur bibere. Humores melancholicos aduſtos per vrinam educit: cerebrum rectificat: demẽtes & fatuos ſanat, & ad ſenſum & diſcretionem reducit.

Decoctum Cordiale Andernaci: Recipe prunorum Damaſc. num. vj. Palmularum indicarum, Paſſarum ana vnc. ß. Glycyrrhizæ drach. j. ß. flor. Borraginis, Bugloſſæ, Violarum, hordei ana P. j. ſem. iv. com. frig. ana drach. ß. Aquæ fontanæ quantum alia medicamenta tres digitos ſuperare poſſit: in qua reliqua omnia coquuntur ad tertias: deinde ex iure colato datur triens, aut quincunx. Si ſæpius exhiberi debet, maior tum aquæ, tum medicamentorum modus adhibeatur. Fit etiam inde Conſerua, &c.

CAPVT XI.

De Beta, Braſſica, Betonica, Bulbo, Botry, Bulbocaſt, Betula, Buxo, Bryonia, & Buphthalmo.

BEta à literæ Græcæ & ſimilitudine, quam dũ ſemine eſt prægnãs refert, id nominis accepit, græcis βῆτλον vel σῆτλον, vt impellẽdo, vt

vt volunt, quod velut impulsu quodam arboris quadãtenus incrementum sumat, ac omnia alia, quæ in hortis seruntur, foliorum latitudine superet, Germanis Rotngraß/&c. Duum omnib. est generum: Candida & nigra, à foliorum nimirum colore. Candida quam Siculam nominant, & hinc corrupte siccam & Siclam. Gal. Bette. Solo gaudet putri, humido & læto, caulem gerit striatum, bicubitalem, folium fere Atriplicis, flores exiguos, luteos, semen in caulib. copiosum, radicem vnicam, in longũ protensam, è cuius lateribus alæ, modo singulæ, modo binæ, nonnunquam ternæ funduntur, fibris multis refertæ. Nigra huic similis est, nisi quod folia in purpura sunt nigricantica, & è radice rufa. Huius radices condiuntur, & assatis carnibus apponũtur, Candidæ vero Betæ radices in nullo sunt vsu. Alii à sationis temporib. distinguunt, facientes vernam & autũnalem: Quanquam & aliis seritur temporibus. Transfertur cõmodissime quinq; foliorum: ac eadem maior & candidior fit, si radices recenti fimo bubulo linantur, & priusquã in caulem exeant, lapillus latior, aut fictilis testa superponatur: pondere n. hoc compressa in latũ se distendit, & candorẽ contrahit vt autor est Sotion. Calidam esse & siccam in tertio ordine, tradit Simeon Sethi. Nigra adstrictionis aliquid habet, præsertim in radice. Betæ cibus cõcoctu est facilis, & vẽtriculo infirmo cõducit. Candida Beta soluit aluum, nigra vero inhiberi tradunt. Teneri caules Betæ, & folia cũ radicib. modice in aqua, quoad molleſcãt, sicut Brassica q̃ conditur, cocta, & ex acero sumpta, appetitum edendi excitant: sitim restinguunt: Cholerã in ventriculo sedant. Veteribus vlceribus & inflammationib. imposita Beta, dolorem mitigat, tumorem reprimit, & calorem nimium restinguit. Nigræ Betæ radicis succus naribus instillatus, capitis frigidos fluxus mirifice purgat. Radix in cinerem vsta, cum Melle tẽperata, capillis capitis defluentibus & Alopeciis medetur.

Brassica, vulgo caulis dicitur, quod nulla herba sit caule amplius, Græcis Crambe quasi Coramble, quod pupillas oculorũ, quas Græci κόρας vocant, obtundat, & hebetet: Eius tria sunt genera summaria: satiua, syluestris & marina. Satiua quatuor habet species. Est enim leuis, crispa, & quæ proprie Crambe dicta, & capitata.

Omnibus est caulis leuiter rubens, crassus, folium prægrande, crassum, carnosum, ex cæsio candicãs, in latus vtrinq; diffusum, pro-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 530 sur 1557

minulis venarum toris fruticans, Cyma patula (sunt autem Cymæ delicatiores & teneriores herbarum coliculi, quos à prima germinatione, & in summa stirpe proferunt, Verno enim appetente tẽpore, primo quoq; foliorum pullulatu, præclusis adhuc florum calycib. quosdã quasi turiones olus subministrat, in quibus floris primũ, mox seminis fætus, concluditur) flore tũ luteo, tũ albo, semine in siliquis. Prima a. Brassicæ species, quæ λάϊα Græcis, Latinis leuis dicitur, foliis est grandibus, latis, caule magno. Gall. Choux. Altera crispa, quæ Græcis Selinoides, q. d. Apiana, ab Apii foliorum forma, vulgo caulis crispus. Tertiam proprie Crambem vocant, caulibus minutioribus, & foliis tenuioribus, flore luteo. Quarta sessilis dicta seu capitata, quoniam in capitis formam folia eius extuberant, huius folia glomerantur in orbem, exterius callosa, & per ambitum rugata, multis intus carinarum voluminibus, externis semper interiora complectentibus. Hanc à foliorum Candore Brassicam albã, & caules albos vocant. Plura Brassicarum genera licebit à natalib. locis constituere. Transfertur Brassica tenera adhuc, cum sex foliorum fuerit. Frigidis & humidis gaudet locis. Sarrita & stercorata sæpius, plenius incrementum facit. Maxima Brassicæ & viti est discordia, adeo etiam vt si iuxta vites proueniat, vel ipsa confestim emarcescat, vel Sarmenta eius contabescentia elanguescant. Nestor in horto Alexidis Brassicam Lycurgi tradit esse lachrymam, quam secundum fabulas, cum à Libero patre viti esset alligatus, profudit. Hinc etiam si quis feruescenti in olla Brassicæ vini paululum instillauerit non amplius excoquetur, sed suis defuncta virib. ad perniciem trahetur. Præter satiuam Brassicam sunt adhuc duo Dioscoridi, Galeno & Æginetæ genera: Syluestris nimirum, quæ rustica dicitur, in maritimis plerunq; & præruptis tractibus nascens, satiuæ similis, candidior, hirsutior nec sine amaritudine. Hanc Lãpsanam Dioscoridis esse sunt qui putent, quo apud Dyrrhachium se victitasse milites Cæsari in triumpho exprobrauerunt, vt est apud Plin. & Suetonium. Lampsanam tamen alii volunt esse herbã, &c.

Marina Brassica prorsus à satiua est diuersa, estq; ea quæ officinis Soldana & Soldanella dicitur, foliis Aristolochiæ rotundæ, tenuib. prælongis, quæ singula à ramulis prosiliunt, subrubentib. vno nixa pediculo, hederaceorum modo: vulnerata liquorem emittit pauculum,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 531 sur 1557

culum, candidum, non insulso gustu amaricantem, pingui cõcretu. Soldanam n. vocant Muscum terrestrem, diuersum ab hac, de quo supra est actũ. Calida est & sicca primo ordine. Brassica præsumpta cibis temulentiam arcet, post cibos vero sumpta temulentiam discutit. Cuius rei rationem reddit Aristoteles, quod nimirum dulcẽ discutientemq; succum contineat: eaq; in plenum excocta, & expurgato callo refrigerata, medici vehementes ventris deiectiones moliuntur: quo fit vt iis qui crapula vexantur, succus humores in aluum eliciat. Crudis etiam hominibus, temulentisq; in ventriculo supra remanens, corpus refrigerat, fitque vt humores per vrinarios meatus euadentes ad vesicam delabantur. Qui cum vtrinq; abigãtur, refrigerato corpore, eos liberari crapula est conspicuum, præsertim cum sequax vini vapor, humoribus deorsum conuersis deuocetur, & præceps ad ima deuoluatur, qui sese efferens in caput, mentis arcem obsidet, & temulentiam grauitatemq; creat: Fastidienti stomacho esus Brassicæ commodat, concoctionem adiuuat, alui duritiam impedit, vrinam ciet, Choleram & bilioſos humores, quibus visus acies hebetatur, paulatim educit. Folia in vino cocta, calida pota, morsis à serpentibus auxiliantur. Idem præstat semen ex vino. Aluum Cyma deiicit feruefacta, & noua iterum & tertio adiecta, cum cœperit feruere, indita salis mica & Cymici momento, vt autor est Cato. Verum qui bibit cubet incœnatus, sola cõtentus mulsa: itidem faciendum vbi nauseæ libido veniens quem apprehenderit. Tormina discutit si cocta iterum decoquatur, addito Cumino, Sale, oleo, & polline polentæ, præsertim si sumatur sine pane. Idem facit ius decoctæ cum veteri Gallinaceo: iocinorosis & lienosis, quiq; calculo vexantur renum, prodest. Quem largior vini potus delectat, antecedens in cibis cruda ex aceto ebrietatem arcet, postea quinq; eius folia crapulam discutiunt, ne vinosæ halitus reliquiæ videantur supersesse. Podagricis quoq; in cibis prodest, ruta præsertim & Coriano additis. Hippocrates bis decoquendam alui fluxu laborantibus & dysentericis tradit. Brassica condita prodest stomachi æstui, vtilis præsertim iis, qui vehementioribus exercitiis sunt adsueti, appetitum quoque edendi excitat, & sitim sedat.

Plura

Plura Plinius & Cato. Marina Braſſica in totũ ſtomacho eſt inimica & acris. Aluum vehementiſſime ciet in cibo ẽcta. Cũ pingui vero carne propter acrimoniam coquitur. Folia omnis generis inflammationib. impoſita calorem pellunt, dolorem mitigant, herpetas & ſcabiem, epynctydas, ignem ſacrum & lepram ſanãt. Podagricis illita cum Fœnigræci farina & aceto proſunt. Ad hoc vtilis ẽt eſt vrina hominis, qui dies aliquot Braſſica victitauit. Illitum, fiſtulas, Carcinomata, Gangrænas, nomas & papulas ſanat. Pueros puſillos ſi lotio hoc abluantur, nunquã debiles fieri, Cato eſt autor: mulier quoq; ſi lotio eo locos foueat, nunquã eos viroſos fieri. Cinis ex caulib. Braſſicæ vſtus, cũ axungia, manãtia cutis vitia, teſte Galeno, ſanat. Lixiuium ex eodem cinere ſacrum ignem reſtinguere, mira experientia probatũ eſt. Syluestris Braſſicæ Cyma in lixiuio cocta, ori eſt grata. Folia eius illita vulnera glutinant, & inflammationes, tumoreſq; diſcutiunt.

Infuſio ad Scabiẽ: ℞. Braſſicæ marinæ M. j. Paſſularũ vn. j. in iuſculo Gallinacei, vel pulli coquito, & confectionis Hamech dra. iij. Syrupi de Fumo terræ vn. j. in iuris p̃dicti triente diluito, datoq; potui.

Betonica ſeu Vetonica, à Vetonibus, teſte Plinio, in Hiſpania, à quibus eſt inuenta, nomen habet, Græcis Ceſtron à multiplici eius in remediis vſu dicitur. κέστρον n. Græcis teli genus eſt. Itẽ ψυχρόφυτον in locis naſcatur frigidis. Offici. Betonica. Italis ſerratula, à foliorũ inciſuris. Gal. Betoine: Ger. Betonien Herba eſt, teſte Dioſc. caule tenui, cubitum, vel eo amplius procero, quadrangulo, foliis longis & mollib. frondis quernæ modo per ambitũ ſerratis, ad radicem maiuſculis, odore iucundo. Summis in caulibus ſemen Spicatum ineſt quaſi thymbræ: radices ſubſunt exiles, vt Veratri. Naſcitur in pratis, mõtoſis, frigidis & opacis locis: Floreſ fert Maio & Iunio. Alterã Betonicæ ſpeciem alii faciunt, q̃ vulgo herba tunica dicitur, ab huius deſcriptione prorſus diuersã, de qua ſuo loco dicetur, capite de flore Caryophyllorum. Eſt ẽt Betonica alba, de qua vide Verbaſcum. Calida eſt & ſicca in ordine primo completo, aut in medio ſecũdi.

Betonica vna cum floribus in vino decocta, ſingultientibus, cruditate ſtomachi & ructu laborantib. acido, eſt vtilis. Idẽ poteſt ſtillatitia aqua, aut cõfectio florum cũ Saccharo: ſiue puluis aridæ herbæ p ſe vel cũ Melle ſumptus. Marricis affectionib. plurimũ cõfert.

Omni-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 533 sur 1557

Omnibus in ſumma internis corporis paſſionibus, quocunq; modo ſumpta, eſt ſalutaris. Stomachi, iecoris, lienis, renum, veſicæ, matricis obſtructionibus, humoribuſque noxiis educendis prodeſt. Iis qui venenum ſe hauſiſſe verentur, puluis Betonicæ cum vino, drachmæ datus pondere, noxium omne per vrinam & ſedes educit. Ictericos non parum adiuuat. Phreniticis, comitialibus, paralyticis, & iſchiadicis in aqua decocta vtiliter bibitur. Phthiſicis & peripneumoniacis, tuſſientibus, dyſpnœa laborantibus, hydropi vicinis, & febribus ventriculi putridis, folia & flores in aqua mulſa cocti, & calidi per dies aliquot poti, mire auxiliantur. Capitis dolorem, cum linteolis Betonicæ aqua illita, ſedat: Oculorum ſimili ratione dolores mitigat. Viridia folia tuſa vel cocta capitis impoſita vulneribus, ea conglutinant & ſanant, aculeos cranio infixos extrahunt. Aurium dolores, auribus immiſſus eius vapor compeſcit. Putredini & dolori dentium, in vino & aceto cocta folia, proſunt. Cum vino rubro optimo trita aut cocta folia, ſerpentum venenatorum, & canis rabidi morſui illita, vulnere prius decocto eius purgato, præcipuum adferunt remedium. Podagræ & articulorum doloribus, idem illitum fert opem.

Potio vulneraria cephalica. Recipe flor. lilii conuallium, Betonicæ ana p. j. Galangæ, macis, ana drach. iij. Perſicariæ, chelidoniæ, vincæ peruincæ, veronicæ, centaurii ana drach. iij. perſicariæ, chelidoniæ, vincę peruincæ, veronicæ, centaurii ana m. ſ. Macerentur in vino, & ad vſum ſeruentur.

Syrupus de betonica. Recipe ſucci betonicę crudi partes tres, ſacchari boni partes duas. Coquantur ſimul & deſpumẽtur, quoad ſyrupi conſiſtentiam acquirant. Vires ipſius herbæ retinet.

Syrupus de betonica compoſitus, Auguſtani. Recipe betonicæ m. iij. maioranæ m. j ſ thymi, roſarum ana m. j. violariæ, ſtœchadis ana m ſ. ſem. fœniculi, aniſi, ſem. Ammeos ana vnciam ſemis, rad. pæoniæ, polypodii, rad. fœnic. ana drachmas v. Fiat decoctio in ſufficiente quantitate aquæ ad medietatis conſumptionem: Colaturæ adde ſucci betonicæ libras duas, ſacchari quantum ſatis eſt. Fiat ſyrupus. Ad capitis & veteri vitia prodeſt, menſes mouet: & ſimplici potius vtimur, quam compoſito. Vinum è betonica Dioſcoridis. Herbam fœminæ maturo prægnantem, cum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 534 sur 1557

suis ramulis, minæ pondo, congiis duobus vini macerant, & post septimum mensem transfundunt. Ad multa interaneorum vitia, vt frutex ipse, pollet. Conserua betonicæ. ℞. betonicæ recentis & teneræ lib. j. sacchari lib. iij. Folia in mortario lapideo terantur minutissime: saccharū vero coquendū est, cū aquæ betonicæ lib. ij. vltra syrupi consistentiam: deinde simul misceantur aliquandiu supra prunas, fiatque conserua, quæ per annum in vase vitreato conseruanda, caput & ventriculum confortat, venena ex corpore pellit.

Bulbus generale vocabulum est eorum, quæ radices habent capitatas seu plurib. capitulis compactas velut ceparum, allii, porri asphodeli, lilii, aliarumque quarundam &c. Est autem vt homonymia vocabuli tollatur Bulbus triplex, vel coronarius, vel medicamentarius, vel esculentus: inter coronarios recensentur narcissorum, lilio narcissorum, seu tulipparum & hyacinthorum pene innumeræ varietates; inter medicamentarios scilla, hermodactylus, pancratium, bulbus vomitorius; inter esculentos, qui etiam ad medicos, eosque eximios trahuntur vsus sæpe, porrum, ascalonium & hi, qui antonomasia quadam regii dicuntur, omnibus præstantiores & ad venerem stimulandam vtiles, quique veteribus in frequētissimo fuerunt ciborum vsu, pro quibus nunc cæpis & ascaloniis tantum vtimur, quæ veri nobis bulbi sunt, eosque pollicentur & præstant effectus, quos veteres bulbi, similiterque describuntur, adeo vt in antidotis dum bulbi semen expetitur, cæparum vel ascalaniorum, escallotas vulgus nominat, semen vsurpari potest. Bulbus autem dicitur radix quædam sæpius corticosa, breuis, rotunda, membranis pluribus tunicata, quarum exterior omnium maxima, extra terram sæpius frondescit, omnesque simul coeuntes, capillamenta multa, seu radiculas tenues producunt, quæ succum è terra conuenientem alliciunt in totius bulbi nutricatum. Frondes ei cæparum ritu teretes, angustæ, inanes in mucronem desinentes: cauliculi dodrantales, in quorum fastigio flosculi emicant purpurascentes, quibus deciduis semen succedit exterius nigrum, album interius. Bulbi omnes acrimoniam habent, inquit Dioscorides, excalfaciunt, venerem stimulant, multum alimenti suppeditant, inflationem pariunt, ob id ventri tentiginem excitant. Sed copia eorum largior in cibo vitanda, quoniam neruos tentant. Præ omnibus

bus autem bulbis, libenter crederem, satyrium stimulandæ veneri conferre, alios ignauius, nec nisi quia flatuosi sunt, ipsius ludibriis inseruire.

Botrys græcis Βότρυς, id est, vua herba: Latinis herba botri, Quercula peregrina siue quercula Turcica à Dioscoride etiam Ἀμβροσία Καππαδόκια, id est, Ambrosia cappadocia: Italis botri: Gallis milligrains & pyment. Hispanis Bien granada: Angelis oxe of Hierusalem: Hollandis piment: Germanis *Traubenkraut*, *Türckisch Beyfuß* &c. Fruticosa Dioscoridi est herba, tota lutea, sparsa, multaque alarum caua habens: flores multos, exiguos, luteos ab imo ad summum vsque. Semen circa totos ramulos adnascitur. Folia cichorio sunt similia, totaque valde odorata: vnde vestibus apponitur. Circa fluentes aquas & torrentes nascitur: Carpitur Augusto & Septembri, quo tempore ad maturitatem peruenit. Amara est, vimque incidendi habet, vnde calidam siccam esse facile colligitur. Botrys in vino cocta & pota difficultate spirandi laborantibus auxiliatur. Arida herba vestimentis odoris gratia apponitur.

Bulbocastanum à Tralliano græce dicitur Βολβοκάστανον: Iohannes Guinterus Andernacus vult vt legatur Βαλανοκάστανον, alii vocant Ἀγριοκάστανον: Latinis dicitur Bulbocastanum, Bulbocastanum, Balanocastanum, & Agriocastanon: à simplicistis dicitur Castanea terræ & castania porcina: Germanis *Erd castanien*, & *Seucastanien* &c. Radix huius est in temperamento calido & sicco sed medio: semen vero attingit tertium gradum, ac mouet vrinam. Editur hic fructus coctus cum iusculo, & sic bene nutrit & auget: vel crudus & sicrustici possunt concoquere: qui sanguinem mingunt & expuunt his conuenit hic fructus, item empiicis vt vult Alexander Trallianus lib. 7. sues etiam edunt, & inde valde impingue scunt.

Buxus, græcis Πύξος, Germ. *Buchsbaum*. Nemini incognita buxus, frigido apricoque solo gaudens Nascitur mali proceritate, folio myrti, exiguo, concauo, subrotundo, fronde perpetua. Flore herbaceo, semine ruffo & rotundo, omnibus animantibus inuiso: ligno pallido atque duro. Ex omni materie spississima, atque densissima, eademque grauissima, ideoque in aquis non fluitat, neque cariem, neque vetustatem sentit. Ligno quæ ferro est durities: Nec igni nec carbonibus est vtilis, ponderosa & densa, ac nec arefactæ

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 536 sur 1557

quidem leuis redditur. Sculptoribus potissimum ligni est vsus. Pyxides quoque ex ea fiunt, quibus etiam nomen dedit. Odor eius naturę prorsus aduersatur: Vnde crebro sub buxo somnum capere, cerebro vehementer incomodat. Natura buxo est astringens exiccansque: Estque exiguus eius in medicina vsus. Scobem eius in aqua decoctam, alui profluuium sanare tradunt. Serpentes vulneratos eius radice degustata sanitatem recuperare fertur. Folia & radice degustata sanitatem recuperare fertur. Folia & ramuli eius in lixiuio decocti, capillos rufant aut flauescere faciunt.

Betula, Græcis, Semyda, Germa *Bircken*, nemini non nota, fascibus olim Romanorum magistratuum, puerorum hodie castigatione venerabilis: ædium præterea mundationi se aptam & vtilem præbens. Folio est fagino, sed paulo angustiore, trunco enodi, cortice versicolore, materie leui atque candidissima, virgultorum tenuitate & flexibilitate eximia: semina fert iulorum fere specie ex ramis dependentia, quæ autumno decidunt. Inter omnes fere alias arbores sola hæc mature succum plenum concipit, adeo vt ferro vulnerata liquidum humorem emittat, gustu dulcem, quo pastores aridas sæpe fauces recreant. Huius etiam cortice papyri vice vsi sunt ante chartarum vsum inuentum, cuiusmodi adhuc hodieque libros seu volumina est inuenire. Papyrus autem, qua veteres maxime vsi sunt, in palustribus nascitur Ægypti, cuius etiam loco, corticis betulæ vsus fuit. Teneræ autem betulæ & virgultorum eius cortex puniceus est fere, & gustu amarus. Betulæ exiguus in medicinis constat vsus magis ad operanos vsus nota. Pauca tamen quæ de viribus traduntur, subnectam. Dulcis betularum succus in vere collectus, aduersus calculum & morbum regium fertur vtiliter bibi. Succus betularum, per se, aut etiam destillatus, putredines oris, papulas item & maculas cutis sanat. Eadem præstat recentium foliorum liquor stillatitius. Succus in coagulum lactis inditus, caseos à vermibus integros seruat. Ad omnia magis efficax est ex corticis cinere factum lixiuium. Ligni etiam suus ad varia opera est vsus. Virgæ eius puerorum inertiæ & petulantiæ remedio sunt saluberrimo.

Bryonia: Eius duæ sunt species: Alba, græcis ἄμπελος λευκή, id est, vitis alba; nigra ἄμπελος μέλαινα, hoc est, vitis nigra. Vtraque enim

enim has bryoniæ appellari nomine ostendit Dioscorides, & differunt solis baccis, quas altera ruffas, altera vero nigras habet. Vitis alba, quam bryoniam cum Dioscoride vocant albam, foliis, sarmentis & capreolis satiuæ viti est similis, sed hirsutiora sunt omnia: propinquos frutices capreolis suis apprehendit, iisque se implicat: frutex rubens in vua dependet, quo coria depilant. Radix alba, crassa & magna. In sepibus & dumis passim prouenit, æstate florens tota, in bonam vsque autumni partem, in quo fructum, primum viridem, post vero rubentem, cum ad maturitatem venerit, producit. Græcis ἄμπελος λευκή, id est, vitis alba. Item βρυωνία ἡ ψίλωθρον, id est, Bryonia, vel Psilothrum, à ψιλόομαι, id est, nudo, quod eius acinis coria nudentur seu depilentur. Vnde psilothrum idem quod vnguentum depilatorium. Officinis bryonia. Vulgo viticella. Vitis nigra folia habet similitudine hederæ, magis tamen ad smilacis folia accedentia, cui & caules similes obtinet: maiora tamen eius folia quam illius sunt. Clauiculis, sicut prior, arbores quoque complectitur. Floribus candidis & odoratis, quibus decidentibus semen subnascitur racemosum, initio herbaceum, plumis quasi vestitum, aut barbæ canæ effigiem præbens: cum vero maturuerit, nigrum. Nascitur in fruteris dumetisque passim. Floret Iulio. Semen in Augusto producit. Græcis hæc à baccis ἄμπελος μέλαινα dicitur: atque hanc proprie bryoniam dici, inquit Galenus. Latinis vitis nigra, & vitis Chironia à virtute medica. Clematis altera Dioscoridi. Item bucranium, hoc est, bouis vel magnum cranium. Taminea, à Taminiæ vuæ similitudine. Prima germina vitis albæ subamaram modicam adstrictionem habent. Radix desiccat & moderate calfacit. Vitis nigra idem habet temperamentum cum alba. Bryoniæ vtriusque asparagi in prima germinatione elixi manduntur: vrinæ, aluo & mensibus ducendis vtiles. Comitialibus drachmæ pondere quotidie per annum bibitur. Prodest similiter attonitis & vertigine laborantibus. Contra viperarum ictus pota duabus drachmis auxiliatur: fœtus necat mentem aliquando perturbat. Fit eclegma ex ea cum melle, quod præfocatione oppressis, tussientibus, pleuriticis & ruptis subuenit. Lienem trium obolorum pondere ex aceto, diebus triginta pota, consumit. Succus in vere ex radice eius expressus potus, vuluam purgat, & abortum facit, pituitam

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 538 sur 1557

ducit. Succus ex fructu, cum tritico decoctus si sorbeatur lactis abundantiam efficit. Extrinsecus vtriusq; folia, fructus & radix actiui sunt prædita, vnde Chironis, Gangrænis, phagedænis, & hulceribus tibiarum putridis, cum sale illita, auxiliantur. Radix corpus abstergit & erugat. Cum eruo, terra Chia, & fœnogræco, vitia faciei, varos lentigines, & cicatrices nigras corrigit. Decocta in oleo vsq; dum liquescat, potest eadem, sugillata tollit, & digitorum pterygia compescit. Illita cum vino inflammationes discutit, & abscessus rumpit. Ossa extrahit trita & illita. Medicamentis erodentibus commode miscetur. Appositа vero, fœtus & secundas trahit. Decoquitur ad insessus: vuluas enim purgat, & abortum facit. Folia vitis præsertim nigrę, cum vino exulceratis iumentorum ceruicibus illinuntur. Luxatis eodem modo opitulantur.

Electuarium Diabryonias, Democriti. Recipe rad. Bryoniæ purgat. & tritar. lib. ſ. Sapæ siue mellis passularum lib. iv. Scyllæ ossatæ, linearum mundat. a. vnc. j. ſ. Nucis Moschatæ Cardomomi, Macis Zingiberis ana drach. ij. Caryophyllorum, Piperis longi, stæchados ana drach. j. ſ. Seseleos, saxifragiæ, Galliæ ana drach. j. Agarici drach. iij. Datur post tres menses à drach. ij. ad drach. ſ. cerebrum & neruos purgat ex crementis ob id Epilepsiæ, Paralysi, vertigini, & aliis cerebri & neruorum frigidis affectibus medetur.

Syrupus ex Bryoniæ radicum succo. Rec. succi crudi rad. Bryoniæ, mellis hispanici, vino generoso despumati ana partes æquales. Coquantur leniter in vase terreo vitreato, donec fluxilis syrupi consistentiam habeat, continenter despumando. Exprimatur autem succus tempore Maii, cœli constitutione sicca: serius enim expresso, in luxuriantem herbam transfusa fuerit succositas radicis.

Syrupus de bryonia compositus. Mesuæ. Recipe Succi Bryoniæ vnc. v. Aquæ decoctionis origani, Hyssopi sicci, Libysti ci, Seseleos, Cardomomi, Stæchados, ana drach. j. sapæ vuarum passarum ana lib. ſ. Mellis. lib. ij. Syrupus de bryonia idem valet, quod medicamentum, dantur vnc. ij.

Buphtalmum: Eius quinq; ab authoribus dantur genera, 1. genus à simpliciſtis vocatur cotula, cotyla, cotula nõ fœtida chamemilla syluestris, chamomilla fatua & Bupthalmum leucanthemũ. 2. Apud Dioscoridem & græcos dicitur βούφθαλμον, αἱμοῤῥόα, γόνος ἐρμᾶ,

ἑρμῆ, κάχλας & γόνος ἄφθιτος, ideſt incorruptibilis genitura, latine buphtalmum, boanthemum, mercurii genitura, cappacorania, cachlas & boaria. Simpliciſtæ vocant buphtalmum chryſanthemum, oculum vaccæ, bubulum oculum, cotulam luteam, & herbam criſpulam. Apud Nicolaum Mirepſum dicitur creſpula & creſpul⁹, Arabicis vt Serapioni dicitur Bihar, Auicennæ Bithar, Andreas chiaoſegem, id eſt oculus Bouis. Ab Arabibus etiam alias dicitur peonaſar & peonaſari per quod intelligunt buphtalmum Germanis Streichblum: Italis dicitur occhio di Boue, occhi di Bue, buftalmo, buphtalmo & criſpula: Hiſpanis Oio de Buey, & Ben Mequeres Amaritho: Gallis Oeil de Beuf. Affricanis narrat·Germanis Sterckblum / ſiue Steinblum & Streichblum. Tertium genus dicitur verum buphtalmum tuſcanicum. Quartum & quintum genus in Gallia naſcuntur, horum 1. dicitur buphtalma marina ſiue buphtalmum maius, alterum buphtalma Norbonenſia, ſiue bupthalmum Norbonenſe, vel marinum minus, etiam tenuifolium. Germanis groß vnd klein Meer Streichblumen. Flores ſunt calidi & acres. Decoctum florum à balneo per aliquot dies potum, ictericis colorem priſtinum & ſanitatem reddere teſtis eſt Dioſcorides. Idem decoctum vomitiones adiuuat, & nauſeam parit. Flores cum cerato triti & temperati, œdemata & durities diſcutiunt.

CAP. XII.

De Chamæmelo, cuſcuta, calamo odorato, & Chamæpithi, cerefolio, caucali, conſolida, cyanocrithmo, chryſanthemo & catarice.

CHamæmelum, græcis χαμαίμηλον, Ἄνθεμις, λευκάνθεμον, μελάνθεμον, Καλλίας, Διακωλία, Διοκάλλια, τροχίσκος ἡλιακὸς, ἀπαίεμτος, Ἄνθεμον, Ἀνθέμιον, & ab Hippocrate ἐνάνθεμον, & ab Alexandro Tralliano, Ἀνθεμίσιον: Latinis dicitur Anthemis, leucanthemum, leucãthemis, melanthemũ, Callia, chamæmelũ, diacolea, apud Apuleiũ diacollia, rotula ſolis, diſcus ſolis, & herba ſuperba: Apud Hippocratem euanthemum, apud Theophraſtum anthemũ & anthemiũ, apud Trallianum lib. 8. cap. 2. Anthemiſium: Plinio lib. 1, cap. 38. Proſer-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 540 sur 1557

Proserpina herba: Ab aliis oualidia, amalocia, aulitica herba & malium. vulgares medici vocant chamomillam, camomillam & chamæmillam. Apud Serapionem de simpl. c. 22. vocatur Debonegi, apud Auerrhoem, Hoboneg, apud Alsaharauium Hesbe, apud Haliabbat. Bebonig & Bebonigi, & apud interpretes Arabicos super Haliabbatanem Babunegum & xambunegum: Apud alios Authores Arabes legitur Bebonici, Babonegi, Beborugi, Bebunegiemara, bibon, bemboniger: & apud glossographum Auicennæ bebonigi: Italis nuncupatur camamilla, camomilla & mesenella: Gallis camomille, camemina, della camomille, & camomille des champs. Hispanis manzanilla saluage: Germanis Chamillen &c. Eius genera afferuntur ab authoribus sex. 1. est chamomilla, seu chamæmelũ vulgare, seu leucanthemũ Dioscoridis. 2. dicitur chamæmelũ Romanũ, & chamæmelũ nobile. Pharmacop. vocant chamomillã Romanam: Italis camamilla Romana: Hispanis manzanilha vel manzanilla Gallis camomille Romaine. 3. & 4. genus dicuntur chamæmelum Romanũ multiflorum, & chamæmelum multiflorum Anglicum. 5. dicitur græcis χρυσάνθεμον & χαμαίμηλον χρυσάνθεμον, Latinis chamæmelum chrysanthemum, chamæmelum luteum, siue chamæmelum aureum, & chamomilla lutea. 6. græcis dicitur ἠεράνθεμον, ἱεεράνθεμον & ἐεράνθεμον: Latinis heranthemum, hieranthemum, eranthemum, flos sacer, chamæmelum purpureum & oculus dæmonis &c. Hactenus nomina & differentiæ: Eius vsus in medicina varius. Calfacit autem anthemis & exiccat in primo gradu: Resoluit ac mitigat. Cum vino cocta anthemis, potu & insessione, menses, fœtus, calculos, & vrinam pellit, iecoris & splenis obstructiones soluit: dolores vesicæ, matricis, renum & intestinorum mitigat. Pulmonis exulcerationem discuti & sanat: dyspnœam tollit; Lienteriam obstruit, ventriculum calfacit. Aqua stillatitia iisdem pollet viribus: purpureis vtilis. Flores poti cum aceto, comitiibus prosunt. Flores in aqua cocti, cum oleo chamæmelino clysteribus sunt maxime vtiles: Dolores enim renum, matricis, intestinorum, & vesicæ, mitigant & sanant. Insessu, aut in pesso subditi, ventris & matricis doloribus subueniunt. Caput & cerebrum, odor, aqua & lixiuium eius corroborant. Decoctum eius fœtida vulnera purgat.

Fomen-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 541 sur 1557

Fomentum in febribus bilioſis. Andernaci. Recipe olei roſacei, chamomelini ana vnc ij. Succi malorum aranciorum vnc. iij. Vini auſteri vnc. j ſ. His commixtis, calefactiſque, ſtomachus per linteum aut ſpongiam expreſſam foueri debet. Ex cham. deſtillatur aqua, oleum, fit extractum, ſal, vinum purgans, vinum ſimplex, ſyrupus, conſerua &c.

Fomentum in febribus quotidianis. Andernaci. Recipe olei chamomelini, maſtichini ana lib. ſ. vini vnc. iv. His calentibus ſtomachus foueatur.

Aliud ad ſtomachi frigus. Andern. Recipe chamomillæ drac. ij. maſticis, nardi gallicæ, abſinthii, anethi ana drach. j. Coquantur in quinq; vnciis vini, olei omphacini vnciis quatuor.

Clyſter dolorem mitigans. ℞. chamomillæ, meliloti, ſum. anethi ana p. ij rad. altheæ vnc. j. Fiat decoctio ex lacte: in colatura diſſolue ſacchari albi vnciam vnam ſ. vitellos ouorum num. 2. Olei Anethini, chamomillæ ana vnc. j. vel vnc. j. ſ. Miſce, fiat clyſter, diu retineatur. Heurnii.

Balneum ad morbum Gallicum. Rulandi. Recipe flor. chamomillæ ana lib. j flor. meliloti ana lib. j. Caudæ equinæ, lauendulæ, maluæ, ariſtolochiæ longæ, centaureæ ana m. iij. fænigræci p. iv. ligni guaiaci, vel iuniperini lib. iij. Bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, ſecundum artem, deinde coletur, vſuiq; ſeruetur. Poſt egreſſum ſcabies abluatur mixtura præſcripta, ex oleo ligni, & aqua plãtaginis facta. Et ſic æger ſanabitur, corpore prius recte purgato.

Oleum chamæmelinum Pauli ℞. flor. chamæmeli, dẽptis foliis albis vnc. iv. olei oliuarum lib. ij ſ. Siccentur flores in vmbra horis vigintiquatuor, deinde immitte cum oleo in vas vitreum anguſti oris bene obturatum, & quadraginta dies inſolato. Initio colici, arthritici & aliorum dolorũ, præſtantiſſimũ eſt: parũ n. repellit, & modice digerit. Aperit poros, reſoluit vapores, ſiſtit fluentes humores, corrigit malas qualitates, confert neruis, & membris neruoſis.

Sal chamomillæ Leonis Suauii. ℞. Chamomillæ quantum ſatis eſt. Exure in foco ab omni ſorde ſcopis mundato (aliq pri⁹ inſolant, alii in vmbra deſiccant.) modus vſtionis eſt, quouſq; ambuſta in quodam velut pane cohæreat: Sed ſi vltra progrediaris vrẽdo vſq; ad incinerationẽ, maiorẽ ſalis menſurã conſequeris. Poſtea in

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 542 sur 1557

fictili plumbato aquã huic pani vel cineri claram, limpidamq; supfunde, & igni, vt aliquot horis efferuescat, admoue: demũ effũde in aliud vas, vbi resideat, fæcib. relictis: tandem transige per pannũ lineum, & quod transactum erit, igne redde lento paucorum carbonum quo exhalet aqua, sal in fundo subsideat. Difficultati vrinæ prodest, si pugillus vnus ex vino calido exhibeatur.

Cuscuta ab Arabibus sic dicta est, Plinio dicitur cassytha, alijs cassutha, herbosis fruticibus adnascitur, epithymi modo, nullaq; radice nixa, sed velut ab alarum sinu prodiens, cirrhis, capillamẽtisve longissimis repit inquit Matthiolus. Eius aũt vberior esse solet prouentus in segete linaria, crebrisque volutationibus lini fastigia scandit, vnde podagram lini officinæ appellitant, quum quasi compedibus id cui insidet illiget, nec vinctum eo facile possit explicari vel extricari. Fuchsius non sine ratione credit cassitham primum radiculis niti, quæ tum arescunt, quando cirrhi, seu capillamenta plantam inuoluunt, à qua sugunt alimentum: Proinde temperamentum mutat & qualitatem, pro varia plantarum, quibus innascitur, natura, putantque multi epithymum & cuscatam non differre, nisi quod hæc lino, illud thymo innascatur. Matthiolus tamen refragatur, & effigiem vtriusque non parum dissimilem tradit, nec non qualitates, etiam Galeni testimonio. Epithymum enim calefacit ordine tertio, & cassuta tantum secundo, ita vt verisimile sit, epithymum suas vires à thymo, cuscatam à lino mutuari. Perperam igitur faciunt, qui podagram aliarum plantarum assumunt pro vero epithymo, aut cuscuta. Vtrique nulla sunt folia, sed cirrhi tantum, & velut tenues, ac subrubræ testudinum fides, quibus flores paruuli, quasi stellulæ albicantes dehiscunt, pusillo semine grauidati, quod syrupi de cichorio laxatiui in habarbaro ingreditur compositionem. Naturam habet abstergendi, & cum adstrictione roborandi. Calidam proinde in primo, & siccam in secundo statuunt ordine.

Melancholicos corporis humores, ictericum morbum & hydropem hoc ba hæc corrigit. In vino manipulus eius coctus, iecoris & lienis obstructiones soluit, regiumque morbum pellit. Stillatitius liquor quatuor aut quinque cochlearium mensura, cum pari quantitate liquoris rutæ, mane per aliquot dies, ad sudorem concocto corpore, potus, ad eadem est efficax. Aduersus scabiem Gal-

licam præstans est hæc aqua remedium: sanguinem enim vitiosum manifeste corrigit: venas quoque à malis humoribus, è quibus tertianæ febres nascuntur, purgat, in pueris maxime. Fomentis & desessionibus, omnibus melancholicis affectionibus, & præcipue nigris ictericis prodest.

Calamus odoratus apud græcos Κάλαμος ἀρωματικὸς & Κάλαμος εὐώδης, hoc est Latinis calamus aromaticus, harundo aromatica, calamus odoratus, ab aliis Κάλαμος μυρεψικὸς, hoc est calamus vnguentarius, ab eo quod veteres eum in vnguenta miscebant odorata: à Serapione lib. simpl. c. 205. dicitur Hasabel derire: Ab Alsaharauio, Alterira, ab Andrea Bellunense Alderire, Aldarira & chasab darirhe: apud alios authores Arabicos vocatur caratis, & caratim: Italis ac Hispanis dicitur Calamo Aromatico; Germanis Wurtzriedt. &c. Putant alii Calamum Aromaticum cognominis id accepisse, ad differentiam calami vulgaris, seu non aromatici. Est autem calamus aromaticus planta Indica & arundinacea, cuius scilicet caulis instar calami aut tubi cauus est, assulatim fractu facilis, nam percussu cito in assulas dissilit. Ab Acoro non parum distat, nec similiter inter radices connumeratur, sed potius inter surculos ligneos concauos, geniculatos, arundinis modo, intus albidos, exterius fuluos, odore fragrantissimo, sapore cũ acrimonia nõ exigua amaro, & in mandendo admodũ glutinoso. Ex India sola deuehitur, & pro eo radix quædã, & rei alterius, quã calami veri & aromatici, quem Hippoc. myrepsicum, hoc est, vnguentarium ab odoris suauitate nominat, in officinis multis venditur quã bylonicum nominant, qui nunc alitur, vt & aliæ plantæ rarissimæ in horto celeberrimæ scholæ Medicorum Parisiensis, Ioan. Robini Regii Botanici industria & labore; antiquorũ tamen calamus aromaticꝰ, & verus non est, hic n. acrior. & calidior perhibetur, & folia habet strictiora, magis iuncea, & ad modum trianguli vulgaris latiora, & fere yritico nostras, seu pro raro vulgaris recte substituetur. Calefacit & siccat ordine secundo, leniter adstringit, parum acer est, & partiũ quarundam tenuitate meatus aperit, menses mouet, spiritus recreat, & colorem iuuat natiuum. Calamus odoratus, Dioscoridis testimonio, vrinã potus ciet, ideoq; cum gramine aut apii semine decoctus adueisus aquã subter cutem fusam, vrinæ stillicidium renum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 544 sur 1557

vitia, & rupta bibitur. Menſes potu & appoſitu attrahit. Suffitus eius per ſe vel ex reſina Terebinthina ore exceptus, tuſſi medetur. Mulieribus ad inſeſſus decoquitur. Clyſteribus quoque inditur. Suffimentis & malagmatis odoris gratia miſcetur. Vires calami odorati quo vtuntur officinæ.

Tragæa groſſa pro ſtomacho. Recipe calami aromatici, glycyrrhizę gentianæ, an. vnc. iiij. rad. tormentillæ, zedoariæ, granorũ paradiſi, galangæ ana vnc. j. zingiberis, nucis muſchatæ, piperis longi, ana drach. ſ. cinnamomi, caryophyllorum ana drach. vj. ſem. aniſi fœniculi carui, coriandri præparati ana vnc. j. Inciſis incidendis fiat puluis, & miſce.

Alia Auguſtani. ℞. Glycyrrhizæ inciſæ, aniſi confecti ana lib. j cõfecti ſem. fœnic. confecti carui. conf. coriandri prępparati, zingiberis albi ana vnc. viij. cinnamomi electi vnc. ij. Calami aromatici vnc. j. Nucis moſchatæ vnc. ſ. concidantur groſſo modo, & miſceantur.

Acorus conditus, vulgaris. Auguſtani. Recipe conſeruę rad. acori l. j. ſ Mellis deſpumati (vel eius loco, brodii zingiberis conditi) lib j. Amygdalarum inciſarum lib. ſ. Piperis nigri, nucis moſchatæ, zingiberis albi ana vnc. ſ. Miſce & fiat conditum.

Calamus aromaticus conditus. Meſuæ. Calamus aromatic⁹ ſeu acorus verus, vt zingiber conditur. Noſtrũ quoq; acorũ officinæ cõditum habent, ſed inutilem omnino cenſemus. Acorus conditus, cerebri & neruorum affectibus frigidis confert. Fit etiam vt artis eſt inde conſerua &c.

Diacorum. Meſuæ. Recipe rad. ſecacul, ſeu ſiſeris, acori veri, id eſt, calami aromatici, pinearum ana lib. j. ſ radices ſecacul mundatæ & inciſæ coquantur in aqua clara, donec aqua conſumatur: poſtea optime piſtentur & in minutiſſimas partes cõterantur, donec pulti ſimiles fiant. Deinde affunde eis, mellis odorati & optime deſpumati lib. x. Coquantur lento igne, donec tota aqua, quam radices ſecacul imbiberunt, in vaporem reſoluta ſit, diligenter agitando, ne ad vaſis fundum adurantur radices: cum autem iuſtæ ſpiſſitudinis conſiſtentiam acquiſiuerit, ab igne deponito, & adde radices acori tenuiſſime tritas, & pineas minutiſſime inciſas, cũ ſequenti puluere optime mixtas. ℞. piperis vnc. j. piperis longi, caryophyllorũ, zingiberis, macis ana vnc. ſ. nucis moſchatæ, galangæ, cardamomi

ana

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 545 sur 1557

ana drac.iij Omnia ſimul cum melle & radicib.ſecacul miſceto, & vnito, diligenter agitando, ne grumi aliqui relinquantur. Confert mirum in modum ægritudinibus neruorum, acuit omnes ſenſus, & ingenium; ſedat dolores capitis, eſt peculiare remedium frigidarum ægritudinum, ſenum & maxime catarrhi.

Chamæpitys, quaſi dicas terreſtris ſeu humilis pinus, quod pini odorem aliquem habeat. Aiuga Plinio & abiga, item ibiga, officinis iua moſchata. Differẽtias veras tres ſtatuit Dioſcorides, Dodon: vero adiungit tres ſpurias. Prima per terram ſerpens, ſubcurua, foliis aizoi minutis, multo tamen tenuioribus, & pinguioribus, circa ramos frequentibus, abiga dicitur, ab abiete, odore pinus, flore exiguo luteo vel candido, radice cichorii: Vocatur & iua arthritica, q̃ arthriticis doloribus ſanandis conferat. Secunda ramis cubitalib. anchoræ modo incuruis, tenuibus, coma ſupradictæ ſimili, flore candido, ſemine nigro, pinus item odore. Tragus alterã ſpeciẽ deſcribit, raram inuentu, in aruis præſertim auena & zea conſitis, mẽſe potiſſimum Iunio, Thymbræ inſtar fruticantem, odore & formæ gratam, nigricantib. & teneris, & diuiſis abſinthii inſtar foliis, minoribus tamen aſpectuq; iniucundioribus, purpureis iuxta ramulos floſculis, velut in hyſſopo, ſemine rotundo, ſubnigro, radice ſimplici, qualis eſt Thymbræ, guſtu amaro, odore ingrato. Tertia mas dicta, paruula foliis exilibus, candidis & hirſutis, caule aſpero, candido, floſculis luteis, ſemine iuxta alas, pinus ſimiliter odorem referens. Hæc eſt vera iua moſchata, quam pharmacopolæ oſtendunt: & eſt eadem herba iua & chamæpitys: quamuis pharmacopolæ negent. Tragus Feldtcypreſſen tertiam appellat. Habet enim ſimilitudinem aliquam cum Chamæcypariſſo. Chamæpitys vim habet aperiendi, calefaciendi gradu ſecundo, ſiccandi tertio: morbo regio & vrinæ difficultatib. prodeſt, menſtrua mouet, aduerſus ſcorpionum ictus confert, neruos roborat, iſchiadi & aliis doloribus arthriticis conducit.

Emplaſtrum ad durum hepar, ſimul ac duritiem ſplenis. Recipe fol. chamæpityos m. ſ. rad. maluę, rad. cucumeris ſylueſtris an. vnc. j. ſ. Incidantur & macerentur in olei antiqui duabus partibus & vna vini, decoquantur & in colatura coquantur lithargyri vnc. ij. ad conſumptionem vini: Deinde diſſolue picis, colophoniæ, pingue-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 546 sur 1557

dinis porci an.vnc.iij.galbani, ammoniaci, opopanacis, dissolue in oleo amygdal.an.vnc.ſ.Iridis, myrrhæ, ſtyracis, propoleos masticis, ceræ ana vnc. j. Fiat emplastrum: malaxetur cum lacte mulieris.

Cerefolium græcis χαιρέφυλλον, & χαιρίφυλλον: ſimpliciſtis cheriphillũ, cerefoliũ, cerifoliũ, cerofoliũ, cerephyllũ, cærefolium, & cerefillum: Italis dicitur cerefoglio, cerefolio & cerfoglio: Gallis cerfueil, & du cerfueil: Germanis Kerbell &c. Secundum genus dicit cerefolium & chærephyllum ſylueſtre, cerefolium aſininũ, apium aſininum, onoſelinum & petroſelinum aſininum. Italis cerefog'io ſaluatico: Germanis Wilde körbelkraut. Tertium genus, cerefolium Hiſpanicum & cerefolium ſeu chærephyllum maius, nonnullis & myrrhis: Germanis groſſer kerbel ſiue Spaniſcher körbel &c. Calefacit in ſecundo ordine, tenuium q; partium. Radix cum vino pota, phalangiorum morſibus medetur. Menſes purgat & ſecundas educit. In ſorbitione coctis rabidis eſt vtilis. Peſtis tempore bis terve in die potam, tutos à peſte conſeruare ſcribit Dioſcorides. Pulmonis & thoracis vitia, Galeno teſte, purgat.

Caucalis græcis dicitur Καυκαλὶς & Δαῦκος ἄγριος, à Democrito βρίον, Latinis caucalis, pes pulli, pes gallinaceus, Dioſcoridi & Theodoro Gazæ, Brion, Democrito & Alexandro Benedicto Damaſium, Plinio 2. lib. de re med. in diæta epileptica c. 7. caucalia: à ſimpliciſtis apium ſeu petroſelinum aruenſe, lappula aruenſis & lappula campeſtris: Arabibus cafacalis & cautalis: Stephano Haliabbatis Gloſſographo Iezarum: Ægyptiis ſeſelis: Italis petroſello ſaluatico & caucalide: Hiſpanis queyones hierua: Gallis perſil baſtard: Germanis Klettenkörbel. Secundum genus dicitur apium ſeu petroſelinũ aruenſe rubrum, & lappula aruenſis rubra: Germanis Rhoter Klettenkörbel. Tertium genus vocant caucalidem Anglicam. &c. Eius fit deſtillatio in aquam, fit etiam inde vinum. Complexio eius eſt calida ac ſicca: vſus eius eſt internus atq; externus.

Conſolida regalis, ſiue regia, herba diuæ Otiliæ, ſiue flos diuæ Otiliæ, flos regius, equitis calcar, calcar equeſtre, flos equeſtris, pes alaudæ, corydalopodium, à Iohanne Ruellio cornueta & cornuta: Italis vocatur ſperone di caualiero, ſproni di cauallieri, cimino ſaluatico, conſolida regale: Græcis Κύμινον ἄγριον ἕτερον: Gallis pied d'alouete, comuette & ios regalle: Germanis Ritterſporn/S. Otilien

kraut

kraut &c. Eius genera sunt 7. Primum dicitur consolida regalis aruensis: Germanis Wilt ritterſporn/hocq; est duplex: tertium genus vocatur, consolida regalis satiua flore cœruleo. 4. dicitur consolida regalis satiua flore rubro. 5. Nuncupatur consolida regalis satiua flore albo. 6. dicitur consolida regalis flore multiplici. septima consolida regalis peregrina &c. Temperatum habent calorem omnia iam dicta genera cum aliquantula adstrictione: Vsus eius est externus atque internus: Destillatur in aquam & præparatur in conseruam.

Cyanus latinis, græcis Κύανος, à Guilielmo Rhegino vocatur Hermines, apud Hermolaum Barbarum, alysus siue alisus: à simpliciſtis dicitur baptisecula siue babtisecula, blaptisecula, batrisecula, baptisescera, blaueola, braueola & flos Zachariæ: officinis dicitur flos frumenti, officinis Galliæ dicitur blattisosella. Italis fior campese, battisſecula, baptisescera, blattisolere, battisuera, battisoucera, batisosela, batisolere, fior di frumento, cyano, blattisecolla, alisos; Gallis blauetz, bluetz, blaueole & aubifoin: Germanis Kornblum. Eius genera sunt 11. Primum dicitur cyanus cęruleus aruensis: Germanis blaue Kornblum. 2. genus dicitur cyanus cæruleus satiuꝰ: Germanis Blaue zam Kornblum. Tertium genus dicitur cyanus purpureus. 4. cyanus albus. 5. cyanus ex albo violaceus. 6. cyanus cæruleus multiflorus. 7. cyanus purpureus multiflorus. 8. cyanus albus multiflorus medio purpureus. 9. cyanoides maior. 10. cyanoides minor altera. 11. cyanoides minor &c. Prima tria genera sunt frigida & sicca, reliqua tria sunt calida & sicca: Ex iis paratur acetum, destillanturq; in aquã: alias vtuntur etiam tam interne quã externe.

Crithmus græcis Κρίθμον & κρίθαμον, à Galeno de simplicium med facult κρεθμον siue κρέθμος vocatur: Latinis dicitur crithmus & crithmum, crithamum & crethmum. Apud Hippocrat. 2. de diæta leg tur κρήμνος pro κρήθμος quod typographorũ culpa est. A simpliciſtis dicitur fœniculum marinum, petroselinũ marinũ, herba diui Petri, crethanus marina, sampotra, batis marina, empetrũ marinũ, calcifraga marina, saxifragia marina, & vnguis aquilæ, à Plinio Batis, ab officinis cretha marina, & salsa marina, Petrus Crescentiensis vocat Rincum marinum. Arabes vocant lerain & Alhulaic: Italis fenochio marino, herba di S. Piero, crithmo, crithamo & crethmo:

Hispa-

Hiſpanis perexil, de la mar, hinoio marino. Fenol mari, fungo marinho, & vnhas de agnula yerua, id eſt, vnguis aquilæ herba: Gallis bacilles, ſempiere fenoil marin, fenouil marin, de la creſte marine, & de la bacille: Germanis Meerfenchel &c. Secundum genus crithmi dicitur chryſanthemũ littoreum, vel crithmũ chryſanthemũ, ité Aſter, Atticus marinus. Tertiũ genus dicitur crithmũ ſpinoſum. Quartum genus dicitur crethanus aruenſis, crithmus aruenſis, crithamus terreſtris, & falcaria herba: Italis crithamo terreſtre: Germanis Feldtbacilien. &c. Eorum vſus tam internus quam externus eſt: vt videre eſt apud medicos.

Chryſanthemum à Græcis dicitur χρυσάνθεμον, χαλκίτις, χαλκὰς, ſiue vt quædam volunt exemplaria κάγλας, χάλκανθον & χαλκάνθεμον. Latinis chryſanthemum, chalcitis, chalcas, chagla, chalcanthũ, chalcanthemũ, garuleum & calta: Italis chryſanthemo, Germanis Goldtblum. Secundum genus ſimpliciſtæ vocant chryſanthemum ſegetale, chryſanthemum aruenſe & calta aruenſis: Quidã vocant bellidem luteam: Germanis dicitur Wildt goldtblum. Tertium genus dicitur chryſanthemum Hiſpanicum, à Carolo Cluſio vocatur chryſanthemum valentinum: Germanis Spaniſch goldtblum &c. Sunt calidæ & ſiccæ complexionis: Interne vtuntur ad icterum poſt egreſſum è balneo: Deinde vtuntur etiam externe cum oleis & vnguentis &c. ad varios diuerſoſque affectus.

Catanance græcis dicitur Καταναγκη, Δαμναμένη: in aliquib. exemplarib. Dioſcoridis legitur Δαμναμίτη, Δῆμος κῆμος, κρόπον, Ἀρκόπους, Ἀρκηπόδιον, Ἀρχαεὰς & Ἰοβὶς Μαδιάς. Latinis dicitur catanãce, damnamene ſiue damnamete, demus, cenus, crotium, arcopus, arcopodium, archaras, Iouis radius, datiſca & crepula. à Virgilio in Bucolicis eclog. 4. dicitur lutum, dum ait:

Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.

Apud Vitruuiũ 7. architect. 14. dicitur luteũ, apud Pliniũ lib. 33. c. 5. lutea. Apud herbarios dicitur luteola, vnguis miluinus, & vngula miluia: Italis vnge de gatto herba: Hiſpanis vnhas de gato yerua: Gallis vvaude: Germanis ſtreichkraut & ſterckkraut. Alterum genus dicitur catanance altera, ſiue vnguimilua altera. Eius vſus externus optimus eſt, abuſus vero magico-diabolicus vti videre eſt apud Medicos.

CAP.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 549 sur 1557

CAPVT XIII.

De Chamædry, Caryoph. Carthamo, Centaurio & Chelidonio.

CHamædrys quasi humilis quercus. Vnde etiam quercula minor appellatur. Latinis Trixago, seu Trissago. Vulgo etiam serratula, à foliorum incisuris. Nonnullis Teucrion, ob similitudinem quam cum Teucrio habet. Gallice Chesnette, ou, Germandree. Germanis klein Bathengel. Est autem duplex: Vera & Vulgaris. Vera est cuius descriptionem ponit Dioscorides. Locis nascitur petrosis & asperis. Frutex ipse dodrantalis, folia habens exigua, forma & diuisura quercus, flore paruo, pene purpureo. Carpitur semine prægnans. Hodie paucis admodum Pharmacopolis cognita. Hanc ipsam tamen ab Italo quodam acceptam in horto suo fouet Iohannes Frenfrebius, Pharmacopola Moguntinensis, vt est diligens harum rerum obseruator & inquisitor: per omnia referentem & forma & sapore folia quercus, adeo vt nemo eam veram esse Chamædrym possit ambigere.

Chamædrys vero Vulgaris, qua pleriq; Pharmacopolæ vtuntur, descriptione ab hac est diuersa, ac Germ. Gamander dicitur. Estque duplex: Altera mas, altera fœmina. Nascitur locis aridis, folio per omnia Scordii, amaro, radice longa, tenui, lignea. Omnia Chamædrys genera calida sunt & sicca in ordine tertio. Quæ nostris tamen Germaniæ locis nascuntur, non vsq; adeo, ob loci frigidiorem naturam, calfaciunt & exiccant. Chamædrys viribus à Betonica parũ differt. Vtraque in vino vel aqua decocta, colata & cum Melle vel Saccharo temperata, contra tussim, recentem hydropisin, splenem induratum, stranguriam & vrinæ difficultatem est efficax. Idem decoctum venena expellit, menses ciet, frigidis præsertim mulieribus, quæ albo infestãtur fluxu, vtile. Reliquas cum Betonica virtutes cõmunes obtinet. Insessu album fœminarum fluxum, & matricis affectiones sedat. Cum aqua cocta salsa vel aceto, cum fermento subacta, eructationes stomachi & vomitus ex frigore natos, illita sedat. Destillationes capitis puluis eius cum Nigellæ semine pari

quantitate in sacculo capiti calidus impositus cohibet. Cum aceto, vino, Melle vel oleo vulneribus auxiliantur. Furfures & squamas capitis ac superciliorum, cum lupini farina per acetum & aquam salsam colata pellunt. Ad omnia in summa & hæc & sequens herba, ad quæ Betonica, sumi potest.

Ad decoctiones, potus confectiones, olea, emplastra, balnea, vel desessiones. Vinum Chamædrytes. Foliorum Chamædryos tusorũ libra in amphoram musti iecta, linteolo rato cum quibusdam lapillis folia inuoluuntur, vt degrauatus ponduſculo fasciculus fidat: Vinum post quadraginta dies defæcatum elutriatur. Ex calfacit, discutit: conuulsis, Regio morbo, vuluæ inflationibus, tardæ concoctioni, incipienti aquæ inter cutem subuenit, Inueteraſcens melius redditur. Dioscorides.

Caryophyllata ab radicum odore; quem de se præbent, dicitur: vocant quidam Lagopum: Plinius lib. 27 ca. 7. vocat Geum. A nostris Botanicis vocatur λαγόφθαλμος, Lagophtalmus, oculus leporis, Auantia, Caryophyllata siue Cariophyllata & Sanamunda, à Scaligero Getia, à vulgarioribus practicis Auartia, Herba Benedicta, & Garyophyllata: Italis Gariofillata & Garofonata: Gallis Galiot, Refize, Herbe Beonite & Salmonde: Anglis Anenes: Germanis Benedicten Kraut / Heil aller Welt/ &c. Præterea adhuc sunt tria genera, quorum alterum dicitur Garyophyllata Montana, Auantia Montana & Caryophyllata maior: Italis Gariofillata Montana, Garofanata Maggiore & Garofanata Saluatica: Germanis Berg Benedicten Wurtz &c. Alterum à Simpliciſtis vocatur Caryophyllata Alpina. Vltimum, genus dicitur Caryophyllata Syluatica & Herba Benedicta syluestris: Germanis wilde Benedicten Wurtz.

Calida est & sicca in ordine secundo. Folia & radix non mediocriter in gustu adstringunt. Intrinsecus radix in vere effossa imposita vino, præcipuam ei suauitatem & gratiam adfert: Cor exhilarat: iecur aperit: Phlegmaticos in ventriculo humores discutit, Tormina & matricis dolores in vino radix hæc cocta sedat. Decoctum radicis cum vino omnia sordida vlcera, carcinomata, fistulas purgat, aliquod diebus illita, præsertim vero primo puerperii tempore. Ex radice nonnulli parant conseruam, item vinum, &c.

Cartha-

Carthamus à Seplasiariis dicitur Crocus Syluestris, à Medicis & Græcis Cnicus, Latinis Cnecus, officinis Carthamus : Eius duo agnoscuntur genera, Satiuum vnum, quod Carthamus Vulgaris est, alterum Syluestre, cuius adhuc duas Theophrastus differentias tradit, vnam recto caule, quo priscæ mulieres pro colu vtebantur, & Ruellio Atractilis est & Carthamus Syluestris; alteram humiliorem, torosiorem, Hirsutiorem, humi penè serpentem, quæ in officinis Carduus benedictus est. Est autem Carthamus, planta & ventris subductoria & Carduorum cognata, caule bicubitali & sæpe altiore assurgens, recto, duro, admodum lignoso & superne ramoso. Oblonga ei folia sunt, in medio & prope surculos lata, in fastigio acuminata, in ambitu aculeata. E surculorum extremitatibus erumpunt capitula rotunda oliuæ magnitudine & sæpe maiora, multis squamulis spinosis obuallata, è quibus staminei, ac Crocei flores exeunt, adeo Crocum referentes, vt non nisi à perspicacissimis discernantur : Hinc venia quadam plebecula digna, quæ Crocum Syluestrem appellitat. Succedunt semina oblonga, læuia, alba, anguloſa, splendentia, seminum floris solis Peruuiani effigie, quorum cortex admodum durus, medulla candida, pinguis, subdulcis, &c.

Natura Cnico est calida. Semen tertii excalfacientium, extrinsecus adhibitum, est ordinis. Intrinsecus, cibis Croceum colorem inducit, pauperum condimentum : aluum duram mollit. Tusum semen & succus expressus, cum iure Gallinaceo potus, aluum non tantum emollit, sed viscosa quoque phlegmata, Dioscoride teste, educit. Confectio, quæ Diacarthamum dicitur, ad eadem est efficax. Extrinsecus Croceo colori inducendo conducit : Pulmentis quoque, quibus lectos mulierculæ oblinunt, admiscetur.

Oleum Cnicinum, Mesuæ : Cnicinum oleum fit ex semine Carthami purgato, & tuso. Aqua intercute laborantibus, viscerum obstructionibus, ventriculi & coli cruciatibus flatuositate genitis, efficax est. Suspiriosis mirifice prodest, & vocem clarificat. Epotum pituitam tum vomitionibus elicit, tum per inferna educit.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 552 sur 1557

Decoctum pituitam educens, Andernaci: Recipe Hyſſopi, Thymi ana P.ſ.ſem.Cnici vnc.vj.ſem.Aniſi, Fœniculi ana drach.j. ß Polypodii vnc.ß.Glycyrrhizæ raſæ vnc.ij. Decoquantur in aqua ad tertias.

Diacarthamum, Arnoldi Villanouani: Recipe ſpec. Diatragacanthi frigidi vnc.ß.Pulpæ Cydoniorum vnc.j.Pulpæ Carthami vnc.ß.Zingiberis drach.ij Scammonii præparati drach.iij.Turbith. drach.vj.Mannæ drach.ij. Mellis Roſati col. Sacchari Candi ana vnc.j.Hermodactylorum vnc.ß.Sacchari albi vnc.x.ß. Fiat Electuarium liquidum. Flauæ bili & pituitæ educendæ mirifice conducit. Datur à drac.j.ß.ad drach.vj.

Electuarium fortiter pituitam purgans, Heurnii: Recipe ſeminis Cnici vnc.iv.Turpethi gummoſi.fol.Senæ ana vnc.j.ß. Diagridii drach.v.Rhabarbati vnc.j.Agarici Trochiſcati drach.vj.Mannæ vnc.ij.ß.Myrobalanorum Chebulorum vnc.iij. Polypodii vnc.ij. Zingiberis drach.ij.Craſſius conterantur: & affundatur Aqua vitæ,in qua Diambræ vncia per octo dies macerata fuerit: macerentur tepide dies quatuordecim,hinc prælo exprimantur:&ex liquore Aquæ vitæ extilletur, donec ad melleam craſſitiem ſubſidat. Drachma adultis: dimidia iunioribus ex iure, cum Syrupi Roſati, vel Violati laxatiui ſemuncia diluitur, potuique datur.

Loch de Carthamo Meſuæ: Recipe Medullæ ſem. Carthami drach.vj.Amygdal.mundatarum drach.ij. Nucleorum pinearum mundatorum drach.j.Mellis cocti,ſucci ſcillæ, ana quantum ſufficit.Fiat loch ad perfectionem.

Syrupus diaſereos,Andernaci:Recipe Intybi, latifolii, Cichorii ana M j Adianthi albi,nigri,Agrimoniæ,Scolopendrii,Lupuli, Fumariæ ana M.ſ.Veſicariæ,id eſt,Alkekengi drach.iij. Violarum P.j. rad.Apii,Fœniculi,Aſparagi ana vnc.ß. Polypodii Quercini vnc.j. Glycyrrhizæ drachm.vj.ſem.Cnici vnc.j.ß.ſem.4.frig.maior.ana drachm.ij. Hordei non excorticati P.ij.ſem.Endiuiæ, Cichorii ana drach.j.ß.vuarum paſſarum vnc.j. Pruna Damaſcena paria x. florum Borraginis,Bugloſſæ, violarum ana P.j. Myrobalanorum Citrinorum,Chebulorum ana vnc.ß. Omnia in aqua ad tertias decoquantur,& in huius decocti iure colati libra & ſemiſſe, macerentur ſeorſim Rhabarbari electi vnc.ij.ß. Agarici Trochiſcati vnc.j. Foliorum.

liorum Senæ vnc.j.ß.Zingiberis,Cinnamomi ana drach.j Expreſſis colatiſque iterum adde Sacchari optimi lib.j. Syrupi Roſarum ſolutiui vnc.iij.Mixta omnia rurſus modice coquantur ad iuſtam ſpiſſitudinem.Ex hoc Syrupo interdum Cochleare vnum vel ſemiunciam,cum modica hordei aqua,cui Cinnamomi aliquid incoctum ſit,pueris bile ſuffuſis,vel obſtructionem & duritiem viſcerum expertis,aut lumbricis infeſtatis, ante cibum ſalubriter exhibuimus: prouectioribus, tum viris, tum mulieribus in ſimilibus affectibus duo Cochlearia, cum Syrupi violacei, aut Roſacei ſolutiui vno & quaternis aquæ intybi,aut hordei,aut alterius, morbo conuenientis,valentioribus vncias duas,cum vna Syrupi Roſ.ſolutiui,& aquæ Cichorii duabus. Quod ſi æger delicatus ſit,& febri careat, aquæ ex Cinnamomo diſtillatæ Cochleare vnum aut alterum admiſceatur.

Syrupus Diacnicus, Andernaci: Recipe Adianthi, Hyſſopi, Thymi, Origani, Chamædryos, Chamæpityos, Scolopendrii,Bugloſſæ ana M.ſ.Cuſcutæ,Veſicariæ ana vnc.ß. Cort. Tamaricis vnc.ß.Polypodii vnc.j.ß.ſem.Aniſi,Fœnicul.Ammeos Dauci ana vnc.j. ſem.Cnici contuſi vnc.iv.ß.Paſſularum enucleatarum vnc. ij. Decoquantur in aqua ad tertias, colentur: deinde adde Senæ Alexandrinæ vnc.j.ß.in iure decocti per noctem macerentur.ad hæc Agarici Trochiſcati vnc.ß. Zingiberis drach.j. Rhabarbari drach.vj. Hæc ſequenti die colentur,valdeque exprimantur.Poſtea Sacchari albiſſ.lib.j.Syrupi Roſ.ſolutiui:Syrupi violacei ſolutiui ana vnc.ij. Syrupi Acetoſi ſimpl.vnc.ij.Miſceantur, atque iterum modice coquantur,dum ſatis ſpiſſeſcant. Ex hoc Syrupo vnciæ duæ adultis cum aqua ſtillatitia Hyſſopi aut Thymi, aut Pulegii vnciæ inſtar, Cinnamomi ſemuncia,aut Cochleari recte exhibentur. Pueris & delicatis mulieribus vnc.j. cum Syrupi Roſ. ſolutiui ſemuncia, & aqua Cinnamomi ſtillatitia ex vino modica.Idoneus eſt Autumno, & hyemis veriſque initio: febribus longis,quotidianis, quartanis, & obſtructionibus viſcerum, lienis & iecoris, expituita & craſſis humoribus creatis. Nec non & aquæ intercute laborantibus.

Extractum ex ſemine Cnici & aliis,Andernaci:Recipe Medullæ ſem.Cnici vnc.iv, Turpethi albi fol. Senæ Alex. ana drachm j.ß.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 554 sur 1557

Diagridii drach. v. Rhabarbari electi, vnc. j. Agarici Trochiscati drach. vj. Mannæ Granatæ vnc. ij. ß. Myrobal. Chebulorum vnc. iij. rad. Polypodii vnc. ij. Zingiberis albi drach. ij. Minutim incidantur, vel crassius conterantur, & in vini spiritum, ex quo pulueris confectionis Diambræ drach. j. per octo dies macerata fuerit, ponantur, sinanturque stare in loco calidiore, diebus quatuordecim; deinde sacculo indantur, & sub prælo valde exprimantur: postea id quod expressum est, ampullæ infundatur, & operculo impositum, vinum extillatur, donec ad Mellis spissitudinem peruenerit. Drachma dimidia iunioribus, adultis integra, ex iure vel liquore peculiari, cum Syrupi Rosacei aut Violacei solutorii semuncia diluitur, potuiq; datur.

Pilulæ Colicæ Andernaci: Recipe Cnici, Anisi, Castorii an. dra. j Petroselini, Piperis longi, rotundi ana drach. j. ß. Opii, Iunci odorati, Myrrhæ, Nardi ana dra. ij. Ex Melle parentur Catapotia. Ex his scrupuli instar sumetur mane, vel à Cæna.

Tabulæ Diacnicum, Andernaci: Recipe Diatragacanthi frigidi vnc. ß. Carnis Cotoneorum vnc. j. Zingiberis albi drach. ij Medullæ seminis Cnici vnc. iv. Diagridii dra. iij. Turpeti albi vnc. vj. Mannæ, Mellis Rosati colati ana vnc. j. Sacchari optimi drach. x. Parentur tabellæ, pendentes vnc. ß singulæ.

Tabulæ purgantes humores mixtos. Eiusdem: Recipe spec. electuarii Diacnicu, vnc. ß. spec. elect. Diaturbeti cum Rhabarbaro drach. vj. Sacchari vnc. iij. ß. Redigantur in placentulas, drachmas tres pendentes.

Centaurium à Centauro Chirone nomen habet. Folia habet nucis iuglandis, oblonga, viridi Brassicarum colore, serrata in ambitu, caulem rumicis, binûm ternûmve cubitorum, adnatis multiplici sobole fruticantibus ab radice, in quibus capita, ceu papauerum, è rotundis oblonga. Flos in cæruleum inclinatus, semenq; cnico simile, floccis inuolutum, vt in lanugineis solet floribus, radice vasta, solida, ponderosa, bicubitalique, madida, acri cum adstrictione quadam, nec citra dulcedinem rubescente: Rubet & siccus, gaudet pingui solo nasci, apricis fruticosisq; collibus. Officinæ hodie improprie hanc radicem Rhaponticum appellant. Est enim Rhaponticum, quod officinæ hodie ostendunt, Centaurium illud maius.

maius. Germanis cum officinis eodem errore Rhapontic nominatur. Errant & ii qui Centaurium hodie depingunt cubitali caulículo, frondibus ſalignis, aliquanto maioribus, per interualla binis, auerſa parte candicantibus, interna virentibus, & fere connexis, flore luteo: quæ Lyſimachiæ magis deſcriptio conuenit. Radix Centaurii eſt acris, ſubadſtringens, ſubdulcis, & ſubamara, glutinandi vim habet. Ad duodecim annos, nec vltra radix aſſeruari valet. Radicis decoctæ ſuccus medetur omnibus morbis: priuatim vero aduerſus angues, radicis drachma in vini Cyathis tribus bibitur.

Sanguinem excreantibus in febribus in aqua datur: ſin febris non ſit, in vino. Eodem modo torminibus, vuluarumq; doloribus medetur. Per ſe faciles facit excreationes: ſanguinem eiicientibus prodeſt. Stomachum corroborat. Dyſpnœæ medetur in eclegmate: Pleuriticis & peripneumonicis bibitur cum dauco, Phthiſicis in vino prodeſt. Regium morbum qui ſit citra febres, impugnat: tormina diſcutit. Inſperſum vel illitum, vlcera, quæ cacoethe vocant, ſanat. Recens tuſa radix, aut arida ante madefacta vulnera glutinat & coniungit. Menſes & partus in tenuitatem Collyrii derasa, & ſubdita euocat. Carnibus adiecta coaleſcere eas facit, ſi ſimul coquatur.

Centaurium minus, Græcis Λιμνήσιον & Λιμναῖον, quod circa paludes & ſcatebras aquarum proueniat, eſt dictum. Latinis febrifuga, à viribus, & Fel terræ, ab amaritudine quam habet, appellatur. Gall. Fiel de terre. Herba eſt Origano Hypericove ſimilis, caule ſeſquipalmum alto, frutícanti, anguloſo, Lychnidis floribus, è puniceo purpuratis, folio rutæ, prælongo, & minuto, ſemine tritici, radice tenui, ſuperuacanea & leui. Naſcitur Dioſcoridi iuxta lacus, & loca rigua. Hodie vero in ſolo paſſim arido, & in pratis minus pinguibus eſt inuenire. Floret æſtate & autumno. Naturæ eſt calidæ & ſiccæ. Exiccat maxime abſque mordacitate: eſt enim amarum cum exigua adſtrictione. Manipulus Centaurii cum floribus in vini aut aquæ menſura dimidiata ad mediam decoctus partem, bilioſos & viſcoſos ex ſtomacho humores per inferna educit. Ictericis & febri aſſidue laborantibus prodeſt. Iecoris & lienis obſtructiones, dies aliquot potus, aperit: vitioſos corporis humores educit.

Vermes

Vermes ventris necat, mortuos fœtus & menſes pellit: Colicæ paſſioni, in qua obſtet obſtructio, medetur. Suauior eſt aqua ſtillatitia, ſed viribus imbecillior. Eoſdem præſtat vſus puluis herbæ cum vino, vel pilulæ ex eo confectæ, quæ non parum coxendicum, articulorum & podagræ quoque doloribus auxiliantur. Ad Clyſteres etiam non eſt inutilis. Succus cum Melle Collyriis oculorum miſcetur. Menſes ciet & ſecundinam, peſſo in eo madefacto. Vetera vlcera purgat, & ad ſanitatem perducit. Viridis herba ruſa & illita, vulnera recentia conglutinat & ſanat. Succus expreſſus ac in ſole arefactus iiſdem pollet viribus. Succum Dioſcorides hoc modo conficit: Legitur herba in ipſo flore, & diebus quinque madefacta, ad mediam decoquitur partem, mox linteolo exprimitur, ac quod expreſſum eſt, iterum, donec Mellis craſſitiem induat, coquitur.

Puluis contra lumbricos: Recipe comarum Centaurii minoris, Lupinorum ana lib.ß. Abſynthii, baccarum Lauri, Gentianæ ana vnc.iv. Ariſtolochiæ rotundæ, Pyrethri, Polypodii, Petroſelini Macedonici, Zedoariæ, Myrrhæ ana vnc.ij. Abrotani vnc.j ſem. Athanaſiæ vnc.iij. flor. Perſicorum vnc.ij.ß. Coriandri præparati vnc.j.ß. Senæ Alexandr. ſem. Santonici ana vnc. ij. drach. ij. Aloes, ſem. Portulacæ, rad. Dictamni albi ana drach.ij. Miſce & fiat puluis.

Decoctio vulneraria: Recipe virgæ aureæ, Saniculę, Polygonati, Plantaginis, Saluiæ minoris, Pulegii, Ariſtolochiæ rotundæ, Centaurii minoris ana M.j. coquantur in vino & aqua ana menſ.j.ß. vſq; ad conſumptionem duorum digitorum, coletur, & vtatur mane ſtomacho ieiuno, hauſtu vno.

Potio vulneraria Cephalica: Recipe flor. Lilii Conuallii, Betonicæ ana P.j. Galangæ, Macis ana drach.iij. Perſicariæ, Chelidoniæ, vincæ pervincæ, Veronicæ, Centaurii ana M.ſ. Macerentur ſupra, & ad vſum ſeruentur.

Potio vulneraria: Recipe Herb. Saniculæ, Virgæ Aureæ, Polygoni, Plantaginis, Saluiæ, Pulegii, Centaurii minoris, Ariſtolochiæ ana M.j. coquantur in vino & aqua ana menſ. j. ß. vſque ad conſumptionem duorum digitorum, coletur, & vtatur mane ſtomacho ieiuno.

Aqua dealbans Capillos; Fumanelli: Recipe Centaurii maioris vnc.iv.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 557 sur 1557

vnc.iv. Aluminis fæcis vnc.viij. Aluminis Rochæ, Gummi Arabici an.vnc.ij. Saponis albi mundi, lachrymæ ex Tragacantha ana vnc. iv. Aquæ vnc.vj. Coquantur ad dimidias, & colentur: caputque hac lotum colatura, ad ſolemque ſiccatum, denuo abluatur lixiuio.

Chelidonium apud Græcos authores dicitur χελιδόνιον, & χελιδόνιον μέγα, κρατικόν, ἀβίβ, Γλαύκιον, πάνδιος ῥίζα, φιλομήδειον & ὀθόνιον: apud Latinos, Chelidonium & Chelidonium magnum, Chelidonia maior, Hirundinaria maior, Pandionia radix, Philomedium, Othonium, Fabium, Cratæa, Aubium, Herba lucis, Herba impetiginaria, Herba Hirundinis, & apud Apuleium Hirundinina: Vulgares Medici dicunt Chelidonium, Chelidoniam & Eſclaram: Serapioni de ſimpl. cap. 296. Kauroch, Curcuma & Chelimonthoma: Andras Bellunenſis vocat Chalidunium & Memiram: Gloſſographus Auicennæ Algurduene, Hauroch ſiue Hautoc, Chilidomon & Memireſin: Auicennas cap. 199. Cauchum, Aluarduchale, & Alxardahune: Italis Celidonia Maggiore, & Herba donna: Hiſpanis Gelidonia, Yerua de las Golondrinas & Golondrinhas, Celiduena & Celiduenha: Gallis Eſclaire, Chelidoine, Felougne, & Eſclere: Ægyptiis Mothoot: Anglis Celondine: Germanis Schwalben Kraut/Goldtwurtz/&c.

Nonnulli Chelidonium maius ab hirundine, quæ Græcis χελιδὼν dicitur, nomen accipere putãt, quod nimirum, teſte Plinio, hirundo hanc primum inuenit, & ea oculis pullorum in nido reſtituit viſum. Vel quod hirundinum aduentu floret, diſceſſu vero marceſcit, quod de altero, minore ſcilicet vere dicitur: Maius autem dictum ad differentiam minoris. Caule conſurgit cubitali, & amplius, gracili, adnatis folioſis compluribus: Foliis Ranunculi, multis, tenerioribus, colore cæruleo nitidis. Flos iuxta ſingula folia violæ. Succus in eo Croci, mordax, acer, non ſine quadam amaritudine & graueolentia. Radix ſuperne ſingularis, inferne autem multiplex in Croci Capillamenta fibratur. Siliqua cornuti papaueris, tenuis, longa, in metæ figuram, in qua ſemina ſunt minuta, papaueris ſemine maiora. Locis naſcitur opacis & parietinis. Floret in hirundinum aduentu, ac deinceps tota æſtate. Calidum eſt & ſiccum in tertio ordine abſoluto; Radix

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 558 sur 1557

eius cum vino albo & Aniso pota, regio morbo medetur. Idem pota per aliquot dies præstat aqua stillatitia. Manipulus Chelidonii purgatus, in Rosaceo iusta quantitate decoctus, ac colatus, Theriacæ vnc. j. ß. addita, contra pestem efficacissimum est remedium.

Succus Chelidonii mixtus Melli, & in æneo vase in carbonibus decoctus, oculorum caligini confert. Succus autem ex floribus, foliis & radice æstate exprimitur, siccaturque in vmbra, inque pastillos formatur. Cum vino radix illita herpetas sanat. Commanducata dentium dolores sedat.

Chelidonium alterum. Herba est parua, sine caule, foliis hederæ, rotundioribus minoribusque pediculis quibusdam à radice dependentibus, item teneris & aliquatenus pinguibus. Radices habet pusillas, frequentes ex eodem callo prodeuntes, in tritici modum aceruatim congestas, quarum tres aut quatuor tantum in longitudinem progrediuntur. In limitibus gignitur humidis & palustribus. Veron floret tempore, mense Martio, sub hirundinum aduentum. Florem habet splendoris aurei, & in foliis purpureas maculas, quas Dioscor. non descripsit. Virgilio 4. Georg. Amellus, vt Valerio Cordo placet, appellatus: his nimirum versibus:

Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello
Fecere Agricolæ, facilis quærentibus herba:
Nanq; imo ingentem tollit de cespite syluam
Aureus ipse, sed in foliis, quæ plurima circum
Funduntur, violæ sublucet purpura nigræ.
Sæpe Deûm nexis ornata torquibus aræ:
Asper in ore sapor: tonsis in vallibus illum
Pastores, & curua legunt pro flumina Mellæ.

Hoc calidum est & siccum, teste Galeno, ordine quarto: minus acre & gustu erodens, vt sæpe etiam nullam commanducando acrimoniam præbeat: Potissimum quod locis humidis est natum. Locis vero natum siccis, gustum acriorem & erodentem habet.

Ad externas potius quam internas corporis partes, ob insignem acrimoniam & erosionem, adhibetur. Herba cum radice in vino cum Melle decocta, præstantissimum præbet Gargarismum: Fluxus capitis purgat: lentos humores educit. Folia, radix, succus, puluis & stillatitia aqua mariscas & strumas efficaciter sanant. Vnde Scrophulariæ minoris nomen accepit.

Arca-

Arcanum Elementatum: Recipe Chelidoniæ, Melissæ, Ruæ Arthriticæ, Flores Thapsi, Papaueris, Centaurii, Betoniæ, Hypericonis an. M. ij conquassentur omnia accurate, & addatur aliquantum aceti: sinantur putrefieri Postea exquisitissime exprimantur, & ita in circulatorium ponantur ad dies 10. vt indesinenter ascendant. Postea vtere. Non ineptum sit, si addas Masticem & similia.

Essentia siue oleum Chelidoniæ, Quercetani. Chelidoniam contusam indas Cucurbitæ vitreæ optimè obturatæ ad digerendum per quindecim dies, in putri calido vtero: post appositio rostrato alembico, primo, lento igne, aquam separabis ad siccitatem capitis mortui. quod contundes, ipsi affundendo elementum aquæ prius destillatum, vt supernatet quatuor digitis: obturato vase putrefiant omnia in B. M. per octo dies, post destillentur rursus, dando ignem per gradus, donec nulli prorsus prodeant spiritus. Hac autẽ secunda destillatione aquam & aerem obtinebis phlegma. si voles separabis per Balneum Mariæ, & destilla per Alembicum, donec materia in lapillos albos prodeat: qui reiteratis solutionibus & coagulationibus cum aqua propria, Crystallini fiunt: sicq; terra optime purificata, quæ quamuis alba sit, ignem tamen & tincturam intrinsecam continet. Huic ergo superiniicito priora duo elementa, vt supra reseruata, & circulentur simul in balneo donec appareat, & supernatet oleum, quod vera dicitur essentia, infinitis prædita facultatibus. Eadem methodo Melissæ, Saluiæ, Valerianæ, & reliquarum eiusmodi omnium veras poteris assequi præparationes.

Elixir 4. Paracelsi Quintarum Essentiarum: ℞. Q. E. Chelidoniæ, Melissæ an. vnc. ij Q. E. Auri, Quintæ Essentiæ, Mercurii an. vnc. ß. Q. E. Croci, Myrobalanorum omnium ana vnc. j. omnia permixta simul in digestione solis clausa cæco maneant alembico mense bino. Postmodum adde Quintæ Essentiæ vini, eius magisterii ana vn. j. ß & iterum digerantur per mensem vt supra: tandem in thesaurũ seruato, necdũ ad præseruationem tantum, sed ẽt ad restaurationẽ.

Extractum Chelidonii, Andernaci ex Paracelso. Chelidonii herba recens adhuc cum floribus & radicibus simul, pultis instar contunditur, inditurq; ampullę, & in fimo equino p mẽsem maceratur: Deinde in balneo humor, ad fæcum siccitatẽ vsq; extillatur: postea hæ cõterũtur in puluerẽ & humore paulo ante plecto, perfunditur,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 560 sur 1557

rurſuſque diebus triginta in fimo maceratur, vt prius: tunc ex cineribus calidis deſtillatur, ſeparatur aqua ab oleo: quod Chymici veram Chelidonii eſſentiam appellant. Ex fæcibus in cinerem redactis cum aqua Sal elicitur.

Vnguentum detergens: Recipe ſucci Centaurii, ſucci Chelidoniæ ana vnc. iv. Mellis vnc. iij. flor. Verbaſci P. ij. Thuris, Myrrhæ, Maſticis ana vnc. ß. olei Terebinthinæ vnc. vj. vini albi generoſi lib. j. Putrefiant in fimo calido, & coquantur ad vini & ſuccorum conſumptionem, igne cinerum, donec reducantur in formam vnguenti: adde pro vnc. j. huius vnguenti, præcipitati Mercurii dulcificati drach. j.

Sal Chelidonii, Euonymi: Recipe radices Chelidonii mundatas à terra ſine ablutione quantum volueris, tere diligenter in pila marmorea: pone in vaſe circulationis per diem naturalem, deſuper infunde aquam ardentem: poſtea ſine per noctem in Balneo Mariæ ſtare: demum mane extrahe ſine vlla expreſſione. Poſtea fac vt ſeparetur (exuperet) aqua ardens deſtillando, vt moris eſt, & colligatur. Et cum tota aqua ardens per Balneum Mariæ fuerit reſoluta, in fundo vaſis remanebit puluis Citrinus: quo vtere: pro qualibet doſi ſcrup. j. cum vino albo, loco & tempore neceſſario. Menſes euocat.

CAPVT XIV.

De Calamintha, Conyza, Coronopo, Cyclamino, Carduoben. Cardiaca, ac Cynera.

CAlamintha dicta, quaſi καλὴ, id eſt, bona mentha. Officinis Calamenthum. Dioſcorides tria facit eius genera: Montanam, agreſtem, & fruticoſam. Primum in montibus potiſſimum naſcitur: folia habet Ozimo ſimilia, ſubalba, ramulos anguloſos, florem purpureum. Latinis Calamintha montana. Alterum in campeſtribus & agris naſcitur, quod Latini proprie Nepetam vocant, Pulegio ſimile, maius tamen. Vulgo Pulegium ſylueſtre, quod Pulegio ſit ſimile, ac odorem etiam eius referat. Hoc ſolo genere vtun-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 561 sur 1557

vtuntur officinæ. Calamintham domesticam appellat Mesue. Tertium locis nascitur aquosis, Mentastri similitudine, foliis longioribus, caule & ramis prædictis maius, sed minus efficax, flore luteo. Quartum addit Tragus ex sylvestris Mentæ similiter genere, foliis Origani, sed minoribus, coloris Leucophæi, floribus circa caulem rubris, gustu ardente & amaro.

Et hæc postrema duo genera, ex Mentastri seu Menthæ Sylvestris sunt speciebus. Calamintha essentia est tenui & calida siccaq; in ordine quodammodo tertio: gustu enim est acris, & palàm calida, ac paulum omnino amaritudinis obtinet.

Succus Calaminthæ vino potus, lumbricos & venena expellit: sudores prouocat, iecoris & lienis obstructiones aperit, frigidos renes calefacit, matricis dolores sistit; menses ciet. Potissimum vero hoc præstant folia vino decocta ac pota. Pectus idem potus purgat, vrinam ciet, enterocelen sanat, Choleræ abundantiam ladimit. Ventriculum confortat. Tertianam febrim, purgato prius ventriculo, pellit. Vinum cum Calamintha decoctum, siue eiusdem succus, maculas nigras demit, yermes aurium perimit. In desessionibus & desudationibus menses ciet; matricis dolorem, sicut mentha, mitigat. Suffitus eius serpentes & omnia venenata abigit. Syrupus de Calamintha confert lienosis, quibus durus est lien & penè irresolubilis, & his qui frigida viscera habent, & asthmate laborant, præsertim in senibus & in habentibus antiquas tusses. Si quis enim vel pectus, vel ventriculum, vel intestina crassa, tenaci, & irresolubili materia plena habuerit, hoc Syrupo vtatur. Compositio hæc est: Recipe Calaminthæ domesticæ & sylvestris ana vnc. ij, seminis Ligustici, Dauci, Schœnanthi, ana drachm. v. Passularum enucleatarum lib. ß. Mellis lib. ij. Aquæ quantum sufficit, & coquantur. Mel autem debet esse optimum & Aromaticum, sicut in omnibus Syrupis. Proinde poterit etiam cum Saccharo fieri, cum pauci optimum Mel habeant. *Syrupus de Calamintha.*

Syrupus de Calamintha, Mesuæ: Recipe Calaminthæ domesticæ, Calaminthæ Mõtanæ an. vn. ij. sem. Leuistici, sem. Dauci, Schœnanthos ana drac. v. Passularum enucleatarum lib. ß. Mellis li. ij. fiat Syrupus. In hoc Syrupo sex aquæ libræ recipiantur, quæ bulliant:

primo passulas, deinde alia secundum præscriptum ordinem ponendo, vsq; ad consumptionem medietatis: denique addito Melle fiat Syrupus secundum artem. Syrupus de Calamintha, lienosis plurimum confert, quibus durus est lien, & pene irresolubilis, & his qui frigida viscera habent, & asthmate laborant, præsertim in senib. & in habentibus antiquas tusses: si quis enim vel pectus, vel ventriculum, vel intestina, crassa, tenaci, & irresolubili materia plena habeat, hoc Syrupo sanatur.

Oxymel ex Calamintha, Mesue: ℞. rad. Apii rad. Fœniculi, rad. intybi ana vnc. j. Schœnanthi drac. ij. sem. Apii, sem. Fœniculi, sem. Anisi an. drac. vj. Calaminthæ Montanæ & domesticæ, Spicæ, Asari, Cassiæ, Masticis, Dauci, Petroselini an. vnc ß Caryophyllorum, Ligustici, Zingiberis, Galangæ an. drac. ij. Aceti lib. iix Aquæ lib. vj. coque ad duarum partium consumptionem, adde Mellis despumati lib. v. Coque. Datur ab vnc. j. vsq; ad vnc. ij. calefacit, incidit, terget humores crassos, lentos, putres: ob id intemperiem frigidam ventriculi & epatis corrigit, Scirrhum lienis, & aliorum viscerum dissipat, febres diuturnas iuuat.

Diacalaminthon Galeni: ℞. Calaminthæ Mõtanæ, Calaminthæ Campestris, Seselios (id est, Sileris Montani) Petroselini Macedonici an. dra. vj. Zingiberis drac. iij. Apii, id est, sem. Apii, Comarum Thymi ana drac. ij. Ligustici drac. vj. Piperis, id est, Piperis nigri drac. xij. Mellis quantum sufficit. Fiat Electuarium. Seruatur per annum. Auxiliatur iis, quos cibi fastidium vrget, appetentiam reuocans: ægre quoque spirantibus, ventriculo refrigerationem sentienti, & flatibus distento confert.

Diacalaminthon aliud: Recipe Calaminthæ Montanæ, Pulegii, sem. Petroselini, Seselios an. vn. j sem. Apii, Cacuminum Thymi an. vn. ij. Libystici seminis vnc. iix Piperis vn. xxiv. Mellis quantum sufficit. Fiat Electuarium. Crassa & lenta attenuat & discutit, vrinas mouet, ac muliebres menses.

Diacalaminthum Nicolai: ℞. Ca'amenthi, Pulegii, Hyssopi, Melanopiperis, Seseleos, Petroselini an. dra. iij scru. ij. Leuistici drach. j. scru. j. semin. Apii scru. j. Ameos, Thymi, Anethi, Cinnamomi, Zingiberis an. scru. ij. Confice. Datur post prandium & cænam. Valet ad omne vitium pectoris ex frigiditate, maxime his, qui in senili sunt ætate.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 563 sur 1557

tate: valet etiam tussientibus ex frigida causa, & quaternariis, si ex eo vtantur post prandium & post cœnam, in sero cum vino.

Conyza Græcis, Latinis Cunilago dicitur, vulgo Pulicaris, quod pulices necet: item Cimicaria, quod folia eius cimicibus aut bestiolis voluctibus, vt Ruellius affirmat, iis proximis, frequenter inueniantur onusta. Dioscorides & Plinius, duo faciunt genera: Marem & fœminam. Mascula Conyza, quæ maior dicitur, caule assurgit bicubitali, torosiore & ramosiore, foliis maioribus, inbricatis, oleæ similitudine, sed hirsutis & pinguibus, flore splendidiore, luteo & subrufo, qui in pappum & lanuginem abit: radicibus superuacuis, odore cum grauitate quadam iucundo. Fœmina seu minor, foliis est tenuioribus & compressioribus, colore Mellis, quæ trita digitis, contacta hærent, flore squalidiore, odore acriore: in reliquis priori similis. Hippocrati dicitur Cunilago mollis. Vtrunque genus est Serotinum: post Arcturum enim germen & semen emittit. Locis vtraque nascitur aridis & montanis. Tertia Conyzæ species caule est crassiore & molliore, foliis mediæ inter priora duo genera altitudinis, sed minime pinguibus, odore multo fœdiore, viribus etiam minor, locis proueniens humidis, quam Conyzam fœtidam appellare licebit.

Quartum Plinius facit, Satiuam, Serpyllo similem, è Cunilagine Montana factum. Præter has aliam quoque Hippocrates ponit, Apio Crispo similem, odoris teterrimi, maximeque fastidiendi, quæ in maritimis & sabulosis locis prouenit, quæ cum Melle & vino fœminarum locis, quæ fœtum non recipiunt, admouetur, vt idem est autor.

Complexionis est calidæ & siccæ.

Folia & flores Conyzæ in vino decocti, menses & mortuos fœtus calidi poti educunt. Stillicidio vrinæ & stranguriæ auxiliantur. Regium morbum efficaciter idem decoctum discutit & expellit: qua de causa obstructionibus iecoris herba est vtilissima. Epilepticis cum Aceto decocta vtiliter infunditur.

Venenata & impura animalia sparsa humi fugat, pulices necat & pellit. Suffitus eius serpentes & cochleas abigit. Spectra hac fugari posse vulgo persuasum est: à fulminis

nimis etiam ictu, huius beneficio domum tutam. Viridis herba illita, venena ex serpentum morsibus extrahit: cuiuscunq; generis vulnera purgat, & sanat. Fronti alligata, præsertim altera minor species, Phreneticis est auxilio.

Coronopus, Græcis κορωνόπους, κορωνοπόδιον, Δάκτυλος, ἄμμων & ἄστειον: Latinis Coronopus, Coronopodium, pes Cornicis, Dactylus, Ammonus, id est, Arenaria, Astrium, Caciatrix & Stilago, alii volunt Silago: apud Columellam dicitur pes Miluinus: Apuleio Crus Galli siue Galli Crus: Apud Simpliciſtas pes Corui, Cerui-Cornu & Cerui Cornia Herba, Gramen Ceruinum, stella Maris, Capriola & Herba stella: Italis Coronopo & Coronopo domestico, Herba stella, & Corno Ceruino: Hispanis Guiabelha: Gallis Capriole & Corn de Cerf: Africanis Atirsipte: Germanis Krähenfuß & Hirtzhorn/&c. Dioscorides hoc primum dictum genus describit etiam lib. 2. cap. 116. Alterum genus Plinio dicitur Canaria, Auicennæ Sanguinaria, Simpliciſtis Coronopus syluestris, Serpentina, & Gramen Serpentinum: Italis Coronopo Saluatico, Serpentina, & herba stella Saluatica: Germanis Wildthirtzhorn Schlangẽgraß/&c. Tertium genus dicitur Coronopus minor & Serpentina minor: Germanis kleiner Krehenfuß siue klein Schlangengraß/ &c. Quartum genus dicitur Coronopus repens, Coronopus aruensis & Coronopus Theophrasti, German. kriechender Krehenfuß/ &c. Quintum genus dicitur Coronopus Massilioticus, German. Marsilischer Krähenfuß/&c. Eius vsus tam est Internus quam Externus, destillata etiam aqua multis in morbis appropriatur. Radix eius est adstrictoria: Natura ei exsiccandi. Herbæ mediocrem teenent calorem: Radix teste Dioscoride olerum modo estur, ac cœliacis, Galeno, Dioscoride & Plinio consentientibus, prodest. Hodie in acetariis etiam editur.

Cyclaminus à circulari, seu rotunda radicis forma nomen accepit: vmbilicus terræ à forma, Barbaris Arthanita, officinis panis porcinus, Ichthyoteron, quod pisces necet: Item malum seu pomum Terræ, rapum terræ, tuber terræ, nõnullis Cissophyllon: Gallis Pain de Pource, ou Pain porcin: Germanis Erdapffel. Cyclaminus nascitur in locis vmbrosis sub arboribus, in vepribus & syluis multis. Circa initium autumni floret; folia habet hederæ, ambulosa,

losa,ambitu leuiter serrata, ex viridi purpurascentia, in quibus & supra infraque maculæ plures albicãt. Est altera Cyclaminis species, cui lata quidem folia sunt, sed fere nihil angulosa & quasi rotunda,nec nisi obscure maculata. Tertia agnoscitur, radice minore, flore magis purpureo & odore suauiore : eamque nonnulli putant esse quam Plinius Chamæcissον vocauit. Vires multas insigneſque Cyclamen obtinet: nam potenter incidit,aperit,menses mouet fœtus etiam mortuos expellit, ictero prodest, calculos expellit,contra steatomata efficax, maculas omnes emendat, venenis aduersatur,menstrua & fœtus potu & appositu trahit. Aiunt si prægnans mulier radicem Cyclaminis transgrediatur, abortum fieri, sed leuis coniectura sæpe credulos fallit : Lupis ac vulpibus capiendis valde conueniens : mouet etiam sudorem, & dantur dra. ij.in vino dulci,vel aqua mulsa, vel etiam drac.iij. Aperiendis strumis,tuberculis,tumoribus, aliis collectionib.est vtilis. Leprã quoq; & malam scabiem curat. Aliæ adhuc duæ à recentioribus tradũtur, à superioribus,foliorum forma & magnitudine,florum & colore& inuersione differentes.Præterea quædam vere tantum florent,aliæ Autumno,nonnullæ medio inter vtrumque tempore.

Vnguentum de Artanita maius,Mesuæ: Recipe succi Cyclaminis lib.i.j succi Cucumeris agrestis lib.j.Olei Irini lib.ij. Butyri lib.j. Pulpæ Colocynthidis vnc.iv. Polypodii vnc.vj. Euphorbii vnc.ß. Contundenda terantur,& macerentur succis & oleis dies octo in vase vitreo: post semel feruefac in duplici vase,cola,colaturæ adde Sagapeni drach.vij ß.Myrrhæ drac.iij. Dissoluantur hæc aceto, & coquantur in prædicta colatura ad succorum consumptionem:deinde adde Ceræ vnc.v.Fellis Taurini vnc.vij.ß Feruescat simul,donec Cera liquescat:tunc insperge paulatim subsequentium medicamentorum puluerem,Scammonii,Aloes,Colocynthidis,Mezerei,Turbith ana drach.vij.ß. Salis Gemmæ drach.iv.ß. Euphorbii, Piperis longi,Zingiberis, Chamæmeli ana drach.iij.Misce, & fiat vnguentum.Illitum stomacho,vomitu purgat: Hypogastrio autem inunctum,aluum deiicit:ob id hydropicos mire iuuat, seorsum excrementum large vacuando: vermes quoque necat & educit. Adhibetur non potentibus sumere medicamentum purgans.

Carduus benedictus est planta spinosa,omnib.nota,à nonnullis

Acanthion facto diminutiuo ab Acantho, quasi dicas spina parua: appellatur autem benedictus ob singularem nimirum eius facultatem, aduersus pestilentes putresq; alios affectus: contra serpentium, & Scorpionum morsus, capitis dolores vehementissimos, vertiginē, & id genus morbos alios: Germanis dicitur Cardobenedict/& Spinnendistel/ quod telis arenearum capita ipsius simili septa sunt Lanugine. Est autem hic Carduus benedictus Hirsutus, caules eius sunt teretes, obsequiosi, Brachiati, humi accumbentes: folia vtrinq; laciniata, subspinosa: in singulorum surculorum fastigiis capitula, foliis spinosis, aculeisq; pungentibus stipata, ac Muricata; vnde Acanacia dicta, Molli lanugine & semine oblongo, fusco, velut pilis barbato, turgida. Flos ex luteo pallescit; Radix pro ramorum & foliorum numerosa mole parua, albida & in fibras diuisa.

Est Temperamento calido & sicco, quod gustus eius amarus demonstrat: Desiccat & modice digerit: cor & partes vitales roborat, sudorem mouet, venenis resistit, pestilentibus morbis confert, tenũ ac laterum dolores mitigat, lumbricos ventris interimit, & contra serpentum morsus valet: Præterea in cibo vel potu sumptus, ab immenso capitis dolore, qui circa oculos grassatur, à nonnullis Monopagia dictus, liberat. Vertiginem pellit: Memoriam amissam & auditum, pari ratione restituit. Folia in puluerem trita, in vino pota, phlegmata stomachi consumunt, & educunt: commodius tamen sumuntur, si pilulæ ex puluere componantur. Pectus item & sanguinem purgat, plurimumq; phthisicis confert. Folia in vino cocta, & calida pota, tormina sedant, sudores prouocant, calculum frangunt, menses adiuuant. Pulvis foliorũ, quantitate mediæ iuglandis, nucis in vino potus contra pestem præsentissimum est remedium, si intra 24. horarum spacium quem inuaserit. Idem vinum cum herba decoctum præstat. Eadem ratione si sumatur, putridis ventriculi febribus, & quartana laborantibus auxiliatur. Affirmant nonnulli puluerem vel succum, aut decoctum huius herbæ, venena omnia pellere: cuius rei exemplum Hieronymus Tragus adducit. Fuisse enim puellam quandam, quæ inscia cum pomo dono dato, venenum ederit, moxq; corpus eius inflatum, nec vllis antidotis tumorem sedari potuisse: tandem vero aqua stillatitia huius herbæ darâ, tumorem se remisisse, atque sic veneni malo & periculo liberatam.

Idem

Idem ex aliis refert, puero in campo dormienti serpentem per os hians irrepsisse, ac herbæ huius aqua porrecta, per inferiora mox serpentem secessisse, nec quicquam amplius puero fuisse periculi. Omnibus in summa venenis, & intra & extra corpus præcipuum, huius herbæ puluerem succum, decoctum, vel stillatitium liquorem, esse remedium tradunt. Extrinsecus aqua aut succus instillatus, oculos prurientes & rubentes adiuuat. Tusa & imposita folia, adustiones igni factas, pustulasque pestilentiales sanant. Stillatitius liquor ad eadem pollet. Scorpionum item & serpentium ictus aut morsus curat. Contra Carcinomata, aliaque putrida vlcera, vix aliud Carduibenedicti foliis, decocto, aut aqua est præstantius. Ac constat insignes affectus, præsertim in muliere, cuius mammæ ad ipsas vsque costas Carcinomate consumptæ fuerant, aqua hac purgatos, mox eiusdem puluere sanatos esse. Insessiones & desudatoriæ balneæ, ad calculum & menses prouocandos vtiliter ex hac herba conficiuntur.

Extractum Carduibenedicti conficitur, vt Melissæ. Præstantissimum est remedium præseruatiuum ad pestem.

Syrupus ad Epilepsiam Cratonis: Recipe Succi Carduibenedicti, depurati, & ad spissitudinem cocti vnc. iv. succi millefolii, eodem modo parati vnc. ij. ß. Sacchari albiss. vnc. iv. Decoquantur s.a. De quo sumat in septimana bis, vel Cochlearium vnum: vel cum scrup j Theriacæ; vel sine.

Cardiaca, aliis Agripalma: Dicitur vero Cardiaca effectu; Ad cordis enim affectus conuenire creditur: Mirum tamen, quomodo tanta halitus insuauitate, cor lætificet, quod suaueolentibus vnice delectatur. Est autem Cardiaca seu Agripalma (sic enim sæpe nominatur) planta cubitalis, raro enim breuior est, altior sæpe, quadrangulos caules proferens, duros crassosque ex nigro rubentes: folia lata, obscure virentia, ad vrticam accedentia, lacinioſa, profundisque incisuris diuisa: Flores paruos ex purpureo candicantes, verticillatim surculos ambientes, & ex Calyculis exeuntes. Nascitur locis incultis, lapidosis, asperis. Nonnulli Melissam esse dicunt: Alii Syderitidem Herculanam. Calida & sicca est ordine secũdo: Abstergit, expurgat,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 568 sur 1557

ventris lumbricos interimit, obstructiones tollit, conuulsis prodest,& cordis affectibus medetur; minime tamen Cordiacam esse fœtor ille portendit.

Cynara triuialis est notitiæ,Scolymos Græcis dicta, cuius potissimum duæ constituuntur differentiæ: Altera enim sic dicitur simpliciter,seu articaulis,altera spinosa & Hispanica,quæ è genere Carduorum est:imo vtraq; ex eorum tribu deprompta, sed cultu & arte lætiorem faciem & saporem gratiosum adepta.Cynarę folia longa,lataque sunt,& incisuris profundioribus vtrinque laciniata, colore Cineritio albicantia, vnde forsan Cynaræ nomen: surculi bicubitales sunt,in summitatibus fructum foliis triangulis, crassis, duris,medullosis,squammarum instar compactum, pini cono similem proferentes. Fructus hic tamdiu coctus, vt mollescat, esui gratus est,vulgo pomum articaulis vocatur: Non tamen adeo rebus venereis inseruit, vt plerique autumant. Parum enim materiæ genitalis,& flatulenti spiritus dat corpori,succi melancholici plurimum,Galenus.Flores ex tenuibus & innumeris conglomerati eleganter ex cæruleo purpurascunt,qui senescentes abeunt in pappos, remanentibus seminibus paruis,oblongis, vt Carduorum. Cynaræ spinosæ vultum gerit Scolymos syluestris, seu Cardnus coagulatorius. Caules tenelli Cynaræ(quam multi Articocum & Articocalum vocant)Saccharo conditi esui grati, & in obsoniis celebrati. Cynara Galeno edulium est praui succi: calefacit ordine secundo, bilioſum & melancholicum succum generat, vrinam mouet: Radix eius ex vino cocta & pota,graueolentiam alarum, & totius corporis per vesicam vna cum lotio pellit.

CAPVT XV.

De Chameleone, Capparis & Cumini: speciebus.

CHameleon à varietate foliorum nomen est sortitum: siquidem colorem cum terra mutat,hic enim niger,illic viridis alibi cæruleus, alibi croceus, atque aliis coloribus inuenitur: humi in qua

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 569 sur 1557

qua naſcitur ſemper exprimens colorem: non aliter atque animal Chamæleo reddit quemcunque proxime colorem attigerit, præter candidum & rubrum. Latinis Suarius Carduus, quod nimirũ ſues in polenta perimat: Officinis & vulgo cardopatium, corrupto, vt credunt, nomine, à Paueratio, quo olim Chamæleonem fuiſſe nominatum, ſcribit Apuleius. Duo ſunt eius genera: albus & niger. Chamæleon niger dicitur Italis Carlina. Naſcitur Dioſcoridi ſiccis: Campeſtrib. cliuoſiſq; & maritimis locis. In Germania vero nõ niſi locis cultis, foliis Scolymo ſimilibus, minoribus tamẽ, tenerioribuſq; & rubentibus, caule dodrantali, digitali craſſitudine, ſubrubro, qui in ſummo habet vmbellam, & ſpinoſos flores tenues, Hyacinthi æmulos, verſicolores. radicem craſſam, nigram, denſam, quæ nonnũquam corroſa ſpectetur, quæ diſſecta ſubflaueſcit, & commanducata interdum mordet. Sed obiiciat aliquis, quod ad radicem, nigri Chamæleontis radicem intra corpus ſumptam, Galeno teſte, venenatam eſſe: radicẽ vero eam, quæ nobis Eberwurtz dicitur, maximos intra corpus contra peſtem & venena vſus præbere. Huic reſpondemus cum Cordo, radicem Chamæleontis nõ ſemper venenatam eſſe neque in omnibus locis, ſed iis tãtum quibus viſco ſimile quiddam, quod ixiam vocant, in radice producit, quod ſi non habeat, nõ eſt venenata. Et albi quoq; Chamæleontis radix, ſi ſine ixia ſit, intra corpus contra varios morbos ſumitur. Cum vero adnatam ixiam habuerit, venenata redditur. In nigro quoq; Chamæleonte nonnũquam ixia inuenitur, vt recte Plinius dixit, Chamæleontis genera Viſcum ferre. Per viſcum autem iis Plinii locis, ixia venenum eſt intelligendum, non id quo aucupes vtuntur. Vnde etiam Heſychius ait, non omne genus Chamæleontis ixiæ, h.e. viſcilaginis, cognomẽ contraxiſſe, ſed eum duntaxat, qui viſco manaret. Chamæleon albus, Germ. klein Eberwurtz. Gall. Carline noire, foliis naſcitur Scolymi, aſperioribus tamen & acutioribus, nigrioribuſq; nigro Chamæleonte validioribus, caule vacat, verum è medio ſinu ſpinas, Echini marini aut Cinaræ modo, erigit, flores purpureos, crinitos, qui in pappos euaneſcunt. Fructus Cnico aſſimilis. Radix lætis & pinguib. craſſa, ieiunis & montoſis gracilior, candida, guſtu dulcis, odorata, ſed virus aliquantulum olens. Hunc peculiariter Carduum ſuarium vocant. Sues n. canes, mureſq; ſi in polẽta exhibeatur, aqua & oleo

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 570 sur 1557

additis, perimit. Ixiam quoq; eundem vocant, quod in quibusdam locis viscum gignit, album sub foliorum alis, maxime circa canis ortum, quo thura dicuntur nasci: ex quo etiam serpentes fabulantur emergere, quo pennas sagittarum quoq; glutinare solent. Nonnullis Vlophonon, quasi cuncta necans, vel ὃ ὀλοφύρεται, vt Nicandri interpres habet, idipsum dicitur. Item Cynozolon, propter odoris grauitatem, quasi Caninum virus olens. Et Cynomazon, quod in offa vel pulte detur necandis canibus. Radix Chamæleonis vtriusq; exiccat in tertio, calfacit autem in secundo ordine. Intrinsecus radicis Chamælionis albi succus, acetabuli mensura cum vino modico pota, latas interaneorum tineas pellit. Hydropicis quoq; in vino drachmæ pondere bibitur. Vrinam quoq; ciet, & venenis aduersatur. Trita radix drachmæ pondere cum vino pota, pesti est salutaris. Vnde radicem hanc pecori & porcis præsertim peste eos inuadente, nonnulli præbent: Tutum à pestis contagio pecus futurũ credẽtes. Aliqui eadem de causa radicẽ lintri infigunt, vt cibũ super hac porci sumãt. Extrinsecus ferũt radicẽ hanc cõfortare eos qui gesta verint ipsã, aliis vero vires adimere, vt destituti virib. videantur.

Chamæleonis nigri radix cum aceto cocta, scabiem, psoram, papulas aliaque vitia sanatu difficilia curat. Chamæleonẽ album sues, canes & mures interficere Dioscorides scribit, quod de vulgari nostro Chamæleone intelligi nequit, quẽ porcis salutarem esse cõstat.

Capparis Græcis & Latinis: Germ. Capreß. Aliqui Latinorum interim vocant. Locum amat siccum, cultu leui vel nullo contenta. Frutex ex Dioscor. descriptione est aculeatus, qui in terram stratus magis in orbem euagatur, spinas vt rubus habet in hami modum aduncas, folia mali Cotoneæ, rõtunda: Fructum oleæ similem, qui cum dehiscens panditur, florem profert roseum, candidum, odoratumq; quo excusso, glans extuberat oblonga, seminis acinosi plena. Radix nigra, multiplex, lignosa. Cortex subrufus ac minime friabilis. Plantatur etiam hodie multis Germaniæ locis, sed solum amat siccũ & sabulosum. Nascitur etiam sponte locis quibusdam incultis, saxosis & arenosis. Non omnium tamen ad cibos est vsus. Arabicum n. pestilens, vt autor est Plinius, idemq; Galenus confirmat. Africum gingiuis inimicum. Apulum vomitũ facit. Melius & mitius reliqs, ♃ ex Italia affertur. Cauliculi, folia, flores semina, glandes, ad

nos

nos sale condita deferuntur. Capparis facultatis est calidæ & siccæ, potissimũ vero radix. Crudus capparis fructus minus stomacho prodest, in aqua ergo prius tepefactũ cũ aceto & oleo assumi cõueniet.

Capparis in cibis prodest podagricis, articulorũ dolore laborantibus, phlegmaticis, lienosis, fœminis itẽ quibus menses antẽ tẽpus desinũt, Ischiadicis quoq; & difficulter mingentibus. Natura n. floribus adeoq; fructui est, discutiendi, mouendi & expellẽdi viscosos humores, vrinã & menses. Semen aut fructũ Capparis, duarũ drachmarũ pondere quadragenis diebus cũ vino sumptũ, lienem minuere tradit Dioscorides. Eodẽ modo caput purgat, vrinã & sanguinis grumos pellit, Ischiadicis & ruptis est remedio. Omnibus in summa obstructionibus alui, vrinæ & mensium auxiliatur. Extrinsecus succus foliorum Capparis, auribus instillatus, vermes necat & dolorẽ earũ sedat. Decoctũ ipsius fructus cũ aceto ore detentum, dentium dolorẽ quacunq; de causa, cõpescit. Vitiligines idẽ decoctũ purgat. Cacoethe itẽ vlcera nullamq; aliam curationẽ admittẽtia, decocto iã dicto abluuntur & purgãtur. Folia, fructus vel flores tusi & illiti, omnis generis tubercula, Scirrhos & strumas discutiunt. Cũ farina hordeacea folia aut fructꝰ vtiliter illinũtur iis, quibus lien intumuit.

Oleum de Capparibus: Rec. Cort. rad. Capparis vn. j. cor. Tamarisci, fol Tamarisci. sem. Agni Casti, Ceterach, siue Asplenii, Cyperi ana drach. ij. Rutæ drac. j. Olei oliuarum lib. j. Aceti albi fortis, vini albi ana vnc. ij. Tria leuiter coquantur in duplici vase, vsq; ad vini consumptionem & Aceti. Ad duritiem, obstructionem, & dolorem splenis vtile est, & omnem eius ægritudinem.

Diacapparis, Gilberti de Anglia: ℞. Capparis vnc. iv. Scyllæ, Asari Cẽturiæ, Pyrethri, Piperis nigri, Thymi, Apii seminis Gith, Agrimoniæ radicis an. vn. j. Mellis quantum sufficit. Fiat Electuarium, ad vitia splenis valet.

Conditum ad frigidum humorem, Andernaci: Recipe Trochisc. de Capparibus, conditi Citri ana drach ß. spec. Diagemmæ drac. ij. sem. Anisi, Cumini, Fœniculi ana dra. ij. Sacchari quantum sufficit. Fiat conditum, quod bracteis auri contegatur, deturq; cochleare.

Pilulæ ad splenem fortiores, Rondeletii: Rec. Myrrhæ, Asari, Aristolochiæ vtriusq;, sem. Capparorum vel flor. an. dr. j Spicæ Indicæ, Squinanthi an. dra. ß. sem. Apii, Petroselini, Agni Casti an. dra. ß. cũ Syrupo acetoso, aut oxymelle fiant pilulæ paruæ. Cu-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 572 sur 1557

Cuminum Græcis κύμινον, κύμινον ἥμερον, κύμινον μέλανος πινὸν, κύμινον βασιλικὸν, κύμινον αἰγύπτιον, apud Hippocratem αἰθιοπικὸν: Nicolaus Myrepsus vocat καρναβάδις, & καρναβάδιον: Latinis Cuminum, Cyminũ, Cuminum satiuum, Cuminum domesticum, Cuminũ Æthiopicũ, Cuminum regium, & apud Hipp. Cuminum Ægyptium. Mesueo Cyminum Carmenum, aliis Cuminum Indum, apud Glossographum Auicennæ, Cuminum, Cyminum Nabathæum: Nicolao Myrepso Carnabadis & Carnabadium: Apud Simpliciſtas alios Cyminum Romanum, & Cyminum Apulum; Arabice dicitur Camum, Serapioni & aliis Kemum, itẽ Camin, Cemion Kemumabiat, & Cenion: Stephano Glossographo Haliabbatis, Quemium siue Quemum: Italis Comino, Cimino, & Comino Domestico: Hispanis Cominos, Comines, Cominhos & Cominchos: Gallis Comin & Commin: Cretensibus Chimini: Polonis Kmin: Anglis Comyn: Germnis Kümich/ Kümmel/ Römisch Kümmel/ Pfeffer Kümmel &c. Eius vsus est Internus atq; Externus: paratur ex eo vinum ad multos varioſq; vsus: Fit ex eo & cõfectio Diacuminia præstans, eius oleum multas insigneſq; etiam continet in medicina efficacias. Cuminum calefacit & siccat tertio recessu, attenuat, digerit, resoluit: sumptum & adhibitum flatus discutit, frigidos humores incidit, tumores pituitosos dissipat, venenis aduersatur: contra Colicum dolorem & Tympaniam prospere eius essentia vsurpatur.

Oleum Cumini, Euonymi: Cumini oleum eodem modo, quo Anisi oleum conficitur. Libra autem vna Cumini dat vnc. ß. olei. vtile est vulneribus ad lien ẽ pertingẽtibus, inflationibus corporis ex frigiditate, quæ aliquando causa existit, cur vrina retineatur. Tussi medetur, anhelationi conducit: Colicis doloribus subuenit: vrinæ stillicidium impedit. Ad hunc vsum gutta vna aut altera, in aqua filicis sumi potest, aut etiam in tabellis.

Diaspoliticum Galeni: Recipe Cumini in aceto macerati & vsti, Piperis longi, Comarum rucæ ana vnc. j. Nitri vnc. ß. Terantur crassius, & vna cũ Mellis despumati, quod satis est, fiat Electuarium in bona forma. Aluum deiicit, cibos, qui in ventre corrupti sunt, educendo: iisq; conuenit, quibus venter frigidus est, aut ad frigus propensior, si quidem pituitam extenuat, & spiritũ flatulentum expellit.

Dia-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 573 sur 1557

Diacuminum, Meſuæ: Recipe Cymini pridie in aceto macerati, deinde ſiccati drac.x. Zingiberis, Cinnamomi, ana vnc.ß. Caryophyllorum, ligni Aloes, Macis ana drac.ij.ß Galangæ, Piperis longi, Cardamomi ana drac.ij. Moſchi ſcru j. Mellis deſpumati q.ſ. Fiat Electuarium forma conuenienti. Conſeruatur annis duobus. Ventriculum & viſcera reliqua calefacit: concoctionem iuuat. Flatus in dictis viſceribus natos diſſipat.

Diacyminum aliud, Nicolai: ℞. Cymini in aceto præparati dra. iix ſcru j. Cinnamomi, Caryophyllorum an. dra.ij.ß. Zingiberis, Piperis nigri an. drac.ij. G.v. Galangæ, Thymbræ, Calaminthes an. dra. j. ſcru. j. Piperis longi drach. j. Spicæ Nardi, i.e. Indicæ, Cardamomi, Nucis Moſchatæ an. ſcru. ij ß. Omnibus tritis & in puluerē redactis, melliſq; deſpumati q.ſ. exceptis, fiat electuarium. Seruatur ad años duos in vaſe fictili vitreato. Fit etiam forma ſolida cum Saccharo, hoc eſt, ad ſingulas ſpecierum dimidias vncias, libram Sacchari commiſcendo. Confert frigiditati Thoracis ſtomachi, inflatis, Colicis, febre quartana laborantibus, & ventriculi coctionem iuuat.

Diacyminū aliud, Meſuæ: ℞ Cymini in aceto macerati & ſiccati dra. xx. Zingiberis, Thymi an. dra. iij. Piperis, Cinnamomi an. dra. ij. Ameos dra. j ß. fol. Rutæ ſicc. Nitri an. vn. ß. Excipe Melle deſpumato. Valet ad dolorem ſtomachi, & ventris à frigiditate aut craſſa vētoſitate, aut ex pituita craſſa: & ad dolorem colicæ ad ſingultum, obſtructiones aperit: & membra nutritioni calefacit.

Electuarium de ſeminibus: ℞. ſemin. Cymini, Aniſi, Fœniculi, Cari, Dauci, Ameos, Apii, Amomi aceto horis 24. macerati & ſiccati an. dra. vj. Cinnamomi, Zingiberis Macropiperis, Seſeleos, Galangæ, ana drac. v. Cardamomi, Spicæ Nardi, Caryophyllorum, an. vn. ß. Libyſtici drac. iij. Melle deſpumato excipiuntur, vel duplo Sacchari adiecto, puluis fit leuiſſimus. Coctionem iuuat, obſtructiones aperit, lienteriam ſanat: dolores viſcerum à flatib. excitatos placat.

Tabulæ Diacymini: ℞. ſpec. Diacymini vn. ß. vel dra. vj Sacchari albi in aqua Fœniculi diſſoluti, li. ß fiant tabulæ vt dictum eſt. Ventriculi noxam corrigunt; tuſſiculoſis, difficultati ſpirandi, inflationibus ſunt adiumento.

Cuminum ſylueſtre trium eſt generum: 1. Græcis dicitur κύμινον ἄγριον, & κύμινον Θηβαϊκόν, Latinis Cyminum agreſte, Cyminum Erra-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 574 sur 1557

ticum, Cyminum Syluaticum, seu syluestre & Cyminum Thebaicum, item rusticum: Italis Cumino Siluatico: Germ. wilder Kümel. Secundum genus Græcis dicitur ὑπήκοον & ὑποδοιον, Latinis Hypecoum & Hypopheon: Simpliciſtis Cuminum ſiliquoſum maius, & Cyminum corniculatum maius: Germ. Horn Kümmel. Tertium genus dicitur Cyminum ſiliquoſum minus, & Cyminum corniculatũ minus: Germ kleiner Horn Kümmel. Eius vſus tam Internus quã Externus. Qualitates Cumini ſunt calefaciendi, exſiccandi & contrahendi. Cumini vſus hodie plurimum eſt in Cibis: omnes corporis inflationes cohibet: Phlegmata viſcoſa diſcurit & attenuat: ſtomachi nauſeam auertit. A balneo cum vino albo potum, Ictericis eſſe auxilio ferunt: Vertigini item Dyſuriæ & Calidæ vrinæ in vino dulci eſt ſalutare. Naribus Cuminum inditum ac tuſum, ſanguinis eius profluuium ſiſtit. Aridum cum Roſaceo Melle & Cera mixtum, tumores illitum ſedare affirmant.

CAPVT XVI.

De Caro, Croco, Ceruicaria, Cucumere Syluestri, Digitali, Dracontio, Dauco, Doronico, Dentaria & Dipſaco.

CArum: Græcis κάρος, κάρον & κάριον, apud Aetium καρῶν: apud Simeonem Sethi & Auctuarium καρναβάδιο & κάρναβον: apud Latinos Carũ, Careum, Carium & Caroum: aliis Simpliciſtis Carnabũ & Carnabadium Simeonis, officinis Carui & Careo: Serapioni dicitur Caruia & Caruium, Auerrhoi Naucoca: Apud Arabes legitur Carguei, Karma Artorſili, Harũcii, Zanarbu & Carunacari: Italis dicitur Caro & Carui. Hiſpanis, Carauea, Alcarauea, Alcarouea, Caroueia & Caroeia: Gallis Cheruy, & Carui: Ger. Wießkümel Feldkümmel & Maußkümmel. Deſtillatur inde aqua & oleum, fit ex eo conſerua, item vinum, item Saccharum, eius radix etiam conditur ad ſuos vſus, &c. Eius eſſentia præſens eſt medicamẽtum in Colica. Naſcitur caulibus ab vna radice multis, quadrangulis, folia habet, ſtaphylini, flores candidos, & in Caulium ſummo ſemẽ anguloſum copioſum: Radicem oblongam & luteam. Naſcitur in hortis paſſim: Culinis notiſſimum. Athenæus putat eſſe Paſtinacam maiorẽ, Cali-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 575 sur 1557

Calidum est & siccum, sicut & Anisum, ordine tertio, ac mediocriter acre. Radix cocta & apparata Pastinacæ modo, in cibis est vtilissima: stomachum calfacit, vrinam ciet. Semen in panes nonnulli miscent. Caseis gratum quoque saporem præbet. Ventositates, post purgationes in colica passione, calidum in sacculis ventri semen impositum, discutit.

Crocus: In ordinem florum eximiorum referimus plantæ cuiusdam bulbosæ florem aureo cruore nitẽtem, quem Medici Crocum Galli Mauritanorum Idioma sequuti Safranum vocant, à Croco, secundum fabulas, Iuuene, qui ex amore Smilacis Virginis in nominis sui florẽ est conuersus, sic dictus. Vnde Ouidius li. 4. Metamorp. Et Crocum in paruos versum cum Smilace flores: Germ. Saffran: appellant. Plura sunt eius genera & nomina à natali solo: Viennensis à Viennensi agro, vbi optimus hodie nascitur: In Coryco tamen Ciliciæ monte omnium præstãtissimus prouenit. Cyrenaicus à Cyrene. Olim Lycia, Sicilia, Cilicia, & Italia Croco celebrabãtur tãtũ, hodie vero in Germania copiose etiam prouenit, in Viennensi maxime agro. Porro Croci appellatione non tantum tota cum radice herba intelligitur, verum ipsa etiam floris tãtum stamina, per excellentiam, simpliciter Crocus appellantur. Crocus est vel domesticus, cuius Dioscorides multas enumerat species, vel syluestris cuius Dodoneus adhuc plures describit. Florem primum in autumno fert purpureum, Colchici florib. non dissimilem, in quo flammea Croci stamina, quæ non vltra mensis spatium durant: quæ cum decidunt & colliguntur folia prodeunt oblonga & angusta, ad capillamenti pene exilitatem, quę tota virent hyeme; radix bulbosa, copiosaq;, & viuax. Præstantissimum & vtilissimum in medicina tradit Dioscorides recentem, coloris boni, paulum candidi gerentẽ, in capreolo, oblongum, omnibus suis partibus constantem, nõ fragilem plenum, à quo detractũ est nihil, qui made factus manus inficit, nec situ redolet, aut cariem sentit, iubacrem. Quod si huius generis non sit, aut vetus aut humore perfusus creditur. Et hoc miraculo naturæ asscribẽdum est, quod Croci radix seu Bulbus extra terram repositus, nihilominus iusto floris tempore appetente floret. Sed postea, velut alimento priuatus marcescit. Crocum cum Melle aut dulci alia re tritum nullum colorem inducere, autor est Plinius. Facultas ei ca-

lida est in secundo, & sicca in primo ordine. Crocus cor confortat, sanguinem purgat, venena à corde depellit. Contra internam pestē nonnulli in oui occlusa testa Crocum torrent, ac Theriaca & sinapi, aliisq; speciebus admixtis. Electuarium, quo venenum per sudores expellatur, conficiunt. In cibo vel potu sumptus Crocus vrinam & mēses ciet. Ictericis etiam medetur: præsertim vero si cum vino dulci aut Maluatico bibatur. Debili & exulcerato ventriculo, pectori, iecori, pulmoni, renibus, & vesicæ in cibo prodest. Duarum triumve drachmarum pondere sumptus, est lethalis, teste Dioscoride: quod bulbo Croci aliqui et attribuunt. Mēbra paralytica & durities neruorū mollit: Collyriis oculorū cum lacte muliebri vtiliter miscetur: Ex eo parat oleum Mes. quod emplastri confectionem de ranis ingreditur. Ad alias quoq; compositiones accedit, vt Syrupum regis Saboris, & emplastrum oxycroceum, quibus non modo colorem, sed etiam vires largitur eximias.

Oleum Crocinum, Mesuæ: Recipe Croci vn j. Myrrhæ puræ vn. ß. Cardamomi dra. ix. Calami aromatici dra. viij. Infundantur medicinæ in aceto diebus quinq; præter Cardamomum. Die vj. proiiciatur super ea Cardamomum, & dimittatur die vna. Deinde fundatur super ea olei lib. j ß. & coquatur igne lento vsq; ad aceti consumptionem. Et sunt qui loco aceti vinum ponunt. Confert doloribus neruorum, & confortat eos, & lenit duritiem eorum: confert spasmo, & dolori matricis: coloremque efficit bonum.

Species ad carnes & pisces Bertholdi: ℞. Cinnamomi vnc. j. Zingiberis drac. x. Piperis longi granorum Paradisi, Galangæ ana drac. ij. ß. Cardamomi, dra. j. scrup. j. Nucis Moschatæ, Macis ana drach. j. Croci vn. ß. Sacchari albi lib. j. Misce & fiat puluis.

Trochisci de Croco, Nicolai: ℞. Croci drac. iij. Rosar. rubr. Ammi, Myrrhæ ana dra. j. ß. Ligni Aloes, scrup. ij. Aquæ Rosaceæ quantum sufficit. Fiant Trochisci.

Croco magna Damocratis. Galeni: ℞. Croci drach. c. Myrrhæ, Rosar. rubr. ana drach. j Amyli, Gummi Arabici ana drac. xxx. vini quantum sufficit. Fiant Trochisci.

Ceratum Oxycroceum, Nicolai: Rec. Croci, Picis nigræ, Picis Græcæ, Ceræ an. vn. iv. Terebinthinæ Galbani, Hammoniaci, Myrrhæ, Thuris, Mastiches an. vn. j. dra. iij. Galbanum & Ammoniacum in ace-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 577 sur 1557

in aceti ſufficiente quantitate diſſoluantur; coque dū diſſoluta ſint: cola, & rurſum coque, donec acetum in vaporem euanuerit, tunc adde picem, Ceram, Terebinthinam liquata: deinde Maſtiches, Thuris, Myrrhæ puluerem tenuiſſimum, continenter miſcendo, donec percocta ſint ad Cerati craſſitiem. Infunde in aquam frigidā, exime, prome, & in tabula marmorea oleo laurino inuncta extende, poſtremo Crocum in tenuiſſimum puluerem redactū admiſce: fiat Ceratum. Prodeſt oſſibus fractis, item partibus quæ dolore aliquo affliguntur; duritiem denique omnem emollit & diſcutit.

Ceratum Oeſypi, Philagrii, Meſuæ: Rec. Croci dr. v. Bdellii, Maſticis, Hammoniaci, Aloes, Styracis liquidi an. dra. vij. Ceræ flauæ li. j. Terebinthinæ vnc. j. ß. Medullæ Cruris vaccæ, Adipis Anſeris ana dra xv. Oeſypi humidæ li. j. ß. Olei Nardini quantum ſufficit. Bdellium, Hammoniacum & Aloe diſſoluantur in aqua, in qua Fœnumgræcū & Chamæmelū ſunt macerata: cū aliis miſceantur in vnguētū. Poſt Philagrium addidit ūt nōnulli ſucci Squillæ vn. iij. ſeui vitulini dra. xv. Thuris vn. j. Ceræ quartaria iij. ſeu vn. ix. Ad eadē potens.

Ceruicaria: nomen impoſitum tenet à viribus, quibus ad gulam colliq; exulcerationes valet; Germani vocant Halßkraut. Fuchſius à florum forma Campanulā vocat: Valerius Cordus Rapunculū ſylueſtrem. Duæ ſunt huius ſpecies, admodum ſibi affines. Naſcuntur circa ſepes, locaq; arida, caule vtraq; quadrangulo, alto foliis aſperis, nigricantibus, vrticæ forma. Flores fert purpureos, rapunculi floribus maiores, tintinnabuli ſpecie: quibus decidentib. capitula ſubſequuntur rotunda, clauſa, in quibus ſemen canum. Radix breuis vilis. Altera ſpecies flores fert violaceos, ſeu cæruleos prorſus, tintinnabuli ſimiliter formam referētes. Inodoræ ſunt vtræq;. Temperamentum ipſis tribuitur calidum & ſiccum. Decocto eius ad gargariſmos contra gulæ inflammationem vtuntur.

Cucumis Sylueſtris, ſeu Erraticus, Græcis Σίκυς ἄγριος, & Elaterium, aliis Cucumer Anguinus, vulgo Aſininus: Germ. Eſels Cucumer. Fructu Dioſc. deſcribente, à ſatiuo tantum diſtat, qui multo minor, & glandib. eſt longiuſculis ſimilis, ramis foliiſq; paribus: radice alba, grandi ruderib. fabuloſiſq; naſcitur, toto frutice amara. Aliqui Cucumin Scorpionū, à radice reflexa in caudæ Scorpionū formā, appellant. Medicamētum ex fructu Cucumeris ſylueſtris, quod

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 578 sur 1557

Elaterinum vocant, conficiunt hunc in modum: Cucumeres elige, qui ſimulatq; tanguntur, exiliunt, & à pediculo recedunt, ſeruantur autē decerpti nocte vna: inſequēte die cribrū rarius, neq; crebra habens foramina Crateri ſuperponito, ſupinoq; cultro, ſurſum verſus aciem habente ſigillatim Cucumeres, vtriſq; manib. comprehendēs diuidito, & per cribrum in ſubiectum craterem humorē exprimito, ſimulq; carnoſum in eis, q̄ iam cribro adhęret, exprimito, vt & illud deſcēdat. Quæ expreſſa ſunt in appoſitā peluim iniicito. Coaceruatis a in cribro, quæ ante diſſecta fuerunt, ea dulci aqua perfundito, cumq; expreſſeris abiicito: humorē pelui agitatum & linteo opertū ſoli exponito, dumq; ſteterit, totā ſupernatantē aquā, cum humore concreto, percolato, idq; ſæpius, donec ſupernatans aqua ſubſidat, facito, quā cum diligenter excolaueris, in mortarium coniectū ſedimento terito, inq; paſtillos formato. Optimū eſt q̄ leue, non pōderoſum, leniter humectū, guſtu amariſſimū, quodq; lucernarū luminib. obiectū facile flagret. Porraceum vero ſcabrū, turbidū, erui cineriſq; plenū vitioſum eſſe ſolet. Facultas Cucumeris ſylueſtris eſt calfactoria & exiccatoria. Radicis decoctū datur iſchiadicis, eodem quoq; dentium dolor colluitur. Succus radicis, ſeſquioboli pōdere, & cortex acetabuli quarta parte, bilē ac pituitā deiiciunt, in hydropicis p̄ſertim. Purgationē ſine ſtomachi iniuria molitur, hac ratione: radicis ſelibra in duobus vini Lybici ſextariis teritur, ex quo terni Cyathi dieb. tribus dantur, vſquequo tumor alui abunde ſubſidat. Succus foliorū aurium dolori inſtillatus medetur. Radix ex polēta illita omnia vetera œdemata diſcutit. Arida trita, alphos, lepram, & & impetiginē abſtergit. Cicatrices nigras & in facie maculas expurgat. Elaterium, teſte Dioſc. à bimatu ad decennium purgationib. vtile. Integra quantitas eſt obolus, minima ſemiobolus, pueris chalci duo. nā copioſius potū periculū adfert. Pituitā & bilē per inferna & ſuperna trahit. Diſpnœicis optimā purgationē præbet. Ad purgationes igitur alui, adiecto ſalis duplo, & ſtibii quo colorari ſufficiat, ex aqua catapotia erui magnitudine dato, moxq; tepidæ aquæ ſorbeatur Cyathus. Ad vomitiones ciendas, aqua diluens elaterium, ſubiectas linguę partes pēna penitiſſime illinito. Sin difficilior ſit vomitus, oleo vel vino vngēdo diluito: à ſomno vero q̄ ſumpſerint abſtinebunt. Si immodica purgatio fuerit, vinū cū oleo mixtū continuo dabitur, vt vomitio ceſſet. Quod ſi vomitio non deſiſtat, danda erit

aqua

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 579 sur 1557

aqua frigida, polẽta, posca, & quæcunq; stomachũ densare possunt: Mẽses quoq; ciet. In pesso subditũ fœtus necat. Cũ lacte narib. infusum morbo regio medetur: Diuturnis prodest capitis dolorib. Angina laborantib. cũ vetere oleo, Melle aut Taurino felle inungitur.

Extractũ radicũ Cucumeris Asinini, Querc. Cucumeris Asinini radix mẽse Maio colligi debet, deinde cõtũdi, deniq; ex ipsa succus optime exprimi. Quiquidẽ filtrãdus est bis, vel ter, donec clarus destilletur, & bene depuratus sit: cui affunde V.S Santalatũ, & optime præparatũ, collocando omnia in B. M. per tres aut quatuor dies: q̃ purũ est trãsfunde, denuo V.S. affundendo, donec nullæ fæces amplius seponãtur. Tũ circulẽtur omnia simul ad maiorẽ graduationẽ per aliquot dies. Quo facto, separato mẽstruo, cõgeletur essentia igne lẽtissimo Cinerũ, donec inspissetur: cui adde olei Cinnam. scru. j. essentiæ Croci scru ß. Hoc a. medicamentũ seroſa excrementa potenter euacuat: qua ratione hydropicis, itẽ ictero & obstructionib. tũ epatis, tum lienis summopere confert, si scr. ß. aut plus pro ægrotantis viribus exhibeas cum vino albo, idq; mane ieiuno stomacho.

Digitalis à forma florum, qui digitale referunt, appellatur, Ger. Fingerhut: Græcis an cognita fuerit, quoue sit appellata nomine, nõ cõstat. Licebit tamẽ ad Latinæ & Germanicæ appellationis formã Dactylitin appellare, Ger. quoq; Waldglöcklein. Gallice, Gandelerz. Duũm ex flore est generũ: lutea & purpurea, ac vtraq; nihil aliud q̃ Verbasci est species, vt satis foliorũ cauliſq; forma ostẽdit. Nascitur mõtosis vmbrosisq; locis, altitudine cubitali, foliis latis & oblõgis, Plãtagini similib. in extremitatibus serratis: florib. Iulio potissimum mẽse, á caulis laterib. ordine dependẽtibus, digitalis referentib. formã, purpureis vel luteis, quibus decidentib. semen in calycibus latũ & longũ profert. Radix exigua & candida. In foliis quoq; est discrimẽ, q̃ in purpureo minora paucioraq; sunt, in luteo vero maiora & copiosiora. Qualitatis est calidæ & siccæ. Vires Digitali eædem quæ Gẽtianę adscribũtur. Extenuandi, abstergẽdi, purgãdi, soluẽdi, & incidẽdi vim habet, mẽses mouet, pus ex thorace & pulmone educit.

Dracontium magnũ, seu Dracũculus maior, nõnullis Serpẽtaria, & colubrina Nominis id accepit, & à caulis versicolore sumpta, & vertice q̃ sinuoso oris hiatu, linguã exerens cruentã exprimit. Plini' vero li. 25. ca. 2. nominis id impositũ est autor, q̃ ad primas Serpentium vernationes è terra prodeat, & cũ iisdẽ se recõdat, nec omnino ea occultata serpens appareat. Dioſc. quidẽ duo exhibet Dracũculi genera foliis differentia: Alterũ hederaceis, alterũ vero rumicis, sed

Ruellius vnum tantum censet esse Dracunculum, duplici repręsentatum historia, alterumq; caput adscititium esse, ac præter Dioscoridem ab aliquo adiectum. Nascitur itaq; Dracontion maius locis opacis, velut in sepibus, caule glabro, leuiq;, recto, bicubitali, baculi crassitudine, versicolore, vt angui videatur similis, purpureis abundante maculis; foliis rumicis, inflexis & plicatis, è foliato scapi fastigio vagina quædam foris herbacea prosilit, in mucronem sensim turbinata, velut erupturi partus inuolucrum, quæ cum dehiscens sese pandit, purpureum cornu in acumen fastigiatum demonstrat. Ea seminis incremento distenta dissilit in rimam, & tandem elanguescens flauescit, subarescensq; perit relicto cornu, cuius imã partem fructus subit racemosus, coloris inter initia cinerei, posteaquã maturuit Crocei & punicei. Radicem grandem, rotundam, candidam, tenui cortice vestitam. Semen iam maturum quodam modo nigrescens, carpitur. Radix vero in Iulio aut Augusti initio foditur. Isaron etiã Dioscoridi appellatur. Bistorta.n pleriq; voluerunt hanc esse, sed magno etiam errore. Nam Bistorta naturæ est frigidæ, hæc vero vehementer est calida. Facultas enim Dracontio adscribitur calida & sicca. Idem fere cum Aro vires habet, venena eodẽ modo quo Arum sumpta, à corde pellit pectus purgat, collectiones discutit, internisq; membrorum vitiis prodest. Languidos confortat. Ex Dracontii radice & foliis præstantissima olea vnguenta & cataplasmata ad omnia mala damna, fistulas, Carcinomata, & exedentia hulcera conficiuntur. Folia cum Melle illita faciei maculas extergunt. Succus aurium dolores infusus sedat. Folia interposita morsibus venenatorum animantium, venena ducunt & sanant. Plures cum Aro facultates possidet.

Dauci Græcũ Δαῦκος siue Δαῦκον & Δάυκιον: Latinis Daucus, Daucum siue Daucium: Arabibus Cesis, Glossographo Auicennæ Algosarel, & Gezar: semen Arabice dicitur Beser, Algosarel: Italis Dauco: Hispanis Dauco: Gallis panet sauuage: Germ. Möhrenkümmel. Serapio li. simpl. ca. 254: Daucum Creticum vocat Cartiton, &c. tres sub se nominis eiusdem plantas differentes complectitur; Prima generis nomen retinens, absolute dicitur Daucus, qui de Cretico intelligendus est, quiq; secundum Dioscoridem foliis Fœniculo similis est, caule dodrantali, vmbella Coriandri, flore albo, semine oblon-

oblongo, vt Cumini, lanugine quadam albescente hirsuto, suauis odoris in mandendo, cuius potissimum celebratur vsus in Syrupo de Arthemisia; Aliis quoq; medicamentis multis vtiliter permiscetur. Daucus hic non in sola Creta fruticat, sed in multis aliis regionibus, vt in Germania & Italia; & qui nunc emitur Venetiis, solũ nominetenus Cretensis est, nam ex alpibus & Genuensium tractu adfertur, nec tamen Cretico vlla in re cedit. Secunda Dauci differẽtia apio similis est, sed acrimoniam quãdam habet, halitum maiorem, saporemq; feruidiorem. Tertia foliis est Coriandri, floribus albis, coma & semine Anethi sed oblongiore & acri. Aliæ quædam stirpes Daucis affines, pro Daucis nonnunquam habentur: Sic Carotta à Theophrasto Daucus appellatur: Sic & pastinaca Sylvestris & Caucalis illius nomenclationem sæpe mutuantur. Dauci semen medicis vsibus frequentissimum calfacit, siccat, aperit, incidit, vrinam & menstrua mouet, & flatus discutit. Radix quacunq; ratione sumpta fuerit, contra venena est efficax: intestinorum & renum dolori, calculo item renum medetur, menses item adiuuat, & vitiosos humores per vrinam educit: Eadem habet vires aqua stillatitia tribus aut quatuor per aliquot dies pota Cochlearibus. Radicis tusæ succum vulnerib. illitum, ad sanitatem confestim ea perducere, experientia est comprobatum. Maculas faciei aqua illita extergit, ac sereniratem cuti adfert. Destillatur in aquam & præparatur in vinũ, &c. al âs eius vsus varius in medicina tam Internus, quã Externus.

Doronicum Mesueo, Actuario Carnabadium est, nobis Doronicum Romanum vulgare, forsan Paulo Mamiras, Matthiolo inepte Aconitum Pardalianche, qui vt suam de eo opinionem fulciret, in cane periculũ fecit, quẽ illius esu misere periisse profitetur. Ego pręter grauissi norũ virorum authoritatem, experientiam adhuc oppono: Illius namq; multam cani quãtitatem dedi, quam innoxie & auide esitauit: Singulis quoq; diebus, tantũ abest, vt periculose, imo felicissime datur, & in decoctis, & electuariis cordialib. vt de gemmis; Et clarissimus vir, Conr. Gesnerus refert, se Doronici radices, Melle conditas, sæpe ingessisse, arq; harum contritarum aliquando drachmas duas ex aqua hausisse, & ægrotis sæpe illam radicem, & per se, & aliquando mistam medicamentis vtilissime consuluisse. Et licet Matthiolo detur, quod non, Doronicum canes interficere, nõ

propterea sequitur, hominib esse letale: Differt enim natura à natura, alimentũ ab alimento, inquit, Hippocrates: Aloe enecat vulpem, non hominẽ; Nux vomica feles & aues multas, nobis est salutaris medicina. Non est igitur imp obandũ Doronicum tanquã venenum, quod aliqui laudant, si non tanquam aroma, certe vt alexiterium; Qua forsan vsurpatione videtur à Mesueo institutum in Electario de Gẽm s; ei liquidẽ ineſt Theriacalitas, inquit Auicẽna.

Est autem Doronicum planta admodum pusilla, cui teneri sunt caules, folia mollia, oblonga, vt plantaginis, ex viridi vtcumq; flauescentia, hirsuta, pilosi l æ ritu, & ambitu rotundo, nonnihil laciniosо & parum acuminato: Radices exiguæ, rotundæ, orbiculatæ, in extremo sensim in angustum adductæ, quæ Scorpionis corpus, & caudã non male referunt, color albidus: Sapor dulcoamarus & parũ adstrictorius: Flores in summo lutei & radiati, Buphthalmi ritu. Nonnulli tres tantum Doronici agnoscunt varietates, fere sola magnitudine discrepantes. Clusius septem enumerat, inter quas Damosonion, Alisma alijs dictum, comprehendi non male videtur, optimaq; ratione credunt authores classici radicem Damosonii, pro radice Doronici vulgaris sumendam esse in cõfectione Electarii de Gemmis & aliis compositionibus Cardiacis: Nam ad venena vel inflicta, vel ingesta commendatur radix Domosonii à Dioſc. proinde melius dictis confectionib. permiscetur, quam Doronicum, de cuius viribus alii dubitant, alii non tanta pollicentur. Est autẽ Damosonium effigie Doronico non parum simile, folia gerens plantaginis sed angustiora, laciniosa, & in terram conuexa: caule tenui, simplici, cubito altiore: flore ex albido pallescente: radicib. tenuibus, acribus odoratis, & ad venenata conferentibus. Doronicum accedit proxime ad tertium caloris & siccitatis gradum, vteri flatus discutit, cordis palpitationi prodest, venenosis & pestilentibus morbis confert & serpentum morsibus.

Dentaria: Eius genera ponuntur à medicis quinq;. Primum dicitur consolida Dentaria, Symphytum Dentarium, Sanicula Dentaria & Dentaria quinq; folia. Rembertus Dodonæus omnia genera vocat violas Dentarias. Secũdum genus Valerio Cordo dicitur Coralloides ab aliis Simpliciſtis Symphytum Coralloides, consolida Corallina & Sanicula Corallina, dicitur etiam Alabastrides Alpina: Ger.

Ger. Coralleu Wurtz/ &c. Tertium genus dicitur Coralloides altera, Dentaria, Coralliana altera, & Dentaria quinq; folia altera. Quartũ genus dicitur Dentaria septifolia, & Dentaria Heptaphyllos. Quintum genus dicitur Dentaria Trifolia, quia in vno Ramulo tria habet folia, item Dentaria Enneaphyllos, &c. Omnia genera habent calidam & siccam naturam, vtitur instar Saniculæ ad vulnera externaq; vitia: Interne commendant ad Herniam, puluerisata datur cum aquis appropriatis ad 40. dies, externe vero in forma Emplastri applicatur. Vtitur etiam ad potiones & olea vulneraria, &c.

Dipsacon velut sitibundam Græci à contrario appellarunt: perpetuo enim humorem in foliis continet. Latini Labrum Veneris, & Carduum Veneris nominant, à foliorum habitu, quæ anfractuosa sinuum ambage, peluis fere speciem constituunt, ac plerunq; humorẽ intra se continent. Officinis virga pastoris ab vsu forte. Cardo quoq; seu Carduus fullonum, quod hoc rudes pannos fullones expoliant. Hinc Germ. Weberkarten. Gallice, Chardon à Carder. Duplicis est differentiæ: alter satiuus, qui ad vsus fullonum in hortis seritur, flore candido, quem Dipsacum, album vocant. alter agrestis, qui sponte in campis prouenit, flore purpureo: Hinc Dipsacũ purpureum: Ger. braun Kartendistel nominant. Gaudet locis humidis: alter satus, alter spõte prouenies, caule alto, ex descriptione Dioscor. spinis horrido, foliis lactucæ, caulem amplectentibus, geniculis in singulis binis, oblongis, aculeatis, dorsi medio bullas quasdã intus & extra spinosas habent: b. concauo, quo se in geniculis coniungũt, sinu quo aquæ & rores asseruãtur. In singulis caulibus, in cacumine capitulum vnum, Echino simile, oblongum aculeatum, quod cum aruerit, Iunio nimirum & Iulio, candidum apparet, in cuius medio seu medulla, si dissectum fuerit, vermiculi insunt, qui per Echini cauitatem in caudicẽ transeunt. Discrimen est, principio in foliis, quæ in satiuo latiora & magis sunt incisa, in spontaneo vero sunt angustiora minusq; laciniata: Deinde, vt antea dictum est, in flore: postremo in echinis, qui in satiuo magis sunt aculeati, in altero minus. Radix in secundo statuitur excalfacientium ordine, ac nõnihil abstersorium habet. Vermiculos, qui in capitulorũ medio seu medulla inveniuntur, in folliculo aliquo alligatos, & collo brachioue appensos, quartanis febribus remedio esse scribit Dioscor. folia imposita

Phrenitin ſedare ferunt. Aurium vermes ſuccus foliorum necat. Hulceribus oris aqua ſtillatitia prodeſt collutione. In vino cocta radix vſq; dum Ceræ craſſitiem aſſumat, rimas fiſtulaſq; ſedis illita ſanat. Quod medicamẽtum in teſtaceo vaſe ad annuum tempus recondi poteſt: verrucas quoq; penſiles curat. Aqua foliis inſidens oculorum caligini & rubedini medetur. Eadem aqua maculas faciei exerit.

CAPVT XVII.

De Herbis calidis vt Dictamno, Eupatorio, Elephoboſco, Eryngio, Euphragia, & Equiſeto.

DIctamnũ, Plinio, Dioſcoride, & Apuleio conſentientib. ex Pulegii eſt genere. Vnde Dioſc. Pulegium quoq; ſylueſtre quibuſdam appellari tradit lib. 3. A nonnullis Beloacum, Belotoce, à virib. quibus in extrahendis telis pollet, Artemideſium, Herba Cretica, Ephemeron, Albunion, Vſtilago ruſtica, Embactrum, Bezoni dicitur: Ger. Diptam. Duũm eſt genervm: Alterum verum ſeu ſatiuum, quod ſimpliciter Dictamnus appellatur: Alterum vero ſylueſtre, quod Pſeudodictamnum appellat Dioſcorides. Naſcitur vera Dictamnus in Creta, foliis fere Pulegii, ſed maioribus, & rotundis, tomento ſeu lanugine quadam vtrinq; folia veſtiente: caule rotundo & duro, abſq; flore & ſemine, vt Dioſcorides ſcribit, odore & ſapore grato, cũ modica amaritudine. Hæc vera Dictamnus in Germania nequaquam prouenit, ſed ex Creta Venetias, hinc ad alia Germaniæ Emporia magna copia iam affertur, Primum in Germaniam Georgio Agricola eam aſportante. Sed Dictamnus officinarum, & quæ vulgo oſtenditur, longe admodum à Dictamno vera, eiuſque deſcriptione abeſt. Dictamnus enim officinarum radice eſt alba, leui, cubitali, digiti craſſitudine, friabili, rara, qualis eſt Marathri: caules fert cubitales, rotundos, aſperos, puniceos, hirſutos, foliis glabris & copioſis, qualia Fraxini. Glycyrrhizæ non multum diſſimilis eſt frutex, niſi quod latiora ſunt folia, ſingulaq; æquidiſtant: Florem in ſummitate fert purpureum, & albũ, maculoſumq;, malũæ agreſtis ſimilitudine, admodũ odoratum: ſemen in foliculis interſtitiis diuiſis quaternis quiniſve, eſt atrũ, acuminatũ. Hæc Pæoniæ maſculę Tragus ca. 200. parte prima attribuit, cenſetq; Dictamnum officinarum.

narum esse Pœoniam masculam. Quod vero hæc descriptio longissime à vera Dictamno absit, ex vtriusq; collatione satis apparet.

Principio foliorum forma admodum est diuersa, in altera Pulegii, in altera Fraxini, in altera lanuginosa, vero in altera vero glabra. Ad hæc Cretensis seu vera Dictamnus foliis tantum ad medicinam adhibetur: Radix enim est lignosa & inutilis: officinarum vero Dictamnus radice tãtum est in vsu. Nec obstat, quod Dioscorides caule & foliis Dictamnum priuat: Temporis enim & loci natura sæpe alterationem facit, vt in multis plantis est videre q̃ alio loco & tẽpore, flores, semina & caules ferunt, alio minime. Meminit quoq; D. Ctãni Cretensis Verg. 12. Æn. florẽ illi attribuens, cũ inquit:

Hic Venus indigno nati concussa dolore,
Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis & flore comantem
Purpureo: Non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.

Syluestris Dictamnus Dioscoridi Pseudodictamus appellatur. Nascitur locis humidis, priore caule & foliis maior, sed virib. inferior. Temperamenti cum Pulegio est eiusdem, easdem cum eo vires, sed efficaciores, obtinet. Menstrua qua ratione Pulegium, ciet. Secundinã pellit & mortuos fœtus eiicit. Idem suffimentum Dictamni præstat. Succus aut decoctum eius in vino venenis resistit, morsus venenatorum sanat tanta siquidem herbæ huius vis est, vt odorem eius venenatã prorsus fugiant & vitent. Præsentissimum in summa est amuletum. Infixas sagittas super impositam hanc herbam excutere in homine, nec in homine solum, sed ab animantib. quoq; pastam idem præstare, ferunt: ac Dioscorides: in Creta, inquit, Capras sagittis percussas, esu huius herbæ eas excutere aiunt. Lienosis per Emplastrum prodest. Vulneribus ferro factis, & venenatis morsibus infusus succus, præsentissimum est remedium.

Eupatorium Græcorum hodie Agrimonia dicitur, à vocabulo Argemone originem primo traxit, sed pro vero Eupatorio græcorũ falso assumptũ: Eupatorium a. verum inuentũ dicimus fuisse Regis Eupatoris vnde & hodie adhuc ita vocatur, veluti & à multis Germanice dicitur Kõnigskraut i.e. Herba Regis. Multis ab hinc elapsis annis quilibet medicus sibi suum elegit Eupatorium; alius pro Eu-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 586 sur 1557

patorio voluit ſaluiam ſylueſtrẽ, alius Conyzam, alius Perſicariam, &c. Sed hi omnes perperã ſenſerunt, id quod ex Choro hodiernorũ medicorum ſat probabile conſtat. Verũ Eupatorium Græcorum ac Dioſcor. dicitur ἐυπατώριον, ἡπατώριον & ἡπατὶς: Latinis Eupatorium, Hepatorium, Hepatitis, apud Plinium Eupatoria: apud Herbarios vocatur Eupatorium Græcorũ, quo ſecerni poſſit ab Eupatorio Arabũ, inter quos ẽt maxima diuerſitas de eo fuit: Dicitur etiam Marmorella, Cõcordia, Arcella, Abſcella, Aſella, & Lappa inuerſa: apud vulgares medicos & Pharmac. dicitur Agrimonia & Agrimonium. Iohannes Serapio conſentit cũ Galeno & Dioſc. li. ſimpl. ca. 7. & 77. dũ Eupatorium Arabice vocat Cafat & Gafit: Auerrhoi dicitur Olibarda: apud Alſaharauium dicitur Gafet & Algafet: Gloſſographus Auicẽnæ citat Aſeſſeiguaſil, Algafit, Alguefit. Apud Haliabbatanẽ Ferfelimia, apud alios Arabes vero Gazati, Ghafati, Fidebegi, Gafeata & Cifit: Italis Agrimonia & Eupatorio: Hiſpanis Agramonia, Agrimonia & la Agrimonia: Gallis, de Lẽpatoire, Aigremonie, Agrimonie, Agremoine, & Eupatoire: Anglis Agrimonie: Ger. Odermenig Königskraut &c. Tenuium eſt partium; incidit & extergit citra caliditatẽ manifeſtã, cum modica adſtrictione. Eupatorium, aduerſus iecoris obſtructiones ſoluendas in vino decoctũ potiſſimum bibitur. Stillatitius liquor eius tuſſim mitigat, pectus purgat, icterũ morbum pellit, febricitantib, eſt ſalubris, colicæ paſſioni medetur. Folia Eupatorii tuſa cũ axungia calida illita, ſugillata & cicatrices reſtituunt, p̃ſertim ſi vulnus male primũ ſit cõnexum. Cũ fu: fure albo in vino impuro, ſeu ℔ ex vaſe effluxerit, coctũ donec dẽſetur viride vel aridũ Eupatorium, illitũ luxatis fert opẽ. Nonnulli in aceto & butyro eadẽ torrent, ac ſingulari cõtra luxata experimento vtũtur. Liquor ſtillatitius oris vlcera, aliaq; damna ſanat, & purgat. Præparatur in ſuccum, Syrupum, Extractum, deſtillatur in aquam, &c.

Trochiſci de Eupatorio Meſ. ℞. Mãnæ electæ, ſucci Eupatorii an. dra. j. Roſ. rub. vn. ß. Nardi Indicæ dra. ij. Spodii, dr. ij. ß. Rhab. electi Aſari, Anſi an. vn. ij. ß. ſucci Eupatorii quãtũ ſufficit. Fiant Trochiſci. Obſtructionẽ & tumorẽ p̃ter naturã hepatis & lienis ſanant, ac inde natas febres antiquas, & harũ rigorẽ, icterũ, ac incipientẽ hydropẽ.

Decoctio aperitiua lenitiua minor, Auguſtani: ℞. Herbarũ Agrimoniæ, Lupulorũ, Cichoreæ, Cuſcutæ, Betonicæ, Ceterach, Endiuiæ,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 587 sur 1557

niæ Fumiterræ an.vn.ij.rad.Apii,Fœniculi,Petroſelini Acori Glycyrrhizæ an.vn.v.Aſari vn.j ſem.Aniſi,Fœniculi an.vn j.Polypodii Querc.vn.xij Prunorũ Damaſcenorũ,Ficuum pinguium,an.n.xxxij. Paſſul.vn.iv.Senæ Alexandrinæ vn.j.flor.Borrag.Bugl.Violarũ Roſ. rub.an.vn.j.incidãtur & contundantur,&miſceantur omnia ſimul.

Syrupus de Eupatorio Meſuæ: Rec.rad.Fœnic.Apii,Endiuiæ an. vn.ij Glycyr.Schœn.Cuſcutæ,Abſynt.Roſ.an.drac.vj.Capill.Ven. Bedequaris,Suchabæ,flor.aut rad.Bugloſſæ,Aniſi,ſem.Fœn.Eupat. an.dra.v.Rauedſeni .i.e.Rhab.Orient.Maſtiches an.drac.iij.Spicæ Nardi Indicæ,Aſari,Folii,pro Folio pone Spicam Romanam,an.dr. ij.Aquæ q.ſ.aut lib.iix.ſuc.Apii,Endiu.an.lib.ß.Sacch.li.v.Coquantur ſecundũ artem.Frigidis iecinoris vitiis,ac eiuſdẽ obſtructionib. aq ę inter cutem,maloq; corporis habitui ſuccurrit:humores enim craſſos extenuat,roburque iecinori addit,vrinas mouet,& Hypochondriorum tenſionem demolitur.

Syrupus Hepaticus ad humores mixtos,Heurnii:Rec.Hepat.nobilis,Acidulæ,Cichor.Dentis Leonis,Endiu.Sonchi leuis ana M.j. Capill.Ven.Eupatorii vulgi,Linguæ Ceruinæ,Lupulorũ,Fumiterrę an.M ß.(addi poteſt Caſſutha,Aſarũ,Aniſum)flor.cordi ſtudẽtium an.P.j.Radicũ apertiuarũ an.vn.ß.Fructuum Alkekẽgi vn.ß.Polypodii Querc.recentis vn.j.Glycyr.raſæ dra.vj.ſeminis Carthami vn. ij.ſem.quatuor frigidorũ malorum an.dra.ij.Hordei P.ij.ſem.End. Cichorii an.dra.j.ß.Paſſularum dra.j ß.Pruna nu.xij.Myrobal.Citrinorum & Chebul.an.vn.ß coque ex aqua ad tertias,in colati iuris ſeſquilibra,macerentur,Agarici recẽter Trochiſcati vn.j.foliorũ Senæ mundatorũ à puluere & ſtipitibus vn j.ß Zingib.Cinnam.an. vn.j.iterũ expreſſis adde Sacchari li.j.Syrupi roſati ſolutorii vn.iij.iterũ igni reddantur,dum lenteſcat ſuccus.Datur dra.ß.pueris cum aqua hordei cui Cinnamomũ incoxit.In ictero & viſcerum infarctu ac eorũ duritie prouectiorib.propinatur vn.j.cum ij.Syrupi violati, aut roſati ſolutorii: adiecto liquore intybi aut aqua hordei robuſtioribus vn.ij.cũ aqua Syrupi Roſati: quod ſi febri implicitus æger nõ ſit,cum dra.j.Aquæ Cinnamomi ſumi poterit.Decoctũ Eupat. Meſuæ:Rec Eupatorii,Abſyn Aſari,Nardi Indicæ,Capil.Ven.Cypri,Rhabar.Comarũ Fumariæ an.dra.iv.Myrob.Chebul.Indarum an.drac.viij.Paſſul.purgatarũ vn.j. coque & vtere.Hepatis & lienis obſtructiones,& inde naſcentes dolores,& febres cõpoſitas iuuat.

Ele-

Electuarium de Eupatorio, Mesuæ: ℞. succi Eupatorii, Rhabarbari an. vn. ß Croci, drac. ij. Laccæ, sem. Cuscutæ, Schœnanthi, sem. Citrulli, sem. Cucumeris, sem. Portulacæ, succi Absynthii, an. dra. iij. Diagridii dra. ij ß. Tere curiose. Datur aur. j. cum lactis sero. Confert ictero, & hydropi incipienti.

Pilulæ ex Halicacabo, Mesuę: ℞. Absynthii, succi Absynthii, succi Eupatorii, Aloes, Myrob. flauarũ, Mastiches, Croci, Rhabarb. Cãcami loti, Asari, Anisi, Cassiæ ligneæ, sem. Fumariæ ana dra. ij. Hieræ picræ dr. iij. Aquæ Solanæ quantũ sufficit. Fiat massa. Ad febres diuturnas ex humorib. variis ortas, obstructionẽ hepatis soluunt, & inde ortum dolorem & incipientẽ hydropẽ: dantur à dra. j. ad aur. j. ß.

Emplastrum: Rec. Agrimoniæ viridis, Saluiæ, Pulegii, Betonicæ viridis, Pimpinellæ, Millefolii, Cõsolidæ maioris, Callitrichi an. vn. vj. Thuris, Masticis an. dra. iij. Ireos, Aristolochiæ rotũdæ an. dra. vj. Ceræ albæ, Terebint. an. vn. iix. Gũmi oleæ, Æthiopicæ vn. ij. Resinę pini vn. vj. olei Abietini, vini albi an. q. s. Herbæ in pila probe cõtusæ, diebus octo ex vino albo macerãtur, pluries agitãtur, coquunturq;. Vino expresso, colatoq;, & lẽto igne cocto, dũ tertia pars cõsumpta fuerit, oleum abietinũ additur, deinde Cera liquata, mox resina, & Gũmi, postea Terebinthina: His iã paululũ refrigeratis, reliqua trita, incretaq; adduntur, & manib. assidue subiguntur, dum totus humor exhalet: postremo lac Caprinum ad formandos globulos admiscetur: Medicamentum manibus iterum subigitur continue. Ad Caluariæ fracturas vniendas, ossaq; carne contegenda, squamas ossium detrahendas, & ad ea quæ in alto latent, foras euocanda efficax est: Carnes amissas durasq; restituit: digerit, abstergit & siccat.

Elaphoboscũ Græcis & apud Dioscoridẽ dicitur ἐλαφόβοσκον, ἐλαφικόν, ὀφιογένιον siue ὀφιγένιον, ὀφιοκτόνον, λύμη, ἐρπίζη, siue ἐρπίξη & νέφριον: Latinis Elaphoboscum, Hesychius & Varinus volũt ἐλαφοβοσκὸς, Elaphicum, Ophiogenium, Ophigenium, Ophioctonum, Nephrium, & Ceruiocellus, apud Herbarios Pastinaca domestica Latifolio, Pastinaca Ceruina, olus Ceruinum, Herba Ceruina, pabulum Cerui, & à Matthæo Syluatico, Ceruaria, Gulielmus Turnerus vocat Pastinacã adulterinã: Italis dicitur Elaphobosco & Pastinaca domestica: Hispanis Canahoria blãqua: Gallis Pastinaques: Ægyptiis Chemis: Africanis Ascaurau, Ascaucau & Asdruachu: Anglis Persenippe: Ger-

Hirtz,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 589 sur 1557

brancaleonina, & elaphoboſcum ſylueſtre. Germanis Wildtmoreſſen. Tertium eſt elaphoboſcum Doctiſſimi Matthioli. Eius temperamentum eſt calidum in medio, ac ſiccum in medio tertii: Vſus eius eſt internus atque externus: deſtillatur in aquam, in oleum, fit ex eo ſal, vinum &c. Radix eius mollit, laxat & etiam calefacit: caulis tener vt Dioſcorides refert, pro olere manditur. Contra ſerpentium ictus datur in vino ſemen: Pabulo hoc ſerpentium morſibus ceruas reſiſtere aiunt.

Eryngium græcis ac latinis, offi inis ſed corrupte iringus, quibuſdam centum capita, à capitulorum indefinito numero, ruſtici vocant carduum lepuſculum, & carduum volutantem. Planta n. integra marceſcens, vi ventorum euellitur, & per medios agros dũ volutatur, currentem lepuſculum diceres. Gallis dicitur chardon, ou cent teſte: Arabice Aſtaraticon: Germanis Mansstreu ſiue Rabendiſtel &c. dicunt & marinum quod nempe ad loca mari vicina læte germinans ſit, foliis latis, angulosis, ſpinis durioribus circumſeptis; vel campeſtre ſeu vulgare: plures eius dantur varietates: Quoddã enim dicitur planum, aliud pumilum, & à regione quoddam dicitur Hiſpanicum, Pannonicum, Alpinum, præter alia quædam ſpuria. Folia habet lata, & extremo ambitu aſpera, guſtu odorata, quæ vbi adoleuerũt, multis caulium faſtigiis in ſpinas aculeãtur: in cacuminibus capitella in formam pilæ coacta cernuntur, ſepientibus ſtellatim aculeis, per orbem acutiſſimis, prædurisq;. Color iis modo candidus, modo viridis, modo cæruleus inuenitur. Radix oblonga, lata, ſummo cortice nigra, candida interius, pollicari craſſitudine, odoris boni. Folia adhuc tenera ſale condita, in græcorum veniunt cibos. Eryngii quoq; eſt ſpecies foliis anguſtioribus, nigrioribuſq;, aculeis longioribus, acutioribuſq;, flore in capitulis prorſum purpureo, quam atram nominant, à foliorum forma. Eryngion caliditatis eſt temperatæ, exiccat vero mediocriter, meatus diducit, menſes & arenulas in veſica pellit, veneris languores proritat. In vino radix cocta & pota, prodeſt iecinoroſis, lienis & lumborum affectibus: tormina ſedat, vrinam & menſes ciet: Sumpto veneno, drachmæ pondere cum ſylueſtris paſtinacæ ſemine trita bibitur, huius radicis vſu à calculo quendam liberatum, ſcribit Aetius. Strumas & parotidas appenſa radix fertur diſcutere. Tri-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 590 sur 1557

ta & illita cum salsa adipe, sentes & aculeos corpori infixos extrahit. Carnem deciduam tibiarum sanat. Radix gesta gratos & humanos, quorundam superstitione, efficere creditur.

Electuarium ad vrinas & menses mouendos. Recipe conserue eryngii, conf. rad. pastinacæ agrestis ana vnc. j. Trochiscorum de myrrha drach. iij. cinnamomi drach. ij. Cum syrupo de artemisia fiat electuarium. Sumatur mane, deinde superbibendo cyathum vini Hippocratici, vel decoctionis pulegii, aut calaminthæ.

Electuarium ad menses mouendos. Recipe succi eryngii, succi sabinæ, succi pulegii, depuratorum ana drach. iij. cinnamomi, asari, myrrhæ, croci ana drach. j. sem. nigellæ drach. ß. Misceantur & fiat electuarium. Ad dulcorandum adde parum syrupi de artemisia.

Electuarium ad venerem. Recipe conserue rad. eryngii, zingiberis conditi an. vnc. j. Testiculorum gallor. decoct. in lacte vnc. ß. pinearum mundatarũ, & in lacte maceratarum vnc. j. Amygdalarum dulcium, auellanarum maceratarum in melle per diem ana vnc. ß. sem. bulbi drac. j. cum syrup. conserue cortic. citri, fiat electuarium, de quo sumatur ante pastum.

Empetron, quod in petris nascatur, dictum. Germa. Steinbrech/ Harnkraut/ à facultate quam habet. Latinis calcifraga, à frangendo calculo. Galli perforipetram: Sanctones rumpipetram: nonnulli cristã marinam appellant Herba est sesquipedalis, geniculatis cauliculis, succulenta, folio marini roris, nisi quod multo carnosius & rarius, semine corymbis dependentib. fœniculi effigie, flosculo, luteolo, singulari radice, exili & breui, odore gustuq; salsis. Viret perpetuo, floret Augusto. Locis maritimis, & in nudis saxis: quoq; mari fuerit propior, minus est salsa: quo longior, magis terrena & amarior. Hæc Tragus & Ruellius. Porro Dioscorides duob. locis lib. 4. Empetri meminit. Primum in c. 14. vbi saxifragam appellat, q̃ caput Ruellius non genuinum putat, sed nullis rationib. existimatq; saxifragam eam esse quam saluiam vitam vocant, quę est eadem cũ adianto seu capillo veneris. Fuchsius quoq; saluiam vitam seu adiãtum candidum pro hac saxifraga Dioscoridis ponit, vnam solummodo adianti relinquens speciem, nigrum videlicet. Deinde etiam Empetrum describit c. 161. circa finem lib. 4. de quo adhuc est controuersia, nũ cum priore sit idem vel diuersum. Ruellius eo ipso loco præ-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 591 sur 1557

co præterit:ſed in ſuis additionib.eius mentionem facit,ac eandem cum præſente noſtra herba facit,cuius ſententiæ placuit ſubſcribere,Dioſcor.etiam Phacoides vocat.Temperamẽto eſt ſicco,ac præcipua eius contra calculum vis eſt.In mulſo decoctum calculum pellit:phlegma & choleram,lentoſq; & viſcoſos ventriculi humores ducit:aqua intercute laborantibus auxiliatur.

Euphraſia græco vocabulo appellatur officinis,cum nil apud veteres de hac ſcripto ſit relictum.Gallice,lumilette,euphraſie.Fuchſius euphroſynen dictam,ac corrupte officinis euphraſiam ait,qđ oculos delectet,quorum & caligini medetur in vino pota. Eodem etymo Germa.Augentroſt vocant.Nonnullis ophthalmica & ocularia herba.Hyſſopo naſcitur ſimilis,in apricis collib.& pratis,cauliculis purpureis,folio paruo & per ambitum ſerrato,floſculo albicante,Autumni prorumpit initio.

Altera eius ſpecies,quam quidam gramẽ vocant, naſcitur apud Norimbergenſes,vt auctor eſt Tragus, quam iidem Augentroſt appellant.Quidam Teuffelsblummen. Caule rotundo,cubitali,geniculato,foliis circa genicula binis longis,acuminatis,ſicut graminis, linguæ auicularum ſimilib.radice tenui. In Aprilis fine florem fert violaceum,candidum,quinq; foliis compactum, minutim inciſis. Capitula ex flore rotunda, ſicut lini,enaſcuntur,ſemine plena.

Tertia naſcitur in pratis,flore cæruleo lacteo quadantenus, altitudine cubitali,foliis teneris,mollibus& pinguibus;Centaurio minori ſimilib. In aquarum vero ripis bicubitalis,& foliis pinguibus, ſalicariæ modo naſcitur.Inueniuntur etiam aliæ aliis regionib. huius ſpecies.Calidi eſt temperamenti & ſicci.

Ad oculorũ ſuffuſiones & caligines vel per ſe impoſita, aut cum vino decocta,prodeſt:idẽ ſuccus efficit. Aqua tamen eius ſtillatitia oculis eſt cõmodior præſtantiorq;. In puluerem redacta & in vino trita,memoriã & oculorũ aciem mirifice corroborat:amiſſamq; reparat.Tragꝰ eius decocto ex vino ſe aduersꝰ ictericos vſũ eſſe teſtat.

Vinum Euphragiæ, Arnoldi: Recipe euphragiæ quantum ſatis eſt. Ponatur in doliolo muſti pleno, & fiat vinum euphragiatum. Huius vſu oculi ſenum reiuueneſcũt, & aufert impedimentum eorum,& defectum viſus in quocunq; homine de quacunq; ætate.

Conſerua Euphragiæ. Recipe menſe Iulio vel Iunio, Euphra-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 592 sur 1557

giæ vna cum floribus lib. ſ. Sacchari lib. j. ſ. Contundantur ſimul in mortario lapideo minutiſſime, deinde ponantur in vaſe vitreato aliquandiu ad ſolem quotidie agitando: poſtea ſeruetur ad annum vel biennium. Cerebrum confortat, ſiccatq; visum acuit ac clarificat.

Equiſetum græcis medicis dicitur ἵππουρις, τριμάχιον, ἀνάβασις, χερέδρανον ἐφαίδρον, γίς σχοινιοστροφον, κάυκον, & à Caſſiano Baſſo σαλπίγγιον: Latinis Hippuris, caucum, à Plinio ephedra & ephedrum, anabaſis, trimachium, ſchœnioſtrophum, gis, ephydrum, equiſelis, herba equinalis, ſalix equinalis, ſaturni nutrimentum, à Caſſiano Baſſo, ſalpingium: Ab herbariis dicitur cauda equina, cauda caballina, equi cauda, colus columbina, aſperella, equiſeta & equiſetum, arcontilla, canacella, cunicella, herba caballina ab Arnoldo Nouano, Hippoſeta. Serapioni lib. ſimp. c. 137. Dheneb alcail, ab Auerrhoe canapalcail, ab Auicenna daneb alchail: Apud alios Arabes legitur denebalchiel, denebalthehil, denebhachil, dhenebacali, dnebachis, dnebathil, dhenben alchail & dhnenibalchi: Italis vocatur coda di cauallo equiſeto, Venetianis cua di cauallo: Hiſpanis coda de cauallo, coda de mula, rabo de mula & rabo de mula, Gallis queue de cheual, queue de chat & prela: Ægyptiis pherphra: Germanis Schafftenheu/Pferdtsſchwantz &c. Eius dantur ſex genera: 1. dicitur ἵππουρις ἄφυλλος: Latinis hippuris ſine foliis, hippuris nuda & equiſetum nudum: Germanis Schafftenheu ohne bletter. 2. genus Dioſcoridi eſt illud primo loco iam nuncupatum. Tertium genus græcis dicitur ἵππουρις ἑτέρα, γύνος & ἐκύτιον, vel ἐχύτιον: Latinis hippuris altera, equiſetum alterum, gynus equitium, & equiſetum minus: ab Herbariis dicitur equiſetum aruenſe maius, hippuris aruenſis ſiue ſegetalis maior & corſanda: Italis ſceuola & equiſeto minore: Gallis prela petit. Quartum genus dicitur equiſetum paluſtre maius. Quintum, equiſetum minus aruenſe. Sextum equiſetum ſyluaticum, hyppuris ſyluatica & cauda equina ſyluatica: Germanis Waldtroßſchwantz. Herba eſt vulneraria ratione naturæ ſiccæ atque attractiuæ, vtitur ab intra & extra, eius & deſtillatio eſt in aquam &c. Equiſeti ad ſanguinem ſiſtendum maximus eſt effectus. Foliorum equiſeti expreſſus ſuccus potus, ſanguinis fluxus tam in mulieribus,

bus, quam in viris siſtit, ſanguinemque excreantibus & mingentibus, prodeſt, bis terue per diem trium cochlearium menſura potus. Cum vino potus ſuccus, tormina ſedat, confert iis qui difficulter tuſſiunt, & ægre ſpirant: inteſtinorum quoque & veſicæ ruptu-ris eſt vtilis. Ad idem valent folia vel radix in vino cocta, & calida pota. Equiſetum in aqua vel vino coctum, ad omnes ſimiliter ſanguinis fluxiones conducit: Inteſtinorum exulcerationes ſanat, renum hulcera & fluxus curat: ſtranguriæ dolorem mitigat. Aqua ſtillatitia ad eadem valet. Expreſſus foliorum equiſeti ſuccus, naribus exceptus, & ceruici illitus, ſanguinis ex naribus profluuium compeſcit: quod etiam ſtillatitius liquor efficit. Tuſa & ſucco impoſita folia, vulnerum ſanguinem cohibent, eademque glutinant, & intra paucos dies, Galeno teſte, ſanant. Equiſetum in ſtillatitio liquore tepido madefactum, impoſitumque, eryſipelati medetur, rubris item puſtulis, inflammationibus ſedis, aliorumq; locorum, & dyſenteriæ. Occultorum locorũ tumores ſedat.

CAP. XVIII.

De Elleboro, Fœnugræco, Fœniculo, Fragaria, Ferula, Frumento Amyleo, Turcico & Indico.

ELleborus græcis, latinis dicitur veratrũ, Dioſcoridi melampodium, à Melampode Paſtore, qui eo oues purgauerit & ſanauerit: Duum eſt generum: nigrum & album: nigrum dicunt aliquot habere genera vt veratrum nigrum verũ Germanis Schwartz nießwurtz hoc genus tuto intra corpus ſumi poteſt: naſcitur radice multis capillamentis intricata, duarum ſpithamarũ altitudine, foliis in caulib. ab imo ad ſummum teneris, leniter inciſis, ſicut in abrotono minore, viridioribus tamen & copioſioribus, floribus in cacumine ſingulis in vere flauis, cuiuſmodi ſunt propemodum anthemidis: vulgo etiam Chriſtwurtz germanis vocatur: Plurimum præſtantiſſimumq; naſcitur in Anticyra, vnde prouerb. nauiget Anticyras. Aliud genus ſic dictum, quod menſe Septembri floreat: Huic radicẽ dicunt multis fibris intricatã & contextã: flores circa finem Decembris

bris oſtendit in viridi flaueſcentes, colore mali cotonei, qui bini vel terni in purpureo naſcuntur caule: flore pereunte ſemen in ſiliquis, velut in Aquilegia, innaſcitur, ꝙ maturum fathiſcentibus ſiliquis excidit. Folia ſunt inciſa, cuiuſmodi fere in pæonia, minora tamen & nigriora: Radix eſt amara. Tragus Plinii conſiliginem & Columellæ lib. 6. cap. 5. tradit. Eſt etiam ſpecies dicto iam veratro nigro admodum ſimilis, vt non facile ſit diſcernere: quidam ſunt qui conſiliginem volunt eſſe Plinii: Flores huius in capita, ſicut in Nigella abeunt, in quibus ſemen eſt nigrum, herba ipſa odore fœtido, locis ſaxoſis & aſperis naſcens: Latinis veratrum nigrum ſylueſtre. Huius tradunt radicem à collo ſuſpenſam, veneno reſiſtere. ne hauſtum venenum obſit, intra corpus vero ſumptam hominem occidere. Cuius rei experientiam refert Tragus de monacho quodam, qui in cane hoc ipſum expertus ſit. Huius potiſſimum ad luporum venationem vulpiumq; eſt vſus: Noxia enim facultate eſt præditum. His addunt elleborum nigrum ferulaceum, item elleborum nigrum falſum hortenſem, ac elleboraſtrem maximum.

Ellebori albi duæ ſunt differentiæ, maior ac minor: maior folia gerit plantaginis vel potius gentianæ ſimilia, ſed maiora, magiſque venoſa, ſtriata, & velut plicas habentia. Caulis ei rectꝰ & longꝰ, plures ſpecies proferens, è quibꝰ floſculi candidi emergunt: radix ceposa, craſſa & candida cui multæ fibræ adhæreſcũt: calefacit, & ſiccat tertio gradu, varios humores ſed maxime pituitoſos ducit, idq; cũ moleſtia: vomitum excitat ſumptꝰ, & eiꝰ puluis naribus admotus ſternutamentũ mouet. Eſt & elleborine, ſeu elleborus humilis albꝰ, ei vultu multum ſimilis, quem officinæ non ſeruant. Elleborus niger verus, Græcis Cherbachen nuncupatur, hic purgat humorẽ melancholicum, prodeſt inſanientibus, maniacis, hypochondriacis, lienoſis, epilepticis, elephantiacis, quartanariis & omnib. morbis, quos atra bilis, vel humor melancholicus procreat, periculoſus aũt eſt ſanis, pueris & imbecilliorib. doſis drac. j pondꝰ nõ excedet. In peſſo ſubditũ, menſes fortiter ducit. Vetera damna & fiſtulas inſperſus eius puluis mirifice ſanat: cum aceto omnis generis ſcabiei, pſoræ, ſerpigini & elephantiaſi prodeſt: putridam carnem erodit & conſumit. Veratrum album etiam calidum & ſiccum eſt tertio ordine, ſicut & nigrum. Agyrtæ veratro albo cum eſula & lathyri ad-

uerſus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 595 sur 1557

uerſus pleraq; corporis vitia maximo vtentiũ damno vtuntur. Radix viginti quatuor horarum ſpacio in oxymeli mollita, ac rurſus arefacta, ſemidrachmæ pondere cum vino delirantib. datur. Sin potionem ex radice cupias conficere, biduũ in vino maceranda, vel in iure coquenda erit, ac potus vel decocti ipſius, mediocris, pro patientis craſi, hauſtus dabitur. Valet aũt contra eoſdem affectus ad quos nigrũ, nẽpe delirantes, melancholicos, comitiales, phthiſicos, quartana febri laborantes, elephantiaſi, conuulſionib. & torminib. infeſtatos. Narib. inditum cũ ſampſychi foliis, cerebrum per ſternutamenta purgat. Dentiũ dolorẽ cũ aceto cocta, collutione mitigat, Veterib. vlcerib. & damnis purgandis, & pſoræ confert. Cum lixiuio decoctum pediculos & lendes capitis necat. Idem vnguentum eius præſtat. Cũ melle & farina temperatũ, mures & glires occidit. Efficacius aũt ad hoc ipſum eſt nigrũ. Muſcas in lacte decoctũ, perimit.

Omiſſis variis de helleboro autorum ſententiis, accingimus nos ad veram analyſin variorum ac doctiſſimorum virorum eorumq; recepta, ſic vſus eius conſtabit. Bonus ſiue malus.

Syrupus helleboratus Quercetani. ℞. rad. hellebori nigri, veri & electi vnc. j. polyp. q. ſem. carth. ana vnc. j. ſ. viſci quer. coryli ana vnc. j. turbith gum. agar. trochiſc. aſari ana drac. vj. ſem. pæon. aniſi, citrii, card. bened. acetoſæ an. drac. iij. Dictamni Cret. flo. tiliæ arboris, calend. cent. min. hyper. an. p. ij flor. viol. bugloſſ. nymphææ an. p. j. ſ. macerentur in q. ſ. oxymelitis ſcyllitici & aquæ fum. idq; in vaſe vitreo optime clauſo, ad B. M. per duos dies ad minimum: deinde fortiter exprimantur ac clarificentur. In lib. ij. huius colaturæ macera deinceps, & digere ad eundem̃ ignem B. per quatuor dies rad. hellebori nigri veri & electi vnc. j. folic. ſen. vnc. iij. macis caryop. cinnam. an drac. j. Denuo fortiter exprimantur, & per vnũ aut alterum in eodem met B. M. quam optime purificentur, vt artis, ſemel aut bis in die ad minimũ, fæces quas in fundo vitri ſubſiſtere percipies, reiiciendo, & quod purius eſt, denuo purificando, idq; reiterãdo, donec materia nullas ampli⁹ fæces ſeponat ad fundũ vaſis. His peractis, adde ſacch. viol. q. ſ. vt coquantur in ſyrupum, addẽdo ſub finẽ coctionis rhab. ſeorſim in ſucco roſarum pallidarum macerati & expreſſi vnciam j ſ. Miſce, fiat ſyrupus mediocriter coctus. Doſis eſto vnciæ vnius, vel vnciar. ij. Per ſe exhibetur, vel cum aqua lilii conuall. ſemper addendo potioni guttulas aliquot ſpiritus

vitrioli, ex arte præparati. Atque is vnus est syruporum nostrorum purgantium antepilepticorum: cuius omnibus æque, siue ii sint infantes aut fœminæ, siue iuuenes aut veteres, obesi aut macri, siue cuiusuis temperamenti homines, tutus est vsus, eam dosin exhibendo, quæ pro cuiusuis ægrotantis debili aut forti natura satis esse possit. Idemmet auxilium apoplexijs, paralysi & melancholiæ, aliisque id genus morbis, validas etiam fixasque radices habentibus, summe conducit. Si tamen fœmina est, quæ huiusmodi morbo conflictetur, vt sæpenumero id cõtingit, purganti syrupo adiicienda erit bryoniæ radix, quin etiam in purgationem addi poterit fæcula bryoniæ, quod hystericum est medicamentum, idque specificum & proprium solutiuum: quales sunt etiam extractiones, quæ fiunt ex succis mercurialis & rutæ, quæ ibidem etiam habentur.

Quinta essentia hellebori nigri. Quercetani. Recipe veri hellebori nigri purpureis floribus, quiq; recens collectus sit, non aridi, si fieri potest, quantum sit satis ad dimidiam alembici partem, ex radicibus conquassatis & tusis implendam: Ex quibus per balneum maris vaporosum (quod ad destillandum, citra adustionem, institutum est) tantum aquæ stillatitiæ educetur, quantum reddi poterit. Sicca autem quæ restabit in fundo alembici materia conquassetur, & in matracio colli oblongi reponatur, cui affundatur propria aqua; ac nota, tantum aridarum fæcum conquassatarum esse sumendum, non plus, quantum aqua sua stillatitia supernatante ad tres digitos latos submergi possit. Ponantur omnia in digestione balnei ad sex aut octo dies, dum aqua radicum colore tincta & imprægnata rubescat. Tum defundatur aqua per inclinationem: quæ iterum sola balneo maris satis calenti, in digestionem reddatur.

Hac enim coctione secunda, quod crudius est, magis maturescit & corrigitur, ac aliquid semper impurarum fæcum secernitur, quod in forma hypostasis aut sedimenti in imo residet. Deinceps hæc aqua optime digesta, cocta & depurata, in paruo alembico reponatur, vnde rursum extilletur, dũ in fundo vasis restet materia, syrupi consistentia, qui verus est hellebori balsamus & quinta essentia. Si vero radices hellebori nigri recentes desiderantur, sed siccæ tantum occurrunt (quum non omnibus peruium sit, vtpote à mon-

montibus procul remotis, recentibus ſemper potiri) in hunc modum, qui ſequitur, parandus erit earum Balſamus, eſſentia quinta aut extractio, quæ epilepſiis conferat. Recipe radices veri hellebori nigri, quas menſe Septembri collegeris, ſole in ſigno librę exiſtente, vel anetis, menſe Martio circa alterutrum æquinoctium. Tum n. pollent radices virtutibus, & natiuo ſuo humore totæ madeſcunt. Hæ accurate mundatę, vino albo dilutæ ac exiccatæ, contundantur in mortario marmoreo, ligneo pilo. Conquaſſatę diſcindantur forcipulis, ſicque in alembici vitrei capacitatem iniiciantur, iis ſuperfundendo aquarum pæoniæ, flor. lilij conual. & flor. calend. ana quantum ſit ſatis, ad eas optime imbuendas ac perfundendas, quæque ſpiritu vitrioli addito acidulę reddi poterant. Totaq; iſta materia ad 24. horas in lento igne in digeſtione hæreat: cuius liquor tandem ſtillatitius in recipiens, capitello alembici aptatum, extillet non ad perfectionem aut ſiccitatem integram: ſed vt fæcibus adhuc humidis, ſtillata aqua reaffundatur, quæ denuo per alias 24. horas digeſtioni reddantur, vt poſtea prælo ad id concinnato, totius liquoris ac ſubſt. fiat expreſſio, fæcibus ſeorſim ſeparatis ac ſepoſitis. Quæ quidem expreſſio tota alembico iterum reddatur: vnde rurſum extillet aqua, dum in fundo remaneat ſyrupi conſiſtentia, aut mellis: atque hæc denuo aqua fæcibus ſeparatis ac repoſitis ſeorſim in alembico, vt diximus, ſuperfundatur, vt digeſtio eorum repetatur per 24. horas, ac demum fortis prælo totius ſubſtantiæ fiat expreſſio, ſeruando ſeorſim fæcem aridam, & ſuperiori conſiſtentiæ ſyrupi admiſcendo expreſſionem. Aqua vero ſtillatitia fæci reddatur, vt prius, ad infuſionem, quæ poſtea expreſſa ſyrupo adiungatur: idque toties præſtandum ac continuandum, dum nullum amplius radices aut illatum fæces ſaporem guſtanti reddant. Quod quidem integræ expreſſionis & radicum eſſentiæ prorſus exhauſtæ ſignum eſt certiſſimum. Tum vero ſeruatos ſyrupos, vt ſupra diximus, qui ex lib. j. radicum ad vncias circiter quatuor balſami extrahuntur, in matracium vitreum oblongi colli infundes: quibus tertiam aut quartam partem ſtillatitiarum aquarum ſeruatarum adiicies (etenim maiore copia aſſeruantur aquæ quam ſyrupi) ac in digeſtionem vaſe in Bal. M. repoſito, dum aqua inficiatur colore rubro: tincta aqua per inclinationem transfundatur, & ab hy-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 598 sur 1557

poſtaſi, quæ in fundo reſtabit, quam optime fieri poteſt ſeparetur ac recens denuo aqua reaffundatur ac ſeparetur, idque tot cohabitationibus repetendum, donec tota mellita illa ſubſtantia extracta in aquas illas tranſierit, in eſſentiæ puræ ac clariſſimæ ſpeciem. Quæ cohabitatio perfecta fuerit, ſi nihil in fundo vaſis, præter fæcem quandam inutilem, & omni colore aut tinctura deſtitutã (quæ ſummum eſt helebori venenum) relinquatur. Vbi iſta perfeceris, aut etiam inter operandum, fæcem in cinerem rediges igne reuerberii iuxta artem, idq; vbi eam fortiter expreſſeris, ac ſeparata lento calore aqua, quæ tincturas ſuperiores continet, dum remaneat ſyrupi conſiſtentia, aut potius hellebori balſamus pretioſiſſimus, cũ extracta ea aqua totus cinerum ſal ex arte prolicietur. Quæ aqua grauida & condita ſyrupo illi aut balſamo hellebori reaffundetur, agitando & miſcendo probe omnia: deinde rurſum extillabitur, dum ad conſiſtentiam ſyrupi ac balſami materia rurſum in fundo redigatur, cui ſuus ſal in quo vis purgatrix præcipua hellebori poſita eſt, admixtus & coniunctus fuerit. Huius hellebori balſami ſcrupulus in vno aut altero cochleari ſuæ aquæ, aut alterius congruentis liquoris, admirandum eſt purgatiuum, ac maſſæ ſanguineæ mundificatiuum excellens, quod non epilepſiis tantum domandis pareſt, ſed omnibus aliis etiam deploratiſſimis ac aſtralibus morbis, quales ſunt maniarum ac melancholiarum ſpecies, ſubigendis efficaciſſimum, quib. vulgaria remedia ludibrio eſſe ſolent. Hic nõ obiicienda eſt operationis difficultas, cum ſatis ſuperq; vtilitate & præſtantia medicamenti ea compenſetur: imo quæ in ea vel tantillum verſatis ſoleat facillima haberi. In qua ſi qui ſiunt ſumptus, facile à diuitib quib hęc videntur dicata, magno fœnore perſoluuntur ac reſtituuntur. Illis n. tam eximias præparationes dicauimus: at tenuioris fortunæ aliis, quibus forte hæc cariora videbuntur & inexpertorum pharmacopœorũ capacitati præparationes noſtras balſamicas vt accommodemus, quæ ſequuntur erunt aptanda. Oportebit n. aquarum pæoniæ lilii conuall. & calendulæ in locum ſubſtituere extractionem radicum hellebori, repetitis decoctionib. factam, cum ſero lactis aut lacte deſtillato, & ſæpe identidem expreſſam, vt in expreſſionem radicum virtus pertrãſeat, ac in ea maneat. Quod toties iterandum eſt, nempe reaffuſio, repetita ebullitio & expreſ-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 599 sur 1557

expreſſio, vt vltima expreſſio nihil ſaporis habeat, quod omnem hellebori ſubſtantiam ac virtutẽ in aquas aut ſerum lactis aut liquorem expreſſum tranſiiſſe teſtabitur: In libras autẽ ſingulas expreſſi liquoris addantur foliculorum ſennæ vnc.ij. Caryophyllorum cinnã. macis an. drac. j ſ. ſeminum aniſi & fœniculi dul. an. drac. ij. florũ roſ. rub. pug. ij. florum nenuph. p. j. quib. infuſis & expreſſis, ſecundum artem inſtillentur tot ſpiritus vitrioli guttulæ, vt tota mixtio acidula reddatur. Qui per ignorantiam, ſpiritus vitriolati vſum in medicina improbant & reſpuunt, cuius tamen virtus & præſtantia, ſiue ad tinctũram medicamentorũ extrahendam, ſiue ad fermẽtationem, omnib. reb. quibus immiſcetur, inducendã, ſiue nimiã caliditatem purgandam, contemperandam, illorumq; venenoſitatẽ corrigendam, ſatis præiudicari non poteſt: loco ſpiritus prædicti iniiciant pro ſingulis vnc ſucci citrii vel limonum (qui naturã vitrioli æmulatur) quantum ſit ſatis ad aciditatem inducendam, probeq; omnia macerentur, digerantur, aut fermententur ad tres aut quatuor dies: quorum poſtea fiat expreſſio: cuius liquor ex B.M. vel calentib. cinerib. deſtillatione educatur, dum, quod reſtat in fundo, mellis conſiſtentiam acquirat: cui adde myrrhæ & maſticis pulueriſat. q. ſ. Rhabarbari ſi voles modicum, vt fiat pilularum maſſula. Ex qua pilula vna tantum in doſim exhibeatur: cuius operatio fælix futura eſt, & ad radices vſq; morbi ac ſeminaria penetratura, vt quicquid eſt impuri & corrupti, radicitus euellat ac exhauriat, quod vulgaria, vt diximus, medicamenta nequaquam præſtare valeant. Cum prima hellebori eſſentia, quam vt meliorem alia, vſurpauimus, cuiuſque vſum legitimum promiſimus, coniungi poterit (ſi ita videbitur) extractum aloes, ſennæ, agarici & rhabarb. vel extractum ſcammoneæ & colocynth. quorum extract. formulæ in noſtra pharmacopœa reſtituta reperientur: ex quibus forma opiatæ concinnetur, cuius doſis ſit ſcrupulus j. aut admiſcendo myrrhæ & caſtorii & pulueris ſennæ, q. ſ. fiant pilulæ: quarum vna tantummodo in doſim exhibita (ſemiſcrupuli, aut integri pro robuſtioribus, vehementiſſime per ſeceſſum operatur, idq; citra perturbationem vllam. Si epilepſia fiat per conſcenſum vteri, his addere poteris fæculam bryoniæ & aſſæ fœtidæ eſſentiam ſeu oleum ad libitum. Diuerſas nunc variorum autorum contemplari placet præparationes:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 600 sur 1557

Syrupus de elleboro, Heurnii: Recipe ellebori nigri vnc. ſ. ſucci pomorum dulcium vnc. x. Radicum bugloſſ. borraginis, polypodii, epithymi ana vnc. j. Folliculorum & foliorum ſenæ, chamæpityos, ſtœchados ana vnc. vj. flor. borragin. bugloſſ. fumariæ lupulorum ana p. j capillorum veneris, agrimoniæ, chamædryos ana m. j. ſchænanthi vnc. ſ. Fiat decoctio ad libras duas: Huic decocto adde ſucci pomorum, ſacchari albi ana lib. ij. Fiat ſyrupus. Doſis eſt quantitas duarum vnciarum.

Oxymel elleboratum maius Iuliani purgans phlegma & melancholiam: Geſneri. Recipe Rutæ, Thymi, Dictamni Cretici, Hyſſopi, pulegii, marrubii, carduibenedicti, ſpicę celt. cort. ſambuci interior, ana m. j. Calami montani p. ij ſem. aniſi, ocymi, vrticæ Rom. anethi ana drach. ij rad. angelicæ, altheæ, ariſcillæ, ariſtolochiæ longæ, rotundæ, clematitidis, turbith ana vnc. j. iridis noſtræ, coſti, polypodii ana vnc. j. ellebori nigri, eſulæ ana drach. ij. cort. rad. ellebori albi drach. ij. agarici drach. ij. Omnia trita infunde in aceti acerrimi lib. vj. vel quantum ſufficit: triduo in ſole, vel ad fornacem, in vitreo vaſe obturato. Tum decoquantur in olla vitreata ad dimidium fere, tum colabis modice exprimendo, addeſque mellis deſpumati, ſacchari ana lib. j. & ad conſumptionem aceti decoques ad ſyrupi conſiſtentiam. Doſis ad mouendam aluum, ab vnc. ſ. vſque ad drach. vj. cum decoctione ſenæ & polypodii, vel ſyrupo violato, alioue ſolutiuo. Confert epilepſiæ, aſthmati & omnibus morbis, à materia frigida, craſſa, tenaci, à phlegmate & melancholia dependente.

Oxymel elleboratum, minus: Geſneri. Recipe calamenthi, thymi, pulegii, carduibenecti, roſarum rubr. menthæ criſpæ ana p. j. ſem. aniſi, ocymi, ſem. vrticæ Romanæ, ſem. anethi ana drach j rad. angel. rad. fœniculi, althææ, ſcillæ, iridis noſtræ, turbith, ana vnc. ſ. Ellebori albi, eſulæ præparatæ ana drach. ij. rad. aſari. drach. j ſ. Galangæ, cinnamomi, calami aromatici ana drachmam vnam. Infunde in aceti fortiſſimi libras duas ſ. vt prædictum eſt, & cum media pars bulliendo fuerit abſumpta, adde ſacchari, mellis deſpumati ana vnc. v. Fiat ſyrupus, qui aromatizetur, cum croci, cinnamomi, macis, zingiberis an. ſcrup. j. in ſacculo intus ſuſpenſis. Doſis ac vires vt in maiore.

Purgans

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 601 sur 1557

Purgans ſpẽcificũ hydropicum. Recipe radicum hellebori nigri debito tempore collectarũ vnc.tres.NB.vt ab helleboro ſpuma venenata in præparatione eſſentiæ diligẽter ſeparetur. Coloquintid. vncias duas.Extrahatur eſſentia cum ſpiritu vini, & iterum ſeparetur ab illa ſpiritus,ad mellis ſpiſſitudinem.Huius recipe grana quatuor.Mercurii per oleum ſulphuris præcipitati grana duo.

Miſceantur & formentur pilulæ: Exhibentur tribus auroris ſucceſſiue:poſtea ſint ad manus flores ſulphuris ter per vitriolum ſublimati, quorum accipe tres partes, & adde extractæ eſſentiæ croci martis: Eſſentia hæc ex optime præparato croco Martis extrahitur, olei vitrioli beneficio in digeſtione, cui bona quãtitas aquæ cõmunis admixta eſt,quæ tamen iterum fortiter abſtrahenda eſt, vt pulvis extract⁹ per ſe remaneat.De hoc mixto puluere,mane,meridie, veſperi exhibe drachmam ſemis: offeratur in conſerua Roſarum: Sudor oleo Guaiaci rectificato cum aqua Theriacali prouocandus: vtatur cibo ſicco conuenienti, potũ exiguo, qui ſit vinum Abſinthites chalybeatum. Electuarium purgans melancholiam atramque bilem:Recipe rad.Hellebori nigri non adulterini vnc.ij polypodii querni vnc.j.ſ.cort.capparum, tamariſci ana vnc.j.Summitatum meliſſæ,thymi,epithymi ana p.j foliculi ſenæ vnc. iiij. turbith gummoſi vnc.ij.ſ.Myrobalanorum omnium ana vnc.ſ. agarici rec. trochiſcati vnc.j.ſ.ſem.ireos,carduibened.fœniculi,aniſi ana drac. vj.cubebarum,cinnamomi, macis. caryophyllorum ana drach.ij. conſeruæ flor.bugloſſæ,violarum nympheæ ana vnc.j.Hæc omnia contuſa& permixta macerentur in ſuff.quantitate ſeri lactis,& ſuccorum quam optime depuratorum fumariæ,bugloſſæ, pomorum redolentium, idque in Baln. M. vaporoſo, vaſe optime clauſo per quatriduum:dein fiat expreſſio, colatura, itemque depuratio, vt iam docuimus:his adde mannæ granatæ,ſacchari violati,pulpæ tamarindorum & pulpæ racemorum recentium præparatæ,vt docebimus,ana vnc. vj. Coquantur lento igne ad conſiſtentiam ſyrupi perfecte cocti,cui ſubſequentes pulueres paulatim inſperge, rudicula omnia ſemper commouendo. Pulu. Diaſennæ noſtræ deſcriptionis vnc ij.trochiſc.de rhabarb.de eupatorio de capparibus ana vnciam ſ. ſcammoneæ præp.vt iam docuimus drac. vj. Miſce & fiat electuarium vt artis eſt:Doſis vnc.ſ. Vinum helleboratum: Accipe

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 602 sur 1557

radices hellebori nigri bene mundatas, & ab omni terrestri impuritate purgatas, quas minutim concisas in Baln. Mar. cum sufficienti vini vel aceti quantitate, & semine anisi per 24. horas macerabis: hinc post quatuor aut quinque dies vinum prædictum separabis; eo enim modo omne venenum ex prædicta radice extrahetur, quæ dein exsiccari debet: Recipe rad. hellebori ea, qua dictum est, ratione præparatarum vncias duas semis, foliculorum sennæ vncias tres fœniculi dulcis, anisi ana drachmas sex, corticis citri vnciam semis. Macerentur omnia in duabus vini albi optimi, & iam purificati mensuris per quatuor aut quinque dies in baln. Mar. calido, coleturque vinum absque expressione vlla, dein bis terue per manicam Hippocratis transmittatur, dulcoretur & aromatizetur cum sacchari sufficienti quantitate, & pauculo cinnamomo. Excellens est educendis è cerebro pituitosis & melancholicis humoribus. Optimum igitur est ad maniam, & melancholicos omnes affectus, tum intro assumptum, tum extrinsecus capiti cum linteolis in eo madefactis tepide admotum.

Puluis sternutationem prouocans. Recipe pulueris rad. cyclaminis, maioranæ, Hyssopi ana drachmam vnam semis, nigellæ, pyrethri ana drachmam vnam semis, macis scrupulum vnum, hellebori albi scrup. s. moschi gr. viij. Misce, fiat puluis. His addemus sternutatorium quoddam Martini Rulandi Med. peritissimi, in ipsius centuriis descriptum, cui excellentissimos effectus autor adscribit. Recipe sem. nigellæ, hellebori albi ana scrup. j. maioranæ, rosmarini, saluiæ ana drach. s. moschi gr. ij. Nos vtimur alia sternutatorii forma, quæ non in nares insufflatur, vt puluis, qui possit eo, quod helleborum excipiat, facile alias cerebrum offendere. Recipe pyrethri scrup. s. hellebori nigri drach. j nasturtii drac. s. Pulueretur & includantur in nodulo: maceretur nodulus in aqua rosarum & naso admoueatur subodorandus.

Melanagogon purgans. Recipe rad. seu fibrarum hellebori præparatarum vnc. ij. folicul. sennæ vnc. vj turbith, myrobalanorum omnium ana vnc. j. s. trochiscorum alhandal drach. vj. flor. violarum, rosarum rubrarum, epithymi an. p. ij. spec. lætifi antis gal. drach. ij. succ. optime depuratorum fumi terræ, pomorum redolentium, & sen lactis an. q. suff. Fiat enumeratorũ simpliciũ omniũ crassio modo con-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 603 sur 1557

do conquaſſatorum, maceratio & digeſtio in balneo per 8. dies: poſtea colentur, exprimantur, & depurentur & reducantur in extractum, ſicut cætera. Extractũ Catholicum. ℞. fibrarum hellebori nigri cum aceto præparatarum, (hæc n. eſt prima hellebori præparatio) vnc. j. ſ. turbith albi, & gummoſi, hermodactylorum an. vnc. ij. aſari, graciolæ an. vnc. j. trochiſcorum alhandel drac. vj. Omnia conquaſſata indantur in matracium, addendo ſpec. diarrhodon, lætificantis gal. an. drac. ij. ſupra affundendo aquar. fumi terræ, pomorum redolentium an. lib. j. ſucci limoniorum optime depurati, ſucci granatorum acidorum ſiue berberorum an. lib. ſ. Vt liquores materiã duos digitos ſupernatẽt: ſtent omnia in digeſtione balnei calidi per 6. aut 7. dies: poſtea colentur & exprimantur omnia per torcular fortiſſime, & ſeruetur hæc expreſſio. Seorſim autem fac hoc ſequens extractum. Recipe rhabarbari vnc. ij. agarici trochiſcati drac. x. foliicul. ſenæ vnc. iij. His correctiui loco adde cinnamomi drach. ij. Caryophyllorum, aniſi. an. drac. ij. ſuper affundẽdo aquar. agrimoniæ, cichorii. Acidularum redditarum ſucco limoniorum quantum ſufficit, vel potius liquorib. acidulis ſulphuris aut vitrioli imbuantur, qui promptiſſime allicient tincturas & virtutes purgatiuas: fiat extractum digerendo, curando & exprimendo omnia, vt ſupra. Hæc expreſſio addatur priori, vt liquor omnis inde eliciatur ad ſiccitatẽ per balneũ vaporoſum, & in fundo reſidebit extractũ catholicũ, de quo exhibebis drach. ſ. vel ad ſumum drac. j. illumq; in ſuo proprio liquore diſſolues, quem ad hos vſus ſeruabis, vel in forma pilularum exhibitum purgans vniuerſale habebis præſtantiſſimum.

Ptarmicũ Quercetani. ℞. rad. ireos, flor. maioran. ſiccæ, hyſſ. ſem. pæon. nigellæ, caryophyll. piperis an. ſcrup. j. hell. alb. ſcrup. ſ. moſchi gr. iij. miſce, fiat pulus. qui naribus inſuffletur.

Sternutatoriũ Quercetani. ℞. hellebori nigri drac. j. maſti. drac. ſ. incidantur & ligentur in nodulo ſubtili, qui maceretur in aqua pæoniæ, aut aliqua alia conuenienti, & naſo admoueatur ſubodorandus. Mouebit n. ſternutationem ſine violentia, vel ad idem. Recipe rad. ireos, cyclaminis an. drac. j. caſtorei ſcrup. j. hellebori albi, thymi, ſem. nigellæ an. ſcrup. ij. aptentur in nodulum.

Aqua purgans Hieron. Rubei. Recipe rad. hellebori nigri, purpureos flores habentis, q. ſ. eſt. Has recentes ardente aqua macera:

inde

inde igni primum leui, mox auctiore, dum liquor ascēderit omnis, destilla. Aquam ardentem deinde ab ellebori substantia separa igne leuissimo Balnei: in eo quod remanet, dissolue sacchari candi, quod satis esse videbitur. Datur epilepticis ad grana tria cum aqua mulsa, vel communi, in qua hippoglossum fuerit decoctum.

Liquor vomitum mouens Heurnii. Recipe bryoniæ, cyclamini ana vnc. iij. ellebori albi vnc. vj. Purgentur accurate ac redigantur in puluerem, leniter siccentur in aere: His affunde aquam vitæ, dum duobus digitis supereminеat: digeratur aliquot diebus in balneo: hinc lente destilletur dum nil vltra elabatur: quod restibile fuerit iterum in puluerem redige, ac huic nuper extractam aquam iterum committe: id repetatur ter. Plumæ apicem huic liquori immerges, ac vino maluatico elues, quod propinatum ilico vomitum irritabit.

Decoctum Hellebori nigri Augustani. Recipe cor. rad. Hellebori nigri præparati drach. ij. anisi, sem. fœniculi ana drac. j. cinnamomi, caryophyllorum ana g. iij. Fiat decoctio s. a. cuius dosis vnc. iij. cum confectionis Hamech vnc. s.

Aliud Heurnii. Recipe myrobalanorum omnium ana vnc. s. comminuantur crasse, & macerentur per diem & noctem in aqua fumariæ lib. vij. & adde polypodii, grithymi, senæ an. vnc j. Glycyrrhizæ. sem. citri, hermodactylorum vnciam s. caryophyllorum ana drach. ij. corticum præparatorum hellebori nigri vnc. s. Coquantur ad medietatis exhaustionem cum tenui expressione. Accipe huius decocti partem sextam. Syrupi de fumaria compositi, syrupi rosati solutiui ana vnc. j. De corticibus citriorum vnc. s. Misce, bibat, medetur hypochondriacis & laborantibus ex malo venereo. Infusio ad atram bilem ex sero lactis. Heurnii. Recipe cort. ellebori nigri drach. j. s. sem. anisi, fœniculi, citri ana drach. s. Cinnamomi, Zingiberis ana g. vij. Passularum vnciam s. Seri caprilli vnc. iix. Fiat infusio: expressio bibatur cum manna, vel syrupo rosato solutiuo.

Extractum Hellebori nigri. Cortices radicis hellebori nigri, medulla exempta infundantur in aqua anisi, de qua sit oleum separatum, & stet in infusione per horas 24. vel quandiu libuerit: deinde bulliant simul, quousque extent radices ad aquæ scilicet fere consum-

ſumptionem: coletur poſtea cum forti expreſſione. Vltimo decoquatur expreſſum cum ſyrupo roſato ſolutiuo ad ſufficientem ſpiſſitudinem: reponatur in vaſculo terreo vitreato & vetere. Doſis eſt ſcrup. j. vel ſcrup. j. ſ. Purgat ſine moleſtia humorem melancholicum.

Extractum ſiue eſſentia ellebori nigri, ignoti authoris: Recipe rad. ellebori nigri autumnali tempore collectarum lib. j. Decoquãtur cum aqua aniſi & pulegii, (ex quibus oleum chymice extraxeris) in vitreo vaſe bene clauſo in Bal. M. feruentiſſimo per integrum diem, quo facto, comprimendo ſuccum omnino extrahe: Fæces autem abiicito: quod reliquum eſt, indas alembico vitreo, vt menſtruum ſeparetur, & remanebit in fundo alembici viſcida quædam ſubſtantia, cui affunde ſpiritum vini optimi, qui materiæ ſupernatet quatuor digitis: ponantur omnia in matratio oblongo collo, & bene obturato, digerantur que in Bal. M. per duos, aut tres dies: quod clarum eſt pellucidum eſt, tamen amarum, affunde alio vaſi, nocturnumque denuo vini ſpiritum infunde, faciendo vt prius, donec totam eſſentiam reiteratis digeſtionibus attraxeris, ſemper fæces ſeponendo, vti artis eſt. Quo facto, ſepara prius menſtruum cum calore balnei: ipſo ſeparato fac circulentur cum nouo vini ſpiritu, infuſionis maceris, per aliquot dies. Rurſus optime ſeparato vehiculo, remanebit in fundo eſſentia ellebori, mediocris conſiſtentiæ, & fuſci coloris: hanc ad multos vſus reſeruabis. Huius eſſentiæ ſcrup. j. cui aliquot guttulæ olei aniſi, & menthæ admiſtæ fuerint, exhibetur ieiuno ſtomacho, cum decocto competenti, vel aqua lumbricorum, hydropicis. Item cum aqua betonicæ, cerebri affectibus, vt maniæ, melancholiæ, vertigini, epilepſiæ, & paralyſi confert. Bilem enim vtramque & pituitam ſine vlla moleſtia: corpus denique totum excrementis corruptis expurgat, quod quidem incolume & velut iuuenile reddit. Neque ſolum noxios humores, & excrementa è vaſis attrahit, ſanguinem purificando, ſed à toto corpore, & cute ipſa; qua ratione epilepſiæ, cancro, eryſipelati, malo mortuo, & phagedænis valde conducit.

Aliud, Heurnii: Recipe ſucci fœniculi vel aquæ quæ reliqua fuit ab olei aniſi deſtillatione lib. iij. his infunde cinnamomi vnc. ij. ſ. aniſi vnc. iij. Maſtiches vnc. ſ. flauedinis corticum citriorum drac. iij.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 606 sur 1557

Macerentur tepide per plures dies, dū omnis vis tranſiiſſe in liquorem videatur: hinc fiat colatura, quæ effundatur ſuper cortices radicum ellebori nigri, exempta prius medulla: & iterū quā diutiſſime macerētur, quo eorum vis tota fere fuerit eliquata: deinde bulliāt, dum ſuccus fere conſumatur: & cortices iam tū fortiter prelo exprimentur, & colatum, iterum coquatur; adiecto pauco ſyrupo roſati ſolutiuo, dum opiatæ ideam inducat. Vel priuſquam ita coquatur, nouæ contuſæ radices iniici poterunt, cum manipulo roſarum rubrarum, & quid vini rubri, ac repeti eadem hiſtoria. Datur cum vino albo aut ex iure aliquo à ſcrup. j ad drac. j.

Aliud, Heurnij. Recipe radicum veratri nigri effoſſarū ſub ortū ſolis, incrementa ducente Luna, ac peragrante dodecatemorion capricorni, Leonis, aut ſagittarii, in pulpam contundantur, & diſtillentur, dum nil amplius liquoris fundant: hoc fiet vi calidi caloris in arena. Hic cinis cum vino liqueſcat in lixiuium: mox balneo exhauſto liquore, ſalem fundus dabit, qui omne vitium humani corporis antiquatum in cauſariis abigit, ac in floridam iuuentam effætum corpus reuocat, ſoluitur cum vino, croco & ambra. Doſis eſt à à ſcrup. j. ad drachmam j.

Quando Paracelſus de nigro & albo elleboro nōnulla in mediū profert, illaq; ex parte ſyncera optimaque, paucis venit audiendus: De duob. elleboris ſcripturus, hoc primum aſſero, elleborū aliū hactenus vocatum fuiſſe album, alium nigrum, ꝓpter colores, albū & nigrum. Non autem ex hoc, ſed ex proprietatibus, duabus hiſce radicibus inſitis appellatio conſtitui debet. Si ergo veius à virtutibus denominari licet: debet albus elleborus vocari iunior, & niger ſenior, ſeu radix alba iunior, & nigra ſenior. Nomen autem ellebori remouendum eſt ex cauſſa, quam iam tradam. Duæ hæ radices virtutem vnam & eandē habent. Hoc ſaltem diſcrimine diſtant, quod iunior iuuenibus, & intra 50. annos conſtitutis conueniat & adhibenda ſit. Senior autem illis, qui 50. annos iā exceſſerunt. Et hoc non de elleboro ſolo, verum etiam ceteris herbis & radicibus, quæ duplicis ſunt generis, mas ſcil. & fœmina, verum quoque eſſe iudicabitis. Non quod vere mas & fœmina ſint, ſed vt ex illo diſcrimine intelligat Medicus, aliam iuuentuti, aliam ſenibus porrigi debere, eo modo, quem iam de elleboro traditurus ſum.

Elleborus albus eſt iunior, niger ſenior.

Mas & fœmina inter herbas quid?

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 607 sur 1557

sam. Medicorum certe hoc delirium cum primis graue est, quod intelligere minime potuerint, aliam esse rationem & medicinam iuniorum, aliam seniorum, adeoque duas officinas naturam condidisse. Nam inconueniens est, vt senex iuuenum medicina, & contra iuuenes senum remediis vtantur.

Pro declaratione horum exemplum vobis affero de luna, quæ singulis mensibus renouatur, & repueraſcit. A pueritia vsque ad ætatem mediam est plenilunium, vbi ætas prima abiit. Postea incipit senium, & illa decreſcit, dum penitus vaneſcat. Lunæ hæc constitutio præfigurat vobis iuuentutem & senium hominum. Et sicut alius status est in augmento, alius in decremento: sic certum etiam discrimen est iuuentutis & senii. Et cuiusuis Medici est, lunæ naturam & conditionem solidissime intelligere. Ita fiet, vt etiam hominis ætatem, qualis sit, nouerit. Ex luna namque ea discenda est. Illa verus & genuinus liber est, non is qui atramento descriptus est. Sic aliud etiam herbarum genus in augmento lunæ, aliud in eiusdem decremento vsurpandum est. Id vulgo mas & fœmina dicitur. Mas est primæ, fœmina secundæ ætatis. Sciendum præterea etiam est, vniuersa quæ numeris subiiciuntur, duobus numeris contineri. Si duæ partes componuntur, res integra est: vna quælibet per se pars integra non est. Quid enim ætati iuuenili prosit elleborus senior? Quid alteri ætati commodet elleborus iunior? Si autem coniungantur, iam à perfecta medicina instructus est homo, tam iunior quã senior. Interim tamen cum iuuẽtus & senium vna consistere nequeant, sed vnum alterum aboleat, ac iuuentus non opus habeat senio, nec senium iuuentute, similiter & luna tantum iunior, non simul etiam senior, aut senior tãtum, non etiam simul iunior existat: ideo Deus hanc Medicinam in duas partes diuisit, quarum nulla alteri obstringitur.

Aetatis hominis cum luna conditio.

Numero duplici omnia subiicienda.

Noscenda autem porro etiam est quælibet differentia morborum primæ & secundæ ætatis. Alterius enim naturę est apoplexia in prima, alterius in secunda ætate. Sic etiam alia medicina in prima, alia in secunda. Iam vero in elleboris integra & perfecta cura est apoplexiæ, discrimine tamen habito iuuentutis & senectutis. Perfecta inquam in vtroque curatio est, modo tamen morbi diuidantur. Exempli causſa. Duplex est podagra: vna primæ, altera secundæ

Aetatis morborum cognitio Medico necessaria.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 608 sur 1557

ætatis. Et elleborus est integra eius cura, & integra eius cura est in elleboro. Vtræque autem in eadem radice vna consistere non possunt. Ideo diuisionem fecit natura ipsa, vt ne destructio in vnum congereretur. Memori ergo semper animo tenete diuisionem herbarum, diuisionem ætatis, diuisionem medicinæ, diuisionem morborum, & diuisionem lunæ. Hoc enim Naturæ Mysterium & secretum est, cuilibet Medico, ex Astronomia nato palpabile. Pseudomedicis, vt ad omnia respondeamus, necessitate nulla mouemur.

Elleborus integre curat Apoplexiam.

Nec vero leui saltem hac cum instructione vos dimitto: sed veris Medicis hoc cum primis inculco, quod diuisio ex natura oriatur ita, vt quodlibet ad suum locum, & eo, quo debet, deducatur. Ita & Medicinæ vires ad debita & conuenientia loca deducuntur, nec alio sese adigi patiuntur. Multo minus medicina in senium compellitur. Testa oui ad locum suum se recipit, sic etiam vitellus. Vitellus se rubinat, vt ita dicam, & testa crystallatur, seu in formam crystalli reducitur, per artem, sic etiam quodlibet contrarium in suum se locum confert, si artes in aliena subiecta coniiciuntur.

Elleberi nigri præparatio quæ.

His constitutis, operæ precium me facturum esse censui, si Elleborum nigrum describendum susciperem, quænam scilicet eius virtus sit in secundam ætatem: idque hac de causa, vt iunior eo rectius intelligeretur. Principio ergo notate de Elleberi nigri viribus, quas in foliis conditas habet post præparationem. Nempe in signis conseruationis decerpi, & in vmbra aere sicco probe siccari, & minutissime teri, deniq; cum tantillo sacchari permisceri debet. Hæc pulueris præparatio est. Veteres quidem studiose laborarunt, vt huius pulueris veram essentiam compararent. Ad ipsum tamen finem non peruenerunt vt herbam in purum Esse reducerent. Vnde in Recepto præmemorato subsistere coacti sunt. Conatus eorum hæc causa est. Pulueris natura & proprietas concluſa est in tale arcanum, qualis est is, qui quinquaginta annos transgressus alteram ætatem attigit, & quotidie, mane, & vesperi, puluere eo vsus est ea quantitate, quantam tribus digitis capi seu comprehendi licet. A iugi huius vsu decrescit senium, velut Luna, vsque ad constitutum mortis tempus, quod perpauci expectant. Hanc virtutem

Vsus & operatio.

tutem natura mysterialiter ex vniuersa machina mundi, pro conseruatione microcosmi disposuit. Hic enim in vno Arcano quatuor elementa continentur, quo quidem quatuor elementorum infectiones expelluntur. Id vocatur defensiuum senectutis. *Defensiuum senectutis quid?*

Ceterum non cuiuis dicto modo puluis iste æqualiter administrandus est: sed conuenit Medico etiam considerare simul cuiuslibet sanitatem, vt pro eius ratione ipsa administrationis dosis temperetur.

Porro non frustra in hoc essentia ipsa quæsita fuit. Quæ enim ea vsquam herba est, huic similis? Aut quæ ea herba est, quæ alteri ætati tam firmam, vegetam & diuturnam vitam conferre possit? Præseruat enim ab omnibus externis infectionibus, & internis putrefactionibus, hominemque in eo statu, in quo editus est, conseruat, vt citra morbos ætatem secundam attingat. Ideoque dignum & operæ precium est, purum ab impuro separari. Hoc purum extractum, quis non Balsamum perpetuum vocitaret? Cum viribus eius omnino respondeat, & ad horam præstitutam perducat? Nec hæc vobis creditu indigna videantur. Hoc enim causſæ guttæ tolluntur, & futura lepra cum radice euellitur, nec vllus alius similis morbus oboritur. Exemplo rem cognoscite. Sua sunt momenta in astris, in quibus qui nascitur, nullis morbis obnoxius est. Sunt alia etiam, in quib. nati cum perpetuis morbis conflictantur. Iam si hominum talia momenta sunt, ab ipsa natura impressa, cetera etiam crescentia, ex natura producta eodem modo tincta, & illis appropriata erunt, ita vt vtrobique vna natura & essentia, & conseruationis impressio sit, qua ad suam vtilitatem homo ceu à tinctura quadam tingatur. Et tantum de foliis ellebori nigri vobis constare volui. Vbi hoc iuxta quoque teneri velim, opus scilicet esse, vt sub præsenti constellatione separatio puri ab impuro cognoscatur. Quo enim insensior hostis, eo potentior medicina requiritur. *Balsamus perpetuus quid?*

[*De elleboro seniore*] Vt de radice eius loquamur, sciendum est, eam quatuor morbos expellere: nimirum caducum, podagram, guttam & hydropisin. Hic discrimen quoddam tenendum est. Quilibet enim morbus duplex est: corporalis & spiritualis. Aduersus hos duplici etiam instare Medicus Medicina debet, vt altera respiciat corporalitatem, altera spiritualitatem. Quantum ad corporeum, de eo *Ellebori nigri radix 4. morbos curat. Morbus omnis est duplex.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 610 sur 1557

hic loquemur. Quantum ad ſpirituale, proceſſus eius ibi traditur, vbi de illo morbo diſſeritur & tractatur. Vbi ergo eiuſmodi morbi ſpiritum ſuum in corporeis habent, vt ſine corporibus illis ſubſiſtere non poſſint: ibi ſpiritus vna cum corpore decedit. Si autem adſit impreſſio ſyderea, totius artis ſumma deinceps ſequitur. Et quo pacto quatuor illi morbi virtute huius radicis curandi ſint, iam in ſequentibus trademus.

[*Quomodo per ſeniorem elleborí radicem ſenior caducus curandus ſit.*]

Humoriſtarum error.

De rebus purgantibus notandum eſt, inter eas contineri hoc diſcrimen, quod aliæ humores viſcoſos purgent. Ceterum etſi eas purgando quidem tollant: ipſi tamen morbo ſpecifico nihil adimitur. Hinc patet Humoriſtas morbos omnes in humores collocare: vnde etiam hæc ipſis nata ars eſt, vt non niſi perpetuo purgent. Sed nec quicquam proficiunt ita, vt interim ægrum miſere perdant. Quod ſi explorata haberent medicamenta laxatiua ſpecifica, iam demum vera via incederent. Itaque de radice elleborí nigri ſcitote, ipſam duplicem purgandi vim habere: alteram in ſpecificatis, alteram in crudis humoribus. Vnde vtroque modo epilentiæ cura eſſe poteſt. Hinc autem colligitur, propter crudos & craſſos humores ſero purgandum eſſe, ne ægroto ea res malo ſit. Simul tamen ac vna ſecedit etiam corpus epilenticum & exitui ſeſe accommodat. Medicus ergo ita peritus ſit, vt tempus ac ordinem adminiſtrationemque ad ægroti conditionem dirigere poſſit. Sed in initio Medicinæ radix præbebatur per ſe cruda comedenda: poſtea in lacte: tandem cum aliis permixtionibus. Iam vero cum morbus ſæuior ſit hodie, & venenum hoc tempore intenſius euaſerit: requirit vtique neceſſitas, vt Medicus ipſam etiam Medicinam intendat, & exaltet, ne qua parte morbo inferior ſit. Aduerſus ergo morbum illum conſilium & experientia mea hæc eſt. Sumatur radix viridiſſima ſeu recentiſſima, & cum ſpiritu vini ex illa humor & oleoſitas omnis extrahatur: poſtea ſeparetur iterum ſpiritus vini, donec ipſa eſſentia radicis præciſe ſuperſit citra omnem additionem, dulcorata. Hæc eſſentia à veterum medicorum proceſſu in eo differt, quod non multi humores & phlegmata, ſed potius ipſum corpus epilenticum exeat. Qua de cauſſa etiam proceſſus iſte illo prio-

Elleborí nigri radix dupliciter purgat.

Elleborí radix olim vt præbita ſit.

Elleb. radic. præparatio Theophraſtica.

Additio.

re tu-

re tutior, adeoque hoc tempore efficax purgatio & cura eſt. Prodeſt tamen etiam, ſi ad extractionem ſumatur Viſcus Quercinus, & pyrethrum, & ſemina pæoniæ, vt horum ſpiritus medicinalis concurrat, ac veteris ellebori radici incorporetur, mixtimque omnia in certa doſi propinentur. Et notandum eſt, rem non feſtinanter, ſed ſenſim vrgendam, ſecundum conditionem perſonæ, morbi, regionis & cæterorum.

[Qua ratione ellebori nigri inueterata podagra curetur.] Initio podagra eſt duplex: vna ex ſanguine, altera ex defluxionibus capitis orta. In ſanguinea podagra ſanguis ipſe ſæuit, inſtar rabientis canis. *Podagra eſt duplex.*

Per Aſtronomiam enim probatur, ſanguineam podagram ex caniculatibus concitari per ipſorum influentiam, quod ſuo loco ſatis demonſtratur. Contra hanc podagram elleborus non prodeſt, ſed tamen contra alteram, quæ oritur ex fluxibus, ſiue ſalſis, ſiue acidis, ſiue acribus, ſiue corroſiuis. Illæ enim fluxionum conditiones, non calor, non frigus, non humiditas, non ſiccitas, podagræ cauſſa ſunt. Quod ſi calor quidem aut frigus &c. ſentiatur: id tamen ab accidente prouenit tantum, ob laborem & conflictum, quem nouit ſanum & morbidum. Quos ergo defluxiones huiuſmodi ſollicitarunt, his veteres genuini Medici elleborum adhibuerunt & per illum præbitum podagricos purgarunt. *Podagræ ſanguineæ cauſa ſirius eſt.* *Ellebor. eſt purgatiuis optimum.*

Eſt n. radix eius naturæ & conditionis, vt ex omnibus laxatiuis, veteribus quidem notis, omnium ſit optima ad defluxiones arcendas, & ex toto corpore extrahendas. Iſta tamen purgatio ad modernorum Medicorum regulas & morem compoſita minime fuit: ſed ſimpliciter & prudenter inſtituta fuit, eliſis receptis ex ſyrupis, & ceteris inanibus additionibus. Radix per ſe & ſolitaria adminiſtrata, & ægris quotidie, non ſemel & confertim, porrecta eſt. Senſim enim ac lente & cum tempore in chronicis morbis purgationes inſtitui debent. Seniore ellebori radice ita præparata, vt quotidie data pro ratione perſonarum & morbi operetur: natiua & congenita ſua facultate fluxiones ita curat, vt nedum vlla ex omnibus radicibus aut herbis huic inuenta ſimilis ſit. Hoc curæ ac cordi eſſe debet Medico, vt ex ſola hac radice purgationem ſufficientem quærat. *Chronici morbi lente purgandi.*

Sed

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 612 sur 1557

Sed tamen & hoc publice notum est, quod etsi pluuia recens lapsa quidem desinat & iterum siccetur, nihilominus tamen paulo post alia insequatur, quæ paludes & riuos rursus compleat & inundare faciat. Hac de causa opus est, vt correctio quædam addatur, ne noua defluxionum generatio postliminio fiat. Ea additio deinceps omnium maxime necessaria est. Ea inquam additio veteris ellebori radicis correctio longe optima est. Hoc pseudomedici illi non expendunt, sed id ipsum, quod purgat, corrigere & inhibere satagunt. Hinc terram sigillatam & alia adiiciunt, quæ omnia medicinæ cum primis aduersantur, & radicis vim infringunt: cum tamen illam vires suas natiuas retinere potius, & secundum illas acui ac promoueri magis, quam impediri deceat. Vera autem & legibus medicis consentiens correctio hæc est, vt post primam humorum amolitionem id præstetur, ne deinde iterum cumulentur & inundent. Hoc per radices duas, benedictam garyophyllatam, & acorum commode impetrari posse, in propriis illorum capitulis recensui: quod ob id iterandum hoc loco minime est. Fieri etiam solet, vt plura plerunque accidentia podagram comitentur, de quibus priscis nihil constitit.

Ellebori radicis correctio quibus fiat.

Garyophyllata & acorum ellebori corrosiua.

Indies enim ac subinde illa magis magisq; inualescunt & geminantur. Et hoc in causa est, cur hoc nostro tempore peculiaris de podagra liber conscribendus sit, vt accidentia illa suis congruis remediis tollantur. Quæ de radice hic dicuntur, ea causam palmariam & fundamentum ipsum seu originem spectant, in quib. rhombus & cardo præcipuus rei vertitur. Nulla ergo ratione vis laxatiua radicis infringenda, sed omnino augenda & stimulanda est. Modus is omnium est optimus, quem in eius extractionis initio docui. Plus etiam confert, vim eius in spiritum vini extrahi & ita præberi, quam eam crudam præberi. Modis tamen omnibus ea est purgatio vtilis.

[*Qua ratione per senioris hellebori radicem vetus Apoplexia aut gutta curari debeat.*] Ante omnia scire refert, guttam esse fluxionem, in articulos vitæ & sensus seu motus factam. Fluxiones autem multiplices aliæ quoque sunt, & ipsæ in loca & membra illa fientes, apoplexiam tamen nullam inducentes: Ideoque discrimen recte notandum est. Fluxio nimirum si cadit, fieri id debet non aliter, ac si chirurgus

Gutta quid?

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 613 sur 1557

rurgus alicui venam vnam aut plures pertundat, & in eodem puncto, quo vena recte & ex ordine fluit, accidat, vt phlebotomatus incredibili celeritate cum sano corpore commoriatur. Sic ex centenis & ducentenis venam secantibus vix vni, imo interdum nulli tale quid euenit. Ceterum huius euentus causſa est sola influentia, & illius hominis natura. Apprime ergo decet Medicum esse Astronomum, qui hæc talia sciat & intelligat, vt insperatis illis casibus præuenire possit. Idem fit etiam in apoplexia. Pono nimirum, tempus instare, quo fluxio epidemialis grassetur, qua tamen ex omni populo vix vnus, duo tresue tangantur aut corripiantur ita, vt repentina morte cadant. Sed vt de phlebotomia dixi, id ita ab influentia dependet. Idem etiam experimur fieri circa vulnera, vt minus lethalia, lethalia fiant, & contra. Quod vt eximo fundamento hic deducamus, opus non est.

Apoplectici vnde fiant.

Proinde sequitur iam virtus ellebori nigri radicis, secundum id, quod adeo exquisite & penitus omnes articulos, poros, neruos, loca &c. perrimetur, vt nihil in toto corpore relinquat, quod non perterret. Peruasione illa accurata & exquisita, locus affectus ēt inuenitur & attingitur, & ex eo causſa lædens emouetur. Virtus ergo radicis à medico non infringenda, sed acuenda & citra additionem exaltanda est. Ipsam n. tanta industria & peritia natura congessit, cōposuit & in vnum receptum comportauit, vt quæ quidē ad 4. dictorum morborum curam requiruntur, nullis additis compositum illud meliorari possit. Impurum saltem à puro separa, & hoc vtere: sic rectum processum tenueris. Nihil a.te pharmacopœorum sordida coctura moueat, sicut mouentur, qui in academiis regnant, & in pharmacopoliis suum paradisum simul & cæmiterium quærunt.

Apoplexia vt ad radic. elleb. curetur.

Vsitatum autem est in gutta illico ac statim vehementerq; cum magna dosi purgari: cum & in aliis morbis vrgente necessitate idem fiat, sicut hęc periti Medici iam ante scire debent. Etsi vero hoc modo fluxio quidē loco amoueatur: Essentia tamen naturalis adeo fortiter concussa est, vt noxa omnis per illam euacuationem penitus tolli non possit. Requirit ergo necessitas, vt additiones vsurpentur, ad deiectum illud rectificandum & restaurandum. Neoterici additionem in hoc consistere arbitrati sunt, si recepta sua longa se-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 614 sur 1557

Additio quid?

rie concinnent: quod aperte erroneum est. Additio enim, vt breuiter dicam, eius est tantum, quod ad medicinam aliam pertinet, si ipsa plus præstare non potest, & officium suum egit, & tamen aliquid adhuc superfuit vt illud quoque assumatur ad aliam medicinam, quæ tum vocatur Additio aut Correctio. Ea additio pertinet ad capitulum de integra seu perfecta cura Apoplexiæ seu Paralyseos.

[*Quo pacto Hydropisis per ellebori nigri radicem exigenda sit.*] Quid Hydropisis sit, satis patet: nempe *inundatio aquæ in cauitatibus hominis facta.* Hydropisin curandi fundamentum vniuersum in hoc consistit, *vt aqua illa euacuetur ita, vt à toto corpore abscedat.* Ex laxatiuis autem medicamenta multa sunt, quæ violenter & serio expellunt, veluti *Scammonea, Esula, Coloquinthis, Cataputia, Cortices Sambuci*, &c. Quæ quidem etsi expurgent omnia & his etiam plura sint: Vera tamen & genuina non sunt, quæ à natura ad hydropisin præstituta sunt. Duo saltem eorum sunt, nimirum elleborus, & adhuc aliud. In duo hæc, (*nisi Dei potentia & negligentia temporis obstent*) spei & fiduciæ plurimum ponendum est, vt per quæ etiam multi admodum senes curati sint. Hic autem non ineunda est via, quam decoctores illi ministratis purgationibus & syrupis more suo mordicus terunt: sed ad normam Chronicæ curæ, senioris ellebori radix pura & non adulterata administranda est. Ita fiet, vt primum superiores humores & cataclysmi circa pectus, stomachum, pulmonem, iecur, splenem fluctuantes, tollantur. Postea pudēda, & coxæ indies plus minuentur, donec tandem etiam pedes, suræ, malleoli, & denique venter, detumescant. Sic etiam in nonnullis vnda superne exoneratur per vomitionem: aliis minus. Quidam euacuantur per aluum, aliqui per lotium, per sudorem, & loca alia. Horum tamen nihil tentet Medicus, qui nihil nouit, quam quod in Academiis arripuit. Sic nec Empiricus. Opus est, vt didicerit conuersari cum ægrotis, quos ita tractet, vt sutor tractat & conuertit calceum. Sciendum tamen etiam est, requiri hic Additionem & correctionem, quo membra læsa restaurentur.

Hydropisis quid?

Laxatiua vehementia quæ sint.

Hydropisis quibus viis euacuetur.

[De aliis etiam virtutibus in ellebori nigri radicibus latentibus, commemoratio generalis.] Ellebori nigri radicis virtutes non ad dictos saltem 4. morbos extenduntur; sed plures adhuc aliæ etiam

iam ſunt, hic ſigillatim minime recenſendæ. In genere de viribus huius radicis hæc notate. Quæcunque à cæteris laxatiuis expelli non poſſunt: ea ad radicem hanc pertinent. Eſt enim extremum medicamen, quod cetera omnia claudit. Melius autem eſt, hæc Medicum conſiderare in principio: vt in initio ſtatim faciat, quod faciendum eſt poſtremo. Et vires hæ non viris ſaltem, ſed & fœminis accommodatæ ſunt, quoad commemoratos iam morbos. Nec in his ſaltem, ſed & in aliis fœminarum abditis morbis, hic non pandendis, medicina hæc ſingularis eſt. Quicquid per hanc radicem non purgatur, id nulli alibi cedet, ſiue mola ſit ſiue reſtrictio &c. Alibi ſic pergit.

Foliorum elebori nigri præparatio.

Si ellebori nigri folia in vmbra ſiccentur per auram flantem ab oriente, & poſtea puluerata cum æquali ſui pondere ſacchari puri miſceantur, ſunt præparata, prout primi Medicorum philoſophi iſtis foliis vti cæperunt. Medicorum & Philoſophorum primi, quibus & ſanitatis, & vitæ longæ conſeruationis maxime cura fuit, horum foliorum vſum exercuerunt: cui bonum adiecerunt vitæ regimen, omnibus apprime neceſſarium, qui ad hunc finem pertingere nituntur. Ab ætatis anno 60. cæperunt in finem vſque vitæ medicamento, quod narratum eſt, vti, anno quidem 465. (alii 365.) diebus vt nunc ſupputato. Factumque eſt, vt inde ſine morbis, ac ſani terminum vitæ ſuæ adimpleuerint. Nullum in illis vlcus, apoſtema, nec in hepate, nec in pulmone, multo minus in ſplene locum habet. Nullus etiam fluxus chirurgicam artem concernens, vt ſunt vlcera, lupus, cancer, & id genus alia, nec intrinſecus catarrhus aliquis naſci potuit, quo Apoplexia, Paralyſis, Podagra, Chiragra, vel alii dolores, vt in coxis vel renibus, frigidi vel calidi (qui ſenibus communiter euenire ſolent) aut febres, vt ſunt quotidianæ, tertianæ, quartanæ, vel aliæ.

Foliorum elebori nigri vſus & effectus.

In illis nulla putrefactio generata eſt, propter quam halitus fœtere potuiſſet, aut vermes procreari: quorum ſi plenam hiſtoriam deſcribere vellem, plurimis foliis complecti rem minime poſſem. Poſtmodum v. Humoriſtæ ſurrexerunt Medici, qui ſecreta naturæ contemnentes, & omnia ad ſuam, nullibi fundatã, theoriã, abſq; naturæ

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 616 sur 1557

turæ proprietatum cognitione vera, accommodantes, purgationes, clysteria, nec non syrupos excogitarunt, quibus vno die tantum efficere, quantum hæc folia viginti vel triginta annis non possunt, perperam conati sunt. Hinc herbæ huius contemtus & obliuio, cuius locum purgationes & clysteria tenent, orta sunt.

Memini ego interim tempore meo plurimos catarrhosos, pituitosos, scabiosos, & aliis morbis onustos fuisse, qui hac medicina vsi ex antiquorum ordine, sanitatem ex renouatione suæ naturæ prorsus recuperarunt, quos etiam curare Medicis humoristis impossibile fuisset, ac incognitum: quod nihil opere, sed lingua tantum præstare valeant. Sumpserunt singulis diebus mane drachmam semis vsque ad lxx. annum, post quem vsque ad lxx. alternis diebus vnciam semis: hinc deinceps vsque ad finem termini sexto quoque die drachmam integram. Nec est quod putatitii Medici mirentur, naturam plus posse, quam eorum ars valeat. Quid potest viribus comparari naturalibus? Quicunq; has ignorat, is artem ipsam ignorat.

Helleb. Dosis quæ.

Plus virtutis & virium inest huic herbæ, quam auctorum omnium in Academiis lectorum libris, ad vitæ longæ conseruationem describitur. Quapropter antiquorum hoc medicamento præ cæteris omnibus vegetabilibus ad vitæ longæ præseruationem delectatus sum.

Radix elleborinigri 4. præcipuos morbos curat.

Radix ellebori nigri virtutem ac vires quatuor sanandi morbos habet, scilicet *Caducum*, *Podagram*, Paralysim & Hydropisim. Hæc diligentissime notanda sunt, præsertim cum graues admodum in seipsis morbi sint, & excellentissima radicis huius etiam virtus existat. Vbi primum caducus ex membris in caput venerit, ista radice curari potest secundum gradum, quem habent inter se communem, nempe radix & morbus ipse. Podagram etiam in quouis membro, superius aut inferius existentem in corpore (licet grauissimus morbus hic sit) expellit: quia radicis huius virtus in gradu sanationis æque grauis existit. Post guttæ vel paralysis in latere iactum fundamentum, caussans materia radicitus hac radice tollitur, & per eam vita membris paralyticis restituitur. Non aliter etiam hydropisis fontes & riuos, morbum hunc effi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 617 sur 1557

efficientes, euacuat, & omne quod innascitur, eiicit. Quatuor huiuscemodi virtutes habet radix ista. Quamobrem declaratione maiori quam hactenus explicatum est in dictorum morborum cura, opus esse videtur.

Vsus & dosis elleb. nigri in epilepsia.

Luna deficiente, radix euellenda est in signo libræ (quod morbo comitiali maxime conuenit) ac in planeta veneris, flantibus ventis borealibus ad vmbram exiccanda. Mos autem fuit antiquis, medicamentis omnibus erutis vti sine additione. Itaque & meus modus hac vtendi radice, fundatissimusque processus est iste. Priusquam patientem comitialis morbus corripiat, tribus antea diebus (si quo modo cognosci potest, vt penes aliquos aduentus terminus) purgetur: iunioribus in lacte, senioribus in vino dentur ad potandum drachmæ 2. pulueratæ radicis, ter, id est, ad paroxysmi diem vsque, sæpius hoc repetito processu, quem antiqui tenuerunt.

Vsus & dosis in podagra.

Itidem in podagra diebus successiuis, antequam dolores percipiantur, purgetur patiens. Quo facto, fluxus podagricus auferetur à toto corpore, sic vt hora paroxysmi parum, aut nihil dolorum sentiat. Antiquiores Philosophi soliti sunt hoc loco sæpissime purgare, sic vt podagram omnem confirmatam etiam & inueteratam expulerint. Statim ac irruperunt humoristæ, vnica hora plus, quam integro natura potuisset anno, facere præsumserunt, vt etiam illis creditum est. Ita mox medicina hæc funditus periit.

Vsus & dosis rad. elleb. nigri ad guttã.

Si vetustate confirmata sit, purgetur patiens, vt supra. Radicis istius efficacia est, vt morbum hunc à fundamento quærat, nullumque granum relinquat in toto corpore, quod radicitus non percurrat: quia contra huiusmodi morbum gradum æqualem obtinet. Inquit enim Hippocrates, extremis morbis, hoc est, fixis, similia remedia applicanda esse, hoc est medicinas æque fortes, ac morbi sunt. Itaque cum Apoplexia morbus fortissimus sit; ideo illi quoque opponenda hæc radix, quæ eiusmodi gradus exsistit. Quicunque pondus hoc ignorauerit, æqualia scilicet esse debere pondera, vnciamq; semis præterierit, non curabit huiusmodi morbos. Quãobrem administrari debet hæc medicina pro personarum, infirmitatum & commoditatis respectibus.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 618 sur 1557

Vſus elleb. nigri rad. in hydropiſi.

In hominibus aquæ fluxus atque fontes incredibiles his, qui non viderunt, nonnunquam exurgere palam eſt, veluti Moſes virga ſua rupem in Horeb percutiens, aquam effluere fecit. Poteſt etiam fieri, vt Deus hominem flagello percutiat, ſicuti Moſes rupem: ſed quia miſericors eſt, dat etiam remedia, quorum vnum iſtud eſt. Purgetur patiens hac radice ſingulis ſeptimanis: hac ratione fluxus ille tollitur, vt ſuperabundare nequeat amplius. Elleborus in Hydropiſi ſuperfluam exiccat aquam à ſcaturigine. Medico tamen animaduertendum eſt, vt pro morbi qualitate plus & minus purget, quod pro virtute radicis, & exigentia factum erit.

De aliis morbis, quib. medetur etiam radix elleborinigri.

Quum in hominibus caducus morbus, Podagra, Paralyſis vel Hydropiſis pullulare incipiunt, dolores oriuntur capitis, oculorum, aurium, dentium, & alii p'urimi diuerſimode.

Morbus nullus ſolitarius.

Nam antea, quam horum morborum quatuor, vnus arripiat ſuum patientem, ſimilia nec non alia multa ſigna præmittit: quod raro morbus vnicus, aut ſolus, imo comitatu plerunque maximo ſolet inuadere.

Mox atque Medicus percipere poterit (vti merito cognoſcere debet) huiuſmodi morbum aduenire, qui tales nuncios, aut præcurſores miſerit: contrariis etiam præcurſoribus anteuenire eum debet, non aliter ac ſi morbos ipſos expugnaret. Huiuſmodi morbos auertendi, modus eſt veriſſimus & ratio minime fallax. Et ſicuti ſupra dictum eſt, radicem à corpore quicquid noxium eſſe poteſt, expellere: ita hinc ſequitur, quod & mulierum menſtruum per ſola mundificatiua expelli oporteat, quo radix hæc omnium maxime facit, velut & matricem repurget, abortus & molam & vermes eiicit, & innaſcentia quæuis. Non omnia quidem laxatiua menſtruum, abortum, aut vermes pellunt, attamen hoc præ cæteris arcanum ſingulare eſt naturæ, quod ab hac radice nullo modo poteſt aufferri. Huiuſmodi enim naturam habet, vt contraria corporibus humanis marium & fœminarum, quibus infuſa fuerit, pati nullo modo poſſit, quin radicitus euellat, ſi modo per medicum expertum, vti decet, ac ſuperius declaratur, cum ſuis in loco, tempore, neceſſitateque requiſitis adminiſtrata fuerit.

Vſus elleborinig. rad. in menſtruis.

Vtinam

Vtinam Doctorum expertissimus, inter Germanicas Academias omnes, istius herbæ, nec non radicis, vti per se ipsam est, verum vsum sciret, artis & scientiæ plus satis possideret, imo plus quam omnes eius Auctores, ac ipsemet, habuerunt vnquam. Quod experientia quidem docere potest abunde.

[Additio Theophrasti super correctionem herbæ & radicis ellebori.] Certum est virtutem huius herbæ maximam & admirabilem esse, parumque distare à gradu Balsami. Quapropter in eius folio Balsamum magis quærendum est. *Elleborus similis Balsamo.*

Qui Balsamum ex herba elicere, seu herbam in Balsamum reducere nouit, is ingentem in Arcanis absconditum naturæ thesaurum possidet: multo maiorem, quam ars tota Scribentum contineat. Hanc in Balsamum reducendi modus est iste. Putrefiat in aqua propria in Therma fimi, peroptime clausa sigillataque: postea separetur eius à putrefacto: & iterum putrefactum est separandum à fæcibus, in singulare corpus reseruatis. Tunc erit Balsamum cum duobus gradibus in humido, & cum viginti duobus in putrefacto. *Ex elleb. Balsamus vt extrahatur.*

Dosis putrefacti secundum gradus, & humidi secundum quantitatem consideretur in administratione post primum processum. Altius in essentia sua potest ascendere, si permissum opus iteratum fuerit, additione recentis herbæ. Prodest etiam si aridum sumatur, quod de radice potissimum intelliges.

Eius radicis correctio est, vt aliqua portio carnium, vtpote *libræ quadrans accipiatur, cui aquæ nucis muscatæ addatur vnciæ vna, macropiperis aquæ drachma vna, radicis huius in grandiusculis fragmentis vnciæ duæ.* Carnes minutissime concisæ, cum prædictis omnibus in cantharo peroptime clauso rediſtillentur in Therma bulliente per sex horas, deinceps humidum effundens reserua, quod residuum est, abiice. Iuris huius seu brodii pro morbi, personarum & necessitatis existentia, non plus, nec minus æquo administrabis. Hoc ipse tu Medice cognoscere debes, vt purgare tutius, vtilius promptiusque valeas.

[Additio secunda.] Audiuistis antea, radicem istam

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 620 sur 1557

istam quatuor curare morbos capitales, & herbam eius longæ vitæ conseruatiuam esse. Iam quinam ist's ad maiora progrediendum sit vlterius audite. Balsami ellebori nigri vnciæ, Balsami naturalis scrup. ſ. addatur, amboque simul ita permisceantur, vt in illis vnitas, nullaque duitas appareat. Ratio huius est, quia Balsamum naturam habet ellebori, quod ad conseruationem & non laxationem tantum attinet.

Balsami elleb. additio.

Est namque Balsamum naturale, medicina præseruans ab astrorum infectionibus omnibus, à pleuritide & peste. Non solum ergo tantum terrestrium, sed earum etiam quæ per aereos & cœlestes influxus oriuntur, est habenda ratio, contra quas Balsamum æqualem gradum obtinet, præ ceteris.

Balsami naturalis vis quæ?

Si comitialis morbus curari potest purgationibus, ista radix id omne præstabit, quod ad eius curam necessarium fuerit. Vegetabilia quædam epilepsiam, alia icteritiam, & alia membrorum conuulsionem expurgant: nam ad vnumquodque morbi genus, quodlibet etiam purgationis genus reperitur, vt hic de elleboro: Verum purgatio non est cura perfecta, nec sufficiens: progrediendum est vlterius. Licet enim ventus ignem extinguat, tamen ibi remanent adhuc carbones.

Quatuor morborum capitalium perfecta cura ad caducum.

Inde colligendum, post debitam purgationem, vt supra dictum est, factam, Epilepsiæ curam subsequi debere, quæ in arcano essentiæ vitrioli latet. Eo quidem ordine seruato, iuuenes atque senes curari poterunt.

Hic tamen animaduertendum est medico, purgationum & essentiarum ordinem, ex pharmaceutices arte minime, sed ex ratione rerum pendere, quæ dosin, & istam administrationem in omnibus indicat.

[Ex alio libro Paracelsi radicis huius exaltatio] In his morbis, quod etiam experientia mihi comprobatum est, suaderem, vt ab ista radice recentissima tota humiditas, & oleum per vini spiritum extraheretur, deinceps spiritus ille separaretur, vt radicis essentia sola maneret absque mixtura, peroptimeque dulcificaretur. Talis est inter hanc essentiam & præmissos processus differentia, quod parum, aut nihil phlegmatis, aut

aut humoris in ea, ſed corporis Epileptici plurimum exiſtat. Quapropter hoc proceſſu tutius agetur, cum hactenus melior purgatio non emerſerit in lucem, nec potentior cura. Multoque melior adhuc euadet, ſi Viſcus Quercinus, Pyrethrum & Pœoniæ ſemen addita fuerint in eius extractione, ſic vt iſtorum etiam ſpiritus medicinales accendat, ſeniorique radici Elleborí incorporentur, ac ſimul adminiſtrentur omnia pro diſcretione. Hoc etiam notandum eſt, medicinam hanc ſuas operationes non ita repente, ſicuti ſolent aliæ, demonſtrare, ſed paulatim & ſucceſſiue, ſecundum perſonarum, infirmitatis, regiminis, & aliarum commoditatum proprietates.

Podagra cura eſt purgatio eius.

Podagræ cura potiſſima eſt, vt ipſa purgetur, & non aliud: quod ſic intelligi cupio. Humoriſtæ purgant humores: at iſti non ſunt infirmitas. Humor, aut humores, Podagra vel Podagræ, non magis quam album & nigrum conueniunt. Quamobrem inutiliter illi purgant, & non abſque detrimento. Morbus ipſe curandus venit, cui nomen eſt, Podagra, & non Humores. Non alia cura videtur hæc, quam ſi loco Petri purgaretur Ioannes. Videte quæſo, quænam ſit iſta curandi ratio? Eſt igitur ſummopere notãdum radicem hanc Podagram ſolam purgare, medicinamque eſſe Podagræ nec ſolum iſtius, verum etiam ſpecierum eius quotquot ſunt, eſt vera purgatio. Poſtquam id ſufficienter feciſti, progredere ad curam ab eſſe ſpecificato & Ente innato, h. e. ab oleitate Sardiniæ & animæ animantatæ, per omnia membra vſque ad terminum finis, quem propria tibi natura indicabit. Tutò igitur huic fidem adhibere potes, quamuis iſtud humoriſtæ non intelligant. De quibus Ouid. de Ponto, ridens eos, ita cecinit:

Soluere nodoſam neſcit medicina Podagram.

Paralyſis cura qualis.

Eadem ratione Paralyſis ad terminum finis vſq; purgari debet, quem ab ipſa natura medicorum ſola magiſtra, diſcere oportebit. Quum id perfeceris, accipe vnctionem ab eſſe animantato ſecundum eius deſcriptionem: (vocatur in lumine Experto, eſſe animatum ab animante) eo remedio vngatur tota corporis paralytica pars etſi cutis auellatur, non eſt, quod cures. Progredere donec patiens tres gradus caliditatis in ea parte ſentiat. Poſtmodum eſſe animato coniuncto (ſicut in experto lumine reperitur) vngen-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 622 sur 1557

dum erit vsque ad terminum tertii gradus mobilitatis. Hinc ad curam progredere per se: Thermis naturalibus confortatiuis, & calefactiuis vtendum erit. Hac via poteris ad finem curæ perfectissimæ cuiusuis morbi Paralytici peruenire.

Hydropisis cura quæ sit.

In Hydropisi processus hic obseruandus, vt aquæ prius quicquid est superfluum, euacuetur: Et postquam Elleboro expurgatum fuerit, ex processu veniendum est ad curam. Nam euacuatio cura non est, sed expulsio superfluitatis tantum. Cura dicitur, vbi morbus non redierit, vt sequitur. Memineris tincturæ Martis, hæc sola potest id ipsum efficere: quam te Lumen expertum: aliquot modis, qui omnes boni sunt, decebit. Ad curam istam excellentissima sunt, quartum exiccationis gradum attingentia. Quod infra hos gradus fuerit medicamentum, hoc loco minime curare potest. Huiusmodi præparationes ab Alchimia, non à decoctionibus artis Pharmaceutices petendæ sunt. In Marte gradus iste multiplex reperitur: ab eo qui potest igitur & habet, extrahito: per cuius essentias efficies, vt hydropicus in hunc morbum de cætero non incidat. Hoc tu æmulari aude, si sapis, ô Italice Asine, fœde Humoristæ. Itaque magno tibi propudio est ignominia curandi hydropisin, quia scilicet veram artem non calles, nec vbi hæreas, nouisti. In vera ergo via, non in Labyrinthis laborare discito.

[De morbis aliis quatuor capitalibus adhærentibus seu concurrentibus.] Superius diximus huiusceemodi morbos alios plurimos comitari, quod nullum (vt aiunt) infortunium solum esse videatur. Quum ergo dolores dentium, colli, aurium vel humerorum irruperint, dicta radice purgandum est: postmodum tinctura Martis vtendum, quæ peccantem cohibet materiam, ne augeatur, eo quod ista materia præmittit huiusmodi signa, peius quid augmento sui successurum indicantia. Tales purgationes fieri debent post Annalia laxatiua. Est enim laxatiuum Annale purgandum, quum incrementum aliquod iterum pullulare cupit, quandoque secundum Lunam, aliquando secundum Solem aut signa. Hæc igitur purgatio Annalis non intelligitur ex anno 365. dierum, sed ab incremento Paroxysmi. Quamobrem illum annum obseruabis, vt renoues & præseruas corpo-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 623 sur 1557

corpora tincturis ex Marte tractis, vti Medicina docet, Mysteriaque naturæ postulanti, &c. Hactenus Paracelsus.

Extractum ex Helleboro, & aliis, Hieronym. Herold. Recipe succi Bugloſſi, Borraginis ana lib. ij. depurentur, colenturq;, vt purificentur. Adde his rad. Fœniculi, Cichorii, Asparagi, Petroselini ana vnc. iv. Sebesten, Iuiubarum ana vnc. ij. sem. frig. minorum ana vnc. ß. Decoquantur in aquæ lib. xvj. ad tertias: colaturæ adde succos præscriptos, bulliant ad ignem parum: permisce. postea rad. Hellebori nigri lib. iv. coque donec radices emineant, fiat tandem colatura omnium, & decoquantur lento igne ad Mellis spissitudinem.

Electuarium ex Elleboro vomitorium: Recipe Ellebori albi sicci & incisi lib j. Aquæ lib. xij. vel xiij. Fiat infusio per tres dies naturales: Hinc fiat decoctio ad medietatis exhalationem: factaque diligenti expressione, abiiciatur elleborum: Adde Mellis libras tres, reperatur coctio tãdiu, dũ mellis ideam & cõsistentiam induat: hoc Electuarium in vitreo vase exceptum, vsui reponatur. Dosis est ab vnc. j. ß. ad vn. j. in tenuioribus à drac. ij ad drach. ß. exhibetur ex mulsa, vel aqua Saccharata: & omnium optime cum decocto Anisi. Si quis boli consistentiam malit, coquatur prunis ardentibus in bolum. Quod si decipiendi sint ægri, placentulis aut pastillis illud includemus.

Fœnum græcum fortasse quasi fœnum peregrinum, nam & pabuli loco quibusdam regionibus bina vice vere & Autumno. demessum datur. Græcis Telis & Ceratis. Theophrasto Buceras. Hippocrati Epiceras, quod fructum Corniculis similem habeat. Plinius vocat Siliciam, Varro Siliculam. Ægoceros quoque sicut Ger. Bocksh. Fœnugr. Siliquosa planta est, ex vnico caule primũ emergens, dein multos in ramos, alasq; brachiata, folia gerit trifolio pratensi non multum dissimilia, sed rotundiora, minora & superne magis virentia, inferne subcineritia: flores exiguos & albicantes sequuntur siliquæ longæ, incuruæ corniculorum ritu, in quibus semina angulosa, flauescentia, pisi parui magnitudine continentur. Florem fert Iunio & Iulio, ac vnà siliquas. Semen vero in Augusto maturum colligitur. Radix subrotunda & oblonga. Calidum est in ordine secundo, siccum in primo. Semen

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 624 sur 1557

ex aqua mulsa potum, collectiones internas mollit & attenuat: omnes deprauatos intestinorum humores, cum modico admodum Melle, educit. Omnium internorum membrorum dolores mitigat. Sorbitio eius ex farina ad pectus exulceratum longamque tussim, teste Plinio, sumitur. Fœnigræci in aqua decocti cremor expressus, capillos, furfures, & manantia capitis vlcera sanat. Matricis præclusiones & tumores succus eius, cum adipe Anserino in pesso subditus, aperit. Idem præstat seminis aut ipsius herbæ decessio aut fomentum. Prodest etiam peculiariter iis, qui sedis difficultates habent. Semen Clysteribus, in Colica passione, ex vlceribus nata, additur: ac præcipuam aduersus omnis generis tumores vim habet. Cum nitro & aceto lienem extenuat. Farina Fœnigræci cum nitro & aceto illita, furfures capitis & achores malignos purgat, autore Plinio: Cum Oxymelite in puluerem redacta, podagricos aufert dolores.

Loch ad Asthma, Gesneri: ℞. Fœnigræci vn.j. Anisi vn.ß. Sacchari vn.ij. Aquæ lib.j. Decoque secundum artem. Vsus eius est in destillationibus tenuibus è capite in asperam arteriam, ex perpetua tussi insomnium patientibus.

Emplastrum ad materiam concoquendam, & pus mouendum, Andernaci: Recipe rad. Altheæ, Lapathii ana vnc.iij. Fœnigræci, sem. lini ana vn.j ß. Caricarum albarum num. xx. vuarum passarum vnc.ij. Contusa concoquantur ad cremorem. Huius colatæ libræ addito olei liliorum lib.ß. coquito iterum, donec omnis humor absumptus fuerit: postremo admiscero adipis suilli, adipis vitulini purgati ana vnc.iv. rad. Iridis tritæ, Farinæ tritici, Resinæ, Colophoniæ ana vnc.iij Ceræ quantum sufficit. Fiat emplastrum.

Cataplasma ad parotidas ex frigore, Andernaci: Recipe Farinæ Fœnigræci vnc. iv. Farinæ sem. lini, Farinæ Erui ana vnc.j. ß. Decoquantur ex vino tenui & calido, ad mediocrem spissitudinem: deinde addantur Olei Nardini modicum: & olei Cyprini parum, si hyems est.

Cataplasma attractorium: Recipe flor. Chamomillæ P.j ß. Farinæ sem. Lini, Farinæ Fœnigræci ana vnc.ij. rad. Iridis puluerizatæ vnc.iij. stercoris columbini vnc.j. ß. Adipis gallinæ vnc.ij. olei Liliorum, Chamæmeli, ana vnc.j.ß. Fiat cataplasma.

Fœni-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 625 sur 1557

Fœniculum Græcis μάραθρον Auctuarius vocat μήλατρον semen vero κατ' ἐξοχὴν τὸ τρίμον, Latini vocant Marathrum, Fœniculum: officinæ Fœniculum. apud Arabes Authores vt Serapionē simp. cap. 314. Raienegi, ab Auerrhoe Halcasmeg, ab Auicenna Baraline: Apud Alsaharavim Rasinagi & Razynog: alii Arabes vocant Racinigi & Rascenigi: Cortex radicis ab Arabibus vocatur lociot Atala Rascenegi semen v. Bizeri Atasigeniti, Basara Asifigenti, & Beser Rasina: Persis dicitur Berasme: Ægyptiis Sanipsos: Italis Finochio & Fenochio: Cretensibus Maratha: Hispanis Hinochio & Ymozo: Portugallensibus Funcho & Funicho: Gallis Fonoil & Fenouil: Germanis Fenchel: Eius differentiæ sunt tres, 1. est Fœniculum vulgare 2. Fœniculum dulce, Fœniculum Romanum & Fœniculum Florentinum: Italis Finochio dolce: Germanis Römischer siue Florentiniſcher Fenchel: 3. est Fœniculum rotundum, Italis Fenochio rotundo: Germanis runder Fenchel. His addere etiam possumus Fœniculum petræum, Fœniculum saxatilem seu Fœniculum montanum Germ. Steinfenchel. Fœniculi alius vsus est Internus atque Externus. incrustatur Saccharo, destillatur in aquā, spiritum, oleum, præparatur ex eo vinum, aqua mulsa, succus, extractum, Syrupus tam ex sem. quam rad. Item Sal: radices etiam condiuntur, & varie cum suis appropriatis appropriatur, corriguntur eo purgantia, acuuntur cum eo etiam medicamenta eaque varia, &c. Coma tenella acetariis mixta suauitatem addit; semen cum Sena decoctum ab ea flatus & tormina excitari solita discutit, aliaque innumera vel per se, vel aliis commixtum beneficia præstat; radices obstructionibus expediendis vnice commendatur.

Fœniculum calfacit in ordine tertio, minus autem exiccat. Seminis præcipue est vsus. In vino decocta Fœniculi semina, morsis à serpentibus pota sunt auxilio: Venena expellunt, menses adiuuant, calculo renum medentur, vrinam cient, viscosos humores educunt, lac nutricibus augent, Semen in aqua decoctum, nimium ventriculi æstum sedat: Singultus & vomitus idem potus reprimit. Calidæ & aridæ tussi idem decoctum est saluberrimum. Confectio seminis phlegmaticos humores educit. Vtilissimum quoque seminis vsus oculorum est hebetudini. Iisdem pollet viribus aqua Fœniculi stillatitia. Oculorum caliginem illita oculis mane & vesperi

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 626 sur 1557

ſtillaritia aqua, ſanat: Vermes oculorum necat. Eadem poteſt ſuccus & Gummi eius. Cum Melle radix omnibus venenatorum morſibus & ictibus illinitur. Canis rabidi morſui, vulnere prius cum vrina vel aceto purgato, auxiliatur. Succus exprimendus eſt ex radice vel foliis (præſtat tamen ex ſemine immaturo vel flore hoc fieri) ac in ſole exiccatus ad vſum reponendus. Præſtantiſſimum hic ad oculorum caliginem, in aqua Fœniculi diſſolutus, eſt remedium.

Vinum Fœniculatum, Arnoldi: Fœniculatum vinum proprie fit ex ſemine eius. Valet contra caliginem oculorum, excitat Venerem: hydropē ſoluit, & Elephantiam: obuiat venenis: multiplicat lac & ſperma: tuſſi medetur: lateris dolores ſedat, & mēſtrua mouet.

Oleum Fœniculi, Euonymi: Recipe Fœniculi contuſi lib. ij. aquæ fontanæ lib. xx. Miſce, macera, & in veſica, balneo, aereo ſicco deſtilla per aquam frigidam; deinde oleum ab aqua ſeparatum repone. Fit etiam à quibuſdam hoc oleum ex ſemine ſicco extractum, ſine vlla alia additione, per quam odoratum & ſuaue: colore autem eſt album, quod primo deſtillat. Deſtillatur autem ex lib. j. Fœniculi vnc. ß. olei. Capiti conducit, præcipue autem oculis, renibus, veſicæ: pectoris anguſtiæ & difficultati ſpirandi ſuccurrit: ſtomachum iuuat: flatus diſſipat: Calculos arenoſos comminuit: vrinam & menſtrua promouet. Fieri ex eo tabellæ poſſunt ad eoſdem vſus, aut per ſe quocunq; tempore mane & veſperi aliquot guttæ ſumi poſſunt.

Confectio Fœniculi orbiculata: Recipe Sacchari albiſſimi in aqua Roſ. diſſol. lib ß. Saccharum ad perfectionem exactam coquitur: deinde ab igne remotum, diu piſtillo agitetur, addanturq; olei Fœniculi ſcru. j. vel dra. ß. Probe miſcentur: deinde per blicam lebetis in tabulam farina ſtratam, ſpatula aſſidue Sacchārū pari & æquali quantitate extrahitur. Rotulæ concretę digitis auferantur, exiccentur, in ligneis arculis condantur, & ſicco loco reponantur. Capitis affectibus conferunt, viſum acuunt, pectoris anguſtiæ & difficultati ſpirandi ſuccurrunt.

Fœniculum aquaticum: Eius genera ab Authoribus adferuntur octo: 1. Solus Dioſcorides deſcribit, Græcis dicitur Μυριόφυλλον, Στρατιωτικὴ, Ἀχίλλειος ſiue Ἀχίλλειον, μυλλόφυλλον & χρυσίλη: Latinis Myriophyllum, Millefolium, Stratiotice Achillium, Melophyllū, Chryſites, Acorum Syluaticum, ab Apuleio Vigentiana: Dioſcoridi etiam dici-

dicitur supercilium Veneris: à Simplicistis dicitur Millefolium palustre, Fœniculum aquaticũ, & militaris aquatica: Italis Miriophyllo & Millefolio acquatico: Gallis Millesuille d'Eaue: Germ. Wasser Fenchel. Secundum genus à Simplicistis dicitur Millefolium aquaticum alterum, Fœniculum aquaticũ alterum & Viola aquatilis: Gallis Giroffles d'Eaue: Ger. wasser Veiell. Tertium gen⁹ dicitur Millefolium siue Fœniculum aquaticũ tertium. Quartum genus vocatur à Simplicistis Millefolium acquaticũ Peucedani folio, Fœniculum aquaticum Peucedani folio, Peucedanum palustre & Peucedanum aquaticum. 5. Genus dicitur Fœniculum aquaticũ Galericulatũ & Millefolium aquaticum Galericulatũ: Ger. Wasser Helmkraut. Sextum genus dicitur Fœniculum aquaticum stellatum, Millefolium aquaticum stellatum, & stellaria Aquatica: Germ. Wasser Sternkraut. Septimum genus dicitur Millefolium pennatum: Ger. Feder Wassergarben. Octauum genus dicitur Millefolium aquaticum Cornutum, &c. Eius vsus tam est Internus, quam Externus, vti videre est apud medicos.

Fragaria Græcis dicitur τρίφυλλος μοῤῥόγενης Latinis Trifolium fragiferum: Apuleio Herba Fragæ, aliis Fragum, Fragaria, Iacobo Manlio Fragula: Italis Fragaria, Fragharia, Fragolaria, Lefraghe, & Fragole: Gallis herbe portant Fraises: Fructus ab Apuleio κόμαρος, apud Plinium & Vergilium Fraga, à Seruio grammatico Mora terrestria, Fructus terræ à Simplicistis Fragum & Fraga: Italis Fraga: Hispanis & Portugallensibus Muranganos, Murangaos, Miezgado & Mayueta. Gallis Fraises & Freses: Ger. Erdbeern. Est etiam genus alterum dictum Fragum album siue Fraga alba: Italis Fraga Bianca: Gallis Fraises & Freses Blãques: Ger. weisse Erdbeern. Tertium genus dicitur Fragum alterum & Fragum serotinum: Germ. Lastbern vnnd Haarbern. Folia & radix calida sunt & sicca. Fraga vero ipsa sunt humida & frigida. Omnia autem adstringendi vim habent. Fraga ipsa vel per se, vel condita, vel stillatitia eorum aqua, præcipue aduersus pulmonis & iecoris inflammationem prosunt: Sitim sedant, totiusque corporis calori restinguendo, conferunt. Leprosis in die tertrium Cochlearium mensura pota aqua stillatitia, ad tempus, prodest: cor confortat, pectus purgat, regium morbum discutit, sanguinem recentem generat. Succus foliorum Fragariæ,

vulne-

vulnera ardentia ſanat & glutinat: Hulceribus oris & colli Gargarizata aqua medetur. Maculas & ruborem faciei frequenter illita extergit; Nonnulli cum ſale ad oculorum maculas deſtillant: vel in vaſe æneo cum ſale octiduum includunt.

Ferula à Dioſcoride, Galeno & Theophraſto dicitur Græce Νάρθηξ, Latines Narthex & Ferula. Ab Herbariis Ferula maior, & Canna Ferula: Italis Ferola, Hiſpanis Cananheia & Freſcha, & Gallis Caricas, & à Gloſſographo Auicennæ Capatia, & ab aliis Kaltat: Germanis dicitur Fenkraut. Secundum genus Græce à Theophraſto dicitur Νάρθηκία, & Latine Narthecia, à Theodoro Gaza Ferulago, & ab Herbariis Ferula minor, Germanis klein Fenkraut. Radix ac ſemen habent vim calefaciendi, exiccandi, ſubtiliandi: Humor vero ſiue ſuccus habet vim contrahendi & conſtipandi. Eius vſus præterea eſt internus & externus.

Frumentum Amyleum: Hoc dicitur à Dioſcoride in græca lingua Ὄρυζα Latine à Plinio Oryza & Arinca, ab Herbariis frumentum Amyleum, Triticum Amyleum, Zea & Spelta Amylea, & ab Hieronymo Trago, Far Candidum: Germanis Amelkorn. Exinde ſit farina pro alimento.

Frumentum Turcicum hodierna die à Simpliciſtis dicitur, frumentum Aſiaticum, Frumentum Indicum, Maizum & Maizium Italis, Fourmento Indiano & Granod'India: Hiſpanis Myo Turqueſco: Gallis, Ble de Turquie, Indis Maiz & Mãis: Vngaris Torok Buza: Germanis Türckiſcher Weitzen. Hoc Frumentum tritico aliquanto calidius eſt, vtitur pro alimento & medicamento.

Frumentum Indicum ſeu triticum Indicum, & Maizum Indicũ, Indianis dicitur Mais & Mehiz: Anglis Corne of Aſia: Germanis Indianiſch Korn. Multorum eſt generum. Primo Frumentum Indicum ſimplex. 2 Frumentum Indicum luteum. 3. Frumentum Indicum Spadiceum. 4. Frumenti Indici Spica. 5. Frumentum Indicum album. 6. Frumentum Indicum nigrum. 7. Frumentum Indicum violaceum. 8. Frumentum Indicum Aureum. 9. Frumentum Indicum album, Spadiceum & cæruleum. 10. Frumentum Indicum rubrum & ſpadiceum. 11. Frumentum Indicum aureum & album. 12. Cæruleum, luteum album & punctulis cæruleis pictum Frumentum Indicum. 13. Frumentum Indicum album,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 629 sur 1557

album, violaceum, flauum, ſpadiceis punctulis. 14. Frumentum Indicum rubeo-nigrum ac ſpadiceum. 15. Frumentum Indicum Violaceo-album, nigro-ſpadiceum & ex parte cum ſpadiceis punctulis. 16. Frumentum Indicum flauo-album, cæruleo-ſpadiceum cum flauis violaceis, & cæruleis punctulis, &c. In virtute & efficacia cum priori conueniunt.

CAPVT XIX.

De Filipendula, Fumaria, Gentiana, Guaiaco, Gingidio, Galbanifera, Gallio, Geranio & Glycyrrhiza.

FIlipendula: apud Dioſcoridem hæc herba deſcribitur lib. 3, cap. 122. ab eoque Græce nuncupatur, prout & Theophraſto Οἰνάνθη, Item Λεύκανθον & κερασκόμιον, à Nicolao Myrepſo φιλιπένθελα: Latinis Oenanthe, Leucanthum, Ceraſcomium, à Theodoro Gaza Vitiflora, ab aliis Practicis dicitur Filipendula, Philipendula, Saxifraga rubra & Viniflora: Arabibus Hafranon, Ieſamul & Ieſamuli item Nefar: Italis Filipendola & Enanthe: Hiſpanis Filipendola: Gallis Filipende: Germanis Filipendel. Wurtz ſiue roter Steinbrech/ &c. hactenus primum genus. Secundum dicitur Filipendula tenuifolia & Filipendula altera. Tertia Filipendula ſiue tertium genus dicitur Oenanthe Selinophyllos. Quartum genus dicitur Filipendula ſupina. Quintum genus dicitur Filipendula montana & Filipendula Galericulata. His adduntur adhuc duo genera Filipendularum, quorum primum dicitur Filipendula aquatica, Filipendula paluſtris, & ſaxifraga Aquatica: Italis Filipendola acquatica: Germanis Waſſer Filipendel & Waſſer Steinbrech. Alterum genus dicitur Ruta paluſtris & ruta aquatica, Germanis Waſſerrauth. Calida eſt & ſicca in tertio ordine, quod amaritudo eius vehemens ſatis indicat. Semen, folia & caulis Oenanthes, in mulſa pota ſecundas eiiciunt, & partum adiuuant. Cum vino pota radix ſtranguriam adiuuat, & morbo regio medetur. Calculo & doloribus renum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 630 sur 1557

prodest. Stomachi inflationes discutit: conuenit suspiriosis ac anhelantibus, omnibusque morbis, qui ex causa frigida sunt orti. Farina eius cibis mixta, comitialibus est auxilio.

Fumaria Græcis καπνὸς, καπνιον, κορυδάλιον, καπνίτης, καπνογῤῥιον, siue καπνοσόρον, μαρμαρίτης, καὶ θεῖον, & καὶ κ χρὸν: à Latinis Capnus, Capnum, Capnium, Corydalium, Capnites, Marmarites, Capnogorgium, vel vt exemplaria Dioscoridis demonstrant, Capnogorium, Chalcochrum, Cătharis, Fumaria, Fumus terræ, herba Fumida, Cerefolium felinũ & Cerefolium Columbinum, Arabib. apud Serap. lib. simpl. cap. 71. Schehiterig, Alsaharauio Sahatrag & Alsahatrag; Glosso. Auicẽnæ Raledia emen & Seterigi; Stephano Haliabbatis: Glossographo. Sateregum, Sahatergum, Sceitergi, Steng, Seterig Sterig. & Sorongenetheni. Apud alios Arabes legitur Sabeteregi, Rhahaialhame, Raialhamen & Rainalhamen: Italis Fumoterra, Fumaria, Fumosterno, & Fumoterro: Hispanis Palomilha: Gallis Fumeterre, & Pied de Geline: Ægyptiis Cnyx & Tucin: Germanis Erdrauch/ Taubenkropff &c. Hactenus primum genus, sequitur secundum, quod dicitur Fumaria alba: Germanis weisser Taubenkropff. Tertium genus dicitur Fumaria minor & Fumaria tenuifolia: Germanis klein Erdrauch. Quartum genus dicitur Fumaria latifolia minor, Germanis breyt Erdrauch. Quintum genus dicitur Fumaria Latifolia maior, & Fumaria Flandrica: Germanis breyt Erdtrauch. Sextum genus dicitur Fumaria Illyrica, Fumaria lutea, & Fumaria Montana, à Galeno lib. 11. simpl. dicitur Corydalis: Germanis gelber Erdtrauch. Septimum genus dicitur Fumaria Illyrica alba: Germanis weisser windischer Erdrauch. Fumaria omnis acris est & amaræ facultatis, biliosam vrinam mouet, sanatque iecoris obstructionem & imbecillitatem. Eius vero succus in oculos instillatus mirifice oculorum caliginem summouet & visum acuit. Vulgaris in frequenti est vsu, à quo duo Syrupi nomen habent, vnus de Fumaria minor, alter maior dicitur: hi parati habentur perpetuo in officinis. Ex ea fiunt pilulæ, Trochisci, oleum, succus, Sal, vinum, Extractum, Conserua, succus exiccatus, oleum destillatitium, item aqua stillaritia, &c.

Syrupus Fumariæ minor, Mesuæ: Recipe Myrobalanorum flauarum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 631 sur 1557

narum vnc. ij Violarum Cassuthæ, Absynthii ana vnc. j. Aquæ lib. vij succi Fumariæ cocti & purgati Sacchari ana lib. ij. Coque omnia vsque ad partem tertiam.

Expressum cum succo Fumariæ & Saccharo percoque. Quidam Scammonii vnc. ß. panno lineo raro ligatam in eo suspendunt. Syrupus hic hepatis obstructionem aperit: ob id icterum sanat, pituitam salsam & bilem vstam vacuat: proinde psoram, lepram pituitã, & alia cutis vitia inde orta sanat, & corporis colorem floridũ reddit.

Syrupus è succo Fumariæ, simplex: Recipe succi Fumiterræ crudi lib. iij. Sacchari boni lib. ij. vel lib. ij. ß. coquantur simul & despumentur, quoad Syrupi consistentiam acquirant. Ad eadem valet, ad quæ supradicti.

Syrupus de succo Fumiterræ maior: Recipe Myrobalanorum Citrinarum; Chebularum ana drach. xx. flor. Borraginis, Buglossæ, Violarum Absynthii, Cuscuræ, ana vnc. j Glycyrrhizæ, Rosarum rub. ana vnc. ß. Epithymi, Polypodii ana drach. vij. Prunorum num. C. Passularum enucleatarum lib. ß. Tamarindorum, Pulpæ, Cassiæ fistulæ ana vnc. ij. Aquæ fontis lib. x coquantur omnia præter Cassiam & Tamarindos secundum artem ad tertias: deinde cola, & colaturæ adde Cassiam & Tamarindos, & succi Fumiterræ depurati. Sacchari albissimi ana lib. iij. Coquantur igne lento ad iustam consistentiam, & repone. Syrupus Fumariæ maior ventriculum & hepar roborat, obstructiones aperit, cutis morbos, præcipue ab humore salso vel vsto natos, vt psoram, lepram, impetiginem, serpiginem curat. Mesues.

Fumaria Bulbosa Græcis dicitur, κάπνος χελιδονίας, καπνίον χελιδόνιον & κάπνος φραγμίτης, apud Theophrastũ θέρειον, Latinis Capnus Chelidonia, Capnion Chelidoniũ Capnium phragmites, Capnus sepiaria: Ab Alexandro Benedicto Pes Gallinaceus: Plinio pedes Gallinacei aliis Fumaria Bulbosa, Fumaria Tuberosa, Aristolochia cõcaua, Aristolochia adulterina, radix caua, & Tonitruifuga: Italis Capno Chelidonio: Gallis Racine Creuse: Germ. Holwurtz Hanensper siue Donne flug: quia eius tempore exaresçit: Officinis dicitur Fumus terræ, quod succus eius oculis inditus, velut Fumus lachrymas moueat, & oculos mordeat, hinc etiam dicitur Germanis Erdrauch. Authores vndecim eius adferunt differentias: 1. Vocant

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 632 sur 1557

Fumariam Bulbosam Purpuream : Germanis Purpurbraun Holwurtz. Eiusdem generis nominant 4. Deinde 4. Bulbosas Fumarias albas : Germanis weiß Holwurtz. Nonum genus dicunt Capnos Chelidonia viridis siue Fumaria Bulbosa viridis : Germanis grün Holwurtz & grüner Hanesporn. 10. Genus dicitur Fumaria Bulbosa seu Tuberosa minor : Germanis klein Holwurtz. Vndecimum genus dicitur Fumaria Bulbosa seu Tuberosa minima, à quibusdam Medicis Moschatella & Muschatella : Germanis Bisemkraut.

Calida & sicca est in secundo ordine: Est acris, discutit, extenuat & penetrat : Capni aqua stillatitia Morbo Gallico laborantibus est salubertima, ante purgationem diebus aliquot cum Theriaca pota, ad sudorem contecto corpore. Vitiatum enim sanguinem purgat. Contra pestis eadem & sudoris Anglici periculum est salutaris. Bibitur etiam ante balneatum desudationes. Succus Fumariæ drachm æ pondere cum pari quantitate radicis Esulæ mixtus, & cum aqua calida potus, hydropem expellit : vomitus ciet. Oris putredinem & dolorem succus ore collutus sanat. Decoctum Capni & Fœniculi iecoris obstructionem aperit, & icterum morbum per vrinam educit, paratur inde conserua, vinum, &c. Oculorum hebetudini succus illitus medetur, eorundemque rubores & vitia sanat. Succus cum Gummi illitus, supercilia regignit. Succus Capni cum succo radicis Lapathi pari quantitate mixtus, cum aceto & Melle modico temperatus, omnis generis scabiem extergit.

Decoctum Fumariæ, Mesuæ : Recipe succi Cichorii, succi Endiuiæ, succi Lupulorum, succi Borraginis ana vnc. iv. succi Fumiterræ vnc. viij. Quibus coctis & purgatis, adde Myrobalorum Citrinorum, Myrobal. Indorum ana vnc. ij. Passularum mundatarum vnc. j. Tamarindorum vnc. iij. Frica, cola, & serua.

Pilulæ ex Fumaria, Auicennæ : Recipe Myrobal. flauarum, Chebularum, Indarum ana drach. v. Aloes drach. vij. Scammonii præparati drach. v. Succi Fumariæ quantum sufficit. Omnia in puluerem redacta comprehende succo, & siccari sinito : rursus trita

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 633 sur 1557

trita succo excipiantur, siccentur, & sic tertium, & in pilulas formentur. Durant annum.

Conserua Fumiterræ: Recipe Flor. Fumariæ lib. ß. Sacchari albi lib. j. ß Contunde simul in mortario lapideo, & fac conseruam ad modum opiatæ: insola, & serua per annum, in vase lapideo denso, vel vitreo. Scabie infectis confert: sanguinem mundificat; sudorem mouet: ac regium morbum persanat.

Gentiana à Gentio Illyriorum rege, qui primus eius vires inuenit. Nascitur in Illyrico copiosissima: alias in montibus altissimis, aquosis & vmbrosis locis. Foliis circa caulem plantaginis aut nucis iuglandis similitudine erumpit, aliquantenus rubentibus, acuminatim à caule medio cacuminibusque prodeuntibus, quæ breuioribus crenis serrata visuntur, scapo inani, fistuloso, binûm cubitorum altitudine, leni, geniculato, non iugi serie, sed interuallis maioribus foliato. Semen fundit in Calycibus latum, spondylio simile, glutinosum, sine pondere, quod pilulis continetur lenibus, & quadantenus compressis. Radicem mittit prælongam, Aristolochiæ longæ non dissimilem, vliginosam, sed amaro gustu, crassam, inodoramque. Vsus eius in radice & succo radicis. Tragus alias adhuc duas Gentianæ facit species: alteram in Helueticorum nascentem Alpibus, priori per omnia similem, sed maiorem & flore cæruleo, sapore magis amaro; alteram vero hac minorem, oblonga, amara, & flaua radice, ex qua caules nascuntur tenues & rotundi, binis ab imo ad summum, acuminatis, viridibus & tenuibus foliis caulem circumdantibus, florem in caulis summitate habet cæruleum, lucidum, tintinnabuli forma, foliis humi reptantibus. Radix Gentianæ qualitatis est Calidæ & siccæ. Vsus eius non est nisi in radice. Arida radix tusa, & cribro purgata, drachmæ pondere, cum æquali Myrrhæ, ac duplici puluere oculorum fluuiatilium cancrorum, in vino ad quatriduum pota morsis à rabido cane medetur. Vulnus vero apertum est seruandum, & aceto vel aqua salsa abluendum, impositis cucurbitulis, quibus venenum exugatur. Quidam tamen cauteria adhibent. Omnibus venenatorum morsibus puluis radicis duarum drachmarum pondere, cum modico piperis & arida ruta in vino potus, est antidotum. Idem puluis Phthisicis ex iecore aut ventriculo laborantibus cum vino auxi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 634 sur 1557

liatur. Viridis radicis expressus succus potus, laterum doloribus & & ruptis auxiliatur. Sanguinis grumas ex lapsu, vel casu ex alto, discutit & educit. Mortuos fœtus & secundinam in posso radix arida subdita expellit. Succus Gentianæ profunda & lacera vulnera illitus sanat. Cum linteolo oculorum inflammationes restringuit. Vitiligines & omnia cutis vitia sanat. Succus Dioscoridi hunc in modū colligitur: Radix viridis tusa quinque dierum spatio in aqua maceratur, hinc cocta colatur, ac denuo, quod expressum hoc modo fuerit, donec Mellis crassitiem assumat, est coquendum.

Clyster ad ascarides, Rond. Recipe rad. Gentianæ, Aristolochiæ rotundæ, Ilematidis, vel Pistolochiæ ana vnc. j. flor. Marrubii, fol. Persici, Absynthii ana M. j. Lupini vel Orobi P. j. Fiat decoctio in lixiuio & aqua, æquis partibus, iniiciatur, sed sensim & bis eadem hora.

Oleum Gentianæ: Recipe Pulu. rad. Gentianæ, olei communis ana q. s. est. Macerentur in loco calido per mensem: deinde exprimatur oleum. Vermes necat, atque educit. Sic quoque oleum Scyllinum & de Colocynthide parari poterit.

Theriaca Diatessaron, Mesuæ: Recipe Gentianæ, Baccarum Lauri, Myrrhæ, Aristolochiæ rotundæ ana vnc. ij. Mellis despumati li. ij. Misce & serua vt supra. Datur ab Aureo dimidio ad Aureum vnum. Ad affectus frigidos, tum cerebri vt Epilepsiam, Paralysim, spasmū Cymicum: tum ventriculi, vt inflationem, & ab ea dolorem, tardam coctionem: tum denique hepatis, vt hydropem, Cachexiam, obstructionem. Præterea morsibus Scorpionis, & potioni veneni confert.

Sal Gentianæ. Sal Gentianæ eodem modo quo Absynthii, fit. Febribus omnibus conducit: Viscerum obstructiones aperit, expurgat: vrinam & menses mouet.

Pilulæ ad quartanam. Recipe Piperis contusi G. iv. cum succo Gentianæ fiat pilula vna Auro cooperta. Capiat cum aqua Theriacali, vel liquore Tartari tribus horis ante Paroxysmum, corpore prius purgato.

Guaiacum sic Guaiacam voce, Indis Germana, dictum Latinis sæpe lignum sanctum, & ex Insulis occidentalibus Boriquen. Cneuca, Nagrando, & Nicagua defertur. Arbor est procera ad ilicis, aut fraxini

fraxini magnitudinem & faciem multum accedens, ramosa, meditullio nigricante, ac præduro, cortice crasso & pingui foliis exiguis, & duris: flore luteo, ac purgatorio, quem Indi condiunt & sumunt ad corpus purgandum. flores consequuntur fructus magnitudine Castaneæ, ac forma duorum lupinorum simul iunctorum. Est alia species Guaiaci minoris, præstantioris tamen, quod palus sanctus & aliquando lignum sanctum nominatur. Arbuscula est colore, viribus, magnitudine & vultu Guaiaco non parum dissimilis. Nam materia ligni illius, alba est & concolor, multumq; fibrosa, sapor acrior, odor fragrãtior, qualitates efficaciores. Sed quia raro aduehitur, eius penuria, Guaiacum vsurpatur, quod quidem vires habet easdem, sed infirmiores. Vtrumq; autem plurimum valet ad luis Indicæ curationem: nam calefacit, incidit, attenuat, meatus aperit, sudores mouet, putredinem arcet, & proprietate speciali virus venereum extinguit.

Aqua in peste sudorem mouens, Iohan. Bauhini, iunioris: Recipe ligni Guaiaci lib. ß rad. Angelicæ, Imperatoriæ, Zedoariæ, Iridis, Gentianæ ana vnc ß. Cinnamomi vnc. j. Baccar. Iuniperi vnc. ij. fol. Dictamni veti vnc. j. Omnia minutim incisa macerentur in s.q. vini albi. rad. Caryophyllatæ, Helenii, Valerianę viridium ana vnc. j. rad. Pertasilitis vnc. vj. Herbarum viridium Scordii, Rutæ Pulegii, Melissæ, Ocymi ana M. j. Cardui benedicti, Borraginis, Scabiosæ, Acetosæ ana M. ij; Limonum. Malorum Citri ana P. ij. Omnia minutim incisa misceantur & destillentur in Balneo Mariæ.

Aqua Theriacalis, Rondeletii: ℞. scobis ligni Guaiaci lib. j. Theriacæ Alex. optimæ vnc. ij. Conserue Rosarum, Buglossæ, Borraginis ana dra. ij. Conserue Helenii, Anthos ana vn. j. spec. Diagemmæ, Lætitiæ Galeni ana drach. ij. Fiat infusio in vase oppleto vini albi & aquæ bonæ ana quartariis ij. super cineres calidos distellẽtur in vase duplici cum Cinnamomo. Dilue in eo quod destillatum fuerit, Sacchari quantum satis est: cola per manicam Hippocratis dato bibendum his, qui conualescunt à Morbo Gallico.

Aqua Thericalis alia, Syluii: ℞. ligni Guaiaci lib. ß Aquæ lib. viij. vini albi lib. j. Aquæ Fumariæ, aquæ Cichorii, aquæ Chamomillæ, ana lib. j. Macerentur simul per noctem super cineres calidos. Adde Polypodii Quercini lib. ß. Epithymi vnc. ij. Asparagi vnc. vj.

Conser-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 636 sur 1557

Conſeruæ Roſarum, Cichorii, Borraginis, Bugloſſæ ana quart.ij. Theriacæ bonæ, Conſeruæ Enulæ ana quart.j. Diſtillentur vaſe duplici bene obturato. Doſis vnc.ij. vel vnc iij. Quod ſi velis, poteris aquæ Theriacalis vnc. iij. addere, Sacchari vnc. j. Cinnamomi drachm. j. & rurſus per manicam Hippocratis deſtillare. Datur in Morbo Gallico mane in lecto ad ſudores prouocandos.

Vinum Guaiacinum, Matthioli: Recipe Ligni Guaiaci præſtantiſſimi, lima in ſcobem tenuiſſimum attriti lib. iv. Corticum Guaiaci lib. ij. Carduibenedicti lib. j. ß. Adianthi, Aſpleni florum Borraginis Florum Bugloſſæ ana lib.j. Caſſiæ odoratæ, drachm.vj. ſeminis Aniſi vnc.j. ß. Sacchari lib.v. Coniiciantur omnia in cado vinario mundo aptæ capacitatis, deſuper affuſis vini albi quam optimi & feruentis, bis centum & quinquaginta: mox diligenter vas operculetur, omniaque ſic macerari triduo dimittantur. Poſt triduum vero linteo percolentur, aſſerueturque huiuſce macerationis vinum in alio vaſe ad ægrotantium potum. Siquidem bibitur hoc tam in prandio, quam in cœna, ſecundi Guaiaci decocti loco: non mane neque veſperi, Serapii vice, quemadmodum temere multi facere conſuerunt. Hoc idem vinum longe etiam melius, & maiore quantitate vindemiarum tempore confici poteſt admixtis ligno, cortice, cæteriſque aliis, recentibus vuis albis in muſtum compreſſis: ibique tamdiu dimiſſis, quouſque muſtum efferueſcere deſinat, & pellucidum clarumque reddatur: veruntamen multiplicanda ſunt omnia, quæ conueniunt medicamenta, pro vuarum quantitate. Hoc vinum non modo medetur cuique acerrimo Gallicæ peſtis incommodo: ſed etiam diuturnis articulorum, capitis neruorum, ventriculi, iecinoris, lieniſq; morbis à pituita genitis mirifice ſuccurrit. Nec minus etiam podagra laborantibus opem fert, modo diuturna admodum non fuerit ægritudo. Iis tantum exhibendum eſt, qui pituita abundant, vere vel Autumno, temporibus: præcedentibus prius euacuationibus decentibus.

Vinum Muralti ad hydropem: Recipe rad. quinque aperientium, Glycyrrhizæ, cort.rad. Cappar.cort. med. Fraxini ana vnc.j. Rad. Iridis recent. Calami Aromat. Cinnamomi ana vnc. ß. Capill.

Vene-

Veneris, Ceterach, Fol. Tamariſci, Flor. Cordialium ana M.j. Abſynthii Pontici, Carduibenedicti, Hyſſopi, Praſſii an. M.ſ. ſem. Aniſi, Apii, Ameos, Fœniculi ana drach.j. ß. Senæ vnc. ij. Ligni Guaiaci limati lib.j. Sacchari lib.ij. Vini generoſi lib.xj. Miſce & ſerua in vaſe obturato.

Vinum Guaiacinum purgans: Recipe, Ligni Guaiaci inciſi lib. iv. Carduib. M. vj. Adianthi Scolopēdrii, flor. Borraginis, Bugloſſæ, rad. Cichorii ana M.ij. Beron. Lupulorū, Cort. Tamaricis, Epithymi an. M.j. ß. Polypod. vn.ij. ſeminis Carthami lb.j. Seminis Aniſi vn.iij. Foliorum Senæ lib.j. Helleborinigri vnc j. Turbith vnc.iij. Cinnamomi electi drach. vj. Macis drach.j. Nucis Moſchatæ, Caryophyllorum ana drach. ß. Calami Aromatici drach. ij. incidenda incidantur, contundenda contundantur craſſe, in ſacculo ligentur, ſuſpendantur in cado Vinario mundo, aptæ capacitatis, ſuperinfundendo muſti optimi lib. C. omniaque ſic macerari ſinito, donec deferueſcat, clarumque euadat, &c. Curat Morbum Gallicum, & alios innumeros morbos. Dantur vnc. v. vel vnc. vj. mane ſtomacho ieiuno.

Decoctum ligni Guaiaci, abſque cortice: Recipe ligni Guaiaci optime inciſi lib.j Aquæ fontanæ lib. xij. Infundatur lignum in aqua calida per horas 24 in vaſe figulino vitreato obturato: deinde coquantur igne lento vſque ad librarum octo conſumptionem: coletur & ſeruetur in vaſe vitreo pro Syrupo, ad ſudorem mouendum.

Decoctum ligni, pro potu: Recipe Lignum Guaiacum prioris decoctionis, aquæ fontanæ lib. xij. iterum coque ad conſumptionem tertiæ partis: cola & ſerua pro potu, in prandio & cœna ſumendo.

Decoctum ligni Guaiaci cum corticibus: Recipe Ligni Guaiaci optime inciſi vnc. x. Cort. ligni Guaiaci inciſi vnc. ij. Aquæ fontanæ lib. xij. Fiat vt ſupra. Poteſt maior vel minor Corticis quantitas addi & cum aqua Betonicæ vel Fumariæ, pro Medici ſcopo decoqui.

Decoctum ligni Guaiaci cum vino: Recipe ligni Guaiaci vnc. x. Cort. ligni Guaiaci vnc. iv. Aquæ fontanæ lib. xij. infundantur vt ſupra, & decoquantur vſque ad conſumptionem librarum nouem:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 638 sur 1557

deinde addantur vini optimi li.iij. & iterum feruere modice finito, postea refrigeratum colato, & in vase vitreo, pro Syrupo seruato.

Decoctum ligni Guaiaci cum vino, pro potu ordinario: Recipe præcedentis decoctionis lignum, aquæ fontanæ lib.ij. coquantur vsque ad consumptionem septem librarum: deinde addantur vini albi optimi lib.iv. & facta vnica sola bullitione, ab igne auferatur, coletur, & in vase vitreo seruetur, p potu ordinario cibis associando.

Decoctum ligni Guaiaci Fiorauanti: Recipe Cortic. ligni Guaiaci triti lib.j. Aquæ fontanæ lib.xiiij. Macerentur horis 24. deinde coquantur vsque ad quatuor librarum consumptionem: postea adde Polypodii quercini vnc.ij. Cichorii M.j. Aloes hepaticæ vnc. ß. His iterum per horam decoctis adde fol. Senæ, Epithymi ana vnc. j. Colocynthidis drach.vj. Sacchari vnc.viij. Denuo coquantur, dum pars dimidia fuerit consumpta, & lib.viij. remanserint: coletur & seruetur in uase vitreo obturato, ad vsum.

Dosis Cyathus vnus manè & sero, & sudet: sicque continuet per dies xx. & liberabitur. Pro potu autem vtatur sequenti decocto: Recipe ligni Guaiaci lib.j. vini albi lib.x. Macerentur per noctem: deinde cum per horam vnam bullierint, adde aquæ lib.xv. Denuo coquantur non diu: & erit factum.

Decoctum ligni Guaiaci cum corticibus, Antonii Chalmetei: Recipe scobis ligni Indici lib.j. Corticis eiusdem vnc.iv. Aquæ purissimæ lib.x. Macerentur in fictili vitreato horas 24. coquantur ad medias prunis luculentis quinque aut sex horas, & percolentur postea quotidie in Aurora illius aquæ dabis vnc.vj. & ægrum cooperies vt sudores moueantur: moderate tamen, ne vis corporis dissoluatur: subinde sudor detergatur, corpus fricetur, & caput: Cibum non sumat, nisi horis sex à potu exactis. Eiusdem aquæ totidem vncias afferes quinque horis à cœna: Sudores tamen tunc non mouebis. Cæterum huiusmodi potum post vniuersales purgationes solemus exhibere.

Decoctum ligni Guaiaci cum corticibus, pro potu ordinario: Recipe remanentiam prioris decoctionis, aquæ purissimæ lib.xv. iterum coques ad tertias: sub decoctionis finem addes Glycyrrhizæ rasæ, & contusæ vnc.ß. Passularum mundatarum vnc.ij. Absoluta decoctione addes Cinnamomi drac.v. ad saporis iucunditatem.

Eoq;

Eoq; decocto vteturin paſtu. Nonnulli ſub finem primæ decoctionis addunt Fumariæ, Lupulorum, Borraginis, Bugl. an. M j. alii verò addunt Cyclaminis, Cardui benedicti, Olibani an. vn. ß. Carabæ dr. ij. ß. pulueris hermodactylorũ dra. ij. Senæ Orientalis dra. ß. Alii mediam partem vini albi: alii tres partes vini, & vnam aquæ iniiciunt: quod profuturum putauerim corporibus pituitoſis, ac robuſtis, atque cum nerui ac tendines non afficiuntur. Cum verò corpora ſint imbecilla, ſatius duxerim, magiſq; profuturum, ſi decoctio in ſola aqua fiat: imo cum corpus imbecillum, biliоſum aut ad tabem propenſum, ſæpe Guaiaci vſu ipſum contabeſcit: Inflammantur vrinæ, dolores augentur. Itaq; cum corpus eſt biliоſum, loco aquæ cõmunis vtor aquis Cichorii, Bugloſſæ, Violarum, Fumariæ in decoctione, quarum vſu ſæpe ſum expertus rem felicius ſucceſſiſſe.

Decoctum ligni Guaiaci, cum corticibus, aliter: Recipe ligni ſancti lib. j. Corticis eiuſdem lib. ß. Aquæ puriſſimæ lib. x. Macerentur vt dictum eſt 24 horas, atq; coquantur ad tertię partis conſumptionem. Præterea Rx. Enulæ Campanæ, Dactylorum ab oſſibus ſeparatorum ana vn. j. ß. Senæ Orientalis vn. j. vini albi li. vj Macerẽtur horas 24. ſuper cineres calidos, ita, vt propemodum vinum ferueat: deinde exprimantur: & huic vino miſceatur præcedens decoctio: poſtea adde Sacchari li. ß. Cinnamomi vnc. j. & exactis quatuor horis ab ea mixtione, traiiciantur per colatoriũ vini aromaticis, ac ſingulis matutinis capiat vnc. v. aut vj. & ante cœnam, vel cum ſe in lectum reiiciat, tantundem.

Decoctũ ligni Guaiaci cũ corticib. pro potu ordinario, Antonii Chalmetei: Rec. præcedentis decocti remanẽtiam, aquæ puriſſimæ li. xv. Bulliant ad tertias: adde Sacchari & Cinnam. quãtũ videbitur ad ſaporis gratiam. Aduertendũ verò non vnã eandemq; decoctionem, omnibus temperaturis eſſe parandam, ſed interdum valentiorem, interdum vero imbecilliorem, habita virium ac morbi, & cæterarum rerum, tum naturalium, tum contra naturam, ratione.

Decoctum Guaiaci cum Zarzaparilla pro Syrupo, incerti Autoris: Recipe Zarzæparillæ, Cort. ligni Guaiaci ana vnc. ij. Polypodii quercini vnc. j. ß. Cinnamomi electi vnc. j. Aquæ lib. xij. coquantur vſque ad libtarũ octo conſumptionẽ, coletur, & ſeruetur ꝓ Syrupo.

Decoctum Zarzæparillæ cum Guaiaco, pro potu: Rec. materiam

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 640 sur 1557

prioris decoctionis, aquæ mens. octo. Coquantur vsque ad duarum mensurarum consumptionem, coletur, & seruetur pro potu ordinario. In fine adde Cinnanomi electi vnc. ß. vel vnc. j.

Potio pro Phthisicis: Recipe Corr. ligni Guaiaci vnc. j. Tussilaginis, Virgæ Aureæ, Plantaginis ana M j. Consolidæ maioris vnc. j. Passularum, Iuiubarum, Sebesten, Glycyrhizæ ana vnc ß. Cinnamomi electi vnc. ß. Aquæ ferratæ mens. iv. coquantur ad consumptionem quartæ partis, cui adde olei sulphuris, quantum ad acorem inducendum sufficit. Vsus in prandio & cœna loco vini.

Oleum ligni Guaiaci. Ex Guaiaco ligno oleum hoc modo elicitur: Guaiacum aqua ardente, in qua Sal Tartari dissolutum fuerit, maceretur tamdiu, dum colorem aqua contrahat: tunc enim ipsa in aliud vas transfusa, noua adiiciatur; & maceretur vt colorem contrahat, idq; repetatur, dum nõ amplius coloretur aqua. Has omnes aquas coniunctas simul destillatione excipe: & in fundo Cucurbitæ remanebit oleum. Vlceribus malignis, doloribusq; probatur. è Iunipero eiusq; baccis simili modo educitur, pari ratione liquor, per se solus strumas discutit: maturat, aperit, purgat, glutinatq; nulla alterius medicamenti ope: si pili barbæ capitisq; cani, eo liquore calido madescant, præsertim si adiungatur secunda aqua, qua mulieres vtuntur ad flauos reddendos capillos, eos tingit rubro colore, in obscurum vergente: duratq; color his menses.

Idem aliter, Euonymi: Recipe ligni Guaiaci quantum sufficit, incide in frusta, & imple ollam, vel dolium magnum vitreatum intus, cuius orificium sit arctum: & fac foueam in terra, & præpara parietes eius cum terra figuli, deinde pone ollam vitreatam in fundo ex directo foueæ, habentem orificium magnum, & cooperiatur lamina ferrea subtiliter perforata: deinde præpara ista duo vasa cum terra figuli, ne ex vtriusq; orificiis respiret: deinde cooperi terra, & adde ignem per tres horas, vel amplius: finaliter resudabit oleum de ligno Guaiaco. Ad vlcera & dolores ex Morbo Gallico ortos valet.

Sal ligni Guaiaci: Sal ligni Guaiaci fit vt Hypericonis, vel Chamomillæ vel Graciolæ. Luem veneream curat.

Pilulæ ad fractam Oeconomiam hepatis in morbo Venereo, Heurnii: ℞. ligni Guaiaci iam in scobem tenuem redacti dra. j. Co-

ticis

ticis eiusdem ligni pulueriſati dra.ß. Salſæ parillæ pulueriſatæ ſcru.j. Cum Syrupo de Soncho fiant Pilulæ xx. Sumat tres cum iam paſtum initurus eſt.

Gingidium Græcis γιγίδιον, Latinis Gingidium & Biſacutũ. Herbarii vocant Gingidium Selinophyllum, Chærephyllum Syriacum, Chærephyllum Cilicium, Cerefolium Syriacum & Cerefolium Ciliacũ. Italis dicitur Gingidio & Biſacuto, Arabib. Gidium, Ægyptiis Doryſaſtru & Doryſatrum. Aſſyriis Adoris vel Adorium. Africanis Tinct: Germ. Syriſcher Cörffel. Duo adhuc eius genera ſunt quod primũ ab Herbariis dicitur Gingidium latifolium: Germanie Syriſcher Körffel mit den breyten Blettern. Secundum Herbariis dicitur Gingidium tertium, Viſnaga, Biſnaga, & Dentiſcalpiaria. Hiſpanis Biſnage, Viſnage, & Dentiſcalpiaria: Germ. Zahnſticher Kraut. Temperatam habent caliditatem, ſupra primum gradum, ſiccam vero qualitatem in ſecundo gradu, habentur pro medicina & alimento.

Galbanifera Græcis dicitur μετώπιον, & νάρθηξ συριακὴ, Latinis Metopium & Ferula Syriaca. Herbariis Ferula Galbanifera: Germ. Galben Kraut/& Syriſch Ferul Kraut. Humor vero eius ſiue Gummi Græcis dicitur χαλβάνη & σταγωνίτις. Latinis Galbanum ſiue Galbanus. Stagonitis, Chalbane, Chalbanum, à nonnullis etiam Galbina. Vocant etiam eam Herbarii Lachrymam Metopii, & Ferulæ Syriacæ lachrymam. Apud Serapionem lib. ſimp. c. 310. Chenechalbebi. Apud Auerrhoem Halherina. Apud Andream Bellunenſem Barzad & Bezard. Apud Stephanum Heliabbatis Gloſſographum Bezaredum, Satezedum & Satzeredum; Apud antiquum Gloſſographum Auicennæ, Beliatalgena, & apud alios Arabicos authores hæc ſequentia annotata reperiuntur nomina, Bezadarab, Bezaard, Bezaderad, Bezarat, Gnaſac, Halterma, Hazad, Haze, Zuffere, Addiniariar, Hnealbegi, Azad, Kenechs albedi, Kieth, Recoab & Sataredo. Italis ſuccus Galbano dicitur. Hiſpanis Galbano: Gallis du Galbanon. Cretenſibus Galbani, Polonis Galban. Ger Galbankraut. ſuccus Galbani habet virtutem calefaciendi, reſoluendi, digerendi emolliendi, & attrahendi. Eſt calidus in principio tertii gradus, & ſiccus in principio ſecundi. Vtitur interne & externe, deſtillatur etiam in oleum. Magnarum virtutum & operationum in Medicina.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 642 sur 1557

Gallium Græcis γάλλιον & γάλιον, γαλάτιον, γαλέριον: Latinis Gallium, Galium, Galatium, & Galerium. Officinis non adeo vsitatum, raro enim in receptis traditur, à flagrantissimo suo odore dicitur Gallia Muschata, cum tamē Gallia Muschata sit confectio Trochiscorum in officinis. Italis hæc herba dicitur Gallio siue Galio: Hispanis Coæja Leche Yerua: Gallis Floraſtre, petit Muguet, & Muget petit iaulne. Vngaris They Sugorito fiu, & Zent Iuan Veraga, hoc est, Flos Sancti Iohannis: Anglis Meydeshere: Germanis vnſer Frauwen Bethſtro & Liebkraut. Eius quatuor sunt genera apud authores: Sunt calidæ ac ſiccæ naturæ. 1. Genus adhibetur ad Mithridatium in fine Maij colligitur: hæc herba cocta in vino & exhausta mouet coitum: externe etiam multis affectibus adhibetur.

Geranium: Eius tredecim apud Authores deſcribuntur genera. 1. Dioſcoridi dicitur Sideritis Heraclea Crateuæ, siue Sideritis Crateuæ: Aliis doctiſſ. Medicis dicitur Geranium Rupertianum, Geranium Muſchatum, Geranium Vulnerarium, Gratia Dei Herba Rubea, Rubea Muſchata, Ropertiana, Rupertiana, Herba Roberti vel Ruperti: Ioanne Ruelio, Robertiana, aliis Ruberta & Herba Diui Ruperti, dicitur etiam Acus Muſchata: Italis Aco Muſchata & Ruberta: Gallis l'herbe Ropert, & Bec de Cicoigne ſentant le Muſc: Germanis S. Ruprechts Kraut/klein Schwalbe Kraut/ &c. Guilelmus Turnerus vocat Geranium Chelidonium & Geranium Hirūdinarium: Græcis γεράνιον χελιδόνιον. Alterum genus à Dioſcoride vocatur γεράνιον ἕτερον, μέῤρυξ, ὀξύφυλλον & ἱεροβρύγιας: Latinis Geranium alterum Dioſcoridis, Oxyphyllum, Hierobrincas & Pes Columbinus: Noſtris Simpliciſtis Geranium Columbinum: Italis Geranio Colūbino & Pie Columbino: Gallis Pied de Pigeon, pied de Columbo: Affricanis Iec. Germanis Daubenfuß. Tertium genus dicitur Geranium minus, Geranium aruenſe & Geranium inodorum: German. klein Storcken Schnabel. Quartum dicitur Geranium aruenſe album: Germanis weiſſer Ackerſtorcken Schnabel. 5. Genus dicitur Geranium Myrrhinum, & Geranium Cicutarium: officinis aliiſq; Medicis dicitur Roſtrum Ciconiæ, Roſtrum Gruinum, Gruina, Gruaria, Herba Gruina siue Gruaria & Acus Paſtoris: Italis Roſtro di grua & Roſtro di grua herba: Hiſpanis Aguyas Pampilhos: Gallis Bec de cicoigne, Angueille de bergier & Eſquille de bergier: Germanis Storcken Schnabel. 6. Genus Græcis dicitur γεράνιον βα-

τρα-

τραχιοειδὴς: Simpliciſtæ vocant geraneum cæruleum, Batrachium cæruleum, Ranunculum cærulæum, & gratiam Dei cæruleam, ab aliis etiam Geranium batrachoides: Gallis grace de Dieu: Germanis blauw Storcken Schnabel & blauw Gottes Gnad/ &c. Septimum genus eſt Geranium Dioſcoridis, Γεράνιον, Γερανόσπερον πελονίτις & τρίχα: Latinis Geranium, Pelonitis, Geranogeron, Trica, Herba Gruina, Echinaſtrum, Vchinaſtrum, Pulmonia, Roſtrum Vrſinum, & Roſtrum Ciconiæ: à Simpliciſtis Perimonia, Geranium Tuberoſum & Geranium Illyricum, Geranium primum & Geranium Dioſcoridis: Arabibus Geramon: Italis Geranio, Aco de Paſtori: Hiſpanis Pico de Ciguentha: Gallis Bec de Cicoigne: Affricanis Ieſce, Germanis Schlauoniſcher Storcken Schnabel. Octauum genus dicitur Γεράνιον κρητικὸν: Geranium Creticum, Geranium Candiacum: Italis Geranio di Candia: Germanis Cretiſcher oder Candiſcher Storcken Schnabel. Nonum genus Græcis Γεράνιον μαλαχοειδὲς: Geraneum Maluaceum & Geranium Mompeliaçum: Germanis Pappel Schnabel Kraut.

Decimum genus Γεράνιον βολβοειδὲς: Geranium Bulboſum, Geranium rotundum, Geranium Conſtantinopolitanum, Geranium Byzantinum, & Geranium Turcicum: Germanis Conſtantinopolitaniſcher Storcken Schnabel. Vndecimum genus dicitur Geranium Maculatum ſiue Maculoſum & Geranium fuſcum: Germanis Flecken Schnabel Kraut. Duodecimum genus dicitur Geranium Batrachoides minus, Geraneum Violaceum, & Gratia Dei minor: Ger. vocatur klein Gottes Gnad. Decimum tertium genus Cunrado Geſnero dicitur ἰσχαιμον, ab aliis Γεράνιον αἱματῶδες: Latinis Geranium Hæmatodes, Iſchæmus, Geranium ſanguinarium, Geranium gruinum, Geranium montanum, Roſtrum gruinum, & ſanguinaria radix: Gallis Bec de grue & Racine ſanguinaire: Hiſpanis Pico de gru: German. Blutwurtz Blutröſlein & Berg Schnabelkraut.

Omnia Gerania virtutem non ſortiuntur eandem: Moſchatum calefactoriam vim habet, nerualem, diſcuſſoriam. Rubertianũ deterſoriam quoq; & vlcerib. accommodatam. Primũ genus eſt herba vulnerib. ſanguinolẽtis excellẽtiſſima: 2. genus Hernioſis cõuenit: 3. 4. 5. & 9. genus idẽ efficiũt. 6. & 12. genus ſunt calidæ & ſiccæ cõplexionis in primo gradu cũ magna adſtrictione. 7. & 10. genus aperiunt & cõſumunt: 13. genus conſolidat & curat, 8. & 11. genus in nullo hodie ſunt vſu.

Gly-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 644 sur 1557

Glycyrrhiza, Latinis radix dulcis, officinis Liquiritia: Gallis Erculisse, Regalice: Germanis Süßholtz. Nonnulli ♂ ♀ appellant, quod in ore retenta sitim sedet atque arceat. Radix est fruticosa, lõga, numerosa, humi sparsa, ex qua caules assurgunt alti trium sæpe cubitorum, foliis lentissimis, densis, pinguibus, glutinosis tactu, ac Gummosis, Fraxinellæ similibus, floribus, purpureis & interdum albicantibus. Mense Iulio & aliquando citius fert siliquas paruas Cicerculæ magnitudine. Glycyrrhiza á Theophrasto Scythica dici videtur, quasi licet Scy hæ contenti sola vndecim & duodecim dies sitim tolerant. Eandem pueri habent in delitiis frustatim sectam & aquæ demersam vitreis ampullis pro siti sedanda: Mox enim vt aquam ex infusa Glycyrrhiza flauescentem ebiberunt, aliam in Lagenulam affundunt, agitant, iterandæ potionis causa. Ex Glycyrrhizæ radicibus succus expressus & in pastillos condensatus ad nos singulis annis ex Cappadocia & Hispania, vbi frequens est, aduehitur. Temperamentum habet mediocre, seu Symmetron tepidæ caliditatis existens: nostræ temperaturæ maxime familiaris. Succus Glycyrrhizæ omnibus propemodum affectibus est vtilis. Fabæ quantitate in ore dissolutus, Asperitatem gutturis lenit, æstui ventriculi confert, pectus lenit & purgat: nec non pulmonem & iecur. Apostemata mollit: Asperam tussim lenit, vesicæ & renum exulcerationibus medetur: sitim restinguit efficaciter. Radix ex vino & aqua assidue pota, difficulter & calidam vrinam emittentibus est auxilio. Præcipue tamen ad hoc valet radix ex lacte Caprino cocta. Arida radix in puluerem tusa, manantibus oculorum hulceribus insperſa, fluxum sistit, & hulcus sanat.

Syrupus de Glycyrrhiza. Mesuæ: Recipe Glycyrrhizæ rasæ vnc. ij. Capilli Veneris vnc. j. Hyssopi vnc. ß. Aquæ pluuiæ lib. iv. Macerentur horis xxiv. Deinde coquantur ad dimidias. Colaturæ adde Mellis optimi, Penidiorum, Sacchari ana vnc. viij. Aquæ Rosarum vnc. vj. Fiat Syrupus secundum artem. Thoracem & pulmonem expurgat, ideoque diuturnæ tussi & pleuritidi auxiliatur.

Syrupus alterans pituitam: Recipe rad. Apii, Petroselini, Fœniculi Asparagi ana vnc. j. Hyssopi Betonicæ an. M. j. sem. Anisi dra. iij. Passularum, Ficuum an paria. xx. flor. Anthos, Stœchad. Borrag. Bugloſ-

bugloſſæ an p.j. glycyrrhizæ vnc.j. Fiat decoctio & in libra vna & ſemiſſe, diſſolue mellis deſpumati vel roſ. quantum ſatis eſt. Rondeletius.

Decoctum bilem educens, Andernaci. Recipe intybi, cichorii, eupatorii, id eſt, agrimoniæ m. ſ. flor. borraginis, bugloſſæ, violarum ana p. ſ. Tamarindorum vnc. j. prunorum Damaſc. num. v. glycyrrhizæ vnc. j. ſ. Decoquantur vt ſupra ad tertias.

CAP. XX.

De Geniſta, Hypericone, Harmula, Herba ſophiæ, Helleborine, & Heliochryſo.

GEniſta optime ancillis nota, quia ea vtuntur pro ſcopis: Dicta cenſent, vel quod genu inſtar ad nexus ſit flexilis, vel quod genuum dolori medeatur: Germanis Ginſter. Naſcitur in locis incultis macris & aridis, præſertim quæ ſyluestris eſt, ramos fert herbaceos ſcabros, folia minuta, florem piſi, luteum, apibus gratiſſimum. Semen in ſiliquis paruis fert hirſutis, lenticulæ modo, quod maturum ſponte excidit. Duum dicunt eſſe genera: aculeata & non aculeata, ſeu maior & minor: maior dicitur aculeata, minor vero ſeu geniſtella aculeata eſt: Hinc nonnullis roſmarinus aculeata. Virib. à priore eſt diuerſa. Geniſta floret initio veris, tuncque flores nondum perfecte explicati, & aceto & ſale conditi, ſeruantur ad hyemem pro acetariis capparum more. Geniſta maior, quæ proprie geniſta dicitur, calida eſt & ſicca in ſecundo ordine. Geniſtella vero exiccat valentius, citra mordacitatem tamen: adſtrictoriamque ſimul facultatem poſſidet. Liquor florum geniſtæ ſtillatitius, ſicuti & ſal aduerſus calculum valet. Idem poteſt tuſum ſemen, per ſe ſemidrachmæ pondere ſumptum, ad ſudorem conuecto corpore. Item ſemen tritum & potum à drach. j. ad drach. ij. ſ. Cum aquæ mulſæ vnc. iij. aluum perturbat & ſubducit, veſicamque aperit & ſtrangurię medetur. Apes ex floribus geniſtæ reprobum mel conficere Nicander eſt autor, apes etiam frequenter mori, ſi vber geniſtæ florũ prouentus fuerit, ſcribit Dioſcorides. Tenera geniſtæ germina, vel flores tuſos, ſerpentum morſibus vtiliter imponi ferunt. Tuſa cum axungia geniſta, genua dolentia ſanat.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 646 sur 1557

Hypericum vulgo perforata, quod folia soli obiecta innumeris foraminibus scateant, & punctis pertundi videantur: Item millefora, fuga dæmonum, & chamæpitys, ab seminis odore resinaceo: Gallis mille pertuis, Germanis S. Joannesfraut. Planta est surculosa, cubitalis altitudinis, folia gerens myrtinis æqualia, sed tenuiora, molliora & magis flaueſcentia ac innumeris poris & tanquam foraminibus peruia: flosculos luteos in surculorum summitatibus, ex quinis foliolis aureo nitore collucentes gerens staminibus exilibus in medio concoloribus, quibus tabescentibus erumpunt siliquæ paruæ & obongæ minutis grauidatæ seminibus, quæ confricata resinam olent. Radix eius duriuscula est, multis fibris & capillamentis sulcata, flores & folia intrita succum quendam cruentum exprimunt & flores oleo macerati idipsum cruore sanguineo tingunt. Multi Ascyrum & Androsæmum cum hyperico confundunt, quod sint plantæ congeneres, multum tamen inter se vultu dissident, suntque diuersæ stirpes. Calfacit & exsiccat, estque substantiæ tenuis. Aqua hyperici stillatitia, epilepticis datur, & comitialibus. Vino coctum & potum hypericum venena educit, vrinam ciet & menses. Febres tertianas & quartanas eodem modo pellit. Prodest ischiadicis, sanguinis eiectionem cohibet: sanat tam interna, quam externa corporis vulnera & damna. Semen tritum & binis drachmis potum, choleram educit. Folia & semen trita ac imposita, adustionibus medentur. Contra phantasmata & tempestates à nonnullis gestantur, nec vana prorsus est superstitio. Reliquæ eius vires cum ruta sunt pares. Oleum hyperici calidum est & siccum, stipticum, ob id vulnera incisorum nervorum & combustionem ignis consolidat: sedat dolores femoris & vesicæ, vrinam ciet, confectio eius hæc est: Recipe summitatum hyperici iamiam matureſcentis vncias tres, macerentur in vino odorifero diebus tribus, bulliant deinde in vase duplici, obturato orificio vasis, hinc exprime & recentis hyperici par pondus iniice, & iterum macera & coque & exprime, idque tertio facito, ac si vinum minuatur, aliquid adde: Recipe deinde Terebinthinæ claræ drach. iij. Olei veteris clari vnc. vj. croci scrup. j. Coquantur in vase duplici ad vini consumptionem, postea exprime, & à sedimento purgatum oleum repone.

Oleum

Oleum medi inale. Recipe olei communis veteris lib. iij. Terebinthinæ Abietinæ lib. ij. Vini albi veteris & electi libram ſ. Olibani triti libram ſemis, Frumenti purgati vnc. iv. vel vnc. vj. Hypericonis lib. ſ. Valerianæ, carduibenedicti an. vnc. iv. Infundantur herbæ in vino per 6. aut 8. horas, deinde addantur frumentum & oleum & coquantur lento igne vſque ad conſumptionem vini: poſtea coletur, & exprimatur. Huic demum expreſſioni addatur Terebinthina & olibanum, iterumque coquantur leuiter, donec omnia perfecte miſceantur: & ſeruetur in vaſe vitreo ad vſum. Ad vulnera & contuſiones plurimum valet. *Croll. 178*

Oleum vulnerarium, inſigne, Heurnij: Recipe olei oliuarum lib. ij. vermium terreſtrium ſit. j. Viui hi vermes muſco quercino immittantur per diem, nam eo euomunt quicquid fædi à terra ſorpſere: adde flor. Hyperici, vel potius hos nondum emicantes lib. ſ. ſ. flor. centaurii minoris & capitum trifolii odorati ana drach. ij. Gummi elemni vnc. ij. Tota æſtate ſoliæ ſuati exponatur: ac ſingulis annis flores recentes abiectis antiquis remiſceantur: Nonnulli quid aquæ vitæ, in qua quid benie vini ſolutum eſt, addunt: quidam & aliquid Terebinthinæ addunt.

De Perforata ſeu Hypericone, Sic dicit Paracelſus.

Apto & idoneo nomine herba hæc *Perforata* appellatur quod nec ego mutaturus ſum. De qua herba quid ſtatuendum ſit, quemve vſum præſtet, pro decentia rei pertractabimus. Ante omnia autem ſciendum eſt, Deum nihil ad peruerſæ noſtræ voluntatis normam, ſed omnia ad perfectæ ſuæ voluntatis beneplacitum creaſſe. Facergo ac æquum eſt, nos contentos eſſe in eo, quod voluntatem ipſius intelligamus in illis rebus, ad quas nos creauit. Rem ita explicabimus. Homines nos ita affecti ſumus, vt optemus, vniuerſa ea, quibus opus eſt, citra laborem, ſudorem, exercitium & ærumnam omnem nobis obtingere. Hoc v. apud Deum ita ratum nõ eſt, ſed voluntatis ipſius ſumma hæc eſt, vt in ſudore vultus noſtri nos ſuſtentemus, ac proximo noſtro ſeruiamus. Super hoc fundamentum exſtructæ omnes artes ſunt, vt labore & ſudore omnia acquirenda ſint. Labore & opera Dei voluntas completur & perficitur. Hinc ſequitur, neminem quicquam, quiſquis ſit, citra hanc Dei

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 648 sur 1557

voluntatem impetrare posse. Quicquid extra hanc fit aut accidit, id momentaneum & inconstans est, ac perit eo modo, quo acquisitum est. Quod enim facile fit, facile perit. Ob id Deus etiam homini de necessariis omnibus prouidit, suamque erga homines voluntatem naturæ impressit, eaque Dei voluntas est arcanum, quod in rebus naturalibus consistit. Quot necessitates seu indigentiæ hominis sunt, tot vicissim sunt arcana, tot arcana quot volũtates Dei. Iam si voluntas Dei complenda est, necessitas est, medicum quærere ipsam ibi, vbi est: non quidem verbis, sed vsu luminis naturæ, quod docet voluntatem Dei, ipsi lumini insitam, inde petendam, & ad necessaria transferendam esse. Hoc modo arcanum detectum est.

Hæc de voluntate Dei eo fine indico, vt intelligat homo, Medicinam nihil quicquam aliud, quam voluntatem Dei esse, eamque non in hominis seu medici, sed Dei manu positam esse. In medici quidem manu ea posita est, si Deus ostendit, in quam herbam voluntatem suam Deus ad hoc vel illud collocarit. Et in hoc scientia medica differt à reliquis. Faber ferrarius soleam equi ferream cudit, quando vult, nec ratione ad id opus habet, vt voluntatem Dei in arcanis naturæ quærat, modo fabricet, fundat, cudat, &c. Ea enim voluntas Dei est, vt equus citra omnem scientiam & secretam in natura cognitionem sufferretur. Eadem opificiorum etiam ceterorum ratio est: non itidē & Medicinæ, cui opus est nosse, in quo & erga quem voluntas Dei directa sit. Si quis enim punctim cæsimue vulneretur, præstoque medicina sit, cui sanationem Deus indiderit, Deus autem sanationem admittere nolit, iam ea irrita, frustranea, deficiens, ac ad mortem ducens erit. Arcana Dei abscondita sunt, quibus se ne ipse quidem Medicus opponere, sed illa recte intelligere debet.

Medicina ergo aliter scientia non est, quam talis, vt voluntas Dei sit Arcanum, & Arcanum sit voluntas Dei. Hoc pacto Deus ipsi etiam perforatæ singularem voluntatem & arcanum erga hominem indidit, siue is bonus siue malus sit. Vt sol omnia illustrat, tam bona quam mala: ita & Medicina. Quæ mihi causa valde digna visa est, cur perforatam hoc meo in scripto non silendo transilirem. In hac enim herba Monarchia latet, ceteris omnibus

bus præstantior. Monarchia autem est id, quod est optimum, in quod cetera omnia diuertunt. Vt ex centro circulus: sic ex hoc perforatæ centro deducuntur illa, quæ eius naturæ sunt, & in perforatam redeunt. Id qui fiat, sic capite.

Cum Deus omnia creasset, postremo creauit etiam hominem, ex limo terræ. Limus autem terræ est *Quinta essentia totius mundi*, Extractum nimirum ex naturis vniuersis factum. Ex extracto hoc conditus homo est. Hinc colligitur Diathesis ex omnib. creatis erga hominem: ita, vt, quod hominem naturaliter sollicitat, id naturaliter etiam auertere ille possit per id, ex quo conditus est. Id enim ex quo factus est, noxam & damna illius auertere, ipsumque conseruare debet. Itaque consentaneum est, morbos omnes, aut quæ in homine subnascuntur, per fortius quid expelli debere. Nihil enim nisi fortius morbos expugnat. Ideoque medicina est fortitudo seu robur & potentia, morbos omnes expellens. Afferemus exemplum. Ignis liquat & consumit omnia metalla. Hæc iam fortitudo & complexio est. Ita ergo medicina in fortitudine quærenda est, aduersa ei, contra quod illa vsurpatur. Huiusmodi robur ipsa etiam perforata possidet, non ex qualitate quidem, aut cõplexione, sed ex fortitudine, quam Deus in perforatam collocauit. Per robur id, eadem naturæ spectra, vermesque abigit, & facit ad sanationem vulnerum & ossium fracturarum contusionumque. Taceo iam de Balsamea natura, quam continet, sicut deinceps tradetur. In perforata ergo arcanum id est, quod est voluntas Dei, qua per perforatam talia præstari & confici debent.

Multoties iam inculcaui, ex signato intelligenda esse, quænam rebus insint, quæue Deus illis indiderit, ad salutem & commodum hominum. Signatum id, hoc quoque loco considerandum est, nimirum perforatio, formaque foliorum & florum, & locustæ, ac venæ. De quibus declarationis loco hoc dico, perforationem eam & porositatem foliorum indicare, quod herba ea ad perforationes cutis omnes, tam internas quam externas auxilio sit, velut & ad ea, quæ per poros expelli debent, seu quę ad porosum emunctorium spectant. Quin & flores eiusdem putrescunt in formam sanguinis: quæ signatura docet, illos facere ad vulnera, quorum carnem contrahant & astringant. Præterea foliorum fi-

bræ signatum sunt, quod *perforata*, omnia phantasmata & spectra tam intra, quam extra hominem expellat. Phantasmata enim gignunt spectra, ita, vt videat homo spiritus visiones, & audiat similes phantasias, quod quidem per naturam fit. Suntque hi morbi, quibus incitantur homines ad seipsos iugulandos, quibus amouentur mente, & in maniam, delirium & similia agantur. Denique etiam stirps integra demonstrat, prædictorum nullum in hominis quacunque parte consistere, quod per eam non auferatur. Adeoque hęc herba est vniuersalis medicina totius hominis. Adde, quod illius etiam sapor vermibus ingratus sit. Quæ de caussa ipsam etiam impendio oderunt.

De quatuor viribus in perforata latentibus iam dixi, contra phantasmata, vermes, vulnera: adde, virtutem eius balsameam. De hisce deinceps notate, phantasmata esse morbum sine corpore & substantia quo in spiritu contẽplationis spiritus aliꝰ gignitur, à quo homo regitur. Spiritus ille genitus alias cogitationes, alios gestus naturæ cõgenitę porsus aduersantes instillat. Ad hunc morbũ remedia plura, quæ sanantur, quã perforata & coralli, producta à Deo nõ sunt. Et sciat eo casu medicus, phantasma illud non esse morbum ex melancholia, &c. sicut Academici nugantur. Est tantũ spiritus, qui non eliditur per ea, quæ melancholiam tollunt, sed tantum per illa remedia, in quibus fortitudo est & robur vi illum adimendi.

Huiusmodi virtus non est in Receptis aut Compositis illis, quæ officinæ promunt: sed est medicina à Deo ipso citra medicum composita. Et receptum illud est integre compositum & concinnatum à natura. Quod si id ergo contra phantasmata vsurpandum est, citra omnem compositionem assumi debet. Ibi enim præsto est verus compositor de quo scholares nihil sciunt, sed suum sordidum compositum potius tueri conantur. Hoc indico, vt sciat medicus non suo saltem compositio confidere, sed vt lumen naturæ potius quam Apothecariorum legat & euoluat. Composita, quæ Deus ipse concinnauit, citra dolum, assumenda sunt. Illi autem Academici persuasum habent, ea, quæ suis asininis capitibus assequi non possunt, nec Deo nec naturæ possibilia esse.

Porro scitote varia esse vermium genera. Alii enim fugiunt *Rutam*, alij *Angelicam* &c. Ita sunt etiam vermes, quibus aduersatur hyperi-

pericon, non saltem ob saporem, sed ob spiritum in perforata existentem, qui spiritus phantasticos, vt dictum est exigit. Idem perforatæ spiritus arcet etiam spiritus vermium & insectorum in aliam phantasiam, ita, vt sensus animalis ipsorum hunc spiritum fugiat, nec tolerare possit. Sicut n. solis splendor transit vitrum: ita hic quoque spiritus, spiritum sensuum in homine & bruto penetrat, non secus ac moschus halitu suo intimum ad cerebrum vsque effumat. Qua de causa etiam vermes fugiunt, & hui⁹ herbæ loco abscedũt. Insuper est etiam herba vulneraria, nõ quidem qualis per se est, sed debito modo, vt dicetur, præparata. Quilibet autẽ chirurgus sciat, nullam in omni natione Germanica aut alia quauis herbam esse, quæ præparatione ad vulnera sananda exaltari magis possit, quam perforata. Et ita exaltatæ virtus à nemine satis describi potest. Nec vlla ex receptis omnib. medicina est, quæ sine damno & accidentibus adeo solide & perfecte consolidet, ac sola est *perforata*. Nulla, inquam, herba, in omnibus terris ad vulnera salubrior reperiri potest, ac vnica perforata.

Libri omnes de vulnerum cura vnquam conscripti, si cum hac herba conferantur, vani & nauci sunt, cum meros clamores contineant. In perforata basis ac summa virtus latet. Ex eadem præparatur etiam Balsamus, cuius virtutes cum quolibet Balsamo naturali certare possent. Nec n. essentialiter adest Balsamus naturalis, sed per præparationem acquiritur, vt deinceps ostẽdetur. Hæc sanus quisque medicus optime accipiat. Hoc enim capite, longe plura & maiora, quam in vniuersa Galeni, Auicennæ aut aliorum seplasiorum chirurgia docentur.

Si aduersus dicta phantasmata vsurpanda sit perforata, secundũ cœlestẽ cursum sumatur, ea influentia, quæ ipsa quoq; spiritib. adueniet. Id fit potissimũ in Marte, in Ioue, in Venere, non cũ luna, sed contra lunam, non ẽt à meridie: ut sub noctem, sed sub solis ex ortum, ex oppositio solis, in aurora vel diluculo. Optima est illa, quę inter alias vtiles herbas aut flores enascitur. Quo est longior, eo melior: quo plures flores habet, eo est præstantior. Et carpitur, cum flores ad summum ascenderunt. Hæc herba, qualis per se est, continenter gestari debet sub pileo, in sinu, specie serti, aut in manu, ad odorem captandum. Noctu supponenda est puluinari. Denique ex pariẽ-

Perforatæ virtutes ad spiritus phantasticos.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 652 sur 1557

parietibus suspend, aut vndiquaque in domo defigi debet. Persuasumque sit vniuersis medicis, quod Deus ingens arcanum in hanc herbam collocarit, saltem propter spiritus & phantasmata maniaca, quibus homo in desperationem agitur, non quidem per Diabolum, sed per naturam. Sua enim eaque definita remedia Deus contra vniuersos morbos creauit. Medici officium est, discere, quærere & indagare, in quanam re quodlibet situm sit.

Perforatæ vsus ad vermes.

Ad vermes correctione nulla opus est. Vsurpetur herba, qualis à Deo ipso composita est. Euellenda ergo est illis signis, quibus ligna deiiciuntur, & foditur argilla, in quibus postea nulli vermes aut tineæ, &c. subnascuntur. Ita euulsa, imponi debet vulneribus verminosis, quæ a multa per negligentiam & imperitiam chirurgorum passim occurrunt. Quod si per æstatem quidem, & maxime diebus caniacularibus id sæpius à natura fiat: plerunque tamen ineptorum remediorum ea culpa est. Vidi equidem, tempore quoque brumali conspicue vermes enasci, tribus integris consequenter septimanis, quorum mane & sero frequenter manipulus integer vulneribus exemptus est: quod à suffocatione vulnerum eorum factum est. Hi vermes perforata aperiri debent. Quæ si imponatur, illi decidunt à vulnere. Quod si etiam ex putredine vermes alias in corpore nascantur: tunc vmbilico impolita perforata eos arcet. Sciendum autem discrimen, non omnes vermes ex putrefactione oriri. Et eo casu perforata etiam non iuuat. Iudicet ergo peritus medicus, quinam ex putredine sint, & quinam non sint. Exempli caussa. Videtis vermes oriri in caseo. Hi ipsi quoque hac herba tolluntur. Eodem modo ét in carne. Similis operatio etiam in homine fieri potest. Tale quid si accidit, herba imponi cuti aut vmbilico debet: ita vermes cedent. Postea leni purgatorio penitus exigantur. Momentum namque fere omne in hoc consistit, vt vermes loco expellantur, quod validissime facit perforata.

Ad vulnera, contusiones & fractaras ossium.

Vt perforata summe exaltetur ad medicinam vulnerariam: processus subtilissimus & certissimus, quo vulnera omnia & perfossiones curantur, ita se habet. Ex semine conficiatur oleum. Huic addatur Terpentinæ æquali portione. Affunde istis vinum rubeum bonum, in quo coquantur illa spatio horæ: Affundatur dimidium olei oliuarum recentis, & iterum cum rubeo vino coquantur per horam.

ram. Postea iniiciantur folia perforatæ, vt vas plenum sit. Coquantur iterum cum vino rubro horis sex, vt vinum omne consumatur, & duo tantum olea cum Terpentina supersint. Exponantur per mensem soli, & tandem processu sequenti remedium vsurpetur.

Porro correctio hæc sequens ad altiorem etiam gradum eam deducit. Ratio ita se habet, Adde superioribus flores centaureæ, Mastichen, Thus, Myrrham, Mumiam. Præparetur, vt supra.

Hoc etiam singulariter notandum venit, quod si Terpentina destillata sumatur, & cum florum copia permisceatur, hæcque vna in sole per mensem digerantur primo: Deinde cum semine iterum per mensem: Præterea cum dimidia parte Terpentinæ lotæ permisceantur, & iterum in sole per se digerantur: tunc Balsamus hic remedium insigne est ad vulnera venosarum & neruosarum partium, quas præseruat à consumptione futura, contrahens partes seu neruos deductos ita, vt nulla sutura opus sit, denique prohibet contracturam & resolutionem, si quæ à vulneribus impendere videatur.

Sed & hoc interdum accidit, vt vulnera infligantur in signis malignis, ita vt vulnus etiam leue, exitiale fiat. Quãdo ergo in vulnera talia, per se lethalia, nõ aũt lethalia secundum locũ aut membrũ, incideris: ea sequenti Balsamo sanabis, hoc modo. Sume *olei Lacarini*, & in id iniice flores perforatæ. Stent in sole sex diebus. Exprimantur flores, & recentes alii iniiciantur. Stent iterum senis diebus in sole. Hoc itera sexies vel septies, & comparabis Balsamum in vulneribus ceteris omnibus præstantiorem.

Sed Balsameæ naturæ genus etiam aliud præsto est, quod potari debet. Balsameum id genus est optimum vulnerarium remedium, si sumatur contra profossiones aut vulnera corporis interna, membra principalia attingentia. Similis potio vulneraria nullibi parabilis est. Præparandi is modus est.

Recipe *olei iuniperini candidi* lib. 1. *olei ex seminibus Hypericonis quart.* 1. His binis *iniice flores dictos, vt more vsitato digerantur. Exprimantur & recentes flores addantur.* Hoc aliquoties iterandum. Quo frequẽtius, eo melius. Præparatio hæc bibatur. Quod remedium hoc non præstat, id nullum præstabit aliud.

Recepta hæc eo saltem fine indico, vt sciatur, scriptorum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 654 sur 1557

aut medicorum nullum de istis laborasse, sed meras nugas vendidisse, dum proba vulnera mala fecerunt & ægrotos misere corruperunt. Quæ flagitia ne deinceps etiam admittere tentent, mea hæc remedia proferre volui, sperans fore, vt illis vsurpatis multa homicidia euitentur. Dolendum enim est, hominem Dei imaginem tanta temeritate aut à sanitate deiici, aut penitus ad mortem dari: eum tamen remedia perfecta à Deo creata sint, quæ in perditorum locum sufficienda.

Vtendi processus in vulneribus talis est, vt sumatur Balsamus, quem vsurpare vis, & calidus instilletur vulneribus, carpto linteo molli tectis, ita vt perpetuo madidum & oleosum, nec vnquam aridum vulnus sit. De potione vulneraria bibitur mane, sub meridiem, sub noctem, ita vt cochlearii illius vnico adiiciantur vini optimi cochlearia decem. Singulis vicibus bibantur cochlearia duo, ita, vt singulis diēb. bibantur cochlearia sex, vsq; ad curationis finē.

Cæterum in prædictis Receptis omnibus Balsamea quædam natura delitescit, ita, vt de viuentibus rebus nihil putrescere sinat. Notandum autem Balsamorum discrimen est. Sunt Balsami, qui cadauera conseruant. Sunt Balsami, qui non mortua, sed viuentia corpora præseruant, vt non putrescant, sed durent. Ea vero virtus ingens est remedii, qua homo ita conseruatur, vt ne putrescat. Nulla enim illic generantur vlcera, nulla apostemata, nullæ exulcerationes, nec quicquam aliud simile. Vos vero vniuersi medici, vbinam tale remedium promptum habetis, quod à putrefactione tali præseruet, ita, vt in viuente integro nihil putrefiat, sicut hoc loco nos de perforata testamur? Quis hanc virtutem componendo ei indidit? Non vos, sed Medicus summus. Recolligite ergo vos, & resipiscite, ne in peccatis vestris moriamini, hoc est, in falsis vestris compositionibus. Cogitate apud vos, componistam (vt ita loquar) Deum esse. Scrutamini naturam, non fatuas vestras literas, quæ meræ pedicæ & tricæ sunt.

Vt compositionis rationem vos doceam, scire vos velim, ad primum compositum addi debere Theriacam, & Methridatium electum, vna cum aliis Diaphoreticis, quæ vna ad solem in fimo equino digerantur, & postea vsurpentur pro ratione personæ & complexionis, &c. quæ peritis medicis relinquo.

No-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 655 sur 1557

Noſcendum porro & hoc eſt, quod ex herba hac & floribus deſtilletur aqua in Balneo Martis. Aqua hæc prodeſt ad ea omnia, quæ de perforata tradita ſunt: licet paulo infirmior ſit. Eius vſus eſſe poteſt, ſi malum non vſque adeo grande ſit. Tum intro aſſumitur, tum foris applicatur.

Hi Balſami etiam quamlibet oſſium fracturam, & contuſionem & concretum ſanguinem in corpore, curant. Hanc meam de perforata experientiam ideo proferre placuit, vt inania Recepta deſerantur tandem, & remedia vera quærantur. Interim Balneatorum & Tonſorum ea inſania eſt, vt integrum exercitum iugulare potius, quam remedia ſua inſania relinquere malint. Hactenus Paracelſus.

Oleum hyperici. Recipe ſummitatum hyperici vncias tres. Macerentur in vino odorifero diebus tribus & noctibus: bulliant deinde in vaſe duplici, obturato orificio vaſis: poſtea exprime, & recentis hyperici ſummitatum bene tritarum par pondus iniice, & iterum macera dies tres & noctes, coque & exprime, tunc etiam tertio recens hypericum adde, & ſi vinum minuetur, adde aliquid. Poſtea adde Terebinthinæ vncias tres, olei veteris vncias iij. croci ſcrupulum j. Coquantur in duplici vaſe vſque ad vini conſumptionem: cola, & repone. Calidum eſt, & ſiccum, & tenuium partium: Vulnera in ciſorum neruorum conſolidat, & combuſtionem ignis: ſedat doloris femoris & veſicæ, & prouocat vrinam. Oleũ hyperici magiſtrale. ℞. olei veteris lib. iv. vini albi potentis lib. j. flor. hyperici cum ſemine recentium m. iv. Tere & macera in vaſe vitreo, obturato eius orificio, duos dies: coque in duplici vaſe, & fortiter exprime: in colaturam iniice alios flores, vt dictum eſt, & tertio idẽ facito: deinde colato, & ad ſingulas colaturæ libras adde Terebinthinæ vnc. vj. olei abſinthii vnc iij. Dictamni, gentianæ, cardui bene dicti, tormentillæ, carlinæ, calami aromatici drach. ij. Lumbricorum in vino pluries lotorum vnc. ij. Terantur omnia, & inſolentur, triginta aut quadraginta diebus: & bene obturatum reponas. Ad eadem vtile: ſuperiori tamen efficacius eſt.

Balſamus hyperici compoſitus: Recipe flor hyperici libram vnam, viſci rad ſymphyti maior. vnc. iv. florum chamæmeli, florum verbaſci ana p. ij. olei ouorum, olei Terebinthinæ ana lib.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 656 sur 1557

ſ. Aquæ vitæ lib. j. thuris, myrrhæ, ana vnc. ij. maſticis, mumiæ ana vncias duas, ſacchari rubri vnc. vj. putrefiant ſimul in vaſe accurate occluſo in fimo per menſem: deinde exprimantur & circulentur in balneo per triduum: tum demum lentiſſimo calore decoquantur ad Balſami conſiſtentiam.

Sal Hypericonis, Euonymi. Hyppericonis plantam ſiccam in cinerem redige ſuper foco: cinerem proiice in aquam feruentem & decoquantur, & partes terreſtres ad fundum deſcendunt. Poſtea aqua in cucurbita in Balneo Mariæ conſumatur, & remanebit in fundo eius ſal: quem exicca bene. In pleuritide probatiſſimum eſt. Datur patienti in vino calido, quantum dimidio cortice nucis auel anæ contineri poteſt.

Aliud. Accipe cacumina (cum ſe ex flore in ſemen colligere cœpit) Hyperici, contundantur: vino albo maturo infunde, quo mergatur hypericum, ſoli per decem dies expone: hinc adde olei, quo pondere æquet & vinum & hypericum, inſolentur dies decē: Adice Terebinthinam, nempe vt quæq; libra olei binas vncias Terebinthinæ accipiat, & croci drachmam: Nucis myriſticæ, caryophyllorum, myrrhæ cuiuſq; ſemunciam, refinæ pini ſemunciam addat libræ, rubiæ tinctorum vnciam, bulliant in balneo obturato vaſe: vinum exſtilletur: mox cola. Vulnera glutinat, mundat, nec cicatricē fædat, putredinem arcet, contuſa recreat, venenis reſiſtit. Sunt qui antimonium addant, millefolium, caudam equi, beniouinum & conſolidam, axungiam porci, cuminum, roſas. Et quidem terræ infodiunt dicta ſemeſtri ſpacio.

Hyperici inſigne Balſamum, quod per os ſumitur, in capitis & internis vulneribus. Accipe olei baccarum iuniperi libram: olei extuſi ex ſemine hyperici iv. vnc. his adde flores hyperici, vitroq; clauſo inſolentur dies duodecim, agitato quotidie vaſe; his exactis, noui flores iniiciantur, abiectis effetis, idq; ſæpius repetendum: Rubia hic addi poterit, vel Holoſanthos.

Balſamus hypericonis ſimplex, Quercetani: Recipe flor. hypericonis minutatim conciſorum lib. ij. olei Terebinthinæ lib. j. vitell. ouorum num. xx. aquæ vitæ lib. ſ. mixtis omnib. putrefiant in fimo calenti per menſem integrum: poſt exprimantur, & ponantur ad ſolem per duos menſes.

Harmu-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 657 sur 1557

Harmula à Dioscoride & aliis Græcis vocatur πήγανον ἄγριον ἀγριοπήγανον, ἅρμαλα, βησασᾶ & à Galeno μῶλυ. Latinis peganum sylueſtre, ruta ſylueſtris galatica, harmala, beſaſa, moly galaticum, moly aſiaticum, moly cappadocium, & ab herbariis moly Galeni, moly Pauli Aeginetæ & ruta tura a, arabit us harmel, alharmel, armel, hermel, vaſac, Italis ruta ſaluatica ſecunda, anglis hermelrue, Germanis Hermelruth & Türckiſch kraut. Eſt calida & ſicca in tertio ordine, & vim habet ſubtiliandi crudum humorem & vrinam ducendi. Eius vſus eſt internus & externus.

Herba Sophiæ græcis appellatur θαλίκτρον & à nonnullis θάλικτρον, Latinis thalictrum & thalictrum, herbarijs ſophia, herba ſophia, & quibuſdam eruca geratina. Germanis Sophienkraut vel Wellſamen. Ambæ herbæ ſophiæ odoris ſunt grauis & minime iucundi, ſaporis ingrati, mediæ caliditatis & frigiditatis cum adſtrictione Earum vſus tam internus quam externus.

Helleborine græcis dicitur ἐλλεβόρις & βόειον. Latinis epipactis, borium, helleborine & elleborine. Herbariis Helleborinkraut/helleborine nigra herbariorum, ſchwartz Helleborinkraut Anglis Neeſevvoort ſanicle. Excalfacit & ſiccat: commendatur contra venena & affectus hepatis.

Heliochryſum Dioſcoridi appellatur græce ἑλιόχρυσον ἐλειόχρυσον, ἡλιόχρυσον & ἐλίχρυσον. A Galeno dicitur Ἀμάραντον Latinis eliochryſum, heliochryſum. Helichryſum, & ab Alexandro Benedicto holochryſum. Et ab herbariis elicriſum, & amaranthus Galeni. Italis helicriſo & helichriſo Arabib. elicriſi. Hiſpanis ſcoba hedionda, German. Sonnen goldtblum/& Prouintz goldtblum. Secundũ genus dicitur elichryſum ſiue heliochryſum Italicum. Germanis Italianiſch goldtblum. Vſus eius eſt internus atq; externus. Habet vim ſoluendi, exiccandi, & aliquantum aſtringendi.

CAP. XXI.

De hippoſelino, herba, kunigundi, hedera, helenio, hyſſopo, iunipero, imperatoria & iacea.

HIppoſelinum à Dioſcoride græce dicitur ἱππεσέλινον, Γεῖολον, & Ἀγριοσέλινον, à Galeno & nonnullis aliis Σμύρνιον. Latinis hip-

poſelinum, oluſatrum, grielum, Galeno, Aetio & Apuleio ſmyrnium, & Theodoro Gaza equipium. Herbariis dicitur ſmyrnium Galeni, ſmyrnium holeraceum, apium Hiſpanicum, apium Perſicum, apium grande, apium Alexandrinum, apium equinum, herba Alexandrina, petroſelinum Alexandrinum, & petroſelinum equinum. Apud vulgares medicos & officinas, & Soranum Epheſiũ, vocatur Alexandrum, olyſatrum & olixatrum vocabulis barbaris, & inepte petroſelinum Macedonicum. Hippoſelinum à Serapione lib. ſimpl. c. 280. Samarinion vocatur. Italis macerone. Venetiis herba Alexandrina. Neapolitanis Alexandro. & in Candia Macedonico. Hiſpanis perexil de maciantho, & apiodonico. Gallis macero. Ægyptiis denteroben. Polonis gieſs. Anglis Alexandre. German. Alexandriniſcher Peterſen/oder Peterſen auß Alexandria. Hippoſelinum eſt calidæ & ſiccæ facultatis in tertio gradu. Herba, radix & ſemen, tum in cibis & medicamentis ſunt vſui. Internus & externus eius eſt vſus.

Herba kunigundis, ſeu eupatorium Auicennæ, eupatoriũ canabinum & eupatorium canabinum mas, item cannabina aquatica, herba kunigundis, eupatorium vulgare, origanum aquaticum, trifolium ceruinum, conſolida ceruina & eupatorium adulterinum: Arabicis dicitur gafet: Italis eupatorio vulgare, eupatorio d'Auicenna: Hiſpanis guafete: Gallis eupatoire baſtard: Germanis Hirßklee ſiue Hirßwundtkraut. Alterum genus dicitur eupatorium cannabinum chryſanthemum, item eupatorium cannabinum fœmina, virga aurea aquatica, ſtellaria aquatica & cõſolida aquatica: Italis terzola: Germanis Waſſer wundtkraut. Tertium genus dicitur cannabina aquatica folio tripartito diuiſo: German. Hanenkampf &c. Eius temperamentum eſt calidum ac ſiccum, ſoluit, humectat, iecur confortat, eius vſus internus ac externus: deſtillatur in aquam, fit ex ea herba ſyrupus eupatorii Auicennæ, item extractum, ſal, item eupatorii Auicennæ extractionis ſyrupus &c. vide ſupra eupatorium.

Hippomarathrum græce dicitur ἱππομάραθρον, μάραθρον ἄγριον, & μάραθρος. Latinis hippomarathrum, fœniculum ſylueſtre, fœniculum erraticum, fœniculum equinum, fœniculum caprinum, fœniculaſtrum, Hieronymo Brunſvvicenſi, fœniculum caballinum,

Theo-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 659 sur 1557

Theodoro Græcæ equiſœniculum, Dioſcoridi mium & marathris, Plinio myſineum, myrſineum, magis thymarnolium, Italis hippomarathro, & finochio cauallino: Gallis fenoil ſauuage & fenouil ſauuage: Germanis Wilder fenchel. Secundum genus dicitur à ſimpliciſtis hippomarathrum album, hippomarathrum Anglicum, & ſaxifragia Anglica: Anglis ſaxifrage: Germanis weiſſer Roßfenchel &c. Tertium genus: Græcis ἱππομάραθρον ἕτερον: Latine hippomarathrũ alterum, & fœniculum erraticum alterum. Calida ſunt in tertio, ſicca vero in ſecundo gradu: Habent vim ſoluendi, aperiendi & diſſipandi: Eorum vſus tam internus quam externus: deſtillatur in aquam hippomarathrum, quæ multis ac variis conuenit morbis, vti apud medicos perſpicue demonſtratur.

Hederam dictam volunt vel ab hærendo, quod parietibus vetuſtis adhæreat, vel quod edita petat, vel quod id cui adhæret, edat & corrũpat. Græcis ciſſos, à Baccho, quem Athenienſes vocarunt Citton. Fabulam, apud alios licebit videre. Cur item Bacchus hædera coronetur, quæ etiam natura hæderæ, & de errore, qui in Theophraſtum irrepſit per librarios ciſſon pro ciſtho, hoc eſt, Ladano legentibus. Quæ omnia copioſe ſimul exequitur Ruellius lib. 1. cap. 87 German. Eppich. Tria Dioſcorides & Theophraſtus lib. 3. faciunt hederæ primaria genera: candidam, nigram, & quæ Helix dicitur. Loca amat frigida, & aquis maxime gaudet. Calorem vitat & locis calidis prouenit, hedera nigra circa muros paſſim creſcit, arboreſque ac parietes radicoſis amplectitur brachiis: in totum fruticoſa: folia, cum primum pubeſcit, ſunt angulo-ſa, complurimum in triangulam faciem exeuntia: Cum vero vetuſtior fit, ſunt pinguia, dura, immortali virore, flore exili, vitigineo, non inodoro: baccis primum herbaceis, mox atris, & nonnunquam croceis, longiori pediculo in vuæ modum dependentibus, ſparſioribus racemis, non in globum candidæ modo coeuntibus, ſed in acinos diſcretis. Radix numeroſa, denſa, flexuoſa, contorta, ac ſurculoſa, nec admodum profunda, muris & parietibus adhæret, arbores complexu ſuo ſtrangulat, & arbores quas inuaſit, perdit, brachiis enim ſuis radicoſis omne ex arboribus nutrimentum exugit, & ſterileſcere tandem eas facit. Cumque perpetuo vireat, multo etiam nutrimento indiget, quod

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 660 sur 1557

quod ex vicinis, quas comprehenderit, partibus quærit. Veteres etiam sæpe macerias, vinc entis glutini raptu, demolitur. Poetæ ob sempiternam eius comam hac vsi sunt. Vnde Verg. Pastores hedera crescentem ornate poetam. Hedera candida, quæ fœmina dicitur, German. weisse Ephew. brachia inter media folia emittit, quibus arbores complectitur, ramosa & robusta maxime: Corymbos seu racemos in orbem circumactos habet: folio albicat.

Tertia hederæ species peculiariter helix, hoc est, clauicula, alias hederula. Chamæcissos etiam, quod reliquis minor, sed alia à chamæcisso. In syluis nascitur, humi serpens foliis paruis, tenuibus, angulosis & rubris: viticulæ huic tenues sine corymbis. Viret perpetuo, sicut reliquæ species. Cato in libello de re rustica, mirum de hædera ad expetiendas vini fraudes documentum tradit. Si nimirum vas ex ligno eius fiat, vina transfluere, aquam vero si mixta sit, remanere: non enim continere vinum vas hederaceum. Lachryma eius psilothrum dicitur. Racemos vero corymbos vocant. Verg. 3. ecl.

Diffusos hedera vestit pallente corymbos.

Hederam tradunt ex contrariis compositam esse facultatibus: Partim enim adstringentem, terrenam frigidamque substantiam, partim acrem quæ calida est, partim etiam aqueam, tepidam nimirum, substantiam obtinet. Theophrastus calidam, & siccam esse scribit. Arefacti flores hederæ, & in puluerem triti drachmæ pondere ex vino poti, rubrum alui fluxum sistunt. Folia cum vino cocta, vel corymbi eius triti sumptique, menses reducunt. Iidem corymbi drachmæ pondere triti, cum vino poti, calculum pellunt, vt experientia constat: Cum aceto cocta folia, lieni applicata, dolorem eius mitigant. Omnis generis malefica vlcera, ex vino cocta, illitaque sanant, si decocto eius vlcera prius purgentur. Vapor decocti menses ciet: idem faciunt baccæ eius in sinum reconditæ. Succus foliorum naribus inditus polypum sanat: adustionibus quoque medetur. Folia cum aceto & aqua rosacea trita præstantissimum phrenitidi sunt remedium. Succus hederæ illitus capillos denigrat.

He-

Helenium, Nicandro in Theriacis referente, dictum, quod ex Helenæ fit lachrymis enatum: vel quod ab Helena satum fuerit, ad serpentum internecionem: Valet enim mirum in modum ad venena non modo, quæ corpus inficiunt humanum, sed & reliquorum animantium, præcipuum quadrupedum. Datum ouibus, cum vino aut aceto eas seruat, & sanat à peste quadam cui sunt obnoxiæ, quam vulgus clauolatum vocat. Latinis dicitur elenium & inula: officinis enula, vulgo campana & enula campana dicitur: Gallis aulnee: Germanis Alant. Duo sunt eius genera: Alterũ quod copiose apud nos hodie prouenit, alterum quod in Ægypto nascitur, serpillo simile, quod in coronas inseritur. Caulem Helenium nostrum habet crassum, durum, hirsutum, tricubitalem, & aliquando maiorem: Iustam interdum hominis staturam, æquantem: Angulosum, cui superne flores insident lutei, in quibus semen verbasco simile superuacuũ, tactu pruritũ excitans, mox à radice promit folia, longa, lata, aspera, mucronata, numerosa, tenui lanugine hispida, Flores aureos, stellatos, buphthalmi, aut conizæ mediæ æmulos, qui in scappos abeunt, remanente semine carduino non multum dissimili. Radicem habet magnam, crassam, longam, ex ruffo flauescentem, odoratam, suauiter spirantem, subacrem, ex qua ad compositionem, liliorum, aut irii instar, pingues propagines appendiculæ auferuntur. Montibus nascitur opacis & siticulosis. Radix æstate effoditur & concisa siccatur. Floret Iulio. Seritur Februario ex oculis, sicut arundo, quos abscindere & terra leniter cõuenit obruere, fossa subacta, & excitatis ad lineam puluinis, quibus oculos eius oportet infodere, intercedente trium spacio. Radix non exacte est calida & sicca: sed cum recrementitio humore: Non enim primo statim occursu calfacit. Intrinsecus radix Helenii asthmaticis & ex stomachi frigiditate laborantibus est præstantissima. In mustum iniecta, vt simul deferueat, contra dispnœam, tussim, hæmoptysin, pleuritidem, calculum, venena & menstrua summo auxilio bibitur, mouet vrinam. Contra eosdem affectus aqua stillatitia prodest: præcipue vero dyspepsiæ õfert. Viridis radix ad vsum conditur sicut zingiber. Aridæ radicis puluis cum saccharo & melle dyspnœicis & tussi lenta laborantibus lingitur. Purulentam materiam discutit & eicit: interna pulmonis, matricis & reliquorum

membrorum vitia sanat, conuulsis, pesti & serpentum morsibus medetur. Extrinsecus illita radix viridis serpentum & venenatorum morsib. auxiliatur: tumores genitalium corporis partium in vtroque sexu sedat. Folia in vino decocta membrorum dolorem, & ischiada imposita compescunt. De conditura helenii ex Columella, lib. 12. cap. 46. condiendi Helenii plures traduntur modi. Vnum hic posuisse satis erit. Mense Octobri, quo maxime matura est, radix è terra eruetur, a caspero vel cilicio linteolo quicquid adhærebit arenæ, detergetur: deinde acutissimo cultello summatim eraditur, ac plenior radicula pro crassitudinis, in duas pluresve partes digiti longitudine diffinditur: deinde ex aceto modice in cacabo æneo coquitur, ita ne taleolæ inuri possint: post hæc triduo siccentur in vmbra, & ita in fideliam picatam recondantur, adiecto passo vel de fruto quod supernatet, spissamentoq; cunilæ impositocontectum vas pelliculetur.

Aqua theriacalis. Recipe calendulæ, verbenæ, scabiosæ, foliorum recentium ana m. ij. rutæ, saluiæ, ana manipulum vnum, rad. perforatæ recent. vncias duas, rad. enulæ campanæ recent. vnc j. incidentur simul omnia, affunde vini optimi antiquissimi fului lib. ij. Eliciatur aqua Balneo Mariæ dicto vel igne cinerum, seruetur ad vsum. Recipe huius liquoris lib. ij. elect. pestilentialis (Med. Basilienſium) suo loco descripti, vnc. ij. Theriacæ optimæ vnc. j. Stent in vase diligenter obturato vitreo, in loco tepido per dies aliquot, quotidie agitando, donec aqua aureo colore tincta, vim omnem medicamenti in se traxerit, tunc sensim à fæcibus subsidentibus effundatur in aliud vas vitreum, in quo obturato diligenter ad vsum seruetur. Vel materiem supra dictam mox post commistionem in Balneo Mariæ vel cineribus destillato, & aqua seruetur vsui. Danatur viris & mulieribus vnc. ij. Pueris vero vnc. j. ad sudorem eliciendũ.

Hyssopus: Eius duo sunt genera: Hortense & Montanum: Hortense, frutex est nemini non cognitus, duobus vel tribus aslurgens pro ætatis tempore, caulibus, ramulis multis, foliis Satureiæ, florib. in cæruleo purpurascentibus, thyrsos spicæ modo vestientib. radice longa & lignosa. Passim in hortis hodie plantatur. Germanis Jsop. Montanum cum hortensi est idem, nec alia ratione quam loco differt, quod hæc cultis, illa incultis, asperis & montanis locis crescit folio prorsus origani, nisi q nonnihil est angustius. Floret vtraq; æ-

ſtate, ac in flore etiam potiſſimum carpitur. Locis gaudet apricis, nō pinguib. Seritur circa æquinoctium vernum, & planta & ſemine, quæ vbi comprehenderunt, viuaciores ſunt, quam vt hyemem ſequentem formident. Eſtq; hortenſis noſtra hyſſopus vera, vt ſumi quiq; viri huius rei teſtimonium perhibent. Calefacit & exiccat gradu tertio, eſtq; tenuium partium. Eſt etiam pituitoſum, hoc eſt, pituitā trahit & digerit: Sic n. Ruellius interpretatur. Intrinſecus hyſſopum decoctum cum ficis, ruta, melle & vino, potumq;, peripneumoniæ, tuſſi vetuſtæ, ſuſpirio, frigidis capitis fluxib. & orthopnœæ plurimum confert. Lumbricos enecat. Idem cum melle linctum præſtat. Cum ficub. viridib. & naſturtio, ad ſubducendum valet aluum, iri præſertim adiecta. Vomitiones eodem modo ciet. Cum ficubus coctum & gargarizatum, anginam adiuuat. Aceto decoctū dentium collutioni & dolori commodat, lieni cum fico potum prodeſt. Ramuli eius quinq;, cum duobus rutæ, & trib. ficis, thoracem purgant. Eiuſdem faſciculus cum quadrante mellis ad tuſſim decoquitur. Baccæ eius ternæ in aqua contritæ potę diebus ſedecim, comitiales iuuant. Eædem cum aqua potæ, regio morbo medentur. Extrinſecus cum origano, ficubus, & nitro illitum, hydropem reprimit. Vino decoctum, ac tepidum inflammationib impoſitum, eas refrigerat. Vapor eius calidus exceptus aurib. tinnitum & ſuſurrum pellit. Cum melle, ſale & vino tritum, ſerpentium ictibus aduerſatur. Cum oleo contritum, phthiriaſi & prurigini capitis reſiſtit. Collectiones inflammationeſq; è vino impoſitum ſanat. Ad hulcera manantia eſt efficax, ſuffocationes laxat. Quadrupedum ſcabiem ex oleo fotum ſanat. Syrupus eius ad vitia thoracis & pulmonis eſt efficax, humoreſq; excreatu difficiles extenuat & educit.

Syrupus de Hyſſopo, Meſuæ: Recipe Hyſſopi aridi, rad. apii, fœniculi, petroſelini, glycyrrhizæ an. drach. x. hordei mundati vnc. ſ. ſem. maluæ, ſem. citoniorum. tragacanthæ an. drac. iij. capilli veneris drac. vj. iuiubarum, ſebeſten an. num. xxx. paſſularum enucleatarum vnc. j. ſ. Ficuum ſiccarum, Dactylorum pinguium an. num. x. penidiarum albarum lib. ij. confice ſecundum artem. Conſeruatur ad annos duos in vaſe vitreato. Ad vitia thoracis & pulmonis, efficax eſt, humoreſq; excreatu difficiles extenuat & educit.

Vinū hyſſopites. Arnoldi: Vinum Hyſſopi virtutē habet diure-

ticam, dissoluendi, consumendi & attrahendi. Est vinum senum: valet in tussi humida, & epilepsia, pulmones & matricem sanat, & aperit vias vocales, vocemq; facit claram: asthmati confert.

Diahyssopum, Nicolai: Recipe hyssopi, ireos, thymi, melanopiperis ana drach. xxx. pulegii, thymbræ (eius loco sume satureiam) rutæ, cumini ana drach. xx. carnium, dactylorum, tragacanthæ, glycyrrhizæ, ca icarum pinguium, lassula um enucleatarum, fœniculi ana drach. x. zingiberis, sem. anisi, carui, sem. ligustici ana drach. ij s. mellis vel sacchari. q. s. Fiat electuarium, in vase fictili vitreato conseruandum. Hoc accommodatum est ad capitis quelam ex frigido: vuam exsiccat, arterias purgat, tussim compes it, omnes frigiditates pectoris & stomachi emendat, digestionem procurat, pleuriticis & empyicis mirabiliter opitulatur.

Iuniperus Latinis, Græcis Ἄρκευθος ἡ ἀρκεύθις. German. Weckholder/krametbaum/quod nimirum turdi eius granis vescantur. ἄρκευθος vero διὰ τὸ ἀρὰν κεύθειν, hoc est, quod noxii aliquid in se occultet: odorem enim eius reptilia auersantur. Iuniperus vero, vt aliquibus placet, quod iuniores & nouellos fructus pariat: Sola enim arborum fere fætus suos in biennium prorogat, qui ne matureſcunt quidem nouis superuenientibus. Duo sunt eius genera apud Dioscorid. Maior & minor. Vtrinsque coma est spinosa, virens perpetuo. Minor est humilis, sessilibus in terra ramulis, baccis minoribus, primum virentibus, altero primum anno matureſcentibus, & assumentibus nigrorem: Radices in summitate terræ sunt fusæ: corticem habet membraneum, fragilem, nec difficulter fatiscentem, subfuluum, qui accensus gratissimum spirat odorem, qui suauitate sua pestilentiæ contagia pellit, aeremque infectum repurgat: ex cortice æstiuo tempore lachryma, odorem & colorem thuris referens, exudat, quæ in gummi induratur, Arabibus Sandaracha, sed male, dicta. Officinis & vulgo vernix, quod rore verno magis concreſcat.

Maior in iustam arboris magnitudinem assurgit, caudice procero, cortice fragili, ligno fuluo, odorato, latioribus ramulis, aculeorum aceruo stipatis, baccis alterius similibus, maioribus tamen. Gaudet montibus & locis maritimis. In locis cultis & planis raro proueniunt.

Fru-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 665 sur 1557

Fructus in autumno atri, & ad biennium prorogati carpuntur. Calida est & sicca ordine tertio: fructus vero in primo: modice calfacit & adstringit, & ob hoc stomacho est vtilis. Vernix in recessu secundo. Fructus potus, ad vitia thoracis, tusses, inflationes, torminа & venenata prodest. Iecur renesq; purgat. Vrinam ciet, Conuulsis, ruptis & vrinæ strangulationibus confert. Folia seu aculei, aut succus eorum ex vino contra viperarum morsus bibuntur, & illinuntur. Afflatim sumptº fructus, stomachum mordicat, caput calfacit, & dolore quandoque diuexat. Alui excrementa nec retinet, nec propellit, Galeno teste. Vernix, hoc est, gummi iuniperi, vomitionem ex polline thuris, & oui albo excepta, supprimit. Stomachum in bilio os effusum vomitus, deuorata in ouo sorbili polenta eius, cohibet, dysenteric sque prodest. Incensæ iuniperi suffitu serpentes fugantur. Cortex crematus & cum aqua illitus, lepras eximit. Illitæ baccæ tumores sistunt, & oculorum epiphoras tollunt. Vernix profluentem è naribus sanguinem sistit, si ex candido oui liquore trita temporibus & fronti illinatur. Profluentem item aluum, cum thuris polline, & albo oui excepta, illita firmat. Destillationes uspendit suffitæ nidor, arcetque ne præcipites ad ima decumbant. Pituitam, quæ in stomacho aut intestinis coijt, digerit. Humorem etiam qui à cerebro repente deuoluitur, coercet. Vliginosos fistul rum sinus indita vernix resiccat. Grauedini suffitus eius auxiliatur. Hiantibus manuum & pedum rimis illinitur. Eadem in summa cum succino vires habet, in cuius defectu duplici hæc pondere loco eius sumitur.

Oleum ex baccis iuniperi, Heurnii: Recipe baccas iuniperi mediæ ætatis: misce parum aquæ vitæ, contunde in massam, adde & aliquid olei Terebinthinæ limpidissimæ: immitte vasi stanneo, ac claudatur, balneoq; imponatur vt æstuet. Ab horis tribus prælo subde, ac laminis ferreis tepentibus expri natur oleum. Id cochlearis copia sumptum excludit fætum, stomachum firmat, neruorum conuulsionibus ac resolutionibus medetur, colicos vteriq; dolores soluit, calculosis vtile: scabiem & fissuras curat. Similiter baccæ lauri, hederæ sabinæ exprimuntur.

Oleum è baccis iuniperi. Euonymi & Andernaci: Recipe baccarum

rum iuniperi, modium plenum: contundantur minutissime: iisque affundatur aqua pura, ea quantitate, vt optime cooperiantur: postea in vesica cuprea, vt vinum sublimatum, per aquam frigidam destillentur: postremo oleum ab aqua separetur, seruetur q;. valet ad multa: ad tormina, ad gonorrhœam, ad coli dolores ex catarrho. Hoc oleũ balsamo comparatur, guttarum trium aut quatuor instar assumptum, resolutionem neruorum, morborum attonitum, & alios cerebri affectus præcauet: corpus ab omni veneno & pestilenti aere tuetur, stomachum debilitatum ex frigore restituit: vomitiones cohibet: viscerum absces sibus medetur: renes purgat: calculos frangit: vrinam promouet: colicos & vterinos dolores cõpescit: difficultati intestinorum, sanguinisq; reiectioni, & pectoris pulmonumq; vitiis conducit: morbo arquato, & aquæ inter cutem prodest: vermes necat. In summa omnibus membris læsis, vi sua penetrandi medetur, foris inunctum: conuulsis, tremore & conuulsione infestatis subuenit: scabiem, vlcera inueterata, malignaq;, nec non condylomata curat: dolores lumborum, coxarum, podagræ & colicæ, vmbilico illitum, sedat: fissuras manuum sanat.

Aliter, Heurnii: Recipe baccas iuniperi, contunde in massam, ligneo vasi impone, affunde aquam æstu bullientem, vt obruatur massa: iunge fæcis vini eam copiam quę medii pedis altitudinem superet: cooperto vase diebus quatuordecim illi otium sit, dum nempe acorem instar fermenti ducat massa: quotidie bacillo hæc massa agitetur. Tandem fiat destillatio ex eo vase, [illegible] Terebinthina eliquatur, excipulum amplum sit. Ignis lentissimus initio excludet spiritum iuniperi: Hinc substantiam vini, & granorum: hoc vinum apud Colonienses maximi vsus & pretii est Cochlear haustũ eius partum accelerat, stomachum firmat, conuulsionibus ac resolutionibus medetur, colicos vteriq; dolores compescit, ab inquinato peste aere tuetur, calculosis expeditum remedium, fissuras vlceraque manuum sanat.

Oleum ex lignis iuniperi, Rogerii: Oleum è lignis iuniperi eodem modo fit, quo oleũ è lignis quaiaci. Frigiditatis causas remouet, vel reprimit, & typum quartanæ. Sed magis singulare & speciale, facta inunctione ab vmbilico vsq; ad mulierbria, est, renes & matricem confortare, & eius humiditatem exiccare, & ad conceptionem præparare.

Extra-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 667 sur 1557

Extractum iunipeti, Andernaci ex Euonymo: Baccæ iuniperorum recentes, maturæq;, in Septembri mense collectæ, modij instar in mortario conteruntur, dum nulla earum integra supersit: deinde lebeti, qui quatuor aut quinque vrnas continet, induntur, coquunturq; donec omnem vim exuisse videantur: postea ab igne remouentur, & quam validissime sub prælo, per lineos densosq; sacculos diligenter & exacte exprimuntur: mox succus iterum per lineum sacculum colatur: quo purior euadat, & materia terrestris, si quæ adhuc inest, ab eo separetur: tandem igni rursus superimponitur, incoquiturq;, donec ad spissitudinem perueniat, & purpureus quasi appareat. Illud autem aduertendum est, ne dum coquitur, aut effluat, aut adustionem resipiat. Duplici igitur quidam lebete vtuntur, vt cum succus fere incoctus fuerit, commutari possint, qui tamen coctionem diligenter obseruarint, ii vnico perficere poterũt: nimirum vt paulatim succum in lebetem infundant, neque singulis vicibus supra modum impleant: ne dum ille inflatur, præsertim in secunda ebullitione, quando fere percoctus est, totus in ignem defluat, quare diligentia adhibenda est, & cochleari culinario continue subigi, commouerique debet. In prima quidem ebullitione à fundo vsque agitandus, ne aduratur: alias ingratus fiet, & adustionem referet. Præstat etiam, vt ad iustam crassitiem percoquatur, temporis namque processu per se magis ac magis extenuatur, gratiorque euadit, quo purior seruatur: nisi enim mundus retineatur, perdurare nequit. Præcellentissimum est extractum in curandis præcauendisque morbis. Datur adultioribus; cochlearis instar mane & vesperi: iunioribus, minæ pondere. Benefacit præcipue calculosis, arenosis, colicis, vteri strangulatui, menstruis suppressis, variis defluxionibus, angustiæ pectoris, tussi, cruditati stomachi, pestilentiæ, syncopæ, vertigini, oculorum doloribus, phrenitidi, surditati, oris fœtori, aquæ subter cutem, morbo comitiali, abscessibus internis, & membrorũ tremori auxiliatur: stomachumq;, & caput corroborat: iecori conuenit: prodest menstruis superfluis: præseruat ab omni morbo superuenienti: visum incolumem seruat: contra omne venenum, & aerem pestilentem singulariter efficax est, vt non immerito Germanorũ theriaca dici queat. In autumno, hyeme & vere secure vsurpari potest, idq; pro superueni-

entis

entis morbis ratione semel aut bis in septimana, præseruationis grati. Æstate, cum calor viget, vtendum eo non est, nisi necessitas postulet. Ad duodecim annos seruari potest, si recte sit confectus.

Vnguentum ad psoram, Rondeletii: ℞ ol. iuniperi vnc. iij, lithargyri auri vnc. iv. olei lucernarum, olei nucum an. vnc. ij tartari albi vnc. j. ſ. vitrioli, ſalis communis n. drac. iij. ſucci plantaginis, limonum an. vnc. iij ac ti ſtyllitici an. vnc j Miſce & fiat vnguentum.

Sal è baccis & lignis iuniperi: Gesneri: Recipe virgulta iuniperi arida, vna cum ſuis baccis, in magna quantitate, & in cinerem combure exactiſſime. Cum hoc cinere fiat lixiuium cum aqua mediocriter calida, aut potest in vaſe ligneo cinis cum aqua relinqui, vt ſubſideat, ac poſtea aqua ſeorſim effundi, & cinis cum aqua turbida ſeparari. His aqua alia affundenda, idque aliquoties, quoad nullus ſapor lixiuii in aquam deponatur, ac poſtea aqua decoctione ſumenda, ad exiccationem materiæ & eiuſdem albedinem.

Imperatoria: Eius duo ſunt genera: primum dicitur à vulgarioribus oſtricium, aſtrencium, oſtentium, aſtrantia, oſtrutium, aſteritium, aſtrutium & magiſtrantia: Italis Imperatoria: Gallis Otruche & imperatorie: Germanis *Meiſter Wurtz*, &c. Secundum genus dicitur Imperatoria minor montana, Imperatoria alpina, vel aſtrantia alpina, quidam vocant aſtrantiam maiorem: calefaciendi vim habet hæc herba in tertio gradu. Eius vero ſuccus attingit quartum gradum: Vtitur interne atque externe, niſi quod ſemen eius maximarum eſt virium Radix, ſemen, folia, & ſtillatitia aqua, omnibus corporis frigidis paſſionibus, febribus putridis, frigido ſtomacho & venenis, pro perſonæ & morbi qualitate ſumpta, & extrinſecus etiam impoſita auxiliantur. In vino decocta pulmonem calfaciunt, diſpnoeam & frigidam tuſſim adiuuant: calculum veſicæ & renum expellunt, mortuos fœtus & ſecundas educunt, frigidis iſchiadicis ſunt remedio, ſudores prouocant, hydropem pellunt, omniaque frigida membra reficiunt. Vulnera & venenatorum morſus impoſitum Smyrnium, vel ſuccus vulneri infuſus ſanat: idem efficit ſtillatitia aqua, ſi vulnus ea purgetur. Omnis generis tubercula ſiue radix ſiue ſuccus eius illitus diſcutit & ſanat: gangrænis item medetur.

Iacea

Iacea græcis Ἀφύλλανθες latinis Aphyllantes : Eius genera sex sunt, 1. genus dicitur à simpliciſtis lacea nigra: Italis Iaceanera: Germanis *schwartz Flockenkraut* : à Chirurgis *Bruchſanickel*, quod idem eſt, ac ſanicula ad rupturas, vel ſanicula rupturarum. ſecundum genus Herbariis dicitur Iacea alba: Italis Iacea bianca: Germanis *weisflockenblum* &c. Tertium genus dicitur Iacea tertia, ſiue Iacea rubra latifolia laciniata: Quartum genus dicitur Iacea aculeata & conſolida aculeata, nos dicimus Iaceam tuberoſam, à radice, Germanis dicitur *ſtabelkraut* &c. Quintum genus dicitur Iacea muſchata, Iacea montana, & herba muſchata maior: Germanis *groß Biſemkraut* &c. Sextum genus à herbariis dicitur Iacea lutea: Italis Iacea gialla: Germanis *geel flockenblum*: Anglis Vellovve Knapvved &c. complexionis ſunt calidę ac ſiccæ, habent magnam communionem cum ſcabioſa : Uſus eius apud Medicos tam ab intra quam ad extra.

CAP. XXII.

De Iunco, Linaria, Lupulo, Lauro, Lilio, Libanoti, Liguſtico, Lolio, Laſerpitio, Lepidio & Meliloto.

IVncus græcis Σχοῖνος, Σχοῖνος ἕλειος, Ελειόσχοινος, Σχοῖνος ἐνύδρος & ἐνυδρόσχοινος, Latinis Schœnus, Elioſchœnus, Endroſchœnus, Scirpus, Iuncus, Iuncus paluſtris & Iuncus aquaticus & pro differentia Iuncus odoratus: Arabice apud Serapionem lib. ſimpl. cap. 101. & 103. dicitur Dis apud Alſaharauium, Albardi, Andrea Bellunenſi, Ahalef, Italis Giunco: Hiſpanis Iunco: Gallis Ionc: Vngaris Zitthio: Affricanis Cadua & Chudua: Germanis *Bintzen*.

Septem eius ab authoribus enumerãtur ſpecies. 1. Græcis dicitur ὁλοσχοῖνος, Latinis Holoſchœnus, à ſimpliciſtis Iuncus aquaticus maior: Italis Iiunco acquatico maggiore: Germanis *groß Weyerbintzen*. 2. dicitur Iuncus aquaticus minor: Italis Iiunco aquatico minore, Germanis *klein Weyerbintzen*. Tertium genus græcis dicitur ὀξύσχοινος, Latinis Iuncus acutus & Iuncus acuminatus: Germanis *Scharpffbintzen*. 4. genus græcis Σχοῖνος λεῖα, Latinis Iuncus leuis, apud Plinium Mariſcus germ. *gemein glatt bintzen* 5. genus vocamus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 670 sur 1557

Iuncum ſyluaticum, germ. *Waldbintzen*: 6. genus eſt cyperus Theophraſti, græcis Κύπειρος, à Theodoro Gaza & Valerio Cordo, gladiolus paluſtris, aliis iuncus cyperoides, & Iuncus cyperinus floridus. ger *Bintzen ſchvvertel*, & *Cyperſchvvertel*: hoc idē eſt ac gladiol⁹ cyperinus ſiue xiphioſchœnus: Anglis *Water gladio'e* 7. genus dicit Iuncus marinus: Italis Iunco marino, germ. *Meerbintz*: Anglis *Seruſches, &c.* Iunci ſemen contuſum & cū vino hauſtū, dyſenteriam obſtruit itē menſtrua mulierū, mouet aūt vrinā & facit dolores capitis teſte Dioſcoride li. 4. c. 42. Galenus dicit ꝙ ſemen ei⁹ moueat ſomnum. Habet aūt vim calefactoriam & exiccatoriam citra morſum.

Cyperus venarum ſpiracula laxat. Vrinam & menſes ciet. Ad calculos & aquam ſubter cutem cōmodiſſime bibitur. Scorpionum ictui medetur. Pota, teſte Galeno, vuluas aperit. In tribus vini heminis, ad tertias decocta, tuſſi, Plinio autore, medet. Præcluſionib⁹ & refrigerationibus vuluę fotu prodeſt. Farina eius ad oris hulcera depaſcētia eſt efficax. Malagmatis præterea calefacientibus & vnguentorū ſpiſſamētis additur. Hulceribus ſerpentib⁹ illinit ex vino vero vel aceto, iis quæ in ſtomacho ſunt hulceribus medetur.

Puluis ad ventriculū calfaciendū, Rondeletii, ℞. gal. ngę. cyperi, caryophyl. a. drac. ij. abſinthii, menthæ, vnc ſ. miſce & fiat puluis.

Puluis ad capitis dolorem à vaporibus, Rondeletii: ℞ cyperi vnc. ſ. flor. anthos vnc. j. cort. citri ſicci, granorū tinctorum, ſantali rubri, albi a. drac. ij. miſce & fiat puluis tenuiſſimus.

Linaria à foliis lini dicta, græcis & latinis Oſyris. item herba vrinalis. Gallis linia ulne ſauuage. Quatuor huius enumerat Tragus ſpecies. Prima, q̄ deſcribit Dioſco. frutex eſt niger, virgas habens tenues lentaſq; in quibus folia ſunt terna aut etiam ſena interdum, ceu lini, nigri initio, deinde colore mutato ſubrubeſcentia. Hæc officinis linaria dicitur, Dioſcor. Oſyris, germ. *Harnkraut*, à facultate Hæc ipſa adeo eſt ſimilis herbæ lactariæ ſeu eſulæ minori, vt vix etiam diſcerni queat. Obſeruantibus tñ facile erit diſcrimen: eſula enim lacteum liquorem fundit: hæc minime, item hæc eadem flauos fert flores, thalictro ſimiles, inſtar vmbilici aut canini capitis acutos: in medio luteos, qui in capitula mutantur, in quibus ſemen gentianę ſimile. Diſcrimen harum verſiculo vulgato Barbari oſtenderunt.

Eſula cum lacte, ſine lacte linaria creſcit:
Florem fert æſtate, totoq; inſuper Autumno.

AL-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 671 sur 1557

Altera ſpecies priori ſimilis, præterquam ꝙ flos eſt minor & ſubflauus. Nomen idem cū priori obtinet. Tertiam ſpeciem facit Heliochryſon, à forma q̄ cum amarantho, quem græci Heliochryſon vocant, habet; foliis & caule prioribus ſimilis, ſed tenerioribus & iucundioribus, floribus in caulis ſumitate copulatis, quales ſunt Heliochryſi maioribus tñ rubicundioribusq;. Naſcitur locis apricis, harenoſis & humidis. Quarta naſcitur ſpecies in locis aridis, & iuniperos ferentibus, flore lini cæruleo. Oſyris ſeu linaria qualitatis eſt calidæ & humidæ. Vrinam ducit, vnde vrinalis herba eſt dicta, ꝙ tamen nomen aliis quoq; herbis tribuitur. Oſyridis ſiue linariæ aqua ſtillatitia, cum drac. pulueris corticis Ebuli pota, vrinā fortiter ciet, nec niſi hydropicis eſt danda. Eadem aqua pota ſedes prouocat, Ictericos ſanat, præſertim ſi cum vino aqua fuerit decocta: lecoris item obſtructiones aperit. Heliochryſi flores & folia in vino decocta vrinam cient: philtra & venena educunt: ruptis medentur, ſanguinis grumas diſcutiunt, & expellūt, menſes & ſecundinam prouocant. Deſtillationes capitis, cum vino aridi flores ieiuno ſtomacho drachmæ poti pondere, cohibent. Oculorum inflāmationes & ruborem ſuccus linarię illitus ſanat. Herba ipſa, ſuccus & aqua, omnia damna, vt carcinomata & fiſtulas, curant. Faciei maculas & rugas, cum ſucco mulieres formæ ſtudioſæ, extergunt Heliochryſum calculo lumborum, matricis & veſicę doloribus, in deſeſſionibus medetur. Aridi flores veſtes à blattis conſeruant.

Lupulus, Lupus ſalictarius, vulgo humulus, volubilis à Meſue, Lupus item reptitius, & volubilis magna: Nonnullis Habiola & Habilla. Bruſcandula, quaſi bryonia ſcanſilis. Aliq ſmylacem voluntęſſe Dioſcoridis aſperam: Gallis Houbblon. ger. *Hopffen*. Duo lupuli tradūtur genera, loco ſolūmodo & cura diſcreta: Hortēſe & ſylueſtre. Caules habet vterq; aculeatos ſeu aſperos potiꝰ, longiſſimoſq;, folia vitis albæ, hiſpida & nigriora. Hortenſis quotañis initio ſtatim veris circa radices circumciditur, mox circa Martii finem aſparagos emittit rotundos, puniceoſ, abſq; foliis, quos folia inſequūtur, ternis fiſſuris aut quędā etiam quinis, aſpera, nigricantiaq; velut rubi folia: creſcensq; perticis appoſitis longioribꝰ ſe circumuoluit. Menſe floret Iulio, flore ſubflauo, & albicante pene, ſicut

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 672 sur 1557

vitis, ex quo capitula enascũtur, velut squammatim folliculis compactis, nucis iuglãdis magnitudine, interdum etiam minora, p terræ natura, quæ ad vsum potus quem cereuisiam vocãt, colliguntur: sub squãmatis folliculis semina rotunda, subflaua, ac propemodũ punicea, gustu sicut lupulus amara, conduntur. Gaudet locis cultis & solo fertili, sylueſtris vero sponte locis incultis, & circa sepes passim nascitur: satiuo per omnia similis. Calidus est & siccus in secundo ordine: soluit, maturat, & aperit vlcera. Cereuisiæ coquendæ potissimum eius est vsus. Vtuntur etiam eo pistores ad inflandos panes quod alias fæce cereuisiæ efficiunt. Teneros lupuli Asparagos, gula in luxum vertit, & in ciborum deliciis esse fecit. In cibo itaque tenella, adhuc germina sumpta, sanguinem purgant, obstructiones alui, iecoris & splenis soluunt. Eadem, vel in vino decocta capitula, aduersus cuncta venena, pota prosunt. Extrinsecus suffitus lupuli matricis obstructiones aperit, difficultatem vrinæ adiuuat, ac calculo vesicæ laborantibus confert.

Syrupus de lupulo. Recipe succi lupuli depurati lib. iv. succi fumiterræ depurati lib. ij saccharilib. vj. Coquantur secundum artem, refrigerat, & collectionum impetus lenit, bilem regio morbo laborantibus, detrahit. Pituitam in aqua inter cutem exigit per aluum.

Laurus, Græcis Daphne, Germa. *Lorbeerbaum*. Fructus seu Baccæ eius Græcis Daphnides, Latinis Baccæ Lauri, Germ. *Lorbeer* dicuntur. Non attinet de fabula Daphnes & Apollinis, item de honore & superstitione huius apud veteres multa dicere. Et victoriæ enim symbolum fuit, & plebs Magistratui lauri folia & ficus, Xenii vice offerebat. Vates quoque huius foliis coronati sunt: Atq; hinc etiam Laureati dicti sunt Poetę. Iam ad descriptionem & vires eius Plura sunt eius genera: Delphica, seu Triumphalis, Cypria: Tinus quam sylueſtrem vocant: Mustax dicta folio maximo flaccidoq; albicans. Taxa seu Baccalia, quæ vulgatissima & baccarum fertilissima. Primaria duo faciunt eius genera: sterilem, quam marem vocant: & fœcundam quam fœminam. Cortice leui vestitur & tenui, radices spargit obliquas, inæquales, quæ suapte natura non recto tramite progrediuntur. Coma frondet perpetua, caudice procero, pingui succo scatente, nodis perquam paucis. Fert vuam,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 673 sur 1557

uam, tam fœcunda quam ſterilis: ſed copioſius ſterilis, quam marem aliqui vocant. Fœcunda baccifera, carne in nucleo concepta. Aiunt ſi lauro teratur hedera, laurumque terat eadem, ignem excuti, & flammam earum attritu concipi, excipiente materia aridi fomitis, fungi, vel foliorum facilime conceptum. Quod primum exploratores in caſtris & paſtores inuenerunt. De lauro vide copioſe Ruell. lib. 1. cap. 92. conficitur etiam ex lauri baccis oleum, quod Laurinum dicitur, de quo paulo poſt. Lauro excalfactoria mollienſq; eſt natura. Baccæ magis quam folia calfaciunt. Baccæ lauri, cortice detracto, tuſæ & cum melle aut dulci vino eclegmatis modo temperatæ, præſtantiſſimum ſunt remedium Pthiſicis, graui item tuſſi & difficili ſpiratione laborantibus, nec non deſtillationibus capitis ad pectus defluentibus: & torminibus. Cum vino potæ, tuſæ baccæ lauri, ictibus ſcorpionum auxiliantur. Tuſus lauri cortex, tertia drachmæ parte in vino potus calculum frangit, iecinoroſis prodeſt. Vinum in quo decorticatæ lauri baccæ maceratæ fuerint, potum prodeſt puerperis, poſt partum alui dolorem aut tormina ſentientibus: ac reliquias expellit. Doloribus & tumoribus matricis lauri folia in deſeſſionibus auxiliantur. Viridium foliorum ſuccus illitus, apum, crabronum, & veſparum ictus ſanat. Vitiligines idem extergit. Aurium tinnitum infuſus pellit, modico vino admixto. Lauri frondes in arua fixas, à robigine fruges tutas conſeruare antiquitas tradidit. Oleum laurinum calidum eſt & apertiuum, mitigat colicam, & frigidos dolores ventris, ſtomachi, capitis, hepatis, ſplenis, renum, neruorum, matricis, iuncturarum, denique omnibus ægritudinibus ex frigida humiditate ortis confert.

Oleum Laurinum. Oleum Laurinum apud nos non facile fieri poteſt: Quoniam vero in magna copia affertur ex Italia & aliunde, ideo facile emitur à materialiſtis. Calidum eſt & apertiuum: mitigat colicam & frigidos dolores ventris, ſtomachi, capitis, hepatis, ſplenis, renum, matricis, neruorum, iuncturarum: denique omnibus ægritudinibus confert.

Oleum è baccis Lauri eodem modo quo oleum è baccis iuniperi, deſtillatur. Ex lib. vna baccarum, ſcrup. j. olei communiter extrahitur. Valet contra Colicam & Iliacam, ſciaticam paſſionem.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 674 sur 1557

Lilium à nonnullis Græcorum Crinon, ab aliis qui ex Iunonis lacte natum credunt, Iunonia rosa dictum, in coronamentis rosæ proximum est: Illius enim candor eximius, odor suauissimus & elegantia formæ nobilitatem illustrant. Planta est bulbosa, fœcundissima, quæ ex vna radice quinquagenos sæpe profert & alit bulbos. Simplici caule sæpius assurgit bicubitali, & interdum tricubitali, comoso, foliis latyrii, sed longioribus, foris striatis, ex herbaceo nitentibus, vt coronæ Imperiali, dictæ, quæ lilium quoddam est flore calathi effigie, resupinis p ambitum labris; ex calycis fundo emicantibus aliquot apicibus & velut staminibus luteis, in extremitate tuberosis. Flos ille patulus, latus & elegantissimus pedunculo tenui, languidoq; adhærescens, hic vero surculo crasso & rigido, foliis vndiquaq; cincto, q circa finem æstatis marcescit, & adueniente Autumno radices eius denuo pullulascunt. Sunt autem liliorum genera multa, nam præter candidum & commune, quod sic absolute dicitur, aliud est candidum Bizantium, à loco vbi nascit, nonnihil discriminis mutuatum; aliud cruentum, quoddam luteum, aliud puniceum. Est & paruulum quoddam conuallium seu lilium vernum dictum quod in opacis & conuallibus nascitur: Germanis *Meyblum n.* Folia mense Aprili emittit bina, asparagi primum foliis non dissimilia, è quorum medio mox caulis prodit triangularis, leuis, quinq; vel sex bullis pisi magnitudine adhærentibus, candidis, caniſq;, cymbali in modum mense Majo se aperientibus, leuiter in ambitu serratis, admodum odoratis, amaris, in quorum medio macula purpurea conspicitur: Decidente flosculo, fructus rubro corallio, vel asparagi fructui, similis apparet. Radix est candida, inæqualis per terram late serpens. Est & magnum Lilium Persicum, vulgo corona Imperialis, Tusai Barbaris nominatum. Quibus adiunguntur Hemerocallis calcedonica, Byzantina & martaga multa &c. Radix lilii candidi malactica est & anodina, & vsus plurimi ad enematum decocta & cataplasmata emollientia, & pus mouentia conficienda. Ex floribus infusis paratur oleum ad eosdem vsus commendatum. Ex hisdem adhuc destillatis habetur aqua ad facies mulierum erugandas, & niueo candore illustrandas summe expetita. Qualitatis sunt calidæ Aqua ad conuulsiones, ℞. Aquar. Lilii conuall. Iuniperia. vnc. j. ol. succini scrup. ſ. Misce

ſMiſce, autor eſt Quercetanus. vtimur etiam lilio in clyſteribus.

Balneum ad prædurā prætumidamq; ſcabiem. Rondeletii. Recipe Rad Bryoniæ, Cucumeris ſylueſtri ana vnc. iij. Rad. Altheæ, rad. liliorum alb. Rad. Lapathi acuti ana lib. iij Rad. Serpentariæ, Haſtulæ regiæ ana vnc. ij. Maluæ, Biſmaluæ, Branchæ vrſinæ ana M. vj. Lupinorum, Fumariæ, Lapathi acuti, Saponariæ, acetoſæ Endiuiæ, Cichonii an. M. j. Sem. Lini, Fœni græci an. lib. j Sem. Raphani vnc. j. Sem. Cucurbitæ, Melonum, Citrulli, Cucumeris ana vnc. ij. Flor. Chamomillæ, Melilotiana ſ. ij. Flor. Borraginis, Bugloſſæ Nympheæ, Hordei integri, cicerum rubr. ana P. ij. Miſce ſimul, & decoquantur in ſufficiente aquæ quantitate pro balneo, quo præſidio vtimur ad diſcutiendam ſcabiem cruſtoſam & contumacem, & emollienda tubercula elephanticorum, quibus tota cutis ſcatet. Poſt hoc balneum vtendum erit tertio balneo, deſcripto in cutis affectibus.

Vnguentum ad delenda veſtigia morbillorum in pueris, Rondeletii: rec. ol. liliorum. lib. j. pinguedinis vnc. iv. ol. roſati vnc. j. Lauentur cum aqua roſar. & liliorum. Deinde alb. ouorum num. iv. in teſtis ſuis parētur, & ad ignem parum coagulentur: miſce in mortario cū ſupra dictis Amygdal. dulc. decor. Amygdal amar. a. vnc. j. Deinde incorporentur & piſtentur cum ſupra dictis. Adde rad. arund. drac. ij. ſ ſarcocol. ſem. Melo. mund. Lithargyri auri, ſac. Medullæ, aniſi, cretę a. drac. j. omnia miſce in mortario, donec formam linimenti habeat.

Vnguentum anodynum, Auguſtani. Recipe olei liliorum albo-rum vnc. vj. ol. Anethini ol. Chamæmolini a. vnc. ij. ol. Amygdalorum dulc. vnc. j. pinguedinis anatis pinguedinis Gallinæ ana. vnc. ij. ceræ albæ parum. Dolores quacunq; corporis parte mitigat.

Aqua epileptica Eraſti. Recipe flor. Lilii conuallium lib. j. ſ. flor. pæoniæ, flor. Lauendulæ, flor. Betonicæ a. lib. j flor. Tiliæ, flor. verbaſci odorati a. vnc. ij. ſ. rad ariſtolochiæ longæ vnc. j. ſ. viſci quercini vnc xiv. viſci corylorum vnc. iij. cubebarum vnc j piperis nigri, caſtorei pontici a. vnc. ſ. Incidenda incidantur, miſceantur, infundantur in vini vel maluatici, vel alterius generoſiſſimi menſuris duabus germanis, per tres hebdomadas, maneatq; loco calido, vel ſoli expoſito & quotidie agitentur, demum Balneo Mariæ deſtillentur.

lentur. Vſus eſt, vt in paroxyſmo diducto ore cochlear plenum infundatur, fauces, tempora & nares ea confricentur. Deinde, vt quo tempore inſultus timetur, ſiue dum poſt breuia interualla acceſſiones repetunt, veſperi & mane tantundem ægroto offeratur, vna cum duobus trochiſcis quorum mentio fiet. Si mandere ægrotus nequeat, in aqua diſſoluti exhibentur. Poſtremo vt tempore præſeruationis ſingulis ſeptimanis, cum luna vel quadrata vel plena vel noua efficitur, cochlear vnum ſumatur cum duobus trochiſcis mane & veſperi: & morbo remittente mane tantum: deinceps metu plane ſublato, bis in menſe, plenilunii & nouiluniitempore accepiſſe ſufficiat.

Trochiſcorum autem deſcriptio huiuſmodi eſt: ℞. Cinamomi drach. j. rad. pæonię, ſem. pæonię a. ſcrup. ij. zingiberis, cubebarum, caryophyl, macis a. ſcrup. j. ſpec. cordial. ſpec. arom. ſpec caryophyl. a. ſcrup. j. ſpec. diambræ, ſpec. diamoſchi a. g. v. nuc. moſcha. conditæ ſcrup. j. ſem. citri excorticati ſcrup. ij. ſacchari albiſ. vnc. iix. in aqua ſupra dicta diſſoluti. Ex his fiant iuxta artē trochiſci inſtar eorum quæ manus Chriſti vocantur. Pro ditioribus inaurari, & oleo ſtillatitio, vel aniſorum, vel macis, vel alio ſimili aſpergi poterunt, cum funduntur ſupra lapidem.

Libanotis trium eſt generum: primum græcis dicitur λιβανωτὶς, ζέα, καμψάνεμα & λιβανωτὶς καχρυφόρος: latinis libanotis, zea herba, campſanema, libanotis fructifera, & libanotis cachryfera, Apuleio chamœdyoſm⁹, macœrinthe, theopnoe & ſalutaris herb. à ſimpliciſtis roſmarinus herba, libanotis herbacea, roſmarinum herbaceum, roſmarinū cachyferū, libanotis ferulacea, libanotis vmbellifera, & herb. incenſaria. Arabibus vt Serap. lib. ſimpl c. 317. Xaieralmeri m, alpinalſach. cachola, ra, conuſana & cafanemo: ab Auicenna buchormarien. Ægyptiis ſemen: Italis roſmarino herba & libanotide: Hiſpanis romero allichri: Germanis roſmarin ſiue *Weyrauchkraut*. Semen hui⁹ herbæ dicit græcis κάρχυ, κάρχυς, κάρχυς, & χάρχυς: Arabice Fachi, canereos, cathyros, à Stephano Haliabbatis gloſſographo Merua: Italis ſemente de Roſmarino, Frutto de Roſmarino: Hiſpanis ſimiente di Ronero, & Fruto dalichri: Germanis *Roſmarin ſamen*, &c. Secundum genus huius herbæ dicitur Libanotis altera, Libanotis herbacea altera, & Roſmarinum vmbelli-

vmbelliferum alterum. Tertium genus Græcis dicitur λιβανώτις ἄκαρπος: Latinis Libanotis infrugifera, Libanotis ſterilis & Roſmarinum ſterile ſiue infrugiferum. Semen huius Herbæ vehementer excalfacit & ſiccat: Herba emollit, maturat, purgat atque impuritates purificat: vſus eius eſt ab intra & extra.

Libanotis Theophraſti: Græcis dicitur λιβανώτις καχιροφόρος: Latinis Cacchryfera Theophraſti, Libanotis Theophraſti alba, Libanotis Ceruina, & Roſmarinum Theophraſti vmbelliferum ſiue ferulaceum: Herbarii vocant ceruariam radicem albam: Anglis Witte harte Root: Germanis weiß Hirßwurß Secundum genus Latinis dicitur Simpliciſtis Libanotis Theophraſti maior, Libanotis Ceruina maior, Roſmarinum Ceruinum maius, Radix Ceruaria maior & Roſmarinum vmbelliferum Theophraſti maius: Germanis weiß Hirßwurß. Tertium genus Herbariis dicitur Roſmarinum Theophraſti nigrum, Libanotis Theophraſti nigra, Roſmarinum Ceruinum nigrum, Apium Ceruinum nigrum, & Radix Ceruaria nigra: Germanis ſchwarß Hirßwurß. Quartum genus dicitur λιβανώτις ἄκαρπος: Latinis Libanotis Theophraſti ſterilis, Roſmarinum Theophraſti infrugiferum, & Libanotis Lactucacea: Germanis Waldt Lattich/ &c. Eandem habent hæc genera efficaciam cum prioribus ſpeciebus dictis Libanotis, &c. Aliud etiam Libanotis eſt genus, quod dicitur Libanotis Panacea: Germanis Hirß Heyſtwurß/ putant nonnulli eſſe Libanotidem Theophraſti minorem, alii genus putant eſſe Panacis, de hoc vide authores: nos enim hic ſuccincte ſingula de verbo ad verbum explicare neque volumus aut poſſumus.

Liguſticum Græcis λιγυστικὸν, à Galeno λιβυστικὸν: Latinis Liguſticum & Libyſticum officinis Leuiſticum, Plinius lib. 2. cap. 16. vocat Liuiſticum. Arabicis Liguſticum, Serapioni & Auicennæ Kaiſim ſiue Keyſin & Cheiſim. Haliabbathi Caſſemum & Caſſenum: Stephano Haliabbatis Gloſſographo Zufara & aliis Zufoaria: Italis Liguſtico, Libiſtico, Leuiſtico: Germanis Welſcher Liebſtöckel/ &c Secundum genus dicitur Liguſticum alterum Herbariorũ, & Liguſticum Seſelifolium. Tertium genus eſt Liguſticũ latifolium & Liguſticũ tertium Herbariorũ Eius vſus Internus atq; Externus. Habet vim calefaciendi & ſiccandi: præparatur ex Libyſtico

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 678 sur 1557

vinum præstans, ad multos ac varios humani corporis pathemata, affectus atque morbos.

Ligusticum adulterinum: Theophrasto dicitur Σίλφιον. Hippiatricis λάσερον Γαλατικὸν: Latinis Silphium & Laserpitium Theophrasti: Hippiatris & Ioanne Ruellio Laserpitium Gallicum: Herbariis Laserpitium Europeum, Laser Gallicum, Silphium Europeum, Laserpitium Germanicum, & Leuisticum seu Lybisticum adulterinum: Gallis Leuische: Anglis Leuage: Germanis Liebstöckel &c. Eius vsus Internus Externusq;. Habet vim calefaciendi, exsiccandique: destillatur in aquam præparatur in conseruam, fit ex eo vinum, Sal, Extractum, oleum, &c. reliqua pete ex choro Medicorum.

Lolium à Græcis vocatur αἴρα, Ζιζάννιον, & θύαρος: Latinis, Aera, Zizanium, Zizania, Thyarus & Lolium Herbariis secundum Gallicam vocem Yuraye dicitur Iuraia Iureum, & Iurum: Arabibus teste Serapione dicitur Sceilem & Zenen: Haliabbati Xeilem: Auicenna Zinzania: Auicennæ Glossographo Seilen & Gasalibum: Alias apud Arabes etiam legitur Schelien, Ezarbien, Fexa, Sirim, Seeilem, Seley, Selelien, Silemi, Zuan & Zicama. Italis Loglio, & Gioglio dicitur. Hispanis Yoio & Zizania: Gallis Yuroie, Yuraie, Gasse, Leuille, & des Noires Cappez: Anglis Darnel. Germanis Lülch/&c. Temperamentum eius est calidum ac siccum: habet vim soluendi, dissipandi & emolliendi. Vsus eius magis Externus quam Internus est: nocet oculis interne vsurpatum lolium teste Ouidio, qui sic ait venustissime:

Et careant Loliis oculos vitiantibus agri.

Virgilius etiam reiicit 1. Georg. dum sic dicit:

Infelix Lolium & steriles dominantur auenæ, &c.

Laserpitium Dioscorides vocat Σίλφιον, ab aliis vero λάσερος: Latinis Silphium & Laser vocatur tum herba tum succus: Ramus huius herbæ dicitur Græcis μάσπετον: Latinis Maspetum: Radix vero μαγυδάρις Latinis Magydaris. Nonnullis Ramus dicitur Silphium, Radix Magydaris, folia verò Maspeta. Succus Laserpitii Cyrenensis Græcis dicitur Οπὸς κυρεαικος: Latinis Laser siue Silphium Cyrenaicum, Lachryma Cyreniaca, & succus Cyreniacus. Arabice hæc herba dicitur apud Serapionem & Auicennam

Aniu-

Aniuden, aliis Anuiden: Gummi vero Altith, ab Alsaharauio Altit & Haltit, aliis etiam Hailthith, Haltich. Haliabbatis Glossographo Heltitum & Heltite ab Auerrhoe Eltiph. Radix à Serapione dicitur Magitadas, & Herba siue folia Mascasten: Lachrymam Cyrenaicam Serapio vocat Kurbanchas. Laser Syriacum fœtidum, Græcis diciur Ὀπὸς μηδικὸς & ὀπὸς Συριακὸς: Latinis Laser Medicum: Laser Syriacum, succus Syriacus, succus Medicus, lachryma Syriaca, lachryma Medica, Laser fœtidum, Scordolasarum; Nicolao Myrepso Scordorasarum: Alexandro Benedicto, Opoparthicum, Opoparthia & Scorodolaser: Officinis Assa fœtida, stercus & Merda Dæmonis: Polonis Czarcie; Germanis Teuffels Dreck/propter Malum & fœtidum odorem, &c. Radix Interne & Externe venit in Medicinam, resistit venenis; Succus etiam in Medicina datur ab extra & intra, vti videre est apud Medicos. Est etiam genus Laserpitii quod vocatur Medicis Laserpitium Massilioticum, eius fit mentio apud mentio, sed hodierno die nondum est in vsu, quare eius descriptionem omittimus.

Lepidium, quod λεπίζει, id est, squamas & maculas faciei abstergat dictum, Officinæ Raphanum appellant, à radicis & foliorum similitudine cum syluestri Raphano. Vulgo Piperitin à Piperis acrimonia, quam in gustu refert: diuersa à Piperitide Plinii, quæ Siliquastrum & Germanis Indianisch Pfeffer appellatur de quo suo loco in cap. de Siliquastro: Germ. dicitur Pfefferkraut/ & Ingwerkraut/ Gall. Passerage. Duo sunt Lepidii secundum Columellam genera: satiuum & syluestre. Satiuum quod apud nos nascitur, fruticosum est, foliis Lauri, sed maioribus multo, & mollioribus: cubitali, & interdum bicubitali altitudine, caule solido & rotundo: floribus candidis & admodum exiguis: semine paruo, radice longa. Folia acria sunt, & Piper gustu referunt, linguamque vellicant. Vnde Piperitin vulgo vocant. In hortis passim nascitur, Biennio potissimum bene cultum durat. Quibusdam etiam locis, teste Ruellio, ad decennium viuacitatem suam prorogat. Floret Iunio & Iulio, ac mox semine est prægnans. Culturam eius docet Ruellius, cap. 105. lib. 2. Dioscoridi intacta huius speciei descriptio relinquitur.

Vires tamen in lib. 2. explicat. Lepidium syluestre, est Nasturtii

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 680 sur 1557

ſpecies, quæ Cardamantice, item Agriocardamon, Ger. Gauchblum dicitur. Paulo Hiberis cognominatur. De hoc paulo ante cap. de Naſturtio eſt dictum. Calidum eſt ſicut Naſturtium, ordine quarto, minus autem exiccat. Foliis vis exulcetrix ineſt. Natura eius eſt craſſos & glutinoſos humores & cibos incidere & extenuare. Intrinſecus vſus Lepidii non eſt ſine lacte, ac Naſturtio ſimiles facultates obtinet. Salgamorum more, Sale cum lacte conditur. Condiendi autem Lepidii rationem Columella explicuit. Sunt, inquit, qui ſatiui, vel etiam ſylueſtris Lepidii herbam cum collegerunt, in vmbra ſiccent: deinde folia eius adiecto caule, die ac nocte macerata muria, expreſſaque lacti miſceant, ſine condimentis, & ſalis quantum ſatis arbitrentur adiiciant. Alii in olla iuxta fundum terebrata, foramine ſurculo obturato, & lacte ouillo quam recentiſſimo vas implent, adiiciuntq; viridium condimentorum faſciculos. Origani, Menthæ, Cepæ, Coriandri: Has herbas ita in lacte demittunt, vt earum ligamina extent: poſt quintum diem laxato vaſis emiſſario, ſerum mane ſinunt: hoc idẽtidem faciunt. Nonnulli recẽtia folia Lepidii cum dulci lacte in olla miſcent, & poſt diem tertium ſerum emittunt: Deinde compertam Satureiam viridem, tum etiam arida ſemina Coriandri atq; Anethi, Thymi & Apii in vnum bene trita adiiciunt, ſalemq; bene coctum cribratumq; permiſcẽt. Errant & non minimo cum damno, qui in deturbandis calculis renum Lepidium pro Raphano ſoliti ſunt vſurpare: exulcerantem enim vim, teſte Dioſcor. poſſidet, ſæpeque renes & veſicam eroſionibus inteſtinis vellicat. Extrinſecus, Iſchiadicis præſenti remedio illinitur, tritum cum radice Inulæ, & quarta vnius horæ parte impoſitum: prodeſt & lienoſis. Lepras, ſporam & cicatricum vlcera facile tollit. Dolorem dentium brachio aut collo alligata radix ſiſtere traditur.

Melilotus, Latinis ſerratula campana, & Herba Regia, nonnullis trifolium vrſinum, prima ſpecies ex nouem lotorum generibus: duûm eſt generum, flore ſolummodo variante, qui in quibuſdam luteus, in nonnullis vero albus: Naſcitur vtraque in agris lociſque aſperis, caule rotundo, hominis interdum æquant altitudinem, Ramulis multis foliis nigricantibus, flore ſpicato vel candido, vel luteo: ſemen in Siliquis minutis inuenitur fere ſingulum:

Radix

Radix longa & tenuis: Et hæc sunt prima duo genera, videlicet Melilotus lutea, & Melilotus alba. Tertium & quartum genus Tragus Melilotum existimat Serapionis. 1. Ex his foliis priori similibus, floribus rotundis, luteis & compactis, sicut trifolii pratensis, quibus decidentibus, Siliquæ aceruatim exiguæ, semicirculi forma dependent, in quibus semen ineſt. Radice capillata. Alterum priori caule foliis, & radice est simile, sed flores in hoc magis sunt lutei maioresque: Siliquæ item longiores, ternæ aut quaternæ, auium vnguibus similes. Sic non nisi in flore est differentia. Quintam Lotum Latine Lotus campestris, & Lotus trifolia. Locis nascitur campestribus & asperis, flore puniceo, seu subcandido, purpureo intermixto. Folia viciis non sunt dissimilia, vnde etiam Germanicam appellationem traxit. Tragus syluestre appellat Fœnugræcum. Sexta Loti species Latinis & eruditis hodie Lotus syluestris. Fuchsius Saxifragam luteam nominat, à viribus in frangendo calculo, quasi Trifolium frangens lapidem. Hanc Medicam Dioscoridis Tragus statuit. Nascitur itidem campestribus, flos duntaxat æstiuus, à semine quotannis renascens. Folius trifolii pratensis: florem fert messis tempore, luteum, exiguum, rotundum, pisi instar compactum. Semen capitulis includitur nigricantibus. Septimum hodie Melilotum vocant Germanicam. Et herbam flaueam, item Herbam leporinam. Nascitur in pratis passim Germaniæ, & locis montosis, humilibus, palmi altitudine, folio pratensis trifolii, pingui & cano, flore pisi, minore tamen, luteo: Semine in Siliquis: Radice rufa. Postremæ duæ species Græcis Lagopus, Latinis Leporinus pes, quod paniculam leporino pedi similem habeat, Trifolium item humile, & & Trinitas. Caule nascitur vtraque rotundo, in segetibus hortorumque areis, hirsuto, folio loti trifoliæ, paniculis muscosis lanuginosisque pedi leporino non dissimilibus, qui in altera sunt lutei, in altera Cinericei. Semen in paniculis minutum instar milii continetur. Radix breuis. Omnium temperamentum tam in foliis, quam floribus & semine est calidum, siccumque, vis iis est molliendi & dolorem sedandi. Intrinsecus primæ duæ species, quas Melilotos appellant, item sexta quæ Lotus vocatur syluestris proprie, cum sale & aceto in acetariis sumpta,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 682 sur 1557

ſtomacho proſunt. Eædem in vino coctæ, & cum Melle temperatæ, potæ, hulcera intra corpus molliunt, diſcutiunt, & dolorem ſedant, matricis tumoribus, & duritiei proſunt, præſertim ſi cum vino Maluatico coctæ bibantur. Poſteriores duæ ſpecies, quæ Lagopi nomine veniunt, cum ſemine Maluæ, in dulci vino coctæ ac potæ, aduerſus aſſiduos alui fluxus conferunt. Lotorum Syluestrium, ad omnes fere externas corporis adfectiones, ſicut Chamæmeli, eſt vſus: oculorum inflammationibus tuſæ illinuntur, aut aqua earum ſtillatitia cum linteolis imponitur. Florum ſuccus caliginem oculorum diſcutit, pterygia oculorum tollit, auribus inſtillatus dolorem mitigat. Priores ſeptem ſpecies omnes vel ſingulæ, in vino dulci, cum Papaueris capitibus, ſemine lini, & Fœnugræco, pro cuiuſque arbitrio coctæ, præſtantiſſimum fomentum, ſi illinantur, præbent, contra matricis, longanonis & ſedis occultarumque partium tumores. Nonnulli vitellos ouorum & oleum admiſcent. Quare primæ ſpecies in aqua vel lixiuio potæ, melicerides, capitiſque fluentem ſcabiem ſanant. Inſeſſionibus aut balneis deſudatoriis etiam maxime ſunt vtiles. Lagopus vterque in aqua coctus, cutem à ſole aduſtam glabram & teneram reddit: in facie præſertim, Melle admixto, Eoſdem in potus, vel in deſeſſionibus, fluxus alui & menſes ſiſtere ferunt.

CAPVT XXIII.

De Melanthio, Molugine, Melampyro, Milio Syluatico, Morſu Diaboli, Malobathro, Meliſſophyllo, Marrubio & Mercuriali.

MElanthium ab authoribus dicitur eſſe ſex ſpecierum: Prima ſpecies à Græcis dicitur μελάνθιον, à Theophraſto Ανθέμιον, ab Hippocrate μελάνσπερμον & μέλαθρ: Latinis Melanthium, Gith, Nigella & Melaſpermum: à Simpliciſtis Anthemium Theophraſti, Saluſandria, Cyminum Nigrum, & Nigella Romana: à Serapione de ſimpl. c. 318. in Arabica lingua dicitur Xamim: Ab Auerrhoe

Scau-

Scaunix: Alsaharauio Alsuini & Alzmiz: à Glossographo antiquo Auicennæ Surum: à Stephano Glossographo Haliabbatis Sunzum, Funicum, Sunizum & Seunim. Apud alios Authores Arabicos legitur Quemia, Melachium, Elseudi, Seunix, Ratee & Rathee, Scetagi, Suoti, Scenium, Stecunium, Sumic, Chauan, Xanim, Xanin, Xanium & Xaumin: Italis dicitur Niella & Melanthio: Hispanis Neguilla, Alipiute, & Axenuz: Cretensibus Melathi: Gallis Nielle, Nigelle, Pourelle, Poeurette, Poiurette & Poyurette: Vngaris Nigella: Anglis Garden Nigella: Germanis schwartz Coriander/ Nárden Kraut &c.

Secundum genus dicitur Melanthium luteum & Melanthium Citrinum, Nigella Citrina & Chrysomelanthium: Italis Melanthio Giallo & Niella Gialla: Germanis gelber Römischer Kümmel siue gelber Narden. Tertium genus dicitur Melanthium Citrinum multiflorum, Melanthium luteum multiflorum & Nigella Citrina Multiflora: Italis Melanthio Giallo Moltiplici, & Niella Gialla Moltiplici: Germanis doppel Nardenkraut. Quartum genus dicitur Melanthium Damascenum & Nigella Damascena: Germanis Damascenisch Narden Kraut. Quintum genus Hippocrat. lib. 1. de morb. mulieb. & lib. de sterilibus vocat μελάνθιον ἐκ τοῦ πυρῶν, id est, Melanthium ex tritico: Nostri vocant μελάνθιον ἄγειον: Octauius Horatianus vocat Gith, quod in segete nascitur quasi Melanthium Segetale, alias Melanthium aruense, Nigella Segetalis, seu aruensis. Melanthium Agreste, Nigellastrum, Nigella Syluestris & Agriomelāthium: Italis Melanthio Saluatico, & Nigella Saluatica: Germanis wildt Narden Kraut siue S. Catharinæ Rädlein quasi Rotula Diuæ Catharinæ. Sextum genus dicitur Melanthium Segetale alterum, Melanthium agreste alterum, & Nigella segetalis altera: Germanis das 2. wildt Narden Kraut.

Calida sunt & sicca omnia Melanthii genera in ordine tertio. Discutiunt & educunt. Semen Nigellæ in vino per aliquot dies potum, vrinam ciet & menses, lumbricos pellit, lac nutricibus auget, pulmonem purgat, pectus soluit, tormina sedat. Semina autem non viridia, nec etiam copiosiora aut frequentiora sunt sumenda: corpus enim sic lædunt. Extra corpus adhibita semina, eadem cum Coriano vulgari vires habent: tumores, œdemata discutiunt, papulas:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 684 sur 1557

pulas & serpiginem sanãt, inflammationesq; imposita restinguunt. Tusum semen cum aceto Rosaceo fronti circumlitum, phrenesi medetur, sylvestris nigella viribus & odore etiam est præstantior. Serpẽtes & venenata sylvestris nigellæ fum⁹ fugat. Ad Orthopnœas & defluxus capitis facit odoratum, præsertim si calefactum fuerit, vt Simeon Sethi testatur. Tritum item, & cum aceto ventri impositum, lumbricos necare dicitur, vt idem est author.

Mollugo: duûm est generum: primum à Medicis vocatur Gallium album Maius latifolium: Germanis groß Sternmeger Kraut/ &c. Secundum vocatur Mollugo Montana: Ger. groß Bergsternmeger Kraut/ &c. Extra vtuntur rustici cum vnguentis ad scabiem, eius temperamentum est calidum ac siccum.

Melampyrum Theophrasto ac Galeno dicitur Græcè μελάμπυρον: Latinis Melampyrum, à Plinio Alopecurus: Herbarii vocant Triticum vaccinum, Triticum nigrum, & triticum Bouinum: Italis dicitur Melampiro: Anglis Horse floure: Germanis Kühweitzen/ &c. Ab extra potest vsurpari, non verò ab Intra, quia noxium & venenosum, &c. Tria sunt eius genera, de primo iam, diximus, alterum genus dicitur Melampyrum album: Et tertium vocatur Melampyrum luteum: de his apud authores plurib⁹.

Milium Syluaticum, Dioscorides Græcè vocat κραθαιόστονον, & κρεθαίονον, Theophrasto κραθαῖον, Hippocrates π. λυκάρπου, & πολύκριθον: Latinis Cratæogonum, Cratæonum, à Theophrasto Cratæum, Hippocrates Polycarpum & Polycritum: Alii ex herbariis vocant Alsinen Syluaticam, alii Parietariam sylvestrem: Nos Milium Syluaticum vocamus à Germanico desumptum: Germanis Waldthirßen/ vti opiliones & pastores vocant: Anglis dicitur Wilde comvvheate, &c. Calfacit & siccat in quarto gradu. dicitur semen eius reddere homines fœcundos, si propinetur ad drach. ß. in suis vehiculis. Duplicis est generis vti videri potest apud Medicos.

Morsus Diaboli, siue succisa & præmorsa, succisa glabra, iacea nigra, scabiosa folio integro, Pycnocomon: Germanis Abbißkraut: Secũdum genus vocatur Morsus Diaboli altera flore cãdido, vel

vel succisa albis flosculis: Italis dicitur Morso de Diaulo: Gallis Mors de Diabole: Anglis Devvelsbitt: Germanis Teuffels Biß/ &c. Sunt temperamenti calidi & sicci: Eius vsus est Internus atque Externus: destillatur exinde aqua ad multos nostri corporis affectus: Item & Sal inde conficitur, &c.

Malobathrum Græcis, folium Malobathri, folium Indi, & simpliciter folium, Arabibus Cadegi Indi, ab Incolis verò Indiæ Tamalapatra, officinæ verò natiui nominis alteratione Malabathrum vocitant. Est vero folium Indicum Mali Medicæ folio simile, colore ex pallido viresçens, tribus per longitudinem excurrentibus costis, odoratum, ac Caryophyllos aliquantum spirans. Veteribus inter Coronarios fuit vsus. Vnde Horat. ad Pomp. Varum: Coronatus nitentes Malobathro Syrio Capillos. Plinius Syriæ arborem dicit, conuoluta fronde, aridi coloris, ex qua oleum ad vnguenta exprimitur. Laudatur potissimum Indicum, recens, fracta contumax, in nigritia candidum, solidum & integrum, odore Nardi, nullo salis sapore vel gustu. Duæ itaque Malobathri species: Altera Dioscoridi palustris, lenticulæ in modum aquis innatans, altera Syriaca, ex arbore Syriaca lecta. Hodie vtroque caremus: Sed tertio vtuntur medici genere, Ruellio teste, Mauritanis Tembulum dicto, cuius surculi cum folio, quale arbuti vel lauri est, pollicares plerunque ad nos feruntur, fructu laurinis baccis simili. Omnia folii appellatione veniunt, calidum est in altero, siccum in tertio ab sceßu, tenuiumq; est partium. Easdem cum Nardo sortitur vires, sed efficacius omnia præstat. Ciet vrinas. Oculorum epiphoris feruefactum in vino vtilissime imponitur. Naribus illitum somnos allicit. Oris halitus & suauitatem commendat linguæ subditum folium; sicut & vestium odorem interpositum à tinea item erosione eas conseruans.

Melissophyllon, quasi folium Melleum, quod Mellis materiam apes hinc exugant: seu Melissa, quod apes eius floribus & foliis delectentur: Latinis Apiastrum, quod & apes plurimum hæreant, adeo vt si aluearia ea confricentur, apes non fugiant: Item Citrago, à Citri Mali odore: Item Melittæum & Melittæna ab apibus; Germanis Melissen Kraut.

Eius genera aliquot sunt: 1. Adulterinum seu Hortense, quod

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 686 sur 1557

nascitur radice multipliciter in terram intexta, ex qua colliculi multi fruticant, cubitali altitudine: foliis & caulibus Balloti, hoc est, nigro Marrubio similibus, maioribus tamen & tenuioribus, nec ita hirsutis: flore per interualla circa caulem, in nonnullis puniceo, in nonnullis verò subflauo. Semen in verticillis floribus succrescit, semine Aquilegiæ minus. Fœtor eius, qualis Cymicum, est odor, qui tamen paulatim fit gratior. Vnde pro adulterino hoc ipsum Melissophyllo accipitur, cum apes istud potius fugiant, quam eo delectentur. Cimices etiam olere videtur, quare perperam pro Melissophyllo vtūtur officinæ. 2. Syluestre, quod verum est Melissophyllon, hortensi est simile, sed maiora & serrata magis habet folia, Acalyphes foliis forma, Ballotes verò foliis fissuris seu intersectionibus respondens: odore mali Citri. Hoc propriè Melissophyllon & Melissophyllum dicitur Latinis Apiastrum, Citrago, Melittæum. Tertium est Hispanica Melissa, effigie, odore, viribus ei valdè similis, folia tamen minora, nec ita rigida sunt, ac virentia. Deinde Melissæ Molucæ duæ sunt, prior læuis dicta altera spinosa: vtraque culmos ac folia edit multa, Melissæ nostrati non parum affinia. Calefacit & exiccat, digerit, sanat & agglutinat. Vino coctum per dies aliquot potum, pectus purgat, dyspnœam tollit, cor confortat, melancholiam pellit, comitialibus & omnibus penè internis corporis affectionibus auxiliatur. Clysteribus itaque commode additur. Minutim scissum, & vino bono noctem vnam imbutum inque Alembico vitreo destillatum Melissophyllon, efficacius omnia præstat. Matris strangulationes & tormina, cardiacamque affectionem, quatuor Cochlearium sumptum mensura, curat. Spiritus ex malis cibis exurgentes reprimit. Tonsillas & Gangrænam sanat, oculorum claritatem adiuuat. Cum Chamæmeli floribus in sacculo lineo in aqua seu vino coctum & expressum matricis dolores & strangulationes, impositum sedat, inque suum locum restituit. In defluxionibus menses ciet, Lumborum membrorumq; dolores compescit. Strumis cum sale decoctum illinitur. Stillatitius liquor omnia cutis vitia, araneorum, scorpionum ac rabidorum canum morsus sanat. Vino turbulento infusus, pristinum nitorem, & formam restituit. Carnibus aspersus, à muscis & putrefactionibus aliquandiu custodit.

Mar-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 687 sur 1557

Marrubium: Eius genera sunt 4. Tetragonis singula caulibus. Primum Dioscoridi Ballote dicitur. Nascitur locis vmbrosis, vt circa domos & sepes: item cœmeteria, reliquis maius, coloris in viridi nigricantis. Acalyphe non dissimile, nisi quod serrata magis sunt folia. Flores circa caulem sicut in Galeopsi, per interualla, nascuntur: quibus decidentibus, semina in folliculis aculeatis bina aut etiam terna, nigra, amara, aquilegiæ magnitudine inueniuntur. Officinis Marrubium nigrum, item Marrubiastrum: Gallice Marrochin Germanis schwartz Andorn. Huius etiam altera species est, quam hodie Cardiacam vocant, ab effectu, quod eius palpitationi mirum in modum prosit. Germanis Hertzgespann. Marrubio nigro non multum est dissimilis. Caule enim nascitur quadrangulo, geniculato, nigro, foliis laciniatis nigris, per interualla ex singulis geniculis prodeuntibus, flores per interualla in candido purpurei, Radix lutea intorta. Alterum genus est Prassium dictum, frutice assurgens à radice ramoso, hirsutis & amaris floribus albis & asperis, verticillorum figura, semine vt in primo est dictum genere prouenient. Locus eius est circa muros, sepes & locos incultos Græcis πράσιον, Officinis Prassium, Latinis Marrubium proprie: Germ. weiß Andorn. Colligitur mense Iulio potissimum, dum semine est prægnans. Huius hodie præcipue est vsus. Tertium ex Ormini seu Gallitrici est specie, vt infra de Ormino ostendetur, caule plerumque vno, quadrangulo, nascitur, foliis lanuginosis, albicantibus, in reliquis cum iam enumeratis conueniens: colore verò puniceo. Semen sicut in Brassica est rotundum. Odoris est grati. Latinis Prasium campestre, & Gallitricũ agreste dicitur: Ger. Feldt Andorn. Quartum circa amnes, piscinas & fossas prouenit, à primo non multum alienũ: coloris Prasii, foliis cõplicatis, qualia betulæ primũ enascentis, floribus circa caulẽ exiguis & albis, perinde vt in Melissa. Marrubium palustre vulgo: Ger. Wasser Andorn. Marrubium sicut & vrticæ folia calfacit, discutit & exsiccat. Albũ nigro & ob vires, & ob odoris gratiam pfertur, estq; albi potissiũ vsus. Intrinsecus Marrubii nigri altera species, q̃ Cardiaca dicitur, aduersus cordis palpitationẽ conuulsionẽ, & resolutionẽ pdest, vrinas ciet, menstrua ducit. Folia albi Marrubii in aqua seu vino decocta, cũ Melle asthmaticis tussientib. & tabidis dantur. Iecoris ac lienis obstructiones de-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 688 sur 1557

coctum idem soluit, Thoracem & pulmonem purgat. Menstrua & secundas, Iride præsertim adiecta, pellit. Succus ex foliis expressus, ad eadem est vtilis, trium Cochlearium quantitate singulis sumptus vicibus. Prodest etiam succus his, qui lethale quid biberunt, aut à serpentibus morsi sunt: Claritatem oculorũ efficit: Vermes Aurium & ventris interimit. Extrinsecus mulieribus albo fluxu, dolore dorsi, laterum & pedum laborantibus, arida Marrubii folia in balneis plurimum conducunt. Aqua stillatitia contra omnem scabiem, vt psoram, Vitiliginem, papulas, aliaque cutis vitia valet: balneis igitur infantum adhiberi debet. Marrubium nigrum in lixiuio coctum, scabiei capitis medetur. Puluis eius marisca sanat.

Syrupus de Prassio.

Syrupus de Prassio vitiis pulmonis diuturnis, & à frigido tenaque humore excitatis, atq; curatu difficilib. succurrit. Senibus itaq; & asthmaticis plurimum conducit. Confectionem eius docet Mesue.

Syrupus ad tympaniten, Rondeletii: Recipe Passularum vnc.ij. sem. Petroselini, Apii, Seseleos ana drac.ij. Radicum Asari, Valerianæ ana vnc.ß. Menthæ, Absynthii, Betonicæ ana M.ſ. Marrubii M.j. Mercurialis, Brassicæ Marinæ ana M.ſ. Senæ Orientalis, seminis Carthami ana drach.vj. Florum Anthos, Geniſtæ ana P.j. fiat decoctio. In lib.j ß. dissolue Sacchari quantum satis est: Fiat Syrupus aromat. cum Dia Galangæ drach.ij. vel aromat. Ros. drach.j. Da alternis diebus.

Syrupus de Prassio, Mesuæ: Recipe Marrubii vnc.ij. Glycyrrhizæ vnc.j. Capillorum Veneris, Hyssopi, Calaminthæ, Anisi ana dra. vj. rad. Apii, Fœniculi ana drac.v. sem. Maluæ, Fœnigræci, Ireos, ana drac.iij. sem. Cydoniorum, Liniana drach.iij. Vuarum passarum, purgatarum vnc.ij. Ficus passas pingues num.xvj. Penidiorũ, Mellis ana lib.ij. Aquæ quod sufficit. Fiat Syrupus. Thoracem & pulmones expurgat pituita crassa lenta, putri: hinc asthmati & antiquæ tussi prodest: quales affectus senibus & natura frigidis sunt frequentes.

Vinum è Marrubio. Dioscoridis: Marrubii adulti folia tundito, & sextarios octo in musti metretam demittito: & reliqua consimiliter facito. Conuenit pectoris vitiis, & omnibus quibus Marrubium.

Loch

Loch de Prassio, Pauli: Recipe Comarum Marrubii, Iridis, Hyssopi, Pulegii, Glycyrrhizæ, sem. Apii ana drach. iv. Ficuum passarum pinguium, nucleorum pinearum mundat. ana drach. vj. Macerata in aqua sufficiente per noctem, decoquantur, & percolatis addatur Mellis pars media. Coquatur ad perfectionem. Annum durat, tabentibus maxime conuenit.

Loch abstergens & concoquens, Rondeletii: Recipe Marrubii, Hyssopi, Capil. Veneris, Calaminthæ ana M. j. Passularum, Ficuum, Dactylorum ana nu. xxx. Anisi drach. ij. Glycyrrhizæ rasæ drach. iij. quatuor sem. frig. ana drac. ij. Fiat decoctio in aqua hordei ad quar. j. cui adde pinearum drach. iij. Tragacanthæ, Gummi Arabici ana drac. j. Pulpæ passularum, Ficuum, Dactylorum ana vnc. ß. cum pauca quantitate sapæ fiat loch.

Mercurialis quod à Mercurio sit inuenta, dicta: Ger. Bingelkraut Græcis ἐρυσῦ βοτάνιον sæpe, sæpius tamen dicitur Linozostis, & Mercurii herba. Tria sunt Mercurialis genera: Mas, Fœmina & Mas syluestris. Mercurialis mas, folia habet Ozymo similia, ad helxines foliorum figuram accedentia, minora tamen, ramulos geniculatos, alarum densa & caua multa habentes: Semen iuxta folia exiguum, rotundum geminorum testiculorum modo connexum: Totus fructus est dodrantalis, & nonnunquam maior: Germ. Bingelkraut/das Männlin. Mercurialis fœmina priori per omnia similis est, nisi q̃ semen fert racemosum & multum: Ger. Bingelkraut Weible. Vtraq; hæc species Græcis Linozostis dicitur. Nascuntur in Campestrib. cultis, vinetisq;. Augusto semine est prægnans. Valerius Cordus docet Phyllon & Mercurialem Dioscoridis, idem esse cũ Theophrasti Arrhenogono & Thyligono, nec esse diuersas herbas. In annotationibus sup. ca. 120. lib. 3. Dioscor. Tertia species Cyno Crãbe Græcis, h. e. Canina Brassica, & λινοζώστις ἄγρια ἄρρην, hoc est, Mercurialis syluestris mascula appellatur. Itẽ Apocynor. Ger. wild Bingelkraut/ das Männlin. Item Hundsfõl. Caulem ex se mittit dodrantalem, tenerum & subalbidum. Folia Mercuriali similia, albescentia ex certis interuallis, semẽ prope folia paruum, rotundum. Nascitur in syluis vnde syluestris mas vocatur. Semen fert in Aprili, maturescit Maio. Omnes Mercurialis species calidæ sunt & siccæ, in primo ordine. Prima duo genera in aqua cocta & pota calida, corpus purgat. Bilẽ

& phlegma educunt: Sacchatũ ad ſuauiorẽ licebit vſum admiſcere. Clyſteribus vtiliter admiſcentur, eadem quæ folia Senæ in corpore efficiunt. Tertium genus, CynoCrambe Græcis, magis ad ſuperna quam inferna extollit, & educit. Extrinſecus omnibus inflammationibus & tuberculis viridia folia, vel per ſe, vel cum adipe illinuntur. Tradunt Mercurialem fæmellam, poſt purgationem matrici appoſitam, fæmellas: maſculam vero mares generare, ſi à purgatione in potu quoq; ſumantur.

Iulapium Mercuriale, Fiorauanti: Recipe menſe Maio, ſuccí herbæ Mercurialis filtrati lib.j. Zulapii ſimplicis vnc.iix. Aquæ vitæ optimæ, circulatæ vnc.vj. olei Vitrioli drach.ij. Moſchi Orientalis ſcrup.ß. Miſce & in vaſe vitreo, optime obturato ponantur ad ſolem, vel calore balnei circulentur: & erit factum. Doſis vnc. iv. mane quatuor horis ante paſtum, ſtomacho ieiuno, continuando per menſes duos, curat paralyticos.

Clyſter ad morbos capitis frigidos & inteſtinorum, Rondeletii: Recipe Mercurialis M.ij. Origani, Calaminthæ, Rutæ ana M.ij. fol. Centaurii minoris, Anthos, Stœchados, Chamomillæ, ana P.j. Agarici in panno ligati drach.ij. vel Colocynthidis vnc.ß. Aniſi, Fœnugræci ana drach.iij. Fiat decoctio in aqua maris vel fontis, in lib.j.ß. decoctionis, diſſolue Benedictæ vnc.j Olei communis, fiat Clyſter.

Clyſter ad flatus vteri, Rondeletii: Recipe Mercurialis, Arthemiſiæ, Matricariæ, ana M.j. flor. Anthos, Stœchados, Chamomillæ ana P.j, ſem. Apii, Petroſelini ana drach.iij Fiat decoctio. In libra vna diſſolue Benedictæ laxat. vnc.j.ß. vel Dieræ vnc.j.ß. Olei Nardini vnc.iij. Miſce & fiat Clyſter.

CAPVT XXIV.

De Myrrhide, Meu, Menta, Maiorana, Millefolio, Narciſſo, Nardo, Naſturtio, & Ocymo.

MYrrhis, Græcis μύῤῥις è μύῤῥα: Latinis Myrrhis, Myrrha, Cicutaria, & à Plinio Smyrriza & Methris: Italis Mirriade & Mirrhi-

Mirrhide: Gallis Persil d' Asne, Germanis Myrrhen oder wilder Körbel / nostris locis dicitur: quod postremum nomen cicutæ aquaticæ etiam tribuitur. Vnde similitudine nominis deceptos, cicutam aquaticam pro Myrrhide eruentes sæpè famis tempore pueros, comedentesq; mori contingit. Vulgo etiam cicutaria dicitur, ob similitudinem quam cum cicuta habet. Nascitur in hortis passim inter gramina cicutæ, vt describit Dioscorides, similima caule & foliis: Radicem habet oblongam, rotundam, mollem, cibo non insuauem. Herba est vmbellifera, semen sicut & cicuta, ferens album.

Calfacit in secundo ordine, tenuiumque est partium. Intrinsecus radix cum vino pota, phalangiorum morsibus medetur. Menses purgat & secundas educit. In sorbitione cocta rabidis est vtilis. Pestis tempore, bis terue in die potam, tutos à peste conseruare scribit Dioscorides. Pulmonis & Thoracis vitia, Galeno teste, purgat: ex rad. Myrrhidis fit conserua ad multos vsus. In Medicina præstans: Ab authoribus datur etiam aliud genus quod dicitur Myrrhis Montana Germanis Bergmyrrhen Körfel / hoc dicunt esse calidius atque siccius, & magnam habere affinitatem cum Myrrha Hispanica, &c. Meum, Græcis dicitur μῆον & μεῖον Latinis Meum, ab officinis Meu: apud veteres Meum Athamanticum: Ab Herbariis vocatur Anethum syluestre, Anethum Vrsinum, Anethum tortuosum Fœniculum Vrsinum, Fœniculum tortuosum & Sistra. Arabicis vt Serapione lib. simpl. cap. 182. Mu dicitur. Apud alios legitur Meu, & Azabaser: Italis dicitur Imperatrice meo, Fenochiella, Finochiella, & Spicula: Hispanis Pinillo, Pinello & Sistra: Cretensibus Agre Agnitho, id est, Agreste, Anethum: Gallis Fenoil sauuage: Anglis Mevv: Germanis Herß Wurß / &c. Alterum genus vocatur Meum Spurium & Adulterinum: Calidum est in tertio, & siccum in secundo gradu: Eius aqua interne sumitur, per se etiam herba ab extra in variis diuersis affectibus applicatur.

Menta dicta, quod odore suo mentem excitet. Græcis ἡδύοσμος, id est, suauiter olens, quod gratum odorem spiret. Duo sunt huius præci-



Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 692 sur 1557

præcipua genera ſatiuum & ſylueſtre. Satiuæ menthæ quatuor numerantur ſpecies: Rubea, criſpa, & acuminata & quã Balſamkraut vocãt. Rubea caulem habet quadrangulum, à radice lente punicãtem, & lanugine pubeſcentẽ; folium fere rotundum molle, ſerratũ & odoratũ: Floſculis purpureis interno diageniculatim coronantibus, verticillato ſemper ambitu. Dioſc. Siſymbrium. floret hæc & omnes reliquæ, menſe Iulio. Criſpa omnium aliarum eſt nobiliſſima, priori per omnia ſimilis, præterquã flore ſubpurpureo circa cauliculorũ faſtigia ſpicatur. Acuminata folio eſt longiore, & acutiore, floſculis purpureis cauliculorum cacuminibus ſpicatim inſidentib. Quarta eſt quã vocãt Hertzkraut in hortis ſata, vel ex ramulis ſuis plãtata naſcẽs, foliis quã reliquæ longiorib. floribus purpureis circa genicula, velut in prima ſpecie: Proueniunt hæ ſatiuæ Menthæ ſpecies in hortis paſſim, locis apricis, nõ pinguibus, ſed humidis. Præter has à rei herbariæ peritiſſimis connumeratas, aliam adiungit Matthiolus, quæ á Goritienſibus Mentha Græca, à Val. Cordo Sarracenica, à quibuſdã herba D. Mariæ, à nonnullis Saluia Romana, ab aliis Laſſatula, à pleriſq; herbe du coq; Gallice nominatur. Plãta eſt in hortis paſſim naſcens, foliis maioris Saluiæ, aut Betonicæ, ex viridi albicãtibus & ſerratis, caulib. cubitalibus & ſæpe longioribus, in quorũ faſtigiis flores exeunt Corymbacei, colore melino, tanaceti modo. Huius ſapor amarus eſt, odor vt mentharum grauis, non tamen ingratus. Mentaſtri ſeu menthæ ſylueſtris ſuæ ſunt etiam ſpecies, prima vbiuis ſecus mœnia & ſcrobes vrbium ſcatet, foliis maiorib. rugoſis, leuiter crenatis, florib. ſpicatis. Secunda pratenſis eſt, quæ viret aquoſis marginib. folia gerens hiſpida, incana, ſubrotunda, flores, vt prior, ſpicatos; vtraq; grauis nec odore inſuauis. Mẽtha in re cibaria vtilis eſt, peculiaremq; gratiam tenella habet in acetariis, adultior a. vt prædura ſic ingrata eſt. Natura manifeſte calida eſt & eximie ſtomachica: Proprietate n. ventriculi calorẽ auget, robur firmat, coctionẽ iuuat, flatus diſſipat & tormina ſanat. Tanta vero eſt Siſymbrii cũ Mentharum familia cognatio, vt cultu aut neglectu inuicem tranſmutentur: Officinæ Balſamintham nominãt, vulgus Mentham criſpam. Lõge autem diſtat à Sio, ſeu Berula, vt & à Cardamine, ſeu creſcione, quem Siſymbrium aquaticũ vocant: nam verum Siſymbrium, ſerpillum ſylueſtre multis dictum, Menthæ horten-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 693 sur 1557

hortensis admodum simile est, sed odoratius & latiore folio, viresque medicas habet insignes. Omnes Menthæ species calidæ sunt ordine tertio: Sunt enim gustu acres, & facultate calida. Hortensis sylvestri est infirmior, & minus calefacit: exiccat in ordine secūdo. Crispæ reliquis præstant. Succus Hedyosmi cum aceto, sanguinis excretiones, & ventriculi nauseam reprimit, lumbricos rotundos enecat. Folia & stillatitia eius aqua plurimum conferunt dyspepsiæ: singultus, vomitiones, choleramq; sedant, efficacius autem hoc præstant de eodem confecta condimenta. Venerem concitat, membra confortat. Odor cerebrum & memoriam corroborat. Succus siue stillatitia aqua frontis dolorem illita mitigat: mammas, quæ tenduntur aut lacte turgent, eodem modo compescit. Aurium doloribus instillatus subuenit. Folia sale trita rabidorum canum morsibus medētur. Arida folia contusa ac cum Satureia temperata, cordi superimposita aut illita, singultus seu ructationes reprimunt. Omnes in summa Hedyosmi species naturam habent reprimendi, calfaciendi, & resoluendi, vnde desessionibus & clysteribus adhibentur. Immersa lacti folia coagulari ac coire idipsum non sinunt.

Oleum Menthæ ventriculum refrigeratum & imbecillum calfacit & firmat, Nauseam vomitumq; reprimit, appetitum excitat, concoctionem iuuat. Fit autem ex Mentha Crispa Satiua, & oleo Omphacino, id est, immaturo, eodem modo quo Rutaceum, de quo infra.

Syrupus de Mentha conficitur, maior & minor. Vterque ventriculum frigidum roborat. Nauseam, vomitum, singultum, & fluorē alui sedat, maioris confectio hæc traditur: Recipe succi Cytoniorū muzorum, hoc est, in vini saporem acescentium, Cytoniorum dulcium, Granatorum muzorum ana lib. j ß. In succis his per horas 24. macerentur hæc sequentia, Menthæ siccæ lib. j. ß. Rosarum rubeatū vnc. ij. Coquantur paulatim ad medietatem, hinc colentur, & adde Mellis siue Sacchari lib. ij. Coquantur perfecte, & cum Galla Moschata vera trita condiantur, & in sindone ligata, atq; ex orificio vasis suspensa reponantur. Si cum Melle conficias, sumendum erit Mel odoratum aromaticum, quale est quod virgineum Mel appellant, quod è Dantisco aduehitur.

Minoris confectio hæc datur: Recipe succi Menthæ depurati

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 694 sur 1557

lib.j. succi granatorum dulcium & acetosorum ad medietatem coctorum, Sacchari vel Mellis ana lib.j. conquantur sensim secundum artem.

Vnguendum ad iuuandam concoctionem, Rondeletii: Recipe olei Mastichini, olei Menthæ ana vnc.ij. Spicæ Nardi Indicæ, Nucis Moschatæ, Caryophyllorum an drach. ß. Rosarum rubr. drach.ij. Ceræ parum, Misce, fiat vnguentum, quo vngatur regio ventriculi duabus vel tribus horis ante pastum, addendo tempore inunctionis parum vini albi, vel clareti. Moderate calefacit, & adstringit, calorem conseruat, & concoctionem iuuat.

Electuarium ad ventriculum corroborandum: Recipe Menthæ siccæ vnc.ij. sem. Viticis vnc.iij. Anisi, Fœniculi ana drachm.ij. sem. Rutæ drach. j. Cort. Citri sicci, Coralli rubri, vsti & loti in aqua Rutæ ana drach.ij. Cum Syrupo de Mentha fiat electuarium. Sumatur ad quantitatem fabæ ante pastum.

Maiorana, Latinis, item Amaracus, Græcis σὰ ψυχον ἢ ἀμάρακον: Germanis Majoran: Species seu genera eius sunt, quibus idem nomen tribuitur: Præstat ex his, quod minus est, surculosum, foliis teneris & rotundis, maximeque odoratis, Coloris cinerei, virentis, flosculis exiguis & albicantibus, qui cum capitulis, quibus continentur semina, decerpuntur: facile enim relicto semine arescit. Circa hyemen transplantatur, ac locis calidioribus aduersus frigoris molestiam custoditur. Huic generi præter enumerata nomina tribuuntur etiam alia, velut, trifolium agreste, Onecium, Acapnos, genitura Isidis, Myuron, sacerdotis Asinus. Alterum genus est syluestre, quod illæsum in hortis hyeme relinquitur, odoris pene cum priore eiusdem: sed foliis, surculis, capitulis ac flore latioribus, longioribus, densioribus, ac maioribus. Puellis nota est herba, quarum sertis vt plurimum intexitur. Vtraque Amaraci species naturæ est calidæ & siccæ. Hydropem metuentibus, & stranguria laborantibus, quoq; tormina infestant, decoctum foliorum in vino albo est vtile, menses item ciet. Succus seu aqua naribus instillata, cerebrum confortat, sternurationem prouocat, lethargicos excitat. Liquor stillatitius linguæ illitus, vocem restituit: Cerebrum & memoriam exhilarat & corroborat mirabiliter, trium quatuorve cochlearium mensura sumptus. In cibis etiam vsus Amaraci est no-

est nobilis. Arida folia aduersus oculorum inflammationes cum polline polentæ illinuntur; Puluis cum Zingibere naribus immissus, sternutamenta ciet, Catharrum discutit. Folia sugillatis cum Melle prosunt. Impositum ex iisdem cataplasma, stomachi dolorem sedat, luxata membra restituit. Arida cum Melle in pesso subdita folia, menses ducunt. Succus coagulatum sanguinem discutit, sugillata tollit, splenis tumorem reprimit. Oleum Sampsuchinum lassitudini est vtile, & morbis Cerebri & neruorum prodest. In balneo igitur inunctum paralysim iuuat, & spasmum Cynicum, vulgo torturam oris, naribus iniectum: & auribus immissum, à flatu tinnitum dissipat, menses ciet, ac morsui scorpionis prodest. Conficitur autem hoc modo: Recipe foliorum Sampsucchi M. iiij. Serpylli M. ij. Foliorum Myrthi, M. j. Abrotoni, Sisymbrii ana M. ß. Cassiæ ligneæ veræ vnc. ij. Olei Omphacini quantum sufficit, concisis & contusis omnibus, in vitrum iniice, & oleum vt supra species emineat, infunde. Obstructo dein vasis orificio ad solem vel in æstuario diebus octo macera, hinc oleum exprime, & recentibus speciebus secundo & tertio infundito.

Errhinum ad capitis dolorem ex pituita, Andernaci: Recipe succi Betæ, vel Ireos, vel Helenii, succi Maioranæ ana vnc. j ß. vini albi vnc. j. Zingiberis, Pyrethri ana P j. Misceantur diligenter, vtitorque vt supetioribus.

Aliud: Recipe decocti Maioranæ vnc j. ß Mannæ granatæ drac. vj. Mixta ante cibum per nares attrahantur.

Aliud, Andernaci, Recipe succi Maioranæ vnc. j ß. Nigellæ torrefactæ drac. j. His tepefactis ante cibum mane vtẽdum est. Quodsi narium vlcera ægrum infestẽt, eaq; sordida & fœdi odoris fuerint, commiscebuntur succi Anagallidis, aut Betæ, aut Cyclaminis quadrans, vini lib. j. Mellis Anthos vnc. iv. mixta naribus indentur.

Oleum Sampsucchinum: ℞ fol. Sampsuchi, i.e. Maioranæ M. iv. Serpilli M. ij. fol. Myrti M. j. Abrotani, Sisymbrii, seu Menthæ aquaticæ an. M. ß. Cassiæ ligneæ verę vn. ij olei Omphacini quãtũ sufficit. Cõcidito & contundito omnia, & impone in vitreum vas, & insola dieb. octo: postea exprime & alias species infunde: coq; rursꝰ, & tertium idẽ facito; deinde colatũ repone. Lassitudini vtile est, & morbis

& neruorum frigidis prodeſt: ob id ſpinæ in balneo inunctum, paralyſin iuuat, & ſpaſmum Cynicum, vulgo torturam oris, naribus iniectum: aut auribus immiſſum à flatu tinnitum diſſipat, menſes ciet, morſui Scorpionis prodeſt.

Puluis ſternutatorius, Angeſtani: Recipe Maioranæ drach. j. ß. Betonicæ, Pyrethri ana drcah. ß. Hellebori vtriuſque ana drach. j. Pulegii ſcrup. j Fiat puluis.

Puluis ad naſalia: Recipe Calaminthæ, Maioranæ, rad. Ireos, Caſtorei, Nigellæ, Staphiſagriæ ana ſcru. j. Hellebori albi, Pyrethri, Nucis Moſchatæ, Myrrhæ rubeæ, Euphorbii ana ſcrup. ij. Conterantur ſingula, deinde cum Ladani drach. vj. & Melle modico formentur naſalia.

Electuarium ad memoriam, Arnold. Villan. Recipe Maioranæ, Meliſſæ, Beton. Saluiæ ana drach. iij. Balſamitæ, Squinanthi, Marathri ana drac. j. Baccarum Lauri, ſemin. Pæoniæ, Aniſi, Anthos ana drach. iij. ſemin. Ocymi, ſemin. Sinapis, Sileris Montani ana drach. j. Cyperi drach. iij. Tormentillæ, Cubebarum, Nucis Moſchatæ, Cinnamomi, Piperis longi, Caryophyllorum, Zedoariæ, Cardamomi, Zingiberis ana drach. ij. Coriandri præparati in acero paſſulato vnc. ß. Glycyrrhizæ raſæ. Myrobal. Chebulorum, Citrinorum Indorum, Belliricorum ana drach. ij. Polii, Maſticis, Been albi & rubri, Coralli ana drach. j. Moſchi ſcrup. j. Sacchari vnc. ij. Fiat puluis. De hoc puluere Recipe vnc. j. Conſeruæ Anthos, Citri ana vnc. j. Carnium Citoneorum, Vuarum paſſ. ana vnc. ij. Cum aqua Meliſſæ & Maioranæ fiat electuarium ad lentum ignem. Confortat memoriam, cerebrum & omnes virtutes corporis.

Conſerua Maioranæ paratur, vt conſerua Anthos, vel Betonicæ. Inſolatur & conſeruatur per annum. Valet ad omnes frigidos & humidos cerebri, capitis & ventriculi affectus; iecinoris obſtructiones reſerat: vitales ſpiritus fortificat, &c.

Millefolium Græcis dicitur Στρατιώτης ὁ χυλιόφυλλος & χυλιόφυλλος: Latinis Stratiotes Chiliophyllus, Stratiotes Millefolium, Millefolium terreſtre, ſupercilium Veneris: à Simpliciſtis Lumbus Veneris, Marcello Empirico, Herba Millefolia, officinis Millefolium. Arabibus dicitur Hamil & Hamilil: Italis Millefoglio: Hiſpanis Milhoyas Yerua: Gallis Millefueille; Germanis Garben-

Kraut:

Kraut/item Schaffripp/quasi Costa Ouina. Eius apud authores 5. inueniuntur genera 1. dicitur Millefolium vulgare & Millefolium maius: Italis Millefoglio Maggiore: Gallis Millefueille grande: Germanis groß Garbe Kraut. Secundum genus dicitur Millefolium vulgare minus & millefolium terrestre Dioscoridis: Italis Millefoglio minore: Gallis Millefueille petit: Germanis klein Garben Kraut. Tertium genus dicitur Millefolium purpureum: Italis Millefoglio porporino: Germanis Leibfarb oder Purpur Garb. Quartum dicitur Millefolium luteum: Italis Millefoglio Giallo: Germanis gelb Garbe. Quintum genus dicitur Millefolium purpureum minus: Germanis klein Purpurrot Garbe &c. Adstringendi autem vim habent, & exiccant, curant vulnera, temperatum tenent calorem commixtum cum aliqua frigiditate: Vulneribus adhibita optime conferunt, ab inflammationibus vindicant: sanguinem concretum dissoluunt: Impositæ herbæ contusæ menses constringunt: cum aqua vel sale præcipitatis dantur, bibuntur cum aceto ad difficultates vrinæ, vesicæ & suspiria, vlceribus etiam conueniunt: Fit ex eis præsertim vero è Millefolio terrestri, Vinum artificiosum, & aqua Mulsa, &c. destillatur etiam inde aqua ad multiplices tam Internos quam Externos affectus: Miscentur etiam contusa inter Emplastra: vnde Serenus Poeta ait:

Herbaque quæ foliis nomen de mille recepit
Appositu prodest adipi permixta vetusto.

& alibi sic:

Herba Chelidoniæ fertur cum Melle mederi
Herbaque cum seuo foliis de mille vocata, &c.

plura apud Authores.

Narcissus candidus est ac luteus: Candidum describit Dioscorides, eumque duplicem ex Interna floris forma. Folia habet similia, tenuia, multo minora & angustiora, caulem vacuum & sine foliis, dodrante altiorem: Florem album, intus croceum, in quibusdam ve ò purpureum. Radix rotundæ, bulbosa, intus alba. Semen velut in tunica, nigrum, longum. Florem fert mensi Maii initio. Hæc descriptio adeo herbæ huic, quàm pictam ab Hieronymo antè Trago ostensam, damus, respondet, vt nihil prorsus,

quod diuersum sit, inueniri possit. Radicem siquidem habet bulbosam, ex qua rotundi, & cani, & leues caules enascũtur, foliis Allii, oblongis, rosa candida, senis foliis, in cuius medio terni lutei conspiciuntur apices. Semen decidente flore, in folliculis, velut Lilium aquaticum profert. Candida hæc Narcissi species Leucoio Theophrasti respondet, pro quo à plerisque sumitur. Narcissus luteus foliis nascitur Allii, sed minorib. & tenerioribus, radice itidẽ Allii, minore tamen, copiosa, adeo vt tricenas coniunctas sit inuenire, velut in Porro Satiuo. Mense prodit Februario, vnde etiam nomenclaturam accepit, flore, sicut Leucoium Theophrasti, seu candidum, luteo, rotũdo, sed maiore, dupliciq; foliorum contextu, inodoro. Mẽse Maio abq; semine folia & flores euanescunt. Alii quoq; Narcissi faciunt species Bulbi, de quibus vide Medicos. Narcissus, Galeno teste, complexionis est calidæ & siccæ. Vis ei glutinãdi. Narcissi exiguus intra corpus, nisi ad vomitiones ciendas, est vsus. Radix. n. cocta aut in potum sumpta vomitum facit. Radix cum foliis trita & illita, tumores mammarum in puerperis sedat; eadem ratione adustionibus medetur. Virides cum succo tusi Narcissi, vulnera & neruos etiam dissectos glutinant sanantq; Cum Melle luxatis illinitur: membrorum doloribus & podagræ est auxilio: Eodem modo inflammationes restinguit: maculas, papulas, omniaq; cutis vitia corrigit, cum aceto & vrticæ semine trita. Tubercula, hulcera, duritiesque cum viciæ aut fabarum farina mollit. Aculeos aliaque corpori infixa, pari ratione extrahit.

Vnguentum Sarcoticum, Rondeletii: Recipe succi rad. Narcissi vnc. ij. succi Verbenæ, Hyperici, Caudæ equinæ ana vnc. j. olei antiquissimi vnc. ij. Colophoniæ vnc j. Gummi Elemi, Myrrhæ, sanguinis draconis, Masticis, Aloes ana drach. iij. Coquantur succi cum oleo & pauco Melle ad inspissandum, quibus admisce puluercs reliquorum: Efficacissimum est, replet vlcera concaua carne, & recentia subito consolidat.

Oleum Narcissinum fit, primo vere ex recentibus floribus Narcissi, vt Rosaceum, vel oleum Menthæ. Valet ad emolliendas vuluæ durities, præclusionesque: sed capitis dolores facit.

Nardi sunt plura genera. Est enim Indica siue Syriaca, Celtica, Montana, rustica siue Azaron. Cretica siue Phu. Postremo & Germani-

manica Nardus siue Pseudonardus, de quibus suo ordine singulis. Cum autem simpliciter Nardum dicimus, intelligimus Indicam siue Syriacam, quæ reliquis præstat. Frutex est radice graui & crassa, sed breui & nigra, fragili; quamuis pingui, situm redolente, vt Cyperi radix, sapore aspero, folio paruo densoq;. Cacumina in aristas se spargunt, vnde gemina dote Nardi Spicas & folia concelebrant. Duo facit eius genera Dioscorides Indicum & Syriacum. Indicum dictum, quod pars montis in quo nascitur in Indiam spectet. Syriacum similiter, quod ea montis pars, in quo prouenit, in Syriam vergat. Melius Syriacum, quo recentius est ac leuius, comosum, colore rufo, odore vehementer iucundo, Cyperumque imitante, spica, breui, sapore amaro, maximeque os siccante.

Est & alterum Indici genus apud Gangen fluuium nascens, viribus languidum, vt quod solo vliginoso crescat. Odoratius enim est quod locis emicat celsioribus. Latinis & officinis Nardus & Spica Nardi dicitur, Nardus Celtica frutex est pusillus, qui cum radice vellitur, & in manuales scopas assumitur, foliis longiusculis, flauescentibus, flore luteo. Nascitur in Norico, Istria & Pannonia. Gallicam alii cognominant, sed nusquam in tota Gallia nascitur. Celtæ autem historicis quibusdam non sunt tam Galli, quam Germani. Germanica igitur potius esset dicenda. Valerius Cordus Spicam dicit Romanam. Incolis Saliunca teste Dioscoride appellatur. Vnde Ger. Sellung dicitur. Item Marien Magdalenen Blumen / Spicanardes, Saliuncæ Germanicam appellationem à conseruando iuuenili animo, Valerius deducit. Nec conuenit cum Lauendula seu Spica nostra, vt quorundam est sententia. Saliuncæ vero descriptio Nardo Celticæ per omnia respondet, vt multis Ruellius ostendit.

Calfacit in excessu primo, & exiccat in altero. Vires habet easdē quas Syriacum. Sed vrinam cit vehementius, stomacho est vtilius. Inflammationibus iecoris, & felle suffusis auxiliatur. Cum Absynthii decocto aduersus stomachi inflationes bibitur. Ex vino aduersus lienem, renum & vesicæ vitia, & venenatos ictus. In malagmata, potiones & calfacientia vnguenta additur.

Nardus Germanica dicta, quod hæc in Germaniæ passim hortis colatur. Pseudonardus ideo, quod non sit vera Nardus. Duo sunt eius genera: Vnum procerius adolescit, & maiorem spirat odo-

odorem, quod Spicam appellamus: Germanis Spickenardi: alterum minus & amplitudine & odore, quod Lauendulam seu Lauandulam vocamus: quod balneis & lauacris hominum expetatur: Germanis Lauendel Lauander. Fuchsius maiorem appellat marem, minorem verò fœminam. Vtraque autem Germanica Nardus Stichadis est species, vt plerisq; hodie eruditis placet, & descriptio etiam abunde commonstrat. Frutex est folio crassiore, carnoso, angusto, colore languido, in candidum vergente, piloso frequentibus spicis, in aristas sparsis, floseulis in Spica ferè cæruleis, in Lauendula verò purpureis. Exitu veris vtraq; perpetua coma canescit. Spicatur Iunio & Iulio. Locis gaudet apricis & petrosis.

Nardus naturam habet excalfactoriam & exiccantem. Substantiæ, teste Galeno, est mixtæ, & facultatis tum digerentis, tum repellentis & roborantis. Vim habet non exiguam coquendi omnes frigidas dispositiones. Vrinam mouet, aluum potu sistit, Nauseæ ex aqua frigida auxiliatur, & stomachi rosionib. inflationi, iecinori, regio morbo & renum vitiis. Miscetur & antidotis. Vuluæ profluuia, saniemq; apposita supprimit. In aqua cocta, fotu ac insessu vuluæ inflammationibus medetur: Ad glabras oculorum genas valet, ad densiorem siquidem pilum eas reducit. Perfusis humore corporibus inspergitur. In fictili non picato, trita in farinam, & cum vino in pastillos coacta, ad collyria reconditur. Oleum Nardinum, cuius compositionem docet Mesues, calfacit, tenuat, digerit, modice adstringit, proinde affectus omnes frigidos & flatulentos cerebri, ventriculi, hepatis, lienis, renum, vesicæ, vteri, magnopere iuuat: naribus iniectum caput purgat. Corporis colorem & odorem commendat. Nardus Celtica calfacit absessu primo, & exiccat in altero. Vires habet easdem quas Syriacum, sed vrinam ciet vehementius, stomacho est vtilius. Inflammationibus iecoris, & felle suffusis auxiliatur. Ex vino, aduersus lienum, renum & vesicæ vitia, & venenatos ictus, In malagmata, potiones & calfacientia vnguenta additur.

Nardus Germanica calfacit & siccat ordine secundo, tenuium q; est partium. Discutit & educit. Flores in vino cocti vrinã cient, calidi diebus aliquot ieiuno stomacho poti. Menses & secundinam simili modo adiuuant; Cardiacam sedant: Ventositates reprimunt, Morbum regium, sicut & Libanotis Coronaria, pellunt. Efficacius

hæc

hæc præstat cũ Cinnamomo, Garyophyllis, flore Nucis Myristicæ, Cardamomo, Cubebis, & Rosarum foliis decoctum. Apoplexiæ idem decoctum est auxilio: amissam vocem restituit: dentium dolorem sedat: putrida oris hulcera sanat. Ad eadẽ pollet aqua stillatitia. Aqua tam Spicæ, quam Lauendulæ, dolorem capitis sedat, vertiginem pellit ex frigore natam. Præualet tamen Spica Lauendulæ. Membra frigefacta & Paralytica recreat, si aqua illinatur, ac mẽbra herba ipsa fomententur: eorundem tremorem hoc modo sedat. Oleum Spicæ ad vertiginem frigefacta & paralytica membra tremoresq; prodest. Fit autem per destillationem ex maiore Lauẽdula, quæ Spica vocatur, ac maioribus apud nos quam in Narbonensi Gallia fit sumptibus, vt præstet illud à mercatoribus emere.

Montana Nardus hodie penitus in nullo vsu, non enim ad nos nisi casu adfertur. Nascitur surculo & foliis eryngio similib. minoribus minime tamẽ spinosis, asperisq; Radices habet binas aut plures, nigras, odoratas velut hastulæ regiæ. Longe autem graciliorib. & minoribus. Dicitur item Niris, Thylacitis, quod in Coriaceis sacculis, quod Græcis θυλάκια vocant, ad externas nationes ferebatur. Pyritis, quod igni propter iucundũ iniiceretur odorẽ. In Cilicia copiosissime prouenit, vnde Ciliſſam spicam appellat in fastis Ouid.

Et sonat accensis Spica Ciliſſa focis.

Vires easdem habet cum Nardo Celtica. Aqua ad loquelam deperditam: Recipe Aquarum Lauendulæ vnc j. Saluiæ, Pæoniæ Pulegii, Maioranæ, Cerasorum nigr. Fol. Quercus ana vnc. ß. Misce & teneatur in ore.

Alia: Recipe Aquarum Lauendulæ vnc. j. Saluiæ, Pæoniæ, Pulegii, Maioranæ ana vnc. ß. Misce, retineatur in ore, non transglutiendo vel consumendo.

Oleum Spicæ Euonymi: Oleum Spicæ ex Maiori Lauendula fit, quæ spica vocatur, in vino prius macerata, deinde per alembicum destillata. Renibus inunctum gonorrhœam sanat: Lumbricos expellit, guttæ duæ ex vino sumptæ. In summa, multis facultatibus præditum est.

Oleum Nardinum simplex, Mesuæ: ℞. Nardi Indicæ vn. iij. vini, aquæ ana vnc. ij. ß. olei loti lib. j. ß. Minutim inciſam macera, & coquãtur in duplici vase, donec vinũ & aqua per vaporem resoluãtur;

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 702 sur 1557

coletur deinde oleum, & reponatur: Calfacit, tenuat, digerit, modice adstringit: proinde affectus omnes frigidos & flatulentos cerebri, ventriculi, hepatis, lienis, renum, vesicæ, uteri, magnopere iuuat: naribus iniectū caput purgat, corporis colorem & odorem cōmēdat.

Oleum Nardinum compositum, Mesuæ: Recipe Nardi Indicæ vn.iij. Maioranæ vnc.ij. Ligni Aloes, Enulæ, Folii Indi, vel Macis, Calami Aromat. fol. Lauri, Cyperi, Schœnan. Cardam. vnc.j.ß. contundantur omnia leuiter: & illis adfunde vini, aquæ ana quantum sufficit, id est, vtriusq; circiter vn.xiiij. olei loti li.vj. Macerentur horis duodecim: deinde conquantur in duplici vase secundum artem. Idem, quod præcedens, potest.

Vnguentum jecoris facultatem sanguificam roborans, Rondeletii: Recipe olei hepatis, Gelei vnc.iv. Spicæ, Nardi Indicæ, Schœnanti, Azari ana drach ß Masticis, Bdellii, Myrrhæ, Styracis an. dra. iij. Si scirrhus adsit, dissoluantur in oleo: quibus adde Terebinthinæ Abietis vn.j. Ceræ Citrinæ nunquam calfactæ, vt extrahitur ex aluearijs, quantum sufficit. Fiat vnguentum. Tempore inunctionis adde vini Maluatici parum.

Pilulæ ad hydropem: Recipe Spicæ Nardi Indicæ, Hepatis Lupini ana drach.j. Eupatorii scrup.j. Cum Syrupo de Absynthio, & guttis tribus olei Vitrioli fiant pilulæ xxx. auro coopertæ. Dosis pilulæ drach. singulis diebus cum vino Absynthiaco.

Pilulæ ad vrinas & menstrua mouenda, Caspari Bauhini: Recipe succi Absynthii siccati drachm.ij. Spicæ Nardi, Iunci odorati ana drac ß. sem. Apii, Petroselini ana scru.j. Trochiscorum ex Rhabarb. drach.j. Cum Syrupo Eudiuiæ formentur pilulæ paruæ.

Pilulæ Sabelliæ, Mesuæ: Recipe Spicæ Indicæ drac.v. Spicæ Romanæ drach.ij. Rhabarbari, Agarici, Epithymi ana drach.iij. Costi, Masticis, Chamædryos, Amomi ana drach.iij. Croci dra.ij. Myrrhæ, Cinnamomi, Caryophyllorum, Schœnanthi ana drac.j. Aloes dra. x. Cum vino antiquo fiat massa, quę siccata in Charta Ceræ liquatæ intincta, seruatur ad annum. Datur ad drach.ij. cum vino. Obstructiones ventriculi, hepatis, lienis sanant, & hydropem materiamque vacuam.

Aromaticum Nardinum, Mesuæ: Recipe Spicæ Nardi drach.ij. Rosarum rub. vn.ß. Cubebarum, Ligni Aloes, Masticis, Caryophyllorum,

lorum, Cinnamomi, folii Indi, Aniſi, Cort. mali Citri, Trochiſc. Diarrhodon, Galliæ Sebellinæ an. ſcrup. iv. Pinearum mundat. Amygdal. purgat. ana drac. v. Gummi Arab. Tragacanthi ana vn. ij. Moſchi ſcrup. ß. Syrupi Roſ. q. ſ. Cor, ventriculum, hepar, renes & cætera viſcera roborat, & veſicam coctionem iuuat, ob id oris & ſudoris odorem commendat, flatus diſſipat: Veneris appetitum excitat, & reſpirationem liberiorem facit.

Diacurcuma minor, Meſuæ: Recipe Spicæ Nardi, id eſt, Indicæ, Myrrhæ, Caſſiæ ligneæ, Croci, Schœnanthi, Coſti, Cinnamomi, an. vnc. j. Mellis deſpumati quantum ſufficit. Fiat Electuarium. Idem pollet quod ſuperior, ſed imbecillius.

Naſturtium à naribus torquendis dictum, quod ſternutamenta odore & ſeminis acrimonia prouocet. Græcis καρδαμον ἀπὸ τῆς καρδίας, quod cor foueat, ac in ſyncope, quam Cardiacam vocant, plurimum valeat. Alii alia etyma ſtatuunt. Barbari Creſſionem, Germanis Kreß / appellant, Galli, Creſſon. Tria Naſturtii præcipua numerantur genera: Hortenſe aquaticum & ſylueſtre. Naſturtium hortenſe vulgaris eſt notitiæ.

Caulibus aſſurgit ſeſquipedalibus, longe ſtatim à radice minutorum foliorum pediculo, floribus candidis, ſemine per ramorum latera copioſo, firmo, Calyculis orbicularibus contento, ſapore acri. Floret potiſſimum Iunio mox ſemine prægnans: Germanis Garten Kreß. Naſturtium aquaticum, eſt Græcis Siſymbrium Cardamine dictum, altera Siſymbrii ſpecies: Germanis Brunkreſſen / Waſſerkreſſen. Tertium eſt Naſturtium campeſtre, ſeu Agreſte, Græcis ἴβερις, Lepidionſylueſtre. Item καρδαμαντικὴ; vel ἄγριο καρδαμον, quod radix odorem habeat Naſturtii: vel quod folia eius partim Siſymbrio Cardamine, hoc eſt, Naſturtio aquatico, ſint ſimilia, partim etiam Cardamo, hoc eſt, Naſturtio hortenſi, ſiue quod guſtu Naſturtium referat: Germanis Gauchblume / quod pleroſque quibus eſt incognitum infatuet. Folia habet Naſturtio ſimilia, verno tempore virentia, cubiti altitudine, aut minora, flore lacteo, radicibus duabus, quamuis vna etiam plerunque conſpicitur, odore Naſturtii quam acerrimo. Naſcitur in pratis & locis incultis. Tragus ex Naſturtio aquatico

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 704 sur 1557

per inundationem forte in prata delato prouenire dicit. Vel etiam ex eiusdem semine in prata sparso. Floret Aprili potissimum. Monendus hic Lector Lepidion & Hiberin, quarum alteram in fine primi alteram in fine fere tertii Dioſc. describit, eandem esse herbã, doctissimorum hodie, qui de herbis scripserũt, iudicio. Vnde Ruellius caput de hiberide in fine libri primi adulterinum existimat, ac duas Lepidii facit species, alterum maius, Ger. Pfefferkraut, alterum minus Ger. Gauchlum. Hortensis Nasturtii semen calidum est & siccum ordine quarto. Herba arida eiusdem est temperamenti. Viridis vero & recens multo est inferior, vt in acetabulis pro cibo sumatur. Aquaticum aridum, est calidum & siccum ordine tertio. Viride autem in secũdo. Agreste est calidum & siccum in gradu quarto, sicut hortense, minus autem desiccat. Omnes Nasturtii species vrinam cient, alium purgant, renes & vesicam iecoris & splenis obstructiones soluunt, interna corporis vulnera sanant: Venenum, cũ oleo sumpta, educunt. Cum mulso decoctum manè & vesperi potum, viscosos humores educit, tussim & dispnœam discutit. Cum lacte caprino coctum pectoris dolores tollit. Succus ore retentus, malos humores è dentibus dolentibus educit. Succus illitus & folia tusa imposita, omnibus corporis maculis, pustulis & scabiei sunt remedio: eodem modo coxendicum & lumborum dolori fert auxilium, tumores discutit: sentes & infixos corpori aculeos extrahit: squamas capitis lotione aufert. Omnia corporis excedẽtia mala succus purgat & sanat. Semen ore mansum, linguæ paralysi auxiliatur. Sternutationes prouocat naribus inditum, ac lethargicos excitat. Strumas & tubercula circa aures cum aceto coctum semen illitum digerit. semẽ est ad omnia foliis calidius ac fortius, ac propterea minus intra corpus adhibetur: nisi ad excitãdã forte frigidiorẽ naturã.

Ocymum Græcis & Latinis, Basilicum item & Ocymum Caryophyllatum. Ocymum ἀπὸ τοῦ ὠκέως, id est, velox, celer: quod tamen verius Ocymo, quod pabuli quoddam genus est, videtur cõuenire de quo inter fruges. Vel Ozimum ab ὄζω, id est, redoleo, quod suauissimum spiret odorem: sic per z scribitur. Basilicum hoc est, regium ab odoris præstantia, quod regia domo sit dignum appellatur. Gal. Baselic. Germ. Basilien. Tragus tria facit Ozymi genera, alii quatuor, satiua tria.

ria, sylue stre vnum. Satiua ex semine quotannis in hortis mense Maio nascuntur. Præfertur reliquis Ozymum minus, ob odoris & formæ gratiam, urculosum ramulis rotundis, foliis Amaraci, sed paulo maioribus, odore gratissimo. Hoc ipsum Acino Dioscoridis lib. 3. per omnia est simile. Vnde non temere eruditis Acinos Dioſc. creditur esse Ozimum minus. Aliud genus foliis & caule est maioribus, folio Parietariæ minoris seu Mercurialis, flore in nonnullis candido, in nonnullis vero purpureo circa caulem per interualla, sicut in Galeopsi. Ac prima hæc duo genera herbam regiam, Basilicam & Ozimum Gariophyllatum appellant. Quod vero Dioscorides dicit vulgarem herbam esse Ozimum, intelligendum est de pabuli genere: siquidem nostrum hoc Ozymmum maxima cura indiget, frigoris ac pruinæ impatiens. Deniq; est genus sponte ex radice tenui in terra sese late spargente, quotannis enascitur, nec facile semel plantatum supprimitur: foliis odore & forma Mentham propemodum referentibus, caule aspero, villoso, tetragono, flore circa caulē purpureo, Ozimi floribus simili, semen in reliquis Hyoscyamo similibus, nigrum continetur. Atq; in hoc tertio genere diuersum se à verbis Plinii, qui lib. 19. cap. 10. In Serpyllum Ozimum mutari scribit, se comperisse Tragus affirmat: Autumnali enim tempore in valle humida plantatum Ozymum, in Nepetam seu Pulegium sylueſtre tertio anno mutatum se inuenisse. Non repugnat tamen, quod locis siccioribus plantatū, in Serpyllum idem transmutari queat. Velut Theophrastus lib. 5. de Plantarum causis, est etiam autor. Sylueſtre hoc Dioscor. Ocimoides & Ocimastrum vocat, per omnia cum eius descriptione conueniens. Ozima Gariophyllata sunt complexionis calidæ. Viribus prædita resoluendi & discutiendi humores pulmonis & matricis viscosos, ac phlegmaticos. In cibis arefactum sicut Amaracus, & Rosmarinus admiscetur. Vino impositum recenti, odorem & gustum præbet gratissimum. Decoctū cum vino dispnœam tollit, tussi medetur, vrinam prouocat, mēses ciet. Semen vino per diei vnius spatium iniectum, in album succum seu Gummi alteratur, quod illitum inflammationi linguæ, labiorū rimis, & verrucis pectoris maximum fert auxilium. Semen ac stillatitia aqua pota, cor confortat, Syncopen propellit. Folia recentia frōti circūligata, vel stillatia aqua illita contra Cephalalgiam valet.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 706 sur 1557

in deſeſſionibus iiſdem Pulegium & Mentha pollet viribus. Aqua ſtillatitia refrigerandi vim habet. Illinitur ergo inflammationi oculorum, capitis, tumoribus pectoris, aliorumque locorum. Syluestri ſunt pares cum Hedyoſmo vires. Semen Dioſcor. teſte, in vino potum, viperarum & aliorum Serpentium morſibus medetur.

CAPVT XXV.

De Ononide, Origano, Oſenicho, Oreoſelino, Oryſſa, Pimpinella & Peucedano.

ONonis Græce ἀνώνις, quaſi dicas, Aſini oblectamentum. Vulg oreſta bouis, & Remora aratri, quod radicibus ſuis aratrum remoetur. Euricius Cordus Acutellam dici affirmat. Gall. Bugraues, Arreſtre beuf. Germ Ochſenbrech, ab vrinaria vi, quod decoctum eius equites, meiere nequeuntibus equis offerunt. Hauro, hechel, quod crebris ſit aculeis, inſtar inſtrumenti quo ſtupam ſeu linum fœminæ expurgant, vt Cordus explicat. Item Wetzſtein Kraut. Ramos habet fruticoſos, dodrante maiores, frequentibus geniculis cinctos, cauis alarum multis, capitula multa. Foliis eſt exiguis, tenuibus ceu lentis, ad rutæ aut pratenſis loti formam accedentibus, ſubhirſutis, odoratis iniucunde olentibus. Rami ſpinis acutioribus, ac veluti ſpiculis firmioribus horrent. Radicem habet candidam, ſeu in nigro candicantem. Florem fert minutulū, Piſi dilutiore micantem purpura, in ſiliqua non vndequaque ſeptum. Naſcitur culto, pingui & glutinoſo ſolo, ſegetibus præcipue & aruis. Menſe floret Iulio & Auguſto. Calida eſt gradu tertio. Vim habet quandam abſterſoriam & inciſoriam. Radix calfacit & extenuat. Cortex radicis cum vino potus vrinam ducit, calculos rumpit, & cruſtas expellit Dioſc. & Plinio teſtibus. Radicis decoctum hæmorrhoidas ſanare creditur. Antequam ſpinoſa fiat ſale conditur, & eſt cibis gratiſſima. Decocta radix in poſca dentium dolorem collutione mitigat. Eius vinum deſcribitur ſupra cap. de vino.

Origanus ἀπὸ τῶ ὄρους nomē habet, & χορᾶς, id eſt, gaudio, quod montibus gaudeat; Herodianus ab ὁρᾶν, & ϛαίνω, id eſt, clarifico deducit,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 707 sur 1557

ducit, quod visum acuat. Theodorus ab ῥιγῶ, id est, algeo, per prothesin literæ O, deriuat, quasi rigēs per Antiphrasin, quod minime refrigeret: Germanis Wol, emut. Maxima inter autores de eo est controuersia: Theophrastus Paracelsus duo eius statuit genera: Nigrum & candidum. Nigrum nullo semine, candidum vero perquā exiguo Dioscorides & Plin. quatuor recensent, foliis partim Serpillo, partim vero Hyssopo respondentibus: Est n. Heracleoticū, ab Heraclea Ponti cognominatum. Onitis, quasi Asininū, quod ab Asinis impetatur. Tragoriganum, quasi Hircinum Origanum, quod animal istud potissimum eius voluptate capiatur: Siue Tragoricum cuius duæ adhuc à quibusdam narrantur species: & syluestre. Heracleoticum folium habere, scribit Dios. Hyssopo nō dissimile: vmbella non in orbē se colligit, nec in rotæ speciem radiatur, sed multipartito diuisa fronde. Semen in cacuminibus virgarum non dēsum, nec durum. Aliis Cunila dicitur, Plinio Gallinacea Cunila. Hoc Ruellius existimat esse eam, quæ vulgo de generis Maioranæ, cognomento in hortis seritur, quæ forma foliorū & capitulorum Maioranam imitatur, frutice Hyssopi, foliis eidem vel Serpyllo syluestri proximis, minoribus tantum, vmbraculis non in orbem coactis, sed diuisis, florum plenis. Onitis eadem est, candidiore tantum folio, hyssopoq; consimiliore, fructu confertis Corymbis cōpacto. Tragoriganum fruticulus est Dioscoridi, Serpyllo syluestri, vel Origano similis, tam ramo quam foliis: sed quibusdam in locis soli cōditione lætius & habitius inuenitur, latiore folio, glutinosum: alterum macilentius, foliis exilioribus, molliusculis, quod aliqui Prassion vocare maluerunt. Optimum Cilicium, Choum, Cretense, Chyum & Smyrneum. Syluestre Origanum, foliis est Origani, prætenuibus virgulis, digitorum quatuor altitudine, vmbellis anethi, flore candido, radice tenui superuacua. Hanc Dioscorides Panax Heracleum & Cunilam quibusdam dici meminit. Plinius Bubulam Cunilam locis aliquibus vocat. Hodie omnibus illis specieb. caremus, sola excepta syluestri Origano, quæ copiose in nostris montibus gignitur, quaque officinæ vtuntur, Tragus tres eius in flore facit differentias Primum floribus purpureis, alterum in puniceo rubentibus, tertium candidis. Locis gaudet maxime montanis & dumosis, solique expositis, ac in

ac in hortis etiam iuxta sepes nascitur, mense floret Iulio. Calfaciunt & exiccant omnes Origani species, in tertio ordine. Heracleoticum decoctum cum vino, potum, venenatorum morsibus prodest: cum passo autem iis, qui Cicutam aut Meconium: Cum Oxymelite autem iis, qui gypsum aut Ephemerum hauserunt. Ruptis, conuulsis, hydropicis cum fico manditur. Aridum acetabuli mensura cum aqua mulsa potum, atram bilem per inferna detrahit, menses ciet. Linctum ex Melle tusses emendat. Medicamentum ciendis vomitionibus commodissimum ex Origano fit, additis cepis, & semine fruticis, quod ad obsonia expetitur, rhus dictum, omnibus in ære Cyprio per tricenos dies insolatis, ab ortu canis, cum syderis æstu tempus flagrat. Onitis eadem quas Heracleoticum præstat vires, sed nonnihil infirmiores. Syluestre Origanum priuatim foliis & floribus cum vino potis, venenatorum morsibus auxiliatur. Tragorigani genera omnia calfaciunt, vrinam cient, bonã faciunt aluum, si decoctum eius bibatur. Lienosis cum aceto pota prosunt: cum vino his, qui ixiam hauserunt, Tussientibus, Peripneumonicis, ex Melle in eclegmate dantur. Datur eiusdem potio cibum fastidientibus, & stomacho male affectis, & acida ructantibus: iis item quibus à maris iactatione nausea & hypochrondriorum calor excitatur. succus Origani virentis, tonsillis, Columellæ, oris hulceribus medetur. Per nares cum oleo infusus caput euacuat. Cum lacte aurium doloribus infunditur. Obdormituris in metu serpentium herba substernitur: fugat enim eas. Cum polenta illitum tumores discutit. Scabiem, puriginem & psoram, in desessione balnearum sanat. Illinitur suggillatis, item dentium dolori, quibus etiam candorem facit, cum Melle & nitro. Lassi perunguntur ex eo, ita vt venter attingatur. Epinyctidas cum pice sanat. Furunculos cum pice tritum, aperit: strumas cum oleo, aceto, & farina hordeacea: Lateris dolores cum fico illitum. Fluxiones sanguinis tusum, in genitalibus, ex aceto litum: reliquias purgationum à partu.

Insessus ad colicum & nephriticum dolorem, Andernaci: Recipe Origani, Calaminthæ, Anethi, Chamomillæ, Sinonis, Lauri ana M.iv. Fœnigræci, sem. Carui, Cumini, Anisi, Fœniculi ana vnc. ij. Baccarum Lauri vnc. ß. Quod si varii sint affectus, eorumque

causæ

cauſæ diuerſæ, plura medicamenta inſtituto idonea, adiicere licebit: vt ſi emollitione opus ſit, folia Maluæ, Altheæ, Parietariæ, ac Violarum addes. Sin autem inciſio quædam, aut meatuum apertio requiratur, radices Aſparagi, Ruſci, Apii, adiungentur. Ad veſicam calculoſam eiſdem vtendum, ita tamen vt ruta addatur.

Olſenichum, vel Thyſſelium Plin. lib. 25. cap. 11. Herbarii vocant Olſenichium & Meu Paluſtre: Polonis Oleſnick: Germanis Olſenick: Græcis θυασέλινον: Habet vim calefaciendi & exſiccandi, radice ac ſemine vtuntur tantum in Medicina, etiam ab intra.

Oreoſelinum Dioſcoridi dicitur Ὀρεοσέλινον, à Cunrado Geſnero ὀρεοσέλινον ἔσχυλον & ἔνοπον: Latinis Oreoſelinum, Apium Montanum, Montapium, Apium Ceruinum, Petroſelinum Montanum, Petroſelinum Ceruinum, & Elaphoſelinum: Valerio Cordo Polychreſtum, Cunrado Geſnero Polytnærum: Italis Apio Montano, Pitroſello Montano, & Petroſemolo Montano: Hiſpanis Apio Monteſino, & Perexil Monteſino. Gallis Perſil des Montaignes: Ægyptiis Anonim: Arabibus Acraſelinum. Germanis Bergpeterlein. Tria ſunt eius genera: 1. eſt Oreoſelinum ſimplex: Alterum, Apium Montanum folio ampliore: Tertium Selinum Montanum pumile, &c. Calfaciunt & ſiccant: Eius aqua deſtillata Interne conuenit, vt & Herba Externe.

Oryſa Græcis ὄρυζα à Theophraſto ὄρυζον: Latinis Rizum, Riſum, Oryza, Oriza, Oryſum, hordeum Galaticum, & hordeum Sicilienſe: Arabicis Arz & Arzi: Serapio. lib. ſimpl. cap. 13. teſtatur Haliabbati 2. Canon. c. de Granis vocari Arſura & Aezum: apud Gloſſographum Auicennæ Iaibedi: Pultis inde confectio Arabice vocatur Albede, teſte Andrea Bellunenſi: Italis vocatur Oryſa Riſo & Reſo; Hiſpanis Arroz, & Atroz: Gallis Riſ, Riz, & du Riz. Vngaris Ris Kaſa: Anglis Reſe: Germanis Reiß & Ryß &c. Calefacit in primo & ſiccat in ſecundo gradu, teſte Galeno lib. 2. Alim: Eius vſus varius ac multiplex, ab Intra & Extra, deſtillatur in aquam, conſit etiam inde à quibuſdam panis: populi habitantes in ortu ſolis conficiunt inde iucundas potiones, deinde etiam optima Cereuiſia ex ea fieri poteſt: tanquam ex alio frumento.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 710 sur 1557

Pimpinella antiquis Petroselinum dicitur: à Nicolao Myrepso Pempinela, à Ioanne Ruellio Pampinaria, Hermolao Barbaro Bibinella: ab aliis Pimpinella, Pampinula, Bipennula, Bipennella, Pampinella, Pinpinella & Bimpinella: à Simeone Ianuense Petrafindula & saxifragia dicitur. Simpliciſtæ vocant Tragoselinum, Apium Hircinum, Petroselinum Hircinum, Pimpinella Hircina: Item saxifragia Hircina, Pimpinella alba, & Pimpinella saxifraga. Arabice teste Matthæo Syluatico vocatur Halimach, Kezai, Kezair, & Neseblach: Italis Pimpinella & Petrosello Saluatico: In Candia Pipinella: Gallis Pimpinelle: Germanis Bibinell Steinpeterlein &c.

Tria eius sunt genera: 1. dicitur Tragoselinum maius & Pimpinella maior: Italis Pimpinella maggiore, & Petrosello Saluatico Maggiore: Gallis Pimpinelle grande: Germanis groß Bibinell &c. Secundum genus solummodo dicitur Pimpinella ab officinis, á Botanicis Tragoselinum minus & Pimpinella minor: Italis Pimpinella minore & Petrosello Saluatico minore: Gallis Pimpinelle petite: Germanis klein Bibernell &c. Tertium genus à Simpliciſtis vocatur Pimpinella Petræa, Tragoselinum Petræum, Pimpinella saxatilis, Pimpinella Crispa & Tragoselinum saxatile: Germanis Stein Bibernell siue Mauer Peterlein &c. Eius vsus in medicinatam, Externus quam Internus existit: Omnia eius genera sunt calida, primum genus calidum est siccumque in principio tertii gradus, reliqua duo calida existunt siccaque in tertio. Eius fit destillatio in aquam, præparatur ex ea vinum, Mulsa, Extractum, succus exiccatus, Syrupus; Radices condiuntur, Saccharo etiam incrustantur: Item semen Saccharo incrustatur, redigitur in conseruam, fiunt ex ea la Tabulæ, item Sal; exprimitur & destillatur in oleum; Arcanum Purum demonstrat eius Tinctura aut Essentia, &c. Plures exinde præparationes qui volet, experiri poterit.

Peucedanum, Græcis dicitur πευκέδανος siue πευκέδανον ἄρσεν, ἀγριόφυλλον, & ἀγαθὸς δαίμων: Latinis Peucedanus siue Peucedanum, Bonus genius & Bonus Dæmon, Herba stataria & vt Ianus Cornarius vult satarium. Apud Simpliciſtas dicitur Pinastella siue Pinastellum, Herba sulphurata, fœniculum Porcinum, cauda Porci-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 711 sur 1557

Porcina,& Herba Thuris. Arabice apud Serapionem lib. simpl. cap.276. Harbatum, ab Auerrhoe Andration & Herbatura vocatur : Apud alios Authores Arabicos aliâs etiam legitur Aluesen,Bugenis,Buyanis,Hesian & Hesisaan:Italis dicitur Peucedano, Finnochio Porcino & Pinastello : Hispanis Heruatum , Yeruatum , & Fenicho de Porco : Gallis Peucedane & Queue de porc : Germanis Seufenchel / Himmeldill / id est, Anethum cœleste : Duplex inde sumitur differentia , vt Peucedanum simpliciter & deinde Peucedanum Italicum : Germanis grosser vnd kleiner Seufenchel / &c. Montibus nascitur opacis , caule tenui, macilento , Fœniculo simili, coma circa radicem densa copiosaque,flore luteo, quem Iulio & Augusto profert, radice admodum longa, foris nigra, intus alba, odore graui,crassa, liquore plena, cui lachryma interdum concreta. Thuris similitudine, sicut & caulibus , adhærens inuenitur. Officinarum Peucedanum,cum radice sit lignosa, non succo plena, & odore quoque iucundo, non est genuinum. Calfacit Peucedanum in secundo, exiccat vero in tertio ordine. Decoctum radicis ex vino, vel radix trita & assumpta, pectus purgat, frigidum & viscosum phlegma educit, tussi veteri ex frigiditate natæ summo est auxilio. Succus eius tritus eadem potest. Colligitur autem succus hunc in modum: Tenera radix cultello conciditur,ac profluens inde succus in vmbra siccatur : nam in sole statim euanescit. Caput autem & nares, dum succus exprimitur , Rosaceo perfunduntur, ne dolor caput premat ,& vertigo sentiatur. Cum Melle mixtus succus potus, stranguriam adiuuat: serpentum veneno medetur. Vnde illiti hoc succo ex oleo temperato , à serpentibus sunt securi. Suspiriis,torminibus & inflationibus, Dioscoride teste, subuenit, lienē absumit:difficiles partus mire adiuuat: ad vesicæ cruciatus & renū distentiones bibitur:vuluam aperit Radix trita cū aceto, & oleo,illita,omnib.neruorum vitiis prodest.Ex oleo & Rosaceo, Lethargicis phreniticis,vertiginosis,comitialib.& longis capitis doloribus resolutis,Ischiadicis,conuulsis medetur: Aurium dolorib.ex Rosaceo instillatur Dētium cauernis succus eius inditus , dolorem mitigat. Ruptis infantibus quibusq; vmbilicus nimium prominet, succus vtiliter illinitur. Naribus infusus succus vel puluis eius

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 712 sur 1557

Lethargicos excitat, & mulieribus, quæ ex matricis dolore concidunt, auxiliatur. Lachryma seu Gummi eius quod caulibus & radici adhærere inuenitur, recentia vulnera sanat. Idem præstat radix. Vetera damna & putrida hulcera puluis radicis aspersus purgat, & ad sanitatem perducit.

CAPVT XXVI.

De Polio, Periclymeno, Petroselino, Panace, Phu, Pæonia, & Pulegio.

Polium capitulo quodam paruo in Corymbi speciem coacto hirsuto, tomentaceo & albescente, capillitium hominis cani similitudine quadam effingit, vnde nomen. Assurgunt & ab vna radice surculi numerosi, tenues, duri, lignosi, rotundi, sesquipalmum longi: folia oblonga sunt crenata, rigidiuscula, Chamædryos affinia, sed angustiora, in ambitu serrata, in virgularum summitatibus floscüli albida lanugine pubescentes, simul plures in capitula coacti; semẽ paruum, nigrum, oblongum. Tota planta incaua est, in locis squalidis & montosis lætius virens, vnde Polium montanum in Pharmacopoliis nuncupatur, cui etiam Teutrio nomen est, secundum Dioscorid. Grauem odorem spirat, sed non iniucundum, & ad medicos vsus sæpe adducitur. Est alterum non vsque adeo valens odore & viribus infirmius, cuius etiam surculi rigidi sunt, & rotundi, folia breuiora & angustiora. Floscüli multi, simul congesti, lanugine tenui, incanescentes. Alia duo recenset adhuc Remp. Dodon. Pœna vero quatuor, quæ his inuestiganda relinquo, qui vniuersam stirpium historiam describendam susceperunt. Polium calefacit ordine secundo, siccat initio tertii, Hydropicis, ictericis, lienosis medetur; vrinas & menstrua mouet, substratum, suffitumve serpentes fugat, vulneribus ad cicatricem perducendis opitulatur.

Periclymenon Græcis à conuoluendo dictum, Latinis ac Romanis volucrum maius, vulgo Caprifolium, & Matrisylua, à nonnullis lilium inter spinas: Gallis Vinciboſſe: Germanis Waldgilgen!

gillgen &c. Frutex est surculosus, lignosus, Scansorius ac sese vicinis arboribus conuoluens ac circumligans, & ad summa earum fastigia sæpe surculis obsequiosis ascendens, folia profert ex longis interuallis & singulis geniculis, bina, oblonga, leuia, mollia, ex albo virentia, prona parte albiora: flores candidos & aliquando flauescentes, in longitudinem porrectos, fistulosos, in extremo hiulcos, simul multos ac velut in fetto congestos, & suauiter olentes, apicibus aliquot è medio exeuntibus. Fructus partim rubens, rotundus, racematim cohærescens, in quo semen durinsculum; radix crassa & lignosa; cuius nullus est in medicina vsus: Galli Vinciboscum vocãt. Nascitur in syluis & dumetis & arbusta arcte sæpe amplexatur, vt suæ circumuolutionis impressum illi relinquat vestigium. Ex Periclymenis, quoddã frutices amplexando suos Gyros ab Oriente in occidentem, aliud ab occidente in orientem ducit, idq; semper & locorum vbiq; Periclymenum euidentissime calefacit, siccatq; lienem minuit, Orthopnoicis confert, vrinam mouet, singultum arcet, partus celeritatem facit, calculos pellit. faciei lentigines delet, & longo vsu sterilitatem & viris & mulieribus adfert.

Xylostron Periclimeno vultu quidem simile est, sed nullis, vt hoc ipsum, eget adminiculis, vt fulciatur, sed per se subsistit. Liquor Periclymeni stillatitius, trium quatuorve Cochlearium mensura bina vice in die potus, dipsnœicis, tussientibus, & interno ventriculi æstu, laborantibus prodest. Rubræ eius baccæ tritæ, drachmæ pondere ex vino mane quadraginta dies potæ, lienosis, Dioscoride teste, auxiliantur. Baccis natura est expellendi, vrinam igitur crassam & cruentam cient & educunt: Partum quoq; maturant. Gratior ad vsus, est aqua stillatitia. Omnibus inflammationibus oculorum, & jecoris quoq; æstui, liquor stillatitius Periclymeni vtiliter illinitur, aut cum panniculis applicatur.

Petroselinum Græcis πετροσέλινον: Latinis Apium saxatile, Apium Petræum, à Galeno Petroselinum lib. 1. de Antid. & Petroselinum Estriaricum, à Simplicistis Petroselinum Macedonicum quia copiosissimum in Macedonia nascitur in saxis & locis præruptis: Arabibus dicitur Machdunes: Italis Petroselino Macedonico & Petrosello Macedonico: Hispanis Apio que crece en las piedras; Gallis Asche des Rochiers: Germanis Macedo-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 714 sur 1557

nischer Peterlein/&c. Quod hodie in hortis apud nos in Germania seritur Petersilien appellatum, est tantum species Petroselini Macedonici, cultura mansuefacta. Calidum est & siccum Petroselinum in tertio ordine. Petroselini radix & folia in cibis sunt vtilissima: vrinam cient, menstrua ducunt, stomachi inflationes discutiunt; torminibus medentur. Laterum quoque, renum, & vesicæ doloribus sunt auxilio. Eadem præstat efficaciter nostrum Germanicum Petroselinum. Aliqui decoctum ex hoc faciunt contra icterum, hydropem & calculum Renum, accipientes seminis Petroselini, Fœniculi, Anisi, Careos, singul. drach. ij. radicum Petroselini, Dauci siue Pimpinellæ, Fœniculi & Cumin sing. drachm. ij. aut iij. Singulis in mensura vini albi vna nocte maceratis, ad tertiam decoquunt partem. Huius decocti mane & vesperi ad tres horas ieiuno stomacho potus ægrotis datur. Eadem potest aqua stillatitia. Inflammationibus oculorum cum polenta aut recenti pane illitum medetur. Eodem modo Erysepelati prodest. Stomachi æstum, impositum reprimit. Lac coagulatum in mammis folia tusa & imposita discutiunt. Vtile hoc modo iis, qui infantes ab vberibus subducunt.

Panax Græcis dicitur πάναξ, πάναξ & πάναξ ἡράκλειον: Latinis Panax, Panaces, & Panaces Herculeum siue Heracleon. Arabib. dicitur Fanasi & Fanax: Italis Panace Heracleo: Hispanis panaque: Anglis Hercules Alheala: German. Panax Kraut &c. Eius duo sunt genera: Succus ex radice siue Gummi Græcis dicitur ὀπὸπάναξ: Latinis Opopanax; apud vulgares Medicos Opopanacum: Herbariis Gummi Panacis, Panacis lachryma & Panacis succus: Serapioni lib. simpl. c. 252. dicitur hic succus Ieusis & Ieusir: Auerrhoi Steusir & Ihansir: Andrea Bellunensi Giasir, Giausir. Hali, Iausir. Stephano Haliabbatis: Glossogr. Iausari & Iaxiron. Apud alios Arabes legitur, Heusir, Gemen, Gesir, Guescir, Guesir, Gnusir, Hausir, Gensеir, Hausur, Hazechir, Kemesir, Kemeisir, Alieusir, Seldebiuegi, Zausior & Hermesir. Italis Opopanaco: Hispanis Opopanaque: Gallis Opopanac: Germanis Gummi Panax &c. Herbæ & succi vsus venit in vsum Medicum tam Internum, quam Externum: Ex herba fit vinum, ex Gummi oleum ac pilulæ, &c.

Pana-

Panaces Coſtinum, Herbariis Coſtus Illyricus, & Coſtus adulterinus: Germanis Coſten Heilwurtz: Calfacit & ſiccat: vtitur in Medicina Interne, &c.

Panaces Aſclepium Græcis dicitur πάναξις ἀσκλήπιον: Latinis Panaces Aeſculapii, Panaces Aſclepium & Panax Aſclepias: Serapioni Panax Aſchilibet, Fanaſi ſeu Fanax Aſchilibet: Italis Panace Aſclepio: Germanis Heilwurtz Aſclepium: Calefacit etiam ac ſiccat: Vſus eius ab Extra & Intra.

Phu Græcis φοῦ & ἴρις ἄρρος: Latinis Phu, Nardus Agreſtis, Plinio Nardus Creticus: Herbariis Phu Ponticũ, Valeriana Põtica, Herba Theriaca, Herba Diui Georgii, Theriacaria, Herba Diuæ Mariæ Magdalenę, Georgiana, Serapioni ſiſtra, Spica Sylueſtris, Theop. Paracelſo Terdina. Officinis Fu: Arabibus, vt Serapioni inprimis dicitur & Auicē: Fu: Haliabbati, Fucha. Italis Valeriana Maggiore: Gallis Valeriane grande: Hiſpanis Yerua Benedicta, Hierua Benedicta & La Valeriana: Anglis Valerian: Germanis Welſcher Baldrian, &c. Secundum genus apud Herbarios dicitur Valeriana maior, & Valeriana ſimpliciter: Item Valeriana ſylueſtris, Genicularis, Dania Maior, Ballarima, Antilla, Herba Valentia, Marcorella, Matureſia, Naucilla, Herba Benedicta, Valentiana, Baldriana, Marinella & Marcinella: Italis Valeriana, Phu volgare, & Valeriana Saluatica: Gallis Valeriane Sauuage: Germanis Baldrian: Tertium genus dicitur Valeriana Media & Valeriana Montana: Germanis Berg Baldrian. Quartum genus Herbariis dicitur Phu minus, Dania minor, & Valeriana minor: Germanis kleiner Baldrian. Quintum genus dicitur Phu minus Apulum & Phu minus Montanum: Sextum genus dicitur Phu Petræum, Valeriana ſaxatilis: Germanis Stein Baldrian. Omnia genera habent vim calefaciendi & ſiccandi. Fit ex ea Quinta Eſſentia præſtans, item Sal, deſtillatur & in aquam, &c.

Pæonia à Pæone inuentore dicta, Græcis Glycyſida, quod grana mali Punici granis ſimilia habere videatur. Sidia enim Bœotæ mali Punici grana vocant. Herba item Caſta Latinis, officinis Pæoniæ nomen retinet: Germanis Pæonien Roſen: Inſignis ſane herba eſt, flore, viribus, multos ſtolones edens,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 716 sur 1557

edens, pedum sæpe duorum altitudine in summitatibus flores pulcherrimos eructans vel rubros, vel ex albo rubentes, multiplices amplos, & rosarum æmulos, vnde Rosæ D. Mariæ quibusdē vocantur. Eius tres sunt differentiæ: Prima dicitur mas, quæ folia iuglandis Nucis similia, sed ambitu minora & crassiora obtinet. Secunda Smyrnii modo folia diuisa & superiore minora gerit, ex obscuro virentia, surculos breuiores atq, omnia minora. Tertia videtur magis neutra, vel potius promiscua, quæ scilicet vtriusq; gerit ideam & effigiem, neq, plane rubra, neq; candida, sed veluti pallida est. Quædam nunc in multorum hortis cernitur prorsus alba & pulcherrima; omnium tamen elegantissima est multiflora, cuius sc. flos non reliquarum modo simplex, sed Polyanthos ac multiplex datur. Omnes tuberosas radices habent & multifidas; quædam tamen magis glandulosas; caules oblongos; folia diuisa; flores valde patulos; in summo caule siliquas amygdalis similes, in quibus dehiscentib. multa grana, parua, prę rubra, cocci colore, splendescētia, acinis granatorum conformia inueniuntur, & in medio quædam nigra, lucida, medullosa, sapore medicato, acri subastringente, cum nonnulla amaritudine. Multa superstitiosa de pœoniis narrantur, quæ tanquam literis indigna, omittuntur. Pœonia tenuium est partium, exiccat, & in caliditate Symmetriam obtinet. Radix leuiter cum quadam dulcedine adstringit. Arida Pœoniæ radix tusa, Amygdali magnitudine cum vino sumpta, mulieres à partu purgat: menses ducit: Calculum vesicæ & renum pellit, ictericos adiuuat, ventris dolores sedat: fluxus alui sistit, per dies aliquot in vino decocta radix pota. Grana eius duodecim tusa & pota, sanguineum mulierum fluxum cohibent: ructus & singultus componunt: Lapidem in puerorum vesica generari prohibent. Quindecim grana trita cum vino sumpta, mulieres ex matricis dolore concidentes excitant. Aqua radicis & floris stillatitia, cor confortat, puerorum comitialibus prodest, duorum trium ve cochlearium mensura nonnunquam pota. Alba Pæoniæ masculæ radix, quam pro Dictamni radice Seplasiarii vendunt, eadem vires habet, ac plurimum contra venena valet. Grana Pæoniæ contra Phantasmata & Comitialem morbum valere præcipue multorum experientia constat.

Aqua

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 717 sur 1557

Aqua apoplectica. Recipe roriſmarini, betonicæ, ſaluiæ, maioranæ ana m j. flor. anthos. flor. ſtœchados. flor. borraginis, flor. primulæ veris, flor. lauendulæ ana p. j. ſem. ſinapi, ſem. pæoniæ ana vnc. j. ſem. fœniculi ana drac. ij. Nucleorum Perſicorum vnc. j. rad pæoniæ vnc. j. ſcillæ drach. ij. viſci quercini vnc. ſ. cubebarum drach. ij. Nucis moſchatæ drach. ij. macis drach. j. ſpec. Diambræ, ſpeo Diamoſchi ana vnc. ſ. confect. ana card. vnc. j. aquæ optimæ atque circulatæ lib iv. Pulueriza nda pulueriſentur, macerentur & per veſicam deſtillentur vt artis eſt.

Claretum pro epilepticis, Thomæ Eraſti: Recipe radicis pæoniæ, ſeminis pæoniæ decort. ana drachmam j. ſ. cinnamomi, macis, galangæ, zingiberis, caryophyllorum ana drach. j. Foliorum ſenæ vnc. j. Turpeti drach. vj. vel rhabarbari drach. iij. vel agarici drac. v. ſacchari vnc. vj. vini drac. xij. Aquæ vnc. viij. Macerato per horas 24. deinde addito ſacchari quantum ſatis: per filtrum ſæpius colentur.

Vinum purgatorium in epilepſia, Eraſti: Recipe abſinthii, carduibenedicti, verbenæ, betonicæ, vel agrimoniæ, eupatorii, aſpleni, tamariſci, rad. capparorum ana m. j. cinnamomi, macis, galangæ, zingiberis an. drach. j. vel drach. ij flor. pæoniæ, vel rad. & ſem. pæoniæ an. drach. j. ſ. ſem. citri, drach. ſ. fol. ſenæ vnc. ij. turpeti inciſi, agarici drach. ſ. vini veteris menſ. iij. Miſceantur in vaſe diligenter clauſo. Capiat æger alternis diebus poculum vnum initio paſtus.

Conſerua pæoniæ. Recipe in vere florum pæoniæ recent. lib ſ. ſacchari lib j. Piſtétur ſimul in mortario lapideo optime: deinde ponantur ad ſolem in vaſe vitreato per menſes tres, quotidie agitando ſpatula lignea: poſtea conſeruetur ad annum. Ad epilepſiam & vertiginem valet: menſtrua prouocat: renum & veſicæ calculos expellit, terrores nocturnos ſedat.

Pulegium Dioſcoridi glechon, & blechon nominatur: Item arſenicanthon, nonnullis apolegum & abuolum: Apuleius polidon, heniton, πάντα ἀγαθόν, hoc eſt ad omnia bonum: Germanis Poley: dicunt authores conuenire cum tertia Calaminthæ & quarta hyoſmi: pellere ſommolentiam, & oues, ſi depaſtum ab ipſis fuerit, balare: Vnde etiam βλήχων, à βλάχω, id eſt, balo, dicitur: De hoc lib. 18. cap. 25 Miretur, inquit Plinius, qui non meminerit, ipſo

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 718 sur 1557

pso brumali die pulegium in carnariis florere adeo nihil occultum natura voluit. Dictum est pulegium, quod flos eius recens accensus pulices interficiat. Vnde herba etiam pulicaris, quemadmodum etiam conyza & psyllium, appellatur.

Eius duæ sunt differentiæ, vnum dicitur mas, seu satiuum, verum & latifolium, alterum syluestre & angustifolium. Vero pulegio abunde caules exeunt multi, rotundi, sæpe procumbentes, in altum tamen sese attollentes, folia è singulis geniculis bina exeunt subrotunda: flores subcærulei, circulatim culmos iuxta foliorum exortum circumdant. Suauem pulegium odorem halat, maxime cum floribus ornatur. Eius odorem aqua vase vitreo, vt decet, stillata seruat. Vt pulegium verum parum distare videtur à secunda calaminthæ differentia, sic syluestre à serpillo. Nascitur optimum in locis aridis, saxosis, & montibus, vnde pulegium montanum & regale, quod officinæ multæ clynopodium esse dicunt. Pulegium recens incensum pulices necat, vnde fortassis nomen. Ad pulegia autem plantæ multæ odoratæ referuntur, in quibus designandis vix authores conueniunt. Pulegium calefacit ordine tertio, valenter exiccat, attenuat, menses & secundas mouet, pectoris pituitam digerit, coctiones iuuat, conuulsis auxilio est, contra serpentum ictus ex vino confert, lienosis admotum medetur, & podagricis & comitiali morbo affectis prodest. Decoctum eius cum forti albo vino, matutino, ac vespertino hausturn tempore, menses ciet, fœtus & secundam pellit. Nec adhiberi debent hæc vel similis decoctio, nisi postulante necessitate, vt cum mensium difficultas quædam fuerit, aut albo fluxu fœminæ infestentur. Decoctum cũ aceto & melle pulegium, sanguinis fluxus, singultus & vomitus reprimit. Atræbili educendæ maxime confert decoctum cum melle & aloe, idemq; pulmonis humores phlegmaticos consumit. Ventris intestinorum & matricis dolorib. fert opem: serpentium venena expellit: anginam per gargarismum discutit: oris vlcera sanat, si os eo colluatur. Succus & stillatitia huius aqua serenitatem oculis inducunt, prurit um compescunt. Podagricis membris vsq; dum rubescat cutis, impositum pulegium auxiliatur. Capitis dolori eadem ratione est auxilio. Epilepticis, comitialibus, & lethargicis contusum cum aceto, naribus admotum, vel ori nonnunquam insertum

pro-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 719 sur 1557

prodeſt mentem & rationem reuocat. Aduſtis membris cum polẽta illitum refrigerium adfert. Sale & aceto tuſum ac calefactum conuulſionibus prodeſt. Ad ſerpentum & ſcorpionum, araneorumq; ictus dicto modo eſt efficax.

CAP. XXVII.

De porro, parthenio, piloſella, polytricho, pyrethro, phalaride, paſtinaca & pulſatilla.

PORrum Græcis praſon, Gallis porreau, Germanis Lauch: Studioſiſſime ſeritur in hortis culinæ dicatis: planta n. magis veſca eſt, quam medica, vt olitores & coci ſatis agnoſcunt: E us tamen ſuccus interdum pharmacariis remediis vſurpatur, vt puluerib. pilularum fœtidarum excipiendis & interdum empyreumati extinguendo, vel potius educendo; licet n. calidus ſit, mira vi, impreſſum caloris veſtigium ad ſe alli iens, aufert. Porrum eſt vel hortenſe, vel agreſte, duum vtrumq; generum: Hortenſe prius dicitur capitatum, alterũ ſectiuum: capitatum, hoc ſimpliciter dicitur porrum & eſt hoc q, vulgo eſtur. Naſcitur locis lætis, riguis nimirum, capite ſimplici ex albæ ceruicis anguſtiis extuberans, fronde ſuper terram carinata, & in angulum oblonga. Radice cartilaginea, candicante, craſſa, multis fibris capillata, tunicis item quibuſdam veſtita, aricinum hoc idem dicitur: Gethyll da quoque appellari teſtatur Diphilus. Martialis in xeniis:

Mittit præcipuos n moralis aritia porros,
In niueo viridis ſtipite cerne comas.

Sectiuũ, dicitur & Tarentinum, vt hoc diſticho Martialis oſtendit:

Fila Tarentini grauiter redolentia porri
Ediſti quoties: Oſcula clauſa da o.

Caulem habet longum, intus cauum, multis in vertice floribus aceruatim collectis & in ſpeciem abſoluti orbis conglomeratis, id qd in bimo accidit: quod etiam ſementeſcit, ſparſo per eius cacumen ſemine, & emoritur. Radix eadem quæ capitato: iiſdemq; locis naſcitur. Ex ſylueſtribus vnum dicitur ſchœnopraſum, quod folia gerit tenuia iunci ritu, alterum ampelopraſum, quod in vineis & aliis multis locis ſponte naſcitur. Porrum omne calefacit inſigniter,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 720 sur 1557

reſiccat, extenuat, aperit, incidit, reſoluit, ſerpentum morſibus & vſtionibus auxiliatur. Eius ſemen tritum & expaſſo, aut vino albo bibitum, vrinæ difficultates ſoluit & meatus vrinę dicatos diducit. Nonnulli ſcribunt porrum comeſtum venerem ſtimulare, & ebrietatem diſcutere: Nimius tamen eius vſus capiti eſt noxius, caliginoſos oculos & ſomnum inquietum efficit. In cibis & acetariis cum aceto eſt gratiſſimum. Ventriculo item, veſicæ & renibus officit. Aluum vero emollit, pulmonis vitia ſanat cum melle, pectus purgat & laſſos recreat. De hoc Baptiſta Fiera.

Tabida cui curæ pulmonis membra, & anhelum
Pectus, eum porri torrida cœna vocat
Cura mihi eſt ſtomachus, placidiſſima ſomnia, dentes,
Bis licet elixum, non tamen illud edam.
Hoc colat ingrate cui fœmina cura colendæ,
Quiq; nec adſtrictis renibus eſſe velit.
Munera non tanti Veneris penſantur, vt aluo
Poſtpoſita irati torminа ventris amem.

Vlceribus & apoſtematibus, extrinſecus veluti cepa adhibetur, cum quibus etiam par temperamentum obtinet.

Parthenium, ſiue matricaria officinis dicitur quod mulieribus matricis ſuffocationibus obnoxiis, & aliis ab ea ortis affectibus multis ſalubriter medeatur: vt poſuit Dioſcorid. foliis coriandri tenuibus, varie inciſis, ambitu crenatis; flore per circuitum albo, intus luteo, chamæmeli ritu, odore viroſo, amaro ſapore. Radix quam plurimis fibris ſcinditur, tenuibus, duriuſculis, totaq; planta diluto colore viret, & cuiuis notiſſima. Eius duæ dantur varietates, vnum ſimplici flore, quod vulgare eſt, alterum pleno, ſeu multiplici, quod in hortis ob elegantiam alitur, & niſi in ſolo pingui ſeratur, & cultu foueatur in ſimplex degenerat. Aliud ab Alpibus vbi copioſum & ſponte prouenit, nomen habet, Alpinum dictum, quod odore, & facie priori multum reſpondet, minus tamen eſt, flores ſimplices pergetuo gerens, & vmbellatim congeſtos. Parthenium calefacit ordine tertio, ſecundo ſiccat, aperit, incidit, expurgat, menſes, ſecundas, fœtus mortuos potenter educit. Pro Parthenio igitur Matricaria ſumenda eſt, non cotula fœtida, nec parietaria, nec mercurialis, quæ male ſecundum quoſdam hanc Nomenclationem vſurpant.

Piloſella.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 721 sur 1557

Piloſella ſiue auricula muris: item auricula muris lutea: Italis peloſella, peloſina, & orechio di Topo: Gallis piloſelle, oreille de Rat, oreille de ſouris: Hiſpanis oreja de Raton: Germanis *Mauß-ærlein*. Secundum genus dicitur piloſella maior: Tertium genus, piloſella maior altera: Germanis *gros Meuſſærlein*: Quartum genus dicitur piloſella ſyriaca: Germanis *Syriſch meuſſærlein, &c.* Omnia hæc genera ſunt calida in primo & ſicca in ſecundo gradu: habent vim abſtergendi, & obſtruendi: Eorumque vſus tam internus quam externus, deſtillant in aquam, quæ virium in medicina eſt maximarum.

Polytrichum officinarum trichomanes, latinis capillaris, adiantum rubrum. German. *Rotſteinbrech & Abthon*. Trichomanes dictum quod raritatem capillorum expleat. Officinis polytrichon, quod nomen omnibus adianti ſpeciebus eſt commune: ſicut adianti etiam ſpecies eſt trichomanes. Vnde quibuſdam etiam adiantum dicitur, & capillus veneris. Tragus caput trichomanis in Dioſcoride ab adianto non ſeparandum cenſet, cum deſcriptio & facultas eius cum eodem conueniat, ac Æginetha etiam vno capite adiantum & trichomanes abſoluerit. Naſcitur iiſdem locis quibus adiantum, filici ſimilis, propter quod filiculam aliqui dicunt, parua admodum folia ex vtraque parte ex ordine quodam iuncta habet, tenuia, lentis figura, contraria inuicem, in ramulis tenuibus, ſplendeſcentibus, & ſubauſteris. Quæ deſcriptio polytricho Officinarum per omnia conuenit. Plinius etiam ſaxifragum vocari, quod calculum frangat, ſcribit. Quod vocabulum late extenditur. Temperamentum cum adianto prorſus habet idem: eſt enim in medio caloris & frigoris: deſiccans, extenuans, & digerens. Virès quoque cum adianto pares obtinet, in cuius inopia hoc vti maxime licebit. Aniculæ ad magicas quaſdam ſuperſtitiones ea vtuntur, nomen ei indentes *Abthon*. Polytrichon vero Apuleii cognominatur, ad differentiam polytrichi quod deſcribit Dioſcorides, adianti nimirum. Sic dictum à tenuibus & capillis ſimilibus ramulis. German. *Widerthon, guldiner widerthon*. Tria numerat eius genera Trag⁹, Maius, minus, & minimum, forma ſimilia fere, nec niſi ſola magnitudine differentia. Naſcuntur in pratis humidis & vliginoſis, ramulis capillorum inſtar tenuibus, aureo colore fulgentibus, circa quos ca-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 722 sur 1557

pillacea folia multa: In summo capitula lentis aquaticæ similitudine feri cõspiciuntur, eiusdem cum ramulis coloris. Reperiuntur autem mense Iulio locis muscosis seu vliginosis, nec sunt aliud nisi flos quidam vliginis. Tragus in Dryopteri herbam quandam describit, quæ cauliculis nascitur copiosis & radice villosa, tenuibus, absque foliis, digitali longitudine, adianti candidi modo: in ramulorũ seu cauliculorum summo capitula habet curua, cornu modo setas porcinas referentia, maculis interdum purpureis conspersa: odore filicis: Nascitur in petris. Atq; hoc ipsum ex polytrichi specieb. esse censet. Et descriptio n. ad polytrichon Apuleij accedit, & vires cum eo & adianthi speciebus sunt eædem. Steinfarn eam appellat, q ex petris enascatur, ac inter filices eam describit, capitè nimirum 184. polytricho Apuleij annumerandam putans. Temperamentũ habet idem cum adiantho & trichomane, ac iisdem quq; viribus pollet. Polytricho hoc, sicut trichomane, ad magicas potissimum superstitiones & philtra, mulierculæ vtuntur: hoc Wderthon, illud vero Abthon appellantes. In summa, eadem potest quæ Adiantum. Decoctum in aqua vel liriuio alopecias capi lis explet. Potum viscosos & crassos è thorace & pulmone humores eiicit. Calculum frangit, vrinas ciet. Ictericis & lienosis auxiliatur: strumas discutit. Miras & ridiculas alias ei vires agyrtæ adscribunt.

Pyrethrum Græcis πύρεθρον, πύρινον, πύρωθον πύρωθρον & πυρέτης: Nicolao Myrepso Ἀρτεμώνιον: Latinis pyrethrum, pyrinum, pyrothum, pyrites & artimonium. Ab herbariis dicitur saliuaris herba, pes Alexandrinus, Dentaria: Serapioni lib. simpl. cap. 356. Arabice dicitur macharcaraha: Auerrhoi halacarta: Haliabbati harcharach, hakarkaracha & harcatharha: Glossographo Auicennæ, alchecaracha & arcandros: Stephano Haliabbatis glossographo, barchanchara & barchanchathara: Alias apud Arabes legitur hacharchara, alcharchatata, archaha, barcatartaha, barcharkaraha, azaracades, harcharcharach, harcharchaha, halazarata, lagiafir, archarcharaha, tacedense, tagedeum & tagander: Italis pyrethro: Cretensibus pilatro: Hispanis pelitre & piletre: Gallis pied d' Alexandri, pyrethre, & pied de lisandre: Germanis Bertram: Excalfacit & siccat, alleuat, penetrat pellit, attrahit; radix eius solummodo in medicina commendatur: Eius est internus atq; externus: Macer sic describit:

Est

Est pyrethrum calidum, siccum quoque, quartus in istis
Est gradus, excruciat dentes si frigidus humor,
Masti et hoc patiens, teneatque diutius ore.

Et alibi sic ait, dum commendat in tumoribus colli aut oris:

Et iuuat admixto si gargarizetur aceto,
Hoc modo tumidam reprimit de phlegmate linguam.

Paulus Ægineta & Dioscorides idem testantur: idque & Serenus sic confirmat:

Purgatur cerebrum mansa radice pyrethri.

Et in caduco commendat Macer Æmilio, dum ait:

Suspensum collo pueris prodesse caducis
Dicitur, & solo succurrere fertur odore.

Præterea & sic commendat Macro pyrethri virtutes:

Ex oleo quo decoquitur si corpus inungas
Ante febris motum, tollet, minuetq; rigorem:
Renum sæpe grauem fugat vnguentale dolorem:
Meram sentit opem paralyticus inde perunctus,
Non leuiter manibus fuerit si sæpe fricatus.
Vnguine si totum corpus mulcebitur isto,
Largus per poros sudor præcedet apertos,
Membrorum solet hoc quemuis curare stuporem,
Et corpus seruare potest à frigore tutum.

Florentinus Constantinus lib. 13. cap. 8. commendat contra animalium venenatorum morsus &c. de his plura apud medicos.

Palupadium. Græcis dicitur, Ελαιοσέλινον, ὑδροσέλινον, πέδινον, & apud Homerum Iliad. β. ἐλείο-δρεπτον. Latinis elæoselinum, elioselinum, helioselinum, apium rusticum, apium aquaticum, apium palustre, pedinum, apium aquæ, pupilla oculi, apud Homerum, eleodepton, & Theodorum Gazam, palupadium. A Serapione lib. simpl. c. 280. Arabibus asalis & assilis, Italis, apio, apio palustre, apio aquatico, pitroselle acquatico, & petroselmolo del aqua, Hispanis, apio, & del'rexil dagoa, Gallis asche, ache, persil de leau, & del' appe. Anglis smallage & maische. Germanis Epf/Eppich/Wilder Eppich). Eius non solum aqua ab intra & extra datur, verum etiam in substantia per se & cum aliis appropriatur in medicina.

Phalaris, græcis à Dioscoride dicit φαλαρὶς: Galeno φαληρὶς: Latinis phalaris & phaleris: Ab herbariis dicit gramẽ Canariẽse: semẽ v.

semen Canariense, & semen Hispanicum: Italis vocatur falari & falaride: Germanis Canariengraß. Folia, succus, & semen, sunt calidi temperamenti: succus cum vino potus pellit calculum: semen pulueriſatum cum aqua appropriata potum idem facit. Nonnulli conficiunt panem inde & miſcent cum farina, tum dicunt, mira operari in corpore humano.

Paſtinaca ſatiua, græcis dicitur Σταφυλῖνος κηπευτὸς, κηπαῖος ſiue ἥμερος: Latinis ſtaphylinus & paſtinaca domeſtica: Eius tria ſunt genera: primum dicitur ſtaphylinus luteus, carotis ſiue carota lutea, paſtinaca lutea, baucia hortenſis, paſtinaca ſatiua Dioſcoridis: Ab Alexandro Benedicto paſtinaca crocea: Theophraſto & Galeno daucꝰ: Serap. lib. ſimpl. c. 166. Iezar, Auerrhoi halgazar: Andrea Bellunenſi giezar: aliis ieſarum, zerzir, & bezar. Aliis Arabibus paſtinaca ſatiua dicitur balgezar abuſten: ſemen vero bizeri zerzir Dicitur etiam paſtinaca tenuifolia. Italis dicitur paſtinaca gialla: Hiſpanis paſtinaques & cenouras: Gallis paſtenade, paſtinades iaulnes & carottes iaulnes. Germanis Paſtenach &c. Alterum genus herbariis dicitur cum Alexandro Benedicto paſtinaca alba, ſtaphylinus albus, carotis alba, & baucia alba. Italis paſtinaqua bianca: Hiſpanis ſahanoria blanca: Gallis paſtenades blanc. Germ. Weis paſtenach &c. Tertium genus à Theophraſto l. b. 9. Hiſt dicitur daucus niger, Theodoro Gaza, paſtinaca nigra: Alexandro Benedicto paſtinaca purpurea, & Iacobo Maulio caryota: Herbariis paſtinaca Gallica, carota & carotis Alii vocant carotam rubram: Arabibus dicitur lilingalio, lilingaliem, ſfemoria, ſfamerihe, & ſumerie: Italis paſtinaqua roſſa, carota & cnifo: Hiſpanis ſahanoria & canahoria: Gallis paſtinades crouges, cariotes & carotes rouges. Germanis Rote ruben/ſiue rote paſtenach): Excalefaciunt mediocriter & humectant: Flores v. ac ſemen cum herba ſunt calida in tertio & ſicca in ſecundo gradu: Vtuntur externe atque interne: Fit exinde etiam conditum ac vinum &c.

Paſtinaca erratica græcis dicitur Σταφυλῖνος ἄγριος, ἀγριοσταφυλῖνος, Δαῦκος ἄγριος, κέγρος & ab Athenæo Φίλτρον: Latinis ſtaphylinus ſylueſtris, paſtinaca erratica, paſtinaca ſylueſtris ſiue ruſtica, à Theophraſto daucus ſylueſtris & bracoſa: Herbarii baucia ſylueſtris, cariota ruſtica, carota ſyluatica, paſtinaca tenuifolia ſylueſtris, daucus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 725 sur 1557

cus asininus, pastinaca asinina: Apuleio vdonaulium: Athenæo philtrum. Pastinaca syluestris Auicenna vocat Gezar, Andreas Bellunensis Giazarbari aliis Iegar & Iegari. Italis vocatur pastinaca saluatica: Hispanis canahoria saluage: Gallis pastinade sauuage: Africanis stehan: Germanis Wilde pastnach: eandem habet virtutem cum priori sed fortiorem, ex ea fit vinum, sal, extractum, syrupus, oleum aqua &c. Pulsatilla siue pulsatillus: officinis herba venti, cauda vulpis, & nola culinaria: Italis pulsatilla: Hispanis amapallos de flor chiquita. Gallis coquelourde coqueretz & passe fleur. Eius genera sunt aliquot: primum simpliciter dicitur pulsatilla: Secundum genus dicitur pulsatilla cœrulea: Tertium genus pulsatilla lutea, siue pulsatilla pedemontia: Quartum genus vocatur pulsatilla rubra. Quintum genus nuncupatur pulsatilla alba: Sextum genus quod vocant pulsatillam petream: Vltimum genus dicunt pulsatillam cœruleam minorem. Omnia hæc genera excalfaciunt & siccant: Vtuntur in Medicina tam radice quam herba: destillant in aquam; Faciunt ex radicibus vinum, conseruam, &c. de his pluries apud Medicos.

CAP. XXVIII.

De persicaria, psyllio, quercu, quinquefolio & ranunculo.

DE PERSICARIA Theophrasti sententia.

QVi veram Persicariæ notitiam habere velit, is sciat, ad omnia antiqua vlcera tam hominum quam pecorum illam conferre, adeo vt modo non omnia vlcera per illum sanentur. Vulnera quidem illa, quæ medicinis male curata aliis, deinceps non vulnera, sed vlcera facta sunt, perfecte cum primis sanat hæc herba, si debito modo adhibeatur. Tantæ enim hæc herba præstantiæ est, vt nulla ei alia similis sit sanandis tam hominum quam animalium vlceribus prauis. Sic si equi ab ephippio pressi aut attriti sunt, vtcunque malum id graue sit vel cum apertione vel cum nodis & tumoribus cutis; sanabitur vtique ab hac herba tanta certi- *Persicaria sanat mala vlcera.* *Persicariæ præstantia.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 726 sur 1557

tudine, vt nihilominus quotidie equus suis vsibus adhiberi possit.

Eodem modo si hominibus calli oriantur, aut à fortiore labore cutis vel manuum vel pedum rumpatur, aut in carcerib. à catenis ingestis obtertur: quæcunque huius classis vlcera maligna sint, horum hæc herba præsens medicina est.

Persicariæ vsus quis?

Sed vt herbæ vsum etiam intelligatis, ita porro attendite: Herba sumpta, per aquam recentem trahitur: Postea parti sanandæ imponitur, tamdiu, donec oui dimidium comedi possit. Inde remota, in loco defoditur humido, vt putrescat. Interea malum sanatur. Sunt etiam, qui vlcus cruce signent & precatiunculas addant. Sed ista aliena sunt. Operatio namque herbæ naturalis est, non superstitiosa aut magica. Nugæ ergo illæ omittendæ sunt, & modo procedendum naturali; & herba admirandæ efficaciæ esse deprehendetur.

A me præterea & aliis multa hoc etiam modo mala vlcera persæpe sanata fuerunt. Herba recens per aquam fluentem frigidam tracta est. Quo aqua frigidior, eo melior. Correctio enim herbæ fit per frigidam. Hoc modo madefacta vlceri imponatur aut illigetur. Si vero in vlcere aut incalescat, aut vrat, aut putredinem ac fœtorem contrahat, remouenda illico, & recens alia imponenda est. Hic ordo teneatur vsque ad curationis finem. Quod malum non sanescit remedio isto: id transmarina etiam alia non admittet.

Persicariæ operatio est naturalis.

Sciendum vero est, processum hunc per lumen ipsum naturæ confirmari, dum natura ipsa, non magica, talia operatur. Secundus processus per applicationem quotidianam naturalis est, quod per se euidẽs, nulla probatione indiget. Processum autem primum, de quo altum apud scriptores veteres silentium, allato exemplo magnetis & ligulæ compassi confirmaturus sum. In magnete vis est, qua ferrum admirando modo, nulla addita manu aut pede, attrahitur. Iam si velis, vt ligulam in compasso attrahat magnes, ligulæ is prius affricandus est, eo modo, vt venter ventrem, dorsum dorsum respiciat. Sic fiet, vt magnes ligulæ ventrem ad suum ventrem attrahat. Hæc iam palam omnibus nota sunt. Et hoc naturæ singulare est

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 727 sur 1557

est mysterium, secretum & magnale, quo Deus in lumine naturæ admirabiliter sua miracula demonstrat &c.

Persicaria cõsensus cum carne læsa.

Hinc iam elicitur, quod & persicaria similem consensum quendam habeat cum carne læsa, vt illa in hanc operetur instar magneris in ligulam compassi. Notate ergo, omnium primo faciendam esse vnionem, hoc est, concordantiam inter carnem vlceris & hanc herbam, ita vt caro hac herba attingatur & affricetur, sicut exemplum docet, de affrictione ligulæ facta per magnetem. Vbicunque enim magnes est, ibi operatio eiusdem efficax est. Si ergo vel hominis vel animalis vlcus dicto processu inungatur & affricetur ab herba, ita vt venter ventrem, dorsum dorsum respiciat, & postea in terram recondatur, herba admirando modo durabit.

Nomini autem admirationi sit, cur herba defodienda & lapidibus superne aggrauanda & integenda probe sit. Caussa enim ea naturalis ita se habet. Si herba viridis & suo caule in horto stans manet: nihil operatur. Donec enim viuit operatur cum astris, & astra cum ipsa, & propter operationem eam nulli homini vsui est. Si vero decerpitur, mortua est, & nihil cum ipsa astrum operatur: sicut nec homines viuentes cum mortuis quicquam operantur. Illa autem mortua, iam impressa ei virtus exseritur in hominem, cuius gratia ea condita est. Et in natura hanc ipsa proprietatem habet, vt quamdiu integra sit, tamdiu ipsius operatio duret. Exempli gratia. Habet homo in mundo præstitutum suum pensum diurnum, quod absoluere debet. Omnis ipsius labor merum opus est, est pensum tantum. Penso absoluto, ille mortuus est, & mors est finis pensi ipsius diurni. Eadem & herbæ ratio est, cuius pensum seu officium est, vt vlcus persanet. Hoc penso conficiendo tam diu operatur, donec putrescat. Hoc facto, pensum diurnum confectum, & vlcus sanatũ est. Itaq; quo putrefactio serior est, eo operatio longior & diuturnior. Si putrefactio (quam tamen fieri oportet in terra, tali quidem, qualis fuit, in qua herba succreuit aut enata est) celerior est, eo maturior est etiam sanatio. Certa namq; ei periodus est, qua sanet, siue illa longa siue breuis sit. Quã qui maturare velit,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 728 sur 1557

is properet ad putrefactionem. Eademque hic est ratio, quæ equi. Quem si eques incitet ad festinationem, iter suum citius conficit: si secus, tardius.

Persicaria sanat dentium dolores.

Non solum autem ad eos morbos, qui dicti sunt, persicaria, vel sanguis aquaticus est vtilis, verum etiam ad alios plurimos, videlicet ad maximos dolores dentium ex frigiditate prouenientes: vbi mersa fuerit sub aquam frigidam herba, & super dentem posita, prorsus eos tollit. Potest etiam ad curam hanc in terram sepeliri. Verum quod putrefactio tarda sit, communis eius vsus est in doloribus dentium, vt saltem imponatur, quoties isti sæuiunt. Plurimi similes dolores ex frigiditate prouenientes, per sepelitionem eiusmodi herbæ prorsus ablati sunt, qui nunquam redierunt amplius.

Persicaria est Narcotica.

Peculiarem etiam persicaria conditionem habet Narcoticam, vt in omnibus inflammationibus maximopere iuuet eas extinguendo, sanandoque, prout in omnibus doloribus capitis, mania, phrenesi, & similibus. Item vbi corpus aliquo morbo tam acriter incenderetur, vt id grauius affici haud posset, optima postremaque persicaria cura, nec non exstinctio fuerit, intra corpus assumpta. Penes antiquos fuit in vsu, vt mordacitas eius auferretur, cum admodum acuta sit. Hoc assationibus in butyro vel oleo factis perfecerunt, postmodum in cibum administrata sumptaque suam operationem adimpleuit, vt supra.

Persicaria est mordax.

Notandum est latius, herbam istam virtute sua Narcotica putrefactionem abstulisse, pulmonisque dolores & morbos, tussim, atque tormina ventris, & matricis ascensum. Igni persico similiter extrinsecus superposita, cæterisque omnib. inflammatis vlceribus, curauit ea sanauitque, sola rosarum aqua prius madefacta, quam applicaretur & sæpius imposita.

Additio.

Ad primum sub exemplo Magnetis à me narratum processum, correctionem addam, vt satis amplam de persicaria habeatis instructionem ad hunc modum. Antea diximus, herbam hanc in aqua fluente frigidaque madefaciendam. Eaque sic madida & frigida, nec non recente, vulnus aut quoduis damnum aliud superpositione tangendum, postea herbam sepeliendam esse. Verum optime

ptime considerandum venit, quod accidere interdum soleat vt ob vehementiam, damnum & morbus non facile sanescat. Quare maiore vti necessarium est additione, quam antea dictum sit, ad hunc nempe modum: si tale impedimentum percipiatur, fac, quod primo fecisti, madefaciendo, affricando, & sepeliendo. Mane repetendus erit processus idem in tertium diem vsque, &, si videbitur expedire, foretque necessarium, pluries, vtpote duodecies, & quatuor ad decies, vbi fuerit opus continuando singulis diebus in finem vsque sanationis: Notate iam, cur id adiecerim. Euenire solet nonnunquam iter facientibus, vt eorum equis aliquod superueniat accidens, qualia solent occurrere, sic vt retardaretur intentio peregre proficiscentium. Quare bonum erit antedictum sæpius processum repetere, si prima, secunda, sextaque vice iuuare nolit. (Vehementes namque morbi, vehementia requirunt remedia.) Quapropter accidere posset in aliquibus morbis, vt non ita cito prænarratus iuuaret processus, vt in multis vna purgatio parum aut nihil efficit, aut pondus aliquod, nisi hoc augeatur. Per additionem hanc igitur, quam huic adieci processui, morbus omnis euincitur, id est, per assiduitatem repetitionis. Considerare per vos ipsos etiam potestis, vulnera damnaque reliqua mundatione regenda conseruandaque esse, si nolis eorum curam plurimum impediri. Item ad curam istam exercitium nihil damni potest adferre, sed quiete longe plus conducit, & quo magis patiens dolente membro fuerit vsus, eo felicius etiam sanabitur propter meliorem sanationem herbæ magneticæ. Sciendum etiam alia quoque medicamenta penes hoc locum habere posse, modo bona sint & vtilia, non contraria, hoc est non barbitonsorum, non balneatorum &c. qui nimium sapere sibi videntur. Verum quod à natura fuerit ad hoc ordinatum, concurrere potest, & curam istam, nempe magneticam accelerare iuuando. Nec prætereundum, quod hac via persanatur, constans manere. Item nihil concludi per eam, quod natura manere vult apertum: at solum id, quod concluſum esse debet. Sic intelligendum, in magnis illis fluxionibus, quæ requirant exitum, non est concludendum vel consolidandum, alias subsequetur mors. Potest igitur hæc herba, quod vnusquisque medi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 730 sur 1557

cus non poteſt, maximam ſcilicet mereri laudem. Quandoquidem ab iſtis multa curanda ſuſcipiuntur, quæ minime ſuſcipienda ſunt, & ideo perdita vel deprauata, quæ per hanc ſanari poterant herbam.

Plus enim artis natura in ipſam collocauit, quam tribus aut quatuor Academiarum Doctoribus datum ſit, aut quam iſti habeant ſcientiæ.

Additio.

Porro ad cæteros morbos, quum perſicaria prout ſequitur, aſſumpta fuerit, in lauamentum dentium, & calidiſſimum hoc in ore retentum ac tam diu donec frigeſcat, poſtmodum ita calidum iterum ſumtum in os, idque vicibus aliquot, omnes dentium dolore; adimit. Lauamenti proceſſus hic eſt.

Recipe *dictam perſi ariam*, & cortices iuſquiami, coque in aceto roſaceo, hoc eſt lauamentum. Quod herbæ reliquum fuerit, ſepelias in terram & aggraua lapide, prout audiuiſti. Pariter in doloribus eiuſmodi maximis, vt illi ſunt qui procedunt ex ſanguine, dentes confricentur perſicaria cruda recenti, & aqua fluente madefacta frigidaque, tum demum ſepeliatur ſuperpoſito lapide grauiſſimo, ſicut antea diximus. Ea ſi putrefit, ſimul vna etiam dolor tranſit, abitque.

Quod ad illos morbos internos attinet, quorum ſupra memini, correctio talis eſt, vt cum aqua ſolani vel ſolatri, aut barbæ Iouis perſicaria dicta miſceatur & coquatur parumper, & frigeſcens decoctio bibatur, ſepulta poſtmodum herba, ſicut ſupra declaratum eſt. Item ad extraneos morbos itidem fieri poteſt, excepto ſolo, quod camphoræ parum ſit addendum.

De perſicaria ſic infert tom. 7. cap. 3. pag. 96.

Natura quodlibet à ſe productum ſuis peculiaribus ſignis, per quæ vires eius cognoſci poſſunt, manifeſtiſſime notat. Quare ſi, quæ natura dotauit, ſcire deſideretur, à ſignis rerum petendum, quæque virtus earum ſit, perquirendum erit. Medico ſiquidem apprime ſciendum, virtutes omnes rerum naturalium à ſignis earum

rum optime cognoſci. Sequitur inde, phyſionomiam & chiromantiã rerum naturalium à quouis Medico ad ſummum eſſe intelligendas: alias nullum naturæ poteſt arcanum certum reperiri iuxta veram eſſentiam. *Signaturæ vſus & neceſſitas.*

Optimum exhibet exemplum perſicaria, *Sanguis Aquaticus*, aut *Piper Aqueum*, quod ſignis manifeſtiſſime ſuas patefacit vires atque virtutes, à quibus etiam optime cognoſcitur, quid in eiuſmodi herba lateat. Neceſt, quod miretur quiſpiam, ſigna rerum proponere me. Nihil enim à ſe natura dimittit, quin prius extrinſecus notet, quod intrinſecus occultatur. Manifeſtiſſima in hominibus videtis exempla, quæ vos minime fallunt, eorum internas inclinationes & animos indicantia: cum nihil in eis tam occultum, quod non exterius aliqua nota ſignatum ſit in cognitionem. Eiuſmodi ſignaturæ cognitio prorſus in oblivionem tranſiit apud Medicos, & eius vſus vna periit, vnde maximi quidem errores orti ſunt, videlicet quod ab eo tempore hactenus medicus nullus nec ſcribens in medicina iuxta verum iſtius fundamentum ſcripſerit, quid in rebus naturalibus contineatur. Quotquot eorum extiterunt, ſolum ex auditu, ac cæca prorſum hominum experientia deſcripſerunt eam. Quicunque de rebus naturalibus ſcribere cupit, ſigna ſib proponat earum oportet, ex quibus id ipſum cognoſcere debet experientia quod ſcribit.

Nam prout homines ex fructibus ſuis cognoſcuntur, ita & herbæ ſuis ex ſignis inueſtigantur. Quamus igitur Medicum verum ſequi fundamentum oportet, non ex auditu aliquid agere. *Medici officiũ quod ſit.*

Maxime cuperem naturales magiſtros plus in & ex natura diſcere quam ſaltem garrire. Si ergo fundamentum verum ſit inquirendum, à magica ſcientia primum incoandum erit, atque diſcendum. Si Medicus de naturalibus coram ægro dixe it: Hæc eſt iſtius aut illius rei natura, & magicam ignorauerit artem, vt fatuus loquitur. Quid eſt quod quiſpiam ex auditu loquatur? Si naturam herbarum cognoſcere vultis, præſens hoc à me poſitum ſequimini documentum, & Dioſcoridem relinquite, &

Macrum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 732 sur 1557

Medici doctrina ex lucena turali petenda.

Macrum & alios, ne ex auditu addiſcatis quicquam. Natura tam egregie dotata eſt à Deo, vt non ex auditu, ſed ex ſua luce propria debeat inueſtigari, in ſolido ſuo tantum fundamento, non autem in arena. Hæc à me non tantum dicta ſunt, quod multi ſcribunt herbarum fictam hiſtoriam, non ex vero fonte, ſed potius molem ſuper auditum & arenam ædificant. Medicum verum decet ponere ſolidum, fixum & ſtabile fundamentum ſuper lapidem, id eſt, propriam experientiam, & non ſuper arenam, hoc eſt, auditam ab aliis opinionem.

Quandoquidem vt nemo poſſit errare, natura ſuis in obſcuritatibus & occultis viribus lucem addidit in ſignis, quæ vobis addiſcenda ſolum modo proponit.

Poſſetis enim ei ſic obiicere: *quis poteſt herbas introſpicere, quid in ipſis lateat?* Signa illarum inſpice: & videbis omnia, quæ in ipſis latent. Barba rufa, nigra, veſtitus, geſtus habituſque, hæc omnia ſigna ſunt. Ex his noſcendus vir ſeu homo eſt. Iam habetis fundamentum ad inquiſitionem omnium ſecretorum naturæ, vobis propoſitum per ſua ſigna, quæ manifeſto cunctis natura ob oculos ponit.

Videte iam, ô vos Medici, quidnam diceretis, vtpote vanos omnique ſcientia vacuos libros, quibus fundamenti nihil ineſt, & quos tamen obſtinate ſequimini: Verum ipſam naturam nulla ex parte cognoſcere ſatagitis: tales eſtis vos. Quapropter vt vos melius doceam medicinæ fundamentum inueſtigare, coactus ſum vobis Aquatici ſanguinis vires detegere. Non enim ſatis foret me dicere: *Hoc aut illud efficit*, verum qui & qua ratione id faciat, fuerit æquum exponere: quo facto, plura cognoſci poterunt quam ſcripta fuerint vnquam.

Et cum ad ſigna tam ardue vos in perquirendis naturæ myſteriis ſollicitem, eaque ſolum à ſignis cognoſcibilia eſſe dicam, ideo porro notate, quare ſanguinem aqueum propoſuerim ex ſignis ſuis declarandum, per quæ vires eius atque virtutes auſus ſum conſcribere: non ex auditu quopiam ab aliis, ſed iuxta veram iuſtamque ſcribendi rationem, in dubio nullo modo poſitam neque

Theophraſti ſcientia vnde acquiſita.

funda-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 733 sur 1557

fundatam, aut in eo, quod quandoq; bene succesſerit alicui, iam nihil in alio poſſit efficere: Verum ex integro fundamento, prout in ipſamet natura habetur: ita ſcribendum & non aliter bonis eſt. Hæc ſunt illa ſigna, per quæ virtutes eius experiendo comperi: nec ſolum de hac herba, ſed etiam de aliis, ac rebus naturalibus omnibus, qualibet in ſua natura conditioneque. A ſanguineis igitur maculis in Perſicaria virtus eius cognoſcenda. Hoc eſt ſignatum eiuſdem, indicans in eo peculiarem naturam atque virtutem exiſtere ſupra cunctas alias herbas. Eſt influentia carnalis, quæ ſuum ex Elemento ſubiectum accipit. *Perſicaria ſignata quæ ſint.* 1.

Cum ergo ſanguineæ guttæ ſyderum ſignatum exiſtant id merito proponendum erit, vt ex eo iudicium fiat. Quapropter medicum Aſtronomum prius oportet eſſe, vt ex arte hac virtutes rerum iudicet,

Præterea etiam aliud ſignatum habet Perſicaria, vtpote formam & figuram. Item adhuc aliud nempe guſtum. Ex tribus eiuſmodi ſignis virtutes cognoſcuntur in herba hac exiſtentes, & non ſolum in iſta verum etiam in aliis omnibus. Quicunque de herbis & aliis rebus naturalibus ſcribere cupit, ex ſignatis id faciat oportet. Ad hunc modum reperietur verum fundamentum, vt nihil in eis tam occultum exiſtere valeat, quin veniat in lucem. Dicere poſſum igitur, hactenus male de rebus naturalibus ſcriptum fuiſſe, quod ex auditu ſolum ab aliis idipſum, per incertas experientias, & non ex fundamento vero naturalis ſcientiæ factum ſit. Signatura enim ſciẽtia eſt, per quam occulta rerum omnium inueniuntur, & præter quam in ſimilibus veri fundatiue nihil fit niſi vanum atque friuolum, quicquid attentatum fuerit. Si verum itaque Perſicariæ fundamentum intelligere volueritis, primo ſciendum erit vobis ad quid conducat, & quib. conueniat: quo cognito iam planum erit, qua ratione hoc aut illud efficiat, quibuſve viribus. Perſicaria igitur eſt Attractiuum Influentiale, vt per influentiam quam habet in ſe, tum per vires attractiuas, omnia vulnera, nec non vlcera perſanet. Vti per exemplum: Sol ex terra ſurſum attrahit omnem humiditatem, ſuperfluam in ea & non ne- 2. 3. *Signatura quæ?* *Perſicaria quid ſit?*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 734 sur 1557

ceſſariam. Qua de cauſſa redditur illa frugifera & macra: Vnde hoc etiam fit, vt rorem & pluuiam abſq; ſui detrimento recipere valeat, & incorporalitate ſua prorſum perfici. Nec ſolum id Sol perficit, verum etiam omnia ſydera vires habent attractiuas, quibus à terra humiditatem attrahunt quæq; iuxta ſuas proprietates. Sic ergo hinc ſequitur, non in ſyderibus tantum attractiuam hanc facultatem haberi, ſed in omnibus etiam aliis corporibus inferioribus, & materialibus, quorum quodq; peculiariter in ſua natura vim ſuam attrahentem habet. Inde ſequitur, inferiorum quoque Attractionem, poteſtatem non tantum in homines operandi habere, verum etiam in ſuperiora ſydera, nõ ſecus ac iſta ſuperne deorſum in nos habent. Ex eo enim contingit, vt inferiora corpora videlicet potus atque cibus inficiantur veneno, quod attrahunt ex Elementis illud imprimentibus eis influentia quadam: quod hoc loco declaratu minime neceſſarium eſt. Verum quod ad interiorem attractionem attinet, vt ſanguis aquaticus peculiariter demonſtrat, opus eſt ſuperioris attractionis declaratione qua melius inferius intelligi queat. Eo me cogit Medicorum ignorantia, tum rudium aliorum hominum ſimplex admodum intellectus, qui ſimiles operationes faſcinatitias atque ſuperſtitioſas eſſe iudicant immerito, cum tamen ex & per naturam ſolam fiant omnes, & non per faſcinationes, neq; ſuperſtitiones, ac ex propriis viribus & proprietatibus à Deo conceſſis: quas tamen putatitii præſumptuoſiq; Medici prorſum ignari contemnunt ac deridēt Academiarum, cum aliis ſibi ſimilibus inſciis & imperitis hominibus. Ad Perſicariæ virium naturalium internarum cognitionem, & maiorem declarationem exemplum hoc vobis propoñēdum eſſe iudico. Videtis Magnetem & acum ſtylumve compaſſi. Si ventre ad ventrem & tergo ad tergus confricentur, tunc ſtylum eiuſmodi vbicunque locorum mundi fuerit, ad ſe trahit Magnes, vt manifeſto patet. Expoſitionem præcedentium iam hoc modo audite. Homo eſt Magnes, qui Magneticam attractionem in ſe continet ſtylorum ſibi confrictione quaſi matrimonio iunctorum. Et ſanguis aquaticus tanquam ſtylus eſt extra magnetem, qui homo eſt. Inde ſequitur, hominem ad ſe trahere, quod in hac herba fuerit

Syderaomnia attractiua ſunt.

Inferiorum in ſuperiora attractio qualis ſit.

in sui nutrimentum, prout magnes à ferro sui sustentationem habet, ab eoque sanitatem & integritatem recipit sibi necessariam. Notate porro. Cum homo quispiam aut brutum aliquo corporis loco sauciatum fuerit, per apertionem, si iuxta suum processum herba sumatur hęc ad vulnus, vlcus aut simile damnum affricetur, & postmodum auferatur sanat absq; alterius cuiuspiam additione medicamenti, hac de causa, quod medicamentum in herba sit, & in homine Magnes illud attrahens in vulnus vel damnum, & ad hunc modũ sanatio sequitur. Hæc est cura Magnetica vel magnetina, quæ non solum de herba hac, sed etiam de similib. omnibus pariter intelligẽda venit, quarum hoc loco nullam facio mentionem, sed in suis propriis capitulis. Quod ad hunc modũ cura magnetina, per attractionem ab influentia factam, & à Deo sic prius ordinatã sanatur, an fascinatione vel superstitione factum sit quæso? Nemo hoc dicet, præter garrulos Acad. Doct. ac illos qui naturalium virium prorsus ignari sunt. Isti propriam in sui Philosophi sententiam incidunt ita scribentis: *Inimicum sapientia nullum habet præter ignorantem.* Sic & natura non habet alium inimicum, præterquam illum, qui non intelligit eam, & solum de hac iuxta fatuã opinionem loquitur. Vt apertius vsum istius intelligatis herbæ in essentia sua naturali, iã in bruto ponemus exemplũ. Equus nimia fatigatione vulneratus, seu ab Ephippio pressus, in dorso per sedulã equitationem, aut aliud accidens, vlcusve tumefactũ vel apertum habens, hac herba sanari potest, ad hunc modũ videlicet. Recens accipiatur, & in flumine quopiã vel aqua fluente lauetur, & ephippio super equi dorsum, cõmode & apte supponatur, postmodum equitetur semper absq; vllo respectu, singulisq; diebus remedium hoc innouetur, & mirum in modum curabitur equus. Notate iam sanationis huius occasionem. Videlicet remedium exercitium expetit. Nam quo magis equitatum fuerit, eo citius curabitur ac melius. Exercitium enim est speculationi simile: nam qui speculatur longe citius aliquod fundamentum aut scientiam reperit eo, qui nullis speculationibus vtitur. Sunt igitur aliqui spiritus medicinæ cœlestis, qui versantur & consistunt in exercitiis

Perſicaria quomodo hominem sanet.

Sapientiæ inimicus solus ignorans.

Perſicariæ vsus in attritis equorum dorsis.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 736 sur 1557

alii vero non. Et hæc considerare notareque decet vos Medicos. Altera cura per magneticam virtutem, cuius antea memini per exemplum, sic se habet. Excipiatur herba dicta recens, & per aquam recentem etiam tracta, lotaque vlceri confricetur, & post modum aliquem in locum reponatur humidum, in quo melius ac citissime putrefieri queat, aut sepeliatur in terram pinguem, & magno lapide cooperiatur & aggrauetur. Mox atque putruerit herba, malum atque vlcus curatum est. Eius rei caussa est, vt antea diximus, quod Magnes hominis ad se trahit, quamdiu aliquid supereſt. Quo citius putrefit, eo celerius attrahit Magnes, vt Medicinæ Spiritus à Magnete per moram non deficiat fugiatve. Si vero tardius ad putredinem deueniat, erit etiam attractio tarda, & per consequens cura iuxta putrefactionem vel protrahitur vel acceleratur. Nihilominus putrefactio suum tempus expetit, in materiæ totius consumptionem. Concluſiue, homo & quodvis animal ob sensitiuam facultatem, ad medicamentum in magnetina cura directam, est Magnes, iuxta Magneticas operationes procedēdo. Has vero facultates naturæ Medici parum aut nihil intelligunt. Et si contingat aliquem eis feliciter vti, non aliter hunc illi quam Iudæi Christum excipiunt, venenum suum his verbis evomentes: *Dæmonium*, inquiunt, *habet, per quod talia perficit.* Verum non considerant Asini, diabolum vnum alteri minus esse molestum, neque mordere socium, quo regnum eius maneat integrum. Scitote vos igitur, eiuscemodi vires atque virtutes, ex cælestibus procedere Impressionibus, per quas tam admirandæ curæ quandoque fiunt, vt manifesto videatur clauum in soleam equi ad carnem viuam vsque adactum: item gladium in hominem trusum, exceptos & in terram, laridum, pinguedinem, &c defixos, iterum iuxta verum processum efficere vt eiusmodi vulnera nihil accidentis mali patiantur, verum sanentur, & quidem felicissime. Innumeræ similes curæ fiunt: sed has tantum enumerare volui, quo tales virtutes intelligere possetis, eo referre quo pertinent, scil. ad magnetinam curam, qua similes operationes perficiuntur. Et prout Magnes à ferro suam naturam accipit, non substantiam, sed spiritum

Perficariæ mira operatio non est Diabolica, &c.

ritum eius: non aliter mumia trahit ad se virtutes rerum in eis existentes: Nam ibidem est concordantia quædam, quæ per attractionem conuenit. Quod autem superius dixi, medicamenta esse sepel enda, eius rei causa talis est. Si manerent illæ herbæ in aere, siccarentur, & spiritus earum euanescerent, qui debet per Magnetem attrahi, sic vt eiusmodi cura debitum finem consequi nequiret. Etiam si manserint in suo caule naturali non separatæ, sed in vita sua vegetatiua, non operantur in hominem, sed cum syderibus tantum existunt in concordantia, & in assidua quadam operatione, sic vt inrerea nihil cum hominibus commune habeant. Verum vbi seiunctæ sunt à suis stirpibus, nihil tum demum sydera cum eis agunt. Sicut enim mors vitam separat à corpore, ita, vt homo non viuat amplius, nec ad quicquam idoneus sit. Ita pariter in eiusmodi medicina post separationem herbarum à suis corporibus concordantia coniunctioque fit cum hominibus, & in eis quærenda est. Quandoquidem à separatione sunt microcosmo commissæ, nec non syderi suo, quod accepit ex limbo terræ, ideo quia homo est Esa. 5. cum viribus ad se trahit omne, quod à terra separatum est, æque potenter atque superiora, cum adhuc in terra starent. Præter dictas vires, narcoticam stupefactiuam quoque Naturam persicariæ inesse intelligite. Iam varia esse Narcotica, sciendum est. Nam vnumquodq; stupefactivum ab alio diuersum est. Dolores .n. qui solis stupefactiuis mitigãtur & auferuntur, varias habent origines & causas, ex quibus enascuntur diuersimode. Quot enim eiusmodi languores atque dolores existunt, semper inter se diuersi, tot etiam contra stupefactiua reperiuntur à Deo creata, nec non ordinata. Peculiarem igitur notate mitigationem in hac herba, videlicet eis locis, quibus dolores ex corrosiuis fluxibus incidunt, vel ex subtilibus salis fluxionibus, vnde illi maximi quidem oriuntur. Vbicunque resolutio talis acciderit in apparentibus locis, prout in dentibus, & in panaritio salis, &c. tunc herba dicta superp. si a priùs tamen aqua recenti frigidaq; madefacta, prout supra diximus, in quibus narcotica cætera nihil profuerint, omnem dolorem protinus aufert atque persanat.

Sepultura sepel enda, cur necessaria sit.

Persicaria est Narcotica.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 738 sur 1557

Hæc à me dicta sunt ob Medicorum insciorum ac mendacium stultiloquia, dicentium, Narcoticorum vsum esse noxium, & in omnibus euitandum. Propter istorum turpia mendacia, cogar ista necessario declarare ad hunc modum. Plurimi dolores morbive exsistunt, qui nullum prorsus medicamentum admittunt, præter stupefactiua solum; Quidam non, nisi laxatiua: quidam sola confortatiua, & alii tantum infrigidatiua. Quare iuxta morbum erit applicanda medicina. Quod per laxationes mitigari non potest id aliud quiddam requirit, vtpote per naturam ad hoc ordinatum. Videte vulnera non sanantur purgationibus: nec infrigidantibus, sed solum consolidationis. Quid est consolidatiuum, quid stupefactiuum? Nonne sunt ambo virtutes atq; vires? Ita sane, sed omne consolidatiuum ad suum vulnus, & stupefactiuum quoduis ad suum morbum in vsum venit. Nunquid & peculiares diuersæque curæ sunt panaritii & dysenteriæ? Quis dubitat, vtrumque suum habere peculiare medicamentum: Sic de cæteris: Nam quiuis morbus curam suam in fluxionibus non habet, vt auferantur isti, sed cura vera est, vt ipsi dolores tollantur, tum demum fluxus erit sine damno, quod naturalis exsistat, ibique fieri debeat, & non auferri. Verum contra volunt Academici, nempe cuncta, quibus aliquid inest mali, prorsum auferri debere, putantes cum id ablatum fuerit, sufficienter iam curatum esse. Contra dico, si quodpiam in sanguine fuerit accidens, hoc auferendum, tamen sanguine relicto prorsus integro. Si dolor in dente, hoc relicto tollatur ille. Sed vt vobis intolerabiles dentium dolores à suis declarem originibus, vt cognoscatis eos, cum varii sint, veros & potissimos ad hunc intelligite modum. Dolor iste similis est paneritio, hoc est, illi, quem rodens vermis efficit, cum tamen vermis non exsistat, item podagræ similis in synonia sitæ. Ad eiusmodi fluxus ita vehementer corrodentes, herba quæ dicta, maxime venit in vsum. Plura de hac mihi non constant in præsentia. Patet enim ex his, quæ per me dicta sunt hoc loco, virtutes ac vires eius herbæ satis intelligi posse: quamuis infra latius ac particulariter adhuc eas reuelaturus sim. In summa, damna quæuis illata corpo-

Perficariæ vsus in dolore dentium & paneritio, &c.

ri,

ri, cura magnetina possunt instaurari sanarique. Cura sane mirabilis est, magni momenti. Quandoquidem si quispiam in ea Medicus diligentiam adhiberet, eique esset intentus, nihil morbi resistere valeret, quod non magnetice curari per ipsum posset atque sanari. Quanquam vero & alia medicamenta sunt, quæ per aliam viam etiam naturalem curant: istud tamen nihilominus suo tempore & loco est admodum præstans ac mirabile, tum præ cæteris omnibus vtile. Non quod propter persicariam tantum scribamus hæc, sed propter alia multa similia, per quæ sanguinis fluxiones, item synoniæ, dolores oculorum, &c. tolluntur, qui morbi non possent aliis processibus ita commode facileque sanari. Tum hac de caussa pariter ista scribere volui, vt si forte quis magnetico processu morbos curet, non dicant ignari medici fascinationem esse, cum ipsi nesciant quid fascinatio sit, & quid non. Tantum enim nō didicerunt omnes, quotquot eorum sunt, vt vnicum tantum articulum eiusmodi cognoscere possent. Quapropter stoliditas eorum est mundo manifesta iam, & certo constat, eos ex natura minime curare, sed ex fabulis Æsopi tantum, atque doctrina Marcolphi, quibus ipsi persimiles sunt. Pœnam hanc fatalem & singularem esse iudico, quod tales Medicos Deus mundo obtruserit, qui circa perplexationem omnem se homicidas fateri cogūtur. Quos enim Academici Doctores creant, etiam conscientia propria teste fateri coguntur, quod vix pro famulis Pharmacopœorum stent. Et sic turpis lucelli caussa omnē mundum ludos faciunt, interim nec ipsa caussa nuce digni. An vero id non latrocinium sit fœdum, sacræ pecuniæ caussa tantas in mundo spelunças moliri? Interim Magistratus vbiuis cæcutit. Qui in latrocinio corripitur: in rotam suffigitur. Isti vero, qui omnia passim cæmiteria complent, & homicidiis crebris dimidium regnum exhaurit, etiam splendidi titulis ingeruntur, prout dolendus iam mundi mos est. Hoc idem est cum illo, si fur minor in crucem agitur, maior ad honorum subsellia collocatur. Peruersitas hæc si quinquagintaan. adhuc durauerit: virū probum, ne quidē vniuersus mundus amplius visurus est. Cum n. qui iam viuunt,

nihili

nihili sint, quales futuri sint, horum filii & posteri, qui nihil discunt aliud, quam quod speluncarii illi instillant? Hi nimirum sunt illi proselyti, de quibus Christus loquitur, quasi dicat: Vos medici nihil estis, &, iuniores creatis vobis duplo peiores: hi iterum alios, se longe sceleratiores. Et quo euasura hæc est spelunca, donec iudicii dies appropinquet? Nec id etiam de herba hac subilcere volo, quod videlicet, vbi secundum influentiam integra fuerit eradicata prorsus à fundamento, mirabilem semper operationem retineat, nedum virens, verum etiã exsiccata. Pariter etiam omne quod extrahitur ex ea per destillationem, vt aqua, oleum, & ipsum alkali. Et licet quidem Magnetico modo, vel iuxta proprietates illius processus non operetur, tamen ea conditione viribusque talibus id facit, vt singula per communem applicationem perficiat, quæ superius scripta sunt. Medicum enim Astronomum esse decet, vt Homines ægros ita misere non torqueat, quum tempus & horam eiusmodi virium conseruationis optime nouerit. Sic eius aqua destillata vulnera nec non vlcera lota, peculiaribusq; linteis ea madefactis tecta persanantur omnia, quam vis cancrosa, fistulosa vel alia forent. Similiter etiam puluis insperſus quolibet die bis, nec secus ac aqua prius dicta curat, etiam Esthiomena quæuis vlcera, sic vt non amplius erumpant, vel damni quicquam adferant. Item eius Alkali dolores omnes mortificat, in viuam eiiciens Escharam perbelle mitigando. Facile coniicere possum in herba hac plures exsistere virtutes, quas ego libenter fuissem expertus ex eius Physiognomonia: verũ ob impedimenta mihi per meos aduersarios allata fieri minime potuit. Nam & proprii mei famuli ministrique furtis ac flagitiis suis me passim ita obtundunt & distrahunt, vt propter facinorosos illos vix hæc pauca scribere & corradere potuerim. Spero tamen eiusmodi nebulonum finem aliquando futurum aureumq; mundum aduenturum, in quo non, vt in hoc præsenti longe lateque per omnia Diabolus regnet, ac ego in meis laboribus impediar. Interim herba hæc Germanis sanguis aquaticus dicta. Latinis V. Persicaria seu Saphena riparum, optime vobis per me commendata sit, vt Magneti-

neticas vires in aliis rebus per eam cognoscere valeatis.

Psyllium Græcis ψύλλιον, Καταφυσις, Κυνοκεφάλιον, Κρυσάλιον, Κυνόμυιον, ψύλλερις, Σικελιωτικὸν, Σικέλιον, Κυνοειδὴς, & à Theophrasto Κύνοψ. Latinis Psyllium, herba pulicaris, Pulicaria, Cataphysis, Cynocephalium, Crystalium, Cynomyium, Psylleris, Sicelioticum, Sicelium, Herba siaula, Syluacium & Plinio Cynoides, Theophrasto cynops, Et Theodoro Gaza Canaria Herba, Simpliciſtis Herba pulicaris & Pulicaria Dioscoridis. Al Serapione lib. simpl. cap. 220. vocatur Bazara chatona: Auerrhoe Bescarceton: Auicennæ chotuna, chatona chotume: Semen Bezer chotume: Italis Psillio Hispanis Zargatona, Mazracaton, Zeragatona: Gallis Herbe à puces & L'herbe des pulces: Africanis Vargugum: Polonis Psyllium. Germanis Flöchkraut: Eius duo sunt genera primum explicauimus, reliquum dicitur Psyllium alterum &c. Antiqui Arabes volunt quod Internum seminis excalefaciat, cortices vero frigefaciant: Certamen hoc in medio relinquimus: Eius Vsus est Internus atque Externus: Ex semine fit præstans Electuarium.

Electuarium de psyllio, Mesuæ: Recipe succi Bugloſſi, siue Borraginis domesticæ & syluestris, succi Endiuiæ, succi Apii ana lib. ij. Succi Fumariæ Vnc. iv. Clarificentur & in his infunde Cuscutæ, Anisi, Senæ ana Vnc. 5. Capill. Veneris M. j. Asari Vnc. 5. Nardi indicæ drach. ij. Macerentur viginti quatuor horas: deinde semel fervefiant, & adde Violarum recentium Vnc. iij. Epithymi Vnc. ij. Rursus feruefiant, colentur: colaturæ addantur Psyllii, id est, seminis Vnc. iij. Macerentur 24. horas identidem agitando, post exprime totam nuccaginem: in cuius lib. iv. coque igne lento. Sacchari optimi lib. ij. 5. Scammonii præparati Vnc. ij. ſ. coctis omnibus adde subsequentia subtilissimè trita: Trochiscorum diarrhodon, Trochiscorum de spodio j. Rhabarbari ana Vnc. j. Trochiscorum de Berberis ana Vnc. j. Fiat Electuarium. Flauam bilem euocat, ob id febribus ardentibus acutis, curatu difficilibus auxiliatur, dolori capitis, & vertigini à bilis vapore nascenti, ictero, & intemperiei calidæ hepatis. Datur à drach. iij. vsque ad aureos iij.

Loch de Psyllio. Recipe Mucaginis psyllii secundum artem extractæ Vnc. ij. Sacchari clarificati lib. j. Coquatur saccharum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 742 sur 1557

sufficienter, donec candidum fiat: deinde admiscetur mucilago, & tamdiu agitantur, donec probè vnita sint, & albescant. Seruatur in vase vitreato ad annum. Tenues & acres humores in pectus defluentes inspissat, mitigatq; & excretioni præparat. Fit in hunc modum Loch de semine Lini, & alia huiusmodi eclegmata, quæ mucilagines recipiunt.

Loch de Psyllio, aliud, Mesuæ: Recipe Psyllii, Granorum citoniorum ana drach. V. Sem. Papaueris albi drach. X. Sebestennum. L. jujubarum num. XXX. Glycyrrhizæ drach. vij.

Passularum exacinatarum drach. XV. Cassiæ fistulæ mundatæ Vnc. j. Decoque in lib. ijx. aquæ, donec impinguentur: deinde cola & proijce super ea Rob. lib. ij. Sacchari saliemeni, Syrupi Violati, Penidiarum ana Vnc. vj. Farinæ fabarum drach. iij. Tragacanthi, Gumi Arabici ana aur. IV. Coquantur vsq; dum transeant in consistentiam mellis: deinde ℞. Sem. cucurbitæ, Sem. Melonis. Sem. cucumeris. Sem. citrulli ana aur. ij. Sem. Papaueris albi aur. iij. Sem. Anisi Fæniculi ana aur. ij. Confice & conserua in vase vitreo ad biennium. Quercus, Græcis Δρύς, Germa. **Ein Eych/ Eychbaum** / multæ sunt huius speciei, quas omnes enumerare foret difficile. In syluis aliisq; locis nascitur. Arbor est procera, crassiore & asperiore caudice, ramosa, foliis ꝑfundè laciniatis. Glãdes ꝑducit optimas & grãdissimas, Gallas itẽ & viscũ. Radix eius latissimè circũiacentẽ terrã amplectitur. Fructus Latini glandes, Germ. **Eycheln** appellãt. Ex quercuum generibus sunt Robora, à duritie sic appellata, Germ. **Hageychen**. Itẽ Ilex, q̃ roboris magnitudine & folio nascitur, verũ minori aculeatoq; cortice etiã læuiori, materia spissa & robusta, glãdoso fructu & pusillo, ꝑpetua frõdẽs coma, fructuũq; tardissima ꝑficiẽs, & veteri fructũ nouus excipit & ꝑuenit. Vnde bifera à nõnullis existimatur. Præter glãdem etiã granũ ꝙdã puniceum fert: præterea hyphear & viscũ, sicut reliquæ quercus. Tertia numeratur Theophrasto species Cerrus ægilops, populo similis, caudice recto, excelso, læui, & per longitudinẽ robustissimo, materie alioq; improba, nec nisi ærariorũ Officinis, Carbone dotata. Glandẽ fert tristẽ, horridã, echinato calyce Castaneæ modo, vnde à nullo præterq̃ sue manditur, nec nisi aliorũ inopia, cũ calioq; solidã duramq;

gignat

gignat carnẽ. Galli herrũ & hedrũ vocãt teſte Ruell. Quarta ſpecies Eſculus, Platyphyllos Græcis, vt quibuſdã placet, & quibuſdã latifolia, q̃ inter arbores glãdiferas, folii ãplitudine præſtet. Fago proceritate & glande inferior. Galla viſu quidẽ quernæ non diſſimili, niſi q̃ lenior, ſed ad rẽ nullã vtili: ſed alteram nigram habet, qua lanæ inficiuntur. Glandem fert quæ hiſpido calyce contineatur, grãdem, bonam, qua fungoſam carnem fieri tradunt. Folium graue, carnoſum, procerum, ſinuoſum lateribus. Græci quatuor numerant genera, hemerim, ægilopa, haliphlæum, platyphyllon. Quæ ad iã deſcripta genera referũt, vt quercus ſit hemeris quaſi placida: Robur haliphlęos, Eſculus Platyphyllos. Cerrus vero ſit ægilops. Summũ quercus cũ iuglãde eſt diſſidiũ, vt in iuglãde etiã eſt dictum. Gignit autẽ quercus præter fructũ peculiarẽ, videlicet glandem, alia quoq; multa. Fert enim Gallæ genus vtrũq; & quædã, vt Theophraſt⁹ refert, veluti mora, niſi diſtarẽt fructu, cõtumaci duritia, plerũq; nonnulla colis effigiẽ repreſentantia. Interdũ cũ perficiuntur tauri caput imitantia: quæ cũ prærupta dehiſcunt, nucleũ oſtendũt oliuæ ſimilẽ. Naſcũtur & in eo pilulæ nucibus nõ abſimiles, intus habẽtes flocculos molles, lucernarũ luminibus aptos, q̃ & probè gallæ nigræ modo flagrent. Fert & aliam cum capillo comigeram pilulam, Verno tẽpore melligeni ſucci, tũ guſtu, tũ tactu. Gignunt & alæ ramorũ pilulas ſine pediculo ſeſſiles, parte concaua, adhærẽtes, verſi colores, quæ prominentes quoſdam vmbilicos, vel cãdicantes, vel diſperſa nigrarum macularũ varietate notatos præmonſtrent, mediis partibus colore cocci rutilãtibus, quibus apertis putris inanitas cernitur, aliquando pumices, ſed rarò gignit. Nec non è foliis, conuolutas rariores pilulas compreſſas, oblongas, ſuper foliis quoque tergo adhærentes, aquoſis intus bullis, candicãtes, quæ muſcas creant, eæ matureſcentes tandẽ in gallas occaleſcentes durantur. Deſiccat, aſtringit, & calefacit, paulum, infra media, in genere ſcilicet eorum quæ tepida ſunt. Folia aut medius cortex in vino decocta potaq́;, omnes alui fluxus, menſes & Gonorrhœam certo cohibent. Eadem præſtat ex teneris foliis liquor ſtillatitius, ac pueris potiſſimum datur. Tritæ glandes potæ proſunt iis, qui à venenatis morſi ſunt, quiq́; venenum ſumpſerunt, aut biberunt cantharides

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 744 sur 1557

vt vrinam cruentam emittant. Item glandium puluis potus calculo medetur Arcades glandibus primum cautè inuentas fruges vixisse, autores testãtur. Folia quercus ad vulnera sunt vtilia. recentia enim ea conseruant, & in aqua decocta eadẽ purgãt. Galenus quoque foliis quercubus vulnus glutinasse testatur. Rubentia tenera quercus folia, in bono veteri vino cocta dentium dolorem ex frigidis fluxibus natum tepida collutione sedant. Ligni querni plurimus ad ædificia aliasque res firmas est vsus: Est enim lignum durissimum, & diutissimè durans. Vnde querna consilia dicta sunt, pro constantibus & firmis consiliis.

Balneum ad scabiem, lepram, vlcera & omnia cutis vitia, expertum. ℞. Fol. Quercus, Pisorum ana M. ℈. coquantur in aqua fluuiali q. s. In hoc balneo in sideat æger quotidiè manè & vesperi. Et quando egreditur, cutis infectiones penna in sequenti mixtura intincta lauentur, & per se siccentur: Recipe Aquæ Plantaginis lib. j. 5. Olei ligni Quajaci Vnc. ij. Misce. Vlcera vero Emplastro Diasulphuris vinciantur. Hoc enim modo sanaui omnem scabiem, vlcera quæcunque, ac lepram recentem, non ex parentibus conttactam, cutisque vitia cuncta. Renouandum est autem tertio quoque die, vt reliquæ artificiales balneæ Rulandus.

Quinquefolium: Græcis Πενταφύλλον, Πενταπετές, Πεντατόμον, Πενταδάκτυλον, Καλλιπέταλον, Συλόλωτον, Συλοπέταλον, Πεντάκοινον, Θυμιατῖτις, Γ'βεως ὄνυξ, Πτερὸν Γ'βεως, Ἑρμοδάκτυλον, Ψευδοσέλινον, & Χαμαίσηλον: Latinis Pentaphyllum, quinquefolium, siue Quinquefolia, quinquepeta, Pentapetes, Pentatomũ, Callipetalũ, Pentadactylos, Xylolotum, Xylopetalũ, Pentatœnũ, Pseudoselinum, Thymiatitis, Vnguis Ibidis, Ala Ibidis, Peña Ibidis, Hermodactylus, Mercurii digitus, Pempedula: Apuleia Pompedulum & Manus Martis: Plinio chamæzelum: Aetio Mercurii herba: Italis cinquefoglio, cinquefolio, & pentaphillo: Hispanis Cinco En Rama,: Gallis Quintefueuille: Auicenna Nithaphilun & Nidæfilun: Haliabbate Femequestron: Aliis Arabibus Zegagi, Cubrusaiden, Hazipor, Kamefe, Kamfe, & Kamefeorach: Ægyptiis Enothron, Orphitebocẽ, Orphitebeoten & Themonestron: Germanis

Fünff-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 745 sur 1557

Fünffingerkraut ꝛc. Eius genera sunt quindecim : primum genus est pentaphyllum siue quinquefoliũ Theophrasti: Herbariis Quinquefolium Theophrasti luleum, & Quinquefolium luleum maius. Secundum genus est pentaphyllum seu quinquefolium Theophrasti album, & Quinquefolium Maius album. Tertium genus dicitur quinquefolium Theophrasti purpureum, & quinquefolium purpureum maius. Quartum genus est pentaphyllum seu quinquefolium Dioscoridis ac Galeni. Quintum genus dicitur Quinquefolium & pentaphyllum syluaticum. Sextum genus Plinio dicitur Quinquefolium fragiferum : Herbariis quinquefolium fragiferum rectum : septimum genus dicitur Pentaphyllum siue quinquefolium fragiferum repens & supinum. Octauum genus dicitur pentaphyllum album rectum Quinquefolium Italicum album, & quinquefolium album rectum. Nonum genus dicitur pentaphyllum & Quinquefolium purpureum rectum, siue Purpureum Italicum. Decimum genus dicitur Quinquefolium & pentaphyllum petræum maius: Italis Cinquefoglio bianco & pentaphyllo Bianco : Vndecimum genus dicitur pentaphyllũ & quinquefolium album. Duodecimum genus vocatur pentaphyllum & Quinquefolium palustre & aquaticum : Gesnero Heptaphyllum Plinii fragiferum. Decimum tertiũ genus vocatur Pentaphyllum & Quinquefolium petræum Minus. Decimum quartũ genus dicitur pentaphyllum seu quinquefolium minus : Italis Cinquefoglio Minore : Gallis petite Cinquefueille. Genus 15 à Lobelio vocatur Pentaphyllum & Quinquefolium Alpinum. Exiccandi, constringendi Vim habent, eorum Vsus est Externus atque Internus : destillatio eius est in aquam, & præparatio in vinum, plura in Medicorum libris.

Ranunculus: Græcis Βατράχιον, Σέλινον ἄγριον, Σέλινον ὑδατίον, Βατράχις Γελοτοφυὴ, Στακτικὴ, Καταστακτικὴ, Καυστικὴ, Κλόνον, ῥυσέλινον, ἠφαίστιον, Σαρδῶον Σέλινον, λυκόπ ⊕ &c. Latinis Batrachium, Ranunculus, Batrachis, Clœnum Hephæstium, Rhuselinũ, Licopnus, Herba scelerata, Glorophis, Clarosphis, Phæotiũ, Rhosolinũ, Apiastellum, Dentaria, Mileũ & Nileũ, Itẽ Auricomũ. Plinio Herba strumea : simplicistis, herba Vlceraria, Herba caustica

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 746 sur 1557

Apium Raninũ, Vulcania, Herba Vulcani, Herba Ranina: Arnoldo Villanouano Ranũculus Lupinus, Vngarioribus Medicis Pes Coruinus: Aliis Apiũ Syluestre, Apiũ rusticũ, & Apiũ Aquaticũ: Arabibus apud Serap. l. simpl. c. 296. Borachion, Hali Abbati Verdelheb, Valderheb, Quẽgeũ & Quegenũ vocatur. Apud alios Arabes legitur Kebikengi, Lelelach, Madafon, Maserus, Nodalfar, Rebicheg, Michesol, & Kimisol: Italis dicitur Ranõcolo, Ranũcolo, Pie coruino, & Apio riso. Hispanis & Portugallensibus Yerua Belida: Gallis Basinet, Bacinet Grenoille, & Bacius. Ægyptiis dicitur synechon, Carcadana & Nemecon: Germanis Hanenfuß / Rappenfuß / Hünerfuß &c.

Genera eius sunt 25. Primum dicitur Ranunculus Pratensis causticus. 2. Ranunculus sylueſtris. 3. Ranunculus primus Dioscoridis, Ranunculus Paluſtris, Ranunculus Aquaticus, Apiũ Raninũ, Apiũ Risus, Apiũ Hœmorrhoidũ & Batrachiũ Paluſtre: Italis Ranunculo acquatico. 4. Batrachium Apuleii, verticillum: Item Ranunculus rotundus, Ranunculus Bulbosus, Ranũculus Tuberosus, Flammula minor, Flammula rotunda, Flammula Vulcani, Rapunculus Vulcani, Rapunculus Diui Antonii: Italis Ranuncolo rotundo 5. genus dicitur Ranunculus albus, Batrachium albũ: Italis Ranuncolo Bianco: Gallis Baſſinets Blancs ſimples. 6. Ranunculus albus multiflorus & Ranunculus coronarius albus.

Italis Ranuncolo coronario Bianco, & Ranuncolo Bianco multiplici: Gallis Baſſinets Blancs doubles &c. 7. Ranunculus Tertius Dioscoridis, Ranunculus nemorosus luteus, Batrachium tertium Dioscoridis, & Ranunculus phragmilis luteus: Italis Ranuncolo seluatico Giallo: 8. est Ranunculus Quartus Dioscoridis siue Ranunculus lacteus, Ranunculus nemorosus albus, & Ranunculus phragmitis albus. Italis Ranuncolo seluatico Bianco 9. & 10. genus dicũtur Ranũculus nemorosus purpureus, & Ranũculus Phragmitis purpureus: Italis Ranũcolo seluatico porpotino. 11. genus dicitur Ranũculus alpinus & Ranũculus mõtanus, Gesnero Flos Trullius, Aliis Ranunculus Mõtanus luteus siue Alpinus Luteus. 12. Ranunculus Alpinus, siue Montanus albus: Gesnero Flos Trullius albus, aliis Ranunculus glomeratus: Italis Ranunculo Alpino Giallo

Giallo & Ranunculo Alpino Bianco. 13. & 14. genus, dicuntur Ranunculus Aruenſis, Ranunculus ſegetalis, Ranunculus Echinatus: Item Ranunculus Aruenſis Latifolius & Ranunculus Aruenſis tenuifolius ſiue Auguſtifolius. 15. Ranunculus ſanguineus, Ranunculus Conſtantinopolitanus, Ranunculus Bizantinus, Ranunculus Turcicus & Chalcedonicus. 16. Gelotophyllis Plinii lib. 24. cap. 17. Dioſcoridi Σέλινον ἄγριον: Aliis Σαρδῶον Σέλινον Item Σαρδώνιος πόα: Γελοτοφόη: Apuleio Herba ſcelerata: Herbariis Ranunculus ſardonius, Apium Ruſticum, Apium Sylueſtre, Apium ſardonium, ſardonia herba, ſardoa & ſardoa Herba: apud Virgilium in Thyrſi ait: Imo ego ſardois videar tibi amarior herbis. 17. Flammula paluſtris maior, Ranunculus latifolius maior, Ranunculus flammeus maior, Ranunculus lanceatus maior. 18. Valerio Cordo dicitur Βατράχιον πλατύφυλλον: Latinis Ranunculus Latifolius, aliis Ranunculus flammeus, Item Flammula paluſtris minor, & Ranunculus Lanceatus minor: Italis Flammula Aquatica. 19. genus dicitur Flammula Aquatica ſerrata, & Ranunculus flammeus, ſiue Longifolius ſerratus. 20. & 21. genus dicuntur Ranunculus Luſitanicus & Ranunculus Autumnalis. 22. genus vocatur Ranunculus gramineus. 23. dicitur Ranunculus gramineus multiplex ſiue multiflorus, & Ranunculus gramineus coronarius. 24. genus Ranunculus Tuberoſus, ſiue Bulboſus multiflorus: Italis Ranuncolo rotondo moltiplice. 25. genus dicitur Ranunculus Anglicus, & Ranunculus Tuberoſus Anglicus: Italis Ranuncolo rotondo Anglico &c. Omnia hæc genera excalefaciunt & ſiccant, In Medicina Eorum Vſus tantum demonſtratur Externus.

Ranunculus dulcis: Eius genera ſunt 6. 1. genus Græcis dicitur Βατράχιον χλυκερόν Latinis Batrachium dulce & Batrachium ſalutiferum, Ranunculus dulcis, & Ranunculus dulcis pratenſis dicitur: Herbariis Ranunculus holeracius, aliis Ranunculus ſalutiferus: Italis Ranuncolo dolce 2. Democrito χρυσάνθεμον: Latinis chryſanthemum Democriti.

Herbariis

Herbariis Ranunculus Auricomus, Ranunculus aureus, Ranunculus Dulcis Nemoroſus, pes Leopardi, & Vnguis Leopardi, Italis Ranuncolo dolce ſaluatico. 3. Ranunculus holeraceus maior, Ranunculus dulcis pratenſis maior. 4. Ranunculus dulcis Multiflorus, & Ranunculus dulcis coronarius: Italis Ranuncolo dolce Multiplici. 5. Ranunculus multiflorus maximus, Ranunculus coronarius maximus, Ranunculus Roſeus. 6. Græcis ἰχπινοπόδιον: Latinis Ictinopodium, Pes miluinus, Batrachium vineale, Ranunculus repens dulcis, & Ranunculus vinealis. Horum generum Vſus eſt Internus & Externus, quia in Temperamento ſunt inferiores, Ranunculus Fluuiatilis: dicitur Hepatica fluuiatilis, Remberto Dodonæus Polyanthemon aquatile: Habet etiam vim calefaciendi & exſiccandi, ſed Mediocrem, Hactenus adhuc in Medicina rara herba.

CAPVT XXIX.

De Roſmarino, Reſta bouis, Reſeda, Ruta, Scolopendrio & Symphito.

ROſmarinus Hortenſis Coronarius, Græcis Διβανωτὶς στεφανωματικὴ: Latinis Roſmarinum coronarium: Arabibus Elkial: Italis Roſmarino coronario & Ramerino: Hiſpanis Romero: Gallis Roſmarin: Germanis Roſmarin: Anglis garden Roſemarie. Coronaria dicitur quod Coronis inſeri ſoleat: Ramos habet tenues, circa quos folia ſimiliter tenuia crebra, oblonga & gracilia, intus canticantica, exteriore autem parte viridia, & grauiter odorata. Frutex in ſumma eſt topiarius & coronarius, folio pinnato, herbaceo, ſubterraneo, Aricuto, thuris odore, flore cæruleo, ſemine atro, radice nigra, multis fibris capillata. Hac Narbonenſis prouinciæ tractus adeo ſcatet, vt lignum aliud haud vrant. Hodie in hortis paſſim & fictilibus plantatur, Floret bis anno, Vere & autumno. Carpitur Maio ad vſq; Septembrem. Seritur Martio. Non-

nulli

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 749 sur 1557

nulli duo eius faciunt genera, sed exiguum adeo differentia, vt discerni vix queant. Calefacit & exiccat, quod gustus abunde ostendit. Libanotis Coronaria seu Rosmarinus, & in cibis & in potu miscetur summa corporis cum vtilitate. Vinũ Rosmarini, aut ipsa herba in vino decocta, manè & vesperi calida, ad tres vel quatuor horas jejuno stomacho pota, album fæminarum fluxum, ac cõsumpta muliebria mirabiliter sanat. Eadem ratione discutit & pellit morbum Regium, dispnæam adiuuat, arteriam tracheam purgat, & aperit, excretiones multas facit, concoctionem adiuuat: venenis est vice antidoti: tormina sedat, sanguinem purgat: sudores prouocat, post potum eius contecto corpore. Cremata tutam à pestilẽtia domum præstat, nidore improbam aeris diluens perniciem. Illita vel pota syncope laborantibus auxiliatur, vertigini medetur, faciem expurgat, dentes dealbat, halitum oris bonum efficit, visus claritatem efficit, pterygia oculorum sanat. Putrida vlcera, carcinomata, intertriginem, fistulas, aqua stillatitia aut decoctum Rosmarini aut Dictamni purgat, & ad sanitatem perducit. Fomenta eius & desessiones possunt eadem quæ Menta satiua, Dictamnum & Pulegium.

Vinum rosmarinatum, Arnoldi: Recipe Roriſmarini quantum voles. Pone in dolio super infundendo mustum crudum siue coctum & despumatum, & in vinaria cella conserua. Vtile est in omnibus ægritudinibus frigidis, confortat cerebrum, cor & neruos: appetitum rectificat: consumit phlegma: confortat dentes & gingiuas: cancrum ex eo sæpè lotum sanat: pthysicis & hecticis prodest, item quotidianæ, quartanæ, lethargo, paralysi & tremori mirificè confert: iuuentutem conseruat, & faciem iuuenilem reddit, si cum eo lauetur. Acetum eius quære apud acetum Rosaceum.

Dianthon, Nicolai: Recipe flor. Roriſmarini Vnc. j. Violarũ rosarũ, Glycyrrhizæ, an. dr. ch. vj. Caryophyllorũ, Spicæ indicæ, Nucis Moschatæ, Galangæ, Cinnamomi, Zingiberis, Zedoariæ, Macis, Ligni aloes, Cardamomi, Anisi, Anethi, (videlicet seminis) an. Scrup. IV. Mellis quantũ sufficit. Fiat Electuarium. Prodest præter rationem tribulatis, cardiacis: animi lætitiam auget. Eos roborat, qui à longo morbo debiles adhuc sese recolligunt: Ventriculum perpulchrè emendat?

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 750 sur 1557

Electuarium ad morbos capitis frigidos. Rō deletii: Recipe summitatū Roriſmarini, Cinnamomi, Macis, Nucis moſchatæ, Caryophyllorū ana Vnc. ſ. Hirundinū caſtorii, Priapi tauri ana Vnc. j. Simul colligata, in olla perforata impoſita in furno vtantur, donec in cineres redigantur: qui poſtea lauantur, ſi timeatur odor vſtionis.

Et ex cineribus iſtis cum pauco ſaccharo & ſyrupo de ſtæchade fiat Electuarium. Valet ad paralyſim, conuulſionem, plenitudinē, & oculorū rheumatiſmos, & aliarū partiū, ad articulorū dolores à morbo Gallico, & alios affectus in quibus multum exiccandū eſt.

Epithema ad frigidos cordis affectus, Andern. ℞. Flor. Roſmar, ſtæchados, ana Vnc. ij. Sem. Ocymi, Cort. Citrimali, Macis, Caryophyllorum ana Vnc. iij. Spec. Diamarg. cal. vel Diagēmæ, vel Diathamaron drach. ij Redacta in puluerē excipiuntur goſſipio. Hoc deinde ſacculo indatur ex ſerico panno interſuto. Hic poſtea vino & aqua Meliſſæ irroretur, & tepidus cordi admoueatur: ſiccatus remoueri debet. In cordis palpitatione trochiſci de capſura addantur. Vnguentū optimū ad memoriā augendā, Fioraūati: Recipe aquæ ex flor. Roriſmarini l. j. Nucis moſchatæ, Caryophyllorum, Granorum Paradiſi, Cinnamomi, Cubebarum, Macis, Zingiberis ana Vnc. j. Moſchi Scrup. ſ. Piperis longi drach. j. Croci drach. iij. Galangæ drach. ij. Terantur quæ teri poſſunt, miſceātur & macerētur p dies in loco aliquo calido: inde calore cinerū deſtillētur, augēdo ignē donec cōburātur fęces. Huic deinde aquæ, adde aquæ ex foliis Rorismarini lib. j. & coquātur ſimul in vaſe vitreo ad ignē, donec dimidia pars fuerit cōſūpta. Quo facto, adde olei veteris l. j. Olei de Been Vnc. j. Euphorbii, Caſtorii, ana Vnc. IV. Sinapi Vnc. VI. Olei Seſamini olei hypericonis, olei citri, olei Spicæ, olei de cibetto ana Vnc. ſ. Miſceātur ōnia in cucurbita vitrea optime obturata, & macerētur ad Solē mēſes tres: & erit factū. Amiſſam memoriā mirabiliter reſtituit, vngendo cūeo caput totū & ſtomachū, veſperi, cū itur dormitū. Reſta bouis, Remora Aratri, quod radicibus ſuis aratrum remoretur: Græcis Ανωnis vel Ononis, quaſi dicas Aſini delectamentū. Euricius Cordus Acutellam dici affirmat: Gallis Bugraues, Arreſte beuf. Germanis Ochſenbrech ꝛc. Decoctum eius Equites, meiere nequeuntibus equis offerunt, quia vim habet diureticam: Crebris eſt aculeis, in-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 751 sur 1557

ſtar inſtrumenti quo ſtupam ſeu Linum fœminæ expurgant, vt Cordus explicat. Ramos habet fruticoſos, dodrante maiores frequentibus geniculis cinctos, cauis alarum multis, capitula multa. Foliis eſt exiguis, tenuibus, ceu lentis, ad rutæ aut pratenſis loti formam accedentibus, ſubhirſutis, odoratis iniucundè olentibus. Rami ſpinis acutioribus, ac veluti ſpiculis firmioribus horrent. Radicem habet candidã, ſeu in nigro candicantem. Florem fert minutulum, Piſi dilutiore micantem purpura, inſiliqua non vndequaq; ſeptum. Naſcitur culto, pingui & glutinoſo ſolo, ſegetibus præcipuè & aruis. Menſe floret Iulio & Auguſto. Calida eſt gradu tertio. Vim habet quandam abſterſoriam & & inciſoriam. Radix calfacit & extenuat. Intrinſecus Cortex radicis cum vino potus vrinam ducit, calculos rumpit, & cruſtas expellit, Dioſcor. & Plinio teſtibus. Radicis decoctum hæmorrhoidas ſanare creditur. Antequam ſpinoſa fiat ſale conditur, & eſt cibis gratiſſima. Extrinſecus Decocta radix inpoſca dentium dolorem collutione mitigat.

Reſeda: Simplici Eruca Cãtabrina & Eruca Hiſpanica: Italis Reſeda: Germanis **Spaniſch Raucken**/id eſt Eruca Hiſpanica: ſecundũ genus dicitur Reſeda Latifolia & Reſeda tenuifolia: Eius Temperamentum calidum ſiccumq; eſt, abutiturq; ad veneficia aliaq;, ideo eius virtutes à Medicis non inquiruntur.

Ruta inter graueolentes herbas numeratur, ſeu domeſtica, cuius vna ſolum differentia agnoſcitur, omnibus perſpicua, ſeu ſylueſtris cuius plures dantur. Eſt autem Ruta ſuffrutex bicubitalis ramoſus, ſurculoſus, folioſus & ſemper virens, floſculos gerens luteos, à quorum occaſu capitulum emergit quadrangulare, tot ſeptis & loculis, quot angulis diuiſum, in quibus ſemen continetur, quod in ſyrupi de ſtœchade fit compoſitionem. Dicitur autem ruta Græcè πήγανον, quod eius præſicco ſpiritu & calore genitale ſemen areſcat, aut extinguatur, Item ῥυτὴ & ῥύτη à Nicandro ῥύσιμον: Latinis peganum, Rhyte, Ryte, piganum, Nicandro Rhyſimũ, Apuleio Eriphium: Herbariis Ruta, Ruta hortenſis & Ruta hortulana. Serap. lib. ſimpl. c. 290. dicitur Sadeb: Auicenna Alſadeb: Auicennæ gloſſographo Falagagel ſemen vero Bizeri Falagagel: Stephano Hali abbatis Gloſſographo Ruta vocatur

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 752 sur 1557

tur Sedabum, Seedeb & Sedebum: Apud alios Arabes legitur Asileb, Alsadeb, Zefere, Sedeb, Sedef, Sedab, Radeb, Aselep, Sabeb & Scebel: Item Bezer, Sedef quod est Semen: Italis Ruta vocatur Ruta: Hispanis Arruda, La Arruda & Ruda: Gallis Rue, de la Rue, & Rue de Iardin: Bohemis Rauta: Assyriis Harmala & Besasa: Ægyptiis Epnubu, Africanis Curma: Hungaris Ruta Zeges rutha; Anglis Rue & Revve. Germanis Rauthen &c. Vires tamen alias insignes habet, quæ eius vsum valdè cõmendant, eãq; plurimi faciebat Mithridates, in sua peculiari Antidoto, qua se à quibuscũq; venenis tuebatur. Cõstabat 20. foliis rutæ, ficubus duabus, iuglandibus siccis duab⁹ simul tritis cũ grano salis. Syluestris vero rutæ duæ p̃cipuæ differẽtiæ dãtur, vna foliis, odore & effigie hortẽsi similis est, vocaturq; mõtana, q̃ in mõtibus fruticare soleat. Est & alia quæ cum rarissima sit & variè nominata, multorũ in ea designãda exercuit ingenium. Dioscorides c. 53. l. 3. videtur eã Moli nominare: capite tamẽ sequẽti Moly describens, eius folia graminea facit, & radicẽ bulbosam, q̃ rutæ malè cõgruit, ineptèq; Cappadoces id nominis illi dedere. Syri vocant besasan, Arabes harmel & harmalã, q̃ nomen in Officinis multis p̃ ruta vulgari sumitur, vt recte q̃dẽ defectu veræ harmalæ, quę est secunda species rutę Syluestris vsurpari potest. Ista harmala abs radice multos edit caulículos dodrãtales, folia ãgusta, tenuia & oblonga, florẽ album & quinq; folium, semẽ in calycibus rutæ hortẽsis modo, sed triangulis. Grauẽ spirat odorẽ Nascitur in Cappadocia & multis Hispaniæ tractib⁹ incultis. Calida & sicca est tertio ordine: attenuat, incidit, humores crassos digerit, & semen extinguit. Decoctum foliorum Rutæ & seminis calidum potũ, hausto veneno resistit, cordis itẽ & lateris dolori medetur: purgat arteriã tracheã, tussim mitigat, dyspnæam adiuuat, dolores coxendicũ aliorũq; mẽbrorum sedat: horrorẽ in febribus pellit. Cũ Anethi semine in vino cocta, colicæ, nisi obstructio obstet, medetur. Idẽ potest aqua stillatitia. Clysteribus contra colicã passionẽ & tormina rutæ folia & oleum debent adiici. Vrinã ciet. Sed genitale semẽ cõtinuus eius vsus extinguit. Cocta in aqua pluuia diarrhæã cohibet. Vermes ventris cũ oleo coctũ & potum eiicit. Viridia folia mansa & comesta, fætorẽ allii & cęparum in ventriculo reprimunt. Syluestris

ruta

ruta in cibis est vitãda: In medicamentis vero fortior est q̃ satiua. Folia omnibus pene externis corporis vitiis vt mariscis, pustulis, scabiei, serpigini, aliisq; id genus prosunt, tumores sedãt, cũ ficuũ decocto illita, vel si mẽbra iis teratur: q̃ idẽ p̃stat decoctũ foliorum Rutæ cũ ficubus potũ: hydropicis eodẽ modo est salutaris. Oculorũ dolorem sanãt, & caliginẽ discutiunt viridia folia cũ farina hordeacea illita, rutæ folia discutiunt. Succus auriũ dolori subuenit. Idẽ cum alumine, nitro, & melle mixtus serpiginẽ, papulas, psorã, & capitis fluidã scabiẽ sanat Oleum Rutæ est calidũ, apertiuũ, resolutiuũ, & mitigatiuũ dolorũ, calefacit renes, vesicam, matricẽ, & sedat dolores eorũ, maximè colicã, si venter vngatur, & fiat ex eo solo clyster. Opitulatur quoq; neruis, cõfert spasmo, & frigidos humores expellit. Cõficitur hunc in modũ: Recipe Rutæ recentis incisæ & contusæ, quantum libuerit, pone in vase vitreo, & olei veteris clarissimi sufficientẽ mẽsurã infunde, atq; in sole aut loco aliquo calido diebus quindecim macera, deinde in duplici vase coquito, & abiecta ruta recentẽ iniice, atq; rursus diebus quindecim macerato, iterumque dicto modo coquito & exprimito, idq; tertio quoq; facito. Atque hunc in modum multa alia conficiuntur, olea, vt Anethinum, Chamæmelinũ, Lilinũ, Narcisinũ, Ligustrinũ, Sambucinũ, Iasminũ, Cheyrinũ, Myrtillorum, Myrtinũ, Mẽthæ, Absinthii, Rosaceũ, Violaceũ, Nenupharis &c. Clyster ad pituitã alterandã, Andemaci: Recipe Rutæ, Pulegii; Calaminthæ, origani ana M. j. Sem. Fænigræci, Carui, Cumini, Seseleos ana Vnc j. s. Flor. Chamomillæ, Meliloti, Anthos, Stæchados ana P. ij. Decoquãtur ex iure pingui interaneorũ lib. huic vini maluatici, & albi veteris aut rufi triens: olei Anethini tantundẽ addatur, mixta aluo, quando opus est iniiciantur.

Clyster ad tympanitẽ, Rondeletii: Recipe Fol. Rutæ M. j. Anisi, Fæniculi, Carui, Cymini, Baccarũ Lauri ana Vnc. s. Flor. Anthos, Stæchados ana P. j. Asari, vel Agarici Vnc. 5. Fiat decoctio. In libra vna dissolue Benedictæ laxat. Vnc. j. Olei rutacei, vel Anethini Vnc. iij. Vini Vnc. IV. Misce, & fiat Clyster. Clyster flatus, Heurnii: Recipe Decoctum origani, Calaminthæ, Rutæ, Chamæmeli, Anethi cum Sem. Anisi, Fœniculi, Carui, Cumini, Apii, Leuistici, Seseleos, Baccis Lauri, in decocto soluatur Mel Rorismarini: Elect. de baccis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 754 sur 1557

Lauri, cum oleo Rutæ, Lauri, Anethi, vel Chamæmeli, vel ex oleo nucum sincero, cum vino maluatico, Hiera Benedicta.

Oleum rutaceum. Innominati: Recipe Rutæ recentis, incisæ & contusæ, Vnc. 1 v. Olei veteris Clarilib.j. Macera ad solē, aut in loco calido aliquo diebus quindecim, deinde in duplici vase coquito, & abiecta ruta recentem iniicito, & iterū diebus quindecim macerato, postea simili modo coquito & exprimito, & tertio recentem rutam iniice, macera, coque & cola. Est calidum aperitiuum, resolutiuum, & mitigatiuum dolorum: calfacit renes, vesicā, matricem: & sedat dolores eorum, & maximè colicam, si venter vngatur, & fiat ex eo solo clyster: præterea opitulatur neruis, confert spasmo, & expellit frigidos humores. Oleum ad grauitatē auditus. Recipe Rutæ, Maioranæ, hellebori albi ana part.j. Olei xyllini, olei de Colocynthide ana q.s. Vini quantum sufficit. Misceantur & coquantur, vsq; ad consumptionē vini. Vtere euacuato prius corpore.

Electuarium de baccis Lauri. Rhasis. Recipe fol. Rutæ drach. x. Sem. Ammi, sem. Cymini, Sem. Nigellæ, Sem. Ligustici, Sem. Carui, Sem Dauci, Origani Amygdal. Amararū, Piperis nigri, lōgi, Mēthastri, Baccarū Lauri, Castorii ana drach. ij. Sagapeni Vnc. s. Opopanacis drach. iij. Mellis l.j. Vnc. iv. drach. vij. Tritis diligēter q̄ triturāda sunt, fiat Electuariū: additis circa Vinū lachrimis in vino dissolutis. Valet ad colicā & iliacā passionē, & doloribus intestinorū ex causa frigida, vel flatuosa. Sclopendriū siue Asplericu, nōnulli volunt esse linguā Ceruinā. Sclopēdria dicta est à Sclopendra insecto, cui similia folia habet. Est autē Sclopēdria vermis, multis pedib. q̄b⁹ nō aliter atq; nauis remigio suo, velut Nicander autor est, ꝓgreditur. Splenion quoq; Hermioniū, & Asplenion, quasi dicas sine splene q̄a splenē liquat. Duo sunt eius genera: Primū q̄ maius appellatur, Nascit in syluis ac mōtibus opacis & humidis, foliis sicut phyllitis, lunatis, multis, sed āgustiorib., vtrinq; ad imū vsq; ad mediā eius fibrā incisis, q̄ p terrā sparsa iacēt mense vero iunio alia è medio folia ꝓducit, recta priorib. arctiora & magis diuisa maculis, sicut polypodiū, aspersa flauis. Hęc autūni tēpore pereūt, ac quę prius enata fuerunt, manēt, perq; totā virent brumā. Radix nigra capillis multis ac frequētibus cōpacta, velut cespite quodā. Rarū est hoc genus inuētu: copiose autem locis quibus inuenitur prouenit. Et

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 755 sur 1557

Et hæc est verũ Scolopendrion siue Asplenõ Dioscoridis, ꝙ maius licebit appellare. Altera Scolopendrii species est minor, q̃ verũ Splenion, quo ꝑ Scolopendrio veteres sunt vsi, Tragus dicit, Germanis Milzkraut / sicut Græcis Splenion. Dictũ est enim, Splenion esse cõmune huic & Phyllitidi vocabulum. Nascitur in mõtibus, saxorum rimis, & locis asperis, foliis digitali longitudine, scolopendræ animalculo similibus, multis, in cisuris Polypodii, sed breuioribus angustioribusq; supernè virentibus, circa terram vero subflauis & asperis quasi, quasi puluere obsitis. Radix nigra & villosa. Tẽperamentũ cũ phylliti habet idẽ: calidũ in primo & siccũ in secũdo ordine. Scolopẽdrion siue Asplenon. Easdẽ contra lienẽ extirpandũ cũ phyllitide habet vires, ad dies quadraginta potũ, & extrinsecus lieni impositũ. Decoctũ in vino iecoris & splenis obstructiones soluit, regiũ morbũ pellit, calculo vesicæ & renũ medet: Quartana febri laborantibus auxiliatur: At rã enim bilẽ eiicit. Sanguinis grumas ex lapsu vel aliunde citra pectus collectas, discutit, stranguriã adiuuat. Hæ vires Scolopendrio potissimum minori conueniunt: Phyllitidi tamen à nonnullis etiã adscribuntur. Liquor eorum stillatitius potus, sicut etiam Phyllitidis, cor confortat, & singultus sedat. Quæ de Phyllitide dicta sunt, eadem referenda sunt: siquidem pares cum ipso ad externas corporis partes vires obtinet.

Symphytum Græcis, ab insigni constringendi vi & glutinandi. Latinis eadem ratione consolida & solidago: Symphyta varia dantur ab Authoribus, vt Symphytum magnum, Symphytum Petræum &c. Symphytum magnum Latinis Consolida Maior & Vnctuosa Gall. Consyre. German. Schwartzwurtz. Nascitur locis aquosis palustribusq;, caule cubitorum binum aut maiore, angulosо, inani, vt Sonchus, & crassoqui per breuia interualla circũdatur foliis lanuginosis, oblongis, angustis, sicut bubulæ linguæ: ab angulis pinnæ prominent, & in singulis alis folia quædã tenuia, ceu annexa cohærescunt, in quibus flores lutei, rutaceis similes, exeruntur & semina Verbasci. Caulis vniuersus & folia quandam lanuginem alunt asperam modicè, quæ ipso attactu pruriginem ciet. Radix extra nigra, intus candida, glutinosa, in qua medica vis ineſt. Quod autem quis, vt monet Fuchsius, de flore obiicere poterit,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 756 sur 1557

terit, quẽ Dioſcorides facit luteum, in noſtra vero cõſolida eſt alius, nimirum ſubruber, aut leniter purpuraſcens, huic cum Fuchſio reſpõdemus, flores nihil obſtare, cum multas herbas cõſtet ꝓpter loci naturã colorẽ ſæpe mutare, vt ipſe de Bugloſſo exẽplum adducit. Noſtra cõſolida in Germania floret, fert etiã ſubrubrum, aut etiã cãdidum. Nõnulli inulã vocant ruſticã alii Alũ Gallicũ. Floret pæſtatẽ integrã, Radix autumno vellitur. Symphytũ petræũ in ſaxis naſcitur, vnde cognominatũ eſt. Plinus & Apul. Alum appellant. Latinis conſolida ; etiæa. Officinæ Germaniæ hoc carent. German. **Steyngunſel**. Naſcitur, Cordo teſte, Aſciburgi, duobus à Brunſuico miliaribus. Ramos habet tenues, paruos origano ſimiles, florem cæruleum, exilẽ in capitibus Thymi: totũ eſt ſurculoſum, odoratũ, guſtu dulce, ſaliuã ciens, radice longa, ſubrufa, digitum craſſa. Fragus dubitat de hac ſpecie, an Dioſcoridis Symphytum ſit Petræum, quãdoquidem deſcriptio non per omnia cum Dioſcor. conueniat. Quid autẽ Symphytum petræum ipſe exiſtimet, dicetur. Eſt & Symphyton quoddã in Saxis & montibus creſcens, quod Medici Polygonion, Macedones Oſteocollon, alii Talantion, vulgo Symphytum vocant. Oſteocollon quaſi dicas oſtium gluten, quod oſſia fracta ferruminet, ac carnes diſſectas, ſi vna coquatur, caleſcere faciat. Viret perpetuo, vidua foliis, ramulis penſilibus inſtar iunci, cirroſis, tenuiori procerioriq; ſparto ſimilibus. Præterea herba eſt, cuius plurimus in ſanandis vulneribus eſt vſus quam vulgo conſolidam mediam, Symphytũ medium, ſeu ſolidaginem mediam, Germanicè **Guldengunſel** appellant, in pratis paſſim naſcens, caule quadrangulo, lanuginoſo, ex quo per interualla folia bina ex ſingulis geniculis, laciniata, menthæ ſimilia, emicant: à medio caulis ad faſtigium vſq; ex ſingulis foliorũ alis, flores ſex vel ſeptẽ, Maio potiſſimũ menſe, in purpureo cærulei exeunt. Radix lignea, multis capillamẽtis fibrata. Vide ſuprà cõſolida: Huius dãtui differẽtiæ ſex Tabernæmõtano. Calefacit, exiccat & contrahit modice, in ordine ſecundo. Eædem teſte Galeno, vtriuſq; Symphyti ſunt facultates & vires. Radices tritæ & potæ in aqua mulſa, cruenta expuentibus, ruptiſq; proſunt, quæ in pulmone ſunt expurgant.

Renũ doloribus cũ aqua datur. Ad dyſenteriã & rubra fæminarum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 757 sur 1557

rum profluuia in vino decoctũ bibitur. Ad cõuulsa & rupta ex aceto mulso sumitur. Mansum sitim extinguit, & arteriæ asperitatẽ sanat. Illita radix recentia vulnera glutinat. Inflammationibus, sedis potissimum, cum Senecionis foliis vtiliter illinitur. Intestinorũ ramices illitum coercet. Tanta vero eius in glutinando vis est, vt carnes etiam si vna coquatur glutinet. Potio vulneraria, Quercetani: Recipe Consolidæ vtriusq;, Veronicæ, Cyclamini ana M. j. Astacorũ expurgatorum num. IV. Vini albi Mens. ij. Circulentur in balneo per triduum. Exhibeatur primis septẽ diebus manè cochlear vnũ.

Clyster consolidans vlcera Intestinorum, Rondeletii: Recipe Rad. Verbasci, Consolidæ maioris, ana Vnc. ij. Caudæ equinæ plãtaginis ana l. j. Rosarum rubrarum. Fiat decoctio in aqua ferrata. In lib. j. dissolue Seui hircini Vnc. ij. Misce capiat redditis alui excrementis, & præcedente Clystere detersorio.

Electuarium consolidæ maioris, Fiorauanti: Recipe rad. Consolidæ maioris, contus. & cribr. lib. j. Cort. granatorum Vnc. s. Ligni aloes drach. vj. Myrrhæ, Masticis, Sarcocollæ, Sanguinis draconis ana drach. ij. Mellis communis Vnc XVI. Misce & fiat Electuarium secundum artem. Sumptũ per os, & forinsecus applicatur. Cõfert rupturis: vulneribus præsertim pulmonis: ossibus fractis.

Loch ad sputũ sanguinis, Rondeletii: Recipe cõseruæ Symphyti, Cons. Rosarum antiquæ ana Vnc. s. Gelatinæ Cyteniorũ conditorum saccharo Vnc. j. Trochiscorum de terra sigillata, vel de Carabe drach. ij. Cũ syrupo myrtillorũ fiat ad modũ Loch. Loch. ad vlcera pulmonis, Rõdeletii: Recipe cõseruæ Symphyti, Cõserv. Ros. antiquę ana Vnc j. Tragacãthę torrefactę, Gũmi Arabici leuiter torrefacti, Cin. Cãcrorũ fluuiat. lotorũ in aqua ros. ana drach. ij. Corallí rubri, Boli Armeni, Terræ sigillatę, ana drach j. Sẽ. Papaueris albi, Sem. Plãtaginis ana drach. j. s. Cũ syrupo de rosis siccis fiat Loch.

Extractum Symphyti, Andernaci: Extractum Symphyti eodem quo sequens ex Satyrii radicibus, modo paratur. Ad ramices curandos efficacissimum est.

Pilulæ probatæ contra fluxũ ventris, Nicolai: Recipe Myrtillorũ, Balaustiarum, Psidiæ, Symphyti, Sang. Draconis, Boli Armeni, Acaciæ, Hypocistidis, Rosarum, Tartari, Sumach, Croci, Galliæ

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 758 sur 1557

Moschatæ, Gallæ, Cinnamomi, Spodii, Masticis, Gummi Arabici ana drach. j. Opii Thebiaci drach. ſ. Cum ſucco Cymarum Myrti, Lentiſci tempera, & fac pilulas in modum Orobi. Dentur IX. vel XI. cum aqua roſacea, vel pluuiali. Contra fluxum ventris & maxime lienteriam & dyſenteriam valent.

CAPVT XXX.

De Sinapi Sambuco, Saxifragia & Scilla.

SInapi, Athenæo teſte, ὅτι σίνεται τῆς ὄψεως ἐν τῇ ὀδμῇ, hoc eſt, quod olfactum luminibus officiat, dictum. Vnde Columella: ſeq; laceſſenti fletum factura ſinapis. Græcis item napy nominatur: quaſi Naphy, vt idem interpretatur, quoniam non ſine natura ſit, ſed acri, & proinde quaſi incõmoda donetur. Vel q̃ puſillo ſit corpore, ἀ φυὲς enim dicũt, q̃ natura priuatum ſit. Alii Napy per priuationẽ; videlicet νήπιον dici volũt, quaſi immite, quod acrimoniæ ſit vehementis. Gall. Seneue. Germa. Senff. Sinapis plura ſunt genera. Eſt hortenſe idq; duplex. Eſt item ſylueſtre ſimiliter duplex. Necnõ & duplex aquaticum. Eſt & poſtremum q̃ circa ſepes & loca inculta naſcitur. Primum itaq; Hortenſe Sinapi, caulem habet hirſutum, longũ, ramoſum, folia rapi, minora tamen & aſperiora, flores luteos, ſiliquas rotundas & hirſutas, plenas ſemine candicante.

Alterũ hortenſe hirſuto item caule, minore tamẽ foliis Erucæ, maioribus tamẽ & latioribus, laciniatis, floribus albicantibus, crucisq; effigẽ referentibus, ſiliquis teretibus & oblongis, ſemine pullo, ruffeſcente referris. Latinis dicitur Eruca hortẽſis, ſeu ſatiua. Græcis Εὔζωμος, q̃ iura cõmendet. Eruca vero q̃ lingua erodat.

Sylueſtre primum in auena & Rapis naſcitur, flore albo, violæ ſimilitudine: folia, caulem, & ſiliquas cum ſatiuo ſimiles habet, ſed minores, nec ita proceras. Latinis eruca ſylueſtris. Sylueſtre alterum priori eſt ſimile, niſi q̃ florẽ habet luteũ. Iumentis in pabulo potiſſimum miſcetur. Sic duæ ſunt Erucæ ſpecies: altera ſatiua: altera ſylueſtris. Similiter iuxta aquas duo Erucæ genera creſcunt, caule, foliis, & ſiliquis p̃dictis ſimilia, flore autẽ, ſicut & priora diſcrepãtia: alterũ luteo, alterũ vero albo. Minus reliquis ſunt acria, guſtu tamẽ non nihil amara. Poſtremũ circa ſepes & loca inculta naſcitur, foliis & caule

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 759 sur 1557

& caule & flore Eruca tenuioribus, & anguſtioribus : ſiliquis item breuioribus : ſemine flauo & minuto, ſinapin quadantenus guſtu referẽte: aſperũ vero ſecundũ reliqua, ac linguã ſicut ſinapi vellicat. Tragus Verbenã fæmellã appellari dixit, quoniã ſimilitudinẽ quandã in guſtu & forma cũ ſinapi habet. Quod tamen alii Verbenæ faciunt ſpeciẽ, de qua ſuo loco. Calidum eſt & ſiccum ſinapi in quarto ordine. Vim habet calfaciendi, extenuandi & extrahendi.

Quomodo ſinapi ad ſalgamorum & conuiuiorum vſus apparetur, vide Columellam lib. 12. cap. 55. Varronem rei ruſticæ lib. 1. c. 59. Palladium in menſe Iulio. Fortius eſt q̃ eſt album, ad venerem incitat, vrinam ciet, torminibus medetur, & inteſtinorũ dolori. In vino coctum & potum idem ſemen, morſui ſcorpionum & venenatorum prodeſt. Sylueſtre vero quod in amniũ ripis naſcitur, eſt validius, & in cienda vrina vehementius. Poſtremũ genus quod Verbena fœmella exiſtimatur, cum melle & vino apparatũ, pectoris obſtructioni ſummopere confert: tuſſim lenit: fluxus ex capite ad pulmonẽ retinet. Phthiſicis prodeſt: regiũ morbũ pellit. Cũ vino venenis reſiſtit. Extuſo ſemine in lacte vel aceto macerato, paſtilli, q̃ ad ciborũ vſus reponi ſolẽt, cõficiuntur. Semẽ cũ aceto illitũ & impoſitũ, puſtulas rubras excitat: feras impetigines & lepram hoc modo ſanat. Cõtra tonſillarũ tumores & arteriæ ſcabritiẽ ex aqua, & melle tuſa farina gargarizatur: ad coxendicũ & lienis cruciatus, & tumores illinitur. Cum melle ſugillata tollit, & alopecias ſanat. Plures ſeminis vires Naſturtio ſunt pares. Radix Erucæ, ſeu albi Sinapi in vino cocta, confractis & tuſis oſſibus illinitur. Succus ad oculorum hebetudines prodeſt. Verbenæ fœmellæ ſemen ex aqua & melle illitum, tubercula circa aures diſcutit: mammillarum tumores ſedat, & locorum naturalium. Clyſteribus etiam vtiliter admiſcetur, Reliquis generibus eædem ſunt vires.

Puluis Epilepticus. Recipe coriandri præparati, Sem. Sinapis, Nucis moſchatæ ana Vnc. ſ. Sem. Pæoniæ drach. vij. Diptamni albi drach. ij. Fiat puluis. Contra Epilepſiam puerorum valet.

Cataplaſma Quercetani: Recipe pulueris Synapi Vnc. j. ſ. ſtercoris caprarum & columbarum ana Vnc. ſ. pulueris Sem. Pæoniæ, gran. Iuniperi, rad. Ireos, & florum Saluiæ ana drach. ij. foliorum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 760 sur 1557

rutæ minutim conciſorum, m. i. cum vini, mellis & aceti, q. ſuff. fiat emplaſtrũ vel cataplaſma, q̃ cõmiſſurę colli cũ occipitio inducatur.

Sãbucus Latinis, Græcis Acte: Germanis Holder: Duũ eſt genẽrũ. Primũ Sãbucus ꝓprie dicitur, alterũ Ebulus. Sãbucus in arborẽ aſſurgit, virgis arundinũ modo rotũdis, cauis, medulla expletis cãdicãtib., proceris. Folia circa ramos p interualla terna aut etiã ſena ſeptenaue iũcta exeũt, nucis iuglãdis ſimilitudine, graueolẽtia, minutis inciſuris, inſumis ramis ſeu caulib. vmbellas ferẽtia, rotũdas, q̃ florẽ ꝓducũt candidũ: fructũ ſeu acinos Terebinthino ſimiles, in nigredine ſubpurpureos, racemoſos, ſuccoſos & vinoſos: floret paulo ante ſolſtitiũ æſtiuũ: baccas ſuas in Auguſto ꝓfert. Locis opacis aſperisq; potiſſimũ, & circa aquas naſcitur. Officinis ꝓprie Sãbucus dicitur, ab autore forſan Sãbyco: vel à Sabuca muſico inſtrumẽto, q̃ pectida aut Magadin alii appellãt, Germ. Holder. Alterũ genus Ebulus dicitur humile, minusq;, herbaceo magis generi aſſignandum, caule quadrãgulo, geniculato, foliis amygdalæ, ex interuallo circa ſingula genicula alæ inſtar ſe extẽdẽtib., pambitũ ſerratis, longioribus, graueolentib. Vmbellã in ſummo fert Sãbuco ſimilẽ, flores itidẽ & fructũ. Radice nititur lõga, craſſitudine digitali. Gaudet iisdẽ locis q̃b. Sãbucus, ac inagris q̃buſdã etiã ꝓuenit, tardiusq; nõnihil floret. Græcis χαμαιάκτη, h. e. humilis Sãbucꝰ, Latinis Ebulꝰ, Germã. Attich. vel niderer Holder. Meminit huius Vergilius in Gallo, inqẽs:

Pan Deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipſi
Sanguineis Ebuli baccis minioq; rubentem.

Sunt enim baccæ eius ſicut Sãbuci in nigro ſubpurpureæ, q̃ hic ſanguineas dixit. Vtrũq; genus calidũ eſt & ſiccũ. Vim habent purgatoriã, exiccant, cõglutinant, modice digerũt. Vmbella Veris tẽpore incibis cocta, ventrẽ laxat & emollit. In vino cũ melle folia & vmbellæ coctæ, frigidã & ſiccã tuſſim, aliquot dieb. potu eius cõtinuato, pellũt, pectus purgant, viſcoſas pectoris humiditates reſoluunt. Efficacior eſt radix. Decocta in vino hydropicis manè & veſperi, pota, eſt vtiliſſima. Stillatitiæ aquę eędẽ aſſignãtur vires ſed bonã eius quãtitatẽ ſumere cõueniet. Aqua aut decoctũ foliorũ cõtra anginã vtiliter gargarizatur. Decidentẽ vuluam cũ Pyrethro erigit. Fomẽta ex radice & foliis, matricis tumorẽ inſeſſu ſedant. Podagris calidis

folia

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 761 sur 1557

folia itẽ imponũtur. Baccæ eius infirmiores sunt q̃ reliqua, capillos illitæ denigrãt. Folia, si prætenera ac mollia expoléta illinantur, inflammationẽ mitigant. Ambustis & canis morsibus illitu prosunt. Vlcera quæ dehiscunt infistulam, agglutinant. Ad õnia vero efficacior est q̃ minor, hoc est, Ebulus. Sãbucus seu Acte Sylvestris. Inopacis & humidis syluis circa ferarũ, potissimũ lustra Sãbuci nascitur sylvestris species, ab Hieronymo primum Frago demonstrata, Sambuco vulgari, foliis, cortice, ligno & odore p̃ õnia similis, nisi, q̃ florẽ nõ fert in vmbella, sed velut vitis, subflauũ, stellatũ: baccas mẽse Augusto p̃ducit rubẽtes, gustu iniucũdo. Germã. Waldholder Latinè Acte seu Sãbucus sylvestris, itẽ Sãbucus ceruinus, q̃ cerui potissimũ eũ expetãt. Tradit p̃terea Tragus ceruas nõ ante hũc gustare, q̃ p̃gnantes fuerint: tum n. sicut & cerui eius desiderio tenẽtur. Solis autẽ vescũtur foliis, Nequa q̃ baccis. Sãbucus seu Acte palustris, vel aquaticus, Germ. Bachholder/ ob florũ & ramorũ cũ acte similitudinẽ appellari potest. Alias Schwelckẽ. Plura de nomine eius nõ cõstãt. Nascit iuxta aquas sub alnis, ramis sicut Acte, medulla expletis foliis diuisis, Aceris ferè similitudine: Florẽ in mẽsis Maii fine fert Sãbuci odore nõ iniucũdo, extremis maioribus, medicos & interiores minores ãbiẽtibus: baccas fert rubẽtes, baccis sambuci maiores, q̃ autũno matureſcunt, saporis ingrati Nauseã n. comestæ pariunt: Præcipuo ferè his hyemali tẽpore gallinę sylvestres oblectãtur. Sylvestri Sãbuco pares cũ Solano satiuo vires assignantur. Naturæ est frigidæ p̃sertim vero baccæ: Vnde somnũ conciliant. Nimius eius vsus admodũ est noxius. Baccæ maturæ Sambuci palustris ad cientia vomitus medicamenta adhiberi potetũt. Plura nõ sunt cognita.

Aqua ad hydropẽ. Recipe Eupatorii, Endiuiæ, Scolopẽdrii, ana M.j. Herbæ Peti M.iij. Flor. Ireos nostrat. Flor. Sãbuci ana P.j. Radicũ Asparagi, Apii, Fraxini, Rubiæ, Tormẽtillæ, Acori ana Vnc. ſ. Ebuli, Ireos nostrat. ana Vnc. j ſ. Sem. Cucurbitæ, Melonũ, Citrulli, Cucumeris, Endiuiæ, Scariolæ, Lactucæ, Portulacæ, Hali cacabi ana drach. ii. Corticũ Tamaricis, Capparorũ ana Vnc. ſ. Corticũ Sãbuci, Ebuli, ana Vnc. ii. Hepatis lupini Vnc. ii. Ventriculorũ gallinæ sicc. Vnc. ſ. Scyllæ Vnc. ſ. Acinorũ Sãbuci M. ii. Cãharidũ drach. i. Succi herbæ Peti l. i. Aq̃ flor. Sãbuci ireos, rad. Ebuli, Cort. Sãbuci ana lib.

na l.ſ. Aceti drach. ij. Mellis Vnc. iiij. Cinnamomi electi Vnc. j. Spicæ Indicę drach. ij. Cõtundẽda cõtundantur benè, miſceãtur & macerẽtur p horas 24. deinde in cineribꝰ igne pq̃ lẽto deſtillẽtur. Aquę addatur ſalis Abſinthii Vnc. ſ. & ſeruetur. Datur quotidie Vnc. j. ſ. vel Vnc. ij. mane & ſtomacho ieiuno. Hac etiã vinũ hydropicorum dilui poteſt. Aqua hydropica alia. Recipe Aquæ florũ Sãbuci l. IV. Acinorum Sãbuci immatur cõtuſ. l. IV. Macerẽtur per horas 24. & deſtillẽtur. Huic poſtea adde acinorum Sambuci maturorũ contuſorum l. IV. Macerẽtur iterum vt prius, & deſtillẽtur. Demũ Recipe huius aquæ l. ij. Aquæ theriacalis l. j. Liquoris Tartari, correcti Vnc. ijx. Olei ſalis Ebulini, vel iuniperini drach. ij. Detur Vnc. j. vel Vnc. ij. ſtomacho vacuo ad ſudorem eliciendũ. Elixir Balſameum Antipodagricum. Recipe Rad. Ebuli, iridis Germanicæ recentis, Eſulæ ana Vnc. ſ. Fungorum Sãbuci Cort. Sãbuci viridium ana Vnc. ſ. Vermenæ, Meliloti Succul. ana M. j. Conciſa contundãtur õnia in mortario, iniiciaturq́; ordine pinguedinis ex talis babulis p coctionem extractæ & medullæ ceruinę commiſtorum q. ſ. vt omnia integantur, offa maceretur in cella vt aliquantulum fermentetur, deinde coquatur in ſartagine ad ſeceſſum ſpirituum humidorum, poſtea exprime p filtrum. Expreſſo immiſce olei ſtillat. Caſtorii, olei Tartari, olei è lignis Sãbuci. Olei Quaiaci p deſcenſum ana Vnc ſ. olei ranarum, olei Lumbricorum ana Vnc. ſ. fiat linimentum.

Oleum Sãbucinum, Recipe olei veteris l. j. Florum Sãbuci Vnc. IV. Fit vt oleum roſatum, ter flores iñonãdo. Lenit, abſtergit, & mũdificat cutim, medetur icteritiæ, & maximè hepati infirmo, obſtructo: & plurimũ cõfert doloribus iuncturarũ. Oleũ Sãbucinũ, Auguſtani: Oleum Sãbucinum fit ex floribus Sãbuci, & oleo veteri clariſſimo quẽadmodũ etiã oleum rutaceũ. Lenit, abſtergit cutim expurgat, ictero & hepati obſtructo confert, articulorũ & neruorum dolorib. vtile, eos nãq́; roborat. Epotũ aut iniectũ, aluũ irritat, ſeroſaq́; excrementa per inferna educit. Fit quoq; ex medio Sambuci cortice ſimiliter macerato oleum, quod ad ambuſta Italis vſui eſt.

Vinum Ebulatũ Arnoldi: Grana Ebulorum quãdo ſunt matura decoquantur, & proprie tempore Vindemiarum cum muſto: & remoueatur ſpuma ebullitionis, donec tertia pars fuerit abſumpta. In

nocte

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 763 sur 1557

nocte ponatur ad acrem: In craſtinum vero per colatorium lineum deſtilletur, vel per filtrum: demum recipiatur quantitas illius colati, & ponatur in alio muſto albo, donec tibi placeat color & ſapor: & mittatur in vaſe, expectetur donec deferueſcat & tunc clarificetur cum malaxatione clari quorum, & ſale, ſecundum artem. Eſt ſimile in operationibus vino de radicibus Ebulorum, & magis amabile: ſed non ſit operoſum. Ventrem laxat: aquam hydropycorum per inferna ducit. Aqua Antipodagrica. ℞. Flor. ac cort. Medianarum ac Fungorũ Sambuci, Fungorũ Ebuli ana M.j Rad. Iridis, Verbenæ M.i. Meliloti, Chamęmeli ana M.i.ſ. Aquę extincti æris & ferri mẽſ. ii. Coquãtur ad tertias abſumptas, colaturæ adde aquæ aurifabrorũ l.ii. Solutionis æris & Martis in aqua forti Vnc.ii. Sublimati Vnc.ſ quanq̃ acrior & lenior fieri debet pro membri teneritate ac robore.

Saxifragiæ nomẽ pluribus quidẽ herbis tribuitur: p̃ſenti herbæ, Seſeli itẽ Maſſilienſi, Oenanthe & Adiãto à viribus nimirũ quibus contra calculum valet præcipuè. Saxifragam albam hanc præſentem vocant Germani Hoher oder Weiſſer Steinbrech, à floribus nimirũ quos albos profert. Inuenitur menſe Maio, locis ſaxoſis, aſperis & arenoſis, nec nõ in ſiccis pratis, foliis humi iacentibus, rotundis, exiguis, in extremitatibus inciſis, ſicut Chamæciſſi, pinguioribus tamen & molliorib̃us caulem habet iunceum, piloſum, cubitalem, in cuius ſummo flores ſunt candidi, albis violis penè ſimiles, q̃ mẽſe Iunio abſq; ſemine decidũt. Radix exilis, cui granula Coriãdri ſeminis quantitatẽ referentia adhærent, partim alba, partim rubra, quibus Officinæ p̃ ſemine eius vtũtur, guſtu amara admodũ, q̃ etiã ſata nouã plantam ex ſe producunt. Tẽperamẽti eſt calidi & ſicci in ordine tertio. Folia cũ radice in vino decocta vrinã cient, renes purgãt. Renũ & veſicæ calculos pellũt. Ad eadẽ p̃ deſt trirũ ſemen cum aliis cõditũ ſpeciebus. Aqua ſtillatitia ex floribus & radice, menſe Maio ſtillata, gratioris eſt vſus, triũ quatuorue cochlearũ menſura pota: ſi æger in balneo ſeu decocto maluæ ſimul ſedeat. Saxifraga rubea, Oenãthe, Latinis Vitis flos ſecundũ Theodorũ Gazam, quod videlicet cum vite floreat. Officinæ Filipendulam, à numeroſis & rotundis in radice capitibus tuberibeoue, quę quaſi ex filo quodam pendere videntur. Germ. Erdeychel, quaſi terreſtris glans. Naſcitur

locis

locis ſaxoſis & aſperis, vt in mõtibus folio Paſtinacæ ſylueſtris, flore mẽſe Iunio cãdido, caule craſſo, dodrãtali, ſemine Atriplicis, radice magna è qua multa rotunda capitula, ceu glãdes depẽdẽt. Radix autumni ſub initium colligitur. Calida eſt & ſicca in ordine tertio, q̃ amaritudo eius vehemẽs ſatis indicat. Semẽ, folia & caulis Oenanthes, in mulſo pota, ſecundas ..... & partum adiuuãt. Cum vino pota radix ſtranguriã adiuuat, & morbo regio medetur. Calculo & dolorib. renum ꝑdeſt. Stomachi inflationes diſcutit: conuenit ſuſpirioſis ac anhelãtibus, omnibusq; morbi qui ex cauſa frigida ſunt orti. Farina eius cibis mixta, Comitialibus eſt auxilio. Scilla cõmuni omnibus nomine dicitur & Squilla Germanis Meerzwibel. Gall ſtipoule. Naſcitur vndiq; ſicut & Alliũ & Cepe, radice vt cepe multipliciter tunicata, corticoſaq;, ex qua prius, vt in Croco, caulis ꝑſilit, tũ ex eo flos in luteo cãdidus emergẽs inſidet, q̃ cũ ſenuerit, folia dumũ multis dieb. poſt emicãt, lata, nullo nixa pediculo, ceparum quadã ſpecie, & pleraq; ex iis in terrã deflexa. Cepã eandẽ murinam vocãt, q̃ mures eius eſu moriantur. Duo faciũt eius genera: Maſculũ & fæminã. Maſculã, foliis albis, fæminã vero nigris. Dioſcorides alterã quoq; ponit ſpeciẽ q̃ Pancration appellat: radice bulbi magni, colore rufo purpuraſcẽteue, guſtu amaro, q̃ os accẽdat, foliis lilii, verum longioribus. Puſillã Scillã vocat Plinius. Vires, Dioſcoride teſte, & p̃parationẽ cũ Scilla habet eandẽ, eodẽq; pondere in morbis efficaciter aſſumitur. Theophraſtus autor eſt, Scillã ter florere, triaq; ſationum tẽpora oſtendere: Primum n. florum tẽpus, arandi primũ tẽpus ſignificare, ſecundũ mediũ, tertiũ nouiſſimũ. Quot n. fuerint iſti, totidẽ & arari tẽpora ferme contingit. Scillæ quoq; flos, vt Berytius ſcribit, virgata ſpecie ꝑſiliens, modo nõ celeriter emarceſcat, largos fructuũ ꝑuẽtus ſignificat. Ex ſecundo eſt ordine excalfacientiũ, facultatẽ habet maxime incidẽtem. Scilla cruda noxia maxime eſt corpori, p̃ſertim interaneis, qua de cauſa non niſi toſta aut cocta, aliaue ratione p̃parata ſumitur. Quomodo coquatur aſſeturq; docet Dioſcorides. Nobiliſſima eius in medicaminibus vis eſt, aceto maxime exacuendo. Vnde acetũ Scillite dictum. Cuius hæc p̃ſcribitur confectio. Scillæ q̃ fuerit cãdidiſſima, amotis niuotenus aridis tunicis q̃ reliquum eſt conciſum ſuſpenditur in locum apricum cõ-

ſutum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 765 sur 1557

sutum filo, modicis interuallis, ad quadraginta dierũ tẽpus. Postea arida frusta in cadũ aceti acerrimi mergũtur, ita ne vlla parte vas cõtingant. Oblit⁹ deinde cadus ne vllibi vapores exhalare queãt, Soli exponitur. Post diem quadragesimũ septimũ vas tollitur, ac Scylla eximitur, habeasq; acetũ acerrimũ. Vinum alii Scyllite cõficiunt, cõcisas eius partes in mustũ vt simul deferueat, iniicientes: Hoc vino sicut & aceto vtũtur. Scyllę medicamina vt Cõstantinus in libello de gradib. refert, ꝓsunt hydropicis, dispnæicis, lienis iecorisq; vitiis ex viscosis humorib. ortis. Scillæ tamẽ vsum fugiẽt febricitãtes, quiq; exulcerati intra corpus fuerint: Acetũ n. siue vinum Scyllite crassa phlegmata penetrat, & corrodit, sedes & vrinã ciet, vomitionesq; efficit. Scylla assaẽ Dioscoridi hoc modo: Pasta aut luto oblita cõiicitur in Clibanũ, aut carbonib. obruitur, donec circũ lita pasta sufficiẽter tosta fuerit. Qua mota si nõ emollescat, secunda vice oblinitur, pariq; ratione torretur. In olla quoq; torretur, indito opculo, & in clibanũ cõiecta. Hinc in aere suspẽditur, in taleolos cõcisa, & filo trãsmisso, ne tamẽ partes se cõtingant: estq; eius ad oleũ, acetũ vinũq; vsus. Coctionẽ Scillæ docet Dioscorides eiusmodi: Sumitur ex ea remotis extimis partibus, ꝙ maxime mediũ est, ꝙ cõcisum, effusa priore aqua, coquitur, nouaq; superinfunditur, vsq; dũ nec amaritudinẽ, nec acrimoniã habeat, aqua. Hinc in vmbra, vt dictũ est paulo ante, siccatur. Tritæ aridæ Scyllæ puluis semidrachmæ pondere cum melle tinctus, prodest veteri dyspnææ & tussi, ventriculi & lienis affectionibus. Hydropicis & ictericis. Ad eadem valet acetum Scyllite: interaneorum quoq; vermes & sordes pellit. In summa, acetum, confectiones, aut Oxymel ex Scylla, melancholiam pellit. Apoplexiam auertit, calculum frangit educitq;.

Matricis quoq; viscosis humoribus, & ischiadicis prodest. Acetũ Scyllite collutione dentes firmat, & fætentẽ halitum emendat. Idẽ auribus infusum humores lentos, quibus auditus impeditur, discutit: Oleum in quo Scylla fuit macerata, verrucas illitum sanat: rimas fissurasq; pedum sanat. Idem capiti illitum manantem eius scabiẽ, corrigit: furfure q; pellit, serpentum quoq; aliorumq; venenatorum morsui illinitur.

Oxymel Scylliticum simplex, Mesuæ: Recipe mellis despumati

l.iij. Aceti ſtillitici l.ij. Coquantur ſecundũ artẽ. Humores craſſos, lẽtos, auulſu cõtumaces ſeparat. Ob id cõfert vẽtriculi & aliorũ viſcerum affectibus hos humores ſequentibus: ructum acidum ſanat, & veſicæ mollificationem, ſeu vrinæ incontinentiam. Oxymel ſtyllitici cũ compoſitũ. Recipe Rad. Apii, Fæniculi ana Vnc. IV. Radicũ Petroſelini, Ruſci, Aſparagi, Sem. Apii, Fæniculi ana Vnc.j. Coquãtur in aquæ l.vj. aut quantũ ſufficit, Colaturæ adde aceti Scyllitici l.j. Mellis optimi deſpumati l.ij. Fiat ſecundũ artẽ. Id potentius multo incidit, tenuat, rerget, obſtructa aperit, in diuturnis quartanis, & quotidianis, q̃ oxymel compoſitũ de radicibus. Oxymel Scilliticũ Democriti, Meſuæ: Recipe Origani, hyſſopi, Thymi, Liguſtici, Cardamomi, Stœchados ana drach. V. Aceti Scyllini l.ſ. Coque ad libra rũ duarũ cõſumptionẽ, adde Mellis l.ij. Mellis paſſul. l.ſ. Succi Bryoniæ Vnc. V. Aceti Scyllini lib.ſ. Coque iterũ ſemper deſpumando. Epilepſiam, Vertiginẽ, cephalalgiã, hæmicraniam, cerebri, & pulmonis obſtructiones ab humoribus valenter impactis ſanat.

Vinum Scilliticum, Galen. Vinum ſcillinum potui datum, omnẽ ſanitatẽ adfert: Humores enim attenuat, ſed maxime pituitã, neq; ipſam in ſtomacho, aut ventre, aut capite, aut iecore, aut liene, aut neruis aut oſſibus permittit conſiſtere, neq; alium id genus humorem tenacem obſtructiones facientem: Sed omnia diſſoluit & ventrem lenit, atque ita ſubducit & vrinam mouet, & per ipſam cauſas attenuat, excernitque. Adeo vero caput purgat, vt humiditate nares vacent. Commodum eſt podagræ articulari, & comitali morbo: deniq; omnis ſanitatis fons eſt. Ex his conſtat: Scyllam albam, montanam, circiter canis ortum accipito in libræ pondere per dies decem in vmbra refrigera: deinde Scyllæ laminas refrigeratas in vitreum vas mitte, & vini albi veteris ſextarios duodecim ſuperinfunde, & ſuſpenſum vas per 40. dies habeto: poſtea ſcillam eximе, & abiice, & vino ad antedicta vitia vtere, & eius vim percipies. Subinde ante cibum, vini duas Vnc. exhibe: ſin à cibo vnciam mediam. Quod ſi ipſum potui commodum efficere velis, vt magis delectet, mellis ſextarios duos aut admiſceto.

Acetum Scillinum. Galeni: Salubre optimum acetum Scyllinũ à Pythagora ſcribitur, quo omnes Imperatores vſi ſunt. Ab ipſius

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 767 sur 1557

authore fertur, quicunq; hoc vtatur, longæ vitæ fore, & eius extrema integra vsq; ad finem permansura. Et ipse quidem Samius Senex huiusmodi extitit: quantũ enim temporis vixerit haud ignoras: De ipso in libro traditum est, quod cum suis consanguineis communicauit hanc facultatem, cumq; hoc medicamento vti incæpit 50. annum natus erat, & vsq; ad centesimum decimum septimum vitam produxit integer, & nulla vnquã aduersa valetudine tentatus. Hæc sane medicamenti author disseruit, quod fortasse Philosophus erat, mentiri nescius. Nos vero viri huius fidei periculum fecimus, ac firmam, constantemq; medicamenti huius facultatẽ esse testamur. Oportet igitur sumere Scillã montanam libræ vnius ponderis, & dura circumcidere, & mollia minutatim concidere, & aceti acerrimi sextarios octo in vitreũ vas mittere, atque obturare, ac per triginta dies in caniculæ caloribus, vt maceretur, permittere: deinde Scyllã extractã exprimere. Id genº aceti parũ mane sorbeto. Tibi autẽ hæc euenient, vt ne fauciũ orisq; partes vnq̃ remollescãt, os vẽtriculi bene valebit, facile spiritũ duces, vox, recte habebit, oculi acutissimè cernẽt, aures in officio manebunt, nullusq; flatuosus vapor in vẽtre vnq̃ excitabitur, nullũ viscus suspensum erit, & bene spirans, bene odoratus deges. Ad ciuilia negotia recte affectus, non acidum, non salsum ructabis, si aliq d aceti huius assumpseris: & ieiunus vt assumas præcipio, septemq; postea stadios deambules, ita enim dissoluetur. Hoc aceto q vtitur, in victu quãuis licẽtiosus esto: õnia enim cibaria cõficiet, & à nullo vnq̃ offensam patietur: neque valde implebitur, sed in melius ꝓficere videbitur, nihil superuacui in corpore residebit, nõ flatus, nõ bilis, non stercus, non vrina sed õnia facilè excernit, atq; educit. Aluus lubrica omnino est totiusq; corporis purgatorium medicamentum, etiamsi in ossibus sordes inhæreant. Item phthisicos ab õnibus deploratos, hoc medicamento sanitati restitutos nouimus. Morbo comitiali diuturno efficaciter profuit, vt nisi post longa temporis interualla, non redierit: incipientem vero ac nouum perfecte discutit, neq; reuerti amplius hunc affectũ permittit. Ad podagras præterea, & articulorum morbos, iecoris, lienisq, duritias vehementer facit. Et particulares q dẽ aceti Scillini effectus hi sunt. Cõmunes autẽ q̃ plurimi, quib. nos cõmoti, salu-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 768 sur 1557

tare hoc medicamentũ, sanitatis, integritatisq́; causa tibi tradidim⁹.

Loch. è succo Scillæ, Galeni: Recipe succi scillæ, diebus canicularibus excepti l. j. Mellis l. j. s. Coque, fiat Loch, ad annum vel biẽnium seruandum. Crassos & lentos humores, quique in thorace difficulter coquuntur, incidit & extenuat: ideoq́ue asthmaticis, & difficile spirantibus auxiliatur, thoracisq́ue dolorem leuat.

Loch aliud. Ipsum Scyllæ corpus è qua succus extractus, libram vnam tertio, cum mellis lib. j. s. Coque, fiat Loch. Hoc facultate posterius est præcedenti.

Loch de Scylla compositũ, seu ad asthma. Recipe Scillæ in pane assatæ drach. IV. Marrubii, hyssopi ana drach. j. Iridis drach. ii. Myrrhæ, Crociana drach. s. Mellis quantum sufficit. Fiat Loch. seruatur ab biennium. Ad asthma & diuturnam tussim valet: humorem enim crassum extenuat.

Loch abstergens & concoquens forte, Rondelet: Recipe Scylla in passa inuolutæ, & in furno assæ Vnc. s. fortiter contundantur: cui adde Succi Glycyrrhizæ Vnc. ii. Cõseruæ Enulæ campanæ Vnc. s. Sapæ, Oxymellitis simpl. ana Vnc. ii. Auellanarum Vnc. s. Quatuor sem. Frig. incisorum ana drach. iii. Pinearum, Amygdal. dulcium ana Vnc. i. Pistentur simul & fiat Loch.

Extractum Scyllæ, Quercetani: Ex rad. Scyllæ succum extrahes, quẽ eodem modo præparabis vt extractũ Elaterii, vel ꝙ melius est, cum mulso maluatico id facies. Humores crassos, lentos & thoraci inhærentes, incidendo, tenuando, tergendo, resoluendo & coquendo euacuat, & hepatis alienis obstructiones tollit. Exhibentur Scrup. 2. ꝓ dosi cũ decocto pectorali, au cũ aqua Cinnamomi.

Trochisci de Scylla, Galeni: Scyllã initio Iulii collectam mediæ, magnitudinis, plenam, candidam, cortice primo detracto, & parte duriore cui radiculæ adhærent, abiecta, farina subacta, inuolues, & eousq; in clibano coques, donec farina probe siccata sit, & ea ꝑforata, stylo ligneo tentabis, nũ Scylla vndiq; tenera sit. Ea exempta partẽ interiorẽ diligẽter teres: cui admiscebis fannę erui tenuissimè cribratæ vncias octo ad singulas libras, & formabis in trochiscos põderis duarũ drachmarũ, & siccabis in superiore parte ædiũ, in cella probè mundata, meridiẽ spectãte, sæpius obuertẽdo, donec probè

siccati

ſiccàti ſint, deinde repones : vt dictum eſt de paſtilis viſpennis.

De Trochiſcis Scylliticis, ex correctione Bartholomæi Marantæ, Multæ, & quaſi infinitæ animaduerti res & diligenter cõſiderari debẽt ſi volumus Theriacã quẽadmodũ fieri poteſt diligẽtiſſime ꝑparare. Occurrũt autẽ tã multæ difficultates, vt ex illis ob earũ multitudinẽ vix nos poſſimus extricare. Nã Galenus & reliqui vniuerſi, q̃ docẽt Theriacæ compoſitionem ſecundũ ſententiã Andromachi, volũt Scyllã nõ accipi nimis inveteratã, ſed recentiſſimam, & quæ iã primũ è terra eruta ſit, reiiciẽtes tanq̃ inutilẽ, & malã, quæ paulo ante ſit collecta: ꝑterea colligendũ eſſe tradũt quãdo caulis, vel ſcapus ſit ſiccus. Nã eo tẽpore omnis vis in radice retinetur: idq̃; fieri nequit niſi media æſtate aut ſaltem tempore meſſis : nam ante hoc tempus vel florem fert vel ſemen. Iubent poſtea paſtillos viperinos fieri debere, quãdo iam omnia ad theriacam parandã ſint in promptu. Nam Trochiſci viperini propter iſtum puluerem, qui ſæpe in illis quaſi effloreſcit, facile aliquid de ſuis viribus amittunt. Cum vero illi quoq; dixerint, ipſi, hoſce paſtillos eſſe parãdos in fine Veris, videtur hæc inter ſe diſcrepare, q̃ ſtatim poſt Trochiſcorũ viperinorum præparationẽ fieri debet Theriaca, & quod aſſumenda ſit Scylla recens, ad faciendos iſtos paſtillos, cum hi fieri non poſſint, niſi media æſtate : illi vero in fine Veris. Hæcq̃; difficultas eo maior eſt, quod Aetius etiã ex ſententia Galeni vult hoſce de Scylla Trochiſcos ex aliis omnibus primum fieri debere: quoniam vt bene exiccẽtur multos dies requirunt. Neceſſe eſt itaq;, vt vel in æſtatis fine Trochiſci de Scylla parẽtur, & aſſeruẽtur vſq; ad Vernũ tẽpus ſequẽtis anni, nã q̃ primũ alteri de vipera ſunt facti, Theriaca paratur, vel viperinos Trochiſcos ad finem æſtatis transferre oportet, quando Scyllitici bene fuerint exiccati: & quocunq; modo hoc fiat, quædã ꝑcepta ex authoribus præcipuis nõ obſeruabũtur. Et videntur minus errare illi, q̃ Scylliticos factos æſtate elapſa accipiũt, ad parandã poſtea Theriacã in æſtatis ſequentis principio: cum viperini fuerint præparati in fine Veris. Quoniã multũ refert ad Theriacã iam paratã adhibere tẽpus calidius, vt ꝑ quadraginta dies quotidie miſceri, & agitari poſſit. At ſi ita agamus, Scyllitici hac ratione inveteraſcẽt, atq; inſuper Pharmacopola nimis erit incertus, an ita per longa in-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 770 sur 1557

teruallain Theriaca paranda verſari, donec hoc atq; illud fuerit in promptu, velit cum alioqui ſatis moræ iniiciatur, dū colligantur ex tā diuerſis,& remotis locis tot ſimplicia. Quid igitur eſt ſtatuendū? Cēſeo optimū eſſe vt primū paſtilli viperini ſtato tēpore fiāt, id eſt, in fine Veris : Nec nos impedire debet, q̄ tam diu aſſeruandi ſint, donec fiant, & exiccentur quoq; Scyllitici. Nam tametſi Galenus cap. 7. l. 1. de Antidotis dicat: quod multo melius ſit cōficere Theriacam paulo poſtea q̄ parati ſint viperini Trochiſci propter cauſam iam indicatam: nihilo tamen minus ipſemet in eodē loco affirmat, eos poſſe ſine corruptione euidenti per integrum quoq; annum aſſeruari: imo ſi fuerint bene ſiccati,& diligenter ſepoſiti, ſolent etiā in quartum annum durare, quare in tam breui tempore, quod intercedit inter finē Veris & mediū, vel finē æſtatis corrumpi nequeūt. Hoc tamen obſeruandū eſt, vt q̄ primum fieri poſſit, habeā Scyllā, hoc eſt, ſtatim poſtea q̄ caulis & folia exaruerunt, quo Antidotus in vna æſtate abſolui poſſit, nec calidiore tēpore carere cogatur, q̄ diximus neceſſario requiri, idq; 40. dierū ad fermentationē totiꝰ maſſæ: & quanq̄ tū principiū autūni ſubſequatur, parum hoc refert, cū notū ſit omnibus, initium autumni æq; atq; finē æſtatis eſſe calidū, Nec multum refert etiā, q̄ Aetius dicit, paſtillos Scylliticos primo loco fieri debere. Nā hoc nō aliā ob cauſam voluit obſeruari, niſi propter accuratā exiccationē. Quoniā plus tēporis exiccandis in his, q̄ viperinis, requiritur. Et apparet Aetiū ideo hoc tradere. Vt ſcilicet ſatis tēporis ſupſit, vt (interea dū Scyllitici primū facti exiccentur) eodē tēpore ad antipodi p̄parationē viperini quoq; habere poſſent. Atq; ita omnis dubitādi occaſio, quēadmodū vnicuiq; hæc cōſiderāti patebit, facile adimetur. Vt igitur ad rē reuertamur, Scyllā bene ſucciplenā è terra erues quādo folia & caulis erunt ō nino arida, idq̄; exq̄ſite tū quando vti illa iam volueris, ſitq̄; mediocriter grandis à qua auferatur exterior cortex, & ōne lignoſum & aridū: poſtea fermēto recenti, q̄ etiā maturū fuerit, facto, totū inungas, nō creta aliqua, quēadmodū nonnulli facere conſueuerunt. Nā primū hæc eſt ſordida, deinde ad ſe neſcio q̄d boni ex ipſa maſſa trahit, & cito coquitur. Sic itaq; cooperta optime in cineribus calidis recōdatur, & ſupra eos imponātur carbones accēſi, & nō prius inde auferatur, q̄

appa-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 771 sur 1557

apparuerit etiã totã maſſam eſſe bene coctã & aſſatam inſtar cruſtæ. Quod tamẽ idẽ fieri poteſt in furno, in quẽ panes ſunt impoſiti, ſi in olla bene cooperta imponãtur: & vbi paſta fuerit ſicca rurſum, eximatur. Quod ſi nõ ſatis eſſe coctã exiſtimauerimus, rurſum eadem Scylla paſta obduci, & eodẽ modo coqui debet. Nã quę imperfecte ita fuerit toſta, non ſine periculo graui mẽbrorũ interiorũ exhiberi poteſt, quẽadmodũ Dioſcorides quoq; monet. Cognoſcitur autem q̃ recte ſit cocta, ſi pungẽdo eã feſtuca aliqua, illa facile penetret: aut comprimẽdo duob. digitis ſine difficultate aliqua diſſoluatur. Tradit autẽ Dioſcorides alterũ quoq; modũ coquendi. Nam eius fruſta iubet ebulliri, & toties aqua illius mutari, donec in Scylla nihil amaritudinis, aut acrimoniæ relinquatur, accipiẽdo ſolũ partes interiores, & auferẽdo tunicas exteriores vſq; ad viuũ, & abiiciendo ſatis multum de primis corticibus. Hæc Scylla ita diligenter cocta, bene in pila tundatur, & deinde admiſceatur farinæ erui albiſſimi, (quoniam minus albicans, nimis eſt amarum) quæ per cribrum anguſtiſſimum tranſierit, ea quantitas vt ad tres partes Scyllæ ſumantur duæ erui, quemadmodum quoque Andromachus tradit. Hoc Galen. 1. de Antidot. ſcribit, cui plus fidei adhibendum q̃ lib. de Theriaca ad Piſonem: In quo duplum erui ſumitur: cum ibi in aliis multis rebus quædam retractet, de quibus aliter in lib. ad Piſonem ſenſit.

Sed hoc experientia quoque melius poteſt deprehendi. Nam Aetius de Theriaca ſecundum Galeni ſententiã diſſerens, atq; coniungens ſimul quoque cum eo Andromachum, vult etiam ad tres Scyllæ eſſe accipiẽdas duas farinæ erui partes: & poſtea addit, quod interdum æquale pondus vtriusq; ſumatur. Atq; eam quidem differentiam inde ortam, quod interdum Scylla humidior, vel ſiccior, quam vt in Trochiſcos redigi queat, atq; ideo opus eſſe plus, aut minus farinæ erui admiſcere. Attamen ſi cum duabus partibus ſolum parari ſemper potuerit, procul dubio minus errabimus.

Nam ita fiet, vt Scylla ſit iſtius qualitatis, & ea arte cocta, quẽadmodũ eſſe decet. Quæ ſi erit eiuſmodi, non opus erit ſuperuacaneã humiditate ipſius cũ maiore quãtitate erui corrigi: & hãc credo fuiſſe cauſam, q̃ Gal. aliter ſenſerit in l. de Antidotis, quã in l. 1. de Theriaca.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 772 sur 1557

riaca ad Pisonẽ. De hac igitur massa bene contusa, & cõmista fiunt totulæ exiguæ, & inter formãdũ digiti vngẽdi sunt oleo rosaceo sicuti docet Aetius: quãq; aliqui hoc omittãt. Postea in illis exiccãdis & reponẽdis ea, quæ diximus de Trochiscis viperę, õnia sunt obseruanda. Mesue quoq; monet, Scyllã quæ plane sola absq; altera in agro reperiatur, abiiciendam tanquam venenosam admodum: & illam accipiendam esse, quæ plures habet alias vicinas: quæ admonitio propter maiorem securitatem non est negligenda. Audiamus I. Quercetanum, qui de Scylla sic refert.

Acetũ Scylliticũ paratur eo, quo sequitur modo. Scyllæ laminæ inter corticem & cor mediæ, ex arte purgatæ, & in orbiculos siue taleolos sectæ, Soli, aut remisso calori exponantur per 30. aut 40. dies, dein libra minutim concisa, (cultro è candidiore ligno parato aut eburneo) in lagenam demittatur optimi aceti lib. VI. vel octo affusis. Vasculum ritè obturatum, ne quid exhalet, exponetur æstiuo tempore, radiis solaribus, triginta aut quadraginta dies. Postea aperto vase totum transcolabitur, indeq; acetum Scyllinum conficies, q̃ lagenis diligenter occlusis adseruabis. Quidã vnicã vel plures Scyllas accipiũt decorticatas, quas maza siue pasta involvũt, vt singulæ panis figuram videantur adeptæ, tum demum furno calido aptoq; pani coquendo illas committunt, & ita tempore multo breuiore Scyllas suas præparant, quam si per quadraginta dies soli obiicerentur. Scyllarum ita coctarum in clibano, & postea ad lentum calorẽ deficcatarum sesquilibrã accipere oportet aceti fortissimi lib. vij. excipiantur lagena vitrea bene clausa, quæ ad solem aut similem tepidũ calorẽ per triginta aut quadraginta dierũ spatiũ posita sinantur. Quod si furni Athanoris igne ex cineribus structo vsus fueris, cum ille die noctuq; perseueret, dimidii temporis compendium facies, adeo vt duodecim aut ad summũ quindecim dies sufficiãt fermentationi & digestioni huiusce aceti, si illa hoc perẽni calore procurata fuerit. Tandem materia per colũ transmissa seruabitur vitreis vasculis diligenter obturatis. Hęc p̃paratio à nobis maximè probatur: nullum enim vomitum ciet, vt prior in plerisq; facere solet: breuiore etiã tẽpore perficitur, tutiusq; exhibetur: Porro ait Iosephus Quercetanus. Trochisci Scylliti describũtur à Galen. l. de An-

de Antidotis, & de Theriaca ad Pisonem: & post illum ab Aetio tetr.4.serm.1.cap.88. & ab Ægineta de re med.lib.7.cap.11. & inter Arabes ab Auicenna lib.5.tract.3. Hæc Trochiscorum de Scylla præparatio nihil præ se fert, quod politum aut industriosum sit. Æginetha eam duobus fere verbis delineat: Scyllam, inquit, luto aut farinæ massa oblitam, moderate assato, & acceptis internæ partis ipsius partibus duabus, & farina erui parte vna terito, & similiter pastillos efformato. Aliqui adiiciunt æquas farinæ partes. Sed priusquam vlterius progrediamur, paulo minutius discutiamus singula, quæ in scyllæ præparatione considerandasunt, vbi simul deprehēdemus scrupulos aliquot, quos veteres circa eandem præparationē nobis in animaduersionibus suis reliquerunt. Prima consideratio in scyllarum electione consistit. Aliæ enim aliis sunt pernicioſiores, vnde & idcirco à Mesuæo & Arabibus inter ipsa venena relatæ. Huiusmodi sunt quæ non cum aliis cōsitæ, sed solæ in locis stagnātibus, fœdis ac fœtidis nascuntur. Scyllæ Hispaniæ foliis suis, Aloes foliis respondentes, vtpote crassiores, & melius ob calidiorē illam regionem coctæ, bonitate sua superant vulgares nostras, quæ istis inefficaciores sunt & impares tam quoad materialē crassitiem, quam ad formalem qualitatem. Secundo tempus, quo colliguntur, obseruandum. Antiqui autem omnes eas colligi iubent imperfecta sua maturitate, foliisque & caulibus ficcioribus, quod plerunque accidit circa messis tempora in æstate: non autem reseruatas, sed recentes, hoc est, simul ac collectæ sint in vsum transferendas præcipiunt. Sunt nonnulli, qui nescio quos scrupulos, qui hic iniici possint, prætendant: quorum tamen opinio tanquam friuola, nihili naucique est facienda: inferunt autem illi, quod posita hac lege corruant cæteræ, in quibus plus momenti situm sit. Trochisci enim viperarum auctoritate & sententia antiquorum celebriorum auctorum præparari debent tempore Vernali, simul ac animalia illa è latebris suis prorepserint, & parati statim in vsum transferri. Ex quibus clare patet, Theriacæ compositionem procurari debere sub finem veris: Trochiscos autem de Scyllis esse adhuc imparatos, hoc est, eos nondum, vt res postulat, exsiccatos esse circa finem videlicet æstatis, sed quomodo scrupulus ille facile eximatur, non præuideo. Vt autem libere dicam, quod rationi magis consenta-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 774 sur 1557

neum sit, mihi illorum opinio erronea & absurda videtur, qui trochiscorum de scyllis compositionem in instanti simul ac collectæ sint, aggrediendam annunciant. Saluis enim & integris illarum succis & substantia per totam hyemē adseruari queunt. Temporis præterea interuentu magis coquuntur, edulcantur, & meliores euadunt, & ita nimiam suam amaritudinem & acrimoniam exuunt. Quæ ratio ad trochis. hos conficiendos longe commodior in medio vere habenda est: quo ipso tempore & trochisci de vipera cōmodissime præparari possunt, vtpote qui magnæ huius compositionis primarii ingredientis & fundamenti vicem obeunt, in quorū præparatione inprimis temporis ratio spectāda est. Accedit insuper veterum auctoritas, qui Theriacā sub veris finem tanquam tempus accōmodatissimum cōponendam indicant, vt æstatis insequētis calore melius fermentari possit, quod hic, si quid aliud, omnium maxime notari debet. Iam vero si contrariæ opinioni locus daretur, tēpus istud iam præterlapsum esset, siquidem iuxta eandem trochisci circa Augusti finem præparādi essent. Tertio in scyllarum coctione quædam obseruāda veniunt. Interdum enim coquuntur inter carbones aut in clibano, vel argilla, vel quod melius pastæ inuoluūtur, donec probe coctæ sint. Alias enim plurimum noxæ adferrēt iuxta Dioscoridem, qui ad incōmoda eiusmodi propulsanda eas coquit in plurimis & diuersis aquis, donec indice gustu, deponant suam amaritudinē & acrimoniam. Vtimo & quarto exponenda est illarū mixtio & compositio: quæ fit cum cepæ huius parte interiore, molli, & optime cocta, trita, & cum erui vel orobi, vt Pharmacopœi vocant, farina permixta. Hîc tamen auctorum quædam occurrit dissensio in quantitate farinæ addendæ cuius alii æquas partes, alii tertiam tantum sumendam statuunt. Sed vt de his, quæ hactenus enarrata sunt, meam libere exponam sententiam, huius secreti componendi ratio nimis crassa mihi videtur ac materialis, adeo, vt mirandum sit, quod tot labores in re tam vili & exili describenda, multi hactenus egregiæ notæ auctores insumpserint, nempe in cæpe duntaxat præparatione, cur insuper in magnæ Theriacæ compositione primum ingredientis locum vendicare non veriti sunt. Non tamen interim abnuo, cæpas eiusmodi, quæ in maritimis locis, iisdemque salsis nascuntur, singulari vi ac virtute incidendi, attenuandi, penetrandi,

trandi,deoppilandi,& detergendi præditas esse.Sed opus habẽt exquisita præparatione,alias,vt ait Auicenna,omnes scyllæ vel etiam selectissimæ sunt venena. Vsus enim illarum diuturnior exulcerat viscera: Et vt scribit Dioscorides,scylla habet virtutem acrẽ & exurentẽ.Vt igitur recte præparẽtur,sola hæc illarum coctio in igne vel aqua bulliente,non mihi sufficere videtur. Nõ equidem ignoro,omnia igne dulcescere,sic n.cepæ cõmunes in quotidianũ ciborũ vsum dulcorãtur. Sed hoc pacto vel imperfectius coctæ,noxiam qualitatẽ,de qua supra,non deponũt,vel nimium coctæ & edulcatæ,omni virtute attenuandi,incidendi & detergendi priuãtur,inutilesq; & prorsus inefficaces reddũtur,ita vt difficillimũ sit,huius coctionis mediocritatẽ adeo exacte seruare posse,quin alicubi vel in defectu, vel in excessu delinquatur.Alias ad scyllæ exurentẽ & exulcerantẽ vim & acrimoniam corrigendã, additur farinæ erui & orobi media vel tertia pars,q̃ insignis est amaritudinis,& sanguinis fluorẽ insuper tã per vesicam,q̃ per anum,nõ sine maximis torsionibus prolicit,vt scribit Dioscorides.Idipsum Gal.confirmat,dum in li.8.simp.& li.1. aliment.subiũgit,eiusmodi farinã non hominũ vsui deberi, tum pp tetrũ eius saporem,tum q̃ sanguinẽ generet vitiosum.Vnde merito & optimo iure hanc mixtionẽ in trochiscorum scylliticorũ præparatione crassam nimis & agrestẽ esse cẽsemus,ita vt mirũ sit,eam hactenus excultã,nec ex codicib.proscriptam & relegatã fuisse,sicut aliæ plurimæ iam pridẽ exularunt,licet vtiliores & p̃stantiores: Imo hodie adeo explodũtur, vt ex omni fere hominũ memoria deletæ videantur,sed trochiscos hos superstites adhuc eam ob causam videmus q̃ principẽ teneant locũ in admirãda huius Theriacæ cõpositione,q̃ antiquitas miraculose excoluit,sicut & eadẽ hodierno adhuc sæculo multo maiori in pretio habetur, q̃ cætera quæuis alexiteria.In horũ trochiscorũ correctione sequenti hac progrediar methodo.Primo p̃paratione omnẽ scyllæ tollerẽ acrimoniam & adurentẽ facultatẽ,conseruatis interim eius viribus integre valentibus, Hispanicasq; præ cæteris tota adseruatas hyeme deligerẽ: iã supra cap.de vinis & Oxymelitib.vbi de aceto & Melle scyllitico egimus, præparationem quidem scyllæ,sed communem tãtum edocuimus. Suaderẽ deinde iis,qui istis in regionibus cõmorantur,vbi recentes haberi possunt,vt è locis maritimis eas in hortos transferrent, & in terrã bonã & excultã transplantarẽt,ibiq; per tẽpus aliquod sedula

adhibita cultura & industria sinerent, donec vim suam venenatam omnem exuerent. Eadem methodo sæpenumero vsi fuimus in helleboro nigro, aliisque simplicibus venenatis emendandis, cum adhuc vicini essemus montibus, & sic omne venenum illorum sustulimus. Magni & admirandi sunt transplantationis effectus, cuius beneficio innumerorum simplicium acris, amara & infesta qualitas cum dulci & suaui commutatur, prout in carduo siue herba Cinara, in Cichorio, & similibus pluribus euidenter innotescit. Quibus autem occasio illa & commoditas denegata est, hanc sequantur praxim. Accipienda est Scyllæ pars media, optima & tenerrima, quam cor vocant, ea minutim incidenda solique exponenda est, donec mollescere, & fere in liquorem redigi incipiat: ea videlicet ratione, qua Galenus Scyllas præparare, & viribus ipsarum integris seruatis, ad solem æstiualem coquere solebat. Quibus vero tantum otii non supereſt, vt æstatis tempus huic coctioni ob intensissimum solis ardorem dicatum expectent, hanc sequantur formulam: Recipe eandem Scyllæ partem optimam, cor vocatam, hanc minutim incisam iniice in matratium aut vas vitreum cum collo longo, ita vt ad mediam impleatur partem. Hoc vas minime vel leuiter tantum, si velis, clausum, nullo affuso alio liquore ponatur in Baln. Mar. feruens per vnum aut duos dies tantum aut donec Scylla redigatur in pultis formam, aut liquorem spissum, edulcatum, omnibusque suis viribus insignitum, qui solus sine quauis admixtione alia idoneus est, vt recipiatur in Theriacæ compositionem, vel si placet post temporis aliquod spatium eundem adhuc calentem transcola per setaceum, & exsicca, aut ad solem, aut ad ignem lentum cinerum, & erit instar fæculæ, aut Amyli sicci, quod seruabitur diu omnibus suis virtutibus dotatum. Adde, si velis tantillum Gummi Tragacanthi, aut Amyli, & inde forma Trochiscos: tantillum, inquam, Gummi & Amyli additum, incidendi detergendi Scyllæ vires minime obtundet: hæcque eadē magis familiariæ & amica sunt naturæ nostræ, quam farina erui. Sed hanc de industria addi quidam contendunt, ad Scyllæ nimirū vim incidentem & detergentem actuosiorem reddendam: sed hoc simpliciter negatur. Farina enim in tanta quantitate addita potius obstruendi & oppilandi vim exercet. Ad hæc cum eiusdem vi

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 777 sur 1557

dem vi detergendi, vt & supra notauimus, pernicioſa ſimul atque adeo noxia coniuncta eſt facultas, vt ſanguinis fluxum prouocet, tam per ventrem quam per veſicam. Quod ſi velis ſcyllam paſta inuolutam, iuxta craſſam communemque viam in furno quodam coquere, ita, vt nullæ in ipſa nocendi vires remaneant, licet minus cocta ſit, & incidendi vi acrique qualitate abunde adhuc vigeat: Scylla probe trita per ſetaceum trancienda eſt, cuius vncias quatuor iniice in octo vel decem vnc. Sacchari, in tantillo aceti ſcyllitici diſſoluti & ad perfectionem cocti: recoquendo totum adhuc ſupra ignem, agitando & probe miſcendo cum ſpatula, donec amplius non adhæreat vaſculi fundo: ita facies Saccharum ſcylliticum excellentiſſimum, ex quo formare poteris Trochiſcos, rotulas ſeu cuiuſcunque formæ aliæ: tum ad Theriacæ, tum ad quosvis alios vſus, quibus Scylla deſtinata eſt, cuius venenum per hanc vltimam coctionem, & Sacchari admixtionem penitus ſecernitur. Optima, emendatior, certior & ſecurior præparatio Scyllæ eſt, ſi ea in extracti formam redigatur vt ſequitur: Recipe optimam eius partem ſiue cor, vt ſupra, hanc craſſo modo inciſam iniice in vas vitreum aptum, ſuperaffundendo acetum roſatum, vt duos digitos materiam ſupernatet: omnia in infuſione ſtent in loco frigido per 24. horas: deinde affunde acetum per inclinationem, quo cepa fermentata, omne venenum deponet: dein adde lac vaccinum vel ouinum optimum & recens mulctum: omnia ſinantur in Baln. Mar. bulliente, donec liquefacta ſint, colentur per linteum: dein ad ignem lentum cinerum fiat euaporatio & reductio in extractum ſiccum, cuius vſus erit, ſi velis, loco Trochiſcorum in dicta Theriaca, & in doſi debita. Hæc ſufficiant de Scylla dixiſſe, plura de ea vide apud Authores, ex his vero à me dictatis Mel ſi placet

Carpe.

* *
*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 778 sur 1557

CAPVT XXXI.

De Saturcia, Scabiosa, Saluia, Stœchade, Sabina, Sanicula & Scordio.

SAtureia, Thymbra, Latinis Satureia & Cunila. Thymbram fortasse quasi Thymi vmbram appellare licebit, congenerem. Thymo est herba. Duo sunt eius genera: Satiua & Syluestris. Syluestris in asperis & macris locis nascitur, Thymo similis, sed minor & tenerior, ferens spicam floribus plenã, coloris herbacei. Hæc proprie Thymbra & Cunila rustica appellatur: Ger. Kũnel. Satiua syluestri est breuior, quæ propter minorẽ acrimoniam in cibos est recepta, pedali assurgit altitudine, fruticosa, surculosis vtrinq; coliculis, folio Hyssopi, floscul is vtrinq; ex purpura candicantibus, odore & sapore gratissimo. Latinis Satureia dicitur, à Saturãdo, quòd eduliis in condimẽtis miscetur. Vel à Satyris quod libidinẽ stimulet. Iré Cunila capitata: Germanis Saturey: Gallis Hyssop vtraq; æstate floret. Differt igitur Satureia à Thymbra, quod Thymbra dicitur syluestris proprie, Satureia vero Satiua: ac vtraq; species Cunilæ venit nomine, altera syluestris, altera vero satiuæ. Quod hoc versu Columella indicat: Et Satureia Thymi referens thymbræq; saporem: vbi tres consimiles herbas simul est complexus. Sunt autem plures Plinio Cunilæ species: Satiua, cuius iam facta mentio, quæ Satureia dicitur. Syluestris, quæ Thymbra proprie. Bubula, quam syluestre Origanũ appellat. Gallinacea, quam Origanum Heracleoticum dicit: de quibus in capite de Origano. Mascula, quæ Cunilago dicitur, odoris fœdi, radice lignosa, folio aspero, de qua in capite de Conyza. Mollis Cunila ramis & foliis, altera hispida lanugine obducitur, tritaq; Mellis habet odorẽ digitis tactu eius cohærentibus, hanc Franci incensariam vocant, pilosioribus foliis ac ramis, & aculeatis, senis floscul is luteis. Altera est quam Libanotidem Plinius appellari tradit, quæ vulgo Rosmarinus vocatur, vt placet etiam Ruellio. Frutex topiarius & coronarius, folio pinnato, herbaceo, subter incano, striato, Thuris odore, flore cæruleo, semine atro & exili. Epithymbron Græci vocant, quod supra Thymbram nascitur, cirrorum modo comas & ramos crebro volumine cõplicans, aliquando purpurascens. Sicut et Epirhymum, q; simili modo supra Thymũ nascitur. Quod etiã per Organũ irrepere se vidisse Ruellius testatur. Tẽperamẽti est eiusdẽ

cum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 779 sur 1557

cum Thymo; calfacit n. & exiccat ordine tertio. Syluestris ad eadem pollet q̃ Thymus. Satiua est virib. imbecillior, sed vsu gratior. Quæ igitur de Thymo & Serpillo dicta sunt, huc etiã veniunt referenda. Farina eius ex vino pota, medetur Thoracis, pulmonis, & vesicæ vitiis. Ciet vrinas, mẽses pellit. Satureię vsus marcescẽtes coitus stimulat, vnde ẽt à Satyris dictũ quibusdã placet Stomachi concoctiones adiuuat, fastidia discutit, hebetes oculos exacuit. Epithymbrõ perinde atq; Epithymũ atrã bilẽ per album expurgat. Herba cũ florib. veternosos olfactu excitat, aut coronę modo capiti imposita succus cũ rosaceo aurib. infunditur. Cũ triticea farina coxendicib. illinitur.

Scabiosa Aetio dicitur ψώρα & ψόρα Latinis psora, scabiosa & herba Apostematica: Italis Scabiosa: Hispanis Scabiosa: Gallis Scabieuse Ger. Apostemen Kraut/ &c. eius genera sunt viginti & vnum: 1. dicitur scabiosa maior flore purpureo. 2. Scabiosa maior flore ex cæruleo purpureo. 3. Scabiosa montana peregrina & Scabiosa Narbonensis. 4. Scabiosa maxima & scabiosa Alpina. 5. Scabiosa maior Hispanica. 6. Scabiosa segetalis, & aruensis. 7. Scabiosa latifolia, Scabiosa rubra Austriaca, & Scabiosa rubra Austriaca. 8. Scabiosa latifolia peregrina. 9. Scabiosa capitulo globoso minor. 10. 11. & 12. sunt scabiosæ minores 13. Scabiosa aruensis minor folio non dissecto. 14. Scabiosa ouina. 15. Scabiosa montana minima. 16. Scabiosa peregrina foliis nõ dissectis 17. Scabiosa prolifera. 18. Scabiosa maior alba. 19. Scabiosa cordata. 20. Scabiosa mas. 21 Scabiosa fœmina. Omnia genera sunt calida ac sicca, ex gustus n amaritudine id sentitur. In vino decocta Scabiosa, pleuritidi medetur: destillatur in aquam, præparatur in conseruam, Syrupum, salẽ, &c. Aqua mense Maio destillata, contra pectoris Apostemata, pleuritidem, tussim, omniq; generis dolores, bibitur. Contra Apostemata, eiusmodi nonnulli ex hac decoctum mane & vesperi bibendum conficiunt. Manipulo Scabiosæ adiiciunt vnciam vnam, Glycyrrhizæ, ficus duodecim, seminis fœniculi vnciam vnam, seminum Anisi tantundem, Iridis semiunciam, cunctis in aquæ mensura noctis spatio mollitis, ad tertiam partem decoquunt, ac Melle vel Saccharo commiscent. Decoctum hoc Apostemata mollire & per tussim eiicere ferunt. Succus vel herba in aqua decocta, ad omnis generis scabiem confert, furfures capitis pellit, si decocto eius abluatur.

Syru-

Syrupus è Scabiosæ succo: Recipe succi Scabiosæ crudi lib. vj. Sacchari, Mellis Hispanici putissimi ana lib. ij. Coquatur initio cum succo media pars vtriusque Mellis scilicet & Sacchari: atque cola. Deinde reliqua pars Mellis & Sacchari addatur, perficiatur coctio ad Syrupi formam. Ad eadem, ad quæ herba ipsa, valet. Medici Colonienses.

Saluia Latinis, Græcis ἐλελίσφακος, ab ἐλελίζειν, seu σφάκελος, quod syderationem significat, quia vt Ruellius, inquit, herba retorrida & exicca videtur, quasi in Tabem sit versa, aut in syderationem flaccescat. Saluia dicta, quod sit salutaris eius vsus, præsertim ad fœcunditatem: Gallis Saulge: Germanis Salbey/ &c. Sunt autem duo Saluiæ genera: Alterum syluestre & minus: alterum hortense & maius. Hortense proprie Elelisphacos dicitur, folio squalidius & scabrius, multo latius quam alterum, vt quod cultum aliquem senserit. Syluestre aut minus, foliorum figura, quæ contractiora & læuiora sunt, ab altero differt. est & alia Cretensis, baccata, figura, odore, sapore, nostrati valde similis, cuius Pena meminit.

Frutex est oblongus, ramosus, quadrangulas & candidas virgas habens: folia cotonei mali effigie, oblongiora tamen, asperiora, callosiora, extritarum quoq, vestium similitudine hirsuta & candicãtia, vehemẽter odorata, sed virosa, semine syluestris hormini in summis caulibus. Locis nascitur asperis. Hodie vero in hortis vtrumq; genus inuenitur. Hac descriptione Dioscorides palustrem, quam syluestrem dicit, descripsit, ac vtrumq; simul genus hac ipsa est cõplexus. Plinius inter lentis species, inter fruges elelisphacon retulit, à φάκος quod dentem significat, deducto nomine, tanquam à Saluia diuersam herbam. Descriptio tamen Plinii cum Dioscoridis per omnia conuenit. Floret Iunio & Iulio, ac semine est prægnans, quo ẽt tempore carpitur. Excalfacit & modice etiã adstringit, teste Aetio. Persuasum habet sibi vulgus, si tria Saluiæ acuminnatæ folia cũ sale mane manducet, à veneno tutum eo se fore die. Vinũ Saluiæ, aut folia in vino decocta vniuerso corpori sunt vtilissima: venena expellit: tussim emollit, iecur & matricem calfacit: vrinam & menses ducit. Dysenteriæ decoctum eius prodest: intestina namq; expurgat, Arida folia tusa in cibis condimẽtorum vice sunt gratissima, & corpori salubertima: Cephalica & nerualis est, aperit, menses & vri-

nas

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 781 sur 1557

nas ciet. Capillos capitis, si decocto eius caput abluatur, denigrat, furfures eiusdem abigit, Vulnera purgat, & morsus venenatorum sanat Scabiem simili ratione sanat, tumores in locis occultis sedat. Stranguriam in desessionibus adiuuat, vrinam prouocat: dolores dysentericos alioq; mitigat. Syluestris Saluiæ vires cum Ormino & Mentha syluestri sunt pares: substantia tamen est mitior & gratior.

Aqua Epileptica, Rubei: Recipe fol. & flor. Saluiæ minoris lib. j. Rutæ vnc. j. flor. Lauendulæ vnc. ij. Nucis Moschatæ, Caryophyllorum, Zingiberis, Cinnamomi ana vnc j. Spicæ Nardi, Castorii, ana drach. j. Granorum Paradisi, olei Laurini ana vnc. j. Cort. mali Citri drach. iij. Contundantur optime omnia, vinoq; albo generoso macerentur aliquot diebus, Cucurbita accurate clausa: inde igne lento stillatitius liquor excipiatur.

Vinum Saluiatum, Dioscoridis: Saluiæ vnciam vnam in musti amphoram, quod idem cum Coramio est, mittito. Valet contra renum, vesicæ & laterum dolores, reiectiones sanguinis, tussim, rupta, vulsa & suppressos menses.

Oleum cuiusdam Eremitæ: Recipe olei è costo, è nucibus ana vnc. iij. ß. Pinguedinis vulpis li. ß. Pinguedinis viperarum vnc. iij. Primulæ veris virentis, Saluiæ virentis ana lib. ß. Herbas contusas cum pinguedinibus, misce cum oleis, addendo Castorei vnc. ß. Resinæ Terebinthinæ lib. j. Piperis, Pyrethri, Euphorbii ana drach, iij. Optimi vini lib. ij. ß. Macerentur omnia: inde destillentur, cumq; tres liquores emanent, postremus omnium efficacissimus habetur.

Vinum Saluiatum, Arnoldi: Saluiatum vinum diuersimode faciunt. Aliqui enim suspendunt fasciculum Saluiæ in vasculo: aliqui coquunt. Quocunq; modorum fiat, ita vt nec corruptum, nec alteratum sed in sua manens bonitate: reperitur mirabilis eius vsus in omni remollitione gingiuarum, & dolore dentium & commotione eorum. Neruosa membra roborat: laxa rectificat, vt Paralytica: Epilepsiæ cõfert; stomachum, matricem, renes & vesicam cõfortat.

Aqua vitæ, vitam prolongans, Ranzouii: Recipe Cinnamomi electi Cubebarum, Galangæ, Caryophyllorum, Nucis Moschatæ, Zingiberis ana vn. iij Saluiæ li. j. vn. ij. Hæc omnia macera in duabus lib & vnc. v. aquæ vitæ opt. & circulatæ, & destilla. Hac aqua M. Gallus Caroli V. Imper. Medicus vsus, vixit annos 129.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 782 sur 1557

Opopyra, Cosmi & Damiani: Recipe Herbæ Paralyseos Saluiæ, Rasuræ eboris ana drac.j.g.xiij Opii Thebaici drac.ij G.iv.scrup.ij. Cinnamomi electi, Spicæ Nardi, Galangæ, Croci, Costi, Zingiberis, Zedoar. Xylobalsami, Rheupõtici, Pyrethri, Coralli rub. Caryoph. Tragacanthi, Myrrhæ, Castorei, Opopanacis, Piperis longi, Piperis nigri ana dra ij.g.vj. Balsami, Moschi, Ligni Aloes, Schœnanthi, Medullæ Cassiæ fist Styracis calamitæ, styracis rubeæ, Masticis, Galbani, Serapini, Assæ fœtidæ, Meliloti, Aristolochiæ longæ & rotundæ, Dragonteæ, Asari, Hellebori nigri, Men. rad. Pœoniæ, rad. Raphani domestici, rad. Acori, Cort. Peucedani, Cort. Mandragoræ, Betonicæ, Gentianæ, Chamædryos, Pulegii, Centaur Maior. & min. Spicæ Celticæ, Capillorum Veneris recent. Absynthii recent, Spõsæ solis, Hyperici Tormẽtillæ, Prassii viridis millefolii, sem. Rutæ Syl. Calamenthi, Fœniculi, sem. Hyoscyami albi, Cardamomi, Carpobalsami, Leuistici, Farinæ, Orobi, sem. Petroselini, Baccarum Lauri, Sileris Mõtani, Lupinorum, Marathri an. vn.ß G.xiix. Mellis despumati li.ij.vn.ij. In cuius parte soluatur Cassia fist. & post puluercs cæterarum specierum, & vltimo imponatur Balsamus in modico Melle vel vino dissolutus, incorporentur & seruentur, vt decet. Respicit proprie humores frigidos in remotis. Data cum decoctione Primulæ. Veris & Castorei in modum Auellanæ, aut membro inuncto cum ea, confert valde Paralysi, & sanat Paralysim oculorum, oris, guttu-ris, manuum, & pedum. Confert etiam tremulosis, voci amissæ, Epilepsiæ, maniæ, melancholiæ, pleuritidi, omnibus doloribus pectoris & stomachi à frigiditate: item spleniticis; colicis, calculosis, quotidianæ & quartanæ & plurib. aliis, sudorẽ prouocando. Dosis eius à drac j. vsq; ad dra.ij. seruatur autem ad quinquennium, & vltra.

Conserua florum Saluiæ: Recipe florum Saluiæ recent. lib.ß. Sacchari lib.j.ß. Pistentur simul in mortario marmoreo minutissime: deinde ponantur in vase fictili vitrato ad solem aliquandiu quotidie agitando: Postea seruetur ad annum. Ad omnia cerebri vitia ex frigida causa, valet: ventriculum corroborat: obstructiones aperit: ventriculi superfluos & noxios humores absumit.

Stœchas iniquè Arabica cognominatur, cũ vbiq; terrarum æquè bona vireat & vigeat & in Creta, & in Belgia, & Normania, vbi innoxie inter niues viuit, & in Stœchadibus insulis, à quibus nomen,

vel

vel à fastigio spicato. Eius tres differentiæ notæ fuerunt Dodoneo, prima communis est & vera, secunda Belgica, facie parum priori dissimilis; Tertia folio est serrato, præter quas alia datur, cuius coma aurei coloris est, Elyochryso similis, & Chrysocome, seu Stœchas Citrina nostras vocatur. Hæc cauliculos edit admodum breues & tenues, folia angusta, incana & hispida: flores luteos, splendētes, bullis exiguis similes. Nascitur in locis asperis & arenosis, eiusq; tres differentias Pena distinguit, de quibus is videndus. Vera Stœchas caules emittit á radice multos, cubitales, tenues, lignosos; comā in summitatib. Spicæ modo angulosam; folia oblōga, lata, Lauendulæ minoris ritu & similiter incana: flosculos in spica foliacea paruos, cæruleos, odoratos, suauem halitum spirantes. Stœchas manifeste calida est, amara, moderate adstringens, plurimū Cephalica. Caput enim & facultates omnes p̄sertim animales recreat, humores frigidos discutit, mentē exhilarat, & omnib. capitis affectibus ab intēperie frigida natis cōducit, & omnia viscera, totumq, corpus roborat. Iuxta Galenū vires Stœchadis sunt obstructione liberare, extenuare extergere, roborareq; omnia viscera, tum totum corpus. Puerperis à partu eius decoctum aut suffimētum est vtile. Est item ad Thoracis vitia decoctum eius efficax. Menses cit potu. Antidotis miscetur vtiliter. Vertiginem olfactū adiuuat, Syrupus de stichade iuuat affect⁹ omnes cerebri & neruorū frigidos, vt paralysim, epilepsiam, spasmum, spasmum Cynicum, tremorem, ac ventriculum firmat. Confectionem vtriusq; simplicis videl. & compositi, tradit Mesue.

Syrupus de Stœchade simplex, Mesuæ: ℞ flor. Stœchadis dr. xxx. Thymi, Calaminthæ, Origani an. dra x. Anisi dra. vij. Passularū purgatarū drac. iv. Aquæ quoad satis est. Coquantur secundum artē & colaturæ adde Mellis, aut Sacchari lib. iv. ß. Condiatur cum Cinnamomi, Calami Aromatici, Zingiberis an. dra. j ß. Ligentur in sindone, & in Syrupo suspendātur. Iuuat omnes affectus frigidos cerebri & neruorū, vt Paralysim, Epilepsiam conuulsionē, spasmum Cynicum, tremorem, ac ventriculū firmat. Syrupus de Stœchade cōpositus, Mesuæ: ℞ florū Stœchadis dra. xxx. Thymi, Calamint. Origani an. dra x. Anisi Pyrethri an. dra. vij. Piperis lōgi dra. iij. Zingib. dr. ij. Passul. enucleatarū vn iv. Aquæ quātū sufficit Mellis aut Sacchari optimi li. v. coquātur secundū artē lēto igne; & cū reponis, tū cōdias

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 784 sur 1557

ſequentibus ſpeciebus, in ſindone rara & munda ſuſpenſis. Recipe Cinnamomi, Calami Aromatici, Spicæ Nardi Indicæ, Croci, Zingiberis, Piperis nigri, Piperis longi ana drach. j. ß. Contundantur groſſo modo. Idem quod præcedens efficit.

Vinum Stœchadites, Dioſcoridis: Congiis ſex Stœchadis minam addere oportet. Craſſitiem, inflationes, laterum neruorumq; cruciatus, & perfrictiones diſcutit: Comitialibus commode datur cum Pyrethro & Sagapeno.

Decoctum Stœchados, Meſuæ: Recipe Stœchadis, Origani Cretici ana dra. iv. ſem. Apii, Fœnic. Eupatorii Meſuæ ana dra. iij. Schœnanthi, Hyſſopi ana dra. j Paſſul. mund. drach j. Turbit drac. iv. coque vt ſupra & vtere. Confert pituitoſis affectibus, vt febribus quotidianis, iuncturarum & neruorum dolori, & frigidæ intemperiei.

Decoctum Epithymi. Meſuæ: Recipe Myrobal. Indarum, Stœchados Arabici, Epithymi, Paſſularum mundat. ana vnc. j Myrob. Chebul. ſummitatum Fumariæ ana drac. iv. Folliculorum Senæ vn. j. Polypodii dra. vj. Turbith dra. iv. Agrimoniæ drac. v. omnia præter Epithymum conquantur in ſeri Caprini libris tribus, ad duarum librarum conſumptionem: tunc adde Epithymum, & ſemel ferue-fac: tolle ab igne & adde Hellebori nigri dra. j Agarici drac. ß. ſalis Indi dra j. ß. Frica, cola & vtere Bilem atram vacuat: ob id affectib. Melancholicis, vt Cancro, Elephantiaſi & cæteris confert.

Pilulæ contra Cathartum & repletionem capitis: Recipe Stœch. Arab. drach. ß. Nucis Moſchatæ, Macis ana G. v. Caryophyllorum, Cinnamomi, an. ſcru. ß. Squinanthi, Aſari, Carpobalſami, Cubebarum ana G. vij. Quinq; genera Myrobal. ana dra. j. Rhabarbari electi drac. ij. Spicæ Indicæ ſcru. ß. Turpeti drac. j. ß. Agarici opt. fol. Senæ ana drach. ij. ß. Salis Gemmæ drac. ß. Aloes ſucco Citrini vnc. j ß. Roſarum ſcrup. ß. Diagridii ſcru. ij. ß. cum ſucco caulium, vel aqua Maioranæ, vel Saluiæ fiat maſſa.

Conſerua florum Stœchados eodem modo quo Conſerua Anthos, vel Beton. paratur.

Sabina, Sauina, Græcis Brathys: Germanis Sevenbaum: Eius duæ traduntur differentiæ, vna baccifera, altera fructus omnis expers: Vtraque vix procera, Iunipero valde ſimilis & pertuo virens. Quæ baccis non grauidatur, graueolentior eſt, rigidior, & breuibus ſpinulis

nulis aſperior, coma perpetuo virente, odore moleſto, ſapore feruido & acri: Hæc pumila ſemper fere eſt, in latitudinem ſeſe diffundens, nonnunquam tamen in altum aſſurgit dum eius rami caulem circũdantes præcinduntur. Altera minus horrida eſt, nullis pungẽtibus ſpinis aculeata, & tamariſci admodum ſimilis, odorem minus tetrum ſpirans, quam ſuperior, baccas edens ſubpuniceas ac reſinoſas. Hæc raro in regionibus frigidis delectatur. In multis vero calidis, vt in Gallo-prouincia ſponte & copioſe naſcitur. Præter dictas, alia arboreſcens amygdali ritu ac magnitudine à Belonio viſa eſt, in Creta & Myſia, cui credere malo, quam inibi peregrinari. Calida eſt & ſicca ordine tertio, ac tenuium maxime partium. Amaritudinis & adſtrictionis eſt obſcurioris quam Cupreſſus. Extenuat & digerit Galeno teſte. Folia cum vino pota ſanguinem per vrinam ducunt. Fœtum viuentẽ, vt tradit Gal. interficit, & mortuum eiicit. Cũ Melle & vino pota regio morbo medetur. Folia inflammationes illita mitigant, nomas ſiſtunt. Cũ Melle nigritias repurgant, ſordes & carbunculos abſtergunt. Appoſita & ſuffita, ſanguinem per vrinam ducunt, & fœtũ excutiunt. Vnguentis excalfacientib. priuatim vero Gleucino, miſcentur: multis itẽ antidotis adiiciuntur. Nonnulli Cinnamomi vice, duplũ Sabinæ addũt. Pro ſuffitu multi foliis eius, maxime vero prioris vtuntur. Gallinacei generis pituitas fumo eius herbæ ſanari, ſcribit Plinius.

Brathus ſylueſtris ſiue Sabina ſylueſtris, aut herba Sabina nominis id habet, quod folia ſeu ramuli eius Sabinæ arbori, de qua ſupra ſint ſimiles. Naſcitur in arenoſis altarum ſyluarum vallibus, Spitamæ altitudine, perpetua virens coma, foliis Sabinæ arboris, inodora, amara, Iulos ſicut Muſcus etiam terreſtris profert, qui mox abſq; fructu decidunt: Ger. Waldſeven Baum. Ob iulos autem quos cum Muſco terreſtri profert, hunc ipſi locum relinquere placuit, tum quod temperamentum & vires eaſdem obtineat. Temperamentum habet calidum & ſiccum, vt de Muſco terreſtri eſt dictum, cuius etiam virium eſt particeps.

Sanicula, vel Sanaria à Sanando, item Sãnicula, Sennicula, Diapenſia, Sanicula quinquefolia, Cõſolida quinquefolia, & Ferraria minor: Italis Sanicola, Sannicula, Diapenſia, Sanicola cinquefoglia, & Sannicola Maſchio: Gallis Sanicle: Germanis Sanickel.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 786 sur 1557

Qualitatis est calidæ & sic æ in secundo ordine; adstringit etiam cũ quadam amaritudine: Folia in qua mulsa cocta & pota, pulmonis vitia sanant, arteriam tracheam aperiunt, aliaq; in corpore damna sanant: Hæmoptosin & tormina sedant, Ischiadicis prosunt, omnis generis sanguineos fluxus, tam in viris, quam fœminis sanant: ac in summa, omnibus intra corpus vitiis folia & radix medetur. Sanicula recentia vulnera glutinat, vnde nomen est sortita: commode igitur vulnerariis potionibus additur. Ruptis & fractis inter alia vtiliter, sicut Symphyton maius, illinitur. Tanta eius in glutinando vis est, vt carnes, ossa iniecta radix, coalescere faciat: præparatur ex ea vinum, & destillatur in aquam. Est etiam quædam Sanicula Alpina, quam Carolus Clusius vocat Saniculam montanam: Pastores vocant Campanulam sanctæ Trinitatis, item Campanula vulneraria: Germanis Wundglöcklein/ &c. Eius vsus cum priore tam Internus quam Externus est.

Scordion officinis falso Scorodon syluestre, ob nominis similitudinem est appellatum, cum Scordium & Scorodon admodum sint diuersæ herbæ, vt descriptiones vtrarumq; satis ostendunt. Hactenus autem Scordium officinis fuit incognitum, iam passim notum, hoc ipsum Valerio Cordo primum in Germania, vt ipse de se testatur, demonstrãte: cum maximo antea pretio ab Italis sit emptũ Scordium vero appellatum est, quod Scorodi, id est, Allii odorem referat. Latini Trixaginem vocant palustrem, quod Trixagini, seu Chamædryi quadantenus sit similis, ad cuius differentiam palustris est dicta, quod nimirum palustribus seu humentibus nascatur locis. Dysomon etiam, h.e. graueolens, à grauii Allii odore est dictum: German. eãdem ratione, qua Græci & Latini Lachen Knoblauch & Wasserbatenq; nominãt. Chamædryi nascitur similis, locis palustribus, odore allii, foliis tamen Chamædry maioribus, minusq; in ambitu diuisis, gustu adstringentibus & amaris: caule quadrãgulo, flore subrufo, qui vno tantum die videtur durare Iunio vel Iulio mẽse. Hæc Dioscoridis delineatio nulla reclamante nota cum Trixagine palustri nostra conuenit. Ac prorsus eadem est nostri cum eo quod in Creta Italia, & Gallia nascitur Scordio figura. Miraculo proximũ est, quod de Scordio viri grauissimi scribunt, corpora nempe quæ cruento genere belli cæsa mansissent humi diutius insepulta, quæcunque

cunque ſupra Scordium forte fortuna ceciderant, multo rardius aliis computruiſſe, parteſque cadauerum, quæ herbam attigerant fuiſſe prorſus à putredine vindicatas. Ob quam rem ſane perſuaſum eſt, inquit, Gal. omnibus tam reptilium venenis, quàm noxiis medicaminibus quæ corpus putreſcere faciunt Scordium aduerſari. Vberrime prouenit in locis paluſtribus multis ſecus ſcobes, ac loca concaua & humentia: Reperitur quoque in multis vliginoſis & pinguioribus. Qualitas Scordio, vt guſtus & facultates eius demonſtrant, eſt calida. Theriacis etiam admiſcetur, & quod corpus commodiſſime purgat. Pro quo tamen officinæ hactenus Allium ſylueſtre admiſcuerunt. Scordium venena Serpentum expellit, omnia interna membra purgat, vrinam menſeſq; ciet, omnibuſq; intra corpus malis ex frigida obſtructione natis medetur. In vino coctum & potum, quæ intra corpus contuſa fracta laxatave, ſunt, ſanat. Cum Naſturtio ſumptum aduerſus tuſſim pollet. Contra pectoris exulcerationem & pus, tritum in puluerem ex Melle lingitur. Expreſſus Scordii ſuccus ad omnia, eſt efficacior. Viridis herba impoſita, putrida & impura damna, hulceraque abſque cicatricibus potenter ſanat. Eſtq; ad varios affectus tam intra quam extra corpus, & viridis & herba vtilis.

CAPVT XXXII.

De Siſone, Spondylio, Scandice, Seſeli, Sideriti, Sione, Stæbe, Serratula, Secala, Schænantho, Siſero & Smirnio.

Siſon, Græcis vt Dioſcoridi σίσων, Hippocrate σίνων: Latinis Siſon, Sinon, Sinonum, Senon, Silion Plin. lib. 2. cap. 30. in Diæta Hydropicorum Senoninum: Herbarii vocant Apium Syriacum, & Petroſelinum Syriacum: Arabibus Muduan, Muduani & Chorat: Ægyptiis Anomin: Italis Siſone: Germanis Baſilien Pfeffer/ꝛc. Habet vim calefaciendi, ſiccandi in tertio gradu: præparatur exinde vinum præſtans: Eiuſque vſus Internus atque Externus.

Spon-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 788 sur 1557

Spondylium, Græcis dicitur Σπονδύλιον, Σφονδυλὶς, Σπονδυλὶς ἀράγιη, φαλάγιον, Νίσυρις, χορόδανον, à Galeno Σπόνδυλοι: aliis Σφονδύλιον & Σπονδύλιο: Latinis Sphondylium, Spondylium siue Spondilium, Chorodanum, Spondylis, Sphondylis, Nisyris, Phalãgium, Verticillaris, Herba Rutinalis à Galeno Spõdylum: Herbariis Chamæ Platanus, Planta Vrsina, Branca Vrsina, & Branca Vrsina Germanica: Ioanne Ruellio Panaces sylueſtre: Antonio Fumanello Platanella, Guilielmo Rhegino, Panacia sylueſtris. Serapio: li. simp. cap. 253 Sachilios & cap 310. Sachidalion: Auicenna Sacundulion, ab aliis Micharia & Micaria: Italis Sphondilio, & Spondilio: Germanis Beren Klau/ Beren Tap/ &c. Eius genera 4. sunt: 1. simpliciter dicitur Sphondylium. 2. Sphondylium alterum 3. Sphõdylium Crispum. 4. Sphondylium Glabrum Casp. Bauhini. Omnia hæc genera sunt calida & sicca: Eorum vsus est ab Intra & Extra; deſtillantur in aquam, & præparantur cui placent in vinum: Vtuntur etiam pro cibo & alimento, &c.

Scandix, Græcis à Galeno ac Dioscoride Σκάνδιξ: Latinis Scandix, herba sanaria, Acuda, Acula, & Acicula teſte Dioscor. lib. 2. ca. 124. Plinio Pecten Veneris: Herbariis Chærephyllum Aciculatum, & Cerefolium Aciculatum: Serap. simp. c. 203. dicitur Kulkas & Kulkasia: Italis Scandice & Pettine di Venere: Hiſpanis Quixones: secundum genus vocatur Scandix minor: Germanis Nadel Körfel/ &c. Excalfaciunt & siccant: Veniunt vsurpandæ pro Medicamentis Externis atque Internis.

Seseli Græcis dicitur Σέσελι, Σίσελις, Σέσελι μασσαλεωτικὸν πλατύκυμινον: Hippocrati Σέλι, Σίλ & Σίλι: Latinis Seseli, Seselis Seseli Massilioticum, Seseli Massilienſe, Seli, Sil, Sili, Seselium, & Sorano Ephesio Siselium, Alexandro Benedicto Cordyla & Silis: Herbarii cum Nicolao Myrepso Platycyminum, Ruellius saxifragiam montanam, alii saxifragiam maiorem dicunt; Officinis Siler Montanum, Seselios, & Siseleos: Serap. lib. simpl. cap. 190. dicitur Sisalos, & Sisalios: Auicenna lib. 2. tr. 2. c. 634. Alanionden Romonum: Anerrhoe Asicelios: Apud alios Arabes legitur Alsiceleos, Chesiti, Thesi, Farcal, Farchali, Siselios, Negumar, Aschegellos & Ascegeleos, Bezer Chesiti, & Bezer Thesi: Italis Seseli, Silermontano, Sciarmontano, Silio, & Siromontan.

Hiſpa-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 789 sur 1557

Hiſpanis Silermontano:: Gallis Sermontain : Cretenſibus Platycyminon : Germanis Seſel Seſelkraut/Silermontan/ꝛc. Secundum genus Simpliciſtis dicitur Seſeli Maſſilioticum ſiue Maſſilienſe alterum: Naturam habent calidam ac ſiccam tam Radix quam ſemen, eorumque vſus in Medicina frequens tam Internus quam Externus.

Sideritis Σιδηρῖτις, Σιδηρεῖτις ἡρακλεία, Τόκος τιτάνου, αἷμα τιτάνου, πάρμυρνον Ξανθοφανέα, Paulo Ægineta Διάλυσος: Latinis Sideritis, Sideritis Heraclea, Parmirum Pythagoræ, ſanguis Titani, genitura Titani, Xanthophanea, Vertumnum, Solaſtrum: Apuleio Heraclea, Hercularia, Ariſterium, Criſta Gallinacea & Exupera patricalis: Herbariis Tetrahit & Herba Tetrahit : Serap. lib. ſimpl. cap. 331. Sidrichis & Egulus, & in aliis locis ſertis: Italis Siderite & Vdedenim: Germanis Gliedt Kraut. Secundum genus Dioſcoridi dicitur Σιδηρεῖτις ἑτέρα: Latinis Sideritis altera, à Plinio lib. 24. c. 17. Siſſitiepteris, Protumedia, Caſſignetis, Dionyſio Nympha: Herbariis Sideritis conſolida Felicifolia: Germanis Farn Wundkraut. Tertium genus Plinius lib. 25. cap. 5. deſcribit: eſt Sideritis Herbariorum prima. Quartum genus eſt Sideritis Herbariorum altera, vel Sideritis Narbonenſis purpurea. Quintum genus eſt Sideritis Herbariorum tertia, alias Sideritis lutea, Sideritis Monſpelliaca. Sextum genus eſt Sideritis Herbariorum quarta, alias Sideritis Montana, & Sideritis anguſtifolia. Omnia hæc genera, purifi ant, mundant, contrahunt, conſolidant, ſanant, Interne & Externe vſurpantur in vulneribus, ictibus, &c.

Sium Græcis dicitur Σίον, ἀναγαλλὶς ἔνυδρος, Δαρένιον Latinis ſium, Plinio Lauer: Dioſcorides vocat Anagallidem Aquaticam & Darenium. Herbariis vocatur ſium odoratum: Simpliciſtis ſium Aquaticum, Apium Fontanum, & Aquaticum minus : Item Paſtinaca aquatica, Betula : Alii dicunt Ranellani & Lauerulam. Auicenna lib. 2. t. 2 cap. 563. Pupilla oculi vocatur : Auicenna cap. 641. Sumium & Chare Alhayn: aliis Arabibus Rorcathalmi, In-Hamelhanella & Hamehanella : Italis Gorgoleſtro, Sio; Romanis Ranella: Gallis Berle, & des Berles : Hiſpanis Rhabacas: Germanis Brunnen Peterlein /ꝛc. Secundum genus dicitur Sium Medium, Paſtinaca Aquata Media. & Paſtinaca Paluſtris.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 790 sur 1557

Tertium genus ab Herbariis dicitur Sium maius latifolium, Paſtinaca aquatica maior latifolia: Quartum genus dicitur Sium maius anguſtifolium & Apium aquaticum anguſtifolium maius. Omnia genera habent naturam calidam & ſiccam: deſtillantur in aqua, & vſurpantur ab Extra ac Intra.

Stœbe duorum eſt generum: 1. dicitur Stœbe maior: Italis Stœbe maggiore: Hiſpanis Cabezuela: Germanis groß Stebenkraut. Secundum genus Herbariis dicitur Stœba minor: Italis Stebe minore: Germanis klein Stebenkraut. Habent vim ac efficaciam calefaciendi, exſiccandi teſte Galeno, item & contrahendi. Folia ac ſemen cocta atque expreſſa, proque clyſtere vſurpatum decoctum Dyſentericis ſummopere conuenit teſte Dioſcoride, Galeno ac Plinio. Ab extra decoctum hoc conuenit auribus male exulceratis, &c. plura apud Medicos.

Serratula: Trium eſt generum, vt Serratula Tinctoria, Iacea Aromatica, & Iacea Caryophyllata: Italis dicitur Serratula: Germanis Schartenkraut, &c. Eorum temperamentum eſt calidum ac ſiccum, radix etiam adhibetur in Medicina. Vſus eorum eſt Internus Externuſque, &c.

Secale Græcis Βρίζα ſiue Βρύζα: Latinis Briza & Bryza à Plinio Secale & Farrago, ab aliis Secala & Secla: Italis ſegala: Hiſpanis Centeno & Centena ſiue Sentena: Gallis Segle & Seigle: Vngaris Ros & Tauazi Ros: Anglis Rie: Germanis Korn & Rockenkorn, &c. Temperatum habet calorem, paululum tamen calidius tritico: Eius gramen deſtillatur in aquam & ab Intra & Extra ad varios multoſque traditur corporis affectus: Fit etiam inde aqua decoctionis, item Cereuiſia ac potus Secalinus pro pauperibus: deſtillatur, & exprimitur etiam inde oleum, &c.

Schœnanthum Græcis Σχοῖνος, Σχοινάνθον, Auctuarius Σοίνανθος: ab aliis Σχοῖνος ἀρωματικὸς & Σοῖνος μυρεψικὸς: Hippocrates in libris de morbis muliebribus vocat Σχοῖνον ἡδύοσμον, Σχοῖνον εὔοσμον, & εὐώδη. Quod in Arabia creſcit, Dioſcoridi dicitur τευχίτις: Latinis Teuchitis, alias Latinis Iuncus odoratus, Aurelio Celſo, Iuncus rotundus, aliis Iuncus Aromaticus & Schœnanthum, Marco Varrone Squinanthum, officinis & Alexandro Bene-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 791 sur 1557

Benedicto Synanthum & Schinanthum: Vulgarioribus Medicis Fœnum Camelorum, Stramen Camelorum, Paſtus & Paſtura Camelorum & Palea Camelorum: Serap. lib. ſimpl. cap. 19. Adcher: Andrea Bellunenſi, Adadkir, & Aldadkir, Michaele de Capella Adhebet: Haliabbate Adhecharum & Adenchari: Auicennæ Gloſſographo Alſeferri & Atitir, aliis Alkher, Tecabrion, & Tecahakim: Italis Giunco Odorato, Squinantho, Puia de Camillo & Schinantho: Hiſpanis, Paya dela Mequa, Paja de Mecha, Paya de Chamellios, & Paya de Chamillho: Gallis Paſture de Chameau, Squinantha, & Paiſture des Chameaulx: Germanis Cameelheuw/ ꝛc. Habet virtutem calefaciendi & adſtringendi Vſus eius in Medicina tam Exrernus quam Internus: præparatur in vinum & deſtillatur in aquam. Eſt & aliud eiuſdem herbæ genus, quod Schœnanthum Adulterinum, item Schœnanthum ſiue Squinanthum Europæum: Eius vſus hodie nobis adhuc nondum conſtat.

Siſerum Græcis σίσερον: Latinis Siſarum, Siſar, Siſer, Iacobo Sylvio Seſarum. Herbariis Seruilla, Seruillum & Cheruillum: Italis Siſaro: Hiſpanis Cheriuias, Chiriuias & Chiritnas Auicenna lib. 2. tract. 2. cap. 640. vocat Seiſaron, aliis Culcas, Seiſacon, & Fiſarum: Gallis Ceruys, Cheruy, des Cheruites & Gyrotes: Germanis Geyerlein Zucker Würtzeln ꝛc. Calefacit in ordine ſecundo: Eius vſus eſt Internus: Radices condiuntur Saccharo, deinde fit etiam inde conſerua præſtantiſſ. &c.

Smirnium Græcis Σμύρνιον & πετροσέλινον κιλικὸν: Latinis Smyrnium, Smirnium, Petroſelinum Cilicium: Plinio lib. 19. in fine, Murrha: Herbariis Smyrnium Dioſcoridis, Smyrnium Creticum, & Smyrnium Candiacum: Serap. lib. ſimpl. c. 280. Seniruinon & Smirinon: Auicenna Sumurion dicitur: apud alios Arabes legitur Semurion, Sumihon, Sumirion, Suramion, Surafiron, Zimirinum, & Zinirmon: Italis Smirnio & Smirnio di Candia: Gallis Smirnium de Candie, & Smirnium de Crite: Germanis Myrrhen Kraut: Herba hæc cum ſemine & Radice habent calidam ac ſiccam naturam vſque ad tertium gradum, eius vſus ab Extra & Intra venit apud Medicos.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 792 sur 1557

CAPVT XXXIII.

De Serpillo, Sisymbrio, Struthio, Tussilagine, Tormentilla, Thymo & Trifolio.

SErpyllum, Latinis à Serpendo, Græcis ἕρπυλλον, eodem etymo, Gal. Serpolet. Poliot. Germanis Quendel. Duo faciunt eius genera Plinius & Dioscorides: Hortense & syluestre. Hortense folia & ramulos fundit Origani, Candidiores tantum, humi serpit cum oritur, ac pedali altitudine incremento suo assurgit, odore Sampsuchi, floscul is subpurpureis. Adminiculo fultum, vel vicinis sepibus innixum, in altitudinem quamcunq; excrescit. Gaudet locis apricis & macris, nec nisi satum prouenit. Mense floret Iunio & Iulio. Tragus Cunilaginem Plinii esse existimat. Syluestre, rectum exilibus & lignosis ramulis attollitur, foliis rutæ, odore suauioribus, angustioribus atque longioribus, floscul is subpurpureis, radice multifida. Nec alia re differunt quam cultura ipsa: quoniam alterum cultura & cura mitescit & delicatius, infirmiusque humoris copia afficitur, vt viribus stare nequeat, sed per terrã serpat: alterum vero horridius & fortius, quamuis fragilis sit vtriusq; natura, ob loci conditionem prouenit. Dioscoridi repugnat Plinius: Syluestre Serpyllum humi reptare scribens, hortense vero minime. Nascitur syluestre in collibus & montibus copiosissimum, vt hortis minime colatur; tota floret æstate. Dioscoridi syluestre Serpyllum priuatim Zygis dicitur, à ζυγεῖν, id est, ligando, seu iungendo. à ligandis fortasse vitibus. Errant autem hodie qui Serpyllum satiuum nostrum Pulegium credunt, similitudine quadam eius inducti. Tertium addit genus Tragus, foliis & ramulis hortensi simile, sed inodorum, flore carens quod in muris inuenerit. Syluestris itẽ duas facit differentias: alterũ rotundioribus, alterũ angustioribus, & acuminatioribus foliis, flore in vtrisq; subpurpureo, interdum etiam candido sed rarius. Calfacit vehementer Serpyllum, est enim gustu acre: ob id menses & vrinam ciet. In vino decoctum calidum potum, menses ciet, humores viscosos Lumborum & renum per vrinam educit. Tormina discu-

tiẽ

tit; Interna vulnera & rupta sanat. Obstructiones pulmonis, iecoris & lienis aperit. Sanguinem excreantibus cum Oxymeli coctum auxiliatur. Eadem potest succus cum aceto semi drachmæ pondere sumptus. In cibis contra venena & serpentes valet. Aridæ tussi cum Melle, Glycyrrhiza, aniso & vino medetur: stomachum confortat, ac stranguriam adiuuat. Ad cibos quoque condiendos & ad salgama adhibetur. Odor Serpilli cerebrum roborat: vertiginem pellit, capiti impositum. Aqua stillatitia Serpilli cum Rosaceo aceto temperata, fronti illita, Phrenesin sedat. Reliquæ eius vires cum Origano & Dictamno sunt pares. Serpyllum in Iunio cum vino destillatum, fit aqua egregia ad omnes humani corporis fluxiones.

Sisymbrium: Huius duo sunt genera, alterum hortense, Mentæ simile caule quadrato, quadantenus purpurascente, foliis Menthæ, serratis, latioribus & odoratioribus: floribus internodia geniculatim coronantibus, verticillato semper ambitu, Græcis Sisymbrion, vulgo Mentha aquatica: Germanis Waſſermünt. Tragus Mentham rubeam appellat. Circa stagna & piscinas potissimum nascitur. Alterum cognomento Cardamine, quod Cardamum, hoc est, Nasturtium hortense imitetur, dictum est, quod nusquam non in locis aquosis prouenit, caule cauo, sesquipedali, ima sui parte pluribus radicularum fibris capillato, è cuius alarum cauo cirri frequentes sinuatim erumpunt, flore candido, nomine erucæ instar in siliquis acri & exiguo. Officinis Nasturtium aquaticum. Germanis Brunkreſſen Waſſerkreſſen / quod Nasturtium imitetur. Floret vtrumque æstate, quo tempore Mentha. Sisymbrium primum calidum est & siccum ordine tertio: Alterum aridum si fuerit, similiter est calidum & siccum ordine tertio; viride vero est in secundo. Primi semen ad stranguarias & calculos potum prodest cum vino. Tormina & singultus sedat. Vomitiones item potum sistit. Sisymbrium alteram vrinam cit, ad eadem fere prodest, quæ prius. Non edendum grauidis nisi mortuo conceptu: siquidem etiam impositum eiicit. Folia Sisymbrii primi, fronti & temporibus illita capitis dolorem sedant: Valent etiam aduersus vesparum & apum ictus. Alterum lentigines & cutis à sole nigredinem asperitatemq; exterit, tota nocte illitum, ac mane cute eodem abluta. Vtrumque

aduersus aculeata animalia, velut crabrones, idque genus alia est efficax. Epinyctidas & cutis vitia in mulierum facie intra quartum diem, noctu impositum, ac interdiu detractum, sanat. Infusum capiti cum aceto, dormientes excitat.

Struthium à Dioscoride quidem nominatur, minime tamen, vt notissima describitur. Est autem omnium fere hodie sententia, eam esse herbam, quam Latini Radiculam, siue Lanariam herbam vocant: diuersa tamen à radicula, quæ Raphanus appellatur: Germanis Seyffen Kraut / Spycheluurtz. Gallice L'herbe á foulon. Struthion dictam arbitrantur quasi Passerinam, à foliorum forte positu, quæ auium alas imitentur: Vel quod Venerem stimulet: ob auis nimirum istius salacitatem. Græci namq; Στρουθὸν passerem nominant. Lanariam & Saponariam dixerunt, quod ad mollitiem candoremq; lanarum vsi ea sint veteres, quodq; eluendis vestium maculis, expurgãdisq; sordibus saponis vicem præbeat. Radiculæ nomen à præcipua parte, qua vsum præstat, accepit. Herba item fullonum, ob dictos effectus, est appellata. Officinis Condisi. Describitur ab aliis herba spinosa, caule lanuginoso, foliis oleæ, ex interuallo quasi geniculatim prodeuntibus, quinis plerũq; in vnum coeuntibus: floribus in coliculorum summo candidis: radice quam in summo cespite fundit, magna, tereti, & oblonga; quæ purgandis vestibus conciditur. Nascitur in hortis hodie plantata, duos continuos menses, Iunio maxime florens. Calfacit & exiccat in quarto quadantenus ordine. Radix semidrachmæ pondere cum Melle sumpta, viscosos humores, & phlegmata discutit, & educit, iecinorosis, lienosis & difficulter spirantibus prodest: vrinam ciet, aluum soluit, mẽses adiuuat. Frigefactis & debilitatis ex Venereo vsu viris prodesse fertur. Admota radix secundinam & mortuos fœtus pellit: at cum ratione eius vsus esse debet. Succus vel puluis radicis naribus inditus, per sternutamenta cerebrum purgat: Cum polenta & aceto illita, lepras tollit, tubercula discutit: idem præstat cum farina hordacea & vino decocta. Malagmatis & oculorum Collyriis quoque miscetur. Lanis quoque & vestimentis purgandis eius est vsus.

Tussilago Romanis & Latinis, Græcis Bechion, dicitur sic teste Galeno, quod credita sit Tusses & Orthopnæas iuuare & curare.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 795 sur 1557

βήξ n. βηχὸς tussim significat. Pharmacopœorum vngula Caballina est, sic nuncupata quod eius folia vngulis equorum sint vtcunque similia, inferiore & auersa parte tormentosa & albicantia, superiore & aduersa, viridia. Item Chamæleuce, id est, humilis seu alba populus. Chamæpyris, id est, humilis vel terrestris populus nigra, Farfarella, Farfarago: Germanis Hufflattich/ &c. Quibusdam etiam vocatur filius ante Patrem. Folia habet à radice prouenientia sex aut septem, maiora nonnihil foliis hederæ, à terra subalbida, superne autem virentia, in plures exeuntia angulos. Caulis palmum altus, flos in vere luteus: confestim verò flore & caule exuitur, vnde quidam sine caule nasci existimauerunt. Fugacissimi enim sunt eius flores & caulis, ac longissima fere eorum duratio est biduum: vnde non facile à quibusuis, nisi medio forte vere oblatos contingit conspici. Quæ causa videtur cur Plinius absque caule & flore scribat nasci: nec, vt quidam volunt, aliter à Plinio quam Dioscoride est descripta. Locis nascitur aquosis & circa fontes. Flores colliguntur in Aprili, quo tempore conspiciuntur, ac subito euanescunt, radice & foliis manentibus toto reliquo æstatis tempore. Folia viridia & recentia sunt frigida & humida: arida vero sunt calida: tum enim sunt acriora. Stillatitia aqua Tussilaginis omnes internas iecoris inflammationes sedat, quatuor cochlearium mensura pota, & corpori extrinsecus cum panniculo adposita. Eodem modo ventriculi inflammationibus, subuenit, ardentesque febres pellit. Maiores autem aquæ sunt vires, si admisceantur flores Sambuci, & folia Solani ac simul cum Tussilagine destillentur. Folia arida incensa, Dioscor. teste, si fumus hianti ore excipiatur, siccat tussi & Orthopnæa laborantibus sunt auxilio. Radix in aqua mulsa cocta & pota fœtus mortuos expellit. Tussilaginis folia, succus, stillatitia aqua, præsertim floribus Sambuci & Solani foliis, vt dictum est, admixtis, cum ictis inflammationibus & ardoribus vlcerum pestilentialium, erysipelati, marisci, adustionibus igni factis impositа medentur. Capitis & ardentium febrium calori mire quoque conferunt folia. Illita stillatitia aqua idem præstat: ac præsertim mulieribus ex locis occultis laborantibus est vtilissima, si locum hac aqua primum eluant & purgent, madefactum dein panniculum imponant.

Tor-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 796 sur 1557

Tormentilla Græcis vocatur χρυσόσπονον, χρυσόσπερμον, Δάσπις, ἀρκόφθαλμος, ab Hermolao Barbaro ἑπτάφυλλον: Latinis Chrysogonũ, Chrysospermũ, Daspis, Arcophtalmus, & Arisaria: Nostris Herbariis Heptaphyllum, septifolium, septẽfolium, Tormentilla, cõsolida rubra, Betularia, Authore Pandectarum, Herma Tremola: Italis Tormentill, & Settifoglio herba: Hispanis Sett en Rama. Gallis Tormentille: Germanis Tormentill / Rotwurtz / Blutwurtz / &c. Destillatur, præparatur in vinum, fit ex radicibus conserua, &c. Temperamenti est sicci in ordine tertio, caliditatis vero habet exiguum quid, minus tamen manifestum, nonnulli faciunt frigidam in tertio gradu, sed adstrictio in gustu his aduersatur. Radicis viridis & foliorum succus potus, venenis omnibus intra corpus medetur: contra pestem quoque prodest, noxios in corpore humores per sudorem educendo. Quod si viridis radix haberi nequeat, aridæ puluis drachmæ pondere in vino sumetur: vel radicis & foliorum manipulus in vino coctus calidus bibetur. Ad prædicta efficacissima est in vino per noctem radix, & folia imbuta, & in Balneo Mariæ destillata. Omnibus membris radix, folia, succus vel puluis eius prosunt, iecoris & pulmonis obstructiones soluunt: regium morbum; succus præsertim, breui temporis interuallo sanat. Venena ex corpore per sudores educit: Vnde drachma pulueris cum drachma Theriacæ in liquore eiusdem stillatio, datur iis quos horror inuaserit, ac incerti fuerint, quod morbi genus immineat: corpore mox ad sudorem contecto & reclinato. Cunctis venenorum Anditotis admiscetur. Omnis item generis albi fluxus, siue per se radix, siue cum aliis, pro cuiusq; arbitrio, mixta constipat. Ouibus laborantibus est perutilis. Cum vino rubro drachmæ pondere pota radix, omnes similiter sanguinis eruptiones compescit; sin febris adsit, cum aqua in qua Chalybs sit extinctus, vel cum stillatitio heptaphylli liquore est bibenda. Idem præstat cum oui vitello, nuce myristica & farina subacta, & leniter tosta radix, per aliquot sumpta dies. Cum albo oui subacta, & in figilino decocta, datur Cholericis, qui vomitu assidue infestantur. Vulnera glutinandi facultatem possidet. Vulnera respersu purgat, sanat & ad cicatricem perducit. Foliorum puluis deploratis fistulis instillatur: oculorum caligi-

nem

nem & fluxus discutit. Radix & folia omnis generis tubercula, parotidas, strumas, herpetas, aneurismata, papulas, idque genus, tusa & illita sanant.

Thymus à θύειν, id est, excitando: vel quasi θύμωσις id est, sanguinem impellens. Vulgo Serpyllum Romanum: Germ. Welscher Quendel / siue Römischer Quendel ab odoris similitudine. Eius duo sunt genera, primum dicitur Cephalonton, Stœchadi multum simile, alterum ab eo distat, quod durius sit, perpusilla habeat folia, & flores non in capitulis, aut spicis, sed iuxta folia. Datur & aliud exoticum Petuvianum dictum, quod minus surculosum & folioſum est, sapore minus acre, odore magis suaue, in reliquis, aliis simile. Thymus calefacit, siccatq; tertio gradu, incidit, attenuat, menses mouet, fœtum trudit, viscera expurgat & à pulmonibus educit: oculorum claritati multum prodesse creditur. Sæpius vero in genere condimentario reponitur; nam culinæ eo quotidie & viridi & sicco vtuntur. In vino decoctus, iisdem cum Serpillo pollet viribus. Orthopnœicis & asthmaticis prodest: vermes, coagulatum sanguinem, venena, menses, & mortuos fœtus expellit. Cum Melle in eclegmate mixtus, Thoracis vitia per excretiones purgat. Hebetibus oculis in cibo prodest. Pro condimentis in sanitatis vsu est vtilis. Contra Podagram, etiam quæ motum omnino interceperit, cum vino vtilissime datur. Ad tumefactos testes trium drachmarũ pondere, ieiunis propinatur. Epithymus eadem potest quæ Thymus, ob id in illius penuria hoc vti licet, sed mensura maiore. Succus aceto mixtus sugillata tollit, coagulatum sanguinem digerit, Thymos in cataplasmate sanat. Ischiadicis cum vino & polenta impositus auxiliatur: eodem modo articularibus morbis: tumores & impetus tollit. Cum aceto vero, callum & verrucas, Tritum & lanæ insperſum ex oleo luxatis illinitur. Ex adipe suillo, & in fastidio tritum cum Melle, ambustis imponitur.

Syrupus de Epithymo, Mesuæ: Recipe Epithymi vnc.xx. Myrobalanorum Citrinorum, Indorum ana drach.xv. Cuscutæ, Fumiterræ ana drach.x. Thymi, Buglossæ, Calaminthæ, Myrobalanorum, Emblicorum, Bellericorum, Glycyrrhizæ. Polypodii, Agarici, Stœchados ana drach.vj. Rosarum, Fœniculi, Anisi ana drach.j. ß. Prunorum num.xx. Passularum enucleatarum vnc.iv. Tamarindo-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 798 sur 1557

rum vnc.ij.ß.Aquæ lib.x.vel quantum ſufficit. Bulliant ſecundum artem:colaturæ addeSacchari li.iv.Sapæ libras ij.Fiat Syrupus.Sapa eſt muſtum optimum ad tertias decoctum. Atram bilem, & alios humores vſtos vacuat: Ob id morbos ex his naſcentes, elephantiam, Cancrum, vlcera maligna, fiſtuloſa, Pſoram, lepram præcauet, curatque.

Syrupus Splenicus: Recipe Epithymi, Cort.rad.Capparorum, linguæ Ceruinæ, fructuum Tamarici (pro quibus ſubſtitue Cort. med.Fraxini) Cort.med. Rad Salicis, rad. rubiæ tinctorum, Ireos Florentinæ, rad. Acori vulgaris. Rad.Aſari, ſem. Aniſi. Fœnic. Cymini ana vn.j.Macerentur ſimul omnia in lib.iv.aquæ,& libris duabus aceti horis 24. Deinde coquantur omnia ad conſumptionem tertiæ partis, reducendo ſcilicet libras quatuor. Expreſſioni colatæ adde Mellis Hiſpanici deſpumati lib.ij.ß. coquantur ſecundum artem ad Syrupi conſiſtentiam.

Decoctum Thymi, Meſuæ: Recipe Thymi, Caſſuthæ, Hyſſopi ana vnc.j. Paſſularum purgatar. drach. xx. Myrobal. Emblicarum, Chebularum ana vnc.j. Turbith drach.iv. Stœchados, Polypodii ana drach.v. Eupatorii Meſuæ drach.i.j. Rad.Apii, Fœniculi an.dra. vj.Abſynthii, Aniſi, Dauci ana vnc.iij coque omnia in libris tribus aquæ ad librarum duarum conſumptionem: cola. Colato adde Turbith Agarici ana drach j Zingiberis drach ß. Macerari noctem ſine: poſtridie cola, & vtere. Phlegmagogum eſt: ob id ſenibus & aliter pituitoſis ſalubre: ventriculum firmat, coctionem iuuat, flatus à viſceribus & hypochondriis diſſoluit.

Decoctum ex Thymo, Andernaci: Rec. Thymi, Caſſuthæ, Hyſſopi ana vnc ß Radic. Apii, Fœniculi ana drac.vj.ſem. Aniſi, Dauci ana vnc.j Paſſularum enucleatarum vnc.ij. Glycyrrhizæ drach.ij. In aqua ad dimidias coquantur. In iure decocti, Zingiberis minutim inciſi drachma ſemiſſis maceretur: mane vnciæ quinque ſingulis vicibus exhibeantur.

Decoctum atram bilem vacuans, Andernaci: Recipe Bugloſſæ, Scolopendrii ana M.ſ. Senæ Alexandrinæ vnc. j. Flor. violarum, Thymi, Epithymi ana P. j. ſem. Aniſi, Fæniculi ana drach.ß. Zingiberis ſcrup.j.ß. Paſſularum vnc. ſem. Prunorum Damaſc.num. x. Decoquantur in aqua ad tertias. Ex iure hoc ſumantur vnc.iv.

Infu-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 799 sur 1557

Infusio ad atram bilem, Andernaci: Recipe Fumiterræ, Lupulorum ana M.ſ.fol.Borraginis,Bugloſſæ, Violarum ana P.j. Paſſularum drach.iij.vel vnc.ß.Polypodii drach.ij. Caſſuthæ, Epithymi ana vnc.iij.Aniſi,Glycyrrhizæ ana vn.j.ß.In aquæ libra ad dimidias incoquentur.In iure decoct.fol.Senæ drach.iij Catholici vn j. Macerabuntur,Syrupi Violacei tantundem adiungetur. Tota potio vna vice propinabitur.

Infusio ad atram bilem,Heurnii. Recipe Epithymi,Senæ drac.j. ß fol.Lupuli,Aſpleni ana P.j.Pruna num.x.Infunde ſero, factaque forti expreſſione,adde confectionis Hamech drach. iij. Syrupi de Polypodio vnc.ij.bibatur.

Trifolium nomen pluribus tribuitur herbis: ſuntque multæ eius ſpecies, odoratum, pratenſe, acutum, minus, &c. ſimiliter fragariam Tragus facit, præſentem herbam: Germanis Gülden Klee/ appellant Trifolium aureum cum Trago appellare placuit, cum non ſit aliud nomen quod commode poſſit attribui. Non enim eſt Lichen Dioſcoridis,ex nonnullorum ſententia. Caulibus naſcitur menſe Martio exilibus, lanuginoſis, palmum altis, foliis primum Oxytriphylli, paulatim vero Aſari, niſi quod ternis inciſuris ſunt diſtincta,vt tria putentur eſſe folia: florem fert Martio ſubcæruleum, Oxytriphilli flore non maiorem, in ſingulis caulibus ſingulos: ſemen fert in capitulis erinacei formam habentibus,aquilegiæ ſimilitudine. Loca amat vmbroſa, ac raro in hortis conſpicitur.Diureticũ eſt & vim habet refrigerandi, vt ex virib.eius conſtat nihil tamen certi de propria qualitate eſt traditum. Decoctum foliorum cum vino iecoris obſtructiones aperit, ac præſertim iis,qui nimis ad Venerem ſunt prompti, & ex ea defatigati, eſt vtile. Vrinam ciet: renes & veſicam purgat: omnibus internis vitiis eſt ſalutaris. Pares liquor ſtillatitius habet vires. Folia & aqua ſtillatitia inflammationibus cunctis cum doloris mitigatione medentur, Trifolium acetoſum Oxytriphyllon, ſiue Oxys & Alleluia offi inis. Vulgo panis Cuculi,quod vel Cuculus eo veſcatur,vel quod erumpente hoc Cuculus primum audiatur: German. Buch Klee/Locis petroſis & aqueis inuenitur.Menſe primum Aprili, & interdum Maio, ſub Cuculi primum auditam vocem prorepit, herba ipſa humilis pediculis longis, in quorum ſummo

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 800 sur 1557

tria, vnde Trifolii nomen accepit, profert folia, exigua, laciniata in cacumine, sapore acido: florem candidum, inter folia singulari in pediculo prouenientem: semen in siliquis lunatis rufum: radix in transuersum longa, geniculata & rufa. Lotum quidam satiuam appellant, sed an satis bene, incertum: Syluas enim & loca vmbrosa Oxys amat. Herbæ huius copiosos flores frequentes anni illius pluuias & inundationes, paucos vero siccitatem portendere, est obseruatum. Trifolium acetosum temperamenti est frigidi & sicci, sicut & Oxalys, quod aciditas in gustu satis ostendit. Liquor stillatitius, aut foliorum eius decoctum, iecoris æstum sedat, cor confortat, sitim sedat. Omnibus calidis morbis est salubertimum. Datur ad stomachum dissolutum: edunt & qui enterocelen habent, teste Plinio. Succus frigidis nonnullis vnguentis, ob facilitatem quam habet in sanando, miscetur. Aqua eius cum alumine temperata, oris hulcera collutione sanat.

CAPVT XXXIV.

De Trichomane, Tapsia barbata, Tanaceto, Tragoselino, & Tithymallo.

TRichomanes, Latinis Capillaris, Adiantum rubrum: Germanis rot Steinbrech/ & Abthon / Trichomanes dictum quod raritatem Capillorum expleat. Officinis Polytrichon, quod nomen omnibus Adianthi speciebus est commune: sicut Adianti etiam species est Trichomanes. Vnde quibusdam etiam Adianthum dicitur. & Capillus Veneris. Tragus caput Trichomanis in Dioscoride ab Adiantho non separandum censet, cum descriptio & facultas eius cum eodem conueniat, ac Ægineta etiam vno capite Adianthum & Trichomanes absoluerit. Nascitur iisdem locis quibus Adianthum, filici similis, propter quod Filiculam aliqui dicunt, parua admodum folia ex vtraque parte ex ordine quodam iuncta habet, tenuia, lentis figura, contraria inuicem, in ramulis tenuibus, splendescentibus & subausteris. Quæ descriptio Polytricho officinarum per omnia conuenit.

Plinius

Plinius etiam ſaxifragum vocari, quod calculum frangat, ſcribit. Quod vocabulum late extenditur. Temperamentum cum Adiantho prorſus habet idem: eſt enim in medio caloris & frigoris: deſiccans, extenuans & digerens. Vires quoque cum Adianto pares obtinet, in cuius inopia hoc vti maxime licebit. Aniculæ ad magicas quaſdam ſuperſtitiones ea vtuntur nomen ei indentes, Abthon.

Tapſia Barbata, Verbaſcum, Græcis Phlomos, quod caulibus eius pro Ellychniis vtantur, qua ratione Candelariam hodie vocant. Officinis Tapſus dicitur barbatus. Nonnullis etiam candela regis & Lanaria: Germanis Wullkraut / Kertzenkraut. Gallis Beillen. Species eius ſunt multæ: Præcipua tamen duo omnium teſtimonio habet genera: Candidum & nigrum. Candidi duæ ſunt differentiæ: mas & fœmina. Verbaſcum candidum fœmina folia Braſſicæ habet ſimilia, hirſutiora tamen, multo latiora & candida. Caulem habet cubitalem & ampliorem, candidum ſubhirſutum: flores albos & ſubpallidos, ſemen nigrum: radicem longam, acerbam, digiti craſſitudine: Germanis weiß Wullkraut / Mänlin. Candidum mas foliis eſt oblongioribus & anguſtioribus, caule tenui, in reliquis fœminæ ſimile. Græcis à foliorum candore Leucophyllon dicitur: Germanis weiß Wullkraut / Weible. Verbaſcum nigrum candido eſt per omnia ſimile, niſi quod folia habet nigriora & latiora. ſchwartz Wullkraut. Præter hæc eſt etiam ſylueſtre, virgas ferens altas arboreſcentes, folia Saluiæ ſimilia, ramulis circa virgas, Marrubii modo, flore luteo, auri fulgore: Germanis wild Wullkraut. Sunt præterea & Verbaſcula duo, quaſi paruæ Verbaſci ſpecies, quæ hodie herbæ Paralyſis, & Artheticæ vulgo dicuntur, pro Arthriticæ. Nonnullis Primulæ veris dicuntur, de quibus ſupra: item Betonica alba: Germanis Schlüſſelblum / vel gelb Schlüſſelblum. Alterum non odoratum: Germanis wild Schlüſſelblum. Hirſuta ſunt vtraque, terræ inhærentia, humiliave, foliis rotundis & multo minoribus, rugoſis, è quibus mediis Stylus exit tenuis, palmi altitudine, incanus, in cuius vertice terni, quaterni aut plures etiam, dependent flores lutei, ſummis labris denticulati, in altero odorati, in altero inodori, Calyculo in album palleſcente. Tertium

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 802 sur 1557

rũ quoq; additur Verbaſculum, quod Lychnitin aut Tryallida vocant, & Lychnin Coronariam. Foliis ternis aut etiam quaternis, pluribuſve, craſſis, pinguibus, hirſutiſque quibus pro Ellychniis vtuntur, floribus purpureis: Germanis Frauwen Rößlein. Geſnerus Iouis florem ſeu Dioſanthon facit. Cuius meminit Ruellius lib. 2. cap. Enumeratis his Verbaſci ſpeciebus, duæ adhuc adduntur. Altera in ſyluis & montoſis creſcens, foliis mollibus & canis, reliquis multo minoribus, è cuius medio flos erumpit Cyano ſeu flori frumentorum per omnia ſimilis, ſed maior & plenior, caule palmum vix alto. Latinis ob folia mollia Verbaſculum dici poteſt Montanum: Germanis WaldKornblumen. Altera vero Verbaſco etiam ſimilis, quæ pro ea capta ſæpe fallit, quæ abiecta blattas in ſe contrahit, ideoque Blattaria vocatur, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo: Germanis GoldKnöpflein. Florent & carpuntur Verbaſci ſpecies autumno. Verbaſcula autem duo florent vere, ſuntque eius nuncia, vnde quibuſdam Primulæ dicuntur veris. Naſcuntur candidum & nigrum locis campeſtribus, ſyluiſque. Sylueſtre aridis & aſperis, campeſtribuſque potiſſimum. Verbaſcula in pratis paſſim hortiſque. Lichnitis in campeſtribus ſimiliter. Omnibus idem eſt effectus, vireſque pares: Vnde dixit, qui ea generibus, ſuperuacaneum ait Plinius. Vis iis ineſt deſiccandi detergendique. Radix verbaſci maioris in vino rubro, vel ſi febris adſit in aqua cocta, Diarrhœam ſiſtit. Decoctum eiuſdem ruptis, conuulſis, & antiquæ tuſſi auxiliatur: veſicæ renumque obſtructiones ſoluit. Radix, teſte Plinio, cum ruta ex aqua contra Scorpiones, magna amaritudine, ſed pari effectu bibitur. Tonſillis priuatim in aqua potum medetur. Sylueſtre Verbaſcum tribus obolis bibitur contra omnia pectoris vitia, tuſſim & purulenta excreantibus. Tanta eius vis, vt iumentis etiam non tuſſientibus modo, ſed ilia trahentibus auxilietur potus. Confectio ex verbaſculo odorato mire prodeſt iis, qui viribus omnibus ſunt exhauſti, ac crebras patiuntur Syncopes. Eadem cum Verbaſcis poſſunt Verbaſcula, quod vel temperamentum ipſorum ſatis oſtendit. Verbaſcum in aqua decoctum, præcipuum contra inflammationes oculorum, podicis, omniumque corporis partium, & poda-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 803 sur 1557

pòdagram æstuantem est remedium, calidum illitum vel insessu. Aqua stillatitia vel oleum in sole expressum iisdem sunt prædita viribus. Oculorum fluxus instillata sedat. Faciei ruborem extergit: erysipelati auxiliatur. Fluentem & mordentem corporis scabiem aqua stillatitia cum linteolis illita sanat. Folia eius ficubus imposita, incorrupras & à putrefactione immunes conseruare tradit Dioscorides: Verbascula eadem possunt. Trita imponuntur articulorum doloribus: Decoctum eorum aduersus rupta, luxata, & liuentia illinitur. Succo Verbasculi odorati ex floribus expresso, mulieres faciem illinunt, vt maculas rugasque & alia eiusdem vitia mirifice detergant.

Clyster astringens & consolidans, Rondeletii: Recipe rad. Tapsi barbati lib.ß.Sumach, Plantaginis, vel Myrti, vel Candæ equinæ, vel Herniariæ, vel Polygoni ana M.j.Corr. Mali Granati, Balaustiorum ana vnc.j.Ros.rubr.P.j.Fiat decoctio in aqua ferrata. In lib. j. dissolue succi Plantaginis vnc.ij. Seui Hircini vnc.j. ß. Misce.

Clyster ad Lienteriam & Diarrhœam, Rondeletii: Recipe rad.Tapsi Barbati, rad.Bistortæ ana vnc. iv. Hypericonis, Myrti, summitatum rubi ana M.j.Pyrorum Syluestrium, vel Pomorum vel Castanearum paria xx. Rosarum P.j. Fiat extractio in aqua ferrata. In lib.j.dissolue Acaciæ, vel Hypocistidos vnc.ß. Misce: iniiciatur post aliquam detersionem, per medicamentum purgans, & astringens, vt Rhabarbaro, vel Myrobalanis.

Vomitorium Andreæ: Arnold. Villan. Recipe Cort.rad.Tapsiæ vnc.vj.Carthami excorticati vnc. iij. Cancellæ, Gummi Arabici ana vnc.j.Succi Cucumeris Asinini drach.ij.Mellis Asari quantum sufficit, ad incorporandum. Confitur sic: Recipe duas partes Mellis, & vnam succi Asari, & fac bullire simul, donec possit bene despumari: quo despumato, & colato, incorpora pulueres specierum, denique reseruetur in optimo vase ad vsum per annum. Est vomitorium leue, suaue, quod purgat omnes humores sine labore, principaliter datum cum calida per superiorem regionem, & cum frigida per inferiorem. Dosis eius est quasi vnc.ß.

Vomitiuum Nicolai; Recipe Thapsiæ Panormitanæ, vel Ara-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 804 sur 1557

Aragonenſis in menſe Maii, ſiue Iulii collectæ vnc. iij. Cort. tal. Raphani vnc.j.ß. Croci Aphricani ſiue medulla Carthami vnc.j.ß. Nucis vomicæ vnc.ß Aſari vnc.j Mellis Aſari q.ſ.eſt. In duabus libris Mellis deſpumati adde vnc.iv.ſucci Aſari, & bulliat ad ſucci conſumptionem. Et ſi ſuccum non habere volueris, pone Thapſiæ, Aſari ana vnc.ij.ß.& dimidiam Catapuciarum, & totum depone in aqua marina, & bulliat vſque ad medietatem, & aqua ponatur in lib.ij. Mellis deſpumati, & coque vſque ad aquæ conſumptionem & cum tali Melle confice. Datur mane in modum Caſtaneæ cum tepida, vel Oxyſacchara, duris hominibus cum tota ſubſtantia: debilibus colatura tantum. Frigidos & calidos purgat humores, choleram rubeam & phlegma: datur quotidianæ veræ, & tertianæ nothæ: delicatis datur etiam cum Syrupo acetoſo: ſedat veram tertianam, debilitatem & nauſeam à ſuperfluis & acutis humoribus factam, aufert.

Vomitiuum Patriarchæ, Nicolai: Recipe Thapſiæ lib.j. Croci Aphricani ſiue ſem. Cartami vnc.iv. Cinnamomi, Aſari ana vnc.ij. Catapuciæ vnc.ij. Mellis q.ſ. eſt. Detur cum tepida ante acceſſionem.

Aliud Patriarchæ, Arnold. Villan. Recipe Thapſiæ lib.iij. Aſari lib.ij. Caſtaneolæ vomicæ lib.j. Canellæ vnc.iix.ſem. Artiplicis lib.j Granorum Catapuciæ excort.vnc.iij Gummi Arabici vnc.iv. Mellis quantum ſufficit. Doſis eius eſt vſque ad drach.ij. ſeruatur per annum.

Vomitiuum aliud, Nicolai: Recipe Thapſiæ drachm. iv. Aſari, baccaris vnc.j. Cinnamomi vnc.j. Croci hortulani vnc.j. ſem. Artiplicis vnc.ß. Mellis quantum ſufficit. Detur in modum Caſtaneæ cum calida. Valet tertianariis & quartanariis, ſed maxime competit quotidianariis.

Vomitorium Scarpellæ, Arnold. Villan. Recipe Cort.rad. Thapſiæ lib.j. ſem. Carthami excort. vnc.iv. Auellanarum, Aſari ana vnc.ij. Gran. Cataputiæ excort. vnc.j. Mellis quantum ſufficit. Conficitur ſic. Tolle li.ß. Cort. Thapſiæ & vn.ij. tere aliquantulũ, & coque cum aqua marina vſq; ad conſumptionem medietatis aquæ: deinde commiſce aquam colatam cum duabus partibus Mellis cocti, & deſpumati, & coque iterũ vſq; ad conſumptionẽ aquæ:

quo

quo facto catapuciam cum aliquantulo melle adiice: deinde adde puluerem ſpecierum, & commiſce totum diligenter, & reconde, & ſi vis adde gummi Arabici: & vtere ſic ad omnes quotidianarios, & tertianarios, ad ſuperius cum calida, ad inferius cum frigida. Doſis eius ad drach. iij. In febribus interpolatis poſt ſeptem acceſſiones.

Tanacetum leucanthemum: Alii herbarii vocant tanacetum inodorum: à Ruſticis vocatur Gunzelreinfahrn ſiue Wundreinfahrn/ac ſi diceres conſolida filici folia: Anglis vocatur vnſauoire tanſie: Habet vim exſiccandi & contrahendi. Vtitur in decoctione vini ad vulnera, quo decocto vulnera cito ſanabunt, item & folia loco emplaſtri, &c.

Tragoſeſinū: vera pimpinella Nicolao Myrepſo dicitur penpinela, Ioanne Ruellio Pampinaria, Hermolao Barbaro Bibinella, ab aliis Pimpinella, Pampinula, Bipennula, Bipinnella, Pampinella, Pinpinella & Bimpinella. à Simone Ianuenſe petraſindula & ſaxifragia: Herbariis tragoſelinum, apium hircinum, petroſelinum hircinum, pimpinella hircina: Itē ſaxifragia hircina, &c. Eius genera ſunt tria. 1. dicitur Tragoſelinum maius. 2. Tragoſelinum minus. 3. Tragoſelinum petreum, de his vlterius vide ſupra Pimpinella, &c.

Triticum gręcis dicitur πυρὸς: Latinis vt Columellę, robꝰ, triticū, frumentum: Herbariis triticum robum. Serap. libr. ſimpl. cap. 29. Henta, Auicen. Hantha, aliis Henca, Henea, Heuda: Auicennæ gloſſographo meſt, Haliabbatis gloſſographo zemanum, farina vero Arabibus dachich, alhamed, & alhauari: Italis fourmento, Grano, formento & ſolina: Hiſpanis trigo, Gallis froument, fourment, ble & du ble, Vngaris buza: Germanis Weitzen. Triticum leuiſſimum græcis Σιλίγνις, Hippocrati Στεγνὶς & Τρυγὶς: Latinis ſtrygis & trygis, Hippocratis, ſiligo, Triticum ſiligineum: Columellæ tritici vitium: Plinius tritici delicias: Hiſpanis dicitur Trigo Candial: Arabice ſiligo vocatur alehec, ſelec, ſulch & & ſeleth: Triticum graue Columellæ dicitur Robus, ſimpliciſtis triticum robum: Hiſpanis trigo kuuion. Eius genera ſunt aliquot: vt triticum ſemeſtre, triticum hyemale ſiue hybernum: Germanis Winterweitzen: Deinde & triticum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 806 sur 1557

quod græcis dicitur Σηταvίας, πυρὸς τρίμηνος, Σηταίνιος πυρὸς, à Dioſcoride πυρὸς τριμηνιαῖος: Latinis triticum trimeſtre, Dioſcoridi triticum trimeniæum, Collumellæ ſetanium: Herbariis triticum æſtiuum: Hiſpanis trigo tremeſino, Gallis ble de Mars, ac ſi triticum Martium: Italis fariola, & marzolo: Germanis Sommerweitzen: Hinc eſt triticum tiphynum eſt 1. genus Welſchen Weitzens: Sequitur iam triticum nigrum Germanis braun Weitzen/&c. Nunc inſequuntur adhuc varia genera tritici, quæ vocant Welſche Weitzen/ &c. De quibus videndi authores.

Temperatam autem habet naturam calefaciendi & exſiccandi: Eius vſus tam internus quam externus ſat conſtat, deſtillatur per deſcenſum in oleum, alii artificioſe, exprimunt: Hinc alii vinum inde conficiunt, &c.

Tithymalus, Latinis lactaria herba, & lactuca caprina, ſeu marina dicitur. Lactaria à lacteo liquore, qui omnibus eius ſpeciebus ineſt. Caprina quod capræ iis veſcantur. Officinis eſula. Tres autem ſunt herbarum lacteum liquorẽ fundentium differẽtiæ. Prima tithymalorum eſt: altera intybaceorum: tertiæ vero adſcribamus eas plantas quæ neque ex tithymali, neque ex intybaceorum genere ſunt. Diſcernuntur autem hoc modo: tithymali omnes oblongo & nullis inciſuris folio diuiſo conſtant; intybaceæ vero herbæ omnes circumroſo & inciſo per ambitũ conſtant folio. Tithymalorum maxima pars vmbellas habet: Quib. vero hæ non ſunt, illæ loco earum in medio duorum foliorum ſingulos flores & fructus ferunt. Intybacea vero in ſingulis pediculis ſingulos habent flores, ex minimis foliolis compactos, colore luteos, ſola condrilla & cichorio excepto, quæ interdum cæruleos, interdum candidos flores producunt. Intybaceorum omnium flores in lanuginẽ, vocatam pappos, reſoluuntur. Tithymalorũ vero minime, qui omnes fructus habent tribus loculamẽtis diſtinctos, & in his ſingulis ſingulos nucleos. Intybaceorum ſemina cum pappis per auram leniter auolant: Tithymali cum impetu & crepitu ſuum ſemen eiaculantur. Intybaceorum lacteus liquor amaro guſtu ſtatim in lingua percipitur: Tithymalorum liquor à bubuli lactis ſapore nõ multũ recedit, dum primo guſtatur, deinde paulatim totum os & fauces accendit,

accendit,& coccogni dum modo vrit,& foris cuti impoſitus exulcerat, quod intybaceorum liquor minime facit,propter temperamenti frigiditatem. Hæ igitur herbæ quæ iam ab intybaceis ſuis notis diſtinctæ ſunt, omnes tithymali appellatione veniunt, eſtque hoc generale earum nomen. Intybaceæ vero herbæ ſunt omnes lactucę ſpecies,vtraque condrilla,vtrumque hieraceon,intubũ ſatiuum & agreſte,quod cichoreum vocant,& quæcunq; his ſimiles lacteo liquore manant. Tertia vero lactariarum herbarum differentia ad neutrum genus illorum referri poteſt, neque ſimul vnum proprium reuera genus habet, vt tithymali & intybacea:non enim ſibi ipſi, vt illa, ſimiles ſunt. Ac huiuſmodi pauca inueniuntur, vt ficus, erinos herba, Scammonia, Syſſanpelus vtraque & tenella minoris clematidis germina, quæ ſingulæ proprium habent genus, nec omnes ſub eodem genere comprehendi poſſunt, vt tithymali & intybacea. Hæc Cordus. Nunc ad genera tithymalorum, quæ ſeptem numerantur. Primum characias, qui & maſculus exiſtimatur, ab aliquibus cometes,amygdaloides atque cobius vocatus. Secundum fœminam putant, myrtiten appellant,alii caryten,myrſiniten:Tertio cognomentum eſt paralius ſiue tithymalis: Quartum helioſcopion: Quintum cyparisſiam: Sextum dendroides: Septimum platyphyllon tithymalon.Characias,hoc eſt,valans Latine, nulli hodie, cognita,caules habet cubitales & vltra, digitali craſſitudine, quinque aut ſex rubros lacteo, & acri ſucco madentes, foliis oliuæ,anguſtioribus,longioribuſque, radice craſſa, lignoſa. Pendent in cacuminibus caulium comæ iunci ſub quibus caueolæ,ſoliolis balnearum ſimiles,in quibus ſemen:naſcitur aſperis & montoſis.Hunc maſculum appellãt: aliquibus cometes,amygdaloides,& cobios:Secundus eſt fœmina, quam myrſiniten, myrtiten, & caryiten vocant. Naturam habet daphnoidis, foliis myrti, maioribus,firmis,cacumine acuto pungentibus, ramiab radice exeunt ſemipedales.Fructum fert alternis annis,iunci ſimilẽ, guſtu mordaci:naſcitur in aſperis. Colliguntur comæ hordeo turgeſcente, ſiccataeq; in vmbra diebus nouem, in ſole inareſcunt,fructus nõ pariter matureſcit, ſed pars anno ſequẽte,& nux vocatur, inde cognomen Græci dedere. Quidam tamen nucem vomicã pharmacopolis dictum fructũ,cornea ſoliditate,in

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 808 sur 1557

hac naſci credunt, Germ. Kronäglin. Hæc ſicut & prima incognita vulgo. Tertium tithymali genus paralius ſiue tithymalis, in maritimis naſcitur, ramis palmum altis, ſubrubentibus, quinis ſeniſve ab radice, folia circa eos in ordinem condito, paruo, contractiuſculo & prælongo, vt lini videri poſſit, capite in ſummis iis rotundo, in quo ſemen, vt eruum, colore varlo, flore albo. Frutex totus & radix lacte ſcatet. Theophraſtus Coccon appellat. Quartum Helioſcopion appellant, quod comam ſuam cum ſole circumagat, foliis portulacæ, rotundioribus tenuioribuſq;, ſurculis à radice prodeuntibus, quatuor aut quinque, tenuibus, palmum altis, rubentibus, albi ſucci plenis, capite anethi, ſemine ceu in capitulis. Gignitur maxime in ædificiorum ruinis, & circa oppida. Germ. Sonnenwendende Wolffsmilch. Quintam cypariſſiam vocant, caule palmeo aut etiam proceriuſculo, ſubrubente, foliis pinus, tenerioribus exilioribuſque, omnino aut nouella pinus poſſit exiſtimari, de quo & nomen accepit. Succo manat lacteo. Vulgo eſula minor. Hanc Cordus vult eſſe pityuſam Dioſc. pinus einini pytus eſt, cui nuper è ſemine enatæ eſt ſimilis. Eadem igitur erit cypariſſia & pityuſa. Cypariſſia vero à foliorum ſimilitudine. Eſtque duplex pityuſa: altera minor, quæ à cypariſſia, vt dictum eſt, nil differt, officinis eſula minor. Altera vero maior locis naſcens pinguibus & vliginoſis: vulgo eſula maior, German. Teuffelsmilch. Sextum Dendroides & Petrophyes dicitur, naſcens in petris, opacans ſuperne in orbem, comoſiſſimum & ſucci plenum, ramis ſubrubentibus, circa quos folia myrti tenuioris, ſemen Characiæ: ſic dicta à ramorum copia. Germa. Steynmilch. Septimum platyphyllon, à foliorum latitudine, ſimilis eſt verbaſco, foliaque reliquis longiora obtinet. Vltra hæc addit etiam Dioſcorides Peplon. quæ ſimiliter eſt herba ex tithymalorum generibus, in hortis & vineis naſcens. Officinis & vulgo eſula rotunda, foliis naſcitur paruis, qualia rutæ, latioribus tamen, caule dodrantali, rotundo, totus frutex lacte plenus. Semen ſub foliis paruum & rotundum, albo papauere minus.

Ordinis calfacientium ſunt quarti, ac valenter etiam deſiccant. Radicis eſulæ exterior cortex, in lacte vel aceto per diem vnum mollitus, ac denuo ſiccatus, in puluerem tritus, phlegma & cholera ſemidrachmæ pondere cum vino vel aqua mulſa potus, educit

cit: Hydropicis itaque vtiliter bibitur. Semen omnium tithymalorum eaſdem habet vires, ſed fortiores & calidiores: vomitum & ſedes prouocat. Catapotia contra hydropiſin & dyſpnœan hunc in modum licebit formare: Radicis eſulæ minoris cape drachmam vnam, aloes drachmas duas, maſtiches drachmam vnam, ſingulis in puluerem tritis, cum aqua fœniculi aut menthæ in maſſam ſubigantur, ex qua pilulas pro patientis natura, fortioribus drachmam vnam, debilioribus dimidiatam finge. Dicta catapotia aqua intercute & dyſpnœa laborantibus ſunt ſalubria: leniter enim per inferna & ſuperna purgant. Eſulæ, ſicut lathyris, ad capillos & ſcabiem pellendam vſus eſt præcipuus. Contra porriginem præſtantiſſimum ex foliis, radice vel ſucco, vnguentum licebit conficere. Puluis laxatiuus, Villanouani: Recipe eſulæ repreſſæ in aceto infuſionis Tragacanthi drach. vij. Caryophyllorum, macis, nucis moſchatæ, zingiberis, galangæ, aniſi, cymini ana drachmam vnam, ſacchari ad placitum. Puluerizentur, & detur vnum cochlear. Poteſt offerri omnibus de cauſa frigida laborantibus: Vt delicatis, conſtipatis, & cholericis, ante prandium, in medio abſque abominatione.

Tragæa laxatiua. Recipe cort. rad. Eſulæ præparatæ & correctæ vnciam vnam, nucis moſchatæ, liquiritiæ ana drach. ij. cinnamomi, aniſi, fœniculi ſcrup. ſ. g. v. Maſticis drac. j. ſacchari quantum ſufficit. Fiat puluis. Educit aquam citrinam.

Electuarium Alſebram, id eſt, eſulæ Meſuæ: Recipe eſulæ bonæ, myrobal. citrinorum ana vnc. ij. Trita & creta mergantur ſucco fœniculi, & inſolentur dies quinque, affundendo ſuccum nouum. Siccatum repone vaſe vitreo. Datur à drach. j. ad drach. ij. cum ſaccharo, & aqua calida. Pituitam & melancholiam purgat, & aquas.

Extractum eſulæ. Recipe fol. eſulæ, ſicc. & puluer. q. ſ. eſt. Spiritus vini q. ſ. Miſce, cola & in balneo deſtillentur, donec mellis craſſitiem acquirat. Per vomitum & aluum purgat.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 810 sur 1557

CAP. XXXV.

De verbenaca, valeriana, zea, Zeopyro & vrtica.

VErbenaca: Duũ est generũ Mas ac Fœmina: 1. genus Dioscoridi aliisq; græcis dicitur περιστερὼν, & περιστερεὼν, ὀρθὸς πανχρῶμον, ἥρας δάκρυον, αἷμα γαλῆς, αἷμα ἑρμοῦ, τριξαλίς & προβατικὴ. Latinis peristereon, verbenaca recta, trygonium, Iunonis lachryma, mustelæ sanguis, Mercurii sanguis, crista gallinacea, ferraria, feria, exupera matricalis, herba sagminalis, panchromum, ab Aetio herba Veneris, Plutarcho & Apuleio Aristereum: Plinio lib. 2. c. 18. Probatica, Hermolao Barbaro verminaca: Nostris officinis ac herbariis verbena, verbena recta, verbena mas, berbena, columbina, columbaria & herba columbaris: Arabibus beneran, albea, lagoar, & ypenstereon: Italis verminacola, berbena, berbenaca: Hispanis verbena & verbena yerua, Portugallensibus vrgebaom machon, & vrgibaon machoni: Gallis veruaine & verueine: Germanis *Eisenkraut* &c. secundum genus græcis dicitur περιστρεὼν ὕπτιος, Διμήτριας, Ιεραβοτάνη, ἠριγένιον, χαμαίλυκος χαμαίλυχος, Φερσεφόνιον, Διὸς ἠλακάτη, Δίχρωμον, ἱππάρυσον & κουρίτις: Latinis verbenaca altera, verbenaca supina, Hierobotane, Hierobotanum, columbina supina, chamelycus, Apuleio chamælygus, curitis, phersephonium, colus Iouis, dichromum, callesis, hipposisum, cincinalis, demetria, erigeniũ, vertipedium, herba sacra. Pythagora erysisceptrum: Italis verminacola fœmina: Hispanis verbena femea, Portugallensibus vergibaon femea: Gallis verueine femelle: Germanis *Eisenkraut Weiblein* &c. Destillatur in aquam: Eius vsus internus atque externus. Sapor verbenæ est amarus & adstringens. Vnde calidæ & siccæ est naturæ, adstringentisque. In vino decoctam verbenam omnibus pene internis coporis affectibus mederi ferunt: iecoris & renum pulmonisque obstructiones soluere. Easdem stillatitiæ aquæ vires adscribunt: venenis resistere, ictericis prodesse. Erysipelati cum aceto tusa illinitur. Cum melle vulnera glutinat. Cum veteri porcina axungia trita, dolores & tumores in genitalibus mulierum locis sedat. Clysteribus etiam vtiliter miscetur. Aquam stillatitiam temporibus

poribus & fronti illitam phreneſin ſanare affirmant. Eadem oris hulceribus eſt vtilis. Mariſcas aliaq; cutis vitia purgat. Occultorum membrorum affectionibus commodat. Altera ſpecies, quam criſtam gallinaceam vocant, ſerpentes & venenata animalia, ſicut conyza, fugat. Ad vetera quoque exedentia vulnera adhiberi poteſt.

Valeriana græca ſeu Valeriana Adulterina: Germanis *Grechiſch Valerian*: Interne atque externe adhibetur in medicina valeriana rubra Germanis *roter Baldrian*: Valeriana peregrina purpurea germanis *ſembter rhoter Baldrian* &c. Calfacit & exſiccat in ordine ſecundo: Radix in puluerem trita, pota in vino, vrinam ciet: Idem poteſt radix ipſa in vino cocta dolorem laterum & dorſi ſedat: Menſes prouocat: Contra peſtilentem aerem, & potu & olfactu prodeſt. Vrinæ frigidæ ſimili modo medetur. Folia & radix viridia tuſa & impoſita, capitis dolorem mitigant, fluxus ſiſtunt, & eryſipelati proſunt. Decoctum cum vino oculis inſtillatum claritatem adfert: Mariſcas aliaque hulcera ſanat: præcipue vero hebetudini viſus medetur. Eius eſſentia excellentiſſimum in noſtra chymia arcanum.

Syrupus ad aſcitem, Rondeletii. Recipe rad. valerianæ, rad. rubiæ maior, cyclaminis ana drach. ij. rad. apii, petroſelini ana vnc. j. Endiuiæ, ſcariolæ, capilli veneris, Agrimoniæ ana m. j. Seminis hederæ vnc. j. Braſſicæ marinæ m. j. Chamelææ, Thymelææ, ana vnc. j. paſſular. mundat. vnc. iv. Aniſi drach. iij. Fiat decoctio & in lib. j. ſ. diſſolue ſacchari quantum ſatis eſt fiatque ſyrupus: aromat. cum ſpicæ celticæ drach. iij. vel cinnamomi dentur vnc. iv. per ſe, ſi ſit mediæ coctionis: vel cum aquis endiuiæ & cichorii, ſi ſit coctus ad perfectionem.

Syrupus compoſitus aquas ducens, Heurnii: Recipe radicum Valerianæ, zinq; radicum apoitiuarum ana vnc. ij. endiuiæ, cichorii, adianti, eupatorii an. m. j. Seminis, hederæ, vnc. j. Braſſicæ marinæ m. j. Foliorum Daphnoidis recte præparatorum vnciam j. ſemis Paſſularum mundatarum vncias iij. Aniſi vnciam ſ. Fiat decoctio ad libram j. ſ. Aſperge ſacchari quantum opus eſt vt fiat ſyrupus: aromatiſetur ſpicæ celticæ drach. iij. vel cinnamomi drach. ſ. Propinantur vnc. iiij. huius ſyrupi. Pauperes coquant ſuccum baccarum

carum nigrarum sambuci cum saccharo vt fiat syrupus. In fine coctionis adiiciant aliqd cinnamomi, zingiberis vel nucis myristicæ. Sumant duo vel tria cochlearia ex decocto gratiolæ, anisi & caryophyllorum.

Zea græcis ζειὰ siue ζέα : Latinis zea, spelta, semen & far teste Dionysio Halicarnassæo & Asclep. apud Gal. 9. secundū loca. Alias dicitur & ador, adoreum, semē adoreum, & far adoreum : Serapionis li. simpl. cap. 123. Arabice dicitur hais, apud Auicennā hereomā, & herthamā : apud alios Arabes etiam legitur hals, halca, harcomā, hartemum, ielben & iulben: Italis zea, spelta, biada, pirra, alga & farra : Hispanis spelta : Gallis espeautre, del espautre & espeltra: Germanis Spelß/&c. Eius genera 2. sunt. 1. dicitur græcis ζέα δίκοκκος : Latinis zea dicoccus : secundum genus dicitur ζέα ἁπλῆ, & ζέα μονόκοκκος, Latinis zea monococcus, zea simplex & frumentum monococcum : Germanis Einkorn / &c. Mediam habet naturam inter hordeum & triticum, exsiccat mediocriter, plus dat nutrimenti quam hordeum : Eius vsus pro alimentis & medicamentis.

Zeopyrum græcis ζεόπυρον siue ζειόπυρον : Latinis zeopyrum, herbarii triticospelthum & hordeum nudum : Italis zeopyro, & orzonudo : Germanis Weißenspelß/&c. Habet naturam commixtam teste Galeno libro de alimentorum facultatibus. Eius vsus præterea est externus atque internus, pro alimento, nutrimento, & ab extra pro medicamento.

Vrtica communis tribuitur appellatio herbis vrendi vi præditis: Quia vero multæ vrticarum cognitæ hodie numerantur species, quarum nonnullæ vrendi illa natura carent, distinguentes eas, duo statuemus præcipua genera: ac vrentibus nomen Acalyphes, Dioscoridem secuti : non vrentibus vero nomen Galeopsis tribuemus. Ἀκαλύφη igitur dicta, quod iniucunda sit tactu, & pruriginem cieat, ὅτι ἀκαλὴν ἔχει ἁφήν. Item κνίδη, à prurigine quam contactu ciet : κνίζειν enim vellicare significat. Latinis vrtica, ab vrendo. Gallis ortie. Germanis Nessel. Huius quatuor subueniunt genera. Duo ex his prima non multum dissimilia, ad trium cubitorum, vel plus etiam, altitudinem excrescunt, radice longe & late in terra sese spargente, colore flauo, ex qua veris

veris initio, caules quinque aut sex, aliquando etiam plures vel pauciores quadranguli, asperi & villosi, foliis serratis seu multipliciter fissis, partim purpureis, partim vero subnigrantibus, enascuntur. Semen in enatis villis cauli adnascitur, quod tritum milio non est admodum dissimile, nisi quod aliquanto est minus. Hæc Germani Brennendt Nestel appellant. Tertium genus prioribus est minus, raro trium spitamarum, altitudinem excedens, æstiuo viget tempore, hyemis impatiens, caule rotundo, radice breuiori, foliis minoribus, semine vero maiore: ab excidente semine quotannis renascens. Germanis Eyternessel dicitur, quod pustulas saniemque vrendo excitet.

Quartum est quod Romanam vrticam Dioscorides nominat, à tertio iam descripto genere non multum degenerans, caule bicubitali, rotundo, cauo & aspero: foliis incisis & asperis: Flore inter folia partim rubro, partim subluteo, circa quem rotundi & asperi prodeunt globuli, quibus semen, haud dissimile lini semine includitur, gustu primum dulce, mox vero pipere etiam calidius. Dioscor. Romana & Syluestrior vrtica dicitur. Cerman. Welsch oder Römisch Nessel. Nascitur autem Romana non nisi sata apud nos: reliquæ in dumetis passim & sepibus. Omnes vrentes vrticæ naturæ sunt ficcæ, vnde resoluunt, dissipant ac discutiunt œdemata, aliaque à phlegmate nata vitia, tam in internis, quam externis corporis partibus. Folia vrticarum vino decocta ac pota, ventris duritiem molliunt, inflationes & tormina, nisi obstructio obstet, discutiunt: vrinam cient, lumbos purgant, ac venerem excitant. Omnia hæc fortius & efficacius præstat in dulci vino decoctum semen, siue etiam mellita ex semine confectio: Stillatitius liquor ad eadem, remissius quidem, sed gratius, confert. Omnia item vulnera tam intra quam extra corpus, potus siue super infusus, mundat & purgat. Tussi frigidæ & Dispnoeæ, radix in vino & melle cocta auxiliatur plurimum: arteriam enim tracheam purgat, pectoris obstructiones soluit, costarum vlcera, anginam, ac omnes ex lentis & viscosis humoribus prouenientes morbos sanat, tribus aut quatuor vesperi & mane calidis sumptis & gargarizatis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 814 sur 1557

Cyathis. Experientia probatum est, sale tusa & illita folia rabidi canis morsibus mederi. Pari ratione putridas partes, velut carcinomata & intertriginem purgat. Omnis item generis tubercula, & ex frigore natos tumores, tam in neruis, quam in splene & iuxta aures. Probatum est vrticarum recentia folia, præsertim vero fætentium, quæ circa sepes & sterquilinia crescunt, contusa & cum succo imposita, phagedęnam exiguo tẽpore perimere. Succus naribus immissus, sanguinẽ prouocat, Vrticarum vero morsui oleũ rosarum & oliuæ medetur. Absolutis vrticis vrentib. proximum est vt reliquas etiam non vrentes ordine explicemus, quas Galeopsis appellatione Dioscor. comprehendit. Sex igitur non vrentium vrticarum Trago species numerantur, caule & foliis vrticæ respondentibus, sed leuioribus. Priores tres species, flores circa caulem partim albos, partim flauos, partim vero puniceos, à nigro marrubio non diuersos habent, verticillato ambitu, in quorum folliculis quatuor plerunq; triangula forma longa, per transuersum iuncta grana seu semina conspiciuntur. Dioscoridi Galeopsis, à florum figura, qui hiantibus mustelæ faucibus similes sunt: vel quod flores galeæ aspectum referant. Item Galeobdolos, Galephos, & Anonium. Plinio vrtica iabeo. Germ. Binsaug/ Hanenkopff. Nonnulli putant eandem esse cum Scrophularia maiore. Duæ reliquæ, foliis crescunt rotundis, teneris, & exiguis, colore cinereo: flore circa caulem flauo, & subpallido, partim quoque puniceo, Galeopsi minore. Latinis Vrtica Iamium, Vrtica mortua. German. Todtnessel & Taubnessel. Vltimum & pulcherrimum præ cæteris genus, in syluis & locis incultis conspicitur, foliis & caule à vulgari vrtica non degenerans, odoris fortis, suauis tamen, qualis est Melissæ, floribus circa caulem, sicut & in Galeopsi, acuminatis, spicæ seu Basilicæ instar. Semen in globulis est rotundum, nigrum, rapi semine minus, Ozimi similitudine. Hanc Tragus Herculeam credit Plinii. Germanice Waldnessel/ dici poterit. Locus omnium est in sepibus & passim circa muros. Florent Iunio potissimum & Iulio. Temperamenti sunt eiusdem cum acalyphe: deficcant, extenuant adeoque discutiunt, parti-

partiumque ſunt tenuium. Vires habet eaſdem cum Acalyphe. Quæ igitur in præcedenti capite de Acalyphes viribus dicta ſunt, huc etiam ſunt referenda. Potiſſimum tamen tumoribus & tuberculis pellendis extrinſecus conferunt, vnde etiam in deſeſſionibus pro matricis obſtructione ſoluenda eſt earum vſus, præſertim vero ſylueſtris, quæ Heraclea dicitur.

CAPVT XXXVI.

De Herbis refrigerantibus, vt Achillea, Burſa paſtoris, Atriplice, Bitocicuta & Chondrilla.

ACHillea ab Achille Chironis diſcipulo inuenta dicitur teſte Plinio lib. 1. Græcis Ἀχίλλειος ſiue Ἀχίλλειος σιδηρῖτις & μυριόμορφον. Latinis Achilleia, Achillea, Achillea ſideritis, Myriomorphum, Militaris, Herbariis Millefolium nobile: Arabice Egilos: Italis Achillea: Africanis Aſterchilloth: Germanis **Edelgarbe**/ &c. Secundum genus Herbariis dicitur Achillea Montana, & Achillea Norbonenſis: Germanis **Berggarbe**/ &c. Qualitatem obtinet adſtringendi: eſtque vulneraria herba. Succus decoctę bibitur ad dyſenteriam. Ex aceto quoq; contra ſtranguriam & ſuſpiria bibitur. Aluum item ſiſtit. Sanguinis profluuiũ in quacunque corporis parte ſiſtit. Menſes foris appoſita, aut inſeſſu cohibet: Vuluæ fluxus decoctum eiuſdem inſeſſu ſedat.

Burſa Paſtoris, ſiue Paſtoria burſa, Pera Paſtoris, Philoſopho Cunrado Geſnero Thlaſpi fatuum: Italis Burſa Paſtori: Gallis Bourſe à Paſteur, & Bourſe de Bergiers: Polonis Tobolki: Germanis **Teſchelkraut**. Secundum genus dicitur Burſa paſtoria minor: Italis Burſa Paſtoria minore: Gallis Bourſe à Paſteur petit: Anglis lyttle Scryppe Root: Germanis **klein Teſchel-Kraut**/ &c. Duo ſunt huius Genera: Maius & minus. Herba eſt,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 816 sur 1557

vteam describit Ruellius, pede non facile altior, ramosa, paruis circa caulem erucæ foliis, flore albo, semine in vulgis minuto, radice numerosa, tenui & alba. Prope vias & in parietinis passim nascitur. Iunio floret & Iulio. Minor priori foliis & vulgis est similis: sed folia primum in terra, stellæ forma se explicant: caulem habet nudum: vulgi quibus semen ineſt nucleis melonis sunt similes. Floret Maio, locis potissimum aridis & arenosis. Inodora & insipida est vtraque. Vires habet refrigerandi & adstringendi. Arida folia in vino rubro vel aqua pluuia, in qua chalybs est extinctus, cocta, alui fluxus sedant, sanguinem mingentib. prosunt: nimios mensium fluxus cohibent, omnibusque internis corporis vitiis medentur. Ad eadem salutaris est aqua stillatitia, per dies aliquot pota. Succus naribus inditus, sanguinis earum fluxus sistit: recentia vulnera purgat. Tradunt manu detentam herbam, donec calescat, sanguinem narium & vulnerum cohibere.

Atriplex Latinis, Ατράφαξις, παρὰ τὸ ἀδρῶς αὔξεσθαι, quod celeriter augeatur: decimo enim statim die, postquam sata fuerit, erumpit, & incrementum sumit. Gall. Arroche, German. Molten. Chrysolachanon item Græcis à floris forma dicitur, hoc est, olus aureum. Duo sunt eius genera: Satiua & sylueſtris, satiua vel hortensis caulem habet quadratum, ramis brachiatum, quibus flores primum lutei, exigui, dein foliatum semen & obductum cortice promitur. Radicem habet vnam, in altum descendentem, non glabram, sed fibris quibusdam capillatam: nec nisi sata nascitur: assiduoque humore gaudet. Vnde non facile aliud quicquam iuxta hoc olus prouenit: vicinum enim omne ad se alimentum rapit, vt nihil nisi languidum iuxta eam nascatur. Iunio floret ac Iulio, moxque semen producit. Vulgaris admodum notitiæ herba. Sylueſtris sponte sua in hortis nascitur, ac quaternos sæpe proceritate sua cubitos excedit, caule sicut hortensis, ramoso, angulosо & purpurascente. Folio hortensi non adeo dissimili, flore luteo, exiguo. Semine racematim congesto, radice simplici, in altum descendente, ex qua multæ se aliæ promunt. Floret eodem cum satiua tempore. Humida est in secundo ordine, frigida in primo,

mo. Hortensis tamen syluestri est humidior & efficacior. Atriplex cocta olerum instar editur: aluum emollit, Dioscoride teste, quod de syluestri videtur intelligendum, ac facile ob lubricitatem, vt Galenus ait, aluum permeat. Semen eius abstergentis est facultatis, vnde potum cum aqua mulsa, morbum regium, ex iecoris obstructione natum sanat. Quod Hippocrates dicit aluum non ciere, de hortensi venit intelligendum, quæ difficillime concoquitur, nec nisi mutata sæpius aqua coquenda, vt refert ex Dioclet. Plinius: morbos gignit plurimos, vt lentigines, papulas. Stomacho est inimica. Cruda vel cocta, panos furunculos incipientes, duritiasque omnes, illita sanat. Incipientibus autem, Galeno referente, & mollibus adhuc phlegmonis & partis, hortensis est vtilior. At declinantibus vel adhuc vigentibus syluestris est melior. Inflammationes cum Malua illita sanat. Ignem sacrum cum melle, aceto & nitro restinguit. Podagricis item illinitur. Scabros vngues sine hulcere detrahere dicitur. Syluestri capillos nonnunquam tradunt, estque idem eius vsus cum altera.

Blitum Græcis ac Latinis dicitur, Gallis Blete: Officinis cum Beta confunditur. Beta alias insipida, foliis enim est betaceis, sed absque sapore fatuis & insipidis. Vnde etiam Græci Blitum dixerunt, hoc est, insipidum & stolidum: Stolidos enim & fatuos βλίτους vocant, quemadmodum etiam Latini insulsos & bliteos, Nascitur inter olera restibili fœcundidate, vt semel sata per multa secula ex seminis deiectione renascatur. Erumpit ocyssime, foliis betaceis, sine acrimonia, fatuis & insipidis, Semine vt Beta corticeo, copioso, & vt Atriplex, racemoso. Radice non vna, nec in rectum tendente, sed multiplici, obliqua & prolixa. Aliam quoque Bliti speciem est inuenire, rubentem, quę in cultis seatollit, cuius folia iuribus incocta, sic ea rubore inficiunt, vt nigelli vini dilutum colorem repræsentet. Vnde olitores Rubrum olus vocant. Blitum faciunt humidum & frigidum in secundo ordine. Rubro contra dysenteriam fœminæ vtuntur. In flammationibus imponuntur. Aluum, Dioscoride teste, non nihil mouet. Menstrua cibo eius sisti, tradit Hippocrates. E vino aduersus Scorpio-

Bliti 2. species.

Vires.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 818 sur 1557

nes Galeno bibitur, & clauis pedum illinitur. Ventrem adeo turbat, vt choleram aliquibus faciat.

Cicuta, Græcis Conion. Inter venena maxime est noxia, Gallis cigue, ou Cocue. Herba est odoris fœdissimi, quo virus eius facile cognoscitur. Dioscorides vnum simpliciter facit genus, caule geniculato, vt fæniculum, magno, foriis ferulæ, sed angustioribus, graueolentibus, cacumine ramoso, & vmbellas sustinente, flore subcandido, semine intus albidiore aniso, radice concaua nec profunda. Germinat primum apii similitudine, vnde sæpius maximo & letali periculo eius similitudine sumitur. Pharmacopolæ aliam eius nomine herbam minime venenatam semine longo & gracili ostendunt, quæ causa est cur non venenata à nonnullis credatur: cum maxime venenata, apud nos nascatur ac similitudine seminis cum Aniso edentes sæpius mori contingat. Hodie faciunt duo eius genera: aquaticam frigentis naturæ quæ Germa quoque dicitur, admodum noxia, quod Nomen Myrrhidi etiam nostris locis potissimum tribuitur: & terrestrem naturæ calidæ. Nascitur in pratis passim locis incultis & vmbrosis.

Temperamentum. Temperamentum habet summe frigidum ideoque Dioscorides inter enecantia frigoris vi collocat. Celsus facit ei vim exedendi corpora, vt seminibus & foliis potestas sit frigida: Caulí feruida.

Vires. Intra corpus præsentissimum est venenum, qua etiam Socrates Hausta periit. Sed remedio est vt Dioscor. refert vinum meracum. Proinde ad solas externas corporis partes vti ea conuenit. Vires itaque traduntur ei sequentes: Succus siccatus ad plurimos vsus seruatur: miscetur collyriis, quæ ad leuandum dolorem adhibentur: Excipitur autem succus ex cacuminibus, antequam coma vel semen obarescat, è qua etiam tusa expressus concrescit in sole. Illitus, vlcera quæ serpunt, & sacros ignes extinguit, omnibusque inflammationibus & tumoribus, qui aliis medicamentis non facile curantur, est remedio. Idem præstat stillatitius herbæ liquor. Herba vel coma per se illata, testibus contra libidines nocturnas est auxilio. Genitalibus fricatis, torporem adfert.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 819 sur 1557

fert. Lac puerperarum mammis appoſita, reſtinguit. Mammas, virginibus illita, creſcere prohibet. Pueris teſtes ali non patitur. Omnibus in ſumma omnium partium inflammationibus, & herba, & ſuccus, & ſtillatitia aqua medentur.

Chondrilla Græcis Κονδρίλλη ſiue χονδρίλλη, Plinio χονδρύλλον, Galeno χονδρίλε: Latinis Chondrilla, Condrilla & Condrylla, Chondryllum, Chondrylle & Chondrile: Herbariis Chondrilla cærulea: ſerap. lib. ſimp. cap. 43. Condarel Amiror, Cadaron: Italis Condrilla, Terra Crepolo, Lattaiuola & Latte dangelli: Hiſpanis lietugas Liechugas dentrelos planos, id eſt Lactuca inter ſegetes naſcens: Gallis Laiteron Leitteron, Lettron & dum Letron: Germanis Condrillen Kraut/ &c. Secundum genus Herbariis dicitur Chondrilla & Condrilla alba: Italis condrilla bianca: Germanis klein Condrillen. Tertium genus dicitur Condrilla maior & Condrilla latifolia. Quartum, herbariis vocatur Condrilla & Chondrilla purpurea, Condrilla Hiſpanica, Condrilla Norbonenſis, & Crupina, Quintum, Condrilla lutea: Italis Condrilla Gialla: Gallis Letteron Iaune. Sextum genus Herbariis dicitur Zacintha, Condrilla Græca, Condrilla verrucaria, Matthiolo cichorium Verrucarium, & cicorea Verrucaria. Italis Zacintha, Mazzadi caualliero, Mazzaferrata & Cicoria Verrucaria. Septimum genus Herbariis dicitur Chondrilla tuncea, Chondrilla viminea, & Condrilla aruenſis. Hiſpanis teſte Carolo cluſio Iunquerina & Ainniera, &c. Octauum genus Condrilla Dioſcoridis altera: Χονδρίλλη ἑτέρα & Χονδρίλλη στρογγύλη: Latinis & Condrilla rotunda: Herbariis Condrilla Bulboſa, ac Condrilla Marina Anglis ſeu gum Succorie: Germanis Meer Condrillen/ &c. Naturæ eſt frigidæ, ſicut & reliqua intybi genera. Caulis & folia ſecundæ ſpeciei, concoquendi vim habent. Pota in vino prima ſpecies, viperarum morſui medetur. Succus eiuſdem in vino decoctæ, aut per ſe potus aluum ſiſtit: concoctionem adiuuat, & obſtructiones iecoris & lienis ſoluit. Gummi quod in ramulis, maſtiche ſimile, inuenitur, in peſſo ſubditum, inſtar oliuæ fæminarũ menſes ciet. Idem inordinatos pilos replicat: quod tenera etiam vtriuſq; radix præſtat, ſi Intincta eius ſucco acus ciliciis applicetur. CAP.

CAPVT XXXVII.

De Cichorio, Cucum: Dente leonis, Coriandro & Flore Africano.

CIchorium, Theophrasto, Galeno, aliisque Græcis dicitur κιχόρις, Κιχώριον, Κιχώριον ἄγριον, Σέρις ἄγρια: Constantino τρώξιμον. Latinis Picris, Cichorium & Cichorium syluestre: Plinio Intubum Erraticum, Marcello Empirico, Intybus Rusticus, Theodoro Gaza Amarago & Ampulla, Nicolao Syrepso, Heliotropium cæruleum: Plinio Chreston & Ambugia Cornelio Celso Ambubeia, Didymo apud Constantinum Troximum: Plinio 2. lib. de re Med. Citroximum, Guilelmo Placentino, Rostrum Porcinum: A Petro Crescentiense Sponsa Solis: Herbariis seris syluestris, Picris syluestris, Amica solis, Solsequium cæruleum, Intybus erratica, Endiuia syluestris, seris Erratica, Cichoreum & Cichæa: Horat. Od. 31. lib. 1. dicitur Cicorea

..... Me pascunt Oliuæ
Me cicorea, leuesque Maluæ.

Italis dicitur Ciconia, Cicorea saluatica, Torno sole, Cicorea volgare, Girasole, Radicula, Radichio & Radechio. Hispanis Almerones & Cicoria. Gallis Cicchoree & Cichoree sauuage: Ægyptiis Agon: Vngaris Cicoria, Serap. lib. simpl. c. 143. Taraxacon: Auicen. Tarasacun. Aliis Arabibus, Taraxaten, Tarascqui, Tarsequi, Taraxacoron Ataraxacon, & Alteraxacon: Stephano Italiabbatis Glossographo ac Serap. Hundebe, Dundebe, Humdebe, Dumdebe, & Suasben: Germanis vocatur **Wegwart**/id est, Custos viæ, **Sonnenwendt**/id est, Solstitialis herba, siue solsequiū, **Sonnenkraut**/id est, herba solis etc. 2. genus dicitur Cichorium album: Italis Cicoria Bianca: Gallis cichoree blanc: Germanis **Weißwegwart**.

Tertium genus dicitur Cichoreum purpureum. Germanis **Leibfarb**/ siue **Purpurrote Wegwart**/etc. Quartum genus dicitur Cichoreum satiuum: Germanis **Zame Wegwart**. Quintum genus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 821 sur 1557

nus dicitur Cichoreum ſatiuum album. Sextum genus dicitur Cichoreum luteum. Septimum Cichoreum luteum Montanum, &c. Refrigerat ac mediocriter etiam adſtringit. Aqua ſtillatitia, Apoſtematis, & ardentibus febribus, trium vel quatuor cochlearium menſura pota, eſt vtiliſſima: dolores corporis & tuſſim mitigat: calorem reſtinguit ſuccus ſtomachi æſtum reprimit. Suauior vero ad vſum eſt aqua ſtillatitia. Oculorum maculas & hebetudinem ſtillatitia aqua efficaciter ſanat. Succus eadem poteſt, nonnihil tamen eſt debilior. Tuſa folia aut ipſa aqua cum linteolis illita, nigras & vrentes cutis puſtulas, quacunque corporis parte ſananti, æſtum quoque membrorum ſedant. Ad maculas & rugas extergendas, aqua ſtillatitia faciem mulieres lauant. Contra oculorum vitia tanta pollet virtute, vt collo ſuſpenſa radix caliginem pellere credatur.

Syrupus de Cichorea ſine Rhabarbaro, Nicolai: Recipe Endiuiæ domeſticæ & ſylueſtris Cichoreæ, Taraxaci, id eſt, ſeridis ſylueſtris, ana M.ij. Cicerbitæ, Hepaticæ, Scariolæ, Lactucæ, Fumiterræ, Lupulorũ ana M.j. Hordei non excorticati Vnc.ij. Alkekengi, Liquiritiæ, Capillorum Veneris, Ceterach, ſiue Scolopendriæ, Polytrichi, Adianthos, Cuſcutæ ana drach.vj. Radicum Fæniculi, Apii, Aſparagi ana Vnc.ij. Ferueant in aqua ſufficienti, & colentur, & cum Saccharo albo ſolido fiat Syrupus.

Syrupus de Cichorio cum Rhabarbaro, Nicol. Florent. Recipe Endiuiæ domeſticæ, Endiuiæ ſylueſtris, Cichoni, Taraxacon, ana. M.ij. Cicerbitæ, Epaticæ. Scariolæ, Lactucæ, Fumiterræ, Lupulorum ana M.j. Hordei non excorticati Vnc. ij. Veſicariæ, id eſt, Alkekengi, Glycyrrhizæ, capillorum Veneris, Aſplenii, Polytrichi, Adianti ana drach.vj. Rad. Fæniculi, Apii, Aſparagi ana Vnc.ij. Coquantur in aqua ſufficienti, & percolentur: deinde cum ſaccharo albo clarefacto fiat ſyrupus pro cuius vnaquaque libra inter coquendum adiiciantur Rhabarbari optimi drach. ſ. Spicæ Nardi ſcrup.iiij. Colligato in linteolo raro, quod ſæpe exprimatur, dum Syrupus conſiſtentiam iuſtam nanciſcatur. Valet contra omnem materiam venenoſam in alterando & mundifi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 822 sur 1557

cando eam, & proprie in anthrace, & similibus: valet & in febre pestilentiali. Confortat cor & nutritiua, mundificat materias per vrinam & secessum, & facit appetere cibum, ac inducit somnum.

Syrupus purgans bilem, Rondeletii: Recipe rad. Cichorii vnc.j. Glycyrrhizæ rasæ drach.ij Cichorii, Scariolæ, Buglossæ, Borraginis, Rostri porcini, id est, sonchi, Dentis leonis ana M.j. Prunorum, Sebesten ana paria xx. Passularum paria x. Anisi drach. ij. Thamarindorum vnc. j. Senæ Orient. Medullæ sem. Carthami ana drach.iij. Fiat decoctio, in colatura dissolue sacchari quantum satis est: fiat syrupus, addendo post clarificationem, vel in clarificatione ipsa, succi rosarum drach.ij. vel syrupi rosati laxatiui vnc. iiij. Cinnamomi drach.ij. Misce & fiat Syrupus.

Decoctū seu Apozema in febri tertiana vtile, Heurnii: Recipe Cichorii cum radice, Acetosæ, Endiuiæ ana M.j. Semina quatuor frig.ma.vnc.ſ. Rad. Graminis, Asparagi maceratarum in aceto ana drach.iij. Fiat decoctio ex aqua, ad lib.j. colaturæ colatæ adde Sacchari albi, succi Arantiorum, vel Granatorum, aut syrupi de acredine citriorum ana vnc. iij. vel in fine decoctionis, adde Aceti acerrimi & mellis optime despumati ana vnc. iij. Fiat Apozema clarum, quod aroma trahat, ex Santal. arborum Syrup.ij. Æger ter vel quater ex hoc bibat.

Cucurbitam trahit Ruellius à concuruatu dictam, quod facile, si quid obstiterit, aut fuerit impedimento, quo minus incurueſcat, extendatur. Græci Colocynthen nominant, ex contrario nimirū, vt idem sentit, nomine imposito, quod videlicet parui ac humiles sint eius partus, quos passim enititur, cum corporis mole omnes herbarum arborumue fructus superare videantur. Germani ad Latinum alludentes **Kürbß** appellant. Galli Courge. Duo sunt Cucurbitæ genera: satiua & syluestris. Cucurbita satiua Græcis κολοκυνθη ἐδώδιμος, hoc est, Cucurbita esculenta, tres habet species, Maiorem, quæ Cameraria Plinio dicitur: minorem, quæ Plebeia: Tertiam quæ oblonga vocatur. In sola magnitudine seu forma est differentia: aut enim fructus in longum prorogatur, aut in orbem collectus intumescit, aut in breue crassamentum cogi-

cogitur. Reptantibus in altum scandunt flagellis, in ramosque vitis modo se diffundunt, qui ob caulis infirmitatem humi sparguntur, nisi adsit cui innitantur: folium ferunt rotundum, Personatiæ aut Asari foliis simile, floremcandidum: fructum caloris primum herbacei, mox flaui, pyriforma turbinatum, qui aut in longum prorogatur, aut in orbem, aut in aliam formam cogitur. Cortex recenti tener, inueterato durus, adeo vt poculi vinatii vicem præbeat.

Maior porro seu Cameraria facili & admodum flexibili ramorum curuitate, tecta, pergulas & testudines operit: Minor seu plebeia, suis flagellis humi repit. Præterea tertia species est oblonga German. Lang Kürbß. Prædictis per omnia similis, nisi quod fructus eius in longum extenduntur. Quomodo longa, crassa, aut lata fiat cucurbita, his versibus docet Columella:

——Prægnansque cucurbita serpit,
Vna neque est illis facies: nam si tibi cordi
Longior est, gracili capitis quæ vertice pendet,
Et tenui collo semen lege? siue globosi
Corporis, atque vtero nimium quæ vasta tumescit,
Ventre leges medio, sobolem dabit illa capacem
Nariciæ picis, aut Actæi mellis Hymetti
Aut habilem lymphis hamulam, Bacchoue lagenam
Tum pueros eadem fluuiis innare docebit.

Tradunt etiam si florem, vel primum fructus rudimentum, sicut in sua vite est, in forma fictili clauseris ac ligaueris, qualem vultum figura hominis vel animalis, talem Cucurbita, & Cucumis quoque effigiem præbebunt. Multo grandiores tam Cucurbitas, quam Cucumeres semina parere, quæ inversis capitibus obruuntur, ferunt. Riguis & aquosis maxime locis gaudet: omniumq; maxime rigari desiderat. Semina in vere mense Aprili in terram pangũtur à nonnullis noctis prius spacio in lacte humectata. Fructus vero sub autumni plerunque finem, ob frigiditatem, cœli in Germania primũ matureſcit. Refrigerat Cucurbita & humectat

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 824 sur 1557

in ſecundo ordine. Cucurbita in ſtomacho quidem minus ob frigiditatem commoda: tenera tamen adhuc & mollis hunc in modum nonnullis coquitur: Exterior cortex amouetur, reliquam ſubſtantiam cum nucleis adhuc immaturis in aqua tepefaciunt, ac Braſſicæ inſtar capitatæ minutim conſcindunt, & cum cepis, butyro & ſale coquunt. Macilentis hominibus cibus is prodeſt. Alii orbiculatim ſciſſam Cucurbitam immaturam pomorum inſtar in butyro torrent. Vinum ex recenti excauata Cucurbita noctis ſpatio relictum, ieiuno potum ſtomacho, ventrem purgat. Aqua ſtillatitia ex immaturis cucurbitis, ardentibus febribus, quarum calor nullis aliis medicamentis reſtingui poteſt, prodeſt: extrinſecus etiam cum linteolis, ad calorem reprimendum, cordi applicatur. Ex immaturis cucurbitis aqua ſtillatitia certum eſt auxilium aduerſus capitis vehementem æſtum & ardorem. Succus, in defectu aquæ, idem præſtat, ſimili ratione cum linteolo capiti admotus. Oculorum & aurium inflammationibus ſuccus & aqua auxiliantur: Omnibus in ſumma corporis inflammationibus, & calidæ podagræ fert opem.

Cucumeres Varroni à curuitate ſunt dicti, quaſi curuimeres. German. **Cucumern**. Græcis Sicys & Sicyon dicuntur, ἀπὸ τῦ σέυδειν, ἢ κυίειν, id eſt, quod Venerem cieant, vt Demetrio placet, ex contrario videlicet nomine impoſito, ſiquidem Venerem cohibet & reſtinguit. Vnde prouerbialis verſiculus qui inter epigrammata recenſetur.

Τὸν σίκυον πρώγουσα γυνὴ τλῶ χλαῖναν ὕφαινε.

Hoc eſt:

Cucumeres prandens mulier Chlænam faciebat.

Quo innui videtur, rarum eſſe vt textrices pudicæ inueniantur: vel quod ſæpe coſti & temperantes impudici & intemperantes fiant. Textrices enim plerunque, teſte Ariſtotele, ſunt impudicæ, & ad Venerem procliues. Cucumeris vero natura eſt, vt Venerem reprimat. Hoc itaque prouerbiali verſu licet vti, cum ſignificare volumus aliquem à bonis moribus ad prauos deſciuiſſe. Vt veſcens cucumere mulier, pro pudice ſumatur, quæ Chlænam texuerit,

xuerit, hoc est impudica facta sit. Aliam tamen iocosam interpretationem licebit affingere ex natura similiter cucumeris, quæ est ciere aluum: vt suadeat hic Versiculus, opus esse vt vescens Cucumere chlænam texat, vt nimirum, propter alui solutionem, habeat quo sepurget. Athenæus tamen hunc in modum citat: Texens pallium mulier Cucumerem deuoret, quod nimirum consulat adagium textricibus edendos esse cucumeres, vt impetus infrænetur & elangueſcat: quæ interpretatio videtur adagiorum naturæ repugnare: nec si hæc sit expositio, adagii loco veniet habendum. Sed hæc parergos ob prouerbialem versiculum libuit adiicere. Iam ad rem ipsam. Cucumer seu Cucumis communis est appellatio ad Citrullos, Meionas, & Pepones: in hos enim cucumeres degenerant. Pepones enim dicuntur, qui natiuam magnitudinem excedunt, vel in longitudinem procedunt. Melopepones vero qui effigiem mali raferunt, humique rotundantur, facta ex malo & Pepone appellatione. Sola igitur figura & quantitate differunt. Palladius communi appellatione Melones vocat. quasi Pomeos: quæ potissimum inualuit appellatio. Hinc tria cucumerum satiuorum statuuntur genera: Primum simpliciter cucumis dictum hodie citrinum cognominatum. Alterum Pepon. Tertium Melon. Primum genus, quod simpliciter Cucumis appellatur, Citrinum, à colore flauo cognominatum. Sarmentis viticulisque serpit prælongis, inque ramos vitis: modo se diffundit, fulcimento cui innitatur, in infirmitatem indiget: Folium habet oblongum, angulosum, florem luteum, fructum cartilagineum, & interdum maculosum, coloris vel herbacei, vel citrini, vel nigri. Plures habet species, sola forma & quantitate differentes. Prima est Cucumer vulgaris, fructum ferens maculosum & oblongum. Aëtii volunt hanc esse Anguriam, qui Sicya hoc nomine appellari scribit. German. Gemein Cucumern / & Gurcken / facta allusione ad nomen Anguriæ. Altera species est, quam Turcicam vocant, priore foliis, flore & fructu maior procerior, sed absque maculis. Citrullum aliqui hanc Cucumeris speciem nominant, & citreolum, à citrino seu flauo admodum fructus colore. Germani-

manicè Türckiſch Cucumern. Incognitus officinis. Tertiam ſpeciem Cucumerem nominant marinum. Turcio per omnia ſimilis eſt, niſi quod minora ſunt omnia fructus vero rotũdus. Vulgo zucco marinum. Germ. Meer Cucummern / Indianiſch Opffel. Offic. incognitus. Quarta ſpecies eſt quam officinæ Citrullum vocant. Germ. Citrullen. Vnde Cucumis Citrullus dici poterit. Foliis naſcitur fere Colocynthidis, diſſectis multifariam & inciſis, fructu rotundo, herbacei coloris, ſemine lato & in rufo nigricante. Hæ ſunt præcipuæ primi generis ſpecies. Præter quas plures quantitate & forma differentes erit inuenire. Solo gaudet pingui locisque apricis. Matureſcunt Iulio præcipue. Secũdum Cucumerum ſatiuorum genus eſt Pepon, à matureſcendo nomen habens: tener enim & mitis maturitate flacceſſit. Germ. Pfeben. Serpit hic vite prælonga, flagellis vltro citroq; reptantibus, frondibus fere vitigineis, ſcabris, flore luteo, fructu cartilagineo, orbiculatim ſtrato, promulis paluinorum toris, ſtrigilibus in vertice pomi & vmbilico coeuntibus, ibidemque ſtellatim decuſſatis, cute aſpera, velut lentiginibus occupata, carne intus ſuaui, ſeminibus in vtero liratim digeſtis. Locis ſimiliter gaudent cultis, & apricis: nubila & pluuias multas fugiunt: rigari tamen crebro expetunt. Tertium genus Melones hodie nominant, German. Melaun. Pepone eſt rotundior, mali cotonei effigie, mitior item ac ſuauior: in reliquis cum eo conuenit. Ex hoc genere Melopepones vocant eos, qui non pendent, ſed humi rotundantur, & ſeſſiles procumbunt. Vocabulum vt dictum eſt, ex malo & Pepone facto. Cucumeres humidi & frigidi in ſecundo ſtatuuntur genere. Arida vero ſemina in primo exiccanrium, vel ſecũndi initio locantur. Cucumeres, Melones, & Pepones pariter inflammationibus proſunt. Omnium nuclei ad ſtranguriam, renum veſicæque mala ſunt remedio. Vrinam ducunt: & ſi in aceto macerentur, in acutis præſertim febrib. calorem minuunt. Crebrior autem vſus ſemen genitale minuit. Cucumerum ſemen ſiccatum caliditatem quandam poſſidet, contrariaque his, Simeone Sethi teſte, actionem efficit, vrinamque magis ciet. Gignunt cucumeres pituitam glutino-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 827 sur 1557

tinosam in ventriculo, quæ cruda per venas diffunditur. Propterea crebrius his vtentes, Febribus longis corripiuntur. Calidos autem & siccos stomachos iuuant. Deficientes animo, propter excedentem calorem, reficiunt. Sin pituitam nanciscantur, nauseas faciunt, & colicos affectus, & hypochondriacas passiones. Hæc Simeon Sethi de Cucumere satiua.

De Pepone idem autor refert. Noxium Pepon humorem in corpore gignit, præsertim si non probe concoctus: Pituitosi quidem vt superpotent: sed qui flaua bile tentantur, acetosum acreque bibant, ne bilem augeant. Omnes vero post Peponem probi alimentique succi cibos comedant, hi enim malignitatem eius auertunt. Est autem facilis mutationis Pepon: Nam si phlegma in corpore offendat, seu bilem flauam, in eas statim mutatur. Dulcis vero biliosis maxime est noxius, & maturus valde pituitosis: difficilius, qui dulcis est digeritur. Quicunque autem habent calidum ventriculum & flaua bile infestantur, læduntur si Vinum superpotent: Cum suapte natura facile reddatur, & vinum mox amplius eam augeat facilitatem, acrioremque efficiat humorem in eiuscemodi corporib. & nauseæ idoneum: extenuat quoque crassos & biliosos humores. Conuenit vero vt pituitosi de Pepone id sumatur, quod in eo substantia molle est & laxum, hoc est, quod semini est proximum, hoc enim non facile corrumpitur. Qui vero hos sumpserint, non statim alia cibaria absumant, nam ea corrumperentur immutarenturque. Tradunt quoque calculosos non oportere panem esse confestim, ne videlicet eius glutinositas in renes protrudatur, nisi sit optime fermentatus. Aiunt nonnulli Pepones longiores meliores esse rotundis, vt qui magis vrinam cieant & abstergant. Omnes autem ventrem ducunt. Quibus autem venter magis subducitur iis minus nocetur. Veneris stimulos & genitale semen minuit. Pepon vero qui Sarracenicus dicitur, frigidus & humidus est, vtilisq; ad æstuantes febres: iuuat & ventriculos calidos. Frigidos vero suo temperamento, & stomacho humidis, admodum sunt noxii. Semina melonum, cum eorundem succo cocta & farina mixta, formata

in pa-

in pastillos, & in sole exiccata, ad faciei maculas extergendas cum vino prosunt.

Dens Leonis: Theophrast. 7. hist. 7. & 11. Græcis dicitur Α'φάνη & Plin. ἡδυπνόις: Latinis Aphaca & Hedypnois: Herbariis Aphaca Theophrasti, Item seris Vrinaria, Herba vrinaria, Vrinaria, quia Diureticum est, seris somnifera, quia somnum commouet, caput Monachi, corona Monachi, Corona sacerdotis, Rostrum porcinum, Arnoldo Villanouano Herba Imperatoris, aliis Dens leonis, quoniam folia talia apparent: Italis dicitur Pisso in letto, siue Piscia à letto, id est Lectiminga, Dente di cane, Pisso di cane, Girasole, Mirasole, Gruni, Hetruscis cazzalepte: Hispanis diente de zeon, siue Dente de Leon: Gallis Pissenlict & Dent de Lyon: Germanis Pfaffenblat. Secundum genus dicitur Dens leonis altera & Deus Leonis Mompeliaca: Petrus Andreas Matthiolus vocat Cichorium Constantinopolitanum: Alii Cichorium Bizantinum & Cichorium bulbosum. Græcis Κιχώριον πολύ'ῤῥιζον, Cichorium Polyrrhizon, Cichorium Asphodelinum: Italis Cicoria Constantinopolitana: Germanis Türckisch Wegwart/ id est, Cichorium Turcicum. 3. Cenus Dens Leonis Tertius vocatur Germanis Löwenzan/ &c. Refrigerat atque mediocriter astringit Eius Vsus Internus Externusque est.

Coriandrum vulgo, Græcis Corianon, aut Corion: Ita dictum à cimicibus, quos Græci κόρυς vocant: quod folia eius & Caulis adhuc virens, cimices olent: Germanis Coriander. Tametsi herba sit, virosum & tetrum spirans odorem, hortense plane est, & studiose seritur ac colitur: Eius enim grana dum resiccantur halitum grauem & ingratum deponunt, & suauiter olent. Surculus ei admodum tenuis, teres, cubitalis & ramosus, folia primo exortu adianti similia, laciniosa, in tenues ac varie incisa; nam eorum pars cauliculo propior minus; remotior, magis secatur; flosculi candidi sunt in vmbellis laxis; semen nudum, rotundum, firmum, nonnihil striatum, ac inane, quod primum viret, dein arescens ex luteo albicat; radix breuis, dura, ac fibrosa: Semen aceto solet præparari ad qualitatis cuiusdam inimicæ castigationem, quam tamen

tamen ſola deſiccatione amittit, & innoxie ſine prę̃paratione ſumitur. Calida ſunt & ſicca omnia Melantii genera in ordine tertio. Diſcutiunt & educunt. Semen nigellæ, in vino per aliquot potum dies, vrinam ciet & menſes, lumbricos pellit, lac nutricibus auget, pulmonem purgat, pectus ſoluit, tormina ſedat Semina autem non viridia, nec etiam copioſiora aut frequentiora ſunt ſumenda: corpus n. ſic lædunt. Extra corpus adhibita ſemina, eaſdem cũ coriano vulgari vires habet, tumores, œdemata diſcutiũt, papulas & ſerpiginem ſanant, inflammationeſque impoſita reſtinguunt. Tuſum ſemen cum aceto roſaceo fronti circumlitum, phreneſi medetur. Syluęſtris nigella viribus & odore etiam eſt præſtantior. Serpentes & venenata ſylueſtris nigellæ fumus fugat. Ad orthopnœas & defluxus capitis facit odoratum, præſertim ſi calefactum fuerit, vt Simeon Sethi teſtatur. Tritum item, & cũ aceto ventri impoſitum, lumbricos necare dicitur, vt idem eſt autor.

Epithema ad ventriculum bilioſum, Andernaci: Recipe acetoſæ, endiuiæ ſatiuæ ana m.j. Altheæ cum rad. m.ſ. Abſinthii ſicci m.ſ. Roſarum rubr. p.j. Coriandri præparati vnc.ſ. Santalorum omniũ ana drach.j ſ. Baccarum berberorum drach.ij. Decoquantur ex aquæ libris duabus in ſacculo ad tertias: poſtea addantur ſucci cotoneorum drach.iij. vtitor vt ſuperioribus.

Flos Aphricanus: Valerius Cordus vocat tanacetum Peruuianum, alii chryſanthemum Tunetanum, caryophyllus Indicus, flos Tunetanus, flos Aphricanus, flos Indicus, tagetus Indica, Cunrado Geſnero Caltha Aphricana: Tabernæmontanus dicit eſſe Lycoperſium de quo Gal. lib. de ſimpl. medicament. facult. Græcis Λυκοπέρσιον: Italis Garofano Indiano & fiore Indiano: Gallis oeillez; d'Inde, & roſier d'Inde, in Africa dicitur pedua. Germanis dicitur *Sammatb'um*. Eius ſunt 5. genera. Primum dicitur tanacetum Africanum minus flore ſimplici, tanacetum Peruuianum: 2. Tanacetũ Africanum minus flore pleno. 3. Tanacetum Africanũ maius ſimplici flore. 4. Tanacetũ Africanũ maius flore pleno. 5. Flos Africanus maior aureus multiflorus, &c. Eius vſum quære apud Medicos.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 830 sur 1557

CAP. XXXVIII.

De Gramine Holoſtio, Herba Iacobæa, Hypochœri, Hyoſeri Hieracio, Hyacintho & Hauena.

Gramen Græcis Ἄγρωστις, αἴγικον, Apuleio αἰγικὸν & αἱματικὸν, Ἀσυφύλιον, Ἀμαξίπις; Latinis Agroſtis, Ægicon, Amaxitis, Aſyphylium, Vniola & gramen: Apuleio Aſſefolium, Ægichum & Hæmaticum: Theophraſto πόα, Italis gramigna, gramegna & gragmine: Cretenſibus Agroſti: Hiſpanis gramenha, grama & grama yerua olim aparia Dioſ. lib. 4. c. 26. Gallis grame herbe, & de l'herbe: Ægyp. Anuphi: Affricanis Iebal & Ebal: Vngaris Porye, Serap. lib. ſimpl. c. 119. Thel & Negil: Auicenna Thil: Ruſio Tithagra: Aliis Arab. eſt Vagen, Negen, Negien, Kel, Negil, Nagien, Phegē: Auicen. Theil & Teideken: Anglis ac Germanis *Graß*. ſecundum genus dicitur gramen paniculatum pratenſe maius 3. gramen geniculatum ſiue nodoſum. 4 genus gramen quartum. 5. genus Plinio lib. 25. c. 8. dicitur canaria: herbariis cynagroſtis, gramen canarium, gramen caninum, aliis dens canis, Item gramē medicatum: Gallis chiendent, & dent de chien: Italis gramigna: Hiſpanis gramenha & grama. 6. Dicitur gramen canarium ſiue caninum ſupinum, & gramen canarium minus. 7. & 8. dicitur gramen caninum maritimū, geniculatum caninum maritimum, gramen caninum maritimum alterum, caninum longius radicatum marinum alterum: Item gramen caninum tertium & quartum. 9. genus dicitur gramen ſegetale ſiue aruenſe paniculatum. 10. gramen ſulcatum, gramen ſtriatum, gramen ſabaudum, gramen Hiſpanicum & gramen pictum: Gallis Aguillettes d'Armes. 11. Heragroſtis, gramen amoris, & gramen paniculatum ſatiuum: Hiſpanis Amourettes. 12. gramen ſorghinum. 13. gramen cenchroides & gramen miliaceum. 14. gramen lucidum. 15. gramen paniculatum minus album. 16. gramen paniculatum minus rubrum. 17. gramen auenaceum. 18. gramen minus duriuſculum. 19. gramen alopecurinum. 20. gramen alopecinum. 20. gramen alopecurinum tertium. 21. gramē typhoides culmo reclinato. 22. gramen ſpicatum Garyophyllatæ foliis. 23. gramen Rauiſum & gramen Rabinum. 24. gramen phalaroides. 25. gramen bul-

bulboſum,gramẽ tuberoſum & nodoſum,&c. Omnia genera ſunt frigida cum adſtrictione : Eorum vſus tam internus quam externus:deſtillantur in aquam & præparantur in vinum.

Decoctum radicis in potu tumoribus & vrinæ difficultatibus medetur. Calculoſa quoq; veſicæ excrementa comminuit. Semen vehementius vrinam impellit : aluum vomitioneſq; ſiſtit. Radix graminis trita & illita, vulnera glutinat : quod idem decoctum gramen,& herba tuſa præſtat: tueturque & ab inflammationibus, vt ſcribit Plinius placat. Decocto vinum & mel adiicitur: ab aliquibus thuris, & piperis & myrrhæ tertiæ portiones: rurſuſq; coquitur in vaſe æreo,ad dentium dolores & epiphoras. Semen venenatis morſibus auxiliatur.

Gramen Harundinaceum Græcis Καλαμάγρωστις: Latinis Calamagroſtis & gramen Harundinaceum: Germanis *Riedtgraß, &c.* 1.genus dicitur harundinaceum maius. 2.gramen harundinaceum minus. 3 gramen harundinaceum paniculatum. 4.gramen harundinaceum aruenſe: Tria prima genera venenoſa ſunt. 4.tantum à pecoribus editur. Gramen mannæ, Manna cœleſtis, gramen eſculentum,gramen cereale,capriola,herba capriola,& ſanguinella: Italis capriola, herba capriola, & ſanguinella: Germanis *Himmelsdau,&c.* Herba cum ſemine & radice ſunt diuretica: optimum nutrimentum pro pecoribus. ſemine vtuntur cum iure carnis pro alimento. Semen hoc præſtantius erit oryza & fœniculo.

Gramen parnaſſinum: Græcis ἄγρωστις ἐν παρνασσῷ: Latinis gramẽ Parnaſſi ſiue gramen Parnaſſinum:ſecundum genus dicitur flos hepaticus,gramen hederaceum, & hepatica alba : Nonnulli vocant pirolam pratenſem, pirolam albam ſiue pirolam minorem. 3.genus dicitur gramen Parnaſſi pleno flore.

Herba hæc cum ſemine pellunt vrinam : ſecundum & tertium genus in chirurgia adhibentur,tam interne quam externe, & præſertim in potionib. vulnerariis vti videre eſt apud D. Iacobum Tabernęmontanum in libro 1. ſui herbarii,pagina 547.&c. Gramen aquaticum, Hydragroſtis : Italis Gramigna Acquatica, Græcis ὑδράγρωστις. 1.genus vocatur gramen aquaticum: Germanis *waſſergras*: 2.genus dicitur gramen aquaticum ſpicatum. 3. gramen aqua-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 832 sur 1557

ticum geniculatum. 4. Gramen aquaticum harundinaceum paniculatum: eorum vſus nullus, neque nobis aut pecoribus. Gramen fluuiatile duum eſt generum. 1. genus dicitur Ἀγρωστις πόαμος: Latinis gramen fluuiatile: Italis Gramigna di fiurne: Germanis *Flutgras*: 2 genus dicitur gramen fluuiatile album. Italis gramigna di fiunce bianca, Germanis *Weisflutgras* &c. Auget hoc gramen lac in pecoribus, alias nullus eius vſus in Medicina, neque pro alimento, &c.

Gramen typhinum: trium eſt generum. 1. dicitur Gramen typhoides aſperum: 2. Gramen typhoides aſperum alterum. 3. Gramẽ typhoides ſpica multiplici: Eorum nullus eſt vſus.

Gramen Cyperoides: Eius ſex ſunt genera. 1. Gramen Cyperoides Germanis *Cypergras*. 2. Gramen cyperinum piloſum. 2. Gramen cyperinum paluſtre. 3. Gramen cyperinum paluſtre minus. 4. Gramen cyperinum nemoroſum: 6. Gramen cyperinum maius, &c. Eorum nullus vſus neque pecoribus neq; hominibus. Gramen ſanguinarium: græcis Ἰσχαιμος: Latinis Iſchæmum, herbariis Gramen ſanguinarium: Germanis *Blutgras*, quia ſanguinẽ cohibet teſte Theophraſto: 2. Genus vocatur Iſchęmum alterum, gramen Dactylon ſpicis villoſis: Aſtringit eius vſus ab extra & intra. Gramen iunceum ſiue ſchænagroſtis: Eius ſex ſunt genera: 1. Genus vocatur gramen iunceum ſyluaticum ſiue nemoroſum: Germanis *Waldtbiesgras*, &c. 2. Gramen iunceum aquaticum maius. 3. genus, Gramen iunceum alterum. 4. Gramen iunceum ſpicatum. 5. Gramen buforarium, Gallis herbe aut crapans ſiue crapaudine. Eorum nullus eſt vſus. Gramen ſyluaticum ſiue gramen nemoroſum: Italis Gramigna ſeluatica: Eius genera ſunt 4. Primum dicitur gramen nemoroſum alterum. 2. Gramen montanum ſpicatum. 3. Gramen nemoroſum tertium. 4. Gramen ſyluaticum piloſum: Italis Gramigna ſeluatica peloſa. Eorum etiam nullus omnino eſt vſus.

Gramen paniceum, herbarii vocant Elymagroſtin: Eius genera ſunt tria. 1. dicitur panicum ſyl. ſimplici ſpica. 2. genus dicitur panicum ſyl. ariſtis armatum: 3. panicum ſyl. ſpicis nigris, &c. Pecora edunt, in Medicina vero nullius ſunt vſus.

Gramen marinum, Canpophyllus marinus, moly marinum: Rembertus Dodonæus vocat Gramen polyanthemum: Alii putant

putant esse statice Plinij lib. 26. c.8. Eius genera sunt duo, gramen marinum maius & gramen marinum minus. Plinius statice naturam esse constipandi fluxus alui dicit.

Gramen tomentarium, tomentum pratense, lana pratensis, iuncus bombycinus, erioschœnus, linoschœnus; Hieronymo Trago & Valerio Cordo linum pratense; Rembertо Dodonæo gramen eriophorum, aliis gramẽ laniferum, quibusdam linagrostis: Germ. *Flacksgras*: In colica & fluxionibus alui decoctum cum vino, subuenit.

Gramen leporinum: Gramen tremulum, panis leporis, & linus Diuæ Mariæ: Germanis *Hasengras*. Nullus eius in Medicina vsus.

Gramen Hirundinaceum Montanum, Calamagrostis Montana, Germanis *Bergriedtgras*: Et eius nullus vsus medicinalis est.

Gramen floridum Ioanne Ruellio & aliis putatur esse Holostium Dioscoridis: Itali simpliciſtæ putant esse chamæcissum Oribasii: Nostri vocant gramen leucanthemum, gramen floridum, gramen virgineum: & eufrasia graminea: Germanis *Augentroſtgraß* &c. Herba hæc habet naturam frigidam & siccam: Eius succus in oculorum affectionibus adhibetur ab extra; Ad intra & extra conuenit aqua destillata ex floribus in iisdem affectibus.

Holostium Caryophyllæum: duum est generum, 1. vocatur quibusdam Cardiogrostis, & Holostium caryophylleum, item caryophyllus holostius, & caryophyllus aruensis hirsutus flore maiore. Germanis *VVeis nagkingraß* &c. Secundum genus vocatur holostium caryophyllæum aruense, Germanis *VVeis ackernagkingras*: C.B. Caryophyllus aruensis vmbellatus. Hæc duo genera placuit in genere gram. relinquere, propter ordinem: alias sunt caloris temperati, & sicci temperamenti: primum genus vsurpatur in palpitatione cordis, aliisque morbis item cardiacis, item contra epilepsiam, paralysin præparantur flores in conseruam, destillantur in aquam: Externe vtitur in contracturis aliisque membris luxatis &c.

Clyster ad comminuendum calculum. Rondeletii: Recipe rad. graminis, apii, petroselini, asparagi, althææ glycyrrhizæ ana

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 834 sur 1557

vnc.ij. betonicæ, saxifragiæ, fœniculi marini, lunatiæ ana m.j. sem. Alkekengi, milii solis, sem. palyuri ana vnc.j. Fiat decoctio. In libra vna dissolue succi parietariæ, vel fœniculi marini, vel raphani vnc. j. olei scorpionum vnc.iij. Mise, iniiciatur.

Herba Iacobæa, herba diui Iacobi, flos diui Iacobi: Italis dicitur herba di santo Iacomo, cardocello maggiore & spelliccioſa maggiore: Gallis herbe du S. Iacques & fleur du S. Iacques. Germanis *S. Iacobskraut*. Secundum genus vocatur Iacobæa marina & cineraria: Eius vsus internus atq; externus in vulneribus & guttu-ris oriſque tumoribus ac vitiis.

Hypochœris græcis ὑπῳχοιεὶς, aliis ἱππῳχοιεὶς: Latinis hypochœris & hippochœris, legitur de eo apud Theophraſtum lib7. cap.7. Plinium lib. 21. cap. 15. Theodorus Gaza vocat porcelliam. Germanis dicitur *Ferckinkraut*. In temperamento eſt frigido & ſicco: eius vſus poteſt eſſe alimentarius ac medicamentoſus &c.

Hyoſeris, græcis ὑόσειρις ſiue ὑόπειρις id eſt intybus & ſeris. Porcina: Latinis hyoſeris, hioſeiris, hioſciris: primum genus dicitur hyoſeris maſcula & hyoſeris latifolia, ſecundum vero dicitur hyoſeris anguſtifolia & hyoſeris fœmella: Germanis *klein Ferkleinkraut* &c. Frigidam & ſiccam habet naturam. Eius vſus poteſt eſſe alimentarius, ac medicamentoſus, præſertimque in vulneribus.

Hieracium Græcis ἱεράκιον, Σογχίτης, Apuleio θελδαξ ἀγρία, & Ἀσπίδιον ſiue Ἀσπίδελον: Latinis Hieracium, Plinio Hieracia, Dioſcoridi ſonchites & lampuca, Apuleio lactuca ſyluatica, aſpideium ſiue aſpidelum: Herbariis accipitrina & lactuca accipitrina. Italis Hieracio: Ægyptiis Iobonſos: Germanis *Habichtskraut* &c. Eius 18. ſunt genera, 1. eſt Hieracium Dioſcoridis, græcis ἱεράκιον μέγα, & Σογχίτης μέγας. Latinis hieracium maius, ſonchites maior, herbariis accipitrina maior: Africanis ſithileas: Italis hieracio maggiore: Gallis grande cichoree iaulne: Germanis *gros habichtskraut* &c. 2. Græcis ἱεράκιον ἕτερον & ἱεράκιον μικρὸν: Latinis hieracium alterum, hieracium minus: Herbariis accipitrina minor: Africanis ſithileſade & ſitheſſade: Italis hieracio minore:

nore: Gallis coyon de galho hierna, id est herba testiculi galli: 3. hieracium nigrum. 4. genus dicitur lactuca leporina. 5. Vocatur hieracium aphacoides, Theophrasto aphaca. 6. genus hieracium intybaceum. 7. Hieracium macromizon. 8. Hieracium plomoides. 9. Hieracium intybaceum asperum. 10. Hieracium Monspeliacum vel hieracium Narbonense. 11. Hieracium chondriloides. 12. Hieracium latifolium montanum primum. 13. Hieracium montanum latifolium secundum. 14. Hieracium latifolium montanum tertium. 15. Hieracium sabaudum & hieracium montanum angustifolium. 16. Hieracium angustifolium secundum. 17. Hieracium montanum angustifolium intybaceum. 18. Hieracium echioides & buglossum luteum. Omnia hæc genera habent naturam frigidam, siccam & contrahentem. Vsus eius ab intra & extra venit vsurpandus in medicina.

Hyacinthus Latinis vaccinium. Officinis incognitus: Albus est & cæruleus. Albus dicitur respectu cærulei, non quod prorsus sit albus, sed quod ad cæruleum collatus pallescere videatur. Germa. fœminam appellant.

Alii tamen probabili sententia, eundem volunt esse Hyacinthum album, & cæruleum, ætati pallidiorem formam adscribentes: Siquidem cum adolescunt, pallescere incipiunt. Quorum placet sententiæ subscribere. Cæruleus itaque Hyacinthus, quem & marem vocant, triplex inuenitur florum differentia: maximus, maior & minor.

Nascitur in nemorib. mense Martio & Februario erumpens, vnde Germanicam etiam appellationem sumpsit. Folia bulbo similia, vt describit Dioscor. habens caulem dodrantalem, leuem, minimo digito tenuiorem, viridem, comam habet adiacentem incuruam, plenam florum purpureorum, radicem bulbosam. In floribus vero differunt: In minore enim flores sunt maiores & patentiores, vt figura idipsum commonstrat: In maiore vero minores & quasi orbiculati sunt.

Florem fert in Martio, quo tempore & viola. Verum quod ad flores Hyacinthi attinet, quos poetæ scribunt inscriptos esse literis, seu voce αἶαι. Ouid. enim 13. Metamorph. ait:

Ipse suos gemitus foliis inscribit, & αἶαι Flos habet

betinſcriptum, funeſtaque littera ducta eſt. Et paulo poſt: Littera communis mediis pueroque viroque, Inſcripta eſt foliis, hæc nominis, illa querelæ. Præterea Theocritus Idyl. 19. Nunc Hyacinthe ſonet tua litte ra, ſcilicet αι αι. Non tamen hoc ſatis eſt αι αι, plus ergo loquatur, Litterulaſq; velis foliis inſcribere plures. Hæc noſtro Hyacintho non conuenire haud negamus. Sed Hyacinthum cuius poetæ meminerunt, ab hoc diuerſum facimus. Flos enim ille quem ex Aiace fabulantur extincto natum poetæ, ex candido rubens, literis hyacintho ſimilis videtur, vt teſtis eſt Pauſanias, ob quod eundem hyacinthum poetæ nominarunt rubentem, velut Verg. cum inquit: Et ſuaue rubens hyacinthus. Vnde conſtat duplicem eſſe hyacinthum: alterum cæruleum, quem Dioſcorides & alii deſcribunt: alterum vero purpureum, ſeu rubentem à ſimilitudine alterius ſic dictum, cuius meminerunt poetæ. De quo Verg. Dic quibus, inquiens, in terris inſcripti nomina regum Naſcantur flores. Hyacinthum intelligens rubentem, in quo regis Aiacis primæ literæ, videlicet αι efformantur.

Vires ac temperamentum. Radix hyacinthi exiccatin primo ordine, refrigerat vero in ſecundo completo, vel tertio incipiente. Radix ſumpta, vt ſcribit Dioſcorides, vrinam ciet: phalangiorum quoque morſibus auxiliatur: ſemen cum vino potum ictericum morbum pellit. Cum albo vino trita radix & illita, puberiatem, referente Dioſcoride & Plinio, coercet, nec patitur erumpere.

Hauena græcis Βρῶμος, ſiue Βρόμος & Βόρμος, per tranſpoſitionem literarum Ἀκρόπλος & Σιφώνιον: Latinis bromus acroſpelus, ſiphonium, & Auena Serap. lib. ſimpl. 126. Arabice churtal, aliis pomelarſich. Italis vena, lauena, geua, auena & biaua. Hiſpanis auena & auea: Gallis aueyne & auoyne; Vngaris zab: Germanis *Haber*. Secundum genus dicitur auena nuda: Germanis *Nackenter haber*, Gallis farina eius dicitur grualdum: Latinis auena farina: Naturam habet frigidiorem hordeo, conſtipandi etiam vim habet: Eius vſus eſt medicamentoſus tam internus quam externus; deſtillatur etiam in aquam, tempore neceſſitatis fit inde panis Auenaceus dictus.

CAP.

CAP. XXXVIIII.

De Hyoſciamo, Intybo, Hordeo lente paluſtri Lactuca & malua.

HYoſciamus Græcis, Latinis Suilla faba, quod ſues, vt autor eſt Thanus, paſtu huius herbæ roſoluantur, & conuellantur: ſed remedium nouere: aquas n. ſtatim adeunt, & cancros venantur, atque ita protinus ſalui fiunt. Latinis Apollinaris quod Apollo ſit eius inuentor. Arabibus alterum, quod qui biberint, vt authoreſt Antonius Largus, caput graue veniſq; diſtentum habent, menteq; abalienantur, cum quadam verborum altercatione. Officinis corrupte iuſquiamus, Germ. *Bilſen, Bilſamkraut.* Tria ſunt eius genera: nigrum, flauum, & album, à ſeminis forma cognominata. Frutex eſt aſpectu triſti, folio lato, longo, pingui, hirſuto, venoſo, & laciniato: caulibus craſſis, equorum latere flores prodeunt, tanquam malorum puniceorum cytini, muricatis calycibus, ramos continua ſerie veſtientibus, ſemine intus papauens refertus. Primum aũt genus floribus eſt fere purpureis, folia ſmilacis, nigro ſemine, cytrinis duriuſculis & ſpinoſis: alterum floribus effigie mali, foliis & folliculis ſimplicioribus, ſemine irionis ſubflauo. Vtrumq; inſaniam & capitis vertiginem pariens, ac proinde abdicantur vſu. Tertium eſt medicis in vſu, pinguius cęteris, molle, lanuginoſum, floris & ſeminis candidi, naſcens in maritimis & ruderibus, ſicut & ſecundum: hoc ſi haberi non poſſit, flauo erit vtendum. Plinius quatuor facit genera: nigrũ, vulgare ſeu candidius, flauum & album. Prima duo genera tanquam venenata, vſu ſunt abdicata. Tertium album eſt ex tertio quodammodo refrigerantium ordine. Albi Hyoſcyami ſemen contra vehementes capitis fluxus, è quibus acris tuſſis excitatur, cum vino, Dioſcoride referente, bibitur. Eſt aũt corpus potiſſimum eius vſus. Intra corpus enim venenum eſt. Folia, flores & ſemen ſomnũ conciliant: minus autem vſus dementes efficit. Succus cum paniculo illitus, oculorum inflammationẽ & fluxus compeſcit. Idem aurium dolorem inſtillatus mitigat. Viridia impoſita folia, tumores reprimunt. Cum farina bita folia, membrorum doloti & podagrę medentur. In pedum lauacra admixta herba, aut etiam in deſeſſionibus ſomnum allicit. Eaſdem habet vires oleum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 838 sur 1557

seminis, cum aceto fronti & temporibus illitum. Pectoris tumores idem illitum discutit, & dolores lenit. Iisdem viribus est prædita aqua stillatitia. Radix cum aceto cocta, dolorem dentium, si os calido decocto colluatur, sedat. Contra sumptum Hyoscyami semen aut folia, lac caprinum, vel aqua mulsa, vel semen cucurbitæ, aut nux pinea est remedio. In horum autem defectu poterunt prodesse semen vrticæ, nasturtii, vel sinapi, Raphanus, Cepa vel allium, cum vino comesta. Oleum de Hyoscyamo valet fluxibus, & inflammationibus oculorum prodest: aurium dolores mitigat, tumores sedat: dolorem membrorum mitigat, podagræ medetur. Exprimitur autem ex semine Hyoscyami eodem modo quo solet fieri ex papauere.

Aqua somnifera, Rubei: Recipe Opii, semin. Hyoscyami ana. drac. s. nucis moschatæ, Galliæ moschatæ, agallochi an. scrup. j. Succi coriandri virentis vnc. iv. simul omnia quindecim diebus macerentur, postea addantur nucis metallæ drac. s. Lactucæ, per diem ac noctem vino albo generoso infusæ, M. iij. cort. mandragoræ recēt. sem. lactucæ an. scrup. s. vitreis organis aqua eliciatur.

Oleum è semine lactucæ & hyoscyami, Rubei: sem. lactucæ aut hyoscyami cucurbita curua locantur, ad eorumq; libram adduntur aquæ rosarum stillatitiæ, vnc. iij. vel paulo plus: & tepentis balnei calore macerātur: inde educitur oleum. Prodest autem lactucæ oleum, potum ad duas vel tres drachmas, cum iure aut vino, mane sex aut septem diebus, gonorrhœæ, hyoscyaminum idem facit, si eo inungantur renes: & si mulier est pessi modo subdatur.

Hygyia Græca: Rec. sem. hyoscyami drac. ij. scrup. ij. opii drac. ij. scrup. j. costi drac. j. G. xv. myrrhæ, opopanacis, scordii, origani drac. j. g x. styracis calamitæ, galbani, agarici, gentianæ, pigani, stœchados, prassii, cardomomi an. scrup. ij. s. balsami, nardi, croci, schænanthi, thymiamatis, ammoniaci, terebinthinæ, cassiæ ligneæ, mandragoræ, rad. eryngii, rosarum, eupatorii, euphorbii, melanopiperis, leuistici, dauci, fœniculi, trifolii, sem. an. scrup. ij. mellis q. s. est. Datur cum vino calido ad modum auellanæ, valet proprie ad Rheuma gingiuarum, & dolorem dentium, fricata super eos, ore sępe abluto cum aceto calido: & sordidas nebulas ab oculis aufert.

Theriaca ex lilio Pauli ab Armeno composita. Recipe piperis albi,

bi,ſem.hyoſcyami albi an.drac.xx.opii drac.x.croci drac.ſ.euphorbii,amomi,pyrethri,caſtorei,fol.dauci,ſem.ruræ ſylu.roſarum rub.ſiccat.ſerapini,rhabarbari,coſti,ſtyracis,calamitæ,myrrhæ,rubeæ,aniſi,carui,caſſiæ ligneæ,mentaſtri,cardamomi,baccarum lauri an.drac.j.ſpicæ nardi,ſem.apii,balſami,ol.roſacei,cyperi ana drac ij.mellis deſpumati quaſi lib.ij incorporentur & reſcruentur. Ab antiquis reperta; cæteris theriacis præſtantior ad morſus viperarum,& potiones venenoſas,& mortiferas,confert iliosis hepatis dolori & pleuriticis,cum hydromelle: ſpleniticis cum oxymelite: ſtomachicis cum aceto: nephriticis,calculoſis cum aqua calida, guttatim mingentibus ictericis & hydropicis. Expellit ſecundinam cum decoct.fœnigræci,& prodeſt omnibus doloribus matricis. Denti corroſo impoſita confert,& ad plura alia. Philonium maius ſiue Romanum,Nicolai:Recipe piperis albi,ſem.hyoſcyami albi an.drac.v.opii drac.ij.ſ.caſſiæ veræ drac.j.ſ.ſemin.apii drac. j.ſemin.petroſelini,ſemin.fœniculi,ſemin.dauci an.ſcrup.ij.g.v. croci drac.ſ.nardi Indicæ,pyrethri,zedoariæ an.gr.xiv.cinnamomi drac j.ſ.euphorbii,coſti,an.drac.j.mellis deſpumati quantum ſufficit.Confice vt artis eſt Idem quod præcedens poteſt.

Intybus Græcis Σέρις, Σέρις ἥμερος, & Κιχώριον Κηπευτὸν: Plinio & aliis latinis authoribus intybū,intubū,intyb.ſiue intubus,intybū ſatiuum ſiue domeſticum,ſeris ſatiua,& cichorium domeſticum. Herbariis intybus latifolius,intybum maius,intybus ſatiua latifolia,endiuia,endiuia maior,endiuia ſatiua,Serapioni & aliis arabib⁹ dicit dūdebe,dumdebe,humdebe,hūdebe & endeba:Ital.endiuia &endiuia maggiore: Hiſpan.endiuia,Gal.endiuie,endiue & de le endiuire. Germ. *endiuien*: ſecundum genus herbariis dicitur intybū criſpum,&endiuia criſpa. Tertium genus vocatur græcis Σέριον:latinis ſerium & ſeriola:herbariis cichorium ſatiuum minus,intybum minus,ſeris minor,endiuia minor,intybum anguſtifolium,endiuiola,practicis ſcariola:Italis ſcariola,endiuia minore: Neapolitanis ſcarola:Hiſpanis ſerraya enuide:Gallis ſcariole.4.genus dicitur intybū min⁹ album,ſeriola alba,& ſcariola alba: germ. *garten ſar'ol.* præparatur ex eo vinum.Syrup⁹ endiuiæ ſimplex&c. deſtillatur etiã in aquam.Syrup⁹ de ſucco endiuię,vel endiuię ſimplex,Gentilis:℞. ſucci endiuię depurati lib.viij.ſacchari tabarzeth lib.v.ſ.Coquan-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 840 sur 1557

tur ſecundum artem. Valet principaliter ad omnes ſuper calfactiones hæpatis, & aliorum membrorum nutriuorum: & in morbo laterali maxime conuenit.

Syrupus de Endiuia compoſitus, Gentilis: Recipe Endiuiæ recentis, Borraginis, Scariolæ, Hepaticæ, Meliſſæ, Bugloſſæ, Lactucæ, Eupatorii, an. M. j. Seminum frigidorum maiorum an. vnc. j. Santali albi, rubri, an. drac. j. Florum cordialium an. drac. iij. Coquantur ſecundum artem, in ſufficienti quantitate aquæ: deinde cola: & colaturæ adde ſucci Endiuiæ depurati lib. v. Vini granatorum vnc. iij. Sacchari albi lib. iv. Fiat ſyrupus ſecundum artem. Valet præcipue ad ſupercalfactiones hepatis, cordis: & aliorum membrorum nutritiuorum; & generaliter confert cuilibet complexioni calidæ, & eſt apertiuus oppilationum, & confortatiuus membrorum debilitatorum à mala complexione calida: eſt etiam digeſtiuus materiarum cholericarum acutarum.

Syrupus Endiuiæ compoſitus, gentilis de Fulg. Recipe ſucci Endiuiæ, ſucci hepaticæ an. lib. iij. Clarificentur prædicti ſucci ad ignem, vt expedit: Addantur Roſarum, Violarum, Lenticulæ aquæ, Polytrihi, flor. Nymphææ an. vnc. ſ. capil. veneris, Hordei mundati, ſem. frig. maior. an. vnc. j. Contuſa & per horas duodecim in dictis ſuccis macerata coquuntur, & colaturæ adduntur ſacchari lib. iij. vel quod ſufficit. Fiat ſyrupus & aromatiſetur cum ſantalis albis & rubris, Berberis, ſem. cotoneorum, ligni aloes, cinnamomi, Cort. citri an. ſcrup. j. Tunde & aromatiza ſecundum artem. Valet ad ſupradicta. Syrupus ad Aſcitem. ℞. Paſſulatum vnc. ij. fol. Braſſicæ marinæ M. j. Thymeleæ vel Chameleæ M. ſ. ſem. hederæ. ſem. Seſeleos an. drac. iij. Fiat decoctio, in lib. j. diſſolue ſyrupi Endiuiæ ſimplicis lib. j. vel ſyrupi Endiuiæ comp. lib. ſ. Fiat ſyrupus aromatizatus cũ cinnamomi vnc. ij. vel ſpicæ celticæ drac. j. loco ſyrupi poni poſſunt ſpec. cichorii & herbæ capil. atq; ſyrup⁹ inde confici hoc modo. Syrupus Dinarii, ſiue de Bizantiis ſimp. Meſuæ: ℞. ſucci Endiuiæ ſucci Apii ana lib. ij. ſucci Lupuli, ſucci Bugloſſæ ana lib. j. ſucci depurentur & deſpumentur, dum maneant lib. iv. Sacchari optimi lib. ij. ſ. Coquantur cum facilitate, donec fiat ſyrupus. Humores craſſos & lentos incidit atq; extenuat, obſtructiones aufert, morboque regio ſuccurrit.

Syrupus

Syrupus de bizantiis compoſitus, Meſuæ: Recipe ſucci endiuiæ veræ, ſucci apii, ſucci lupuli, ſucci bugloſſæ ana libram vnam. In ſuccis decoquantur flor. roſarum rubr. vnc. ij. glycyrrhizæ vnc. ℔. ſem. aniſi, fœniculi, apii, ana drach. iij. ſpicæ nardi indicæ drach. ij. Colaturæ adde aceti lib. ij. ſacchari albiſs. lib. iij. Coquantur ſecundum artem diligenter. Interdum ad ſingulas ſucci clarificati libras addunt aceti vnc. vj. Eſt efficacior ſimpliçi.

Decoctio aperitiua lenitiua maior, Auguſtani: Recipe herbarum endiuiæ, cichoreæ, fumiterræ ana m. j. Herbarum eupatorii, borraginis, bugloſſæ, cuſcutæ, ſcolopendrii veri ana m. ſemis. Glycyrrhizæ raſæ. rad. apii, rad. petroſelini, paſſularum ana vnciam ſemis ſem. aniſi, fœniculi ana drachmas duas. Comarum thymi, epithymi ana drac. j. ſ. cort. rad. tamariſci drach. ij. fol. ſenæ vnc. ij. Polypodii quercini vnc. j. Agarici electi vnc. ſ. Incidenda incidantur, & quæ contundi debent, conterantur, & miſceantur omnia ſimul, ſeruenturque pro vſu. In viſcerum obſtructionibus & contumacibus eorum affectibus valet.

Clyſter ad vermes cum febri, Rondeletii: Recipe endiuiæ, cichorii, ſcariolæ, portulacæ ana m. j. Fiat decoctio in ſero lactis, vel decoctione pulli. In libra j. diſſolue mellis roſ. col. drach. ij. ſucci roſarum drach. ſ. miſce, & fiat clyſter.

Hordeum Latinis Græcis Κρίθη, Germanis *Gerſten* &c. Eius genera ſunt 4. primum genus græcis dicitur πολυστιχὸν: Latinis hordeum polyſtichum, hordeum hyemale ſiue hybernum & hordeum maius. 3. genus dicitur hordeum polyſtichum æſtiuum & hordeum trimeſtre polyſtichum. 2. genus dicitur Διστιχὸν græcis, columella hordeum Galaticum, aliis hordeum diſtichum, hordeũ æſtiuum & trimeſtre minus. Eſt etiam hordeum quod græcis dicitur Ἑξαστιχὸν: Latinis hordeum haxaſtichum & columella hordeũ cantherinum. 4. genus vocatur Γυμνόκριθον, Latinis gymnocrithũ, hordeum mundum & hordeum nudum. Serapio. lib. ſimpl. cap. 131. Hordeum dicitur Arabice xahaer: Haliabbatis gloſſographo ſair, xair, & ſahir, Auicenna shair: apud alios Arabes alias legitur hahaher, hahaheer-ſarahan, xuahar, ſchahair, xahair, ſcehair, & xahar: Italis orgio & orzo: Hiſpanis arpa: Hordeum integrum Hippocrati dicitur ἄπτισος κρίθη: Farina eius græcis dici-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 842 sur 1557

tur ὠμήλυσις & ὠμέλυσις : Latinis hordei farina cruda & omelysis: Haliabbate heueri, farina hordei tosta: Hippocrati dicitur græce Ἄλφιτον : Latinis alphitum & polenta siue farina hordei tosti: Eius gramen dicitur Γρέσις : Latinis farrago hordeacea. Ptisana dicitur potus ex hordeo factus mundato, à πτίσσειν, quod hordeum tundendo degluberetur, ac suo cortice exutum ad vsum reconderetur. De ptisanæ coctione consule alios. Et Hippocrates proprium de ptisanæ laudibus libellum scripsit. Ex ptisana & lupulo potus conficitur nemini non notus, Latinis cereuisia, zythum Græci, Germani Bier vocant. Refrigerat & exsiccat hordeum in primo gradu. Hordeum cum fœniculo coctum, lac amissum mulieribus regenerat, farina eius in butyro tosta, citam aluum sistit. Hordeo præcipuæ cum tritico sunt vires. Farina eius, item furfures ex aceto & butyro tosta, luxatis membris illita auxiliantur : tumoribus pectoris occultorumque locorum, ramici, calidæ podagræ, strumis, aliisque inflammationibus illinuntur. Aliqui mel, ficus, stercus columbinum, resinam terebinthinam, & oleum oliuarum simul decoquunt. Aduersum laterum dolores: Recipe farinam hordeaceam, melilotum, capita papaueris, folia rutæ, fœnugræcum, pari singula quantitate decoquantur in aqua, & addito oleo fiat cataplasma, quod calidum sæpius lateri impositum dolorem mitigabit, vitiosorumque humorum collectionem discutiet. Virtutes hordei vide & lib. 5. Basil. Chym. cap. 11. pag. 831. Lens palustris græcis φάκος ὁ ἐπὶ τῶν πελμάτων Germ. *Meerlinsen Wasserlinsen*. Nascitur in lacustrib. stagnantibusq; aquis, nihil aliud nisi aquæ muscus, lentis forma, neq; radicẽ, neq; caulem habens. Naturam habet euidenter refrigeratoriã. Lentis palustris aqua stillatitia bis terve in die pota, prodest iis quib. corpus est incensum, velut pestis tempore.

Lactuca à lactei succi, quem fundit dum abrumpitur, vbertate dicta, primas inter olera tenet : Vt enim gratissima est in acetariis & iusculis, sic in medicis vsibus salutaris; Nam præter quod sanguinem generat satis laudabilem, feruorem sanguinis & viscerum extinguit, somnum conciliat, hecticis prodest ex Galeno, estque familiare medicamentum alimentosum, iuuenibus & biliosis naturis tutissimum.

Toto

Toto anno seri potest, & si terram pinguem, probe subactam & soli expositam nacta fuerit, læte viret, & in latum sese diffundit. Dum adhuc tenella est, si euellatur, & alio fundo probe stercorato plantetur, pluribus foliis in globum conuolutis extuberat, & capitata vulgo pomata euadit. Martialis inquit:

Prima tibi dabitur ventri lactuca mouendo Vtilis.

Apud veteres autem vt author est Athenæus, lactuca prima mensa non offerebatur, sed conuiuia cœnasque finiebat, (quod & nobiscum hodie in vsum venit,) nunc vero ex aceto & sale condita mensas inchoat, vnde idem ait:

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes?

Germanis dicitur lactuck / lattich): Græcis Thridax &c. Duo numerantur eius præcipua genera: Satiua & sylvestris. Satiuæ tres faciunt Græci species, primam lati caulis, alteram rotundi caulis, tertiam sessilem: Latini à foliorum forma diuidunt in crispam, rotundam, & capitatam.

Lactuca satiua crispa, folia habet crispo intybo satiuo similia, in rectumque surgit. caulibus in summo brachiata, in quorum cacumine flores sunt lutei.

Hanc Columella Cæcilianam & Beticam, à regionibus, quib. nascitur, appellat.

Satiua rotunda priori per omnia similis, nisi quod foliis prior est magis crispa, hæc vero minus.

Satiua capitata seu sessilis, à prioribus non nisi foliis, idque vbi paulum creuerunt, differt, quæ vbi parum à terra attolluntur, mali rotundam obtinent speciem, & instar brassicæ capitatæ in capitis fere formam extuberant, atque hæ satiuæ species vna satis pictura demonstrari possunt.

Sylvestris satiuæ similis est, radice tamen breuior, caule procerior: foliis candidioribus, gracilioribus, asperioribusque, gustu amaris, quæ vbi consummata fuerint, vt Theophrastus tradit, aculeantur. Nascitur in aruis, hortorum vinearumque maceriis.

Florent enumeratæ species mense Iulio. Sylvestrem vero lactucam, plerique volunt esse eam, quam officinæ nunc endiuiam

diuiam vocant. Galli latteron. Nascitur enim ea in aruis sponte, & vinetorum limitibus, folio cum adoleuit per oras aculeato, dorso spinulis inhorrescente, quasi prona cannæ parte echinata, supina læuiore, nonnunquam cuminsenuit laciniatim serrato, caulibus bicubitalibus, hirtis, flore luteo, succo candido, acri, amaro semen in lanugine occulitur. Plinius plures facit syluestris species, caprinã Esopon & Isatin. Columella plures etiam lactucæ species numerat, ratione coloris, & temporis satas, quæ omnia hic enumerare longũ foret. Alii quinq; faciunt discrimina: Purpureas, crispas, Cappadocas, Græcas, & intubo similes. De his generib. vide summatim apud Ruellium. Item quomodo multis nascatur seminib. odorata, sessilis, tenerior, candida, suauis, ac quomodo, si loci vitio sit durior, red dẽda sit tenerior. Lactuca refrigerat, stomachum iuuat, aluum ciet, fastidium aufert, cibi appetentiam facit, somnum conciliat, venerẽ cohibet. Quæ durior est sabulo aut puluere obsita, minus iuuat stomachum, minusq; emollit ventrem. Nigra magis refrigerat, & aluũ subducit: Æstiuæ meliorem præbent succum, ac plus alunt: autumnales succo vocant, quare nihil aut parum alimenti præbent Simeon Sethi satiuam frigidam & humidam statuit in ordine tertio, syluestris vero minus refrigerat & humectat. Lactuca satiua, præsertim vero crispa, stomachi inflammationibus in cibo prodest: Corpus nutrit somnũ allicit, aluum emollit, lactis copiam generat, dolorem lenit. Continuus tamen eius vsus, caliginẽ oculis inducit, venerem cohibet & somnia venerea. Optimus eius vsus pudicitiam amantib. siue à reb. venereis abhorrentib. sicut & rutæ. Idem de semine ac stillatitio liquore est sentiendum. Frigidæ complexioni est vtilis: humores n. bonos conseruat: vnde Gale. Lactuca in senio potissimum victitasse legimus. Lactuca syluestris seu endiuia officinarũ ad eadẽ fere pollet: sed magis refrigeratoriã habet qualitatẽ. Lethargicis in cibo confert, vel capiti impositа, sicut & papauer. Aqua stillatitia mire in peste aut ardentibus febribus sitim restinguit. Cõmodissimus eius in febrib. & inflammationib. siue iecoris, siue pulmonis est vsus. Folia viridia imposita, omnib. capitis, stomachi aut iecoris inflam̃ationib. opitulantur. Idẽ aqua stillatitia illita cũ panniculo præstat. Tusa cũ farina hordeacea & molybdæna, endiuia, omnib. inflam̃ationib. p̃sertim sacro igni medet. Radix trita scorpionũ & ara-

& araneorum ictibus opitulatur. Oculorum inflammationi aqua stillatitia Endiuiæ confert.

Epithema commune omnium partium Andernac: Recipe succi Lactucæ, vuæ immat. Portulacæ, Solani, vmbil. Vener. ana vnc. iij. His spongia aut linteum imbutum partibus, quę febris veluti fomites sunt, imponi debet.

Malua, Græcis μαλάχη, quasi μαλακή, quod ventrem molliat: Latinis Malua, quasi emolliens: Gallis Maulue: Germanis Bappeln &c. Est autem Malua vel Hortensis, quæ cultu & Mangonio aliquando arboreſcit & in altissimam assurgit proceritatem, vel syluestris, quæ cuiq; nota est: vbiq; enim foliis quam plurimis luxuriat, crassiusculis, Circinatis, angulosis. Flores tota æstate promit, ex purpureo pallidos: Radices putillas, lõgas, lignosas; semen paruum, planum, ac orbiculatum. Multæ autem Maluarum agnoscũtur differentiæ: prima nomen generis retinet quæ vbiq; viarum & arearũ prope vrbes importuna sæpe germinat. Secunda minus copiosa, pusilla magis, ramulis cepit minoribus, prope rudera & inculta pagorũ loca, flosculis purpureis albicantibus. Tertia dicitur arboreſcens, quæ instar fruticis assurgit, senûm & octonûm cubitorum: Quarta à multiplici, qua pollet facultate dicitur Althæa, à Latinis Bismalua, & Ibiscus. Maluacea enim habet folia, lenia oblonga, incana, flores albidiores, & semina cæteris maluis syluestribus similia. Radices profert crassas longas, rotundas, in multos surculos diuaricatas, ac plurima mucagine prægnantes. Thirsi eius surrecti folia proferunt malcea, oblonga, incana, & aliquantum tomentacea, flores subalbidos & semen paruum, planum ac orbiculatum, vt cæteræ Maluarum species. Calefacit gradu primo, facultatemq; habet digerendi, laxandi & pus coquendi. Quinta dicitur Alcea, quæ facie maluæ prodit, ortu & cauliculis, sed altius incisis: ex radice prodeunt numerosa virgulta, sesquicubitalia, floribus rubellis ornata; quibus defluxis, semen emergit rotundum, compressum reliquarum Maluarum modo. Sexta vocatur Transmarina & Rosacea, à floris Rosei elegantia & similitudine. Cuilibet genti notissima est, cum in hortis sata & culta multos annos perduret, radice denuo primo vere sese propagante. Ad Maluarum familiam referuntur Ibisci quædam species, vt videlicet Althea arborea, Althea paluſtris

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 846 sur 1557

stris, Althea Theophrasti floribus luteis. Totidem adhuc Alceæ inueniuntur differentiæ, vulgaris, exotica & fruticosior, quæ est folio Pentaphyli. Satiua Malua, vt Columella tradit, cum sole circumagitur, vt hoc tradit versiculo:

Et Moloche prono sequitur qua vertice solem.

Estque eadem esui, ac aluo subducendæ cum lactuca conueniens, vnde Martialis:

Vtere lactucis, & mollibus vtere Maluis.
Exoneraturas ventrem mihi villica Maluas,
Attulit & varias, quas tulit hortus, opes.

Omnium Maluarum genera & species humidi sunt temperamenti, ac medio se modo habent. Satiuæ syluestribus præstantiores sunt. Maluæ satiuæ folia, radix, vel semen in lacte vel vino cocta, tussi calidæ & pulmonis vitio medentur. Phthisicis in cibo & potu vsus eorum est vtilis. Folia ac radix, cum semine Fœniculi & Anisi, in vino cocta, lac nutricibus augent: dolorem intestinorum & vesicæ mitigant: tenasmum adiuuant. Aqua omnium Maluæ generum stillatitia, omnibus internis vitiis ardentium febrium est vtilis: Pulmonem & hulcera laterum refrigerat & emollit. Peripneumoniæ & pleuritidi auxiliatur. Qui succum Maluę biberit, eum die isto ab omnibus morbis liberum fore, tradit Plinius. Succus Comitialibus est salutaris. Ægilopas, Maluæ folia in acetario cum Sale comesta sanant: ipsa folia cum Melle tusa oculis illini debent. Quæ de satiua Malua dicta sunt, de reliquis similiter eius speciebus intelligenda veniunt. Flores omnium Maluarum in vino vel aqua cum Melle & Alumine decocti, putredini oris & colli, gargarizati medentur. Decoctum florum Maluæ, aut aqua stillatitia, contra linguæ, omnesque internas, & externas inflammationes, ignem sacrum, anginam, aliaque œdemata, gargarizata & illita pollent. Apum & crabronum ictus aqua vel succus illitus sanat. Oleo florum Maluæ perunctа cutis, ab earundem ictibus est tuta. Porriginem & squamas capitis, in vrina cocta folia & radix, si caput decocto abluatur, pellunt. Omnes vulnerum inflammationes Maluæ radix, & semen, vel sola, vel cum adipe, resoluunt & molliunt. Tumores iecoris lienis & matricis, eadem cum farina hordeacea in aqua cocta, oleo oliuarum vel Ro-

saceo

ſaceo admixto, illita reſoluunt, diſcutiunt & molliunt. Eadem ratione eryſipelata, & gangrænam reſtinguunt: aculeos quoque corpori infixos extrahunt. Clyſteribus folia, ſemen & radix ob ſanandi efficaciam ſunt vtiliſſima. Eadem in ſacculo in aqua cocta, calculoſis proſunt, ſi aquæ patiens inſideat: meatus enim veſicæ laxant & aperiunt. Fluxus capitum, ſi pedes in ea foueantur, deprimit. Omnes in ſumma Maluarum ſpecies, Alcea quoque & Althea, cunctis totius corporis inflammationibus opem ferunt.

Fomentum reſoluens ac flatus diſcutiens, Andernaci: Recipe Maluæ cum rad. M. j. florum Camæmeli, Meliloti ana P. j. ſem. Lini vnc. j. Aniſi vnc. ß. Ficuum num. xl. Decoquantur in aqua ad tertias. Veſicam iure hoc calente repletam, lateri adfecto ſemel atque iterum admoueto.

Clyſter refrigerans, Andernaci: Recipe Maluæ, Violarum, Lactucæ, fol. Cucurbitæ, vel Cucumeris, vel Peponum ana M j. ſem. Cucurbitæ, Cucumeris, Citrulli, Melonum ana vnc ß. Prunorum Damaſc. num. xx. flor. Violarum, Bugloſſæ ana P. j. Decoquantur in aqua ad libram. In hac Mellis vel Sacchari rubri vnc. j. diluitur: olei violacei vnc. iij. Miſce & iniiciantur.

Clyſter emolliens, Rondeletii: Recipe rad Maluæ, rad. Biſmaluæ, rad. Liliorum ana quart. j. Maluæ, Biſmaluæ ana M. j. ſem. Lini vnc. j. Ficuum paria xx. flor. Meliloti, Violarum ana P. j. Aniſi drach. iij. Decoquantur in iure pingui, vel in aqua fontis, & in lib. j. diſſolue. Olei communis, vel Butyri recentis, vel axungiæ porcini vnc. iij. Miſce & fiat Clyſter.

Clyſter emolliens alius, Andernaci: Recipe Parietariæ, Atriplicis, Mercurialis, Maluæ ana Man. j. rad. Liliorum alb. rad. Ebuli ana vnc. j ſem. Lini, Fœnigræci ana vnc. ß. Aniſi drach. ij. Ficuum num. iv. flor. Chamomillæ, Violarum ana P. j. Prunorum num. v. Decoquantur vſque ad libram. In iure diluuntur Caſſiæ, Diapruni ß. ana vnc. ß. Hieræ Pieræ drachm. v. Mellis Violacei, Butyri recentis ana vnc. j. ß. Olei Violacei, Liliacei, ana vnc. j. ß. iniiciatur clyſter tribus horis ante cibum.

* * *

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 848 sur 1557

CAPVT XL.

De Myrto, Milio, Mandragora, Nymphea, Oxalyde, Plantagine & Polygono.

MYrthus vel ſylueſtris eſt, quæ in multis regionibus calidis, ac locis incultis ſponte fruteſcit, vel domeſtica quæ cultura eger, cuius duæ agnoſcuntur ſpecies, vna dicitur minor effigie buxi, ſed foliis acutioribus, vt ruſci, baccas nigras gerit, hederæ æmulas, ac vineo ſucco grauidatas, vnde nigra ſæpius Myrtus dicta. Propter eius gratioſum odorem, faciemque perpetuo virentem valde commendatur, ſeduloq; nutritur in hortis, & fictilibus in vaſis tranſplantata in multarum ædium feneſtris ad delitias, & ornamentum cuſtoditur, nec raro proſtat Pharmacopoliorum veſtibulo. Eſt altera minor, alba dicta, quod foliis latioribus eſt, longioribuſq;, vt mali punicæ, & colore minus obſcuro ac ex albo virescente, vnde cognomen. Cultura nonnunquam in arboris mediocris altitudinem aſſurgit, vt nos in quibuſdam hortis maritimis vidimus. Vtraque Myrtus flores promit albos, ſuaueolentes, ex quibus arte debita aqua ſtillatitia elicitur ſuauiſſime fragrans. Circa Myrti caudices adnatum quid verrucoſum, inæquabile ac concolor prominet, quod velut manus Myrti ramos amplectitur, Myrtidanum à Dioſcoride appellatum: Sed nullus nunc eius vſus, cum ab inſtitoribus nec ematur, nec adferatur, nec væneat. Eſt & alia ſylueſtris ac parua Myrtus, quæ locis ſyluoſis, ſiccis, macilentis, aeri expoſitis delectatur, quæque baccas fert nigras, eſculentas & ſuaues, quas multi vaccinia quaſi baccinia nominant; alii aliis nominibus ad arbitrium fictis deſignant: In Normania, vulgus à colore nigro, qualis eſt AEthiopum, qui Mauri vocantur, moreta dictos fructus appellant. Myrtus ex contrariis ſubſtantiis conſtat, vincente frigido terreno; habet & tenue quiddam calidum, ob id ex Galeno efficaciter ſiccat: Myrtillis vero terrenam frigidamque aſſignamus naturam. Fructus & folia vtiliter & aſſumuntur, & adhibentur, quos vis humores præfluentes compeſcunt, ſanguinis excretiones ſiſtunt, propter qualitatem adſtringentem. Eorum decoctum ad laxatos artus, & ad oſſa fracta atque ferruminationi repugnan

pugnantia valde prodeſt. Plura apud Dioſcoridem cap. 156. lib. j. Syrupus ex fructu Myrtillorum aduerſus antiquam tuſſim, & pulmonem exulceratum, ſtomachumque confortandum conficitur. Paratur hoc modo: Recipe ſucci Myrtillorum lib. ſex, Sacchari puri & purgati lib. tres, aut ſemiquatuor, coquantur ſimul apud prunas paulatim, donec Syrupi aut Mellis craſſitiem aſſumant. Fructu ſeu baccis pictores & tinctores ad Blauum ſeu Venetum colorem vtuntur.

Errhinum ad oris fœtorem, Rondeletii: Recipe aquæ Myrti, aquæ Roſarum ana vnc. ij. Aquę flor. Geniſtæ, vel aquæ Citri vnc. ß. Moſchi vel Ambræ G. vj. Salis parum. Quod ſi ditiori paretur Gargariſma, maior portio Moſchi vel Ambræ poterit dari.

Electuarium Meſuæ: Recipe nucleorum Myrti tritorum vnc. j. ß. Roſarum, Spodii, Rhu, Trium Piperum, Santali, Balauſtii, Gum. aſſi ana drach j ß. Granorum Granatorum aſſor. drach. vij. Coriandri præparati & aſſi vnc. ß. ſemin. Roſarum. ſem. Acetoſæ, ſem. Plantaginis ana drach. ij. Trita probe omnia, frigantur ex Omphacio, vel ſucco Myrti, & aceto, ſiccenturque: deinde excipiantur miua acetoſa, Dantur drach. ij. vel iij. Cum Syrupo Cydoniorum. Confirmat ventriculum, & viſcera alia roborat: fluorem alui à cauſa calida, vel medicamento nimis purgante, ſiſtit: appetentiam excitat.

Electuarum de baccis Myrti Meſuæ: Recipe Baccarum Myrti tenuiſſ. tritarum li. j. Myrobal. nigrarum, Myrob. Belliricarum, Emblicarum in aqua Cotoneorum & vino coct. ana dra. vij. ſem. Aniſi, ſem. Cymini, ſem. Apii, aceto horis 24. macerat. & ſiccat. ana drac. v. Conficitur cum miua Aromatizata. Datur cum Syrupo decoctionis Cydoniorum. ventriculum & hepar firmat, eorumq; coctionem iuuat: ob id lienteriæ, & Dyſenteriæ hepaticæ confert. Stomachum quoque refrigerant, Diarrhodon Abbatis, Diatrion Santalon, &c. de quibus vide ſuo loco.

Clyſter ad dolorem colicum à pituita vitrea, Rondeletii: Recipe fol. Myrthi Pulegii vtriuſque, Marrubii, Calaminthæ ana M. j Fœnigræci vnc j ſem. Seſeleos, Carui, Cymini ana vnc ß. flor. Chamomillæ, Lauendulæ, Sambuci Anthos, Stœchados ana P. ſ. Fiat decoctio. In lib. j. vel vnc. x. decocti diſſolue vini Maluatici,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 850 sur 1557

vel vini albi veteris vnc. iij. olei Anethini vnc. iv. Miſce & fiat Clyſter.

Syrupus de ſucco Myrtillorum ſeu Myrthinus ſimplex, Meſuæ: Recipe ſucci Myrtillorum depurati lib. viij. Clarificati Sacchari lib. iiij. Coquantur ſecundum artem. Ventriculum & viſcera roborat, ob id fluorem alui antiquatum ſiſtit, & tuſſim mitigat.

Syrupus Myrtinus compoſitus, Meſuæ: Recipe Myrtillorum drach. xx. Santali albi, Sumach, Balauſtiorum, Berberis ana drac. xv. Meſpillorum drac. 50. ſucci Granatorum vel Cydoniorum, Pomorum agreſtium ana lib. ß. Omnia, exceptis ſuccis, coquantur in aquæ fontis libris octo, ad medias, coletur, & fiat Syrupus cum Sacchari libris tribus, additis in fine ſuccis. Ventris fluorem hic Syrupus ſiſtit, etiam antiquum, & ſcrearum ſanguinis.

Potio progregatiis approbata, Quercetani: Recipe Croci Martis, noſtro modo præparati ſcrup. j. calcis teſtarum ouorum drach. j. Syrupi Roſarum ſiccarum, Syrupi Myrtillorum ana vnc. j. Cum aqua flor. Papaueris rubri, fiat potio. Aſſumenda tribus horis ante cibum: pro quo capiat hordeatum cum aqua Roſarum & ſemine Papaueris, præſertim hora ſomni.

Milium, Græcis dicitur κέγχρος & κεγχρὶς: Hippocrate πασπάλη & πάσπαλος, πίσον: Latinis Cenchrus & Milium: Strabone Cenchris: Herbariis Paſpale & Paſpalus Hippocratis ac Piſtum, Serap. lib. ſimpl. cap. 102. & 357. Ieuers & Geuers: Alſaharauio Algaures: Auicennæ Gloſſographo Algenares: Haliabbati Aureſum, & Lauſeſum in lib. de doctrina Alhaui, aliis Algenars, Piners, Cechias, & Giaures: Italis Miglio & Meglio: Hiſpanis Millo, Milho & Miyo: Callis Mil, du Mil, Millet, du Millet Vngaris Koles: Germanis Hirſe: Farina eius Græcis vocatur κέγχειον ἄλευρον Dioſcoridi. Latinis Milii farina: Purgamentum Milii Plinio lib. 18. cap. 10. dicitur Applauda, in exemplar. correct. Appluda: Germanis Spreu / de Milio, &c. habet naturam frigidam, aluum conſtipat, difficilis eſt concoctionis: Eius vſum & efficaciam deſcribit talem Baptiſta Fiera in ſua cœna, talibus verſibus, quando ait:

Sunt

Sunt ieiuna, aluum durantia grata dolori,
Similia ignitis sint prius vsta focis.
Lacte in nocta fluent, molli & iniusta liquore,
Plenius, ac cœna tarda tenacis erunt.
Panici vberior liuoris mensa superbit,
Sæpius exiguis cedere magna solent.

Fit etiam inde panis Milliaceus, destillaturque in aquam, cuius vsus est ab Intra & Extra, plura apud Medicos.

Mandragora, quod iuxta mandras inueniatur, nomen accepit, vt nonnullorum est sententia. Circæa, à Circe Græcis dicta, quod radix ad amatoria conducat. Pythagoræ Antropomorphos, à forma radicis, quæ humanam quadantenus effigiem refert: Germ. Alraun. Quas agyrtæ radices humana effigie diuendunt, fictitias esse neminì ferè non constat. Ex cannarum enim aut Bryoniæ radicib. eiusmodi formam sculpunt, ac terra obruunt, quæ cum aliquando delituerit, per terram colorem mutat, ab ipsisque deinde effoditur, vt sic creuisse existimetur, qua misere imponunt mortalibus. veri tamen Mandragoræ radicis cortex in officinis hodie habetur. A quibusdam vocatur malus Canina, ab aliis pomus terrestris, eo quod poma ferat rotunda, lutea, vitellis ouorum indurato rum similia, odorata quidem, sed virosa: iuxta septentrionalium axioma, Man hominem notat & Draghen, quasi gerens hominis figuram. Eius duæ traduntur differentiæ; vna dicitur mas seu candida, μώριον Græci vocant, nonnulli Arsen, alii Hypoplomon, quæ ingentibus foliis, betæ similibus, latis & læuibus viret. Fœmina verò nigra dicta, folia pandit angustiora, lactucæ minora, aliquantum hirsuta, humi procumbentia. Poma producit mari similia, sed minora, sorbi effigie, ex luteo pallescentia. Radices habet sæpius binas, aliquando ternas, inter se conuolutas & intortas, exterius nigras, intus albas, carnosas, longas & crassas. Mandragora nulla patienter fert solis æstus & lætius fruticat in locis vmbrosis & opacis vnde mandragora forsan dicta, vt viri docti quidam putant, quod in mandris & spelæubus sata delectetur; Dioscoridis tempore colligebatur radicis succus, qui insolatu concretus, multo erat in vsu:

Nunc

Nunc radicibus & foliis vtimur quidem, ſed rariſſime, atque in his ſolum affectibus, qui alia blandiora ſtupefacientia contemnunt. Ex pomis paratur oleum per infuſionem, vt in officina demonſtrauimus, quod prudenter adhibitum dolores quosvis tollit, & blande ſomnum conciliat. Theophraſti Mandragora ab hac Dioſcoridis eſt diuerſa, ſed eſt ea quæ proprie Morion dicitur, radice grandi, caule procero, foliis mediam Solani & Mandragoræ formam referentibus, flore nigro, fructu grandi, vuæ acino ſimili, qui vinoſum ſuccum guſtatus emittit: Germanis Dolk aut / dicitur. Gall. Morelle marine. Hanc Theophraſti mandragoram Solanum eſſe ſomnificum Trago placet, vt cap. de Solano, huius quoque fit mentio, ad quod etiam potius videtur referenda, ſiquidem foliis, florum forma, fructu & viribus Solanum refert. Mandragora in tertio refrigerantium ordine ſtatuitur. Poma aliquid humiditatis & caloris, habent. Cortex deſiccandi quoq; vim obtinet. De Mandragora multa ſcribunt veteres, multa etiam alii fabulantur. Succus eius Dioſcoride teſte, ex aqua mulſa potus duobus obolis, atram bilem per vomitiones purgat: potu autem largiore vitam adimit. Radix in vino cocta pota inſaniam parit, & lethargicos efficit: vnde ante ſectiones & vſtiones commode dari poterit, ne ſentiantur. Remedium vero huic potioni, ſi quis largius eam biberit, & diutius ſomno corripiatur, eſſe tradunt, acetum capiti affuſum, & Piper, aliave ſternutamenta provocantia medicamenta naribus admota. Viridia folia impoſita, ſiue radix viridis cum Melle & oleo temperata recentia vulnera ſanant, trita radix cum aceto applicata, ſacrum ignem efficaciter reſtinguere fertur. Eadem cum aqua illita, ſtrumas & tubercula diſcutit. Cum polenta articulorum cruciatus mitigat.

Mala inſana dicta cenſent, quod difficulter concoquantur, non quod mortem inferant: ſiquidem in cibos veniunt. Neapolitanis apud quos naſcuntur Melanzana. Nonnulli ab eleganti & pulchritudine, Amoris Poma. Gall. Pommes d' amours. Germanis Melanzan / Dollåpffel. Dico genera, ex pomorum ſunt forma: alia enim purpurea fere tota, alia vero lutea aut candorem quendam præ ſe ferentia. Naſcuntur etiam in Germania hodie, in foſſilibus potiſſimum, frutice qui poſtmodum perſonatiam caule & foliis

foliis refert: quæ tamen longiora sunt & magis laciniata: flos Augusto vel Septembri mensibus iis purpureus, speciosus, ex foliis è calatho stellatim radiati: Fructus oblongi mali forma & magnitudine, in quibus semen siliquastro non dissimile. Radix multis capillata fibris, & lutea. Gaudet eodem fere cultu quo cucumeres & Melones. Frigidam humidamque malis insanis naturam tribuunt. De viribus nihil constat. Nonnullis tamen ex oleo, sale, & pipere fungorum modo coquuntur.

Alii aliis modis apparant, in acetariis ex oleo, pipere & aceto cum igni primum inferbuerit, ac in taleolas diuisa fuerint, edentes. Alii muna condiunt acida. Reuera tamen cibus est incommodus, minusque sanus.

Aqua ad venena erodentia, Rubei: Recipe Theriacæ vnc. ij. Condit. Aelenii, ireos ana vnc j. Succi Baccarum Lauri, succi iuniperi, succi Betonicæ, succi Centaurii minoris, succi Verbasci, succi Marrubii, ana vnc. iij. Florum Nymphææ, Flor. violarum, Cortic. rad. Mandragoræ, seminis alterci albi ana vnc. j. Opii vnc. ij. Excepta alembico, artificio resoluuntur, sed melius in diplomatis. Neq; solum prodest, veneno lęsis, quod vrit corpus, sed internis doloribus qui cum febre cruciant.

Oleum Mandragoræ, Nicolai: Recipe olei communis lib. ij. succi pomorum Mandragoræ vnc. iv. Succi Hyoscyami albi vnc. ij. Succi capitum papaueris, nigri vnc. iij. Succi violarum, succi Cicutæ ana vnc. j. Opii, styracis calamitæ ana vnc. ß. Succi cum oleo decem diebus ad solem macerentur, deinde coquantur in duplici vase ad succorum consumptionem: cola, & opium cum styrace dissolutum cum pauculo oleo probe misceto, & repone. Ad nimios dolores capitis valet, phreneticis, male dormientibus, fronti illitum, & naribus iniectum, vehementer opitulatur: pulsibus brachiorum & plantis pedum illitum, quocunque modo v giliis fatigatum, celerrime obdormiscere facit. Nota: Quia non habentur apud nos Mandragoræ poma, ergo loco succi eorum, accipienda est rad. corticis: li. j. Qui contundendi in aqua suffic. & colato decocto, reliqua addenda.

Aliter. Recipe olei lib. v. Succi malorum Mandragoræ vnc. viij. Succi capitum Papaueris vnc. vj. Succi Hyoscyami albi vnc. iv.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 854 sur 1557

Succi Violarum, cicutæ ana vnc. ij. Opii, Styracis ana vnc. j. Eodem modo, quo præcedens, conficitur. Nicol. Alexand. Philonium Hamech: Recipe Melanthii, Castorei, Piperis, Ameos, Baccarum Lauri, Cymini, Fol. Rutæ, Calaminthes, Opii, Hyoscyami, Cort. rad. Mandragoræ ana partes æquales, Excipe melle. Datur à drach. ij. ad ana. ij. Præstat ad sedandos vehementes & lethales partium dolores, ventriculi, coli, hypochondriorum, hepatis, lienis, renum, vteri, excitatos à crudis humoribus, aut flatu crasso, aut amborum causa intemperie frigida: valet etiam ad suffocationis periculum, singultum vehementem, & vrinæ difficultatem.

Nymphæam græci, quod aquis gaudeat, dixerunt: Latinis ac officinis Nenuphar, clauus veneris, Digitus veneris, alba Palustra Papauer palustre: Germanis *Seeblumen, &c.*

Alii a Nympha zelotypiæ stimulo erga Herculem mortua natam poetæ fabulantur, inter plantas aquarum alumnas maxime ad medicos vsus commendatur. Duum est genervm: Candida ac Lutea. Nymphæa candida, folio nascitur orbiculato, leui, herbaceo, amplo, in stagnantibus aquis supernatante, flore candido, lilio simili, in medio croceum habente apicem, & cum defloruerit capite papaueris, in quo semen latum, amarum, pingue. Caulis gracilis & læuis: Radix nigra & ampla, dulcis, nodosa, clauæ formam repręsentans. Vnde etiam quidam Rhopalon vocãt, hoc est, clauam. Item Herculeam à Nympha, quæ Zelotypia erga Herculem fuit mortua, secundum fabulas. Nymphæa lutea, folia fert priori similia, radicem albam & asperam, florem luteum, splendentem, rosæ similem. Germ *gal Seeblummen.* Vtraque locis palustribus & stagnantibus conspicitur. Luteam Nymphæam Thessalam proprie vocant, sicut Nymphæa candida Heraclea venit appellatione.

Vtrique facultas est refrigerandi & exiccandi citra morsum. Liquor Nymphææ candidæ stillatitius, duarum vel trium vnciarum pondere potus, aduersus ardentes febres, pestis maxime tempore, præstans est remedium: præsertim vero iis qui Ethicam in pleurisi sentiunt; Tussi quoque aridæ, vehementi siti, iecoris & lienis inflammationi medetur, ac extrinsecus etiam linteola in liquore isto madefacta, iecori & cordi tepida commode imponuntur. Diuturno alui fluxui, idem liquor, aliquoties in die potus fert auxilium.

Ad

Ad eosdem affectus conseruas nonnulli & olea ex eius floribus conficiunt,

Genitale semen prorsus extinguit, ob quod iis tantum conueniet, qui castitati se addixerunt. Radix & semen in nigro vino cocta & pota, menses, nullo alias remedio adiuuante, sistunt.

Quæ de inflammationibus intra corpus dicta sunt, eadem quoque de externis partium inflammationibus, vtpote capitis, iecoris, cordis, lienis, & ardentium pustularum, sunt intelligenda.

Aqua cum linteolo fronti illita phrenesin sedat: quod oleum quoque eiusdem præstat. Eadem ratione iecoris æstum refrigerat, maculasque faciei ex calore natas exterit. Anthracas, & ex calore orta corporis vlcera, oleum eius lenit & restinguit. Syrupus de Nymphæa simplex, Nicolai: Flores Nymphææ, quot voles, macerato, ac ter flores mutato. Horum infusionis accipies lib. jv. Sacchari quod sufficit.

Misceantur & coquantur vsque ad syrupi consistentiam, deinde in vase vitreo, vel figulino vitrato seruetur per annum. Dosis à sescuncia, vsque ad vncias duas, cum aquæ appropriatæ dupla quantitate.

Bilis flauæ feruorem extinguit, ideoque mirifice ardentibus, febribus aliis acutis auxiliatur. Somnum quoque conciliat.

Syrupus de Nymphæa compositus, Franciſci Pedemontani: Recipe flor. Nymphææ albæ vnc. ij. Flor. Nymphææ luteæ, sem. Psyllii integri, sem. Acetosæ ana vnc. j. sem. cucurbitæ, citrulli, cucumeris, melonum, lactucæ, ana vnc. ſ. sem. Endiuiæ sat. Endiuiæ sylu. Portulacæ ana drach. ij. Radicum fœniculi vnc. j. Coquuntur in aqua hordei sufficienti: & colaturæ adduntur sacchari libr. j. Vini granat. acidorum, aceti albi ana vnc. ij. Fiat syrupus & aromatizatur cum santali citrini, spicæ indicæ ana drach. j. ſ. Conseruatur in vase vitreo vel vitreato figulino ad annos duos. Dosis & actio, vt præcedentis.

Epithema ad somnum, Andernaci: Recipe florum Nymphææ, violarum, meliloti ana P. j. Fol. lactucæ, Papaueris albi ana M. S. sem. Papaueris, lactucæ, Anethi ana drach. j. sem. Alterci drach. ſ. Contundantur omnia & fronti inter duo lintea, vel

pannos sericos, intersutos, appositis ligaculis applicẽtur Oleũ nymphæatum, seu nenupharis albi. Recipe flor. Nymphææ alb. vnc. iv. Olei omphacini lib. j. Macerentur in sole diebus decem: deinde exprime & nouos flores immitte: tertio idem facito. Vires habet violati, refrigerat tamen magis, quam violatum: minus quam papauerinum: hyproticis, & intemperium partium, vt renum, calidam sapantibus vtiliter miscetur, & veneris tentiginem prohibet, genitali inunctum: somnum etiam conciliat.

Oleum nenupharis citrini. Hoc oleum fit ex luteis, siue citrinis Nymphææ, hoc est nenupharis floribus & oleo omphacino vt precedens. Ad eadem fere, ad quæ præcedens, valet.

Conserua florum nenupharis: Recipe flor. Nymphææ luteorum, recentium lib. s. Sacchari albi lib. j. Tere in vase lapideo, ac in formam opiatæ confice: insola, & in vase fictili conserua. Febricitantibus, hecticis, & pleuriticis confert: cerebrum refrigerat, somnumq; inducit.

Puluis ad capitis dolorem à vaporibus: Recipe flor. Nymphææ vnc. s. Coriandri drach. ij. Florum rosarum, violarum ana drach. j. s. Foliorum Sumach drachmas iij. Corallorum rub. Balaustiorum ana drach. j. s. Santali rubri, cort. citri ana drach. j. Fiat puluis subtilissimus.

Epithema ad hecticam febrim: Recipe hordei mundi P. S. Flor. nenupharis. P. j. Flor. violarum p. i. s. 4. sem. frig. maior. ana vnc. ij. Fiat decoctio. In libr. iij. dissolue olei violati, amygdal. ana vnc. iij.

Misceantur bene, & fiat Epithema, supra totum thoracem: frequenter autem vtendum sero ac mane.

Epithema ad febres ardentes & siccas: Recipe hordei mundat. P. S. Flor. violarum, nenupharis ana P. j. sem. Melonum, cucurbitæ, citrulli, cucumeris, ana vnc. ij. Fiat decoctio. In colaturæ lib. iii. dissolue olei amygdal. dulc. violarum ana vnc. iij.

Agitentur simul & fiat Epithema, supra totum thoracem applicetur. Maxime conuenit febribus hecticis, & squalidis.

Oxalis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 857 sur 1557

Oxalis inter rumicis seu laphati genera numeratur à Dioscoride, non quod sit vtriusque sapor similis, qui in Laphato subdulcis est & fere insipidus, in oxalide, seu acetosa acidus, vnde nomen quod ὀξὺ Græce dictum, modo ad folia Lapathi mucronata, modo ad oxalidis acidum saporem accommodatur. Acetosa autē est omnib. nota, eaq; duplici genere agnoscitur, vna sylvestris, omniū minima & acidissima, quæ multo luxu fabulosis locis, macilentis & sæpe inter segetes nascitur. A Belgis acetosa veruecina, ab aliis vineta cognominatur.

Altera maior est, quæ in locis humidioribus delectatur, vt in pratis & hortis multis; cuius duæ statuuntur differentiæ, vna quæ semper hortensis est, & repens, ab aliis effigie valde dissimilis; folia namque habet rotunda, & colorem ex subcineritio virescentem; saporem vero acidum, vt reliquæ oxalidis species, sed palato magis arridentem. Altera maioris acetosæ differentia omnibus nota est, de eaque vox acetosæ absolute intelligenda est, ob sacros seu magnos effectus herba sacra quibusdam dicta.

Oxalis in memoriam reuocat oxytriphyllum: seu trifolium acetosum, mulierculis panis cuculi, officinis pluribus Alleluya, Fracastorio luyula dictum. Planta humilis est, in locis syluosis vere nouo nascens, cauliculis tenuibus, breuibusq; in quorum summitatibus foliola tria insident, tenuia, pallide virescentia, sapore acida, grataque. Flores è breuibus pediculis prodeunt candidi, quinque foliolis cohærescentes.

Pusilla hæc herba cor recreat, putredinem arcet, refrigerat, & aqua ex ea destillata febribus continuis & pestilentibus confert. Est autem discrimen inter Lapathum, Hippolapathum, Hydrolopathum, Oxylapathum, & Lapathum sanguineum.

Lapathum simpliciter dictum seu rumex olus est culinis expetitum, coquis patientia, herbariis parilla vulgo dictum.

Hippolapathum vel Latifolium est, vel rotundifolium: vtrumque cultum & Rhabarbarum monachorum, & aliquando Pseudorba recentiorum nuncupatum. Hydrolapathum duum est generum, magnum & paruum: vtrumque præcedentibus simile, nec nisi palustribus & aquosis locis læte viret & adolescit.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 858 sur 1557

Oxylapathum in locis incultis vberrime prouenit, radice longa, craſſaq;, intus flaua, ſeu crocea, ſurculo bicubitali, brachiato, foliis longis, latis, ſtriatis, acuminatis, ſemine herbaceo, lato ex pediculis minutiſſime dependente & tenuibus membranis inuoluto, colore rufo. Lapathum ſanguineum, ſeu maculatum, multi non ſatis conſiderate ſanguinem draconis vocitant. Ex Lapathis quoque eſt oxalis, de qua ſupra, vt etiam herba quædam, neſcio qua ratione Piger Henricus dicta, quam ſpinaceum olus ſylueſtre puto. Aqua ſtillatitia Oxalidis, peſtilentialibus febribus, inflammationi iecoris & ventriculi, pota, aut extrinſecus cum linteolis impoſita, fert opem. Oxylapathi, item Oxalidis folia, ſuccus & aqua ſtillatitia, omnis generis ſcabiem ſanant, præſertim purulenta ex calore nata vlcera. Contra ſcabiem linimentum conficitur, puluere oxylapathi cum aceto temperato. Nonnulli ſucco expreſſo vtuntur, aut radicem & folia in aceto decoquunt. Dentium dolori decoctum oxalidis aut oxylapathi medetur. Auribus inditum dolorem mitigat.

Iulapium oxalidis fit ter coquendo herbam acetoſæ reiteratam ſeu renouatam ex aqua modica, quantum pro tegenda ſeu mergenda herba ſufficit: & poſtea decoque ad conſiſtentiam, cum æquali portione ſacchari.

Hoc album permanet, & eſt iucundum & vtile: ſiquidem ſub æſtiuis feruorib. aqua vel ſimplici vel deſtillata pro libitu diluitur, grateque bibitur. Syrupus de ſucco acetoſæ, Meſuæ. Recipe ſucci acetoſæ depurati lib. iij. Sacchari clarificati lib. ij. Coquantur ſecundum artem. Febribus bilioſis, & peſtilentialibus ſaluber eſt, cordis & ventriculi flammeum calorem extinguit, ipſaque roborat.

Elegans remedium in ſpirituum euanida vi, Heurnii: Recipe ſuccorum denſatorum Acetoſæ, Endiuiæ, Rad. Quinquefolii ana vnc. j. Limaturæ Auri ſcrup. ij. Caphuræ drach. j. Serici crudi drach. ij. Sem. citri vnc. ſ. Conſer. fol. Endiuiæ, Acetoſæ ana vnc. j. Cum ſyrupo de acredine citriorum fiat electuarium. Datur à ſemidrachma ad ſemunciam.

Epithema in febribus ardentibus circa ſtatum, Rondeletii: Recipe Aquæ acetoſæ, violarum, Bugloſſæ ana vnc. iv. Aquæ Scabioſæ,

Aquę ſcabioſæ, meliſſæ ana vnc. ſ. ſpec. Diamarg. frig. Oſſis de corde cerui ana vnc. j. Cinnamomi Grana v. Fiat Epithema, quod eo tempore admoueatur, quo maius incendium ab ægroto percipitur.

Conſerua acetoſæ: Recipe acetoſæ lib. ſ. Sacchari libr. i. ſ. Tere in mortario lapideo: deinde inſola, & ſerua per annum. Valet cholericis.

Epithema ad dolorem ſtomachi ex calore, Andernaci: Recipe acetoſæ, Endiuiæ ana m. j. Althęæ cum rad. M. S. Abſinthii P. S. Roſarum rubr. p. j. Coriandri præparati vnc. ſ. Santalorum omnium ana drac. j. ſ. Berberis drach. ij. Decoquantur ex aquæ libris duabus ad dimidias, ſpongiæ, aut linteo iuro iſto madida, & expreſſa, ventriculo imponantur.

Epithema aliud ad calidam hepatis intemperiem, Rondeletii: Recipe aquæ acetoſæ, aquæ Endiuiæ, aquæ Bugloſſæ, ana vnc. iij. Aquæ Scariolæ, aquæ Solatri ana vnc. j. ſ. Aceti, vini albi ana vnc. j. Trochiſcorum de ſpodio ſcrup. ij. Spicæ nardi drach. ſ. Santalorum omnium ana ſcrup. j Miſce, & fiat Epithema, vt prius.

Epithema aliud in vehementi febre: Recipe aquæ acetoſæ, Bugloſſæ, ana vnc. iij. Aquæ roſar. vnc. ij. vini albi vnc. ſ. Spec. Diamarg. frig. Oſſis Myrobalani ana drach j. Cinnamomi G. v. Miſce ſimul cum pauco ſcarlatæ granatæ; fiat Epithema, quod tepidum admoueatur regioni cordis.

Plantago à planta, Latinis. Arnogloſſum, id eſt, lingua agni à forma. Quibuſdam Polyneuros, à neruorum multitudine. Gallice, plantain. Germanis *Wegerich*. Duo recenſet eius genera Dioſcorides. Maius foliis craſſioribus, vegetioribus, latioribus, & betaceis: caule anguloſo, & cubitali, ſubrubro: ſemine tenui à medio ad verticem vſque circundato flore in ſpica luteo, nonnunquam herbaceo: radice tenera, hirſuta, candida, digitali craſſitudine. Naſcitur circa ſepes, aggeres & prata, locis tamen paluſtribus potiſſimum. Græcis ἑπτάπλευρον, id eſt, Septineruia, à ſeptenis neruis ſeu fibris, quæ in foliis apparent. Minus, quod anguſtiora, minora, molliora, leuiora, & tenuiora folia habet, caule angu-

angulosо,in terram inclinato,flore pallido, semine in summis caulibus.Iisdem quibus primum genus locis nascitur. Græcis Pentaneuron, id est,quinqueneruia,à fibrarū numero. Officinis lanceolata,à foliorum acumine.Vtriusq; herba & flores Maio & Iunio,semen vero Augusto colligitur.

Est & tertium Plantaginis genus,quod refert Tragus,substantia tenuiore, quam primū,folio rotundiore, sessili, in formam stellæ, & hirsuto, colore cinereo, fibris septem distinctum,& virescens per hyemem,nomine cum primo eodem.

Quartum etiam addit Plantaginem aquaticam,foliis minoris Plantaginis , caule procero & ramoso, flore in summo exiguo,& candido,sicut in Limonio.

Alii male Alisma vocant. Mediocriter siccum est & frigidum , vnde maximus eius in medicamentis vsus. Refrigerat simul & desiccat. Recentia folia cum aceto & sale cocta, cœliacis & dysentericis prosunt: Idem præstat semē & eius puluis sumptus. Commodior est aqua stillatitia: excreantibus & mingentibus sanguinē, phthisicis item auxiliatur.

Radices eius tres in vino coctæ, febri tertianæ,quatuor vero quartanæ resistere traduntur.Efficacius tamen hoc præstat aqua stillatitia,cyatho eius ante febris inuasionem sumpto: mēses quoque cohibet,omniaq;interna corporis vitia sanat.

Eadem præstat succus eius, aliquot diebus potus. Phrenesin succus vel aqua eius illita compescit.

Oculis instillatus succus , inflammationes eorum sedat, purgatque. Auditum auribus infusus restituit.

Oris ac gutturis hulcera emendat,si os aqua eius colluatur. Lichenis malo trita medetur: fistulas, Carcinomata, Carbunculos, intertriginem,aliaque vitia purgat ac sanat.

Cum Aizoo temperatus succus siue aqua,Erysipelata,aliasque inflammationes restinguit.Strumis pellendis collo à nōnullis suspenditur.

Plurimum præ aliis herbis in discutiendis tumoribus, restinguendisque inflammationibus pollet Plantago aquatica.

Clyster

Clyſter glutinatorius, Andernaci: Recipe ſucci vtriuſque Plantaginis, ſucci Portulacæ ana vnc.iv. Boli Armeni, ſanguinis draconis, Amyli ana drach.ß. Seui Hircini vel Caprini vnc.j. Mixta iniiciantur.

Clyſter conſolidans, Rondeletii: Recipe hordei integri torrefacti P.j. Plantaginis, fol. Myrti ana M.j. flor. Roſarum P.j. Fiat decoctio in libra diſſolue Trochiſcorum alborum Rhaſ. vnc.j. Amyli ſcrup.ß. Miſce, & iniiciatur.

Iniectio in vterum ad deterſionem vlceris poſt fœtum mortuum, Rondeletii: Recipe fol. Plantaginis, Agrimoniæ, Ceterach, Myrti, Lentiſci ana Manip.j. Fiat decoctio in aqua fontis, vel extinctionis plumbi, & in colatura diſſolue pro libra, Sacchari rubri, Mellis Roſar. Col. vel Syrupi de Roſis ſiccis vnc. iij. Miſce, & fiat iniectio per Metrenchytam.

Gargariſma ad Anginam, Andernaci: Recipe aquæ Plantaginis, aquæ Caprifolii, Mellis Roſati ana vnc. iv. Diamoronis vnc. j.ß. Ex his mixtis fiat Gargariſma: eoque ſæpius æger quotidie vtatur.

Gargariſma ad oris vlcera putrida, Andernaci: Recipe Plantaginis vtriuſque, Prunellæ, Fragariæ, Liguſtri, Roſarum rub. Maluæ, flor. intybi ſylueſtris ana æqualis modus. Decoquantur omnia in vaſe fictili nouo ex aqua, fiatque Gargariſma.

Errhinum ad vlcera purganda, & conſolidanda: Recipe ſucci Plantaginis, Solani, Roſarum ana vnc. iij. Vini albi, aut ſucci Mal. punicorum, Mellis ana vnc.j. Miſceantur, fiatque Errhinum.

Errhinum ad ſanguinem reprimendum: Recipe ſucci Polygoni, Plantaginis ana vnc.j. Succi ſtercoris Aſinini vnc.j. ß. Pollinis vnc.j. Penicillum ex panno lineo formetur, quod his imbutum, naribus indatur.

Epithema ad teſticulos refrigerandos: Recipe aquæ Plantaginis, & Nymphææ ana vnc.iv. Vini vnc.j. Miſce & linteo admoueantur. Heurnius.

Epithema ad ventriculum cortoborandum: Recipe Plantaginis vtriuſque ana M.j. Comarum Abſynthii M.ſ. Roſarum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 862 sur 1557

rubr. P. j. ß. Santalorum omnium ana drach. j. ß. Coralli rubr. vnc. ij. Omnia sacculo imposita ex aqua cum pauco aceti, cui aliquid vini adiectum sit, coquantur. Linteum duplicatum hoc iure calido imbutum, ventriculo admoueatur.

Polygonum herba à multis geniculis nomen accepit. Masculum Dioscorides cognominat, ad differentiam fœmellæ, quam Hippurin vocant. Dicitur eadem seminalis, à copioso semine: & sanguinaria ab effectu, quo in sanguine sistendo pollet. Gorrigiola & Centumnodia Officinis, à forma seu geniculorum multitudine: Gallis Gorrigiole: Germanis Weggraß. Dioscor. duo facit genera: Marem & fœminam. Mas nascitur in semitis passim, ramis tenuibus, teneris, copiosis, geniculis intersectis, in terra graminis modo repentibus: foliis rutæ similibus, longioribus tamen: semine iuxta singula folia: flore albo puniceove: floret æstate. Aetius Heliobotanen, hoc est, solis herbam appellari dicit. Item Proserpinaca, Apuleio & Dioscoridi. Nascitur in aruis humidis præsertim inter rapa, quædam herba Polygano similis, ramulis multis, crebris geniculis, sicut dicti Polygoni, foliis teneris, acuminatis, coloris cinerei, qualia fere Cypariſſi: flore & semine multiplici, stellato, seminis milii forma, odoris fortis: radice rotunda, alba, villosa, digiti longitudine: Viribus Polygono similis. Vnde Polygonon minus seu Polycarpon, à seminis copia nominari poterit. Polygonum fœminam, quam describit Dioscorides, Hippurin faciunt alii minorem: caule fruticat vno, arundini teneræ simili, densis geniculis, & in se tubarum modo fractis: articulos in orbem cingunt apices, foliolis piceæ similes: radicem habet inutilem, locis nascitur riguis, vide caput de Hippuri. Frigidum est Polygonum in ordine secundo, & quodammodo initio tertii, simulque exiccat. Spissandi ac refrigerandi vires obtinet. Polygonum vtrumque in vino rubro coctum, omnes alui fluxus, vomitus, sanguinis excretiones & menses superfluos cohibet: Venena & calculum expellit efficaciter. Ventriculi & Choleræ æstum restinguit: omnibusque internis vitiis medetur. Aqua stillatitia cum trito semine pota, parium est effectuum. Pecoribus pabulum

est

est gratissimum. Succus vel apua Polygoni vtriusque stillatitia, inflammationibus corporis internis & externis restinguendis plurimum prodest: Aurium dolorem mitigat. Collutione gingiuarum putredinem curat. Vulnerum inflammatorum, veterumque damnorum symptomata, præsertim circa genitalia loca prohibet.

CAPVT XLI.

De Pulmonaria, Panico, Portulaca, Papauere & Rosis.

PVlmonaria trium est generum: 1. dicitur Pulmonaria Gallica & Pulmonaria Aurea, Consolida Lactaria, Consolida Lactucina, Hieronymo Trago, Pilosella maior: Germanis Buch-Kohlen.

Secundum genus dicitur Pulmonaria Gallica fœmina.

Tertium genus dicitur Pulmonaria Gallica, Angustifolia: Naturam habent frigidam & siccam, in Chyrurgia maximi sunt momenti, fit inde Syrupus & aqua: sic veniunt Interne atque Externe vsurpandæ hæ herbæ, &c.

Panicum Græcis ἕλυμος, μιχίνη, μελύη & μέλυνος: Latinis Elymus siue Helymus, Meline siue Melyne, Melinus, Diocle: Melfrugum, Plinio Panicum, Panica & Panicula: Serap. lib. simpl. cap. 104. Dochon, aliis Amram, Dora, Alsaharauio Glares, reliquis Dochen, Diochen, Dolin, teste Matth. Syluatico Dorathin, & Buthicin: Italis Panico & Panigo: Hispanis Panico, Paniso siue Paniso & Painso: Gallis Panicum, Paniz, du Paniz semblable, & du Paniz oniliet: Germanis Fenchelne.

Secundum genus dicitur Panicum visosum, Panicum Indicum, Panicum Hispanicum, & Panicula. Tertium genus dicitur Panicum sylueſtre, Panicula sylueſtris, aliis gramen Mannæ sylueſtre:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 864 sur 1557

Germanis wilder Fenchel/ꝛc. refrigerat in primo & ſiccat in ſecundo gradu velut Oryza : generat ſanguinem craſſum & habet vim conſtipandi. Fit inde Panis Panicaceus : aliâs eius vſus eſt Internus. Externuſque. Eſt etiam panicum cæruleum Indicum, cuius in Medicina nullus adhuc inuenitur vſus.

Portulaca, Andrachne: Gallice, Pourpier, Purchaille: Germanice Burgel. Duæ ſunt huius ſpecies: Hortenſis & ſylueſtris. Hortenſis caules habet craſſos, pingues, teretes, & in altum erectos, lente vergentes in puniceum, folia pinguia, à tergo candida, flores exiguos, luteos, ſemina nigra, in herbaceis calycibus contenta. Naſcitur in hortis, vineis, lociſque cultis. Sylueſtris naſcitur in locis petroſis, & incultis, foliis oleæ, multo tamen minoribus, numeroſioribus, & tenerioribus: cauliculos habet rubentes, ab vna radice multos, in terra ſeſſiles, qui commanducati ſucco abundant, glutinoſique & ſapore ſunt ſalſi. Nec eſt tertium Aizoi genus, vt quorundam fert opinio. Vtriuſque & folia & flores Iunio & Iulio potiſſimum ſunt carpendi: Semen vero menſibus ſequentibus. Vtraque in tertio ordine à temperatis ac mediis refrigerat: humectat vero in ſecundo. Portulacæ & folia & ſemen pota aut comeſta, internæ ventriculi, iecoris & renum inflammationi maximo ſunt auxilio: dyſenteriam, alioſque alui fluxus compeſcunt: renum inflammationem refrigerant & confortant: vrinæ ardorem pellunt: ſanguinis in matrice profluuium, ficus, hæmoptyſin, aridam tuſſim & dyſpnœam tollunt. Gonorrhœam item & Veneris inſomnia ſiſtunt, ſanguinis calorem mitigant, ac impudicitiam refrænant. Stomachum in aceterio ſumpta, corroborant. Ad eadem omnia aqua ſtillatitia prodeſt. Folia & ſemen trita in farina hordeacea, ac temporibus illita, phreneſin compeſcunt. Eodem modo oculorum, aliarumque partium inflammationibus, eryſipelati item, auxiliatur. Succus aut liquor Portulacæ, cum Irino oleo aut Roſaceo temperatus, quietem & ſomnum, illitus, inducit. Pueris præ nimio calore non commode dormientibus, cum ſtupa capiti illinitur, vel ſtillatitia interdum aqua bibenda datur. Linguæ inflammationibus, Cydoniorum nuclei, in Portulacæ ſtillatia aqua mollefacti, commodiſſime illinuntur. Idem præſtat

Ozim.

Ozimi ſemen, dicto modo illitum. Dentium ſtuporem ex acido cibo aut aliunde natum, ſi aqua eius os colluatur, aut folia commanducentur, corrigit. Vulneribus ad ſyderationem ſpectantibus ex polenta illinitur. Plagis Sagittarum aut ſerpentum impoſita, venenum extrahit. Prociduum vmbilicum infantium adiuuat. Puſtulis cum polenta & Sale, aceto & Cera inungitur. Hulcera oris & Gingiuarum tumorem, commanducata cruda, ſedat: Mobiles dentes ſtabilit. Cerulcis dolori, cum Galla & Lini ſemine, pari quantitate ſubuenit. Mammarum vitia cum Melle aut Cimolia creta, emendat. Ardentibus febribus cum polenta imponitur. Podagris calidis & eryſipelati, cum ſale illita, medetur. Vulnerum doloribus ex oleo cum polenta illinitur. Neruorum duritiem emollit.

Electuarium ad calculum: Recipe ſucci Portulacæ, Fœniculi marini ana vnc. ß. ſem. Paliuri vnc. j. Aſari, Ochræ ana drach. iij. Cinnamomi Seſeli ana drach. j. cum Syrupo de Byzantiis, vel de quinque rad. fiat Electuarium. Parantur etiam ex Melle Lithontribone lapide Iudaico, additis ſuccis vel Syrupis conuenientibus. Rondeletius.

Papauer ſatiuum: Germanis Mägſamen. Gallis Pauot. Duo ſunt eius genera: Alterum quod Papauer album dicitur, Græcis Thyſacite, ab oblongo, & vtriculis ſimili capite: ſemine candido. Alterum nigrum, Græcis Pithite, à dolii forma, quod nigrum ſemen in lato, Seſſili, & doliolo ſimili capite, concludit. Officinis & vulgo Papauer nigrum, foliis conſtat longis, per ambitum ſerratis, nulloque pediculo cauli adhærentibus: floribus vel candidis, vel ex candido leniter purpureis: capitibus oblongis, in quibus ſemen atrum vel candidum. Succus Papaueris μηκώνιον dicitur: non Opium, vt quorundam eſt error. Eſt enim Opium liquor eius lacteus; vt poſt dicetur. In hortis ſatum prouenit. Floret Iunio & Iulio potiſſimum, ac ſubinde in capitulis ſemen profert. Tragus quinque obſeruata à ſe ſatiui genera enumerat, flore & ſemine differentia.

Primum floribus in ſummo candidis, maculis purpureis diſtinctis, ſemine cano, quod cùm maturuerit ſponte ex fathiſcentibus circa ſcapum capitulis excidit. Hocque eſt vulgare Papauer.

Alterum flore prorsus candido, capitulis nonnihil quam in altero longioribus, semine etiam candido.

Tertium floribus similiter candidis, sed maculis circa capitulum rubris tinctis, semine subflauo.

Quartum flore penitus rubro, semine atro.

Quintum flore Puniceo, maculis circa caput fuscis, semine similiter nigro. Præter hæc adhuc duo, alterum candido, alterum rubro flore, foliis in flore scissis, & in extremitatibus diuisis, alterum candido alterum fusco semine, tradit. Omnibus semen in capitulis est concluſum. Primi tantum generis capita, maturo semine fathiscunt, sicut Papaueris erratici. μήκωνος ἄγριαι Græcis, Latinis Papauer fluidum seu erraticum, à flore sic dictum, qui eis protinus decidit. Μήκων Græcis dictum, à μηκωνεῖν, id est, à non ministrando, quod eo vescentes non suis fungit officiis patiatur: quod de satiuo intelligitur. Officinis Papauer rubeum. Gallice Coquelicoc. Germanis à strepitu quem pueri harum foliis edunt KlapperRosen/quasi crepitaculares rosas, & KornRosen / in segetibus passim à Maio ad Autumnum vsque ad nascuntur. Duo sunt eius genera maius & minus, non nisi magnitudine differentia: Folium habet, Dioscor. autore, Origano simile, aut erucæ, aut intybo erratico, aut Thymo, incisum, sed longius & scabrius, caule iunceo, aspero, cubitali, recto: flore rubeo, interdum candido simili Anemone: caput oblongum, sed quam Anemones minus: semen rufum, radix longa, subcandida, minoris digiti crassitudine, amara. In aruis & segetibus passim nascitur. Floret vere & messis tempore. Porro Dioscorides non bene Papauer foliis Origani & Thymi comparat, vt ostendit etiam Cordus, cũ nulla sit ipsi cum his similitudo, sed folia habet Eruca aut Cichorii modo incisa. Vnde abundare ista apud Dioscoridem colligitur, & ab alio quodam adiecta. Altera species prio similis est, foliis Cichorii. Non autem est Anemone Papauer rubeum, vt docet Ruellius. Papauer Cornutum, Græcis μήκων κεραλίτης, Germanis gelb Oelmagen: Gallice Pauot Cornu. Folia habet candida, tenuia, hirsuta, verbasco similia, serrato ambitu, sylueſtris Papaueris modo, cui nec caulem habet dissimilem,

milem, flore luteo, pallidove, calyce pusillo, inflexo vt cornicula, effigie Fœnigræci, vnde cornutum, seu corniculatum est dictum: semine nigro exili, quale est Papaueris, radice per summa cespitum, sublimi, crassa. Locis nascitur maritimis & gracilibus, vt autor est Dioscorides, apud nos non nisi satum prouenit. Floret Iunio, semen messis tempore colligitur. Marinum alii appellant, quod in maritimis crescat. Errant qui memythen, id est, Glaucium, hoc idem appellant, foliorum decepti similitudine. Differt enim ab eodem. Sicut & ii errant qui idem cum Rhoade, hoc est, papauere erratico. Theophrastus papauer syluestre facit.

Papauer satiuum quarti est ordinis, sicut & reliqua Papaueris genera, refrigerantium. Papauer album in panem & cibos commode & vtiliter miscetur. Vertigine laborantibus, vt experimento constat, auxiliatur. Soporem allicit in pueris & viris. Infantibus in pulte semen datum, somnum conciliat. Succus eius efficacior est, sed magis noxius corpori.

Papauer nigrum vel succus eius, per se aut cum vino potus, fluxos à capite in pulmonem decidentes, sedat, tussim asperam lenit: omnisque generis defluxiones constipat, in viris & fœminis.

Papaueris semina, succus, herba, aut stillatitia aqua, phreneticis, fronti illita, sunt auxilio, matrici indita dolores sedant, & fluxus sistunt: idem præstat decoctum capitulorum Papaueris: ignem item sacrum restinguit. Cum oleo Amygdalino auribus infusum, tinnitum compescit. Ad eadem pollet liquor foliorum, capitum, & seminum stillatitius. Ex nigro autem Papauere lacteus liquor, leniter iecisis vasculis colligitur, quem Opium in Pharmacopoliis nominant. Exprimitur etiam ex tusis vasculis & foliis succus, & in sole exiccatur: eum priuatim Græci vocant Meconium, sed viribus est liquore imbecillior, propter inconcoctam & aqueam substantiam, quam ob causam facile putrescit & teredinem sentit. Opium itaque Papaueris est liquor: non igitur exiguo errore succus Papaueris à multis vertitur, cum succus eius dicatur Meconium. Quinque vel sex Papaueris erratici capita, cum tribus vini Cyathis decocta, donec ad duos redu-

reducantur, bibuntur contra vigilias, vt somnos accersant. Tusum semen cum Melle sumptum, aluum emollit. Aqua stillatitia, internum calorem restinguit: In ardentibus febribus vtiliter absque damno bibitur. Iecur enim aquæ istiusmodi refrigerant: Colli inflammationes & linguæ, gargarizatæ, mitigant, ac compescunt. Aqua stillatitia erysipelati medetur circumlita, narium fluxum, iecori cum panniculo madefacto imposita, sistit. Oris vitia & vlcera, decoctum eius collutione, sanat. Mulierum item menstrua profluuia compescit, decocto eius si lauentur. Temporibus illita aqua phreneticis auxiliatur. Calidos oculorum dolores cum linteo imposita mitigat. Succus eius cum nitro & sulphure scabiem sanat, omniaque cutis vitia extergit.

Papauer Cornutum facultatis est calidæ & siccæ, vt gustus eius qui nitro est similis, ostendit. Radix teste Dioscor. in aqua ad dimidiam partem decocta, Ischiadicis & iecinorosis medetur, nec non difficulter mingentibus. Semen tusum cum mulso aluum purgare fertur. Folia floresque cum oleo illita, sordida & maligna vlcera iuuant; Eadem inuncta iumentorum argemata & nubeculas emendat. Sed vlceribus purgatis, ab hoc abstinere oportet, vt docet Galenus. Adeo enim abstergere valet, vt & puræ carnis nonnihil eliquet, atque hoc facultatum robore, non sordes solum, sed & crustam hulceribus detrahit. Folia ex Melle Carbunculis medentur.

Aqua somnifera, Guainerii: Recipe Musci arborei, flor. Nymphææ, Papaueris albi & nigri, Lactucarum an. M.j. Cort. Mandragoræ, sem. Lactucæ, sem. Papaueris nigri ana vnc. ß. sem. Lolii vnc. ij. sem. Papaueris albi vnc. iij. sem. quatuor frig. vnc. ij ß. Ciinnamomi, Nucis Moschatæ, Zingiberis, Caryophyllorum ana vnc. ß. Ligni Aloes, Macis ana drachm. ij. Myrrhæ, Thuris ana drach. ij. ß. Croci drach. iij. Opii vnc. j ß. Aqua ex omnibus eliciatur: Cuius vsus fuerit ab vnc. ß. ad vnc. j. vti vires ac vigiliæ ægrotantis tulerint.

Aqua ad somnum alia, Fumanelli: Recipe succi Papaueris vtriusque ana lib. j. ß. succi Hyosciami albi & nigri ana vnc. ij. succi Portulacæ, succi Lactucæ ana drachm. iij. succi Fabæ inuersæ lib. ß. Nenupharis succi vnc. iij. sem. Papaueris cuiusque. Radic. Fabæ inuersæ

ana

ana vnc.ij. ſem. lolij lib.ß. ſem. hyoſciami albi & rubri ana vnc.ij. xyloaloes, Nucis Methel. ana vnc.j.ß. Portulacæ, Lactuc. ana drach. j. Scariolæ drach. j.ß. Endiuiæ vnc. j. Contũdantur & reponantur per dies tres in vaſe vitreo, & deſtillentur. Detur drach. j. cum vino & aqua.

Aqua ſomnifera, Rubei: Recipe nucis Metellæ drach.ß. Sem. Papaueris drach.ß. ſem. Hyoſcyami albi drach.ß. Opij gran. j. Sacchari opt. drach. iv. Sem Lactucæ, Sem. Papaueris nigri ana drach. ij. ſem. Lolij drach. ſ. Fiat aqua.

Aqua ad ſomnum alia, Rubei: Recipe Lolij, ſem. Hyoſcyami, ſem. portulacæ ana lib.ß. mãdragoræ vnc iij.ß. Papaueris nigri, ſem. craſſulæ maioris, cicutæ, papaueris rubri, Halicacabi ana vnc. iij. vnumquodq; ſeorſim in pollinem redigatur, indè in cucurbita diebus quinque aut ſex macerentur: poſteà adde ſucci craſſulæ maioris, ſucci fol. Papaueris rubri ana lib.ß. opij vnc. j. Omnia ſimul miſce, & deſtillet aqua: cuius eſt vt penultimus vſus.

Alia, Recipe ſucci fabarię, ſeu fabę inuerſæ, lolij ſucci, ſolani ſucci ana vnc. vj. ſem. hyoſcyami, ſem. Fabariæ, ſem. Endiuiæ, ſem. Lactucæ, violarum, roſarum ana vnc.ß. opij Thebiaci drach. ij.ß. Quæ teri poſſunt, terantur, infundantur in vnc. ijx. aquæ ardentis: mox tepentis aquæ balneo pluribus vicibus liquor deſtillet: cuius exhibent ad drach. ij.

Syrupus de papauere ſimplex, Meſuæ: Recipe capitum recentiũ papaueris albi, nigri & cum ſeminibus ana drach. xl. Aquæpluuiæ lib. ijx. Decoquantur ad remanentiam libræ vnius & dimidiæ, cui adde ſacchari, penidiorum ana vnc. iv. Fit Syrupus. Conſeruatur in vaſe vitreato cooperto per annum. Valet ad catharrum & tuſſim, ſomnumq; conciliat.

Syrupus de Papauere compoſitus, Meſuæ: Recipe capitum cum ſeminibus Papaueris albi & nigri drach. l. capillorũ Veneris drach. xv. Glycyrrhizæ drach. v. Iuiubas num. xxx. ſem. Lactucæ drach. xl. ſem. Maluæ, ſem. Cydoniorum ana drach. vj. Coquuntur in lib. jv. aquæ, vſq; ad duas, & cum Penidiorũ, ſacchari ana vnc. iix. fit Syrupus. Cõſeruatur in vaſe vitreo, vel figulino vitreato ad annos duos. Datur à ſeſcuncia vſque ad vncias duas, cum dupla aquæ ſtillatitiæ appropriatæ quantitate. Valet ad tuſſim ſiccã, phthiſim, catharrhũ calidũ & acrẽ, ſomnumq; cõciliat.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 870 sur 1557

Syrupus de papauere contra omnem ventris ſolutionem, Nicolai: Recipe capita Papaueris recent. num. c1. Plantaginis, Balauſtiæ, Gallarum, Prunellarum immatur. ana drach. j. Cõficitur ſic: omnia iſta in aquæ pluuiæ q.ſ. dimitte per biduum, in tertio verò die coque aquam benè vſq; ad conſumptionem medietatis, poſteà cola per pannum fortiter. Cùm autem colata fuerit, admiſce illi colaturæ tertiam partem mellis, & iterum coque, donec ad ſpiſſitudinem mellis redigatur, & tunc conde in vaſe vitreo, & cum opus fuerit, in drach. j. aquæ mitte drach. j. Syrupi.

Emulſio ad renum & veſicæ affectus, Andernaci: Recipe Seminis Papaueris albi vnc. ß. Quatuor ſem. Frig. Maioranę drach. iij. Amygdalarum dulcium vnc. ß. Omnia ex Glycyrrhizæ decocti quadrante in mortario lapideo terantur: Syrupi violacei, adianthi, & myrtorum ſing. vnc. ß. in iure decocti colato diſſoluãtur: ac emulſio duabus vicibus mane horis quatuor ante prandium exhibeatur. Sitim compeſcit, pectorisque & pulmonum inflammationes reſtinguit.

Loch de papauere, Meſuæ: Recipe papaueris albi drach. xxv. Amygdalarũ dulcium depellatarum, Nucleorum pinearum, Gummi Arabici, Tragacanthi, Succi Glycyrrhizæ ana drach. x. Amyli, ſem. Portulacæ, ſem. Lactucæ, ſem. Cytoniorum ana drach. iv. Croci j. ß. Penidiorum albor. vnc. iv. Omnia contundantur, & fiat Loch ſecundum artem cum Syrupi Papaueris lib. iij. Seruatur in vaſe figulino vitrato per annum. Datur lambẽdo ad drach. iv. hora vna poſt prandium vel ad ſomnum hora vna à cœna, vel omni tempore ad affectus ſequentes. Iuuat tuſſim & gutturis aſperitatem à catharro calido, tenui (quẽ ſputũ liquidũ indicat) eum enim coquit, & craſſat. Confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, pleuritidi.

Diacodion Montani: Recipe Capitum papaueris albi cum ſeminibus num. xx. Siliquarum dulcium vnc. iij. Rad. Althææ, Glycyrrhizæ raſæ ana vnc. ij. Aquæ fontis lib. xij. Eximantur è ſiliquis grana, poſteà decoquantur ad remanentiam librarum trium, deinde exprimantur, & colentur, poſteà adde Sacchari Candi roſ. lib ß. Penidiorum lib j. Decoquantur ad mellis conſiſtentiam. Eo vtimur in tenuibus & acribus Rheumatiſmis, pulmones & aſperam arteriam fluxione tentantibus, & continenti tuſſi peruigilium excitantibus.

Roſarum

Rosarum quas Græci ῥόδους vocant, multiplex & nemini nō cognita differentia. In duo tamen summaria distinguuntur genera. Syluestris vna, quæ Cynorrhodon, seu rosa canina vocatur, & altera hortensis, quæ absolutè Rosa dicitur: cuius multæ sunt differentiæ, rubra, alba, pallida, seu ex albo rufescens, incarnata, lutea, cerulea, quæ in multis Italiæ locis nascitur, & moschata, quæ omnium vltima, nempe Autumno, floret. Ex his mangonio & arte immutatis, multæ videntur aliæ varietates suboriri, sed trium præsertim vsus in medicina expetitur, albarum, rubrarum, pallidarum. Ex albis aquæ destillantur; ex rubris, mel rosatum, conserua, oleum rosaceum & Syrupus de rosis siccis parantur; Ex pallidis, Syrupus rosarum laxatiuus. In rosis multæ partes distinguuntur, Flos, vnguis, capillamenta, granula, flosculi, caulix, semen, lanugo. Flosculos capillamentis appensos, Antheram male nonnulli vocant, cùm Anthera non sit medicamētum simplex, sed compositum, & ad oris affectus vsurpatum, vt cōstat ex Actuario, Celso, Oribasio & Marcello. Rosarum frigida stipticaq; est natura. Rubentes antequam penitus aperiantur ad medicinæ vsum vtiliores cōlliguntur. Efficacior syluestrium rosarum quàm domesticarum aqua stillatitia creditur. Maximus & nemini non notus rosarum aquæ, sacchari, mellis, aceti & olei rosacei est vsus: Optimum auxilium in febribus ardentibus: refrigerant enim, & cor ac cerebrum confortant. Succum etiam ex rosis expresserunt veteres, & in vmbra siccarunt. Inferior tamen rosarum pars albicans, quæ vnguis dicitur, est amouenda, hæc siquidem est inutilis. Aridæ rosæ in vino decoctæ, alui fluxum, aliquoties in die potæ, sistunt: Sin calor adsit, ex aqua decoquentur. Eosdem præbent effectus arida rosarum capitula, dicto modo apparata. Rosæ recentes, earumque succus, aluum duram certò molliunt. Lapides, qui rosarum capitibus insunt, triti, calculum ex vino poti, feruntur pellere. Succus ex maturis rubrarum rosarum fructibus, vnà cum lanugine expressus, præsentissimum & probatissimum est Gonorrhœæ, & vtrisque mulierum fluxibus remedium. Ad idem hoc rubri fructus, antequàm molleſcant, asseruari, & in vino decocti bibi possunt: Dysenteriæ & sanguinis excretioni hoc idem medetur. Syluestrium rosarum aqua,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 872 sur 1557

præsertim quas rosas auenæ, Haber Rosen vocant, quàm satiua efficacior censetur. Omnibus calidis affectibus confert: Omnes enim cholericas exhalationes refrigerat & reprimit, cor confortat. Iulapium rosaceum sitim acutè febricitantium restinguit, ventriculi, cordis, & iecinoris æstus mitigat, putredinibus aduersatur: ideoque tempore pestis præcipuus eius vsus esse debet. Ad hoc autem conficiendum optimæ sunt sylvestres rosæ, aut naceæ dictæ. Spongiolæ ac fructus Gnosrhodi seu rosæ sylvestris, mirificè valent contra calculum, si leuigatæ in puluerem exhibeantur, vel in vino coctæ & calidæ sumptæ. Quin repertos in iisdem vermiculos maius ad hoc præsidium esse, quidam affirmant. Arefactæ rubræ rosæ in vino coctæ & colatæ, doloribus capitis ex calore natis, si caput decocto foueatur, prosunt: nec non oculorum, aurium, dentium & ani, matricisque inflammationibus, penna illitum aut infusum. idem expressum decoctum stomacho impositum, æstum eius mitigat, humidisque eius affectibus medetur: erisypelata restinguit. Ad eadem valet acetum rosaceum, perquàm vtile vrentibus pustulis pestis tempore. Lutei rosarum apices, aridi triti, gingiuarum fluxionibus efficaciter insperguntur. Omnibus in summa cholericis capitis adfectibus, rosarum liquor stillatitius, acetum, oleum & vapores, odoresque, mirè prosunt. Sylvestrium rosarum liquor stillatitius, ad eadem, quæ satiuarum, est efficax.

Aqua stillatitia odorata valdè, Heurnij: Recipe Aquæ rosarum stillatitiæ lib. vj. Rosarum Damascenarum recentium lib. iij. Flor. Lauendulæ recent. Flor. Spicæ recent. ana vnc. iv. Flor. Periclymeni. Flor. Iasmini, Flor. Ligustri ana lib. j. ß. Flor. mali aurantij sicc. vnc. iij. cort. mali citr. exicc. drach. ß. Caryophyllorum drach. j. ß. Cinnamomi, ireos optimi, styracis, calamitæ, Belzoini ana scrup. ij. Nucis Muschatæ scrup. j. Vini Cretici, cyathum j. Quæ in puluerem redigi possunt, in pollinem adducantur omnia, aliquotque dierum, nempè vnius aut alterius (sunt & qui plurium spacio) macerentur, inde calentis aquæ Balneo educatur aqua, cui addunt Moschi, Ambræ ana scrup. j. ß. seruantque inde in sole plerosque dies: inde vtuntur. Cordi & cerebro prodest exterius, interiusque adhibita, nec non & stomacho. Sunt, qui Santalos addant, & alia huiusmodi, quæ vsus ipse, & scopus vtentium suadet.

det. In Italia fragrantissima aqua extillatur ex floribus malorum Citrinorum, limonum & arantiorum, quorum cùm apud nos inedia sit, ita imitabitur. Accipiemus illam abrasam flauedinem teneram pomorum (in qua fragrantiæ focus resedit) succo pomorum aspergemus (modo ad frigidum vsum ducere velimus) aut vino: vel si calidioribus vsibus accommodemus, Cretico vino, imò & Aquæ vitæ, & diebus quibusdam digerantur, vel ilico excisa à pomo flauedo, sine attritione extilletur balneo: ita cortices cotoneorum malorum. Vtilis hæc aqua præter suauem odorem quem spirat, vsibus quotidianis, & quoque miscetur saccharo. Veneno & pesti resistit, halitum oris commendat, melancholiam discutit, stomachi pituitam dissipat, oculorum crassitiem extenuat, ictibus venenatis apposita prodest: epithemata cordi gratissima inde fiunt in populatim grassantibus morbis.

Syrupus de succo rosarum, Mesuæ: Recipe Succi rosarum depuratarum lib. j. ß. Sacchari clarificati lib. j. ß. Fiat Syrupus secundum artem, vt decet. Aluum compressione soluit, vnciis tribus sumptis, sed multò clementius, quam qui ex multis rosarum recentium infusionibus paratus est.

De Iulapio rosaceo. Recipe Aquæ rosarum lib. iv. Sacchari clarificati lib. ij. vel lib. iv. Fiat Iulapium cum diligentia secundum artem. Febrium, thoracis & ventriculi incendium, caloremque flammeum extinguit, sitim inexpletam sedat.

Infusio rosarum, seu syrupus rosatus solutiuus, siue Muccharum, Mesuæ: Recipe infusionis rosarum secundum artem nonùm iteratæ lib. x. Sacchari tantundem. Coquantur in Syrupi consistentiam. Nonnulli cum melle conficiunt. Dosis ab vnciis duabus ad vnc. iij. Bilem purgat.

Errhinum ad fætorem narium, Rondeletij. Recipe Succi rosarum, vel Maioranæ vnc. ij. Aquæ ros. vel flor. Aranciorum, vel Myrti vnc. j. Mellis rosar. colati, ad adhæsionem parùm: vel adde modicum Gummi tragacanthi & Arabici ad inspissationem: naribus admoueantur. Quod si fætor narium sit cum vlcere, ex succo rosarum tantùm & aqua rosacea, vel aqua Myrthi parari debet. Si

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 874 sur 1557

verò à nimia humiditate, aqua ex floribus Citri, ſuccus Maioranæ, & alia calidiora ſunt vſurpanda.

Epithema ad frontem, primum, Galeni: Recipe roſarum rub. P. ij. Macerentur in vino, ponanturque inter duo linteola tres digitos lata, longitudine autem ab vna aure ad alteram tendentia: & fronti applicetur.

Secundum, Andernaci: Recipe Roſarum rubr. Flor. Nymphææ, Flor. violarum ana P. j. Betonicæ, Meliloti ana P. ß. Reponantur inter duos ſindones, vel duo linteola, fiatque ſplenium interſutum, quod fronti ac temporibus applicetur.

Tertium: Recipe Aquæ Roſarum lib. ß. Olei roſacei vnc. ß. Albuminis ouorum num. j. aceti roſati vnc j. Miſce, ac fiat epithema frõtale.

Epithema frontale, commune. Recipe olei roſacei vnc. j. Acet. roſat. drach. iij. Aquæ roſar. vnc. ij. Album ouorum num j. Agitentur ſimul & temporibus applica.

Acetum roſaceum. Recipe roſarum rubrarũ mediæ maturitatis, præfectis & abiectis vnguibus, hoc eſt, imis foliorum partibus, abſque rore ſine pluuia lectarum, in vmbra extrà Solem ad triduum, aut quatriduum expanſarum & reſiccatarum lib. j. Aceti ſextarios iix. inſolentur diebus quadraginta. Deinde reponantur, vel (quod melius erit) abiectis foliis corruptis, acetum coletur, ac reponatur. Quidam ſæpius mutant folia roſarum, nec ita diu ſtare in Sole ſinunt (verbi gratia ad dies triginta, vel pauciores) vt elegantius colore aſpectuque, & ſapore odoreque validius fiat acetum. Ad normam & exemplum aceti roſati parari etiam poſſent, Acetum Saluiatum, ex floribus ſiccatæ Saluiæ. Sambucatum ex floribus ſiccatis Sambuci. Roſmarinatum, vulgò Anthoſatum dictum, ex floribus ſiccatis Roriſmarini. Acetum Lauendulæ, ex floribus ſiccatis Lauendulæ. Acetum Caryophyllorum, ex floribus Caryophyllorum.

Aqua ad oris halitum commendandum, atq; item narium, Rubei: Recipe Aquæ roſaceæ lib. j. ß. Aquę violarum lib. j. Aquæ Maioranæ lib. ß. Nucis Moſchat. Agallochi, Cinnamomi, Galangæ, Zedoariæ ana drach. ij. In puluerem redigantur quæ poſſunt redigi, & cum aquis miſceantur, deſtilletque aqua, cui addito Moſchi G. iix.

Nam

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 875 sur 1557

Nam purgato capite, si ipsa aqua quotidie stomacho ieiuno, emunctisq; naribus trahatur, mirifice confert, dum è cerebro ortum habuerit malum.

Aqua ad sputa cruenta, & phthisim, Rubei: Recipe carnium limacum in vini austeri, & aquæ plantag. coct. lib. ij. Conseruæ consolidæ maioris. Rosarum ana lib. j. Cum limacum destillatione fiat destillatio in alembico. Hæc aqua per manicam Hippocr. coletur, cum sacchari dissoluti in aquæ plantag. vnc. ij. Santali, Spicæ ana scrup. ß. exhibeatur.

Aqua confortans visum, Ranzouii: Recipe Margaritas q.v. quas in tenuissimas particulas cõtusas excola per linteum cum aqua rosarum. Deinde aquæ istius aliquot guttas pluma oculis instilla.

Syrupus de Mentha maior, Mesuæ: Recipe Succi Citonior. Muzorum, Citoniorum dulcium, Granatorum acetosorum, Granat. dulcium, Granator. Muzor. lib. j. ß. In succis macerentur per horas xxiv. sequentia: Recipe Menthæ siccæ lib. j. ß. Rosarum rubearum vnc. ij. Coquantur deinde cum facilitate, vsque ad medietatis consumptionem: colentur & colaturæ adde Mellis vel Sacchari lib. ij. Coquantur ad perfectionem: & quum reponis, aromatiza cũ Galliæ moschatæ tritæ veræ, & in sindone ligatæ, atque ex orificio vasi suspensæ drach. iij. ventriculum frigidum, roborat: ob id nauseam, vomitum, singultum, fluorem alui sedat.

Syrupus de mentha minor, Mesuæ: Recipe Succi menthæ depurati lib. j. Succi granatorum dulcium, Granatorum acetosorum, ad medietatem coctorum, sacchari vel mellis ana lib. j. Coquãtur sensim secundum artem (in hoc quoq; syrupo notandum est, quod in proximo de Mentha Maiore dictum de melle) Eandem ferè cum superiore facultatem habet.

Errhinum purgans bilem, Rondeletij: Recipe succi rosarũ vnc. ß. Diagridij drach. j. Mellis parum, Misce. Si nimium liquida sint, adde ad inspissationem farinæ lupinorum parum, aut hordei, aut orobi. Si autem syrupo ros. laxatiuo parare velis, mel erit superfluũ.

Gargarisma ad inflammatas tonsillas per initia exhibendum, Rondeletii: Recipe Aceti communis, vel Aceti Rosati vnc. iv. Aquæ cisternæ lib. ß. Misce & fiat gargarisma.

Aliud, Rondeletii: Aquæ Solani, Plantaginis, Caprifolii an. vnc. iij. Syrup. ros. lax. vnc. ij. Misce & fiat gargarisma.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 876 sur 1557

Aliud Rondeletij: Recipe ſucci cotoneorum, vel ſucci mali granati lib. ſ. Aquæ communis vnc. jv. Miſce, & fiat Gargariſma.

Oleum è roſis pręſtantiſſimum, Rubei: Roſarum folia in vmbra aliquandiu aſſeruãtur, in matula vitrea magna ponuntur, cuius ſit fundus latus, & ad dimidium vas impletur: indè affunditur ipſis Roſarum foliis tantum aquæ roſaceæ ſtillatitiæ, quantum ſatis fuerit, vt optimè madeant: appoſitéque pileo vitreo cæco, ſtipatisque optimè rimis cera gummata, quindecim diebus equino fimo macerantur: ſic tamen, vt mutato, cùm frigeſcere cæperit, fimo, calor æqualis ſeruetur. Appoſito mox matulæ roſtratæ pileo, igne moderato cinerum, aqua omnis elicitur: quæ rurſus in eadẽ matula, optimè prius à fæcibus mundata, ablutaq; ponitur, & calẽtis aquæ balneo lentiſſimo igne elicitur, dum tota in vas recipiens abeat. Nam in fundo matulæ remanebit oleum roſarum, colore rubrum, perſpicuum, & moſchi odore ſuauiter fragrans; viribus cordis, ac cerebri roborandis apprimè vtile.

Oleum roſatum completum, Meſuæ: Recipe olei ex oliuis maturis, aqua fontana, multoties loti, quantum voles: deinde immitte folia roſarum rubrarum apertarum repurgata, quantum ſatis eſt, in vitreum vas: obturatur vas, ac per dies ſeptem inſola iterum, coque in balneo, & exprime, vt prius; tertiò noua immitte roſarum folia, quibus addes aquę infuſionis roſarum (eo modo confectæ, vt in ſyrupo roſato dictum eſt) quartam partem: miſce inſola dies quadraginta, in vaſe vitreo obturato: poſt excola, exprime, & addito roſarum ſucco, iterum diu inſola. Alij partem infuſionis ſumunt, & ſucci roſarum partem alteram, & eo, quo ſuprà dictum eſt, modo conficiunt. Roborat, reſoluit commodè, lenit & ſedat.

Oleum roſatum aliter, Pauli: Recipe roſarum exemptis vnguibus vnc. iij. Olei omphacini vnc. vj. immitte in vas vitreum obturatum, ne expiret: dies quadraginta inſolato. Alij non inſolant, ſed puteo imponunt, ſuſpenſum proximè aquam dies quadraginta. inflammationes extinguit, roborat, cogit, denſat, fluxiones ſiſtit, & materiarum per corpus fluxum cohibet.

Oleum roſatum Omphacinum. Recipe olei oliuarum immaturarum loti lib. j. Roſarum rubrarum purgatarum vnc. iv. Tritis roſis, & oleo impoſitis, fac, vt dictum eſt, ter roſas permutando. Eiuſdem cum ſuperiori facultatis.

Puluis

Puluis pro epithemate hepatis excalfaciens: Recipe Roſarum, Santali albi, rubri, Abſynthii, Schœnanthi, Spodii, Nardi Indicæ, Cinnamomi ana vnc. ß. Moſchi ſcrup. j. Miſce & fiat puluis tenuiſſimus.

Aromaticum roſatum Gabrielis: Recipe Roſarum rubearum drach.xv. Glycyrrhizæ raſæ drach.vij. Ligni Aloes, Santali Citrini ana drach.iij. Cinnamomi electi drach.v. Macis, Caryophyllorum ana drach.ij ß. Gummi Arabici, Tragacanthæ ana drach.ij.ſcrup.ij. Nucis Moſchatæ, Cardamomi minoris, Galangæ ana drachm.j. Spicæ Indicæ, Ambræ griſeæ ana ſcrup.ij. Moſchi ſcrup.j. Trita & in puluerem redacta permiſcentur cum Syrupi Roſati, Syrupi è Cort. Citri, Sacchari albi an.dr.ix. Coque, fiat electuarium iuſtæ conſiſtẽtiæ. Seruatur per annum, & vltra in vaſe fictili vitrato. Cerebrum, cor, ventriculum & omnia nutritioni famulantia membra roborat, appetentiam excitat, concoctionem iuuat, viſcerum excrementoſam humiditatem abſumit, ac ex morbo conualeſcentibus auxiliatur.

Aromaticum roſatum, Meſuæ: Recipe Roſarum rub.drach j ß. Ligni Aloes, Macis, Galangæ, Caryophyllorum, Zingiberis, Trochiſc.Diarrhod. Nucis Moſchatæ, Galliæ Moſchatæ an.drach.ij.ß. Glycyrrhizæ raſæ vnc.j.

Cinnamomi drach iij. Cardamomi, Spicæ Nardi ana drachm j. Syrupi roſati. Syrup. Cort. Citri ana q.ſ. Fiat Electuarium. Doſis à drach.iij.vſq; ad drach.v. Cor, ventriculum roborat, appetentiam excitat, coctionem iuuat, nauſeam, & vomitum ſedat, viſcerum humiditatem excrementoſam abſumit.

Aromaticum Roſatum minus, Meſuæ: Recipe Roſarum rubr. drach.x. Ligni Aloes, Santali Citrini an.drach.ij Cinnamomi vn.ß. Maſticis ſcrup.iv. Ambræ ſcrup.ij. Moſchi ſcrup.j. Syrupi Roſati q.ſ. cerebrum, cor & ventriculum roborat, & eorum inflationes ſedat.

Electuarium lætificans, Rhaſis: Recipe Roſarum, Ligni Aloes ana drac.vj. Macis, Nucis Moſchatæ, Galliæ Moſchatæ, Cardamomi vtriuſque ana drach.ij. Cinnamomi, Croci ana drach.ij. Cyperi drach.v. Caryophyllorum, Maſtiches, Spicæ Nardi, Aſari ana drac. iij. Melle emblicarum excipe, Moſchi G xv. Aromatiza. Datur à dra. j. ad dra.iij. Ad affectus cordis, ventriculi, iecoris, quas partes etiam

roborat, admodum confert: palpitationem cordis emendat, valenter exhilarat, & coctionem iuuat, coloremq; viuidum efficit.

Electuarium de Aromatibus, Galeni: Recipe ligni Aloes crudi, Rosarum ana Aur. xij. Calami Aromat. Aur. iv. Galliæ Moschatæ, Macis, Doronici, Piperis lõgi, Nucis Moschatæ, Mẽtæ Siccæ, Spicæ Nardi, Cassiæ, Masticis, Cinnamomi, Caryophyllorum, Asari ana aur. iij. Croci, Cardamomi maioris, Card. minoris, Triumsantalorum, Rhabarbari, Costi, Cubebarum, Zingiberis, sem. Fœniculi, sem. Anisi Ligustici sem. ana aur. ij. Sacchari vnc. vj. Miuæ Aromaticæ vnc. xij. Mellis despumati q.s. Fiat Electuarium. Dosis à drac. ij. vsque ad aur. vj. Ad ventriculi & hepatis affectus frigidos, ex pituita crassa, & flatibus efficax: Flatus enim dissipat, coctionem iuuat, ob id acidos ructus, nauseam, cibi fastidium compescit, colorem cutis floridum affert, canitiem tardat, oris & sudoris odorem commendat: sed hepar & renes immodice calefacit, ac inde semen siue coitum promouet.

Electuarium Petri, Arnoldi Villanoui: Recipe Rosarum rubrarum drac. ij. ß. Anisi, Marathri, Masticis, Schœnanthi, Cassiæ ligneæ ana drach. ij. Glycyrrhizæ mundæ, Reu, Spicæ Nardi, Asari ana dra. j ß. sem. Apii, sem. Scariolæ, Nenupharis, sem. Melonum mundat. Cinnamomi, Trochisc. Diarrhod. Cuscuthæ, Polii ana drach. j. Croci scrup. j. Caphuræ scrup. ß. Sacchari lib. iij. Fiat Electuarium cum aqua decoctionis istorum: Recipe rad. Sacchari vnc. iv. Bedegar. vnc. ij. rad. Fœniculi vnc. ij. Rosarum rub. vnc. j. Dosis eius á drach. ij. vsque ad drach. iij. Cum decoctione vel succo dictorum. Seruatur per biennium.

Proprie respicit virtutem naturalem, quo plurimos curaui à febribus phlegmaticis, tertianis nothis Chronicis, proprie quibus forma corrumpitur: oppilationes aperit & prouocat vrinam, stomachum confortat, & hepar.

Rosata nouella. Nicolaus: Recipe Rosarum viridium, Glycyrrhizæ ana vnc. j. scrup. ij. ß Cinnamomi drachm. ij scrup ij G. ij. Caryophyllorum, Nardi, id est, Spicæ Indicæ, Zingiberis, Galangæ, Nucis Moschatæ, Zedoariæ, Styracis Calamitæ, Cardamomi, sem. Apii ana scru. j. G. iix. Sacchari albissimi quantum sufficit. Fiat Electuarium, seruatur per annũ. Cõfert apprime calori, & siccitati stoma-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 879 sur 1557

ſtomachi,cordis,hepatis & pulmonis: ſitim cõpeſcit & vomitũ:abſcindit debilitatẽ ſtomachi:adſtringit laxa:cardiacis ſubuenit:ſudorẽ Diaphoreticũ reprimit: ex Chronica infirmitate debiles recreat.

Electuarium Alcanzi: Recipe Roſarum,Coſti,Spicæ ana vnc.ij. flor.Granati ſylueſtris vnc.j. Nucis Moſchatæ, Calami Aromatici, Caryophyllorum,Macis,Cardamomi ana dra.iij.ß. Zingiberis dra. ij.Myrob.Indorum, Emblicorum,Belliricorum an.drac.vj.Granorum Myrti lib.j.Balauſtii, Thuris, Cort.Citri,fructus Tamaricis an. vnc.ß. Fervefiant ſemel omnia in vino generoſo antiquo: poſt ſiccentur:feruefiant deinde ſemel in ſucco Cydoneorum, exiccẽturq; in vaſe terreo vitreato:terantur & miua excipiantur.Dantur dra.iij. cum Syrupo Cydoniorum. Ventriculum calefacit & roborat: ob id appetentiam excitat: coctionem iuuat,flatus diſſipat, vomitum pituitoſum,& ab eo virium diſſolutionem emendat.

Electuarium reſumptiuum,Nicolai: Recipe Roſarum, Glycyrrhizæ,Sacchari an. dra.ij.G.v.Gummi Arabici, Tragacanthæ an.dr. ij.ſcru.ij.Santali albi,rubri an.drac.j.ſcru.j.Papaueris albi.ſucci Glycyrrhizæ,Amyli,ſem.Portulacæ,ſem.Lactucæ,ſem.Scariolæ an. dr. iij.Caryophyllorum,Spodii,vel Eboris vſti, Cinnamomi ana drac. j.Zedoariæ,Zingiberis,Styracis Calamitæ ana dra.ij Croci G.v.Penidiorum vnc.ß.ſeminis Cucurbitæ mundat.ſem. Citrulli,ſem.Cucumeris,ſem.Melonis,an.drach.iij.ſem.Citoniorum ſcru.ij.Amyg. dulcium, Pineorum nucleorum, Berberis,ſem.Maluæ,ſem.Coti ſiue Bombacis.ſem.violarum,Sebeſten,Pulpæ ana dra.ij.Syrupi Violati quantum ſufficit.Fiat Electuarium.Reſtaurat humiditatem radicalem, lenit, humectat, nutrit,& confortat,aperit poros,obſiſtit choleræ,ſedat febrem,tuſſim,& ſitim,reſtituit integras vires,& priſtinam ſanitatem extenuatis,conſumptis & hecticis.

Electuarium roſatum Meſuæ: Recipe ſucci Roſarum rubrarum lib.iv. Sacchari optimi lib.j. ß. Mannæ electæ & recentis vnc vj. Scammonii præparati vnc.j.ß. Coque igne lento ad Mellis craſſitunem: tunc adde ſubſequentia bene trita,& per cribrum tranſmiſſa: Trochiſcorũ de Spodio vn j.Galliæ Moſchatæ,Croci an.dr.ij.Trochiſcorum de Berberis.vn.ß.Confice ſecundum artẽ. Hoc Electuario vtimur in Catapotiis conficiendis aggregatiuis,& de hermodactylis.Doſis eſt dr.v.Cholalogum eſt Clemẽs, ob id ſalubre bilioſis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 880 sur 1557

affectibus, arthritidi calidæ, cephalalgiæ validæ; vertigini, oculorum dolori, ictero.

Electuarium pro palpitatione à flatibus: Recipe spec. Aromat. Rosat. vnc. j. Spec. Diarrhodon. Abb. confect. Alchermes ana drach. j. Corticis Citri Saccharo conditi vnc. j. Conseruæ Buglossæ, Conseruæ Anthos ana drach. iij. Cum Syrupo conseruationis Citri fiat Electuarium. Capiat ante & post pastum superbibendo parum vini, cum aqua Menthæ & Absynthii. Rondel.

Loch ad pus retentum, Rondeletii: Recipe Syrupi Rosati laxatiui vnc. ij, succi Glycyrrhizæ drach. j. Farinæ hordei vnc. ß. Tragacanthæ vel Gummi Arabici drach. j. Fiat Loch. Sumatur mane tantum. Sero autem vtatur constringentibus.

Electuarium pro refrigerato ventriculo, Rondeletii: Recipe Spec. Aromat. Rosat. drach. j. Spec. Diagalangæ, Spec. Diarrhod. Abb. vel Rosatæ nouellæ ana drac. iij. Sacchari parum. Cum Syrupo conseruat. Cortic. Citri fiat Electuarium. Sumatur ad quantitatem auellanæ, superbibendo parum vini diluti aqua Absynthii, vel Menthæ.

Aliud: Recipe Zingiberis conditi cum Saccharo vnc. j. Spec. Aromat. Rosat. drac. ij. Spec. Diarrhod. Abb. drach. iij. Cum Syrupo de Mentha fiat Electuarium. Capiat vt antea dictum est. Rondeletius.

Electuarium ad ventriculi corroborationem, Rondeletii: Recipe Cort. Citri cum Saccharo conditi, loti in vino vn. ij. Spec. Aromat. Rosat. drach j. Anisi drach. iij Fœniculi drach. ij. sem. Rutæ, sem. Viticis ana drach. j. Cum Syrupo de Mentha fiat Electuarium.

Electuarium confortans stomachum & digestiuam, Arnoldi Villanoui: Recipe Rosarum rubr. Nucis Moschatæ, Glycyrrhizæ rasæ, sem. Cucumeris ana drach. j. ß. Flor. Violarum, Caryophyllorum, Spodii, Amyli, sem. Melissæ ana drach. j. Spicæ Nardi, Santali albi & rubri, Tragacanthi, sem. Citrulli an. dra. ij. vsque ad vnc. ß. mane cum vino remollitionis Galangæ & Zingiberis.

Electuarium ad ventriculum refrigerandum: Rondeletii: Recipe Conser. Rosarum. Conseru. Nenupharis ana vn. ß Spec. Diamar. frig. Spec. Triasandali ana drach. ij. Spec. Diarrhod. Abb. dra. ß. Coralli rubri. drach. j. ß. Cum Syrupo violato fiat Electuarium.

Conserua Rosarum, Mesuæ: ℞. Rosarum rub. recent. exungata-

rum

rum lib.j.Sacchari albi lib.ij.vel iij. Teruntur in mortario lapideo, reponuntur vaſe vitreo, aut vitrato, pergamena operculato, menſibus tribus inſolantur, in die ſæpe agitantur, poſt auferuntur, ſeruantur ad biennium vel triennium. Sunt qui roſas omnino imperfectas condiunt, vt valentius adſtringant. Datur ad vnc.j. ß. ventriculum & cor & viſcera reliqua firmat, ipſorumq; intemperiem humidam emendat. Poteſt etiam cum oleo Vitrioli confici: & fit conſerua vitriolata.

Pilulæ ad dolorem Colicum, Rondeletii: Recipe Spec. Aromatici Roſati drach.ij. Spec. Diagalangæ drach.ij. Caſtorii drach.ß Euphorbii G.x. Opii diligentiſſime tuſi, cum piſtillo ferreo calido, diſſolutiq; in vino Maluatico ſcrup.j.ß. Piperis, Croci, Myrrhæ an.ſcru. ß Formentur Pilulæ decem pro drachma. Capiat pilulas 4. aut 5. Si nec ſedetur dolor, dentur 9. vel 10. Maſſa iſta non niſi poſt menſes duos propinanda. Tunc enim vis opii remiſſior & ipſa exiccata, ita vt pulueriſari poſſit, & cum vino propinari.

Diarrhodum Nilei, ex Galeno: Recipe Roſarum vnc.ß. Broci drach.ij. Gummi drach.iij. Opii, Nardi Indicæ ana drac.j. Aquæ pluuiæ quantum ſufficit. Fiat Collyrium. Ad doloris moleſtias, fluxum vberem ac tenuem, puſtulas, prolapſus oculorum.

Sief de roſis aliud, Meſuæ: Recipe fol. Roſæ drach.xv. Croci, Gummi Arabici ana vnc j. Nardi Indicæ, Opii ana drach.ij. Aquæ pluuiæ quantum ſufficit. Fiat Sief. Ad doloris moleſtias fluxum vberem ac tenuem, puſtulas, prolapſus oculorum.

Pilulæ de Aloe lota, incerti autoris: Recipe Aloes lotæ cum ſucco Roſ. rubrarum vnc.j. Agarici Trochiſcati drach.iij. Maſtiches drach.ij. Spec. Diamoſchi dulcis drach ß. Vini Maluatici q.ſ. Fiat maſſa in papyro mundâ, Ceræ liquatæ intincta, ſeruanda per annum. Ventriculum, cerebrum, viſcera reliqua, oculos, vterum à putridis humoribus purgant, & roborant.

Pilulæ de Aloe roſata, Auguſtani: Recipe Aloes roſatæ optimæ & pellucidæ vnc.j. Cum vino formentur Pilulæ, pro drachma quot voles. Minus purgant, magis roborant. Aloe roſata dicitur quæ ſucco Roſarum ſæpius eſt elota, aut quæ eundem ſuccum ſæpius imbiberit.

Pilulæ de Aloe Roſata, Arnold. Villanouani: Recipe foliorum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 882 sur 1557

Roſ.viridium vnc.iv. Terantur ſeu incidantur minutiſſime, & cum Aloes vnc.vj.incorporentur: quibus exiccatis denuo addantur totidem Roſæ,& tertium reiterentur: poſtea formetur maſſa, quæ vſui reſeruetur.

Pilulæ Aquilinæ Fiorauanti: Recipe Conſeruæ Roſarum vnc. iij. Ligni Aloes drachm.j. Olei Vitrioli Gr.x. Cinnamomi electi ſcru.ij Lapidis Philoſophici noſtri vn.j.Sacchari albi vnc.ij. Miſce, & cum Syrupo acetoſo fiat maſſa.Doſis drach.j.vſq; ad drac.ij.cum vino.Valent ad omnes infirmitates: purgantque ſine nocumento.

Trochiſci de Roſis,Rhaſis: Recipe Roſarum rubrarum vnc ß. Ligni Aloes drac.j. Maſtiches drach.j.ß. Abſynthii, Cinnamomi, Nardi Indicæ,Caſſiæ,Schœnanthi ana drach.j. Vini antiqui & decoctionis quinq; rad cum q.ſ.Formentur Trochiſci.Durant annum vnum.Sunt efficaces ad multos affectus, præſertim ad ventriculi dolorem,malam coctionem,febres antiquas,hydropem incipientem,& illos maxime,quibus forma corrumpitur.

Tabulæ purgantes: Recipe ſpec.Aromat.Roſ ſcru.ß.Cinnamomi electi,Zingiberis ana drach.ß.Macis,Galangæ,Calami Aromat. ana ſcrup.ß.Rhabarbari electi drach.j.ß.Spicæ Indicæ ſcrup ß.Turbith.opt. drach.iij. Agarici Trochiſc. drach.ij. fol.Senæ mundat. ſcrupul.iv. Diagridii drach.j.ß. Tragacanthæ, Maſticis ana ſcrup.ß. Sacchari in aqua Cotoneorum diſſoluti vnc.ix. Olei Caryophyllorum ſcru ß.olei Cinnamomi G.v.Doſis ſcrup j.fiant tabulæ pondere drach.ij.

Morſelli confortantes mirum in modum: Recipe ſpec.Aromat. Roſ.drach.j ſpec.Diarrhodon Abb.drach.ß.ſpec.Diambræ ſcrup.j. Cinnamomi electi drach.j.Zingiberis ſcrup.iij.ß.Macis inciſæ drac. ß.Santali Citrini ſcrupul.ß. Pinearum mundatarum drach.iv.Sacchari opt.in aqua Roſ. diſſoluti lib.ß. fiant Morſelli ſecundum artem.

Tabulæ ex Electuario de ſucco Roſarum: Recipe ſpec.Electuarii de ſucco Roſarum drach.vj. Sacchari albi in aqua Endiuiæ diſſoluti lib.ß.vel vnc.iv. Fiant tabulæ quadratæ ponderis drachmarum quatuor. Datur vnc.ß. Flauam bilem purgant citra moleſtiam.

Tabulæ confortantes & exiccantes ſtomachum: Recipe ſpec. Aro-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 883 sur 1557

Aromat. Rof.drach.ij. fpec. Diarrhod. Abb.drach.j. Sacchari albi diffoluti in aquæ Mentæ vnc.iij. Fiant tabulæ fecundum artem ponderis drach.ij.

CAPVT XLII.

De Senecione, Sanguiforba Soncho, Solano, Serpentaria, Tamarifco, Semperviuo & Violis.

SEnecio Græcis ἐριγέρων, ἐρεχθίτης, Callimacho ἄκανθις, & Apuleio ὑδροτέρων: Æmilius Macer eius in Carmine fic facit mentionem dum ait:

Erigeron Græci, nos Senecion vocitamus,
Quod canis fimilis videatur flore Capillis.

Latinis Erigeron, Erigerum, Senecio, Senecium, Apuleio Hydrogerum, & Gerontea: Diofcoride Erechthites & Herbulum: Ifidoro, Erigeron, Nicolao Myrepfo, Cortalum: Ioanne Manardo, Petrella, aliis Herba Petrella, & Herba Pappofa Cardumcellus fiue Cardomcellus. Herba Cana: Callimacho Acanthis. Serapi: lib. fimpl. ca. 318. Ranoahon: Andrea Bellunenfe, Chare Alhayn: Haliabbate Adryon & Vufeam: Italis Senecio, Spelliciofa, Cardoncella, Petrella, Herba Patrella: Hifpanis Yerua Cana, Hierua Cana, Cardo Morto, Bon Varon, Portugallenfibus Attaftinha: Gallis Seneffon & du Seneffon: Germanis Creutzwurtz ꝛc.

Secundum genus dicitur Senecium Montanum, & Erigerum Montanum.

Tertium genus nuncupatur Senecium Canum, Senecium & Erigerum Tomentofum: Germanis Wollechtig Creutzwurtz / ꝛc. Herba in Medicina vfurpatur, deftillatur in aquam, ac fit inde Syrupus, refrigerat & diffipat: Macer fic annuit de hac Herba

Illius herbæ vis frigida dicitur effe,
In medicinali radix non ponitur vfu.

contra dolorem fic commendat idem Poeta Æmilius Macer:

Hanc

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 884 sur 1557

Hanc circumseptum si quis fodiat sine ferro
Et tangat dentem tribus vicibus inde dolentem,
Vnaquaque spuens vice postque reponens eodem,
Quo fuit orta loco, sic rursum viuet vt herba,
Plinius vt dicit, non amplius ille dolebit.

Alio loco & sic infert:

Flores cum foliis infundito vini
Permodicum dulcis, & sic tepefacta tumori
Hæc simul apponas ani, vel Testiculorum.

paulo post:

Addito. Thus istis, neruos & vulnera quæuis
Curabis facile, posito cataplasmate tali.
Hæc eadem triti facient eius Capitelli, &c.

plura de hac herba vide apud Medicos Authores.

Sanguisorba: duorum est generum. 1. Dicitur Sanguisorba maior, Solbastrella maior, Sorbaria maior, Sorbus Pumila maior, Barbula Christi maior, Solbastrella Pratensis, Sanguisorba Pratensis, Pimpinella Sanguinaria maior, Pimpinella Sanguisorba maior, & Pimpinella Italica maior: Italis Pimpinella, Solbastrella: Hetruscis Strella, teste Alexandro Benedicto: Gallis Sanguisorbe grande, & Pimpinelle grande; Germanis groß Blutkraut. 2. Genus: Pimpinella Italica minor, Solbastrella & Sorbastrella siue Sorbaria minor, Pimpinella Sanguinaria minor, Pimpinella Sãguisorba minor, Solbastrella Montana, Gesnero Peponella: Italis Pimpinella minore, Solbastrella minore, & Strella minore: Gallis Sanguisorbe petit, & Pimpinelle petit: Germanis klein Blutkraut &c. Temperate refrigerant & siccant, earum vsus egregius in vulneribus, & sanguinis eiectionibus, destillatur in aquam, præparatur in conseruam, Syrupum, & vinum, &c. Generosa sane herba, & virtutum innumerabilium, vt videre est apud Authores.

Sonchus Græcis Σόγχος & Σόγκος: Latinis Sonchus, Soncus, Lactucella, Lactero, Olus Leporinum, Palatium Leporis, Olus Anserinum, Carduus Anserinus, Leporis pabulum, Crispinum: Apuleio, Lactuca Leporina: Dioscoridi & Aetio Cicerbita: Marcello Empirico, Cicharba: Italis Soncho, Sonco, Cicerbita, Lactucella, Crespigno, Crespine: Venetis Lactucino: Hispa-

Hiſpanis Cerrayas, ceralhas, ſerraya, ſerralha, & ſarralha : Gallis Iatteron, Lauceron, du Laceron, Lacteron, Laiſſeron, Laiteron & Palais à Lieure : Germ. Sonchenkraut. 11. Sunt eius genera 1. Dioſcorides vocat Σόγχος τραχύς : Latinis Sonchus aſper, Cicerbita aſpera, Cichorium porcinum, Sonchus Syluestris, Sonchus Spinoſus & Sonchus niger : Italis ſoncho, ſonco aſpero, & Cicerbita Spinoſa : Hiſpanis Cerrayas & Cerralhas 2. Σόγχος ἐδώδιμος, & Σόγχος λεῖος : Latinis ſonchus eſculentus, Sonchus læuis, Cicerbita læuis, Sonchus albus, Sonchus tenerior, Herba Cuniculi, Sonchus læuis anguſti folius : Italis ſoncho liſcio, Cicerbita liſcia, & Cicerbita gentile. 3. Sonchus albus, ſiue ſonchus læuis latifolius. 4. Sonchus læuis alter flore luteo 5. Sonchus Niueus. 6. Sonchus cæruleus. 7. Σόγχος τρύφερος : Latinis ſonchus arboreſcens, reliqua genera vocantur ſonchi Syluestres vt ſonchus. 8. Sonchus Syluestris 1. 9. Sonchus Syluestris 2. 10. Sonchus Syluestris 3. 11. Sonchus Syluestris 4. &c. Omnia genera habent virtutem refrigerandi & mediocriter adſtringendi, præter quatuor illa Syluestria, quæ nondum ſunt in Vſu apud Medicos. Eorum alias Vſus tum Internus tum Externus eſt. aqua exinde deſtillatur hæc variis etiam dotata virtutibus : Fit etiam inde ſyrupus &c.

Solani multa perhibentur diſcrimina, primum Dioſcoridi dicitur ſatiuum ac hortenſe, Theophraſto inter olera repoſitum : Nunc tamen nec eſtur, nec ſeritur, ſed ſponte etiam inuitis hortulanis ſecus vias germinat, adoleſcit, floret, & baccas gerit nigras, vnde Galli morellam nominant : Officinæ Solatrum, Græci Strychnon. Planta eſt pedem alta, racemoſa, foliis ozimi, ſed maioribus nigricantibus baccis, racematim coeuntibus, rotundis, primũ viridibus : à maturitate nigris. Præcedunt flores purpurei, elegantes, ex quorum vmbilico prodit apex luteus, ſpecioſuſq;. Refrigerandi facultatem obtinet inſignem : Ob id ignibus ſacris conuenit ; capitis dolori à cauſa calida prodeſt ; æſtuanti ſtomacho auxiliatur. Eius baccæ ad vnguentum Diapompholigos efficaciter accedit. Stillatitius liquor ad oculorum inflammationem & aliarum partium ardores vtiliter vſurpatur. Vim quoque ſtupefacientem cum obtineat, ſomno conciliando ſæpe prodeſt. Aliud quoddam

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 886 sur 1557

somniferum, seu Dormitorium nuncupatur, quod videlicet insigniter somnum conciliet. Ramosa planta est, fractu contumax, foliis multis ac maiusculis, aliquantum hirsutis, & ad effigiem cotoneæ mali accedentibus, subobscuris: radice exterius rubra, & vbi aruerit albicante; flore ampliusculo, subrubro, necaspectu valde grato; è cuius cauo fructus emergit rotundæ, ceraſæ magnitudine, qui præsentem vtentibus adfert interitum. Soporiferum quidem opio validius. Multis in locis agrestibus & incultis lætè fruticat, & præsertim in rupibus à mari non longè dissitis, vnde botani Solanum marinum, Officinæ Solatrum vocitant.

Tertium Solani genus manicum, seu furiosum & lethale, quibusdam Thryoron, aliis. Perisson dictum, folia gerit erucæ similia, sed maiora ad acanthum accedentia promit, caules multos, proceros, speciosos; florem nigricantem, quem fructus consequitur racemosus, niger, rotundus, decem aut duodecim acinis prægnans. Id esse creditur quod multi Doryon, vel dorycnion nominant. Sunt qui nihil discriminis esse inter Solarum somniferum & Furiosum, seu Manicum putarunt, quod tamen magnum rei herbariæ periti agnoscunt. Quartum quoddam genus est Strychnodendron, seu solanum lignosum, quibusdam amara dulcis, vel dulcamara, dictum, quod vitium ritu pergulas & sepes scandit, foliis & surculis smilaceis, sed durioribus & nigrioribus, floribus putpurascentibus & violaceis, ac inuersis. Ex quorum vmbilico luteolus emicat apex. Succedunt baccæ, paruæ, succulentæ & viroſæ. Ad solana multorum consensu iuste refertur alia planta, quibusdam Vua lupina, aliis Aconitum Pardalianches, nonnullis herba Paris dicta, quam Gesnerus Monococcon, Pena Solanum tetraphylon nominat. Verum his omnibus Solanis, hortense si exceperis, aut nunquam, aut raro medici vtuntur; nam eorum vsus minime tutus est. At mala est ea medicina quæ maioris mali periculum adfert. Alia adhuc stirps ob effigiei & virtutis cognationem inter solana refertur, quæ stramonium, vt rectius strychmonium, à quibusdam Lycopersium, ab aliis Metel à nonnullis hyoscyamus Perunianus & Baryococcalon dicitur: Cuius duo

ius duo discrimina traduntur, vnum maius est, quod hominis proceritatem æquat & sæpè superat : Alterum minus bicubitale, aut paulo altius vel breuius. Vtriusq; facies eadem & flores vtrumq; gerit albos, maiusculos, smilacis æmulos & poma crassa, spinosa, echinata, in minore rotunda, in maiore acuminata, cui & folia & omnia maiora. Refertur etiamnum ad solana alia planta illis cognata, quam Officinæ Solanum pomiferum, nonnulli Lycopersicum vocant. Mala enim gerit ex aureo crocea, quæ herbarii poma mirabilia, aureaue nuncupant. Sunt qui Amomum Plinii ad Solana deducere tentant. Dispar tamen vultus & natura refragatur.

Serpentariam Officinarum, herbam hanc nominamus, quoniam Serpentaria vera, quam Dracontion & Dracunculum vocant, alia est ab hac ipsa.

Quo nomine hæc veteribus Græcis vel Latinis sit appellata, nihil certi constat. Tragus Oxylapathon, seu Lapathium acutum esse existimat, de quo supra vbi de Lapathis est actum. Galli Bistorte, Germani vocant Schlangen oder Natterwurtz. Duum est generum : Mas & fœmina. Marem vulgo Bistortam, à radice in se intorta, multumque capillata. Germanice Natterwurtzweille. Vtraque cauliculo cõstat tenui ac iunceo, glabrescente, per ima tantum foliato, spicoso florum vertice, quibus dilutioris purpuræ color inest : folio rumicis, à terra cæsio, superne viridi & herbaceo : radice, mas quidem, contorta & inuoluta, fœmina vero oblonga, maiore & capillata extra nigricante, intus rubescente. Serpentariam vtranque vocant, quod linguæ Serpentinæ formam, cum primum prodeunt, referant. Locis vmbrosis nascuntur & humidis. Maio & Iunio florent. Nonnulli Limonium Dioscoridis esse asserunt. Radix vtriusque est frigida & sicca in tertio ordine, astringendique vim habet. Eiusdem pene cum Oxali facultatis. In puluerem trita radix, drachmæ pondere contra pestis venenum bibitur, per sudores illud expellens : dysenteriam aliosq; corporis fluxus sanat.

Par effectus est aquæ stillatitiæ, vel decocto radicis. Sanguinis in corpore grumas, trita cum stillatitia aqua mixta radix,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 888 sur 1557

digerit. Ictericis eodem modo est salutaris. Cauis dentibus cum pyrethro & alumine vsto trita, & melle mixta, pisi quantitate denti imposita, præstantissimo est remedio: humores enim malos educit, dolores mitigat & caput purgat. Aqua stillatitia morsibus serpentum & araneorum medetur. Ad carcinoma dorsi, gangrænam narium, & antiqua damna, maxime efficacia puluis eius & stillatitia aqua perhibentur. Sanguinem ex vulneribus manantem in sparsus puluis cohibet.

Balneum abstergens, purgans, rārefaciens, digerens, pro leprosis, Rondeletii: Recipe Bryoniæ, Cucumeris asinini, Serpentariæ, Enulæana lib. s. cum radicibus, Lapathi acuti, Acetosæ, Borraginis, Buglossæ, Saponariæ ana M. iij. cum radicibus, Fumariæ, Lupulorum, Endiuiæ, Cichorii, Plantaginis ana M. iij. Lupinorum, Cort. Fabarum, Hordei integri ana P. ij. Rosarum rubr. flor. Nenupharis Trium flor. Cordial. Tamariscana M. IV. Flor. Chamomillæ, Flor. Meliloti ana M. ij. Fiat decoctio in aqua fontana & pluuiali, pro balneo, quod ingrediatur mane ventriculo vacuo. Bis aut ter in secunda vice sumat tabellam vnam Diamarg. frigid. superbibendo Vnc. ij aquæ borraginis. Item à prandio ingrediatur longe à cibo. Continuis tribus diebus pergat idipsum.

Tamariscus, Tamarix, Myrice, Gallis Bryaria: Germanis Tamarisken Stauden / Duplex est, Syluestris & satiua. Frutex est hominis plerunque æquans altitudinem, ramulis puniceis, foliis Ericæ aut Sabinæ arboris, lignosis, cinereis, aut in viridi pallentibus. Florem fert Verno tempore muscosum, seu villosum, qui in Pappos tandem euanescit. Satiua semen seu fructum fert Gallæ similem. Hæc nostris locis incognita, in Aegypto Syriaq; pervenit. Altera vero circa amnium ripas, ad Rhenum maxime nascitur. Hunc fruticem multi hactenus existimarunt esse eum, quem German. Heyden vocant, quo pacto plerique Vergilii interpretes reddiderunt, sed non satis bene. Erica tamen quæ est Heyden, potest esse Myricæ species, seu Erica minor. Ex huius etiam genere videntur esse Scopæ, quas Amerinas vocant, tenuibus puniceisque virgultis contextæ, quarum ad ve-

ad veſtes expurgandas multus eſt vſus. Facultas Myricæ eſt incidendi & abſtergendi mediocriter, cum quadam adſtrictione. Lignum, folia, radix, & ſuccus Tamaricis, in vino cocta & ſumpta, pulmonis, lienis, renum & veſicæ obſtructiones aperiunt melancholiamque potenter purgant. Decoctum Tamaricis aſſiduè potum, prodeſt ſanguinem excreantibus, iisque qui ab araneis læſi fuerint: ac menſibus nimiis. Idem confert his quos alui fluxus infeſtat. Omnibus in genere affectibus quos fluxus immodicus comitatur, lienisque potiſſimum morbis medetur. Lienoſis præſens ferunt eſſe remedium vinum in quo Tamaricis prunæ extinctæ fuerint. Democritus etiam autor eſt, aquam in qua prunæ iam dictæ extinctæ fuerint, porcinis lienoſis eſſe ſalutari remedio. Quod & Columella affirmat, ſic ſcribens lib. 7. cap. 10. ſub finem: Solet etiam vitioſi ſplenis dolor ſues infeſtare, quod accidit, dum ſiccitas magna prouenit, Sues enim dum dulcedinem pabuli conſectantur, ſupra modum æſtate ſplenis incremento laborant. Cui ſuccurritur ſi fabricentur canales ex Tamaricibus & Ruſco, repleanturque aqua, & deinde ſitientibus admoueantur.

Quippe ligni ſuccus medicabilis, epotus, inteſtinum tumorem compeſcit. Serapio lepra infectas ſe duas fœminas decocto Tamaricis ſanitati reſtituiſſe, adiectis vuis paſſulis, tradit. Pocula ex Tamaricis ligno confecta, lienoſis, ſi ex iis bibant, conferre Dioſcorides eſt autor. Vinum ex Tamarice ictericis non inſalubre, Tragus ſcribit. Vinum cum Myrica dococtum dentium dolores, ore detentum ſedat. Palladis mulierculis quæ albo fluxu vexantur, in deſeſſionibus eſt vtilis. Lixiuium ex Tamaricis cinere, pediculos & lendes capitis enecat. Eiuſdem cinis manantia ulcera ſiccat, aduſtionesq; igni factas ſanat.

Vinum tamaricis: Corticibus tamaricis in doliolo poſitis, muſtum recens dulce ſuper infunditur, atq; ad vſum ſeruatur. Sanguinem à melancholia mundat: quartanæ, ictero nigro confert: hepatis & lienis obſtructiones tollit.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 890 sur 1557

Semperuiuum Latinis, Αείζωον, Græco etymo dictum, hoc nominis à reipsa impositio, perpetuo enim & hyeme & æstate viresçit, nec vlla frigoris iniuria offenditur. Sedum item & Barba Iouis, German. Haußwurtz.

Tria huius Dioscoridi sunt genera : Primum dictum maius, caules habet cubitales, interdum etiam maiores, pollicis crassitudine, pingues, virentes, Characiæ tithymali instar, incisuras habentes : Folia pinguia, carnosa, longitudine pollicis, in cacumine linguæ similia, alia in terram resupinata, alia in capite inuicem contracta, circulo oculi figuram imitantur. Nascitur montanis & testaceis : in tectis etiam domorum seritur. Vnde nomenclaturam accepit, Floret Maio & Iunio.

Secundum dictum Sedum minus, Trithalles Græcis, quod ter in anno floreat. Vulgo Vermicularis, à foliorum similitudine, quæ rotunda sunt & formæ oualis, aut vermiculos putes. Item Crassula minor.

Caules ab vna radice exeuntes multos habet, tenues, foliis plenos rotundis, pinguibus, paruis, in summo acuminatis, caule è medio emicante, palmi altitudine, vmbellam aut flores luteos ferente : Nascitur in muris, maceriis vinearum, & petris, parietibusque. Floret Maio similiter & Iunio.

Tertium genus Aizoon Syluestre, aliis Portulaca Syluestris, vel illecebra. Telephion quoque Dioscoridi : Hodie vermicularis minor. Nascitur locis petrosis, sepulchris vmbrosis, oppidorumque fossis, foliis pusillis & pinguibus, ad Portulacæ figuram accedentibus, crassis, hirsutis, breuiore cacumine. Floret Maio tantum, floribus luteis. Plures ad huc aliæ stirpes, folio sempiternæ, ac perpetuo virentes & semper vis vultu, viribusque cognatæ, ad eorum familiam iuste referuntur, vt Aizoon hematoides, Aizoon Scorpioides, sedum quoddam petreum montanum ac pusillum, aliud quoddam magnum & arboreſcens, aliud & pusillis, rigidisque surculis fruticis more assurgens.

Prima

Prima duo genera frigida ſunt in tertio gradu, & in receſſu exiccantium. Refrigerant & adſtringunt. Tertium naturæ eſt calidæ. In febribus ardentibus aliisque calidis fluxibus, tria, quatuorue aquæ ſtillatitiæ Aizoi cochlearia ſumi poſſunt. In aliis morbis minus eſt tutum ſuccus, Dioſcoride teſte, teretes lumbricos, cum vino potus excutit. Folia per ſe, aut cum polenta illita, conferunt ad eryſipelata, herpetas, nomas, oculorum inflammationes, ambuſta & podagras. Succus aut ſtillatitia aqua, cum linteolo applicata, totius corporis inflammationes reſtinguit. Phreneſin, capiti hoc modo applicatus, ſedat: iecoris, ſplenis, renum, & podagræ dolores mitigat. Omnibus in ſumma inflammationibus aut per ſe, aut igne factis, confert. Nobiliſſimum etiam ex ſucco Aizoi & Solani, cum porcina adipe conficitur vnguentum.

Viola ἴον Græcis dicta, in opacis, & aſperis locis ad murorum baſim, & hortorum margines naſcitur, & aliquando in pratis.

Viret toto anno: floret ſæpe Februario: ſæpius Martio, vnde viola Martis dicitur, interdum quoque autumno ſi cultus adhibeatur, folia gerit hederæ non multum diſſimilia, ſed minora, tenioraque, cauliculus vel pedunculus ſtatim à radice prodit, cuius extremo flos ex ceruleo purpuraſcens yrini odoris æmulus adnaſcitur. Semen minutum in rotundis foliculis extrema fere æſtate producit. Eſt autem Viola martia multiplex, ac colorum variorũ, quædam enim alba eſt, alia violacea, alia inter vtrumque media. Datur & alia, quæ ſurrectis & durioſculis cauliculis ſeſe erigit, quibus floſculi purpuraſcentes emergunt. Eſt & alia tricolor, in locis ſiccioribus naſcens, foliis anguſtioribus, longioribus & laſciniioſis, caulibus quadratis teneris, ſucculentis, bracchiatis & reptantibus. Ab eius trino colore quidam ex recentioribus herbã trinitatis nominant: Alii violam flammeam, vulgus Gallorum minutam Penſeam. Alię quædam paruę admodum ſtirpes violarum nomine donantur, quæ quod nunquam vel rariſſime ad medicos vſus adhibentur, vt viola marina & matronalis, quod à matronis in hortis coli ſoleant, ſunt dictæ, omittuntur. Item

Liguſtria.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 892 sur 1557

Liguſtria German. Winterviolen appellantur, Veteribus an fuerint cognitæ non conſtat. Tria numerantur eius genera, nonniſi flore differentia, qui in quibuſdam candidus, in nonnullis puniceus, in aliquibus vero eſt purpureus, aut prorſus etiam rubens. Martio vero tota vſurpatur; nam flores quod vim habeant cor exhilarandi medicamentis cardiacis fere ſemper commiſcentur: ſemen & folia, quod malactica ſint, enematum decoctionem & cataplaſmatum confectionem ſæpius ingrediuntur. Violæ frigidæ ſunt in ordine primo, humidæ vero in ſecundo. Violæ purpureæ plurimus ad medicamenta, velut olea, acetum, Conſeruas, Zulapia, & Syrupos eſt vſus, ad omnis generis inflammationes vtilis, præſertim pueris comitialibus, quique febri ardente infeſtantur.

In Sacchari inopia licebit ad eoſdem vſus in aquâ violas decoquere. Syrupus Violarum trium quatuorue cochlearium quantitate ſumptus, febrium æſtus reſtinguit, aluum ſoluit, apoſtemata emollit, cor confortat, laterum dolores mitigat, omnibuſq; ex calore natis morbis medetur. Contra ſitim aliqui Syrupum Violarũ cũ aqua fontana tẽperatum ægris porrigunt. Flauus, qui in medio violæ apex conſpicitur, in aqua decoctus potusq;, anginæ præſentiſſimo eſt remedio, puerorumq; comitialibus medetur. Phreneticis, oleum, aqua, vel acetum violarum, capiti illitum medetur: iecorisq; æſtum componit.

Syrupus infuſionis Violarum. Recipe infuſionis roſarum lib. V. Sacchari clarificati lib. IV. Coquantur cum facilitate. Seruetur in vaſe vitreato per annum. Doſis ab Vnc. j. ſ. ad Vnc. ij. Eſt conueniens ad extinguendam ſitim in febribus acutis, & ad remittendum exceſſum caliditatis in eis, confortans ſtomachũ relaxatum, & hepar ſupercalefactum, & cor reſiſtens putredini, conueniens tempore peſtilentiæ, & reſiſtens ventoſitati.

Syrupus de ſucco violarũm: Recipe violarum recentium iamiam collectarum quantitatem ſatis magnam, & decerpe ab iis purpurea foliola, & abiice virides earum cauliculos, quoniam herba-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 893 sur 1557

herbaceam habent acrimoniam, & floridum colorem hebetant. Contunde deinde decerpta folia violarum in mortario marmoreo & exprime. Mox, Recipe expreſſi ſucci lib. ij. ſacchari lib. iv. Conſeruatur per annum. Datur à ſeſcuncia ad vnc. ij. Bilis acrimoniam obtundit, ac ob lentorem thoracis vitiis eſt aptum.

Syrupus Violarum. Meſuæ: Recipe violarum vnc. ij. ſem. citoniorum, ſem maluæ an. vnc. j iuiubarum, ſebeſten an. num. xx. aquæ cucurbitæ lib. vi. vel quantum ſufficit. Sacchari lib. j. ſ. Coquantur ſecundum artem. Conſeruetur in vaſe vitreato per annum. Datur à ſeſcuncia vſq; ad vnc. ij. cum aqua ſtillatitia appropriata. Prodeſt pleuritidi & tuſſi à cauſa calida.

Syrupus contra pleureſin & peripneumoniam, phthiſicos & hecticos, Nicolai: Recipe aquæ lib. iv. violarum vnc. ij. ſ. glycyrrhizæ, papaueris albi an. vnc. ſ. ſem. citoneorum, ſem. maluæ, medullæ, ſem. bombacis, medullæ ſem. citoneorum, melonum, cucumeris, cucurbitæ, portulacæ, tragacanthæ, portulacæ, gummi arabici an. drach. iij. Omnia in ſacculo bene trita ponantur, & ſacculus in prædicta aqua ponatur, & bulliat ad medietatem, & ſacculo abſtracto ab aqua lib. ij. ſacchari ponantur, & fiat ſyrupus clarificatus.

Iulapium violarum. Recipe aquæ violarum lib. iv. Sacchari clarificati lib. ij vel iv. Coque ad iulapii conſiſtentiam. Febres, phlegmonas, pleuritidem, aſperitatem gutturis & thoracis, ac tuſſim mitigat.

Infuſio ad pituitam, Andernaci: Recipe diaphæniconis vnc. ſ. ſyrupi violacei vnc. j. in iure decocti communis, vel aquæ hyſſopi, vel menthæ, p vna doſi dilues, dabiſq; potui. Doſis aũt iuris magna ex parte præter ſyrupũ & electuarium, vnciarum quatuor eſſe debet.

Clyſter ad paſſionem iliacam, ſi maximus ſentiatur æſtus, Rondeletii. ℞. maluæ, violarum an. M. ſ. ſem. melonum, cucumeris, cucurbitæ, citrulli an. drac. iij. pomorum acidorum par. x. flor. violar. nenupharis, bugloſſæ an. P. j. Fiat decoctio. in lib. j. diſſolue mucilaginis, ſem. pſyllii vnc. j. olei violarum vel olei nenupharis, album ouorum fortiter agitatorum an. vnc. j. miſce & fiat clyſter.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 894 sur 1557

CAPVT XLIII.

De ſimplicibus purgantibus: vt caſſia, Rhabar. Manna, ſcammonio & Agarico.

CAſſia triplex eſt, Caſſia odorata quæ Theophraſto cneoron, & forſan Virgilio Lauendula dicitur, deinde Caſſia lignea ſeu canella, & Caſſia nigra, cuius meminit Dioſcorides: Et Fiſtularis, aut ſiliquoſa, cuius Arabes meminerunt, quæ hodie eſt in vſu. Caſſia lignea deſcribitur Dioſcoridi craſſi cortici ſarmẽto, foliis Piperis. Eſt autem multiplex ejus differentia: Optima tamen fulveſcens colore pulchro, coralli æmula, perquam anguſta, longa, craſſa, & fiſtuloſa, guſtu mordens & cum aliquanto feruore adſtringens, odorata, vinum naribus obolens Huic tanta cum cinnamomo eſt cognatio, ut altera in alteram ſæpè degeneret. Atq; hæc ſi cum ipſo cortice ligno adhuc inhærente vendebatur, Xylocaſia appellabatur: ſi vero ligno exempto, tum Caſſia fiſtula, ſeu Syrinx veteribus dicebatur, quod nimirum ligno exempto, cortices fiſtulæ ſimilitudinem referrent. Aduehitur hodiè aliqua ſpecies, quam officinæ caſſiam vocant ligneam, quæ cortex potius apparet eſſe cuiuſdam radicis, ſaporis acerbi & minime aromatici. Vera autem Caſſia lignea raro aſportatur, & interdum inter cinnamomi faſciculos, nigritia ſua ſe prodens, inuenitur. Caſia vero fiſtula ab Arabibus introducta, qua hodie omnes utuntur Officinæ, Dioſcoridis, & Plinii Galeniq; ætatibus fuit ignota. Hæc non nullis calamus & Indica canna dicitur. Arbor eſt magna, iuglandis folio, fiſtulis prælongis ac teretibus, utrinq; faſtigiatis, colore rubro nigricantibus, duum ferme pedum proceritate: nigra intus carne, guſtu prædulci, ligneis diſtinguentibus membranis: oſſibus ſiliquarum, intercurſantibus laminis intus carnoſis, quas Parietinæ diſcludunt. Naſcitur partim in India, partim in Ægypto, Aſiæ quoq; jam communis. Eligitur ponderoſa, collucens, perplena, quam ſi concuſſeris, incluſa intus grana non obſtrepunt.

Caſia

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 895 sur 1557

Casia lignea calfacit & exiccat in tertio ordine, vrinam ciet, & leuiter adstringit. Casia vero fistula calida & humida traditur, absceſſu primo. Casia lignea, Dioscoridi aduersus intestinas inflammationes, & viperarum ictus bibitur: Menses ciet: ac in summa, eadem potest quæ cinnamomum, cuius loco substitui potest. Casia fistula sufficienti modo data, incandescentem torridamque bilem citra molestiam expurgat. Denique iis qui obteneram imperfectamque ætatem, aut aliam quamvis causam, dejicientia aluum medicamenta respuunt, hæc audenter & intrepidè datur. Flauam vero bilem, sed magis torridam, & quæ iam in atram degenerauit, extrahit. Quinetiam pituitam mediocriter educit. Præbetur itaque pueris, & fœminis uterum ferentibus commoditate & necessitate quadam urgente, quibus potentius aliud medicamentum sumi denegatum est. Item iis, quibus exuperans febris reliquorum medicamentorum usus aspernatur. Datur autem unciæ unius pondere, plus minusve, pro sumentis habitu & viribus: Siquidem tribus aut quatuor drachmis sumpta, vix mouet aluum. Casia lignea medicamentis oculorum, ad visus claritatem conciliandam compositis, additur. Cum melle lentigines tollit. Renum doloribus & vuluæ contractionibus insessu vel suffitu auxiliatur.

Infusi succi herbarum, Mesuæ: Recipe succi jntybi, succi lupuli, succi borraginis, purgatorum ana vnc. ijx. Myrobalanorum citrinorum vnc. j. rhabarbari electi drach. ij. tamarindorum vnc. j s. pulpæ cassiæ solutiuæ vnc. iij. myrobalani & rhabarbarum teruntur, & per noctem in succis macerantur: deinde manu compressum colatur, & propinatur: bilem flauam clementer educendo, sanguinem purgat.

Flores cassiæ, Mesuæ & Cordi: Recipe cannas seu siliquas casiæ ponderosas, & quæ non resonant concussæ: aperi eas, & contentã in eis pulpam seu medullam cum laminis & seminib. suis diligẽter euacua; & exempta projice super inuersum & angustum cribrum, setis equinis contextum. Cribrum deinde pone supra bullientis aquæ vaporem, & auerso cochlearis conuexo medullã casiæ hinc & inde ducito, vt per cribrum paulatim excernatur; & si quid excretum est, aut penetrauerit, confestim subinde auferto, ne plus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 896 sur 1557

quam neceſſe eſt, de vapore imbibat: idque tam diu facito, donec quantum voles, collegeris. Porro cum neceſſitas requirit, ſemper recentes exprime Caſſiæ flores: repoſiti enim aceſcunt. Si quis Caſſiæ flores ſeu pulpam magis ſolutiuam reddere volet, in bullientem aquam proiiciat folia Perſici, aut flores Perſici, & Prunellorum ſylueſtrium, aut omnia hæc ſimul: horum enim vapor & deſtillata aqua ſoluit aluum. Mundificat ſanguinem, & compeſcit omnem acuitatem, & ſedat ſitim, & proprie cum ſucco endiuiæ, aut Taraxaconis, in quibus aduenerit depuratio ſecundum artem. Et ipſa quidem mundificat ſtomachum, ei educit choleram & phlegma, & operatur illud ſine nocumento & exceſſu: caret enim mordificatione.

Et ipſa quidem lenit pectus & guttur, & reſoluit apoſtemata acuta in eis. Et confert calefactioni renum, ſumpta cum diureticis: in infuſione Glycyrrhizæ, & prohibet generationem lapidis in eis, & confert febribus calidis. Datur recens à drach.iij. ad vnc.j. ſi per os aſſumatur mane vel ante cœnam, ſed paulo ante paſtum: In clyſteribus vero ab vnc.j. ad vnc.ij.

Paſtill⁹ calefaciens, ad vitia ventris ex frigore, Andernaci: Recipe abſinthii, ſemin. apii, aniſi, cinnamomi, caſiæ odoratę ana drac.iij. Myrrhæ, ſpicæ Indicæ, caſtorei ana drach.j. Piperis longi, lachrymæ papaueris, croci ana ſcrup.ij. Succi fœniculi quantum ſufficit. Fiant trochiſci.

Caſſia extracta ſine foliis ſenæ: Recipe prunorum num.xij. violarum m.j. Hordei mundi, aniſi, polypodii, ſem. Carthami ana drach.iv. capill. Veneris, thymi, epithymi ana m. ſ. Paſſulatum vnc. ſ. ſem. fœniculi drach.ij. ſem. portulacæ, ſem. maluæ, ana drach.iij. Glycyrrhizæ vnc.ſ. Fiat horum decoctio in ſufficienti aqua, colentur: in colatura diſſolue pulpæ caſſiæ lib.ij. Pulpæ Tamarindorum vnc.j. cinnamomi drac.iij. Sacchari optimi lib.j. Coquantur ad perfectionem, ſecundum artem.

Caſſia extracta cum foliis ſenæ: Recipe confectionis caſſiæ extractæ ſine foliis ſenæ lib.ij. Pulueris foliorum ſenæ vnc.ij. Miſce ſecundum artem. Facile ſoluit, lenit aſperitatem inteſtinorum, remouet ſtipticitatem, & ventris onus ſubducit, & morbis choloricis & melancholicis auxilia præbet.

Dia-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 897 sur 1557

Diacaſſia ſub nomine Caſſiæ conditæ. Recipe pulpæ caſſiæ lib. j. pulpæ tamar. mannæ electæ, penidiorum, ſacchari violati, ſacch. candi ana vnc. ſ. Syrupi violati vnc iij. Hæc omnia diſſolue in decocto ſequenti: Recipe prunorum, violarum, glycyrrhizæ, ſem. communium frigid. maiorum enucleatorum, polypodii ana vnc. j. Foliorũ ſenę vnc. ſ. aniſi, fœniculi an. drac. j. Coquantur in aqua ad tertiæ partis conſumptionem & colaturæ bene expreſſæ addantur ſupradicta, ac in electuarii formam reducantur. Confert iis qui dura ſunt aluo: hæc enim leniter & citra moleſtiam ſubducit, ac flauam educit bilem, ac febres inde natas mitigat. Thoracis, pulmonis & aſperæ arteriæ phlegmonas reſoluit, &c.

Diacaſſia magiſtralis. Recipe iuiubarum, prunorum, capillor. Veneris, tamarindorum, ſebeſten, violarum ana m. j. Coquantur in aqua, ſecundum artem: & in colatura diſſolue pulpæ caſſiæ lib. x. ſacchari albi lib. v Coquantur ad perfectam conſiſtentiam.

Diacaſſia Meſuæ: Recipe ſucci violarum, ſucci betæ, ſucci mercurialis, ſucci maluæ, ſucci muralis herbæ ana quart. j. ſucci abſinthii Pontici vnc. ij. mellis q. ſ. eſt. Coque ad iuſtam craſſitiem: Tunc adde medullæ caſſiæ lib. j. Vtile catharcticum pauperibus, & diuitum clyſteribus percommodum.

Caſſia communis extracta: Recipe violariæ, maluæ, mercurialis, betæ, parietariæ, flor. violarum ana m. j. Fiat horum viridium decoctio in aquę communis lib. x. Bulliant ad dimidii conſumptionem: hac colatura bene expreſſa extrahitur caſſia, & ad ſingulas libras pulpæ adduntur mellis deſpumati vnc. vj. Coquitur in formam electuarii. Aluum leniter & citra moleſtiam omnem ſubducit, eſtq; pro delicatis ac mollioribus.

Diacaſſia cum manna, incerti authoris: Recipe prun. Damaſ. vn. ij. violarum m. j. ſ. Aquæ puræ vnc. xviij. Bulliant, vt artis eſt, ad medietatis conſumptionem, cola, & in colatura diſſolue pulpæ caſſiæ vnc. vj. pulp. tamarind. vnc. j. mannæ electæ vnc. ij. Syrup. violati vnc. iv. ſacchari candi, penidii ana vnc. j. Sacchari violati vnc. iv. Confice vt artis eſt. Hoc medicamentum quamuis pharmacopœis noſtris non ſit in vſu, poſſet tamen aliquando in vſum reuocari, cum mite & ſuaue ſit medicamentum leniens: confert iis, qui dura ſunt aluo: hanc enim leniter & citra moleſtiam ſubducit, ac flauã bilem, febreſq; inde natas mitigat.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 898 sur 1557

Diacatholicon, Nicolai: Recipe pulpæ cassiæ, pulpæ tamarindorum, sennæ mundatæ an. vnc. ij. rhabarbari, polypodii, violarum, anisi, ana vnc. j. glycyrrhizæ rasæ, penidiorum, sacchari candi, quatuor sem. Frig. major. ana drach. ij. conterenda conterantur, & sume polypodii recentis vnc. iij. sem. fæniculi drach. vi. Aquæ communis lib. ix. coque ad dimidii consumptionem, & cola, colaturæ adde sacchari albi lib. coquantur ad syrupi consistentiam: & supra scriptis additis, fiat electuarium. Omnes corporis humores purgat. Confert acutis & peracutis morbis: Emollit enim, alterat & robur addit. Iecinorosis, lienosis, podagricis, arthriticis, tertianis, quartanis, & quotidianis doloribus capitis succurrit. Datur ab vnc. ſ. ad unc. j.

Rhabarbarū & rhaponticum multi unū ac idem esse putant, atq; ex tribus diuersis plantis, videlicet centaurio majo. rhapontico & rhabarbaro vnicam faciunt. Rhabarbarum a. nostrum vulgare, nō esse rhaponticum, manifeste conuincit descriptio Dioscoridis, vt neq; etiam rhaponticum ipsum esse centaurium maius ipse docet, qui diuersis capitibus de vtroq; agit, diversamq; faciem ac virtutē agnoscit. Est vero rhabarbarū vulgare, sic dictum, quod sit insignis radix populi Barbari, seu Indici, vel prouinciæ cuiusdam Barbaræ dictæ, vt Troglodyticæ. Forsan & à Rha fluuio Ponti nomen habet, & de rhapontico probabili ratione scribitur. Sed cum rha peregrino idiomate radicem designet, antonomasia quadam rhabarbarum, seu rha, quasi optima radix, ab Arabibus raued, à Chinensibus rauam, apud quos frequentissima est, optimaq; sæpius sine additione denotatur. Maxime autem laudatur Rheum', quod ex Sinarum regione, ubi duntaxat uberrimè, ac fere sponte provenit, adfertur, in Indiam, in Ormus, in Persiam, Arabiam & Alexandriam: ex quibus regionibus, dum ad nos postea aduehitur, Indicum, Arabicum, Antiochenum, Turchicum quoque nuncupatur. Est vero rhabarbarum Hippolapathi rotundi ac nostratis facie admodum simile. Radix est crassissima, rotunda, colore exterius subnigro ac rufescente, & interius ex rubro flaueſcente, & ad nucis moschatæ colorem internum accedente: Est præterea cum maceratur, vel masticatur, croceo inficit colore. Dysentericis datur & cœliacis, si febre careant

careant, in vino: ſin aliter, in aqua datur. Datur & decoctum eius bibendum duplici menſura, ad rupta, conuulſa, contuſis, & ex ſublimi deuolutis. Si pectoris ſint dolores, additur piperis aliquid & myrrhæ: ſi diſſolutio ſtomachi, ex frigida aqua ſumitur, ſiue intus, ſiue extra purulentis excreationibus: Item lienoſis, hepaticis, iſchiadicis: ad renum vitia, ſuſpiria, orthopnœas. Arteriæ ſcabritias lenit, ex paſſo, tribus bolis potum tritum, quod idem præſtat eius decoctum. Bibitur contra inflationes, perfrictiones, febres frigidas, ſingultus, tormina, aſperitates, capitis grauitatem, melancholiam, vertigines, laſſitudinem, dolores, & conuulſiones. Datur in ſingulis valetudinib. ſi febri careant, in mulſo: ſin aliter, in aqua mulſa. Illitũ collectiones inflammationeſque ſedat, vulnera ſanat, epiphoras oculorum diſcutit. Ex paſſo illitum inſignita cum melle rapit, & alia liuentia ex aceto. Farina eius inſpergitur contra cacoethe, & ſanguinem rejicientes, denarii pondere in aqua.

Syrupus de rhabarbaro ſolutiuus, Auguſtani: Recipe rhabarbari optimi vnc. ij. ſ. fol. ſenæ vnc. j. ſ. florum violarum M. j. cinnamomi drach. j. ſ. zingiberis drach. j aquarum betonicæ, cichorii, bugloſſæ ana lib. j. ſ. Fiat omnium infuſio per noctem, mane ebullitione & expreſſione facta, colatura decoquatur in ſyrupum cum ſacchari albi libra, aut quãtum ſufficit: adde ſyrupi roſ. lax. vnc. iv. Hic paratur Auguſtæ Vindelicorum ad prædicta omnia valentior, citra moleſtiam in pueris, & delicatulis aluum ſubducens, utramque bilem deturbans, & eſt in uſu propemodum quotidiano.

Nectar laxatiuum, Ranzouii: Recipe rhabarbari electi vnc. ſ. agarici optimi vnc. j. cinnamomi electi vnc. iij. cubebarum drac. j. ſem. fœniculi, aniſi ana drach. ij. ſpicæ Indicæ ſcrup. j. zingiberis drach. ſ. vini optimi lib. vij. Ferueant omnia lege artis in duplici vaſe per horas ſex. Deinde permaneant in infuſione per horas duodecim. Poſtea fiat fortis expreſſio, & colentur per ſaccum mundum ſexies, aut ſepties, tandem adde ſacchari puri, & albi diſſoluti lib. j. ſ. & fiat in modum nectaris. Doſis poteſt eſſe pro adultis vnc. iv. pro infantibus vnc. ij. vna autem vncia huius ſyrupi ſumitur duobus cochlearibus mediocris magnitudinis.

Decoctio

Decoctio aperitiua maior cum rhabarbaro, Augustani: Recipe specierum decoctionis aperitiuæ maioris, specierum decoctionis lenitiuæ minoris an. vnc. iij. Decoquantur in aquæ lib. vi. ad consumptionem duarum librarum. Colaturæ feruidæ infunde rhabarbari electi vnc. ſ. cinnamomi drac. ij. salis gemmæ scrup. j. spicæ Indicæ scrup. ij. species diarrhodon Abbatis scrup. iv. Sacchari vnc. xij. misceantur pro vsu. Valet in hydrope, & cæteris morbis diuturnis, frigidis, pituitosis, ac bilioſis, aut mixtis.

Rhabarbari infusum cum sero lactis, Mesuæ: Recipe foliorum rosarum recentium, completarum, mundatarum, vnc. ij. Rhabarbari electi drach. ij. g. xij. Nardi Indicæ drach: j ſ. Rhabarbarum & Rosæ minutim incidantur, aut terantur, spica inciditur: macerentur per noctem in seri lactis, præsertim Caprini lib: ij. Cola, 'euiter exprime & propina. Bilem flavam clementer educendo, sanguinem purgat. Infusio ad bilem, Andernaci: Recipe Rhabarbari electi vnc: ij. Cinnamomi drach: ſ. mirobalanorum citrinorum drach: ſ. macerentur in aquarum stillatitiarum Absinthii & fumariæ ana vnc: ij. jn jure Colato Sirupi rosati Laxat. vnc: j. additur, daturq; ægrotantibus potui.

Infusio ad bilem alia, ejusdem: Recipe Casiæ fistularis recent. vnc: j. Rhabarbari minutim inciſi scrup: ij. Spicæ Nardi g. iij. Ex decocti communis vel aquæ intybi vnc: iv. diluito, additoq; serapii ex aceto simplicis vnc: j. & propinato.

Pulvis Rhabarbari purgans, Fuchsii: Recipe Rhabarbari electi drach. ij Spicæ Indicæ, Masticis ana g. vi. Sacchari scrup. ij. Misceantur, fiatq; pulvis. Bilem flauam purgat.

Alius, Fumanelli: Recipe Rhabarbari, Diagridii ana drach. iij. zingiberis drach. ſ. Sacchari electi vnc. j. Fiat pulvis. Ex hoc quoque tenues placentulæ seu pastilli confici possunt, addendo tritici pollinem & aquam rosarum.

Extractum Rhabarbari, Paracelsi. Recipe Rhabarbari electi, crassiusculè triti lib. j. Aquæ tartariæ lib. iv Macerentur in Baln. Mariæ per dies quatuor, deinde lento igne decoquãtur, donec superemineat Rhabarbarum: tum per laneum cribrum nouum coletur accuratè, & valide exprimatur, postea colatum euaporet cum syrupo è floribus persicorum nouies infusi, ad iustam spissi-

tudinem

tudinem, & in vitro recondatur diligenter. Dosis à scrup. j. ad drach. j. cum jure aliquo. Excellens & clemens est catharticum, quod deiicit non modo bilem, sed & pituitam ipsam, tam in pueris ætate tenellis, quam in prægnantibus. Extractum Rhabarbari. Euonymi: Recipe Rhabarbari quantum satis est. Cui affunde spiritum vini, atq; sic relinque, quousq; plus satis coloretur: tum effunde, cola, & spiritum paulatim in balneo separa: eundemq; rursus Rhabarbaro priori affundito, & aliquandiu in infusione relinquito in loco calido, quousq; colorem acquirat, tum cola, & rursus in balneo separa per destillationem: id autem tantisper est repetendum quoad spiritus à Rhabarbaro non coloretur amplius. Id tum exprime fortiter, & per filtrum destilla: habet enim nescio quid tenacitatis aut lentoris à Rhabarbaro quæ in extractione est inutilis, & simul multæ vtiles partes fluunt, quæ non sunt negligendæ; ideoq; ad hunc modum destillare oportet per filtrum. Per rostrum seu nasum alembici, filo trahe filtrum, digiti vnius latitudine, quoad præ nasi angustia, filtrum amplius non sequatur: cauendo tamen ne nimia violentia dissiliat vitrum: quo facto, impone spiritum filtrandum in alembicum obstructum charta madefacta. Spiritum per filtrum destillatum extractioni quæ prius erat separata, rursus in vitro affunde (multum enim vitro adhæret, ideoque in primum vitrum cui spiritus erat infusus, omnes spiritus Rhabarbari percolandi sunt, & ad separationem infundendi) non curando, quod extractio vna iam prius in vitro reperiatur, omnes enim extractiones necessario coniungendæ sunt, & ad extremum aquæ destillatæ permiscendæ, & rursus separandæ quoad aqua limpida extrahatur.

Extractum Rhabarbari aliter, eiusdem: Rhabarbari electi fragmentorum libram minutim in ide, & crassiusculè tere: & affunde succi depurati borraginis & buglossi, vtriusq; libras duas: relinque per horas viginti quatuor. Postea coque ad lentũ ignem, donec extet & emineat Rhabarbarum. Exprime deinde fortiter, & expressam decoctionem per laneum colatorium transmitte & exprime, vt substantia in colatorio maneat. Colaturam coque ad mellis consistentiam, adieeti sacchari optimi vncia. Quidam in baln. Mariæ ad spissitudinem coquunt, ne aduratur: quod præstat, quem-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 902 sur 1557

admodum & in duplici vaſe. Purgando da deglutiendum cum gutta olei Cinnamomi & aniſi mixtum, & azymo inuolutum, faciendo in doſi periculum à ſcrupulo vſque ad duos. Suauiſſimè lubricat ventrem etiam in infantibus. Quidam quoniam Rhabarbarum per ſe non valde purgat, acuunt totam extractionem cum modico diagrydii optimi: quod nihil obeſt.

Extractum Rhabarbari aliter, eiuſdem: Recipe Rhabarbari electi drach. iv. Pulveriza, & infunde in aquas appropriatas: ſtet infuſum per diem & noctem deinde fortiter exprime. Illam expreſſionem adiecto ſaccharo candi, quantum videbitur, leviter in arena exhalando, exicca ad craſſitiem electuarii.

Extractum Rhabarbari aliter, Quercetani. Rhabarbarum pulveriza, illud include vaſe vitreo, oblongo collo, affundendo vini alcool, vt ſupernatet quatuor digitis: obturato vaſe fac digerantur in Baln. M. per tres aut quatuor dies, donec tandem menſtruum coloretur: coloratum transfunde ſeorſim, quod reſeruabis: nouum menſtruum denuo fæcib⁹ affundendo, donec non amplius illud tingatur, & magma, ſiue fæx Rhabarbari alba remaneat. Circulatis rite omnibus ex arte, ſeparetur menſtruum per Baln. M. & remanebit in fundo Rhabarbari eſſentia cui adde olei cinnamomi ſcrup. ij. Cuius ſi exhibeas ſcrup. j. cum cochleari vini albi potentius purgabit, quam vnc. ſ. in infuſione: idque minori cum perturbatione. Poteſt exhiberi hoc medicamentum infantibus, prægnantibus, ſenibus, & ex morbo jam imbecillis: purgat & educit flauam bilem. Fæx ſive terra, quæ remanet, eſt aſtringentis facultatis, qua ratione lienteriæ, dyſenteriæ, & alui fluoribus præſcribitur. Quod ſi quis potentius purgare cupiat, fæcem calcinet in reuerberio, tum per aquas Alkali extrahat, ipſumq; reiteratis filtrationibus purificet cryſtalli inſtar. Eſſentiam extractam ſuo Alkali ſuperiiciat, digerat, & demum deſtillet: hoc enim modo vis omnium medicamentorum augetur.

Vel Rhabarbari puluerem infunde Aquæ vitæ, ita ut aqua hæc ſupernatet quatuor digitis: balneo tepeſcat dies quatuor: coloratum vinum effunde & nouum infunde: id repete, dum color nullus reddatur: adiice aliquid Cinnamomi: detur cum vino hæc aqua vitæ. Alii extillant aquam vitæ, & reſtibili in fundo ſucco addunt olei Cinnamomi ſcrup. ij. ad vnciam ſucci. Doſis eſt ſcru-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 903 sur 1557

puli pondus cũ vini al i cochleari: infanti & prægnanti innoxiũ.

Pilulæ ad bilem in febribus, Rondeletii: Recipe Rhabarbari electi drach. ſ. Cinnamomi, ſpicæ ana g. vj. Tamarindorum ſcrup. j. ſucci Apii ſcrup. ſ. Temperetur Rhabarbarum cum ſpica & Cinnamomo in ſucco Roſarum lax. addi poſſunt. Poſt aſſumptionem harum pilularum imperandum, ut æger bibat Violati vnc. j. vel ij. cum pauca quantitate borraginis.

Aliæ: Andernaci: Recipe Rhabarbari ſcrup. j. Aloes, Maſticis ana ſcrup. ſ. Diagridii g. vj. ſpicæ Nardi, Nucis moſchatæ ana g iij. Cum ſyrupo Roſ. lax. fiant pilulæ. Pilulæ ex Rhabarbaro, Meſuæ: Recipe Rhabarbari electi drach. iij ſucci glycyrrhizæ, ſucci Abſinthii, maſtiches ana drach. j. Myrobal. Citrinarum drach. iij. ſ. ſem. Apii, ſem. Fæniculi ana drach. ſ. Trochiſcorum Diarrhod. drach. iij. ſ. ſpec. Hieræ ſimpl. drach. x. Aquæ Fæniculi quantum ſufficit. Fiat maſſa. Siccata in veſica vel papyro, ceræ liquefactæ intincta, ſeruatur per annũ. Datur à ſcrup. j. usq; ad drach. ij. in febribus diuturnis, jecinoroſis obſtructionibus, & aquæ inter cutem initiis conferunt. Pilulæ de Euphorbio Meſuæ: Recipe Myrobalanorum citrinarum, ſucci Eupatorii Meſuæ, ſucci Abſinthii ana drach. iij. Rhabarbari drach. iij. ſ. Maſtiches drach. j. Croci drach. ſ. Aloes drach x. ſucci Endiuiæ quantum ſufficit. Fiat maſſa ut ſupra ſeruanda. Mirifice proſunt in febribus intermittentibus bilioſis, morbo regio, jecinorisq; obſtructionibus. Pilulæ ex Colocynthide, Galeni: Recipe Colocynthidis, ſucci Abſinthii ana vnc. ſ. Aloes, ſcammonii præparati ana vnc. j. Rhabarbari electi drach. iij. Trita omnia ſucco excipiantur. Pituitam à cerebro & aliis neruoſis* yacuant: ob id conferunt dolori capitis ex frigido. Pilulæ ante cibum & poſt. Arnold Villanouani: Recipe aloes drach. xlj v. Rhabari vnc. j. ſ. Ligni aloes, caryophyllorum, folii, maſticis, xylobalſami, carpobalſami, croci, ſpicæ nardi, caſſiæ ligneæ, cinnamomi cubebarum ana drach. iij. conficiantur cum vino optimo. Reſpiciunt ſtomachum. Dantur conſtipatis, & iis qui ſunt aluo dura, & conquerentibus de dolore ſtomachi, propter ventoſitatem, vel exuperantiã phlegmatis præterquam tempore calido, absq; obſeruatione diætæ 9. vel ij. cum vino calido conſeruant ſanitatem.

Pilulæ ante cibũ & poſt cibum, Nicolai: Recipe cinnamomi, ca-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 904 sur 1557

ryophyllorum, Galangæ, nucis moſchatæ, Macis Zingiberis, Cardamomi, Xyloaloes, ſtyracis Calamitæ ana drach. j. Rhabarbari ad pondus omnium ſupradictorum. Aloes ad pondus omnium ſupradictorum. Confice cum vino. Sumantur ante cibum vij. & poſt cibum v. Virtutem digeſtiuam confortant.

Pilulæ de tribus: Recipe Rhabarbari, Agarici, Aloes lotæ ana drach. ij. ſ. Syrupi roſ. lax. quantum ſufficit. Fiat maſſa in charta munda, ceræ liquatæ intincta, ſeruanda per annum.

Orbiculi ex Rhabarbaro, Recipe ſacchari albi in aqua Cinnamomi diſſoluti, & ad perfectionem cocti vnc. iv. Extracti Rhabarbari in ſucci roſarum drachmis duabus diſſoluti drach. j. Rhabarbari ſubtiliter puluerizati, atque in aqua cinnamomi humectati drach. ij. Fiant tabulæ ſecundum artem. Ioannes Crato.

Trochiſci de Rhabarbaro, Meſuæ: Recipe Rhabarbari boni drach. x. Succi Eupatorii, Amygdal. amararum ana vnc. ſ. Roſarũ drach. iij. Nardi Indicæ, Aniſi, Rubiæ, ſem. Apii, Abſinthii, Aſari ana drach. j. Aquæ Cucuthæ quantum ſufficit. Fiant trochiſci pondere drachmæ vnius cum dimidia ſiccantur in vmbra, & ſeruantur in charta munda, ceræ liquatæ intincta, per annũ valent ad hepatis obſtructionem, dolorem, tumores præter naturam, affectus inueteratos eiuſdem.

Tabulæ ad bilem. Recipe ſpec. Diamoſchi drach. j. ſpec. Diarrhod. Abb. Calami aromat. ana drach. j. Rhabarbari electi ſcrup. j. Diagridii ſcrup. ij ſ. ſacchari in aqua roſar. diſſoluti vnc. iij. vel vnc. iv. Fiant tabulæ. Datur vnc. ſ.

Diaturbith cũ Rhabarbaro, Montagnæ. Recipe Turbith, Hermodactylorum ana vnc. j. Rhabarbari drach. x. Scammonii præparati vnc. ſ. ſantali albi, rubri, violarum, zingiberis ana drach. j. ſ. Maſticis, Aniſi, cinnamomi, croci ana drach. ſ. ſacchari albi lib. j. vnc. iij. Fiat electuarium in forma competenti. Flauam bilem & pituitam educit atq; aqua inter cutem laborantibus mirificè confert.

Tabulæ Diaturbith cum Rhabarbaro, Ioan. Langii: Recipe turbith in oleo amygdal. per noctem macerati drach. v. Zingiberis. Cinnamomi ana drach. j. Caryophyllorum ſcrup. iij. ſ. Agarici trochiſcati drach. j. ſ. fol. ſenæ drach. ij. ſ. crup. ſ Hermodactylorũ drach. ij. rha.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 905 sur 1557

ij rhabarbari drac. iij. schænanthi scrup. j. galang. macis ana scrup. ij. diagridii drach. iij. s. sacchari in vino citoniorum & aqua ros. dissoluti vnc. viij. Fiant tabulæ, dosis vnc. s.

Manna naturæ præstantiss. donum & miræ diuinitatis plenum, non modo, quæ præter naturæ leges, Israelitis alendis è cœlo pluit, sed quæ nobis quotidie medicandis mellei, aut saccharei roris modo, è Iouis nubibus, super frondes exudat. Non minus enim, vt illi suas olim grandines sacchareas, nunc nostrates agricolæ vulgarem & granatam mannam mirantur, dum exultantes canunt, Iuppiter melle pluit: hinc Areomeli, Arabice, Tereniabin, & à sacris paginis mutuato nomine, manna dicitur; cui solum nomine tenus conuenit manna, vel potius manna thuris, quæ velut pollen thuris est, ex magnis fasciculis concussu elisis, proueniens: Fragmenta enim exigua & micæ congeruntur, colliguntur que pro manna thuris. Est & alia quædam manna larigna dicta, ex effractis laricis ramis collecta. vtraque tamen licentiose nimis mannæ nomen assumit. Nam manna proprie & secundum medicos vsurpata (de manhu enim seu manna Hebræorum nõ loquor) est velut ros cælestis, dulcis & gratus, qui ex aere sudoris instar exudans, sublucanis horis, super frondes & ramos arborum, herbarumque delabitur, & breui concrescit, ac gummi modo concrescit. Quæ ex frondibus colligitur præstantior est, vocaturque vulgo manna de folio, vt pessima est, quæ de terra nominatur. Præstantissima vero censetur Calabriensis, & maxime quæ ex Oenotriæ quodam loco defertur, in quem singulis æstatibus descendit, & ab omnibus excerpitur. Hunc autem locum reges Neapolitani olim occluserunt, inquit Brassauolus, ne quis sine vectigali assumeret. Occluso loco, desiit manna, nec descendit. Eo recluso, & vectigali remoto, iterum descendere cœpit. Sed rursus clauso loco & recluso, & postea clauso cessauit, ita, vt Reges postea liberum locum reliquerint, & omnibus colligere permiserint. Idem scribitur de Tragasæo sale in Epiro, qui, cũ vectigal iniunxisset Lysimachus, euanuit: mox dempto, succreuit. Frequens est in Gallia quædam manna Brianssonensis dicta, quæ Calabriensis inopia medicum aliquando venit in vsum, licet multo minus idoneum. Est & aliaquædam mastichina dicta, rotunda, quæ èramis & foliis arborum, ventorum im-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 906 sur 1557

petu in terram delabitur, grandinis modo, nec à cœlo aut aere decidit: verum impropriè manna vocatur, cum verius sit lachryma & saliva arborum concreta. Manna temperata est, aut paulo calidior, guttur, asperam arteriam & thoracem lenit, aluum blande movet & serosos humores purgat, maxime vero id præstat manna granata, ut Calabra, non Tereniabin, quod mannam quandam, instar mellis liquidam esse Arabes scripserunt, quo nunc non utimur quia caremus.

Decoctum fructuum, Mesuæ: Recipe prunorum num. xl. sebestenn, sive myxariorum num. xxx. iuiubarum num. xxx. Tamarindorum vnc. ij. Cassiæ recens extractæ vnc. iij. mannæ vnc. j. macerentur fructus in aquæ libris tribus: deinde adde Cassiam, Tamarindos & mannam: Frica, cola, serua. Sanguinis & bilis flauæ feruorem reprimit, sanguinem clarũ reddit, & bilem cremẽter educit.

Decoctum mixtos educens humores, Cratonis: Recipe passularum vnc. ſ. galangæ incisæ drach. j. Flor. Borraginis, violarum ana drach. j. senæ drach. vj. Horum decoctio & infusio stet per noctem, & mane rursus ebulliat, & fortiter exprimatur. Post recipe expressi vnc. jv. Syrup. Ros. mannæ ana vnc. j. Syrupi conseruæ Zingiberis drach. j. Aquæ cinnamomi cochlearium unum, Misce & fiat potus.

Potio purgatoria, Ranzovii: Recipe mannæ Calab. opt. vnc. vj. Rhabarbari electi scrup. ij. spec. Hieræ simpl. scrup. ſ. Aquæ endiviæ vnc jv. syrupi de Buglossa drach. ſ. misce diligenter.

Electuarium Diacoccugnidiũ, Mesuæ: Recipe fol. Thymelææ præpar. part. x. carnis cydoniorum in aceto coct. sacchari ana part. lxxx. mannæ part. xl. olei ex coccognidio part. xij. saccharum & manna dissoluantur in sero lactis, cui infusus erit agaricus, part. xxx misce carnem cydoniorum, coque igne lento ad mellis crassitudinem. Pulvis foliorum thymelææ mistus prædicto oleo reliquis addatur. Datur vnc. ſ. Hydragogum est, in hydrope efficacissimum. Tabulæ ad purgandam bilem, Andernaci: Recipe mannæ electæ vnc jv. succi rosarum rubrar. lib. ij. conseruæ Buglossi, conseruæ cyrsu ana vnc. ij. Diagridii vnc. vj. sacchari albi q. ſ. ad placentulã formãdã: quæ dividetur in tabellas singulas vnc. ſ. pẽdẽtes.

Electuarium soluens ventrem, Fumanelli: Recipe cassiæ fistularis vnc. ij. mannæ electæ vnc. j. ſ. saccharī violacei vnc. j. succi

ſucci roſarum vnc. ſ. Miſce, datur per horam ante cibum ab vnc. ſ. ad vnc. j.

Tabulæ ad bilem, Andernaci: Recipe, mannæ vnc. iij. ſantali citrini, albi, rubri galliæ moſchatæ, Trochiſcorum oxyacanthæ ana drach. iij. ſucci roſarum rubr. lib. j ſ. conſeruæ cichorii, conſeruæ Borraginis ana vnc. ij. Diagridii vnc. j. ſacchari albi quantum ſufficit. Fiant tabellæ ſecundum artem drachmas duas aut tres pendentes, pro robuſtioribus: pro imbecillioribus drach. j dari poſſunt. Vide & Paracelſum tom. 5. p. 15. Item. tom. 3. p. 244. & 249.

Scammonii nomine ſuccus plantæ cuiusdã concretus, & planta ipſa intelligitur; quibusdã tamen magis proprie hæc Scammonia, ille Scammonium dici videtur. Eſt vero planta lactaria, voluuloſa, ſcanſoria, lævis, ſmilacis modo, cui foliis, flore, facie, valde ſimilis eſt, ſed radice non parum diſſimilis, quę in ſmilace tenuis eſt, in ſcãmonio craſſa, prælonga, intus candida, odore gravis & multo ſucco prægnans: ex eaq; tenues & viticuloſi ſarculi prodeunt, qui vicinos frutices conſcendunt, amplexantur & ſe implicant; folia ei lata & acuminata ſunt inſtar ariſari, ſed minora: flores albidi concavi, calathi figura. Naſcitur uberi⁹ in pingui ſolo, præſertim in Antiochia & Syria. Ex ipſius radice, ſcammoniũ vulgo dictum, ſeu liquor colligitur pluribus modis; primo reſecatur caput radicis, dein cultro excauatur, vt in ſpatium concameratum ſuccus fluat, qui poſtea vaſis idoneis excipitur. Secundo terra foditur iuxta radicem, ut cõcamerato ſinu ſcrobs relinquatur, in quam ſubiectis iuglandiũ foliis, profunditur ſucc⁹, qui concretus extrahitur. Tertio radix omnino evulſa inciditur, lac inde profluens ſiccatur, & in offas quasdã formatur, & ſervatur. Quarto ex foliis & caulib⁹ tritis ſuccus extrahitur, ſiccatur, cogitur, & ſeruatur; ſed nigrum eſt, aut ex nigro viteſcens eductum, hoc modo poſtremo ſcammoniũ eſt omnium peſſimum. Præſtantiſſimum quod ex inciſa radice ſuperna exudat, & maxime quod ex Antiochia defertur, dein Armenium, Europeum omnino prauum. Vt vero ſit optimum, debet eſſe nitidum, ſplendidum, clarum, gummi modo, ſubalbum, rarum, fungoſum, tenuiſſimis fiſtulis ſpongioſum, cito liqueſcens, tenerum, friabile, non valde ponderoſum, nec odoris tetri, licet nõ ſuauis, ſed proprii, & taurino glutini ſimillimum. Ab his notis q̃ longe recedit, peſſimũ.

Scam-

Scammonium omne valenter, cum labore atque moleſtia mouet aluum: bilem flauam & ſeroſos humores, tenues & acres purgat, & ſi paulo largiore copia ſumatur, inteſtina abradit, viſcera lædit, venarum ora aperit, erodit, ſanguinem ſæpe per inferiora ducit, dyſenteriam excitat, cor, hepar, & reliqua viſcera conturbat, & ventriculum ſubuertit. Calidum & ſiccum eſt tertio receſſu. Illius effera vis caſtigatur aloe: Melius vero ſi in malo citonio excauato, vti veteres docuerunt, clibano, aut prunis decoquatur, paſta vndique circumlita, præſertim additis quibuſdam ſeminibus, vt apii, fœniculi, dauci; vſitatior tamen correctio fit ex ſolo citonio, vel ſucco roſarum. Caſtigatum, vt decet Scammonium, Diacrydium, quaſi lachryma dicitur, & in officinis, corrupto vocabulo diagredium. Nimis recens efferum eſt, antiquatum imbecillum & torminoſum; mouet enim, non promouet; Bimum bonum. Scammonium flauam euacuat bilem, ſed cordis dolorem mouet. Eſt enim odore graui, guſtu iniucundum, ſiticuloſum. Siquidem cum omnia quæ aluum deiiciunt medicamenta, aloe excepta, ventriculo infeſta ſint, ſcammonium illi plus cæteris aduerſari conſtat Proinde cauendum iis, qui ſtomachi ſentiunt imbecillitatem, & iis qui febre laborant: quippe ſuapte natura leuiſſimum, in corpus facile rapitur, reſidemque ſpurcitiam omnem in eo, colluuiemque commouet. Datur iis qui febre vacant, & ſtomacho valent, iis denique quibus ægre vomitus eliciuntur, nec facile linquuntur animo. Permiſcendus & ſal, Actuario teſte, aut thymus, aut pulegium, aut quippiam ex iis quæ gratum ſpirant odorem, & ſtomachum roborant, velut aniſum, maſtiche, idque genus. Datur per ſe ex melle, vel ptiſanæ cremore duorum ſcrupulorum pondere. Paululum quid adiici aut detrahi, pro virium ratione, poterit.

Confectio hamech maior, Meſuæ: Recipe Myrobal. citrinorum vnc. iv. myrobal. chebulorum, indorum, rhabarbari electi an. vnc. ij. agarici, colocynthidis, polypodii ana drah. xiix. Abſinthii, thymi, ſenæ ana drach. vj. violarum vnc. j. ſ. epithymi vnc. ij. ſem. aniſi, ſem. fœniculi, roſarum rubrarum ana drach. vj. ſucci fumariæ lib. j. prunorum num. lx. paſſularum enucleatarum vnc. vj. Macerẽtur omnia in ſero lactis caprini ſufficiente, in vaſe vitreato angu-

ſti oris

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 909 sur 1557

ſtiotis, per dies quinque. Poſtea ferueant vna aut altera ebullitione, colentur, colaturæ bene expreſſæ adde Pulpæ caſſiæ vnc. jv. Pulpæ Tamarindorum vnc. v. Mannæ vnc. iij. Frica manu, cola, & adde Sacchari albi lib. j. ſ. Scammonii præparati vnc. j. ſ. Coq; ad mellis conſiſtentiam, & adde Myrobal. Citrinorum, Chebulorum, indorum ana vnc. ſ. myrob. Bellyricorum, emblicorum, rhabarbari, ſem. Fumariæ ana drach. iij. Spicæ indicæ, aniſi ana drach. ij. Conficce electuarium. Morbis omnibus ex flaua bile, & pituita ſalſa natis, nempe impetigini, ſcabiei, elephantiæ, & cancro ſuccurrit: in ſumma, omni fœditati cutis à biliosis & aduſtis humoribus procreatæ conuenit. Datur à drach. ij. ad aur. ij. vel vnc. ſ. vel ad drach. vj.

Confectio hamech minor, Meſuæ: Recipe myrobal. indorū, chebulorum, epithymi ana drach. l. Fumiterræ, abſinthii ana dra. xx. Thymi, calamenthæ, polypodii, agarici, glycyrrhizæ, bugloſſæ ana drach. x. Stoechados arabicæ, chamædryos, chamæpityos, aniſi ana drach. v. Prunorum, iuiubarum, ſebeſten ana n lxx. Paſſularum enucleatarum lib j. Decoquantur in aqua ſufficienti vſque ad tertias: colentur, & colaturæ addantur ſapæ lib. ß. Mellis deſpumati lib. j. Scammonii præparati vnc. ij. Coquantur lento igne vſq; ad mellis ſpiſſitudinem. Purgant melancholiam, & vſtos humores alios: ob id confert maniæ, melancholiæ, vertigini, obliuioni & vitiis cutis: qualia ſuut pſora, i.e. ſcabies, morphea, cancer, elephantia, impetigo.

Hieralogodium, Aetij: Recipe colocynthidis drach. xx. ſcyllę aſſatæ, agarici, ammoniaci, ſcammonii, cort. rad. hellebori nigri, hyperici ana drach. j Epithymi, polypodii, Bdellii, aloes, chamædryos, marrubii, caſſię ana drach. j. Myrrhæ, piperis albi, nigri, Cinnamomi, croci, opopanacis, ſagapeni, caſtorii, petroſelini, ariſtolochiæ ana vnc. ſ. mellis deſpumati, ad pondus omnium. Ad lateris dolorem, epilepſiam, maniam, melancholiam, morbum, ſcotoma, cephalæam, ſuſpiria, ſubitam præfocationem, incubum, tetanum, ſpaſmum cynicum, contuſum corpus ex ictu, lapſu, tremorem, paralyſim, arthritidas, dolores ſpinæ, mammarum duritias, cancroſq; earum, ſtomachi imbecillitatem, ructum acidum, inflationem, tormina, nauſeam, colicum dolorem, menſes ſuppreſſos.

Catharticum imperiale, Nicolai: Recipe ſcammonii præpa-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 910 sur 1557

rati, ſacchari ana vnc.j. Cinnamomi, ſpicæ nardi, rad. ſaxifragiæ, polypodii, zingiberis ana vnc.ſ. ſpicæ nardi celticæ; piperis longi, albi, cardamomi, amomi, caryophyllorum ana drach.iij. Terantur omnia tenuiſſime, & fiat electuarium, cum mellis deſpumati quātum ſufficit. Bilē vtrāq; & pituitā ſine moleſtia educit, caput optime purgat, & oris ſpiritum commendat. Panchymagogon Phædronis. Recipe ſpec. Diambræ dra. h.j. ſ. ſpiritus vinicirculati lib. ij ſ. Affundatur ſpiritus vini ſpeciebus, & macerentur diebus 14. commiſturis vaſis optime oblit's, materia bis quaterue in die mota. Deinde ſpiritus à ſpecieb. defundendus eſt, & ſequentib. purgatoriis ſuperfundendus: Recipe ſcammonii vnc. ſ. rhabarbari electi, colocynthidis drach.ſ. Agarici optimi drach.iij.ſ. Turpeti, Hermodactylorum ana drach.ij. ſem. Ebuli tuſi drach.iij. Hellebori nigri drach. ij. Senæ fol. vnc.j. Hæc poſtquam trita, macerataq; fuerint, ſacculo lineo inijciantur, exprimanturque, in expreſſo diſſolue aloes ſucco citrini drach.x. atq; in balneo Mariæ euaporentur, ad mellis vſ; craſſitudinem. Datur ſcrup.j. ex vino, vel iure: vel catapotiis admixtis. His adde etiam aliquot guttas olei chalcanthini. Tabulæ purgantes humores mixtos, Caſpari Bauhini: Recipe rad. Turpethi gum. ſcāmon. præpar. ana vnc.j. Medullæ, ſem. carthami vnc.ſ. ſpec. diatrag. frig. zingib. cinnamo. electi ana drach.ij. Carnis cydoniorum, corticis citri ſicci ana drach.j. Sacchari candi vnc.j. Sacchari albi diſſoluti in aq. Roſarum vnc.x. Fiant tabellę. Doſis eſt à drach.j.ſ. ad drach. ij.ſ. mixtos ducit humores, maxime tamen ſeroſos.

Epithema ad coitum. Recipe ſcammoneæ vnc.vj. Euphorbii drach.j.ſ. ceræ albæ drach.jx. Coque modicū, agita fortiter, repone: & cum opus fuerit, reductum in pannum, teſticulis & virgæ ſuperpone, cum calefacta fuerit, tollatur: & excitabitur coitus.

Electuarium purgans. Recipe ſcammoneæ præparatæ vnc.j.ſ. Turpeti vnc.ſ. zingiberis drach.j. ſacchari candi vnc.ſ. cinnamomi drach.j.ſ. Galangæ dra.ſ. pulpæ ficuum extract. cum vino opt. lib.ſ. Syrupi liquiritiæ vnc.iij. Fiat electuarium.

Aliud, Felic. Plateri. Recipe ſcammoneæ præparatæ vnc.j.ſ. Turpeti vnc.j. zingiberis, caryophyllorum, piperis, cinnamomi, pulpæ citoneorum coctæ cum ſaccharo quart.j. Fiat Electuarium, doſis drach.ij.

Extra-

Extractum ſcammonii, Quercetani: Scamonium ſpagyrica præparatione cõmodum vſui redditur, vt ſine vllo periculo aliis multis medicamentis immiſceri poſſit, & tuto exhiberi ad purgandam bilẽ & pituitã. Electũ ſcammonium ſoluatur in oleo maſtycis ſpagyrice extracto cũ vini ſpiritu: quo facto, digerantur per octo dies in Baln. calido, in vaſe optime clauſo: quod vel clarum erit & pellucidum, transfunde, affundendo rurſus nouum menſtruum, donec totam eſſentiam attraxeris: interim tamen fæces ſeponito. Tum ſeparato toto menſtruo, affunde denuo vini ſpiritum coralliſatum, vt ſupernatet 4. digitis: circulentur omnia in Baln. per x. dies aut amplius. Demum menſtruum extrahe, & pro vnc. eſſentiæ relictæ in fundo vaſis, adde eſſentiæ veræ corallorũ, & margaritarum ana ſcrup. j. Eſſentiæ croci ſcrup. j. ſ. Olei aniſi, & cinnamomi ana ſcrup. j. ſ. Fiat mixtura ad blandũ ignem ad conſiſtentiam debitam. Miſceatur hæc eſſentia ſic præparata cum eſſentia aloes, & myrobalanorum, & fiat mixtum medicamentum ad bilẽ expurgandam putile, item ſeroſa excrementa è capite educẽda. Per ſe exhiberi poteſt ſcrup. ſ. cum vnc. ij. Oleo amygdal. dulcium: ſine vlla perturbatione aut læſione cordis, ventriculi & hepatis, è vaſis ipſis bilem educit.

Hieralogodium, Nicolai: Recipe pulpæ Colocynthidos, Polypodii ana drach. ij. Euphorbii, Polii montani, ſem. Thymelææ ana drach. j. ſ. G. vj. Abſinthii, myrrhæ ana drach. j. Gra. xij. Cẽtaurii, agarici, ammoniaci, folii, nardi Indicæ, ſcyllæ, ſcammonii præparati ana drach. j. Aloes, comarum thymi, caſſiæ ligneæ, Chamædryos, Bdellii, Marrubii, ana ſcrup. j. Gra. xiv. Cinnamomi, opopanacis, caſtorii, Ariſtolochiæ longæ, trium piperum, croci, ſagapeni, petroſelini ana drach. ſ. Hellebori nigri, albi ana Gra. vj. Mellis deſpumati lib. j. ſ. Confice vt decet. Seruatur per annos duos. Exterminat mala diuturna ex melancholia facta, epilepſiam, vertiginem, conuulſiones, hemicraniam, elephantiam, impetigines, lethargum: prodeſt ſpumantibus & linguam mordentibus, his qui lethalia venena ſumpſerunt, iecinoroſis, pleuriticis, iſchiadicis, & lumborum dolore infeſtatis: vitioſos humores educit, & mulierum menſtrua.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 912 sur 1557

Scammonii vera præparatio, Recipe Scammonii ſelecti non adulterati libram ſemis teratur & cribretur, poſtea affundatur parum ſucci roſarum pallidarum, vel quod melius ſylueſtriũ, expreſſi & colati (addita vna atque altera guttula ſpiritus vitrioli in frigido ſeruatur ille ſuccus ad vſum, ne aceſcat) ac in ſole ſeu retro fornacem exiccatio inſtituatur: Hæc imbibitio & exiccatio vigeſies ſeu trigeſies renouetur, ſic.n. lenta, viſcoſa ac tenax malignitas Scammonii diſſipatur, quæ alioquin adhæſione ſua in ventriculi tunicis tormina & cruciatus excitare conſueuit. Qui volet, poterit priori ſucco ad libitum ſucci cidoniorum expreſſi & depurati dimidiam partem adiũgere: ſic efficacius & minori moleſtia purgabit: Et cum hoc Scamonio præparato poteris omnium cathartieorum vim purgantem excitare & acuere. Vſus in multis morbis euacuatione egentib. Doſis grana quinq; : Robuſtioris à Gr. 12. ad 15. & 20. offerri poſſunt. Formentur inde pilulę, vel in puluerem poſt exiccationem teritur, & grana 15. vel 20. illius pulueris in ſyrupo roſaceo offeruntur. Spiritus Scammonii. Recipe ſcammon: ſubtiliſſime triti vnc. ſ. ſpiritus vini lib. ſ. macerentur per 12. horas in vitro bene obturato, ſæpius inuicem agitando, vt ſcammonium optime reſoluatur, poſtea fiat ſcãmonii in vitri fundo reſidentia vt clare ſuperfluant ſpiritus quos leuiter effundes, à materia in fundo ſepara & ſic habes.

Optima Scammonii præparatio. Scammonium ſelectum pparetur per imbibitiones & exſiccationes reiteratas cum ſucco roſarum, vt ante dictum eſt, deinde ad manus ſit bonum Alcohol vini ſine phlegmate (in quo per 24. horas prius in Balneo maduerit tantillum ſem. Aniſi, fæniculi, cinnamomi & ſpicæ nardi) quantitate tanta quæ ſufficiat pro extrahenda tinctura ſeu ſcammonii eſſentia, affundatur ad eminentiam 3. vel 4. digitorum, ſcammonio mediocriter trito, & in balneo Mariæ per 3. aut 4. dies ſtent, quotidie aliquoties mouendo, ſic ſpiritus vini tincturam extrahet: Tinctum ſpiritum purum per inclinationem aufer & affunde nouum ſpiritũ reiterando laborem, donec nullum Alcohol amplius tingatur. Poſtea omnis ſpiritus tinctus mixtus abſtrahatur in balneo Mariæ, remanebit ſcammonium inſtar mellis in fundo quod vlterius exſiccetur calore leni in vaſe conuenienti. De hoc extracto adhuc molli inſtar panis recens cocti ſumatur vncia vna, & ſucci cydoniorum depura-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 913 sur 1557

depurati vnciæ quatuor, ſucci depurati roſarum rubearum vncia vna, miſce omnia in vaſe conuenienti vitreo, & lento calore effundatur extractum in ſuccum, mouendo paulatim ſpatula argentea, vt ſucci exhalent, & extractum priorem acquirat conſiſtentiam pro efformandis pilulis. Antequam plane omnis humor exhalet, ad vnciam vnam ſcammonii adde ſalis ſeu magiſterii Perlarum & corallorum ana drac. j. Efformentur pilulæ 1. 2. vel 3. ita habebis præſtantiſſimum catharticum quod ſine moleſtia & nauſea purgabit. Doſis à gr. 10. ad 12 & 20. Nota in extractione ſcammonii, quod proprium habeat, vt ſubſidat, antequam humore priuetur: itaq; ſi duas partes ſpiritus vini vel liquoris per alembicum à tinctura traduxeris, poteris deſinere, & cum balneum refrixerit, vitrum eximes, in quo ad fundum videbis deiectum ſcammonium vel etiam pendere in reſiduo liquore inſtar liquidæ picis colore pellucido. Hoc loco induſtrii obiter admoniti ſint, poſſe debita quantitate eſſentiam cathartici (vnius vel plurium) Spiritu vini extractam & eidem adhuc immixtam electuario cidoniorum vel citriorum opaco ſeu pellucido circa finem decoctionis ſuper lentum calorem miſceri, & poſtea ad iuſtam conſiſtentiam ſecundum artem denuo incoqui, ita remanebit vis purgans electuariis immixta poſt ſpiritus vini euaporationem. Hæc cathartica debita doſi in minima quantitate, neceſſitate exigente delicatulis & nauſeabundis, cum magno emolumẽto & nulla ægrotantium moleſtia aut animaduerſione, fraude honeſta, fuco ingenioſo, & officioſo medicis à Platone permiſſo mendacio poſſunt exhiberi, cum nullum ingratum præ ſe ferant ſaporem. Pilulæ delicatis perſonis ſiue viris ſiue mulieribus hora ſomni tertia nocte miniſtrandæ: Recipe aloes roſatæ, ſcammonii roſ. inſpiſs. ana drach. ij Extract. rhabarb. drach. j. pul. rhabarb. ſcrup. ij. Extract. roſa. drach. j. Turbith mineralis drach. j. ſ. Olei cinnamomi gut. viij. Miſce. Doſ. gr. xij. ad xvj. Pilulæ aliæ delicatis fortiores. Recipe cõfect hamuth drach ij. ſcammonii roſ drach. j. Pulu. rhabarbari ſcrupul. iiij. Turbith mineralis drach j. ſ. olei iuniperi guttas x. Miſce, doſis gr. xij. ad xxiiij. Vera ſcammoniæ præparatio fit ſecundum Quercet. cum ſucco limonum depurato, idq; in eodem Baln. Mar. calido, in quo diſſoluetur, & feruens etiã adhuc p linteũ tranſmittatur, & hoc pacto craſſa eius & impura ſubſtantia, quæ non niſi noxam parit, ab ea ſecernatur.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 914 sur 1557

Agaricus: fungi vel terreni sunt, boleti, & campiniones vulgo dicti, proxime & affatim è terra exeuntes: vel arborei truncis nempe arborum adnati: vix enim vlla senescens arbor datur, cui non adnascatur fungus vel rugosus & nigricans, vt in quercubus & iugandibus, vel crassus, durus & albicans, vt in betula, vel albus, plenus, mollis & friabilis, vt agaricum, quod præstantissimum ex larice excerpitur. Hæc enim arbor triplici excremento nobilitatur, resina Larigna, quæ omnibus aliis humidior est, omnisque expers acrimoniæ, & male pro terebinthina à quibusdam venditur, manna quadam laxatiua, quæ ex effractis illius surculis colligitur, & agarico, trunco illius arboris iam antiquæ adnato. Est vero larix arbor conifera, eximiæ proceritatis, caudice assurgens recto, cortice crasso, in frequentes rimas dehiscente, foliis circa ramulos ab vno tuberculo numerosis, multis simul cohærentibus, breuioribus, molliorib. tenuioribusq; quam pini nec aculeatis, sed retusis. Coni admodum parui sunt, cupressinis fere similes. Laudatur autē agaricum, quod ex larice decerpitur, cuius est velut apostema: præstantissimum vero album, rarum, friabile, primo gustatu dulce, mox amarum & stypticum. A Democrito medicamentum familiæ vocatur. Nascitur in Galatia & Cilicia, sed præstantissimum in Agaria Sarmatiæ regione, à qua nomen. Nunc habemus optimum ex Delphinatu Galliæ prouincia, & multis Italiæ regionibus, in quibus larices proceræ ac copiosæ proueniunt, quarum truncis agaricum adnascitur: vnde radicem esse minime credendum est, vt apud Dioscoridem & Galenum, comperio. Calefacit primo gradu, siccat secundo: pituitam purgat, obstructa liberat, attenuat, terget, flatus dissipat & omnibus morbis ab humoribus crassis, lentis & frigidis opitulatur. Qui fungos ederit noxios, strangulationem inferentes, agaricum drachmæ pondere ex vino tusum, aut dictas pilulas, sumat. Fungorum remedia, si quis aut plures quam par sit, aut noxios ederit, Dioscorides, aliiq; docent: vomitu primum succurrendum, hinc oxymel bibet, aut gallinacea oua cum posca, adiecta Aristolochiæ drachma. Aut absinthium ex vino melleq; sumptum, & ex aqua potum. Ligusticum quoque, aut radix angelicæ tusa, ex vino. Extra corpus exiguus fungorum est vsus. Qui sambuco adnascuntur, tumores & inflammationes ex aqua rosacea, & vino

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 915 sur 1557

no impoſiti ſedare feruntur. Ouati antiquis damnis exiccandis & ſanandis conferunt. Rubri muſcarii cum lacte muſcas perimunt. Arboribus adnaſcentes ad igniarios vſus coquuntur, ignem enim ſemel conceptum non facile relinquunt. Coquuntur autem in lixiuio, ſiccati poſtea pulſantur vt molleſcant, ac denuo ex aqua cum nitro coquũt. Hiera piera, cũ agarico: ℞ ſpec. hieræ ſimpl. ſine aloe, agarici trochiſcati ana vnc. ſ. Aloes non lotę vnc. j. mellis deſpumati vn. vj. Fiat electuariũ. Extractũ agarici. Agaricũ recti⁹ maceratur & decoquitur, quam ex vini ſpiritu, alioue humore extrahatur. Si tamen omnino eius ſuccum ad hunc modũ parare cupias, id quoque per aquam anifi, cui oleum ipſius ademptum ſit, præſtare poteris. Ad capitis affectus, pſertim defluxiones eius efficax. Pilulæ hieræ cũ agarico: Recipe ſpec. hieræ ſimpl. Gal. agarici trochiſcati ana vnc. ſ. Aloes vnc. j. Mellis colati q. ſ. Fiat maſſa, quæ ſeruanda. Datur à drach. j. ad drach. ij. Auxiliantur ſtomachicis, aſthmaticis, & aliis ſtomachi & thoracis vitiis à craſſis & pituitoſis humorib. natis. Agaricus trochiſcatus, Meſuæ: Recipe agarici electi vnc. iv. vini in quo maceratum ſit zingiber, q. ſ. Agaricum limandum eſt, & formandi trochiſci. Additur inſuper Gummi, aut tragacantha: & poteſt inijci in oẽs cõpoſitiones, in quas agaricũ ingreditur: vires .n. habet agarici, & tutius agit, minoreq; vẽtriculi noxa. Trochiſci de agarico, Meſuę: Recipe agarici vnc. iij. Salis gemmæ vnc. ſ. Zingiberis drach. iij. Oxymelitis q. ſ. Agaricum ligma confringendum, & formandi trochiſci. Purgant ex cerebro & capite phlegma craſſum cum cholera mixtum: & præcipue educunt ex pectore craſſos humores putridos & viſcoſos. Pilulæ ex agarico, Meſuæ: Recipe agarici drach. iij. Maſtices, iridis, marrubii ana drach. j. Turbith drach. v. ſpec. hieræ pieræ vnc. ſ. myrrhæ drac. j. Colocynthidis, ſarcocollæ ana drac. ij. Agaricum lima in puluerem redigitur: Reliqua contunduntur, fiuntq; pilulæ cum ſapæ ſufficienti quantitate. Colocynthidis loco ſatius erit trochiſcos alhandel ſumere. Seruantur ad annum dimidium, vel integrum. Doſis à drach. ſ. ad drach j. ſ. Auxiliantur aſthmaticis & aliis thoracis vitiis à craſſis & pituitoſis humorib. natis.

Pilulæ podagricæ, Henrici Wolffii: Recipe Agarici opt. Rhabarbari pul. maſticis ana drach. j. ſucci ſiue extracti hellebori nigri, ſucci fumiterræ, ſucci ſiue extracti Colocynthidis, ſucci ſiue extracti gentia-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 916 sur 1557

gentianæ,ſucci ſiue extracti petaſitæ,extracti rhabarbari ana drach j Miſce & fiant pilulæ. Hiera Archigenis, Aetii: Recipe colocynthidos vnc. j. Chamædryos, agarici, marrubii, ſtoechadis ana drach. x opopanacis, ſagapeni, ana vnc. j Petroſelini, ariſtolochię rot. piperis albi ana drach. v. cinnamomi, ſpicæ nardi indicæ, myrrhæ, polii montani, croci ana drach. jv. Mellis deſpumati ad pondus ſpecierum. Fiat electuarium, confert affectib. melancholicis & ex pituita craſſa natis, vt vertigini, epilepſiæ, ſpaſmo, difficultati ſpirandi, pſoræ, lepræ, & cæteris tuberculis à craſſa materia naſcentib. aut ſeroſo excremento, item inteſtinis, ventriculo, vtero, à flatu dolentibus, aut prædictis humoribus.

CAP. XXXXIV.

De Turpeto, mechoacanna, ſena, polypodio, laureola, Ricino & mezereone.

NVlla eſt tam anceps & controuerſa, atque ea quæ de Turbith fertur enarratio. Meſue lactariam, ferulaceamque herbam nominat: Serapio radicem tripolii exiſtimat: Actuarius modo pityuſæ radicem eſſe putat, modo alypum Dioſcoridis præſertim cum albicat. Nonnulli credunt eſſe radicem tapſiæ: alii ſcammoniæ antiochenæ? ſed Garcias ab horto plantam ab his diuerſam mordicus tenet: Nam planta eſt, inquit, radice neq; magna, neque longa, caule hederæ modo per terram extenſo, digiti craſſitie, & aliquando craſſiore, duos palmos & aliquando plures longo. Folia gerit altheæ, vt etiam flores, eoſq; candidos, & nonnunquam rubentes, nec colorem ter in die mutantes, ſicut tripolium, vt ridicule multi crediderunt. Non eſt vero totum turbith gummoſum, ſed pars caulis tantum, radici proxima, eaq; vtilior: reliqua pars gracilior eſt ac comoſior, quam vt eſſe poſſit vtilis. Pituitam duntaxat purgat, non atram bilem, vt alypum, quod à quibuſdam herba terribilis vocatur: Eius n. folia, flores, ſemina, purgationes terribiles commouent. Ob ſimilem vim agendi, aut paulo mitiorem fortaſſis turbith, q. turbatorium dictũ eſt, & Arabib. terbeth, qua voce phlegmagoga valentiora nominant. Turbith igitur Garciæ, nec radix eſt alypi, nec tripolii, nec ſcammoniæ nec tapſię, vt neq; planta lactaria, aut ferulacea: nec ſi gumoſa, optima nec domeſtica, vt aſſerit Meſue. Vt vt ſit, nulla eſt officina, in qua turbith optimũ, & his notis inſignitum, quas illi tribuit

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 917 sur 1557

buit Mesue, non inueniatur: cuius virib. & illud respondet, quod aliis lineis à Garcia depingitur, Arab. Cantamion dictum. Quod a. sit verum turbith adhuc ambigitur. Laudatur quod subalbum est, aut cineritium, fractu facile, ac recens, nam vetus imbecillum est & viscera conturbans. Calidum est ordine tertio: purgat trahendo mediocriter: correctum pituitam crassam, lentam, & puttem à ventriculo, thorace & remotis partibus, etiam iuncturis educit. Puluis è turbith magistralis, Florent. Recipe turbith bonum drach j. Zingiberis albi scrup. ij. Hermodactylorum drach. ſ. sacchari albi vnc. ſ. Fiat puluis. Pituitam purgat.

Alius: Recipe Zingiberis albi, masticis, turbith electi ana drach. x. Sacchari drac. xxx. Trita misceantur. Purgat humores phlegmaticos: datur pueris, mulieribus, senibus, & humidis, delicatis & otiosis, Auicenna. Puluis ad hydropem, Erasti: Recipe pulueris foliorum soldanellæ drach j. ſ. Senæ dra. ij. Turpeti vel rhabarbrai scrup. j. Sacchari drach. j. Misce & fiat puluis.

Eiusdem alius pro mulieribus. Recipe turpeti drach. j. Rhabarbari drach. ſ. Soldanellæ scrup. ij. Zingiberis, sacchari ana drach. ſ. Fiat puluis.

Puluis laxatiuus magistralis: Recipe turbith electi vnc. j. Zingiberis, cinnamomi, masticis, galãgæ, cardamomi, caryophyllorum, Anisi, hermodactylorum, scammonii præparati ana vnc. ſ. Fol. sennæ vnc ij. Sacchari albi vnc. jv. Terantur omnia & commisceantur.

Alius, Stockstaldi: Recipe turbith electi vnc. ſ. Cinnamomi, Zingiberis ana drach. ij. Caryophyllorum, cardamomi, galangæ, masticis ana drach. ſ. Anisi drach j. Hermodact. Diagridii, sennæ ana vnc. ſ. Sacchari vnc. iij. Fiat puluis.

Puluis solutiuus de tribus, Augustani: Recipe sennæ drach vj. Turbit. vnc. ſ. Rhabarbari drach. ij. Glycyrrhizæ, anisi, sem. Fæniculi ana drach. j. Spicæ Indicæ scrup. ſ. Fiat puluis.

Puluis passauant, cum Rhabarbaro, vsualis. Colonienſ. Recipe florum Borraginis, violarum ana scrup. ij. Zingiberis, spicæ nardi ana drach. j. Glycyrrhizæ, anisi ana drach. ij. Diagridii drac. iij. Rhabarbari electi drach. vj. Turbith gummosi vnc. j. Senæ vnc. ij. Misce & fiat puluis.

Puluis purgatorius, Ioan. Stockstald Recipe turpethi electi dra. i. Zin-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 918 sur 1557

j. Zingiberis, Cinnamomi ana drach. ſ. Galangæ, maſticis, calami aromatici, Caryophyllorum ana drach. i. Aniſi ſcrup. i. Hermodactyl. præparat. Diagridii, ſenæ ana drach. i. ſacchari vnc. i. Miſce & fiat puluis. Doſis drach. i. vel ſcrup. iv. Auguſtæ & Vlmæ in vſu.

Puluis laxatiuus delectabilis: Recipe turpeti electi & confricati drac. i. Cinnamomi, zingiberis ana drac. ſ. Galangæ, Maſticis, calami aromatici, caryophyllorum ana drach. i. Aniſi ſcrup. i. Hermodactyl. ꝑparat. Diagridii, ſenæ ana drac. i Sacchari vnc. i. Miſce & fiat puluis. Puluis laxatiuus: Recipe ſenæ vnc. ſ. Turpeti drac. ii. Zingiberis drach. i. Tartari drach. iii. Sacchari vnc. i. Miſce, & fiat puluis. Puluis laxatiuus, ſine moleſtia: Recipe Diapenidii vnc. ij. Turpeti electi drac. ii. ſpec. elect. de ſucco roſ. drac. iii. Zingiberis vnc. i. Aniſi drac. ſ. Miſce & fiat puluis. Doſis drac. ii. vel iii. mane.

Puluis ſolutiuus ſine dolore: Recipe turpeti opt. Rhabarbari electi, Hermodactylorum ana drach. ſ. Diagridii Gra. ii. Zingiberis, Galangæ, Aniſi, ſpicæ, macis ana ſcrup. ſ. Roſarum ſcrup. i. Sacchari drac. ii. Miſce & fiat puluis.

Puluis laxatiuus: Recipe turpeti electi ſcrup. iv. Zingiberis drac. ſ. Sacchari ad pondus omnium. Miſce & fiat puluis. Sumatur cum vino calido, ſtomacho ieiuno.

Puluis laxatiuus alius: Recipe turpeti drach. i. Cinnamomi, zingiberis ana drach. ſ. Galangæ, Maſticis, Cardamomi, Caryophyllorum ana drach. i. Aniſi ſcrup. i. Hermodactylorum, Diagridii, ſenæ ana drach. i. Sacchari vnc. i. Miſce & fiat puluis. Doſis drach. i. vel ſcrup. iv. Stockſtaldus. Puluis laxatiuus in cura retentionis menſtruorum à phlegmate: Recipe turpethi boni & electi drach. i. vel ſcrup iv. Zingiberis drach. ſ. Salis gemmæ Gra. v. Sacchari drach. ii. Miſce & fiat puluis. Sumatur cum ſero caprino, vel brodio pulli, vel cicerum. Puluis laxatiuus alius: Recipe ſenæ mundatæ drac. iii. Turpeti drac. i. Tartari drac. i. ſ. Eſulæ præparatæ drac. i. Zingiberis, Cinnamomi ana drac. ſ. Sacchari vnc. i. Miſce & fiat puluis. Doſis à dra. i. vſq; ad drac. ii. cum pane toſto, vel brodio piſorum, ſtomacho vacuo. Tragea laxatiua: Recipe Cinnamomi, zingiberis ana drac. i. Nucis moſchatę, Galangę, Maſticis, Caryophyllorum, cardamomi ana ſcrup. i. Xyloaloes ſcrup. ſ. Aniſi drach. ſ. Turpeti optimi drach. ii. Hermodactylorum drach. v. Senæ drach. ii. Sacchari vnc. i. ſ. Fiat

Tragea.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 919 sur 1557

Tragea. Dosis in principio drac. j. vel plus. Tragea soluens ventrem: Recipe Turpeti vnc. j. Cinnamomi, zingiberis caryophyllorũ, macis ana vnc. ſ. Sacchari ad pondus omniũ. Spec. aromat. rosat. drac. ij. Fiat tragea, dosis ad libitum. Alia: Recipe turpeti electi drac. ij. Agarici, Polypodii ana drac. j. Cinnamomi, Macis ana drac. ſ. Caryophyllorum scrup. j. Zingiberis scrup. ſ. Sacchari ad pondus omniũ. Fiat puluis. Diaturbith maius: ℞ turbith albi & gummosi drach. x. Zingiberis dra. v. Masticis dra. iij. Sacchari albi vnc. ij. ſ. Mellis quãtum sufficit. Fiat electuarium. Pituitam, præsertim eam quæ est in ventriculo, elicit. Diaturbith minus: Recipe turbith optimi vnc. j. Diagridii, zingiberis ana dra. iv. Cinnamomi, caryophyllorũ ana ij. Galangæ, piperis longi, macis ana drac. ij. Mellis vnc. viij. drach. v. Fiat electuarium. Ducit humores phlegmaticos, & purgat & calefacit. Extractum turpeti: Quercetani: Turpetum albissimum, gummosum, & mediocriter recens, in puluerẽ tenuissimum reducatur, quod indas matratio vitreo, oblongo collo, & hermetice clauso, affundendo illi spiritũ vini, qui supernatet materiæ tribus aut quatuor digitis, & sic omnia stent in Baln. M. tepido, per duos, aut tres dies, quo essentiam totam, menstruum attrahat: illud seorsim reseruato, deinde nouum affunde denuo, donec nihil amplius ex materia elici possit: fæces semper sepone, & quod purius est elige, vt artis est. Quo facto circulentur omnia, vt summum acquirant perfectionis gradum: separato omnino menstruo, medicamentum perfectius reddetur, si in correctione addideris pro vnc. j. essentiæ, olei nucis moschatæ, & zingiberis ana scrup. j. istis enim sic eius actio intenditur, vt proprietate quadam mirabili, etiam sine nausea, & aliqua perturbatione, & iuncturis, & remotissimis, ac profundissimis his partibus pituitam viscidam, & crassam euacuet: quum alias tenuem solummodo, idq; tarde per se adduceret. Exhibetur huius essentiæ scrup. j. cum vino rubro, aut decocto pectorali. Hydropicis etiam & pituitosis omnibus affectibus confert.

Extracta hydragoga seu aquam ducentia, Heurnii: Recipe Turpetum, Hermodactylos, Thymelæam, Chamæleam, Esulam, puluerẽ fac, cui affunde spiritũ vini ea copia vt quatuor digitos supernatet: macera tres dies in balneo: effunde vinum, & aliud affunde: tandem euoca spiritum vini & pro vncia restibilis essentiæ

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 920 sur 1557

adde olei nucis myristicæ & Zinziberis cuiusque scrupulum. Euocat viscosa ex corporis habitu, nec male turbat. Datur scrupulus cum vino rubro, aut decocto pectorali. Hermodactyli corrigantur cum cinnamomi oleo & caryophyllorum: sed esula, chamelæa, thymelæa, & tapsiæ essentia castigatur extracto myrobalanorum. Datur ex his scrupulus, cũ vncia vna olei amygdalini dulcis.

Pilulæ cochiæ, Rhasis Recipe spec. hieræ simpl. drac. x. Pulpæ colocynthidis drach. iij. scrup. j. scammonii præparati drach. ij. ſ. Turbith, stœchadis ana drach. v. Vini albi quantum sufficit. Fiat massa, siccetur, & conseruetur in charta ceræ liquatæ intincta, per annum. Dosis à scrup j. vsq; ad drach. j.

Pilulæ hieræ cum agarico, Antonii de Scarparia: Recipe cinnamomi, nardi indicæ, croci, schænanthi, asari, masticis, casiæ, Xylobalsami capobalsami, violarũ, epithymi, colocynthidis ana drac. j. Agarici, Turbith ana drach. ij. Rhabarbari, scammonii præparati ana vnc. ſ. cum vino albo & theriaca confice, & serua vt sup. Dosis à scrup. j. ad drach. j. Opem ferunt vitiis capitis, neruorumq; & stomachi cruditatibus.

Pilulæ ex Turbith, stomachicæ dictæ, Mesuæ: Recipe Turbith, gummosi drach. x. Masticis vnc. ſ. Rosarum rubrarum drach iij. Aloes vnc. ij drach. j. Succi absinthii, quantum sufficit. Fiat massa. Seruatur per annum dimidium, vel integrum. Datur à drach. j. vsq; ad drach. ij. vel drach. iij. Materiam pituitosam, puttem, & aquosam ex ventriculo & cerebro vacuant.

Pilulæ ex Turbith, eiusdem: Recipe Turbith, Myrobal. Citrinarum, Aloes, ana drach. x. Masticis, rosarum, spicæ ana drach ij. ſ. Anisi drach. j. ſ. crocis drach. j. Salis Indi drach ij. Idem vt sequentes promittunt. Pilulæ aureæ ex Turbith, eiusdem: Recipe Aloes drac. xij. Masticis, rosarum rubr. ana drac. vij. Myrobal flauarum drac. x. croci drach. iij. Turbith gummosi drach. xvj. Puluerizentur, & cum succo absinthii q. ſ. fiat massa. Pituitam & bilem fine molestia purgant: hepar & ventriculum roborant, coctionem iuuant. Tabulæ Diaturbith cum Rhabarbaro, Bart. Montagnanæ: Recipe Turbith optimi vnc. j. Zingiberis drach. j. ſ. Hermodactylorum vnc. j. Rhabarbari drac. x. Diagridii vnc. ſ. ſantali albi, ſantali rubri, violarũ ana drach. j. ſ. Masticis, Anisi, cinnamomi, croci ana drach. ſ. ſaccharo

chari albi li.j.vnc.ij.dra ij.Fiant tabulæ. Flauam bilẽ & pituitam educit,atq; aqua inter cutem laborantibus mirifice confert, ad neruos etiam efficaciſſimum eſt medicamentum, & valde idoneum.

Tabulæ Diaturbith:Recipe ſpec.Diaturbith maioris dra .vj.ſaccharialbi in aqua roſarum diſſolutilib.ſ.vel vnc.jv.Fiant tabulæ ſecundum artem. Datur vnc.ſ. humores phlegmaticos purgant.

Mechoacanna ex prouincia Mechoacã radix quædam eiuſdem nominis, craſſa,per taleolas ſecta & exſiccata, ad nos abhinc paucis annis adferri cæpit,radix,inquam,peregrina,purgatoria,ex pallido candicans & valde craſſa,ex qua rami multi, lõgi,imbecilli,q̃ niſi quodam nitantur fulcro, in terram ſparguntur: ad pertinacas vero accedentes ſcandunt, & multiplici eas nexu amplexantur bryoniæ ritu, cui valde eſt vultu ſimilis, ſed viribus diſſidens; nam bryonia acris eſt & calida multum, Mechoacan fere inſipida, nec vllius acrimoniæ particeps. Bryoniæ folia lata ſunt quinquangularia,& ad vitium ſimilitudinem diuiſa, ſed aſperiora,hirſutiora & albiora: flores parui candidi,racemoſi,& vuarum ritu congregati.Mechoacanę vero folia ampla quidem ſunt,ſed tenuia, atrovirẽtia & altera tantum parte mucronata,non vt bryoniæ anguloſa:fructus multi,racematim cohærẽtes, coriandri magnitudine,autumno matureſcentes.Deligenda radix albicans ac recens.A nonnullis Rhabarbarum album vocatur, ab aliis ſcammonium Americanũ, in officinis radix Mechoacana,quæ valde candida,aut nigra,aut carioſa imꝑrobatur. Calefacit tantum primo gradu,ſiccat ſecundo. Pituitam ac feroſos humores ſine moleſtia purgat,nec partes vt reliqua purgantia debilitat ſed roborat. Cum vino melius,quã cum alio liquore ſoluitur,daturq; tuto ſenibus & pueris: tuſſi veteri,colico dolori & venereæ lui plurimum conuenit.

Extractum rad. Mechoacan. eodem modo conficitur,vt Rhabarbari extractum. Purgat clementer pituitam & aquas: confert epilepticis,&cephalicis,ictericis,aſthmaticis,febrientibus,&c.Datur à ſcrup.j.ad drach.ſ.

Sena prioris ſeculi Medicis ignota fuit,Perſis abalzemet dicta, qua nullũ medicamentum purgans frequentius, vſitatius,vtiliuſue. Eſt vero planta ſiliquoſa è regionibus orientalibus ad nos primum aduecta,collutæ admodũ ſimilis,cuius tamen folia ad myr-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 922 sur 1557

ti maioris effigiem accedunt. Flores ex alarum sinu erumpunt lutei, tenuibus pediculis appensi, quibus succedunt folliculi, oblongi, plani, compressi, incurui, seminib. paruis, fuscis, compressis, gygartis similib. grauidati. Radices eius medicis vsib. inutiles sunt, longæ, ac tenues, idq; plus, minus pro stirpis ætate: quæ cum sit frigoris impatiens, in plagis septemtrionalib. vix quadrimestre viuit, atque etiam in Italia raro vltra autumnum perdurat. Huius duæ statuuntur differentiæ, vna dicitur sylvestris, cuius folia minora sunt, rotundiora, ac minus vtilia: altera domestica, cuius ea ipsa maiora sunt, acutiora & meliora. Non a. senna adeo calefacit, vt plerique autumant, cum vix gradum caloris primum excedat, & circa finem secundi siccet, aut initio tertii. Purgat vero blande pituitosos humores, vt crassos & melancholicos, simulq; terget, digerit, & à cerebro, pulmone, liene, hepate, ventriculo & mesenterio lentos humores, nec non bilem vstam expurgat. Proinde morbis dictarum partium ab eiusmodi succis proficiscentib. medetur. Datur & forma pulueris cũ sc. electuariis admiscetur vt electuario Diabalzemer & catholiconi, & infusa ac decocta, vt cum ex ea syrupus de pomis fit purgatorius, vel apozemata quædam solutiua parantur. Quod vero flatus & tormina solet excitare, dum coquitur simul anisum, aut coriandrum, vel Fæniculum ad discutiendos flatus permiscetur. Serum lactis, Augustani: Recipe florum Borraginis, Bugloss æ, Fumiterræ, Epithymi ana M. ſ. Polypodii quercini drac. vj Fæniculi drach. ij. Folliculorum sen æ vnc. ſ. Aquæ lactis lib. iij. Fiat decoctio ad tertiæ partis consumptionem, addantur mellis rosati vnc. ij.

Syrupus solutiuus, Fiorauanti: Recipe fol. sen æ vnc. ij. Fumiterræ, Capill. Ven Scolopendrii, Hepaticæ, Epithymi, Polypod. quercini, Flor. borraginis, Flor. bugloss æ. Glycyrrhizæ rasæ ana vnc. iij. Colocynthidis, Ellebori nigri, Aloes hepaticæ, Myrob. Indorum ana vnc j. Prunorum Damas. n. xiv. Sebesten n. xij. Tamaricis vnc. j. Aquæ fumiterræ li. x. Contundenda contundantur, misceantur, & relinquantur in infusione per noctem, deinde coquantur vsque ad tertiæ partis consumptionẽ: fiatq; colatura, cui adde syrupi de stoechade l. i. Mellis rosati col. vnc vj. Croci scrup. j. Seruetur in vase vitreo obturato. Dosis vnc. ij. vsq; ad vnc. iv. Purgat, & curat morbum Gallicum. Alius in febre Biliosa, cum pituita, Heurnii; Recipe Endiuiæ

diuiæ nouæ, cichorii, Adianthi, Scolopendriæ ana M. j. Quatuor ſem. Frig. malorum ana dra. iij. ſem. Carthami drach. j. ſ. Polypodii quercini vnc. j. Tamarindorum pinguium vnc. j. ſ. Semin. Endiuiæ, Cichorii, liquiritiæ raſæ ana drac. ij. Paſſularum mundatarum vnc. j. ſ. Pruna n. xv. Trium florum Cordialium ana p. i. Fiat coctio ad libram: cui infunde Foliorum ſenæ vnc. i. ſ. Agarici recenter trochiſcati vnc. j. in expreſſione colata diſſolue, ſyrupi violati & capill. veneris ana vnc. iii. Sacchari albiſſimi vnc. ii. Fiat ſyrupus coctus lentiſſimo foco: expreſſione inde Rhabarbari electi drac. vi. ſ. Fiat ſerapion perfecte coctum & aroma illi affletur & cinnamomi drac. i. ſ. & ſantalorum drac. i. vtile eſt illud Serapion febribus omnib. quæ citus ſui principiũ agnoſcunt, bilem pituita remixtam. Accipiant binas vncias cum ſero lactis, vel cum aqua aut decocto endiuię, ſi ſegnius aluum euocarit, adiicies diluti Rhabarbari, vel agarici drach.

Decoctio ſenæ D. Gereonis: Recipe folliculorum ſenæ vnc. i. ſ. Foliorum ſenæ vnc. i. Zingiberis drach. i. Flor. Borraginis, violarum, roſarum, rub. Arantiarum ana drac. ii. Polypodii quercini vnc. ſ. Paſſularum purgatarum vnc. ii. ſebeſten, prunorum ana n. xii. Aquæ fontis lib. iv. Fiat decoctio ſ. a. Modo ſena parum ebulliat, & vas optime obturatum per ſex horas dimittatur, deinde exprimatur. In affectib. melancholicis, quartanis, cancro, lue venerea valet. Galli decrepiti decoctum, Heurnii: Recipe Hyſſopi, calaminthæ ana m. j. paſſularum mundatarum vnc. j. ſ. aniſi, fœniculi, cari ana drac. vj. ſem. carthami vnc. ij. polypodii quercini recentis vnc. j. ſ. trium florum, cordi dicatorum an. j. flor. chamæmeli, meliloti ana p. ſ. includantur omnia in ventre Galli decrepiti vt decet: in fine coctionis adde foliorum ſenę vnc. ii. Agarici trochiſcati dra. x. Fiat colatura ad lib. ii. ac reponatur. Accipiemus præſcripti decocti vnc. iv. Serapii violati vnc. i. Fiat hauſtus: ſi robuſtior fuerit ęger, adde drac. ii. Diaphęnici, aut benedictę laxatiuę. Potio purgans, p delicatis: Recipe cinnamomi, zingiberis ana drac. ii. Nucis moſchatæ drac. i. Aniſi vnc. i. ſ. vel vnc. ii. Sacchari vnc. iii, vel quantum ſufficit. Stent ſimul per noctem in vino antiquo quantum ſatis pro tribus doſibus. Poſtea bulliant parum & fiat hauſtus. Alia D. Meching. Recipe ſenæ pulueriſatæ vnc. i. ſ. liquiritiæ, zingiberis ana vnc. j. aniſi drach. ij. Contundantur & bulliant in dimidia vini menſura parum; addaturque ſacchari q. ſ.

Alia,

Alia, ſenæ vnc.ij. ſ.vel vnc. iij. Sacchari vnc.ij. vel liquiritiæ vnc. j.Aniſi vnc.j.ſ.Zingiberis vnc.vj.vini,aquæ ana quart.ij. Bulliant ad hauſtus quatuor vltra tertiam partem.

Infuſio ad atram bilem,ex ſero lactis, Andernaci: Recipefoliorum ſenæ vnc.ſ. Macerẽtur in ſero lactis per noctem.in iure expreſſo, colatoque, diluito Diacatholici vnc.j.vel drach.x.vel vnc.j.ſ.ac potui aſſumantur.

Puluis leniter purgans, Andernaci: Recipe ſenæ mundatæ,violarum purpurearum ana drach. ſ. Glycyrrhizæ raſæ,Zingiberis ana ſcrup.j. Tartari ſcrup. ſ. Singula in puluerem redigantur, miſceanturq;,& ex iuſculo ſumantur.

Puluis ſenæ præparatæ,Montagnani:Recipe fol.ſenę vnc.ſ.Zingiberis, macis ana drach.iij. Cinnamomi, tartari ana drach.j. ſ. Terantur tenuiſſime,purgat caput mirabiliter.

Puluis laxatiuus magiſtralis, Trincauell.Recipe ſenæ vnc.ix.Diagridii drach.j. ſ.Salis Indi vnc.ſ. Fæcum vini vnc. iv. Maceris vnc.iij. Cinnamomi drach.j. ſ.Miſce,& fiat puluis. Humores melancholicos & aduſtos purgat, nec non pituitam & flauam bilem.

Puluis purgatorius,Herman.Recipe fol.ſenæ,ſacchari ana drac. vj.Zedoariæ,zingiberis,liquiritiæ, ana drach.ij. Tartari ad pondus omnium. Fiat puluis.Doſis drach.j. ſ. per duas horas ante prandium.Purgat caput,ſtomachum,ſplenem,& renes.

Alius:Recipe ſenæ drach. iij. Zingiberis ſcrup. ij. Cinnamomi, tartari ana ſcrup.j. Miſce,& fiat puluis.

Puluis purgatorius,Recipe fol.ſenæ vnc.j.ſ. Zingiberis drach.iij. Tartari dra.vj.Caryophyllorum drach.j. Aniſi, carui, galangæ,ana drach.ſ.Miſce,& fiat puluis.Doſis drach.ij.vel drach.iij.

Puluis laxatiuus:Recipe ſenæ mundatę vnc.j.ſ.zingiberis drach. iij.Tartari drach.vj. Caryophyllorum drach.j. Aniſi,carui,galangæ ana drach. ſ. Miſce & fiat puluis. Doſis drach.ij.

Alius valde bonus,& poteſt dari in ferculo:Recipe cinnamomi vnc.ſ.Macis,croci ana drach.j. Senæ drach. vij. zingiberis drach.j.ſ. Sacchari ad pondus omnium.Miſce & fiat puluis.Doſis drach.j.

Tragea laxatiua,pro delicatis:Recipe ciñamomi electi,zingiberis,ſem.Aniſi ana vnc.ſ. ſenæ mundatæ vnc.ij. Sacchari vnc, iij.Fiat tragæa. Huius cochleare vnum bis vel ter mouet aluum.

Extra-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 925 sur 1557

Extractum cholagogum ſolutorium, Heurnii. Recipe foliorum ſenæ l. j. Colocynth. trochiſcatæ vnc. iij. Aloes vnc. ij. Agarici, Turbith albi, Rhabarb. ana. vnc. iv. Radicum ellebori nigri, Eſulæ minoris ana vnc. ij. diacridii vnc. j. Attritis cunctis affunde aquã vitæ: adiice cinnamomi vnc. iij. Aniſi, Maſtichis, ſpicę ana dra. j. Roſarum rubrarum M. ij. Spec. Diambræ & diarrhodonis ana ℥ vnc. j. Macerentur dies xiv. vel diutius, prælo exprimantur: Balneo extrahatur tenuior liquor, vt characterem mellis induat. Datur ſcrupulus. Vinũ purgans ſenæ, autũni ſiue vindemiarũ tẽpore parandũ. Quercetani. Comparanda ſunt aliquot dolia, ex lignis eiuſmodi vaſorum facta, quæ vinum maluaticum aut aliud ſimile, album & generoſum prius continuerunt, quorum quodlibet capax ſit 15. aut 20. menſurarum vel plurium, prout videbitur. Præſtat tamen plura dolia, eaque in promptu habere, quam ſolummodo vnum, idq; maximum, ſi magna vini quantitas præparanda veniat. S igitur vaſis magnitudo erit viginti menſurarum Parienſium, in eo pone Foliculorum ſenæ lib. iij. vel amplius, prout purgandi virtutem plus minus augere velis, addendo Caryophyllorum vnc. ij. Cinnamomi, Macis ana vnc. iij. ſeminis Fœniculi vnc. j. ſ. Prunorum Damaſc. ſine nucleis lib. iv. vel v. Liquiritiæ inciſæ lib. j. Polypodii, & ſeminis Carthami contuſ. ana. lib. ij. Omnibus probe inuicem mixtis indantur in vas & affuſo muſto generoſo bulliant, ſuperaffundendo ſemper vinum nouum. Poſt perfectam coctionem vaſe optime clauſo omnia macerentur & fermententur ad viginti, aut viginti quinque dies: & ſic habebis vinum purgans, quod integris validiſq; viribus per integrum annum perſtabit, cuius doſis eſt vitrum paruum in aurora vel ſi matutina purgatio non ſatis ſuum aſſecuta fuerit effectum, vnciæ tres vel quatuor adhuc ſumendæ erunt circa veſperam, duabus: vel tribus ante cænam horis, idque eodem die. In affectibus porro contumacib. altaſq; radices habentibus, quorumq; authores exiſtunt impuritates tartareæ ſiue humores craſſi & fæculenti, purgatio eod. remedio continuanda erit ad duodecim vel etiam 15. dies: ita per epicraſin, id eſt, ſenſim & paulatim eiuſmodi humores euacuabuntur citra virium deiectionem. Eod quoq; modo febris quartana, melancholia hypochondriaca, cachexia, & ſimiles affectus difficilis ſanationis curabuntur, & prorſus exſcindentur.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 926 sur 1557

Ad præseruationem corporis sufficiet, id semel tantum per octiduum, vel bis per mensem sumpsisse. Potes si velis, id paulo antecibum, vel etiam in ipso prandio cœnaue sumere. Si facultatem eius purgatricem reddere cupis generaliorem, adeo vt instar catholici omnes humores simul trahat, & expurget, addere oportet radicum exsiccatarum oxylapathi, siue Rhabarbari monachorum hermodactylorum, mechoacæ, turbith quantum lubet. Et sic medicamẽ habebis summũ aduersus podagram, luem veneream, & similes affectus, addendo salsæ parillæ & rasuræ ligni guaiacini ad libitum. Ex cuius vsu continuato ad pluſculos dies, singulares & eximios pcipies effectꝰ. Quod si nonnulli in eiusmodi remediorum præparationib. accusent nimiam tẽporis longitudinem, q̃uis in tanta copia simul & semel parari possint vt sufficiant ꝑ vno atq; altero anno, vt tamen prorsus illis satis fiat, hic purgantia quædam, quouis anni tempore paratu facilia, nec minus cæteris vtilia proferemus. Syrupus senelorũ simplex Quercetani: Recipe Aq. senelor. autumno, siue suæ maturitatis tempore destillatæ li. iiij. vel partem maiorẽ, si velis maiorem eius quantitatẽ parare, sin minus, quatuor illius libras, vti dictũ, accipe; in quam tamẽ prius infundere oportet acidulum liquorẽ vitrioli vel sulphuris ad gratam aciditatẽ ipsi conciliandam. Crassus & materiatus aliquis censor, qui eiusmodi æthereorũ cœlestiumq; liquorũ proprietates animo cõcipere neq; potest neq; vult, nimis addictus cortici externo, interioriſq; rerum medullæ minime sollicitus acidulã reddat (modo velit) dictam aq̃ succis citrii & limoniorum naturã vitrioli participantium, qui acidi liquores omnes etiam insignis sunt efficaciæ, ad rerum tincturas extrahendas, q̃uis hoc paucissimis notũ sit. Huic succo iusta grataque aciditate perfuso addantur fructuum senelorum vnc. vj. & macerẽtur in B. M. feruenti per biduum: aqua interea temporis colorabitur, & tincturis virtutibusq; senelorum impræg nabitur. Dein fortiter exprimantur omnia per linteum, in qua expressione denuo infundantur, vt antea, eorundem fructuum vnc. vj. idque ter quaterue reiterando. Et ita liquor erit rubicundus ac miris dotibus insignitus, qui digeratur & depuretur in B. M. per 24. horas: dein per inclinationem separetur purum ab impuro, sicuti alibi iam satis declaratum est: materiæ depuratæ viribusque succi sufficienter tin-

ter tinctæ & imprægnatæ, adde ſaccharum albiſſimum ad pondus mediæ partis: dein decoquantur omnia in ſyrupum, qui efficax eſt contra calculum. Circa huius ſyrupi ſenelorum deſcriptionem hic & aliam noſtræ deſcriptionis formulam addere placet, iuxta quam ſi concinnatus fuerit, maiore virium poteſtate, quam prior ille, donabitur, tum ad præſeruandum, tum ad curandum calculum: præparationis eius methodus talis eſt.

Recipe dictæ aquæ ſenelorum, tincturis & proprietatibus proprii fructus iam imprægnatæ, vt ſupra, libr.ij. Succorum fructuum Alkekengi & limonum ana lib.ſ. ſem. Fœniculi dulcis, ſaxifragiæ, Raphani, Bardanæ ana vnc.j. Milii ſolis vnc.ij. Cinnamomi vnc.ſ. Digerantur omnia in B. M. feruenti per biduum aut triduum, dein clarificentur, tandemque cum ſacchari ſuff.q. decoquantur in ſyrupum. Doſis ab vnc.j. ad vnc.ij. tam ad præſeruationem, quam attritionem & expulſionem calculi plurimum valet. Syrupi de ſucco alchymillæ, de ſucco plantaginis & ſaniculę, iuxta ſupra dictam methodū parati, curant omnia vlcera interna, præcipueq; in renibus & veſica. Deniq; ſyrupi de ſucco mercurialis, & rad. bryoniæ, iuxta eundē modum, vt ſupra, concinnati, digeſti, & perfecte depurati & decocti cum debita quantitate mellis, vel ſacchari, purgant & mundificant matricem, malignis tetriſq; impuritatibus ſcatentem, fluorique muliebri proſunt.

Polypodium ſic dicitur, q; eius radice pdeant nodi multi, & cirrhi, polyporū piſciū ritu. Vocatur & dendropteris, ſeu arborū filix & filicula, quod arborib. increſcat & aliquando lapidib. vmbroſis, muſcoſis, & muris quibuſdam humidioribus. Herba eſt ſine caule, flore, ſemine, radiceq; tota conſtat, & foliis tantum filicis maris ſimilib. ſed minorib. parte auerſa fuluis maculis conſperſa. Radix illi longa & hirſuta eſt, minimi digiti craſſitudine, p obliquū repens & multis quaſi verrucis exaſperata, intus porracea & vireſcēs, vt piſtaciū. Sapor admodum dulcis eſt, ſubamarus, auſterus, & aliquantum aromaticus, ſed linguam ignaue feriens. In iure gallinaceo cum Aniſi ſemine & zingibere cocta calida ieiuno pota ſtomacho, flauam & atram bilem vna cum viſcoſis humoribus educit. Nonnulli ad hoc ipſum vtuntur beta ſiue malua: aliqui ſumunt cuminum Romanum, fœniculi & Aniſi ſemina, Polypodium

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 928 sur 1557

& zingiber contuſum, pari ſingula pondere, & cum veteri gallo coquunt, vtiliſſimum eſt hoc decoctum colica paſſione & torminibus laborantibus. Eadem præſtat puluis drachmæ pondere ieiuno ad tres vel quatuor horas ſtomacho cum aqua mulſa potus. Liquor eius ſtillatitius quartana febri laborantib. per aliquot potus dies, eſt vtilis: ſimiliter & tuſſi, dyſpnoea, peripneumonia infeſtatis: iis quoque qui à melancholia & grauibus inſomniis vexantur. Suibus radix in cibo data, à peſte & contagio eas conſeruat. Radix cum melle illita, rimas manuum & pedum ſanat.

Syrupus de Polypodio fortis, Heurnii: Recipe Polypodii recentis lib. j. Corticum ellebori nigri præparatorum vnc. ſ. Foliorum ſenæ lib. ſ. Epithymi, radicum bugloſſi, flor. Borraginis, ſtœchados, paſſularum, prunorũ ana vnc. j. Liquiritiæ raſę, ſem. Fæniculi, Turbith, Agarici ana vnc. ſ. Fumariæ, Meliſſę, Betonicę ana m. i. cinnamomi, nucis myriſticę ana vnc. j croci ſcru. j. Fiat decoctio ex aqua: macerent horis duodecim: colaturę adde ſucci fumariæ li x. Lupulorum, Betonicæ, ana lib. ſ. Pomorum lib. j. Sacchari optimi quod ſatis eſt. Fiat ſyrupus: hic valide Melancholiam purgat ſi ſumantur vnc. iiij. Bis aut ter in menſe.

Puluis purgatorius: Recipe violarum, borraginis, roſarum, liquiritiæ, Aniſi, fœniculi, polypodii quercini ana vnc. ſ. Senæ vnc. ij. ſ. Fiat puluis.

Diapolypodion magiſtrale: Recipe Polypodii mundati lib. ij. Mellis deſpumati lib. vj. Aceti ſcyllitici lib. j. vnc. ij. Zingiberis drach. vj. Fiat electuarium.

Sal Polypodii: Recipe Polypodii quantum ſufficit. Extrahatur eorum aqua per Balneum Mariæ: fæces reliquæ in fundo calcinantur in furno reuerberationis: cum aqua propria fiat filtratio calcis ſæpiſſime: aqua filtrata ponatur in pelui ad ſolem, vel cinerem calidum, vt aquoſitas exhalet, & ſal remaneat. Pleuritidi prodeſt.

Electuariũ purgãs pituitã I. Q. Recipe rad. Polypod. vnc, ij. Rad. Helenii vnc. j. ſem. Carthami vnc. ij. fol. Chamædryos, camæpityos, Thymi, Hyſſopi ana m. j. ſem. fæniculi, Aniſi, an. vnc. ſ. flor. ſtœchad. betonicæ ana p. ij. Calendulæ, Hyperici ana p. ij. coquãtur in aqua Betonicæ; dein fiat expreſſio & colatura, de qua cape lib. ij.

Suc-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 929 sur 1557

Succorũ depuratorũ citoniorũ & rosarũ Damascenarum anali.j.in quibus mixtis macera ad ignem B. M. calidum vt supra, Agarici recens trochiscati vnc.ij. Turbith gummosi vnc.ij.ſ. Foliorum senæ vnc.iij. Asari vnc j ſ. Scammonii præparati drach.vj. Caryophyll. Cinnamomi, zingiberis ana vnc. ſ. Dein fiat fortis expressio, defæcatio seu depuratio, vt iam docuimus, ac tandem transcolatio: in qua adde mannæ granatæ purificatæ lib.j. Penidiorum vnc.jv. Coquantur lento igne, donec reducantur ad bonam electuarii consistentiam: dosis vnc.ſ. vel drach.vj. pro robustioribus. Febribus diuturnis à pituita & bile vitellina mixtis auxiliatur: quinetiam pituitosa, crassa, cruda & mucilaginosa excrementa, quæ circa ventriculi, intestinorum, renumque regionem, flatus cruciatusq; excitare solent, discutit & radicitus educit.

Electuarium lenitiuum antinephriticum Quercetani: Recipe Polypodii querc. ana vnc.j.ſ. rad. Althææ, taraxici, asparagi, Petrosel. fœniculi, eryngiorum ana vnc. j. iuiubarum, sebesten ana par.vj. Herb.cichorii, scariolæ, agrimon. Pimpinell. saxifrag. capillar. ana m. j ſ. sem. Carthami vnc.j.ſ. 4. frig. maior. Lactucæ, portulacæ, Maluæ, Papau. alb. ana drach.iij. sem. Anisi, fœniculi, Bardanæ, milii solis, saxifragiæ ana vnc.ſ. fruct. Alkekengi, senelorum prunorum Damascen. ana p. xii. flor. Genistæ, violarum, Nymphęę an. p. ii. Coquantur, vt artis est, in suff. aquæ: in lib.i.ſ. colaturæ clarificatæ adde succi limonum optime depurati vnc.iiii. in quibus macera per 24. horas ad ignem Baln. Mar. folic. sennæ vnc iii. Macis, cinnamomi ana drach ii. Dein fortiter exprimantur, & in hoc expresso denuo macera, & parum decoque folicul. oriental. vnc.i.ſ. in colatura adde penidiorum, sacchari violati ana vnc.iiii. Pulpæ cassiæ, tamarindorum extracti cum aqua violar. ana, vnc.iii. coquatur ad mellis consistentiam addendo pulueris sennæ vnc.ii. crystall. Tartari vnc.i.ſ. Pulu. diatrisant. frigidi vnc.ſ. Omnia simul rite misceantur, & fiat electuarium secundum artem: Dosis vnc.ſ. vel drach. vi. Excellens est aduersus calculi præseruationem, sumptum ad vnc.ſ. luna decrescente, purgat blande & vtiliter: robustioribus sufficit exhibere drach.vi. in forma boli. vsus quinetiam eius vtilissimus erit in remediis purgantibus & clysteribus ad dolores nephriticos vsurpandis.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 930 sur 1557

Laureola, in ſyluis multis naſcitur ſponte ſylueſtris alia planta, tribus his nuper deſcriptis minus facie quam facultate cognata, quæ in multorum hortis alitur, & à foliorum pulchritudine eupetalon, ab eorundem cum lauro ſimilitudine laureola, & chamædaphne vocatur. Naſcitur in locis nemoroſis, incultis, montoſis & aſperis, vt in multis Galliæ locis opacis & vmbroſis. Abs radice multos ſurculos profert; craſſiuſculos, obſequioſos, craſſo cortice veſtitos, folia oblonga, lata, carnoſa, læuia, ex viridi nigricantia, ſplendentia, laurinis ſimilia, ſed minora & molliora, & plurima circa ſurculorum faſtigia, floſculos oblongos, cauos, è virore candicantes, ſub foliis adnatos; fructus tandem ſeu baccas nigras, nucleo duro prægnantes. Laureago ſeu laureola pituitam ac ſeroſos humores per inferiora ducit Ob id capitis dolori ab hiſdem ſuccis nato, hydropi & omnibus affectibus conducit, qui à ſeroſo humore proficiſcuntur, non temere tamen ſumenda, niſi vt decet præparata, & à docto Medico præſcripta; efferam enim qualitatem habet, qua viſcera & partes internas lædit.

Ricinus ſic à ſimilitudine parui ac fœdi cuiuſdam animalis, Bouino genere infeſtiſſimi, quod illius ſemen refert. Cici quoque Croton, Lupa, Myraſola, Kerua, Palma Chriſti, Arabice Alberneſuch vocatur. Item manus Chriſti: officinis cataputia maior: gallis palme dieu: aliis petadactylon, quod folia eius humanæ manus effigiem repræſentent. Germanis *Wunderbaum* &c. Herba eſt arborem figura & facie repræſentans; nam eius folia platani vel ficus æmula ſunt, ampla ac lata, diuiſa, anguloſa; caudicem ac ramos arundinum modo concauos, flores muſcoſos & pallentes: fructus capitulis triquetris & racematim cohærentes & maculoſos, exterius cortice aſpero & echinato veſtitos, medulla plenos candida & pingui; Ex qua tuſa & torculari commiſſa oleum exprimitur, nõ tantum lucernis, ſed aliis vſibus expetitum. Nam aluum purgare, & alui lumbricos enecare aſſeruit Dioſcorides. Valet quoque ſcabiei, capitis vlceribus & vteri ſuffocationibus curandis. Ricinum calefacere & ſiccare ſecundo receſſu & vim purgatoriam habere certum eſt. Eius grana viginti, aut plus, minuſue, pro ſumentis ætate & vigore, mundata, trita & pota, bilem & aquas per aluum deiiciunt.

Oleum ex Ricini ſemine expreſſum ſubtilium eſt partium, ac reliquis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 931 sur 1557

reliquis oleis calidius: quare Ictericis commode inungitur: Papulas & serpiginē i litum sanat. Quod bac. ę tusæ illitæ quoq; præstāt. Oculorum ac pectoris inflammationibus viridia folia tusa & imposita, præsertim cum hordeo & aceto, auxiliantur.

Oleum Ricinum, siue de Kerua, fit ex pingui eius semine, veluti oleum Amygdalarum.

Prodest pſoris, vlceribus capitis erumpentibus, sedis inflammationibus, vuluis, quæ occlusæ conuersæq; strangulant, cicatricibus fædis, aurium doloribus: potu aluum ciet, quæ aquis grauatur: Lumbricos eiicit.

Mezereon, nimis sciscitanter multi cum Thymelea, Chamelæa, & chamæleone nigro confundunt. Thymelæa quidem & Chamælea cognatæ sunt natura & effigie stirpes, dissident tamen inter se & ab vtraque Chamæleon niger: illæ enim frutices sunt & surculos edunt tenues, rigidos, ligneos, folia admodum parua vt mali granatæ: Hic vero ex carduorum censu est, foliaque gerit scolymi sed minora, tenuiora & spinosa, eiusque radici venenatam tribuit Galenus qualitatem.

Est vero Mezereon planta quoque venenata, sic Arabibus, quasi viduifica, seu viduas faciens, aut vitam rapiens, aut leo terræ dicta, cuius stipes eleuatur super terram circiter cubitos duos inquit Mesue, & folia eius sunt similia foliis oliuæ sed maiora, granaque profert myrti similia. Quænam autem sit hæc planta, ab his qui commentarios in Mesuem ediderunt, ignoratur: videtur tamē Chamelęæ quædam esse species, atque ea potissimum, quæ Tricoccos, quæ sc. tria grana simul cohærentia gerit, appellatur. Nam vt in multis plantarum generibus, quædam amicæ satis & familiares nostræ sunt naturæ, aliæ pernicioſæ, sic in Chamælearum societate, quarum vna effera est & malignæ cuiusdam qualitatis particeps, Mezereon, seu Almezerion nuncupata, alia melior & minus formidolosa, quę tuto sæpe medicum venit in vsum. Dicitur vero chamelæa, quasi parua olea, quod sit oleæ non multum dissimilis: estq; suffrutex surculosus, ramis tenuibus, & cubitalibus & sæpe longioribus, foliis oliuæ, sed minoribus, amaris, acribus, mordacibusque, linguam ferientibus & vlcerantibus.

Fructus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 932 sur 1557

Fructus ei paruus, rotundus, initio viridis, post rubens, tota planta acris est & vrentis facultatis. Folia ex Dioscoride, pituitam, bilemque detrahunt, præsertim in catapotiis sumpta: sic enim vtilius vsurpantur.

CAPVT XLV.

De colocynthide, iride, soldanella & lathyri.

THymelæa, à nonnullis cneorum & cnestron male dicta, frutex est, qui germanis dicitur *Kellershals*, &c. Fructum eius granum vocant Gnidium & Coccognidium, vel coccum gnidium, ramos emittit speciosos, tenues, bicubitales, foliis chameleæ, sed angustioribus, & admodum glutinosis, ac pinguibus: floribus in virgarum summitatibus albidis & interdum rubentibus, pusillis, frequentibus, quos consequuntur grana quædam parua, gnidia, primum viridia, dein ex flauo rubentia, rotunda, baccarum ritu, nucleis exterius nigris, intus albidis. Thymelæa tota, & maxime folia & fructus vim habent acrem calefactoriam & vrentem; quare cum aceto optime pręparantur. Folia circa canem colligenda, in vmbra siccanda, in vsum seruanda: ea vt & fructus pituitam purgant, aqueos & serosos humores. Antiquum hydropem coccognidii granis numero viginti veteres curarunt. Ob immensam tamen eius caliditatem saccharo prius obduci conueniet, ne gulam lædant & exurant. Vsum eius maxime vitabunt grauidæ, quique ventriculum imbecillem habent. Coccognidium cum nitro & aceto in balneo affrictum sudores confestim ciet, quare ii tantum hoc vtentur, qui aliis rebus sudores prouocare nequeunt. Tutior est vsus foliorum, si messis tempore collecta & arefacta, cum vino alioue potu sumantur. Oleum Thymelææ, Rondeletii: Recipe fol. Thymelææ, succi Thymelææ ana vnc. iv. Vini albi vnc. iii. Olei amygdalarum amararum li. i. Macerentur per horas viginti quatuor, deinde coquantur vsque ad consumptionem vini & succi: Colatum reponatur. Hydropi confert, & vlceribus malignis: cutis fæditatem terget: sudores elicit: vrinam retentam prouocat.

Colo-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 933 sur 1557

colocynthis,colocynthida, officinis & vulgo coloquinthida, cucurbita quædam ſylueſtris eſt, ſic græcis ac latinis dicta, Arabibus landhel,ac plantarum nex,Perſis fel terræ, ut quæ ſuo amarore reliquas ſtirpes ſuperet,& ſua vicinia veneni modo,inquit Meſue,inficiat. Repit autem per terram cucurbitæ ſatiuæ ritu, & foliis multum ſimilibus,amplis,lanuginoſis,ſarmentis longis, humi ſerpentibus; floribus ex luteo palleſcentibus,cucumeri ſimilibus, ex quibus nonnulli cito marceſcũt, nec ullius fructus prodromi, alii poma ſuppeditant,rotunda mediocris pilæ forma,conglomerata,vehementer amara,fungoſa,medulla intus candida,& ſeminibus cucumerinis ſimilia,grauidata, primum colore herbacea, & ubi ad perfectam magnitudinem & Autumnum peruenerunt pallida; ſemper vero amariſſima & ſtirpibus infenſiſſima,quæ non tantum ob eius viciniam intereunt, ſed & terra vicina afficitur & quaſi aduſta videtur, Meſue referente, qui de colocynthide multa ſcribit, quæ tanquam parum momentanea minime referenda putavi. Calefacit & ſiccat ordine tertio: pituitam & alios humores craſſos ab omnibus partibus etiam remotis ut cerebro, nervis, muſculis & articulis attrahit. Bilem quoq; purgat,& ſummopere colico dolori,apolexiæ,vertigini,Epilepſiæ,aſthmati,& aliis affectibus multis, quibus clementiora medicamenta nihil profuerunt,ſæpe medetur fœliciſſime. Qui plura volet legat Meſuem c.4.l.2.de ſimpl. med. purgant. Colocynthidis quæ ex regionibus peregrinis aduehitur, noxius eſt uſus,eaq; circulatores purgationes inſtituũt,acres adeo, ut ſæpius homines perimant: Colocynthiden in vino maceratam & coctam bibendam præbentes. Confectioni quoq; quã Hieram pieram vocant,admiſcetur,cuius tamen uſus non cuilibet eſt tutus. Mitiores a.ſunt noſtrarum regionũ colocynthides,quæ hoc modo ad purgationes adhiberi poſſunt: Fructu eius excavato,medullam & nucleos ad trium quatuorve horarũ ſpatium in vino macerato, hinc per linteolũ exprimito,expreſſũ liquorẽ cubitũ iturus bibito, Hac ratione leniter viſcoſos omnes,& vitioſos intra corpus humores,& ventriculi bilem purgat. Eadem potio colica laborantibus & putridis ventriculi febribus,nec non hydropicis eſt utilis. Semina tuſa ex aqua mulſa pota,morbo Regio,ut Plin.l.20 c.3.ſcribit,medentur. Tria eius ſemina tertianæ, quatuor quartanæ ſuccurrere è collo ſuſpenſa,idem eſt autor.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 934 sur 1557

Hiera compoſita, Galeni: Recipe colocynthidis drach. viij. ſcyllæ aſſatę, agarici ammoniaci, ſcammonii, cort. rad. helleb. nigri, ſtœchadis, hyperici, pulegii gentianæ, ſpicæ nardi, ſchœnãthi an. drac. xvj. polii mõtani, epithymi polypodii, bdellii, aloes, chamædryos, euphorbii, marrubii, caſſiæ an. drac viij. myrrhæ, ſagapeni, croci, ariſtoloch. rotundę, trium piperum, cinnamomi, opopanacis, caſtorei, petroſelini ana drac. iv. omnia tenuiſſime trita excipe melle ad ſpecierum pondus. Medicamentum eſt efficaciſſimum ad omnes morbos contumaces, & tutiſſimum.

Hiera diacolocynthidos, Rufi: Recip. ſtœchados, agarici, chamædryos an. drac. x. colocynthidos drac. xxx. ſagapeni opopanacis an. drac. viij. petroſelini, ariſtolochiæ rotund. piperis albi an. drach. v. caſſiæ drac. vij. cinnamomi, croci, ſpicæ nardi, myrrhæ, polii an. dr. iv. vini, mellis deſpumati ana quantum ſufficit. Myrrham vino infunde: cætera tere, & melle deſpumato excipe. Caput, ventriculũ, & corpus reliquum purgat humore craſſo & lẽto, & atra bile: ob id maniæ, melancholiæ, epilepſiæ, paralyſi, ſpaſmo cynico, vertigini confert, ac vlceribus malignis, fiſtuloſis, cancro, elephantiæ, flatus quoq; diſcutit: ventriculum roborat, concoctionem firmat.

Hiera fortiſſima Galeni, Nicolai: Recipe colocynthidis, ſcyllæ, agarici, ammoniaci, hellebori nigri, ſulphii, hyperici, ana drach. v. epithymi, bdellii, chamædryos, ſucci braſſicę, caſſię an. vnc. iv. ſmyrnii, ſagapeni, ariſtolochiæ longæ. piperis albi & longi, cinnamomi, opopanacis, caſtorei an. vnc iij. ſ. petroſelini, abſinthii, piperis nigri an. vnc. ij. Aloes vnc. j. ſ. mellis quantum ſufficit. Dentur ex ea drac. ij. vel drac. iij. mane cum calida. Facit cephalalgicis, ſcotomacis, epilepticis, melancholicis, apoplecticis, paralyticis, maniacis, alopeciacis, lethargicis, & qui in ſomno meditantur mortem: ad aurium auditus, & oculorum paſſiones, fauces & arterias facit, dolorẽ dentium ſedat, vocem claram facit, aſthmaticos, orthopnoicos, & longinquas ægritudines ſanat, pleuriticis, hydropicis, ictericis, hepaticis, ſpleniticis prodeſt, artheticum, colicum, cœliacum, dyſentericũ leuat, medetur nephriticis, & iſchiadicis, releuat phlegmaticũ: quartanarios & hemitritæos adiuuat, febres omnes auertit, elephantioſos purgat: venenis obſiſtit, & cãcroſis ꝓficit: vitia mulieris emẽdat. Extractũ colocynthidos: Colocynthis pulueriz̃et tenuiſſime: cui affunde vini alcool optime ꝑparati, vt ſupernatet ſex digitis: Dige-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 935 sur 1557

rantur in B.M. vaſe clauſo hermetice trib. ſeptimanis. Amittet n. illo temporis ſpatio totam acrimoniam. Quod ſi diutius digeratur, extractum dulceſcet: ſicq; reddetur optimum medicamentum ad pituitam, & ad alios humores craſſos, & glutinoſos à profundioribus partib. attrahendos: idq; ſine noxa. Quare vertiginoſis, hemicranicis, epilepticis, apoplecticis exhibetur, cum ſyrupo roſato ſimplici, vel myrtillorum. Corrigitur autem cum oleo maſticis, nucis moſchatæ & cinnamomi. Quercetanus. Extractum ſolutorium compoſitum, Andernaci: Recipe colocynthidis vnc. vj. agarici optimi, diagrydii, hellebori nig. an. drac. iv. aloes electæ vnc. j. elect. diarrhod. Ab. vnc. ſ. puluis electuarii ex aqua cinnamomi, vel ſpiritu vini diebus aliquot maceratur: deinde relictis fæcibus, illa ſuper medicamenta purgantia inciſa funditur, & in loco calido p dies octo, aut plures macerantur: poſtea exprimuntur, & humor abſtrahitur per balneum, donec in craſſitudinem formandis catapotiis idoneã peruenerit. Datur ſcrup. ſ. vel etiam grana v. tantum. Medicamentum eſt catholicum, quaſi dicas generale. Extractum ſolutiuum minus efficax, Magenbuch: Recipe colocynthidis drac. vj. ſcrup. ij. agarici vnc. ſ. Rhabarbari drach. j. cinnamomi ſcrup. iv. aſari, nardi, roſ. rubrarum maſticis, xyloaloes an. drach. j. ſtyracis liquidæ ſcrup. iv. vini maluatici menſ. j. Fiat infuſio, & extractio. Aliud, Magenbuch: Recipe pulpæ colocynthidis drach. vj. ſcrup. ij. turpeti albi & gummoſi drac. x. ſtœchadis Arabicæ vnc. ſ. Diagridii dra. iij. vel dr. vj. agarici optimi vnc. ſ. Rhabarbari electi drac. iij. cinnamomi ſcr. v. rad. aſari, ſpicæ nardi, roſ. rubrarum, maſticis, ligni aloes an. ſcrup. iv. aloes hepaticæ vnc. j. ſ. drac. ij. ſtyracis liquidæ ſcrup. ij. g. iij. Inciſis & contuſis infundantur in vino ſublimato: rectificetur, & fiat ſecundum artem extractum. Aliud purgans, Norimbergæ in vſu. Recipe colocynthidis drac. xiij. veratri nigri, ſenæ Alexandr. ana vnc. ſ. agarici optimi vnc. j. Rhabarbari electi vnc. j. Diagridii drach. xiv. cinnamomi drach. ij. ſ. rup. ij. turbith. ſtœchados Arab. ana vnc. ij. ſ. roſ. rubrarũ, ligni aloes, maſticis, ligni paradiſi, myrrhæ, aſari, ſpicæ nardi, ſtyracis liquidæ ana ſcrup. v. Fiat infuſio vel putrefactio per aliquot dies, nempe 10. vel 14. cum eſſentia vini calida: & ſuccus deinde expreſſus vniatur cum aloes præparatæ vnc. iij. Extractum purgans omnes humores, Andernaci: Recipe ſpec. Diambræ vnc. ſ. ſpiritus vini lib. ij. ſ. Aquæ cinnamomi deſtill. libram j. Maceran-

tur per dies aliquot vaſe bene oblito, ne quid expiret: quotidie vero vas vitreum agitari debet, quoad liquor rubeſcat: deinde ſuper hæc quæ ſequuntur funditur, relictis fæcib⁹ in fundo vaſis: Recipe colocynthidis drac. vj Turpeti albi drac. vij. Agarici optimi drach. iv. veratri nigri drac. iij Eupatorii Meſuæ, ſive gratiolæ, foliorũ ſenę ana drac. v. ſ. Diagridii drac. v. Rhabarbari electi drach. vij. Omnia inciſa macerantur in humore ſupra dicto diebus quatuordecim: deinde ſacculo lineo iniiciuntur, exprimũturq; ſub prælo ſtanneo. Liquor excolatur effuſusq; in ampullam imponitur balneo, & extillatur, donec id ꝙ in fundo ſubeſt, ſyrupi acquirat ſpiſſitudinem: tunc in hoc aloes præparatæ, turſusq; in pulverem redactæ drac. x. reſolventur, & agitando uniuntur, quoad craſſamentum mellis inſtar appareat. Datur ſcrup. j. vel ſcrup. ſ. ex iure, alioue diluto: vel in catapotia per ſe, aut medicamentis purgantibus admixtis, redigitur, exhibeturq; ad deuorandum in aurora, aut longiſſime à cæna, ita ut ſomnus ſubſequatur. Aliud valenter purgans, Andernaci: Recipe vini ſpiritus lib. ij. Aquæ cinnamomi lib. j. ſpec. Diambræ vnc. j. ſpec. Aromat. caryophyll. vnc. ſ. Hæc per dies quatuordecim in aqua temperate calida macerantur: deinde liquor fæcibus relictis, effunditur ſuper hæc quæ ſequuntur: Diagridii vnc. ſ. Rhabarbari electi vnc j. Trochiſc. Diacolocynthidos drac. iij. Agarici trochiſcati drac. vj. Turpeti ex vino cotoneorum macerati vnc. ſ. Veratri nigri, cum ſapa, Dauco, & cinnamomo præparati drac. vi. Fol. ſenæ Alexand. vnc. j. ſ. ſem. citri albi drac. j. Cort. citri drac. ſ. Enulæ campanæ vnc. j. Rad. cichorii drac. vj. ſcolopendrii veri, Flor. ſtœchados, maſticis, myrrhæ, roſarum rub. ſem. Fœniculi, ſem aniſi ana drac. j. v. Singula contunduntur, maceranturq; ut dictũ eſt, poſtea ſub prælo exprimuntur, & ampullæ impoſita, diſtillantur, donec craſſitudinem mellis acquirant: poſtea aloes drac. xij. diſſolutis, repurgatisq; ex vino ſtillatitio, uniuntur in modũ extracti: ꝙ oleo cinnamomi, aut caryophyllorũ imbuitur, ac vitreo vaſe conditur.

Pilulæ ex colocynthide, Meſuæ: Recipe pulpæ colocynthidis drac. vj. Myrobal. indarum, citrinarum, ſagapeni, Bdellii mollis, ſarcocollæ ana drac. v. Aloes drac. vij. Nigellæ, Cymini, Origani, Perſici, Naſturtii albi, ſalis gemmei, Abſinthii Romani, ana drac. j. Succi porri quantum ſufficit, Fiat maſſa. Siccetur, & ſeruetur vt ſupra,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 937 sur 1557

pra,per annum. Valet ad affectus pituitoſos,& melancholicos,vt alphos curatu difficiles, & iuncturarum dolores.

Pilulæ Angelicæ Fiorauanti: Recipe colocynthidos vnc. iv. Aquæ vitæ optime circulatæ lib.j. Macerentur per dies tres: inde fiat fortis expreſſio: cui adde Aloes hepaticæ,Elleb.nigri, myrrhæ ana vnc.j. Miſceantur trita,& ponantur in loco calido dum exiccentur fere: mox adde croci,cinnamomi,ſulphuris flaui ana vnc. ſ. incorpora bene,& permitte,dum perfecte exiccentur: inde cum melle fiat maſſa,in vaſe plumbeo ſeruanda. Dofis drach. j. Valent ad omnia genera morborum. Purgant bilem utramq; & pituitam clementer,ita ut etiam gravidis mulieribus exhiberi ſine periculo poſſint. Febres omnes & catarrhos ſanant.

Pilulæ magiſtrates, Fioravanti: Recipe olibani, maſticis, myrrhæ,ſarcocollæ,aloes hepaticæ,ellebori nigri,turpeti, colocynthidis,croci ana quantum ſatis eſt. Moſchi ſcrup. ſ. Terantur minutiſſime & cum melle roſato,& aqua vitæ fiat maſſa pilularum. Doſis drac.ij.ad drac.iij. Purgant humores corruptos viſcoſos & craſſos: corpora à putredine conſeruant: conferunt podagricis, nec non gallico morbo affectis. Pilulæ Galeni ad laxandum: Recipe Diagridii drac. iij. Colocynthidis, Aloes ana vnc. ſ. myrrhæ drach.ij. maſticis drach.j. Fac.pilulas cum vino,ad modum ciceris.

Trochiſci Alhandal: Recipe pulpæ colocynthidis drach.x. Minutim inciſa fricentur cum olei roſati vnc.j. Tragacanthi,gummi Arabici,Bdellii an. drac. vj. Macerentur quatriduum in aqua roſacea: his colatis & expreſſis, partem unam cum colocynthide permiſcebis, & fiat maſſa: quæ ſiccata in ſole,rurſum teretur, atque addetur altera pars colaturæ, & formabuntur trochiſci: qui iniici poſſunt in omnes compoſitiones, quæ colocynthidem recipiunt, & ipſa colocynthide ſalubriores ſunt. Doſis per ſe à g. vj. ad g. xij. Panchymagogon Crollii, Recipe ſpecierum Diarrhod. Abbat. Diambręan. vnc.j Ex his tinctura in digeſtione per quatuordecim dies,ut decet quotidie aliquoties movendo, per ſpiritum vini extrahitur & ſeorſim cuſtoditur. Deinde Recipe pulpæ colocynth. drach.vij. Turpeti gummoſi drach.v. Agarici opt.vnc.j. Rad Hellebori nigri veri vnc. j. Scammonii ſelecti drach. vi. Foliorum ſenæ vnc.iv. Rhabarbari ſelecti drach. iij. Elaterii drach. ij. ſeminis Ebuli

buli triti vncias iij. hermodactyl. drachmas iij Incidenda incidantur & terenda terantur, ac ſpiritus vini ſpecierum tinctus, his purgantibus medicamentis ſuperfundatur, ſicque in lento Balneo Mariæ calore per dies octo vel quatuordecim macerentur (caue ne ſpiritus vini vitrum rumpat) Tinctum poſtea ſpiritum aufer per inclinationem, & recentem affunde, tamdiu, donec omnis tinctura & vis purgatrix extracta ſit: Vltimo ſpiritum vini tinctum ſimul mixtum abſtrahe in lento Balnei calore, donec craſſamentum inſtar mellis in fundo relinquatur: circa finem adde olei cinnamomi, caryophyllorum, nuciſtæ ana guttas decem, ſalis perlarum & corallorum ana drachmas duas. Salem è fæcibus calcinatis arte extractum cum raſuræ cranei lotone vno maioris efficaciæ ergo admiſcere poteris. Non datur melius Catharticum, quod minori moleſtia purget. Vſus & Doſis. Ex hac compoſitione ſumitur à ſcrupulo vno ad duos ex vino maluatico vel alio generoſo, è iuſculo vel aliis catapotiis aggregatiuis admixtis. Sunt qui in vſu aliquot guttas olei vitrioli addere ſolent. In puluere liquiritiæ ſine moleſtia omnes noxios humores expurgat. Poſſunt inde efformari pilulæ & per ſe deglutiri, vel quod optimum diſſoluatur in hauſtu vini maluatici.

Alia deſcriptio: Recipe pulpæ colocynth drachmas ſex, Agarici, ſcam. ſelect. ana vnc. ſ. Hellebori nigri, ſpec. diarrhod. Abb. Aloes ſucco citrini ana vnciam vnam. Extrahatur ex omnibus per ſpiritum vini eſſentia, à qua poſtea in Balneo ſpiritus vini ſeparandus. Et quia in extractione purgantium ſæpe ſolet vis purgatrix debilitari, ideo quidam ſolent ad vnam partem extractorum addere purgantium crudorum alteram partem: adde ergo ſuperioribus, antequam extractum in fundo remanens plane inſpiſſetur, trochiſc. Alhandal drach. vj. Diagryd. præparati, agarici trochiſcati ana vnc. ſ. Aloes epatici vnc. j. Omnia ſint pulueriſata, & rediganturin maſſam iuſtæ conſiſtentiæ.

Iris lilium quoddam vocatur, à floris variegato colore illius æmulo, qui arcus inſtar in opaca nube ſoli oppoſita pingitur. Cuius viginti duas varietates ſæpe diſtinxerunt, quas omnes nunc recenſere noſtrum commentariolum non ſinit. Duæ autem præ cæteris ſpecies in vſum veniunt medicum, noſtras nempe, quæ flore

eſt

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 939 sur 1557

eſt cæruleo, & ſuauiſſimo odore, cuius radix potenter aquas educit, dein Tuſca, ſeu Florentiana, cuius radix candida eſt, ſed multo candidior flos, atque ſuauiſſime vtraque fragrans; ideoq; reliquis omnibus præferri ſolet & debet, niſi cum ex aluo ſero os humores ducere conſilium eſt. Folia fert yris omnis longa, inſtar gladii, vnde gladiolus ſæpe dicta, radices nodoſas, paucis exceptis, quæ eaſdem bulboſas habent, flores valde patulos, lilioformes, ſed foliolis magis reflexis, quorum tria minora ſunt, inter alas reliquorum trium ſita, ac velut anſulas conſtituentia, quibus marcidis ſiliquæ prodeunt ſe duæ, treſve, craſſæ, triangulares, in quibus ſemina anguloſa coarctantur. Yris cærulea, lilium cœleſte multis dicta in pharmacopoliis multum expetitur. Nam eius radix hydragoga eſt & hydropicis vtiliter datur. Ex floribus autem paratur oleum ad multa quoque commendatum. Florentiana vero omnibus præſtat: vim enim habet cephalicam, aromaticam, cardiacam, incidentem & aperientem.

In vniuerſum omnes irides calefaciendi, extenuandique vim habent, torminibus medentur, Menſes pellunt, & magni, inquit Dioſcorides, ad omnia vſus. Radix trita & cum melle ſumpta, vel conciſa & in vino cocta, potaque pectus purgat lentos & viſcoſos humores diſcutit & attenuat, excretiones multas facit, tuſsim pellit & pulmonis vitia corrigit. Trita radix ſeptem drachmarũ pondere cum aqua mulſa pota, ventriculum purgat, viſcoſam bilem, ex qua febres & icterici morbus oriuntur, educit. In vino cocta radix calida pota, tormina ſedat, vtiliterque iis qui ſemen continere nequeunt, bibitur: horrorem febrium mitigat, tempore inuaſionis pota. Idem decoctum bonam quietem efficit, ſomnum conciliat, menſes ciet. Radix ex aceto cocta potaque, ſerpentum morſibus medetur, venenum à corde pellendo. Radix in puluerem ad omnia externa corporis vitia vtiliter inſpergitur: Vulnera purgat, carnem gignit, cum melle præſertim mixta. Carcinomati, fiſtulis, intertrigini, aliiſque occultarum partium damnis medetur. Cocta radix dum molleſcat, & illita, omnis generis tubercula & ſtrumas diſcutit. Cũ modico melle & veratro mixta radix, faciei maculas illita extergit. Fomentis ad matricem molliendã, clyſterib. item, vnguentis & cataplaſmatis radix vtiliſſime additur. In vinum eadem ſuſpen-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 940 sur 1557

ſuſpenſa, ſaporem odoremq; efficit. In cereuiſiam vero ſuſpenſa, dulcem eam conſervat. Piſtoribus etiam eius, ad fermentum triticei panis eſt uſus.

Vnguentum ſarcoticum: Recipe ſucci rad. iridis vnc. ij. Vini parum, mellis drach. iij Cadmiæ vel lithargyri vnc. ſ. Aloes, myrrhæ ana drach. iij. Fiat vnguentum.

Balneum menſtrua prouocans Rondeletii: ℞. rad. ireos lib. ſ. galangæ craſſæ, Rad. Rubiæ maior. ana vnc. ij. Rad. Altheæ, cyclaminis ana vnc. iij. Artemiſiæ, nepetæ, matricariæ, origani, mercurialis ana M. iiij. Pulegii, Pſyllii, maioranæ Fol. Lauri ana M. ij. ſem. Petroſelini, ſeſeleos, ameos, cinnamomi ana drach. i. v. ſem. Lini, Fæni græci a. vnc. iij. Flor. ſampſuci, Anthos, ſtæchados, cicerum rub. Sabinæ ana P. iv. coquantur omnia in duabus partibus aquæ, & vna vini albi: deinde ſedeat in balneo, frequenter admouendo ventri inferiori plantas in prædicto balneo decoctas.

Balſamum ad paralyſin, Antonii Chalmetei: Recipe rad. ireos, rad. Ariſtolochiæ ana vnc. ij. Conſolidæ maioris, iuæ artheticæ, Herbæ Paralyſis, Pimpinellæ, Rutæ, ſaluiæ ana M. i. Baccarum Lauri, Baccarum iuniperi ana drach. vj. Flor ſtæchados, Flor roris-marini ana P. i. ſ. galangæ, zedoariæ, zingiberis, caryophyllorum, nucis moſchatæ, cinnamomi ana drach. iij. Ligni aloes vnc. i. thuris, maſticis, ana drach. v. myrrhæ, aloes, ſarcocollæ, Bdellii, Galbani, Ammoniaci ana vnc. j. ſ. caſtorei vnc. ſ. gummi elemi vnc. ij. Diachylonis ireati vnc. iij. Aquæ vitæ vnc. iv. coniiciantur omnia in Alembicum, & deſtillentur lento igni, donec liquor craſſus effluat, veluti Balſamum. Oleum irinum, Meſuæ: Recipe ad ireos lib. i. Florum eiusdem lib. ii. macerentur in decoctione aliarum radicum ireos, quantum ſufficit, olei veteris lib. ii. in vaſe duplici coque, exprime, radicesq; nouas, & flores immitte, coquantur denuo, & tertium: colatum ſervato & obturato. Terget, tenuat, coquit, reſolvit potenter.

Cataplaſma Quercetani: Recipe pulveris Rad. ireos, pæoniæ, viſci q. ana drach. i. pulv. flor. menthæ, Hyperici, Betonicæ, Thymi, maioranæ ana drach. ſ. pulv. ſem. pœoniæ, Baccarum Iuniperi ana drach. i. ſ. Mithridatii, Theriaces ana drach. vi.

olei

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 941 sur 1557

olei de caſtoreo Vnc. ſ. olei anethi, rutæ, menthæ ana Vnc. 1. ſ. Mithridat: & Theriaca cum oleis ad ignem liqueſcant: Deinde ſenſim extra ignem, pulueres addantur, & fiat inſtar cataplaſmatis, vel addita cera inſtar ceroti.

Ptarmicum quercetani: Recipe Rad. Ireos, flor: Maiora næ ſiccæ, hyſſopi, ſem. pæoniæ, nigellæ, Caryophyll. piperis ana ſcrup. 1. hellebori albi ſcrup. ſ. moſchi gra. IV. Miſce, fiat puluis, hic inſuffletur naribus.

Præparata eius Radix ſingulare eſt remedium aduerſus hydropiſin. de qua vide Ioſ. Querc. Pharmacop. lib. 1. cap. 25. de Extractis pag. 227.

Soldanella, muſcus terreſtris: Germanis Berlab ꝛc. Naſcitur in ſyluis abſque caule & ſemine viridi graminis muſco ſimilis, villis quibuſdam albis, ceu radicibus, ex terra enaſcens, humi late reptans, octo aut nouem cubitorum intricatus longitudine, longi ac lanuginoſi Vermis ſimilitudine. Menſe Iulio articulares Iuli forma profert Aſparagos, attactu leues & molles, ceu farina aut puluere conſperſos, mox decidentes, quos pro flore licebit ſumere. Dioſcorid. lib. 4. cap. 84. Muſcum deſcribit Marinum in ſcopulis teſtaceisque non procul à Mari naſcentem, gracilẽ, capillaceũ, caulis expertem, quẽ officinæ, quod iiſdem cum coralliis locis naſcatur. Corallinam, errore loci decepti, appellant, Græcis Bryon θαλάττιον. Huius deſcriptio & vires cum terreſtri conueniũt: Nec locus multũ obſtare poterit, vterq; enim petroſis, ſed alter iuxta Mare, alter in ſyluis naſcitur. Vna tamen herba diuerſis ſæpe numero locis prouenit. Plinius Muſcum Marinum Lactucæ deſcribit ſimilibus foliis, iisque rugoſis & contractis, ſine caule ab ima radice exeuntibus. Verum hæc deſcriptio Plinii ad lichena herbam, non ad Muſcum Marinum pertinet, cuius ſententiæ Valerius eſt Cordus.

Temperamenti eſt Calidi ac ſicci: Vires eius ſunt ſpiſſandi & ſiccandi, calefaciendique. In Vino decoctus lapidem veſicæ frangit & educit; Idem præſtat eius liquor deſtillatitius. Tuſa herba cum vino cocta, omnibus corporis inflammationibus, Calidæ

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 942 sur 1557

item podagræ est auxilio. Vinum corruptum lentumque, in vas suspensa breui restituit.

Lathyris græcis, officinis cataputia vocatur minor, vel quod in Catapotiis seu pilulis semen ferat, vel quod grana eius ad aluum subducendam pro catapotiis sumantur. Germanis dicitur Springkörner / quod maturum semen sponte ex pilulis loculisue suis exiliat. Aliqui Tithymalli faciunt speciem, quoniam similem illis siccum habeat, eodemque modo purget, paresque cum ipso facultates obtineat, nisi quod semen gusta sit dulce. Pharmacopolæ priuatim quoque Tithymalum eam vocant. Caule est cubitali, vacuo, digiti crassitudine, in summo eo sunt alæ, folio in caule oblongo, amygdalæ simili, sed latiore, læuioreque : quod autem ramulorum cacuminibus exiit, proceriusculum, aristolochiæ aut oblongæ hederæ figura cernitur : in cacuminibus surculorum fructus extuberat, loculamentis tribus distinctus, vt Capparis, rotundis, in quo grana tria tunicilis discreta continentur. Per omnia sane descriptio eius Cataputiæ minori conuenit. Locis nascitur cultis sabulosisq; : Autumno semine prægnans, cum tunicilæ quibus ineſt semen exaruerunt, carpitur. Calida est in ordine tertio, ac humida in primo.

Calidior autem foliis & semine est succus eius lacteus, intra corpus sumptus maxime noxius.

Lathyris 12. vel 14. baccæ, tusæ in vino potæ, vniuersum corpus commouent : Phlegma, choleram, & atram bilem educunt.

Succus vero eius lacteus corpori est noxius. In Iure cocta folia pota, simili ratione & supra & infra aluum mouent. Succus Lacteus cum oleo in sole inunctus, superciliorum capillos facit decidere : faciem vero deformat & inflat. Dentium dolorem sedat : Dens tamen cera est præmuniendus. Natura succi, sicut & succi Tithymalorum est consumere & erodere : Vnde ad Carnem vlcerum superfluam & malam scabiem consumendam est vtilis. Succum aliqui cum farina fabarum aut pisorum miscent, ac ad vsum sic reponunt.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 943 sur 1557

CAPVT XLVI.

De Fructibus: Vt pruno ſylueſtri ac terreſtri Tamarind: Myrobal. & Hermodactylis.

PRunus ſylueſtris græcis ἀγριοκοκκιμῆλα, & γρᾶμνα. Fructus eſt arboreſcens ſecus vias & Hortorum agrorumque extremitates vt plurimum proueniens. Caudicem fert craſſum, durum, inflexilem, & ſi flectatur continuo fragilem. Folia habet ex oblongo fere rotunda: Florem veris ſtatim initio candidum, quinquefolium, in cuius medio Apices lutei, parui, multi, ſtaminibus ſeu capillamentis inſidentes.

Fructus eius prunorum fructu eſt minor, differentiam quoque in magnitudine habens: Alius ſiquidem maior, alius minor, alius rotundus, alius longus conſpicitur, colore cœruleus ſeu nigricans, guſtu adſtringens. Editur autem cum frigore mollefactus fuerit. Meliora ſunt ex his quæ maiora, quæque menſe Auguſto matureſcunt. Eius vis eſt adſtringendi, vt ex viribus eius & guſtu ſatis eſt manifeſtum; Temperamentoque eſt Frigido. Fructus ſylueſt. prunorum in melle conditi, Dyſentericis, & alui fluxibus laborantibus, proſunt. Ad eadem pollet vinum ex fructu confectū: Decoctio quoque fructuum.

Florum aquam ſtillatitiam laterum doloribus mederi, experientia eſt comprobatum. Fortior autem eadem fit aqua, ſi flores in vino acri noctis ſpatio macerentur, & in Balneo Mariæ deſtillentur. Laterum, cordis & ventriculi preſſuris puncturiſque aqua hæc medetur. Ad vinum corruptum præſentiſſimum & certiſſimum eſt auxilium, ſi fructus antequam nigreſcant, decerpti tundantur, & pro vaſis quantitate tundantur, ac probe vino agitato vas occludatur.

Ad idem hoc, arefacti in aere fructus, ad omne tempus aſſeruari poſſunt.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 944 sur 1557

Pruna græcis Coccymela, Germanis Pflaumen &c. duplicia sunt, syluestria & satiua : de syluestribus dictum est, iam de satiuis. Prunus satiuus : Arbor est Radicibus summo cespite vagantibus, paucis, caudice subrecto, scabro, multis brachiato ramis, folio ex oblongo fere rotundo, sicut prunellorum Syluestrium, sed per ambitum serrato : Flore candido, foliato, maiore quam in syluestribus, quem Aprili mense, quo tempore & Cerasus, profert, pomo carne cuteque vestito, Osse intus duro, in quo nucleus includitur. Sunt autem plures satiuorum prunorum & forma & bonitate species : Præstant Damascena, nigra magnaque : Proxima sunt purpurea, quæ Hispanica nominant : Tertio loco cerea vel cereola : post hæc longa & cærulea, seu prunidactyla : Quinto minora reliquis, auellanæ Nucis quantitate : A magnitudine etiam quædam vocantur Pruna Asinina &c. Fructus pro generum diuersitate, diuersum Temperamentum obtinet. Certum enim est quædam aluum sistere, quædam vero cohibere.

Quæ igitur sunt dulcia, aluum soluunt : Quæ vero acerba seu austera, constipant. Natura tamen omnium est frigida & Humida : Arefacta autem siccitatis aliquid possident : syluestria pruna constipant : Hæc magis laxant & molliunt aluum : Damascena arefacta, culinis & gulæ præsertim sunt nota.

Hinc conficitur confectio Diaprunis vocata, vtilis ad calidas ac siccas febres : naturam enim habent humectandi ac refrigerandi : Gummi ex pruno arbore cum vino potum calculum vesicæ frangit. Folia in vino decocta, gingiuarum, vuulæ & colli affectibus gargarizatu medentur.

Gummi arboris cum foliis in aceto cocta & illita, lichenas infantum sanat.

Diaprunum simplex : Recipe prunorum magnorum acetosorum & vinosorum quantitatem quam volueris & exemptis nucleis in fictili vitreato magno coquito : deinde per cribrum setaceum exprimito : expressam pulpam iterum lento igne ad perfectam & iustam spissitudinem coquito, & sine saccharo reponito. Medulla pruno-

prunorum vinosorum, calorem & sitim in febribus mitigat: & melius est vt conseruetur sine saccharo, ceraſorum modo inspissata. Porro si medullam prunorum laxatiuam requiris, ex dulcibus prunis, aut prunis Vngaricis magnis exiccatis conficito. Calorem & sitim in febribus mitigat. Datur eadem quantitate, qua Diacatholicum.

Diaprunum compositum lenitiuum: Recipe Pruna Damascena electa num. 100. Coquantur perfecte in aqua sufficienti, deinde cribro raro transmittantur: & reseruata pulpa, decoctioni affunde Violarum Vnc. ſ. Bulliant sufficienter, & colentur: colaturæ addantur Sacchari lib. 11. pulpæ supradictæ lib. 1. Pulpæ Cassiæ, pulpæ Tararintorum ana Vnc. 1. Coquantur lento igne, & addantur subsequentes species, tenuissime tritæ, semper commouendo: Santali albi, rubri, spodii, Rhabarbari electi, cinnamomi ana drach. ij Rosarum rubrarum, Violarum, Sem. portulacæ, Scariolæ, Berberis, Succi Glycyrrhizæ, Tragacarithæ ana drach. ij. Sem. Cucurbitæ, Cucumeris, Melonum ana drach. j. cõtundantur vt supra. Facit ad acutas, ardentes, omnesque alias febres, nempe tertianas continuas, hecticas, marasmodes, lypirias, & in summa ad omnem febrilem affectum. Datur ad modum castaneæ, omni hora diei.

Oxylatiuum Arnol. Villano R. succi mali granat. acet. & dul. ana Vnc. IIX. Prunorum siccorum lib. ij. coquantur in X. lib. aquæ vsque ad medietatem & extrahantur post de aqua, & ponantur in cribrum, catino supposito, tamdiu fricentur manibus donec tota pulpa exeat, & in aqua, in qua pruna fuerint cocta, bulliat Vnc. ſ. Violar. Post fiat syrupus: in hac decoctione, non decoctus ad plenum cum lib. ij. ſ. sacchari, & prædicto succo, seu pulpa prunorum addito, bulliat ad spissitudinem, & addantur post Tamarindorum mundat: à nucleis Vnc. IV. Cassiæ Fist. mundæ, & dissol. cum aquæ ros. Vnc. ij. ponantur cum syrupo, & cum inceperit inspissari, ponantur ibi succi vtrorumque granatorum, & agitetur continue, donec perueniat ad perfectionem cum spatula de oliua, & deposito ab igne, adde pulueres harum specierũ: R. santali albi & rub. Spodii ana Vnc. ſ. Portulacæ:

tulacæ drach. vj. Roſarum, Tragacanthi, Berberis ana drac. ij. Et ſi volueris facere laxatiuum, pone in vnaquaque libra Diagridii puluerizati Vnc. j. cum deponitur ab igne. Doſis eius eſt ab Vnc. ſ. vſque ad Vnc. j. & acuati quaſi Vnc. iij. mane. Educit choleram rubram, infrigidando eam : Secundum aliquos educit etiam choleram nigram, & Humores aduſtos. Datur cholericis Omnihora diei cum frigida, ad mitigationem caloris & ſitis. Datut proprie contra ſynochum cauſonem, & contra omnes acutas & peracutas ægritudines &c.

Electuarium lenitiuum Rhaſis: Recipe Paſſularum enucleatarum Vnc. 2. Capil. Vener. Violarum, Hordei mundi ana M. 1. Iuiubarum, Sebeſten ana num. XX. Glycyrrhizæ Vnc. ſ. Prunorum, Tamarindorum ana drach. VI. Senæ, Polypodii ana Vnc. ii. Mercurialis m. i. ſ. Decoquantur ſecundum artem in ſufficienti aqua, cola : & in colatura diſſolue pulpæ Caſſiæ, Tamarindorum, Prunorum, ſacchari optimi, ſacchari violati ana Vnc. XI. Puluerıs ſenæ Vnc. iii. ſ. Confice ſecundum artem. Vſus eius eſt in febribus humoralibus & pleureſi : lenit enim & mollit inteſtina, & delet eorum ſtipticitatem : facile ſoluit ſine moleſtia & læſione choleram phlegmaticam & melancholiam.

Diaprunum ſolutiuum Nicolai: Recipe Diapruni lenitiui lib. i. Diagridii Vnc. i. miſce & repone. Datur à drach. ii. ad Vnc. ſ. Conditum ex prunis: Recipe Carnium prunorum nigrorum, oblongorum, mediorum, ſubdulcium, elixatorum in aqua cui portulaca incocta fuit, lib. i. Sacchari albi lib. i. Aquæ violarum lib. ii. Coque igni lento ad craſſitudinem : reconde vitreo vaſe. Da ab aureis IV. ad ſex aureos. Ventriculi ardorem, & inde natam ſitim extinguit, febres mitigat, aluumque ſoluit.

Pruna purgantia: Recipe Fol. ſenæ mundatæ Vnc. ii. ſ. cinnamomi Sem. Fæniculi ana Vnc. ſ. Rad. Galangæ drach. ii. Fiat infuſio per noctem: dein mane fiat leuis ebullitio. Poſtmodum coletur & colaturæ addatur Prunorum Damaſcenorum, lib. ſ. coquantur: decoctum clarificetur, dulcoretur cum ſaccharo & ad perfectionem ſupra prunas coquatur.

Tamarindi: Tamar Arabum eſt Idioma, quod dactillum, ſeu palmulam

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 947 sur 1557

mulam notat, non quod arbor in qua fructus hic naſcitur, palmulæ ſit congener, cum valde ſit illi diſſimilis, ſed quod vulgato nomini & improprie vſurpato aliud aptius dare Barbari non curarunt, à quibus Tamarindi, hoc eſt Dactyli indi vocantur. Propter eorum aciditatem Græci oxyphænica, hoc eſt acidas palmulas nominant, aliquando & dactylos, ſed minus recte, quod nullum ex digitis ſatis elegantèr referant. Arbor in qua naſcuntur Tamarindi procera eſt, iuglandis, aut fraxini modo dura, compacta, multis cincta ramis & foliis armata minutim inciſis, palmi magnitudine. Fructus hi virent immaturi, & acidi ſunt; maturi ſubcineritii, eorumque tum aciditas ſuauitate non caret. Male vero putat Meſue, Garciæ Iudicio, Tamarindos eſſe fructus palmæ ſylueſtris Indicæ, cum in tota India palmæ non reperiantur, ſed ex Arabia in Indiam aduehantur: Excerpunturque ex arbore aſpectu pulcherrima, ramis brachiata multis, foliis vmbrata pluribus, ſpecioſis, filicis cuiuſdam fæminæ, Hiſpanis Helecho dictæ ſimilibus, floribus coronata pulchellis, odoratis, candicantibus: poſt quorum occaſum fructus emergunt initio vireſcentes, qui noctu ſeſe foliis inuoluunt, frigoris vitandi cauſa, interdiu vero explicantur: Illa tamen foliorum inflexio, ſingulis noctibus etiam per inopiam fructuum adeſſe ſolet, tuncque arboris Rami Foliis inuoluuntur. In Malauar Tamarindi vocantur puli, in Guzare ambili, in Canarin chincha, in aliis regionibus aliam ſæpe ſumunt denominationem. Humectant & refrigerant in abſceſſu ſecundo, quidam volunt in Tertio. Cum mentha & apio Vnciæ pondere potum, laterum inflammationibus medentur: Animum itidem exhilarant, & triſtitiam diſcutiunt. Noxas omnes à calore conceptas mitigant. Deſtillationes ex feruore bilis ortas ſedant. Cum Rheo & Caſia nigra à tertianis febribus prorſus liberant: Ardentibus quoque & incandeſcentibus medentur. Arquatis auxiliantur. Sitim reſtinguunt: doloribus capitis ſunt remedio: Noxios Humores, qui in ventre coierunt, deiiciunt, appetentiam inuitant: Cibi faſtidium abigunt, nauſeas & vomitiones ſedant. Trahitur ex eis pulpa, vt flores caſſiæ, hæc diuerſimode vſurpatur.

Myrobal.

Myrobalani ſunt quinque numero, flaui, Indici ſeu nigri, Bellerici, Cepuli, & emplici, quorum magna pars in regno Cambayæ inuenitur, & ab incolis ſingulorum nomina Gratias ab horto deprompſit, & paucis arbores & fructus ſingulos delineauit. Arare, inquit, ſeu myrabolanus citrinus rotundus eſt, & folia ſorbi profert: Razanuale ſeu niger, aut Indicus, octogonus eſt, & folia ſalicis habet: Gotim ſeu Bellericus, foliis eſt lauri, ſed pallidioribus & ſubcinericiis: Aretca, ſeu cepuli myrobolani magni ſunt & rotundi, oblongiores tamen, cum perfectum incrementum nacti ſunt: folia perſicis ſimilia habent: Anuale, hoc eſt, emblici, folia habent minutim inciſa & palmum longa. Sunt arbores ſingulæ magnitudine pruni: omnes ſylueſtres & ſponte naſcentes, & nuſpiam domeſticæ. Auicenna Myrobolanos vocat Delegis peculiariter vero flauos azfar: Indicos aſuat, Bellericos, heleragi, cepulos, quebulgi, emblicos, embelgi vocant Arabes. Singuli myrobolani peculiares habent dotes: Nam citrini ſeu flaui cholagogi ſunt: Indi ſeu nigri melancholiam ducunt & exhilarant: Cepuli & emplici phlegmagogi. Omnes autem clementer purgant aſtringendo & ventriculum, cor & iecur roborant: Myrobalanorum vſum demonſtrabimus per Recepta.

Decoctum Myrobalanorum: Recipe Myrobal: Citrinarum, chebularum indarum ana Vnc. j. Tamarindorum Vnc. j. ſ. comarũ Fumariæ Vnc. j. Abſinthii drac. ij. Prun. num. XX. paſſul. Mundat. Vnc. j. coque in lib. iij. aquæ, ad duarum lib. conſumptionem cum imbecillum voles medicamentum, reliquæ libræ dimidio adde pulpæ caſſiæ Vnc. ij. cum autem valentius, adde pulpæ caſſiæ Vnc. j. Turbith, Agarici ana drach. ſ. Frica, cola. Præſtantius fiet, ſi in ſero lactis caprini coquantur. Bilem vtramque & pituitam purgat. Elect. ad Memoriam: Recipe Myrob. omnium, Piperis longi ana drach. ij. Coſti, Anacardi, Bac. Lauri, Butyri vaccini: Sachari ana drach. vj. cyperi drach. ij. Terantur anacardi per ſe, poſtea alia: & conficiantur cum butyro & melle in æquali quantitate prius bullitorum. Dentur drach. ij. cum aqua decoctionis Apii, fœniculi, & meliſſæ.

Tryphe-

Tryphera Galeni: Recipe Myrobal: omnium ana drach. X. Zingiberis, Maſticis, Cinnamomi, Caryophyl. ana drach. viij. Galangæ, Spicæ Nardi, Aſari, Croci, ſem. fœniculi, Aniſi, Apii, Ameos ana Vnc. ſ. coſti, piperis nigri, & longi, Caſſiæ ana drach. iij. N. Moſchatæ, Cardamo: Vtriuſque, Macis, Calami aromat. Ligni aloes ana drach. ij. Been albi & rub. piperis Cyperi ana Vnc. iij. ſ. Ambræ drach. j. Moſchi ſcrup. j. Fricentur Myrobolani cum oleo amygdal. dul. Melle deſpumato omnia excipiuntur. Scoria ferri, in aceto nutrita aliquando additur. Doſis eius eſt à drach. j. ad drach. ij. Confortat ſtomachum & calefacit ipſum.

Myrobal. Chebulæ conditæ ſic fiunt: Myrobal. cheb. accipiendæ ſunt, quotlibet, Humidæ & recentes, ſi harum eſt poteſtas, vel ſaltem arte & induſtria humectatæ, quæ ſtylo paſſim compunctæ coquantur, ex aqua igni lento, donec tenereſcant.

His in aſſerem immiſſis, aqua exprimatur. Deinde biduo Hydromelite vel ſyrupo ſachari mergantur: Et igne lento coquantur, vaſe vitreo recondantur, ac melle cui incoctæ fuerint, mergantur. Hodie ex Ægypto in Italiam adferuntur conditæ. Dantur poſt ſex Menſes. Doſis eſt vna mane ieiuno ſtomacho.

Myrobal. Emblicæ aqua affuſa Soli exponendæ, dotenereſcant & humectentur: tunc expreſſæ, hydromelite biduo macerantur, poſtea igne lento coquuntur: coctæ vbi parum refrixerunt, mellis albi quarta parte, vel ſachari, adiecta reconduntur.

Sunt qui aromatibus condiant, cinnamomo, xyloaloe, cardamomo, croco, meſcho, gallia & ſimilibus. Datur vna ſemel tota diebus aliquot. Roborant appetentiam & concoctionem, viſu conferunt, & humidam intemperiem corrigunt.

Electuarium lenitiuum Magiſtrale Florentini: Recipe Myrobalan. flauorum, Chebul: Indorum ana drach. ij. Bellericorũ, Emblicorũ ana drach. j. ſ. ſachari opt. Vnc. ſ. Terantur triduũ in vaſe lapideo, ſingulis diebus bis vel ter aquam fontanam inſpergendo, deinde ſiccata terantur in puluerem tenuem: cuius ſumes Vnc. j. Tur-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 950 sur 1557

bith boni drach. 3. Zingib. drach. 1. ſ. Cinnam. Aniſi, ſantali rub. ana drach. 1. ſcam. præpar. drach. 1. ſ. ſachari q. ſ. Fiat Electuarium.

Alcantalum Arnoldi Villanouani : Recipe cort. Myrobal. citri. Emblicorum, chebulorum ana drach. 12. Indorum drach. 6. ſem. portulacæ, Violarũ, ſcariolæ ana drach. 1. Myrob. beller. drach. 1. gr. 6. Marathri drach. 2. gr. 8. Calam. aromat. drach. 2. gr. 2. Cinnamomi, ſpicæ Nardi, Croci, Coſti, Maſticis ana drach. 2. ſcrup. 1. Tamarind. mundat. Vnc. 2. Nenupharis, Been rub. ana drach. 1. gr. 4. Medullæ caſſiæ fiſt. Vnc. 4. ſyrupi violacei q. ſ. ſic conficitur. In lib. 2. aquæ dulcis bulliat Vnc. 1. violarum, donec aqua coloretur aliquantulum, poſt deponatur, & coletur, de qua accipiatur quant. ſ. cum aqua diſtemperes Tamarindos, & caſſium fiſt. & colentur per cochlear, & in alia colatura diſtemperetur. lib. ſ. ſachari, bulliat vſque ad perfectionem : Poſtea addatur colaturæ Caſſ. Fiſt. & Tamarindi, & iterum bulliat vſque ad ſpiſſitudinem, ſcilicet, vſque quo gutta poſita ſuper marmor adhæret, vt mel, & tunc deponatur ab igne & modicum infrigidato incorporetur puluis ſupradictarum ſpecierum, agitando ſemper cum ſpatula. Reſpicit proprie membra naturalia læſa à cholera. Datum patienti febres acutas cum ſyrupo violaceo, purgat. Datum cum duabus vel tribus drach. Rhabar. & ſi cum tepida diſtemperetur, medetur mirabiliter.

Confert hepaticis & ictericis cum decocto ſcariolæ vel fœniculi, & cap. Ven. ſeruatur per annum & plus.

Euangelon Nicol. Recipe Myrob. citrin. chebul. ana Vnc. 1. Indorum drach. 7. Belleric. Emblic. ana drach. 1. gr. 8. ſem. portulacæ, violar. ſcariolæ ana drach. ſ. Maſticis drach. 2. ſcrup. 1. Tamarind. Vnc. 3. Flor. Nenupharis, Berberis, Been rubri, Rhabarb. ana drach. 1. gr. 4. Medullæ Caſſiæ Fiſt. Vnc. 4. In duabus lib. aquæ pone ſyrup. viol. q. 5. bulliat ac coletur, in colat. ſolue ſachari lib. 1. ſ. & in reliquis præcede vt in præcedenti factum.

Elect. Alharif Meſuei : Recipe Myrob. citrin. chebul. Indorum ana p. æquales, tere ac cribra : ol. amygdal. dul. ſuperfunde q. ſ. triduo.

ſ. triduo inſola: frica ſæpe manibus: ol. nouum ſuffice, q. abſumitur. Iterum eadem triduo conuenienter tere in aqua fontana, in qua ſachari partem decimam diſſolueris, affuſa itidem pauca aqua. Hoc fac, donec Myrobal. ſapor ingratus auferatur, poſtea ſicca in vmbra. Recipe huius maſſæ drach. 15. Turpeti drach. 6. Aniſi, maſticis ana drach. 2. ſpicæ Nardi, ſem. Apii ana drach. 1. ſ. Violarum ſicc. drach. 7. ſachari albi, ſach. candefacti ana drach. 10. Excipe melle deſpumato: Doſis drach. 3. cum aqua calida. Purgat ventriculum, Hepar, & Corpus reliquum: Vſu corpus viuidum & iuuenile reddit & floridum ſeruat.

Pilulæ ſtomachicæ: Recipe Myrob. Citr. Ind. cheb. ana drach. 3. Roſarum, Maſticis ana drach. 2. Cardamomi, ligni aloes, ſantali Citr. Cubeb. Caryophyll. ſchænanthi, N. Moſch. ana drach. 2. Rhabarb. Vnc. ſ. Turbit. drach. 7. Aloes ad pondus omnium. Fiat Maſſa. Seruatur ad annum, Doſis à drach. 1. ad 2. Cerebrum, ventriculum, ac corruptos Humores purgant, concoctionem iuuant, & appetentiam excitant.

Aliæ: Recipe Myrob. chebul. drach. 2. Emblicorum, Roſ. rub. ſant. rub. Cinnam. electi, croci, cort. mali citri, Been albi, rubei, Meliſſæ ana drach. 1. Aloes electæ ritequeablutæ drach. 12. cum vino F. pilulæ: quibus hebdomada qualibet ſemel vtaris mane: æſtate cum aqua Roſ. Hyeme cum vino, pituitam & atram bilem euacuant.

Pilulæ aggregatiuæ maiores: Recipe Myrobal. flauarum, Rhabarb. ana Vnc. ſ. ſucci Eupatorii, Abſinthii ana Vnc. 3. ſcam. præp. drach. 6. Myrobala: cheb. Indarum, Agarici, colocynt. Polypod. ana drach. 2. Turbith, Aloes ana drach. 6. Maſtiches, Roſ. rub. ſalis gemmæ, Epithymi, Aniſi, Zingiberis ana drach. 1. Omnia craſſiuſcule contuſa cum Elect. roſar. Meſuæ q. ſ. Fiat maſſa, cuius Doſis drach. 1.

Pilulæ aggregatiuæ minores. Recipe Myrobal. Citrin. Indorum, Emblicorum ana drach. 111. Maſticis, Aniſi, ſucci Eupatorii,

patorii, Abſinthii, Roſarum ana drach. 11. Rhabarb. drach. V. Spec. Hieræ Picræ Galeni Vnc. 1. ſ. cum ſucco Apii formetur maſſa.

Aqua ad oculorum vlcera, in materia calida: Recipe aqua: Roſ. Flor. Myrtillor: Equiſeti ana Vnc. ſ. ſach. candi è ſyrup. roſ. drach. 11. ſief albi abſque Opio, ſief è plumbo ana drach. 1. ſief è Thure drach. ſ. Aloes hepat. ſcrup. ſ. Myrobal. Citrin. drach. 1. ſ. Album ouorum Num. iii, terantur conquaſſentur ac Miſceantur.

Alia deinde deſtillentur in materia frigida: Recipe ſief è Thure drach. 1. ſief è plumbo drach. 1. ſ. Myrobal. Citrin. drach. 11. cadmiæ, ſtybii ana drach. 1. ſ. Myrrhæ ſcrup. ſ. ſarcocollæ, aloes Hepat ana drach. 1. Aquæ plantag. Roſ. ana drach. 1. ſ. M. ac deſtilla vt prius.

Hermodactylus & Ephemerum colchicum bulboſæ ſunt plantæ vultu affines, ſed viribus diſſimiles: Nam Ephemerum dicitur ſtrangulatorium, quod vna die ſuffocatu interficiat, nec multum purgando aluum ducat; hermodactylus nullum aſſumenti periculum adferat, & pituitam rite etiam à iuncturis expurget.

Eſt aliud ephemerum quod nonnulli bulbum agreſtem & crocum pratenſem nominant, cui folia terna aut quaterna ſunt, oblonga, vtcumque lata, læuia, pinguia: flores colore & forma croco ſimiles, eodemque tempore, nempe Autumno exeuntes: radix bulbo ſimilis. In pratis naſcitur & locis humidioribus.

Magno errore à quibuſdam ignaris pro hermodactylo vſurpatur: is enim exſiccatus flaccitus eſt, vietus & minime purgatorius, nec pernicioſus, vt colchicus, qui vna ſtrangulat. At vero hermodactylus officinarum peregrinus eſt, non flaccidus, ſed durus, compactus, & qui leui contuſione in farinaceum puluerem abit, ſumptusque humorem è partibus remotis, vt iuncturis educit. Eſt ergo ephemerum quoddam lethale & ſtrangulatorium, vt colchicum; aliud non ſtrangulatorium id tutum vt ſyriacum, quod in Pharmacopoliis Hermodactyli nomen habet. Hermodactylus calefacit, ſiccatque initio ſecundi ordinis, cum humiditate tamen quadam excrementitia, flatulenta, nauſeabunda, qua ventriculo aduer-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 953 sur 1557

aduersatur maxime dum humores à medicamento commoti in illum confluunt.

Pituitam lentam, ac alios humores viscidos etiam ab articulis efficaciter trahit: ob id Chyragne, podagræ & omnibus iunctuarum doloribus ab eodem humore natis conducit.

Syrupus de Hermodactylis: Recipe 5. Rad. ana Vnc. 1. sem. 4. frig. maior. ana Vnc. 1. s. Hyssopi, capill. ♀. Aspleni ana M. s. Violar. M. 1. s. Flor. Borrag. Rorismar. ana M. 1. s. Cyperi drach. III; chamomil. drach. II. passul. Vnc. 1. senæ drach. 2. Hermodactyl. cuscutæ ana Vnc. s. Anisi, Fœniculi, carui ana drach. II. s. Polypod. Vnc. 3. Agarici drach. 2. Coquantur in aquæ lib. 3. & colaturæ adde sachari lib. 1. s. Rosarum Vnc. 1. Rhabarb. drach. IV. s. Turbith drach. 3. Terantur inq; panno ligentur, deinde suspensa in syrupo coquantur.

Extractio etiam inde fit, veluti ex Helleb. nigro, eusque correctio fit cum oleo Cumini & Caryophyllorum. Dosis eius ad Ii. & Ii. s.

Pilulæ de Hermodactylis mes. Recipe Hermodactyl. Myrob. Citr. Aloes, Turbith, Colcocyn. Bdellii, sagapeni ana drach. VI. Castorei, sarcocollæ, Euphorbii, opoponacis, sem. Rutæ, Apii ana drach. iii. Croci drach. i. s. succi Brassicæ q. s. F. Massa Dosis drac. i. ad ii. Pilulæ arthriticæ: R. Hermodactyl. Turbith, Agarici Vnc. s. Cass. lignea, spicæ Indicæ, Caryophyll. Xylobalsami, Carpobals. Macis, galangæ, Zingib. Masticis, Asæ fœtidæ, Fœniculi, Anisi, saxifragiæ, sem. Asparagi, Rusci Rosarum, Milii solis, salis gemmæ ana drach. ii. scammon. Vnc. i. Aloes opt. ad pondus omnium, succi fœniculi q. s. F. Massa.

Pilulæ Artheticæ 4. Magistrorum. R. Hermodactyl. gummi hederæ ana drach. VI. Turpeti gummosi, Myrob. cheb. pulpæ colocynt. Agarici ana drac. ii. Euphor. Diagrid. sarcocol. opoponacis Serapini, Bdellii, amomi ana drach. i. salis gem. sem. Apii, Petros. Rutæ, Rad. Acori, sem. Cicutæ ana drach. s. Aloes drach. iii. Diagridii drach. i. cum succo iuæ vel fœniculi F. Massæ.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 954 sur 1557

CAPVT XLVII.

De Persica, Cydonio, Pyro, Ceraso, & varii generis pomis, ac moro.

PErsica Malus, seu persea arbor est plurimis Galliæ regionibus notissima & frequentissima, qua scilicet omnia vineta consita sunt : Alii putant hinc itadicta, quod ex Persia primum sit aduecta. Quatuor huius distinctæ inueniuntur species : 1. est tota candida, quam postularem vocant : 2. Lutea, quam Duracinam : Tertia rubens seu tota sanguinea, quam sabinam : Quarta minima, totaque flaua : Germanis Pfersing Amarellen &c. quam Latini Trecacinam, Dioscorides Armeniaca vocat, & præcocia hæc mala. Gaudet malus persica locis aquosis, folia fert amygdalæ, sed maiora : floret primo statim vere cum amygdalis, flore subpuniceo, pomum producit carnosum, succulentum, foris lanuginosum, dura intus & scabra nuce, in aqua nucleus qualis in amygdalis. Flos, folia & nucleus calidæ & siccæ sunt naturæ. Fructus vero frigidus & humidus in secundo statuitur ordine : ob quod fructus maturus subito putrescit. Persica mala in ardentibus febribus sumi possunt. Frequentes alias eorum vsus multum phlegmatis gignit, corpus refrigerat, & putridas febres excitat. Præstant reliquis Trecacina, quæ Germani vocant. Flores cum saccharo conditi, sicut rosæ, stomacho conferunt. Gummi arboris in vino dissolutum potumque, mire prodest sanguinem excreantibus, obstructos enim pectoris & pulmonis meatus & venulas purgat : Calculum quoq; vesicæ pellit : arteriam siquidem lenit, & colli exulcerationem discutit. Foliorum succus potus, vermes ventris perimit. Idem posse succum eundē vmbilico alligatū, Galenus affirmat. Nuclei nucis persicæ tormina sedant. Tusi nuclei cum aceto rosaceo applicati, capitis dolorem sedant. Gummi arboris in aceto dissolutum & illitum, lichenas & papulas sanat.

Syrupus

Syrupus ex floribus persicis: Recipe Florum persicorum recentium lib. 3. in aquæ vel Roris maialis calefacti lib. 7. & dimidia, per horas 8. septies aut nouies macerantur: deinde huius diluti lib. 2. cum sachari sesquilibra, aut duabus, ad syrupi spissitudinem incoquuntur.

Persica etiam condiuntur, vt cytonia ad sedandam sitim, oris emendandum fœtorem, & pro confirmatione ventriculi calidi &c. Conditum etiam fit cum aromatibus, vt Recipe persicorum maturorum, intus ac foris purgatorum, succi persicorum, ana lib. 3. sachari albi lib. 2. Tere persica in medullæ consistentiam, coque cum syrupo, vt in condito cum cydoniis: Vbi coctum erit, admisce Ligni aloes, santali citrini ana drach. 2. Cinnamom. cubeb. Macis ana Vnc. ſ. Moschi scrup ſ. Fiat conditum.

Fit & ex Nucleis persicis oleum eodem modo, quo ex dulcibus amygdalis. Obstructa aperit, Auriũ, & sedis hæmorrhoidibus dolores ac tumores sanat, lumbricosq; necat. In Renum affectibus iniectum & epotum valere asserit Manardus.

Conserua etiam fit ex Floribus: vt Recipe Flor. persicorum recent: lib. 1. sachari albi ana lib. 2. contunde in vase lapideo: Insola, & serua, per annum. Lumbricos necat, atque expellit.

Cydonia malus à Cydone Cretæ oppido dicta. Cotoneam etiam vocant, quod nimirum mala eius tenera lanugine, quæ Coton dicitur, tegantur. officinis Citonia. Nascũtur Hodie in Hortis passim Germaniæ, locis potissimum frigidis & humidis: Arbor est malo vulgari haud absimilis nisi quod infra magnitudinẽ eius subsidet, fructu scilicet incũruatos deprimentes ramos, prohibenteque parentem crescere: Ad hæc & folium angustius à terra albicat: Poma tenui lanugine pubescunt, & in cisuris crispantur, colore ad Aurum inclinaro: Hæc nonnulli putant, aurea poetarum mala, Græcis chrysimæla dicta esse: quæ tamen poma Nerantia potius esse aliis placet. Duo ex pomorum magnitudine faciunt genera Dioscorides ac Galenus: Alia enim minora, rotunda, odoratioraque sunt, quæ vera Cydonea seu Cotonea appellantur.

Alia.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 956 sur 1557

Alia maiora, dulciora & minus acerba, Galeno ſtruthea dicta. Frigidam & adſtringentem habent naturam: Frigida ſunt in primo, & ſicca in ſecundo ordine: Ante cibum ſumpta mala cydonia alvum conſtipare, poſt alios verò cibos contrarium efficere quidam teſtatur.

Toſtum malum cydonium, dolorem à nimio potu capitis abigit, ventriculo conueniunt etiam debili, nutriunt benè, ſingultus, vomitus, nauſeam, poſt cibum reprimunt. Succus eius prodeſt difficulter ſpirantibus, & qui cibos non continent.

Cataplaſma ex crudis cydoniis ventriculo illitum, fluxus alui, ſingultus & vomitus cohibet: Æſtum ventriculi, pectoris & iecoris reſtinguit.

Procidentem Matricem Folia in deſeſſu repellunt: prodeſt ad idem, ſi decocto foliorum locus ipſe prius lavetur. Nuclei Mali Cydonii in aqua roſacea Mollefacti, aduſtionibus & linguæ inflammationi utiliter illinuntur: Eius porro internum ſic demonſtramus.

Miua citoniorum ſimplex: Recipe ſucci Citoniorum depũrati lib. 12. coquantur ad medietatem: & affunde Vini veteris albi opt. lib. 5. ſachari libr. 3. coquantur lento igne ſemper deſpumando, ad tertiæ partis conſumptionem. Poſtquam reſederit, cola, & adde ſachari lib. 3. iterum coquantur ad iuſtam conſiſtentiam: roborat ventriculum, & cibum in eo continet

Miva citoniorum aromatica: Recipe ſucci citoniorum acetoſorum lib. 20. Mellis deſpumati optimi lib. 6. Vini veteris optimi lib. 10. poteſt tamen etiam cum ſacharo fieri. Coquantur ad perfectionem, poſtea impone ſequentia aromata, in ſindone ligata: Recipe cinnamomi electi, cardamomi maioris ana drachm. 3. Caryophyll. drachm. 2. Zingiberis, Maſtiches ana drach. 1. ſ. Croci drach. 2. xyloaloes, Macis drach. 1. ſ. Omnia præter Crocum parum terantur, & nodulo ligata ſuſpendantur, identidem confricãdo ab ipſo Medicamento, donec craſſeſcat. Tolle ab igne, & aromatiza Moſchi ſcrup. 1. Galliæ Moſchatæ veræ drach. 2. F. ſ. artem, ventriculum, Hepar, ac viſcera roborat, coctionem adiuvat, appetentiam excitat, vomitum ac lienteriam iuuat.

Vinum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 957 sur 1557

Vinum Cydonites: Mala cotonea exemptis ſeminibus, fruſtatim rapi modo ſcinduntur,& duodecim minarum pondo,in muſti metretam,tringinta diebus macerantur: poſtea defæcatum vinum reponitur. Aſtringit,prodeſt ſtomacho,Dyſenteriæ, Hepaticis,Renum vitiis, & urinæ difficultati.

Diacitonium compoſitum: Recipe carnium citoniorum comminutarum & coctura inſpiſſitarum lib. 3.Mellis deſpumati lib.4. coquantur ſimul ad iuſtam conſiſtentiam,& poſtquam ab igne depoſueris antequam refrigerentur,inſperge ſubſequentes ſpecies,in tenuiſſimum pulverem contritas: Cinnamomi unc.1.ſ.Zingiberis unc.1.piperis, Galangæ ana unc.ſ. Caryophyllorum, Nucis Moſchatæ ana drach.3.ſpicæ Nardi,ligni aloes, Macis,Cardamomi ana drach.2.Zedoariæ drach.1.Excalfacit, reſolvit ventoſitates, remouet fœtorem corporis,reſtituit priſtinum calorem, & magis reſtaurat.

Diacitonium ſimplex: Recipe carnium citoniorum vapore aq̃ dulcis ad ſpiſſitudinem coctorum libr.8. ſachari albiſſimi deſpumati,& ad ſpiſſitudinem iuſtam cocti lib.8.Coquantur ad ſolidam conſiſtentiam, & extendatur in tabulam fervens maſſa,refrigerata in partes incidatur. Quidam octo libris carnium citoniorum, addunt ſex libras ſachari clarificati. Nonnulli recipiunt citoniorum excorticatorum & ab interioribus mundatorum lib.8. ſachari clarificati lib.4. coquunt prius citonia deinde cum ſacharo inſpiſſant. Durat per annum. Diacitonium ſtybiatum : Recipe Diacitonii ad perfectam conſiſtentiam cocti libr. 1. Vini Antimonii unc. 1. ſ. Tragacanthi drachm. 2. Miſce. Doſis drachma 1.

Diacytonium compoſitum aliud: Recipe carnis cotoneorum in vino coctorum, Mellis deſpumati ana libr.3. coque lento igne, tunc adde cinamomi, Caryophyll. Cardamomi, Galangæ ana drach.1.Cinnamomi craſſi.drach.3.Zinziberis, piperis longi, Macis ana unc.ſ.Si autem affectus eſt calidus,coquenda ſunt cotonea cum aceti parte tertia. Et quandoque permiſcetur ſuccus granatorum:quandoque ſuccus citri: quandoque adduntur Spodii,berberis ſem.acetoſæ,trium ſantalorũ, roſ. rub. partes æquales. Ven-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 958 sur 1557

triculum firmat, coctionem iuuat, vomitum bilioſum ac pituitoſũ ſiſtit: colorem corporis floridum efficit.

Diacitonium è ſucco citoniorum: Recipe ſucci citoniorum deſpumati lib. 12. mellis optimi deſpumati, ſachari albiſſimi clarificati ana lib. 2. coquantur ſimul ad iuſtã ſpiſſitudinem: deinde ab igne remotis, & adhuc tepentibus inſperge ſubſequentium pulveres minutiſſimè tritos, & per cribrum excuſſos. Recipe Cinnamomi, N. Moſchatæ ana unc. 4. Caryophyll. Zingiberis, Galangæ ana unc. 2. Nardi Celticæ, Piperis nigri, ligni aloes, Macis, Zedoariæ, cubebarum, cardamomi ana unc. 1. confice ſecundum artem.

Diacitonium aliud: Tabulæ optimæ purgantes melancholiam: Recipe ſucci cotoneorum Mellis opt. deſpumati ana lib. 1. ſ. Caryophyll. Zingib. cardam: ana drachm. 1. conſeruæ Bugloſſ. violarum, cyrſii ana unc. 2. Epithymi, Fol. ſenæ ana unc. ſ. reratri nigri drach. 6. Ex ſacharo fingantur tabellæ paruæ, drachmas 2. pendentes.

Cytonia condita: Recipe Cytonia ampla, nulla putredine vitiata, depellata, intus purgata, in fruſta idonea ſecta: coque in iulepo multum aquoſo: poſtridie in iulepo alio propemodum perfectè cocto percoque: aromatiza moſcho, vaſe vitreo repone, eo iulepo, cui incocta ſunt ſuperdato; Fluxum alui, vomitumque ſiſtunt, ventriculum roborant: ob id & coctiones iuuant.

Carnis cotoneorum, mellis, Aceti albi ana lib. 2. Piperis, Zingiberis ana unc. 3. petroſelini Macedonici unc. 1. Appetentiam languentem excitat, coctionem ciborum iuuat, iecur & ventrem totũ roborat: ventriculi diſpoſitiones, propè omnes, exceptis quę ab æſtu vehementi fiunt, modicè iuuat.

Vel: Recipe ſucci cotoneorum, Mellis Attici ana ſextarios Rom. 2. Aceti ſextarium ſ. Zingiberis unc. 3. Piperis unc. 2: at in calido ventriculo aufer piper & Zingiber.

Vel: Recipe ſucci cotoneorum, mellis deſpumati ana lib. 3. Aceti libr. 2. piperis longi, Zingiberis, Cinnamomi ana unc. 1.

Ca-

Caryophyll. ligni aloes ana unc. ſ. Moſchi ſcrup. 3. ſuccum, mel, acetum igne lento coque, continenter deſpumando ad mellis craſſitudinem: tunc inſperge cætera. Appetentiam languentem excitat, ventriculum & hepar roborat, coctionem iuuat, & retentionē, eam reſtringendo.

Aliud: Recipe. Carnis cotoneorum in vino coctorum, mellis deſpumati ana lib. 3. Cinnamomi, Caryophyll. cardam: Galangæ ana drachm. 1. Cinnamomi craſſi unc. 3. Zingiber. piperis longi, Macis ana drachm. 4. carnem & mel igne lento quoque: tunc adde reliqua. Firmat ventriculum, coctionem & iuuat &c.

Diacitonium purgans: Recipe ſucci citoniorum lib. 3. Mellis albi lib. 2. coque continenter deſpumando, donec manus non inficiat, quæ forma eſt miuæ ſimplicis uſitatæ: deinde iniice ſequentia: ſcammonii in malo citonio correcti unc. 1. ſ. Caryophyll. Zingiberis Maſticis, piperis longi, Cinnam. N. Moſch. ana drachm. 3. miſce ſimul omnia. Colico dolori & aliis partium nutritoriarum morbis ſalubre eſt.

Datur ab aureo 1. ad 3. Aut Recipe Scammon. drachm. 5. Turbit drachm. 12. Cholagogum erit, ſimul & phlegmagogum. Aut abiecto ſcammon. adde Turbit drachm. 25. Carthami drachm. 5. Phlegmagogum ſolum erit. Aut ſi bilem atram vacuare velis, horum loco ℞. Helleborum nigrum, vel huius loco Epithymum. Quidam cum ſacharo coquunt: alii cum carnibus tantum: Alii cū ambobus.

Vnguentum ad ventriculum calefaciendum & conſtringendum: Recipe Olei citoniorum ana unc. 3. Ladani Hypociſtidis, Acaciæ ana unc. ſ. Caryophyllorum, N. Moſchat. ana drachm. 2. Mirob. Citrinorum drachm. 3. ceræ. q. ſ. Fiat Vnguentum.

Pyrus arbor à turbinata pyramidis inſtar effigie, ſic dicta, Græcis ἄπιον omnibus eſt notiſſimus Fructus; Ea enim hora & vireta terrarum ubique luxuriant, fructus tamen ex eadem excerpti in officinis ferè negliguntur, in menſis expetuntur auidiſſime.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 960 sur 1557

Pyra enim quædam adeo esui grata sunt, ut illis alia quævis edulia à multis postponantur. Eorum autem in colore, sapore, magnitudine & forma tot sunt varietates, ut enumerare nemo queat. Veteres quædam superba cognominarunt parva & ocyssima, quæ forte nostri hodie Moschatula, à gratioso sapore moschum referente, nominant, quæ minima omnium sunt, quina, senaue, sæpe plura ab uno orto prolixis pediculis dependentia, quæ ferè omniũ prima matureſcunt. Commendantur Lutetiæ & rosæa, à succo sic nuncupata, bicipicia, magnitudine satis conspicua, callotia, Sertetia, Dagobertiana, Fusea, Bergamitia, Bonchristiana omniũ gratissima, in agro Turonensi & metensi laudatissima, ac penè in tota Gallia nunc frequentissima. Laudantur & quædam à magnitudine, ut quæ libralia dicuntur, atque alia nonnulla crassiora, quæ primum Rhodo aduecta sunt, unde Rhodensia nominata, qualia forsan antiquis cucurbinata, aut Pompeiana cognomine mammosa.

Alia multa dantur his minora, carne firmiuscula, quæ frequentius cocta quam cruda manduntur, & hybernas mensas terminãt. Ex Pyris autem nunc in multis Galliæ locis potio paratur vini albi in colore, & calore sæpius æmula. In sapore non multum varia, quam pyraceum nominant, quo non minus, quam mero ac vino generoso poti sese inebriant.

Exsiccantur ruri pyra in clybano, & seruantur ad Quadragesimale tempus, seu Ichthyophagiam: Aliquando coquuntur in decocto, sæpe caryophyllis configuntur, saccharo condiuntur, & seruantur pro bellariis, aut obsoniis. Pyrorum genera, aut magis aut minus astringentia pro saporis asperitate aut dulcedine: decocta ut grata sic salubria, cruda stomacho grauia.

Ex Pyris fit perinde vinum apites nomine, sed ita ut pyra non magnopere sint matura, eodem modo atque ex cotoneis. Conditum cum pyris & aliis fructibus: Recipe Carnis pyrorum austerorum, cotoneorum, Malorum acidorum ana lib. 1. Coque ex aceto forti, in quo Rhus 24. horis maceratus fuerit: deinde adde omphacii ex acinis expressi lib. 1. Carnis sorborum immaturorum unc. 5. sach. lib. 4. coquãtur omnia ad mellis crassitiem deinde adde

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 961 sur 1557

adde succi berberorum unc.2. spodii,sem. acetosæ ana unc.1.percoctum conde vase vitreo. Datur à drach.2.ad 3. cum aqua frigida & succo citri, aut succo Ribes. Appetentiam excitat, bilem flauam è ventriculo deturbat: eiusque Intemperiem calidam corrigit.

De cerasis: Horum multæ sunt varietates, alia enim syluestria, eaque parua,longipendula,primum viridia,dein rubra,& ubi maturuerint,nigra,Gallis Merisia dicta,quasi amara: Alia domestica, multò crassiora, quorum alia rubra, alia nigra, alia alba, quædam albo rubea. Omnium minima, præcocissima, ingratissima sunt merisia, quibusdam syluestria cerasa dicta, quorum nonnulla planè rubra, alia nigerrima.

Hæc sequuntur alia maiora,fugacia, dulcissima, tenerrima, & adeò post maturitatem mollia, ut gestatũ non tolerent, Guignea vulgò dicta, inter quæ alia nigerrima,& crassa, turbinatiore pomi figura,Actia veteribus & Iuliana nuncupata; alia obscurè, alia dilutè rubra. In dulcedine principatum obtinent Duracina, quibusdam Pliniana, Francis Bigarella dicta, omnium durissima etiã matura,dulcissima palato iucundissima, ut quæ adhuc Formam cordis, vel parvi cuiusdam scroti veruecini referunt. In salubritate reliqua superãt Aproniana,quæ valde rubra sunt,acidula & Esui valdè grata.

Quædam adhuc suauiter & salubriter eduntur perfectè matura, crassissima,rotunda,obscurè rubentia,Agriota nominata. Sunt quædam acidula,alia austera; illa amarena, hæc Merona cognominantur. Omnia cerasa, bigarellis exceptis, succo multo prægnantia videmus, inter quæ, nigra aut obscurè rubra, tenera sunt, & suo cruore contrectantium Manus inficiunt.

Cerasa corpori succum laudabilem supeditant: stomacho æstuanti conducunt, ventrem subducunt, febricitantibus utilia sunt, humorem bilioſum contemperant, & Iecoris infarctus tollunt, quædam tamen hos effectus insignius, alia segnius pollicentur. Nonnulli per æstatem cerasa nigra acida integra, alii trita imponunt in vas, quartam partem relinquendo vacuam, superfuso vino veteri albo,quod breui rubeum colorem trahit,hoc vino utun-

tur pro siti mitigando, refrigerando, siccando, adstringendo, cor ac stomachum corroborando: Idem & quouis anni tempore ex aridis fieri potest. Nonnulli pro correctorio addunt Aromata calida &c. Spiritus ex cerasis destillatus summum est Arcanum in Apoplexia, Epilepsia & morbis aliis capitis: Idem & præstat aqua inde destillata eius simplex aut Talis composita.

Recipe. Florum liliorum conuall. bonam partem: flores infundantur in vino bono veteri, per octo dies, deinde destillentur per B. M. igne lentissimo: Deinde Recipe Aquæ stillatitiæ cerasorum nigrorum lib. 1. s. misce simul. Quibus aquis infunde Flor. Lavendulæ M. 1. s. anthos M. 1. Caryophyll. scrup. 2. Macis unc. s. scillæ præpar. drachm. 2. s. Diptamni albi drachm. 2. Cubebarum drachm. s. Visci quercini drachm. 2. Rad. pæoniæ drach. 2. Incidenda Incidantur, & conquassanda conquassentur, & in vapore aquæ calentis ter destillentur: aquaque in vase vitreo optimè clauso conseruetur. Est optima atque expertissima contra Epilepsiam. Oleum eius fit velut oleum amygdalarum dulcium; condiuntur etiam ut & alia.

Pomum seu Malum, Græcis μῆλον: Arbor vero Malus seu pomus vocatur: pomorum tot tantæque sunt varietates, ut vix queant enumerari, imò nec dici: Nam cum tellus quæuis ipsa proferat, insitione miscellanea & Mangonio variè immutantur. Ante enim agrestia cicurantur, acerba, mitescunt, acida dulcescũt, pumida crassescunt, rubra flaueſcunt, aut alium colorem nanciscuntur. Et licet ubiuis arbor pomigera, seu Malus ferax sit, in Normania nõ modo fæcundior est; sed poma gerit præstantiora, esui gratiora, amicioraue, & saluberrimæ potioni conficiendæ, quã pomaceum vocant: aptiora: cuius ut lini variæ differentiæ comperiuntur, sed quod ex panis quibusdam Coccyneis dictis, paratur, sapore, suauitate & præstantia vix generoso vino cedit. Sunt verò notissima cuilibet genti poma, quibus nec ulla mensa carere solet, nec officina, quæ eorum succis utitur ad confectionis Kermeticæ & syrupi Regis laboris condituram, ut etiam ipsorummet carne, ad unguenti pomati confecturam. Generali autem pomorum nomenclatione fructus omnes opori comprehenduntur, herbaceo colore virẽtes, ligno-

lignosi nihil exterius habentes, ut poma curtipendula, rambura, & similia. Contra verò Acrodrya dicuntur, quæ putamen habent exterius lignosum, durumque, ut pistacia, nuces, amygdalæ. Veniunt & pomorum nominatione mala cotonea, de quibus ante dictum, Armeniaca, Persica, & quã plures alii similes fructus. Omnium vero præstantissima, suauissima & iucunde fragrantia, quæ vulgus Normanorũ vocat gulorogeria, paradisiana, passipoma, caluillea, rubeliana, renelea, curtipendula, & alia penè innumera, quæ ob salubritatem & suauitatem odoris, saporisque, habent hi in deliciis etiam qui lautius viuunt. Aliorum adhuc incredibilis apud Septentrionales datur varietas & ubertas; quæ quod sint, vel amara, vel acidiora, vel austera, vel dulcoacida, vel dulcoamara, in horreis post perfectum Incrementum congeruntur, ut matureſcant, deinde mollis trusatilibus contunduntur, prælo committuntur, copiosus ut succus exprimatur, qui in doliis reconditus, diutissimè & incorruptè seruatur pro potu Normanis familiari & salutari quem à colore Citri, citrum, & corruptè sydrum nominat: In hunc modum & satiua ac sylueſtria prælo committuntur à Rusticis in Germania: Idẽ etiã cõiiciũt talia in dolia, supfundẽdo aquæ fontanæ ac dulcis & usurpant pro potu quotidiano.

Glycymela, hoc est, dulcia poma, tẽperata sunt, acida, frigidiora ut & austera, amara calidiora. Omnia ferè aluum molliunt, sed maximè dulcia, humorem bilio sum contemperant atque etiã melancholicum. Dulcia conueniunt ventriculo frigido, & his qui à venenatis fuere morsi, itẽ cordis debilitationibus & ad lipothymias: ex vinosi fit electuarium ad febres ardentes, cibi appetitum restituit: Acida ventriculum constipant urinam cient, ac vomitiones cohibent: Dulcia laxant & vermes expellunt.

Syrupus de pomis: Recipe succi pomorum dulcium, succi pomorum acetosorum ana lib. 5. coquantur, despumentur, & colentur: deinde adde sachari: lib. 3. Coquantur secundum artem. Cor Imbecillum roborat: ob id syncopen & cordis tremorem sanat.

Syrupus de pomis aliter: Recipe capill. ♀, ceterach, Buglossæ, borraginis ana M. 1. Flor. Buglossæ, Flor. Borrag. Tumariæ, summit: Thymi ana p. 2. Senæ, stoechados ana unc. 1. chamed.

Squi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 964 sur 1557

Squinanthi, Ellebori albi, Flor. Amaranthi, Seſamoidis, ana Vnc. ſ. ſucci Agrimoniæ, Fumi terræ ana Vnc. iij. ſucci pomorum dulcium lib. j. Paſſularum, Polypodii ana Vnc. ij. Croci drach. j. Fiat decoctio in aqua & aceto q. ſ. in qua diſſolue ſachari q. ſ. Fiat ſyrupus perfectæ coctionis. Doſis ab Vnc. j. ad iij. Prodeſt morbo comitiali, melancholiæ, morbo gallico, & omnibus affectibus à melancholia & pituita, præſertim ſalſa.

Syrupus è Pomis Regis ſaporis: Recipe ſucci pomorum dulcium lib. ij. Borrag. Bugloſſ. ana lib. j. ſ. Folliculorum ſenæ Vnc. ij. Croci drach. j. Sena contrita horis XXIV. ſuccis maceretur: ſemel aut bis feruefiat, coletur, expreſſum cum ſacchari libris duabus percoquatur in ſyrupum. Croçus panno lineo ligatus inter coquendum infricetur.

Syrupus ad atram bilem: Recipe flor. Borrag. Bugloſſæ, meliſſæ, Violarum, capill. ♀, Endiuiæ, Cuſcutæ, Polypodii, ſenæ, Epithymi ana M. j. Prun. Damaſ. Num. XX. Pomorum odoratorum Num. X. Paſſularum Vnc. 1. Glycyrriſæ drach. ſ. coquantur in aqua omnia præter Epithymum & aromata, donec pars tertia conſumatur. Decoctio expreſſa poſtea cum ſacharo iterum & Epithymo moderate coquatur: Poſtremo infundantur aromata, ſcilicet cinnamomum atque Crocus. Huius ſyrupi aurora calefacti Vnc. 111. Bibantur ſimulque Vnc. 11. aut 111. aquæ Bugloſſæ.

Iulapium ad Hecticam febrem: Recipe Glycyrrhizæ raſæ Vnc. ſ. 4. ſem. frig. ana Vnc. 1. 3. ſantal. ana drach. 1. ſem. Citoniorum, Gummi Arabici, Tragacanthæ ana drach. 11. Coriandri ſcrup. 11. Caryophyll. Cinnamomi ana ſcrup. IV. Caphuræ ſcrup. ſ. Pomorum dulcium q. ſ. Accipe deinde Carnem Caponis, vel phaſiani, vel perdicis, vel teſtudinum nemoralium, q. ſ. eſt: eamq; vbi viſcera ex animali detracta fuerint, cum fructibus optime terito, mox pulueribus commixtis atq; agitatis, deſtillet aqua, è qua conficiatur zulapium. Balſamus viſci pomorum etiam fit ſimplex vt Balſamus ſupra Hypericonis; cum oleo oliuarum in Balneo prius depũrato.

Balſamus vero viſci pomorum compoſitus talis eſt: Recipe Foliorum viſci pomorum minutatim conciſorum lib. 11. iniice in matratium

tium vitreum, addendo Acinorum populi arboris lib.ß olei axungiæ taxi, olei butyri ana vnc.IV olei Therebint. vnc.VI. olei lumbricorum lib.ij.ß vini albi generosi lib. ij. Digerantur omnia rectè inclusa in fimo calidissimo per duos menses: pòst prælo exprimantur: tum circulentur, & ad ignem lentissimum decoquantur ad liquorum consumptionem. Ad dolores sedandos nullum præstantius inueniri medicamentum potest.

Conditum de pomis: Poma odora nulla putredine vitiata, depellata, intus purgata in frusta idonea secta coque in iulepo multum aquoso: Postridie in iulepo alio propemodum perfectè cocto percoque, aromatiza moscho, vase vitreo repone, eo iulepo, cui incocta sunt, superdato. Confirmant, syncopen & cordis palpitationem sedant.

Conditum siue Electuarium de pomis: Recipe carnium pomorum dulcium & redolentium, intus & foris purgatorum, & in frusta inciforum lib. VI. Sacchari opt. lib. v. Aquæ rosarum lib.ij. Ligni aloes drac.v. Santali citr. drach.v. Caryophyl.vn.ß. Cinnam. drach.IV.ß. Ambræ drac.ij. Moschi scrup.j. salubre ad cordis & stomachi imbecillitatem, coctionemq; iuuandam.

Malum citrium non tam dicitur pomum medicum à Medo solo, quàm à medicis dotibus, quibus pollet multis: eius enim odor, cortex, caro, pulpa, succus, grana, vires habent medicas, easque eximias. Ipsius autem tria potissimum traduntur discrimina, primum limo, seu malum limonium dicitur, quod oblonga effigie turbinatur, & ex herbaceo colore viret, succoque turget acidiore, acerbiore, frigidiore & cortice admodum tenui, nec vt arantiorum amaro. Secundum vulgatius est citrum, huic multum simile, sed colore magis luteo nitet, cortice crassiore, rugosiore & magis caperata, estque crassius, odoratius, medicatius, antidotis conuenientius. Quod ex eodem genere prægnante est, melonum modo, orbiculatum, cortice calloso, carnoso, pollicem interdum crasso, & superficie concolore, poncerium, citroniatum, pomum Assyrium, & pomum Adami vocitatur. Quæ omnia specierum vulgata nomina, à citro deflexa videntur, & affinem vt habent Idæam, sic quoq; qualitates.

Vt ponceria magnitudine, sic limæ paruitate omnia mala citria superant; vix enim mediocre ouum æquant, & multæ

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 966 sur 1557

magnitudinem perfectã adeptæ, armeniaco malo minimè sunt crassiores. Harum nonnullæ oblongæ sunt, aliæ breues, aliæ rotundæ: omnes suaueolentes, cortice tenui vestitæ, succo multo saturæ, sapore dulcoacidæ, ac palato gratissimæ. Vberes ac eximiæ in Italia, ac potissimum agro Lucensi, proueniunt. Arbores ex quibus colliguntur, perpetuo virides sunt, Lauri folio, non Cedri, licet sic visæ aut putatæ Theophrasto, omnibusque horis pomiferæ, aliis namque nascentibus, aliis adultioribus, aliis matureſcentibus, aliis deciduis. Cortex excalefacit & exiccat tertio ordine. Idem facit & semen. Carnem dicunt refrigerare, simul ac eius succus.

Assumptum citrium malum cuiuslibet veneni præsentissimum est venenum, id quod Athenæus probat mirabili historia de duobus reis, qui cùm iussu regis Ægyptii Aspidibus in prædam essent exponendi iuxta leges Ægyptias, in itinere singuli citrum à caupona quadam obuia, illorum vicem dolente oblatum comederunt, moxque ab istis serpentibus ferociſſimis demorsi, nihil molestiæ senserunt: Quod admiratus Iudex, causamque quæritans, audiuit singulos singula citria in via esitasse. Postridie iussit vni dari, alteri denegari, ac denuò ad supplicium vtrumque deduci: Quo facto, qui comederat, nihil mali passus est, alter illato aspidis morsu, vndique liuidus factus confestim interiit. Dioscorides dicit: in vino potum malum venenis resistit, aluum mouet, oris suauitem commendat, decocto eius colluto, aut succo expresso. Eduntur efficaciſſimè in malacia prægnantibus, vt quæ huiuscemodi fastidium tollant. Caro difficulter concoquitur, crassamque creat pituitam, ob quod in melle editur commodiſſimè. Cortex ciborum concoctionem adiuuat. Aduersus atram bilem & tristitiam quam excitat, est auxilio. Stomachum mediocri vsu benè afficit, immoderato coctionem vitiat. Melle conditus ventrem calefacit, & humorem concretum expurgat, ciborumque coctionem adiuuat. Semen etiam omnibus venenis aduersatur, priuatim morsibus scorpionum, & potu & apposito. Menses ciet, sed abortu partus elidit: succus pestilentiæ contagia arcet, oculisque etiam summè conuenit. Electuarium ex citro: Recipe cort. citri aur. xx. Caryophyll. ligna Aloes, Cinnam: Macis, Galangæ ana drach. ij. Cardamomi, Zingiberis ana drach. j. Moschi vnc. ſ. mellis q. ſ. Fiat electuarium. datur vnc. ß. cor & ventriculum

culum roborat, coctionem iuuat, oris halitum commendat, flatus crassos dissipat.

Citria condita: cortices citriorum tam magnorum, quam vola manus capere potest, carne purgati, lixiuio claro mergantur dies 9. mutato ad diem quintum, post merge aqua clara, donec amaritudine deposita dulcescant: tunc vase mundo, aqua fontis plurima coquentur, donec tenerescant: aquosa deinde substantia ab his expressa in vase lapideo mergãtur 24. horas iulepo sufficienti ex sacharo albo, & aqua tripla constãte: post coquantur igni lento, ad consistentiã. Extracti ex iulepo cortices, vase vitreo reponãtur, superfuso singulis vicissim velut incrustẽdis iulepo rosato ad mediocrẽ, seu sachari candefacti crassitiem cocto. Sunt qui Ambra & Moscho aromatizant. Datur post mensam. Stomachum ac cor confortant, coctionem iuuant: eodem modo etiam cort. aurant. & limon. condiuntur.

Syrupus acetositatis limonum: Recipe acetositatis limonũ maturorum, per filtrum destillatę lib. vi. sacchari albissimi lib. iij. vel iv. coquantur secundum artem. Vehementius infrigidat, & penetrat, quam syrupus acetositatis citri: & valet contra putrefactionem, contra vermes, vehementiam caloris febrilis, & alios crudos Humores.

Potio vulneraria: Recipe Limonii, Betonicæ ana vnc. j. Sanicul æ, pedis leonis ana drach. ſ. vini opt. mens. ij. coquantur in olla vitreata bene obturata, per spatium duarum horarum. Ex hac potione homini sauciato singulis diebus mane & vesperi ad quantitatem vnius cochlearis exhibe bibendum: & loco affecto brassicæ folia, vel aliquod emplastrum vulnerarium impone.

Cõditum pro ventriculo laxo: Recipe cort. citri conditi, sicci vn. ß. N Mosch. condit. drach. j. Nucis communis conditæ vnam, conser. Ros. drach. ij. sacchari rosati ad pondus omnium. F. conditum: dosis cochlear j. mane ac vesperi hora vna ante cibum.

Confectũ citri: Recipe: cort. citri, minutim in frustra longiuscula incisorum q. v. Agitetur optime cum baculo, ab igne remoto: & cum coctum fuerit ad perfectionem, addantur pinearum mundaterum vn. iv. M. & permittantur infrigidari ad formam confectio-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 968 sur 1557

nis ſolidæ. Oleum è granis citri eodem modo fit, quo ex amygdalis dulcibus. Dolori arthritico, & ſuccedenti tumori confert, calculum veſicæ & renum detrudit. In peſtilenti flatu, alexiterium optimum, lumbricos necat potum, antè illitum.

Mala Armeniaca ob odoris gratiam & ſaporis dulcedinem plurimum arrident, & magnatum lautiores menſas tam cruda, quam ſaccharo condita nobilitant: Eorum etiam & in halitu gratioſo, & guſtu iucundo ſuauitas etiam ſaturos ad ſe inuitat & allicit. Quidã ad Perſicorum, alii ad prunorum genera referunt; verũ inter vtraq; media videntur eſſe, efficitq; iuniorum ſedulitas, vt pruna quædam habeamus, quæ nunc pruna bricoccia; quæ ſcilicet in ſapore, forma magnitudine, partim pruna partim abricoccia referunt, nominentur. Ab antiquis a. mala Armeniaca tantum vocabantur, poſtea Galenus præcoccia vocauit; Nunc verò recentiores paucis litteris mutatis abricoccia dicunt.

Leguntur ex arbore magnitudinis moderatæ, pyro videlicet minore & Perſica maiore, duriore, durabiliore. Caudicem emittit craſſiſſimum, ramos multos, non vt Perſica prolixos, ſed breuiores & craſſiores; folia lata & mucronata pyri modo; flores albos, primo vere erumpentes, ante foliorum exortum; fructus rotundos Perſicis ſimiles, colore foris & intus luteo, carne multa, ſucculẽta, palato grata. Abricoccia humida cenſentur ſecundo ordine, frigida primo, vel potius temperata, vt dulcia omnia. Aluum lubricam efficiunt, & citò corrumpuntur in corpore infirmo, maximè ſi immoderata quantitate ingerantur. Eorum autem nullus in medicina celebratur vſus.

Morus; Eius ſunt ſpecies, vna quæ dicitur nigra, hæc nigros fructus, altera alba, hæc albos profert: vtraq; procera eſt, radicib. flauis, caudicibus craſſis, corticibus ſcabris, ac frondibus alni, longis, latis, iuxta margines ſerratis, quibus bombyces veſcuntur. Præſtantiſſimum verò ſericum nent, cum albæ mori foliis aluntur, vt quæ illis ſint gratiora, & materiam ſuppeditent ſericeis filis ducendis largiorem & aptiorem. Fructus mori nigræ, quos mora celſi vulgus pharmacopœorum vocat, ſuaues ſunt, & ſæpe menſis apponuntur, eorumque ſucco & ſyrupus, & Rob conficitur, huius tamen vſus ferè nunc exoleuit.

Qui-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 969 sur 1557

Qui verò in alba moro nascitur fructus, quasi fatuè dulcis est, admodum ingratus, & ad alendum ineptus, ita vt arboris præstantia non tam ex fructu, quam frondibus perquirenda, quibus dicti vermes educati sericeum vellus præstantissimum suggerunt. Porrò domesticarum arborum nouissima morus germinat, vt mense Maio, cum scilicet hyemis plane desiit rigiditas: fructus fert Iulio & Augusto, oblongos, è granis compactos, moris in rubo nascentibus, finitimos, sed longiores, crassiores, maiores, initio virides, per maturitatem purpurascentes, postremò nigricantes, rubente succo prægnantes. Mora immatura refrigerant, & siccant ordine propemodum tertio, & valenter astringunt, atque ad oris & faucium inflammationes conducunt, ait Dioscorides, matura v. humectant ac parum refrigerant: aduersus sitim valent, appetentiam prostratam reuocant, ventriculo non aduersantur: parcissimè autem corpus nutriunt.

Diamoron vsitatum, Nicolai: Recipe succi mororum celsi lib. ß. succi mororum rubri lib. j. mellis opt. despumati lib. j. sapæ vnc. iij. coquantur s. a. contra depascentia oris vlcera, ad dentium affectus, & gingiuarum noxas, atque ad omnia oris vitia.

Diamoron simplex Galeni: Recipe succi mororum domesticorum lib. ß. mellis lib. j. clarificetur primum succus, deinde cum melle coquatur.

Diamoron compositum Galeni: Præter supra dicta adde myrrhę, croci ana vnc. j. ß. omphacii vnc. j. coquatur omphacium cum succo & melle, myrrha v. & crocus sub finem adiiciantur, cum scilicet ab igne remotum fuerit medicamentum.

Diamoron Mesuæ: Recipe succi mororum domesticorum, succi mororum Rubi ana lib. j. ß. mellis, sapæ ana lib. j. coquantur igne lento ad spissitudinem mellis. Reponantur, Phlegmonas oris partium, & columellæ faucium, & eas à quibus impendet suffocationis periculum, sanat.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 970 sur 1557

CAPVT XLVIII.

De variis nucibus, ribes, oliuis, berber. amygdalis, comis & passulis.

NVx iuglans quasi Iouis glans, aut iuuans dicitur: Græcis Κάρυον βασιλικόν, hoc est, Nux Regia: Nux etiam Persica à regione, vnde primum est aduecta. Vulgo simpliciter Nux dicitur, Κάρυον, à capitis grauedine, quam folia ejus afferunt, est dicta. Grauis enim foliorum eius halitus, qui cubantibus sub ea arbore grauedinem capitis, in cerebrum purgans, inducit: Fructus eius itidem iuglans & nux juglans cum arbore appellatur.

Illius truncum fabri lignarii quæritant, corticem infectores, fructum pueri ad lusum & esum, pharmacopœi ad medicum vsum, quem etiam nouit Mithridates, qui ex nucibus antidotum, paucis additis conficiebat suum; vt etiam Galenus, qui ex earundem succo suum parabat Diacaryon, seu Dianucum, addito mellis tanto, quanto ad suauitatem opus esse videbatur: quo medicamento ipse sanauit hortulanum ab vua, tonsillis ac glandibus ferè suffocatum. vt testatum reliquit lib. 6. compos. med. local. Est v. Nux arbor prægrandis, foliis neruosis, fraxini modo cohærentibus, & facie similibus, sed maioribus. In agris, secus vias pingui ac restibili solo læte proficit, atque etiam in hortis, sed quia sua vicinia & halitu segetes & stirpes proximas male afficit & quasi inficit, secus agrorum semitas plantatur. Circa solstitium æstiuum Nuces virides & adhuc tenellæ à cortice externo purgantur, & tamdiu in aqua subinde mutata infunduntur, vt amaritudinem deponant. Dein coquuntur vt mollescant, postea cinnamomo, aut Garyophyllis configuntur, & saccharo coquuntur & seruantur ad ventriculum imbecillum roborandum & coctionem iuuandam. Nuces recentes, calidæ sunt primo ordine, siccæ v. secundo: Aridæ verò calidiores. Earum vsus omnibus non est salutaris, ventriculum n. grauant, difficulter concoquuntur, bilem in ventriculo augent, tussim & vomit[9] excitant. Plinius libr. 23. cap. 8. scribit: In sanctuariis Mithridatis Maximi

Maximi Regis deuicti, Cn. Pompeius inuenit in peculiari commẽtario ipſius manuſcriptam compoſitionem antidoti. Duabus nucibus ſiccis, item ficis totidem, & rutæ fol. 20. ſimul tritis, addito ſalis grano: & qui hoc ieiunus ſumat, nullum venenum nociturum illo die. Commanducatus nucleus rabidi canis morſibus illitus, omnia vulneris ſymptomata & mala arcet, ieiuno prius ſtomacho nucib. iiſdem ſumptis. Cortex Nucum iuglandium piperis vicem in cibis inuenit. Nucleus cũ melle & Ruta inflammationes pectoris eiuſq; dolorem ſedat: luxatis pari modo prodeſt. Idem poteſt liquor ſtillatitius ex nucibus immaturis circa Cal. Iulias vſtus. Cum cepis, ſale & melle nuces tuſæ, morſibus hominum, ſimiarum & canum auxiliantur. Sugillata eadem ratione tollũtur, corticis nucum cinis vmbilico impoſitus, tormina ſedare fertur. Idẽ cinis cum oleo capiti illitus, capillos gignit. Vſti nuclei cum vino illiti, carbunculos ſanãt. Ex his tuſis atq; expreſſis fit oleum, quod neruos roborat, calefacit, digerit, reſoluit & flatus diſſoluit: vtiliter vtitur in cliſmis ad dolorẽ colicum, à flatu & frigidis humorib. natum præſcriptis admiſcetur. Antidotus ex eis cum Ruta, vino & aliis valde familiaris eſt apud patres familias. Rob Nucum: R. ſucci cort. viridium iuglandium li. iv. mellis opt. lib. ij. coquantur ſecundum artem, ad capitis deſtillationes ac inflammationes cõfert. ¶ Elect. de nucibus: Recipe nuc. cõmun. xv. caricas pingues xv. Rad. Ariſt. vtriuſq; ana vn. j. ſ. Torm. dictanni albi, Pimpinellæ ana drach. ij. ſ. Abſinthii, Rutæ, Scabioſæ, Aſari ana Mj. Baccarũ lauri drach. ij ß. cort. citr. galangæ, macis ana drach j. Flor. Borrag. drach. ij. oſſis de corde cerui, Boli Armeni, myrrhæ ana drach. j. mellis deſpumati lib. iij. M. Fiat q; electuarium, de quo detur manè inſtar lupini. p̃ſeruat à peſte. ¶ Nux auellana, corylus: fructus Græcis κάρια ποντικά, h.e. Nuces ponticæ, quod è Ponto venerunt. Item ἁπλοκάρυα, h,e. Nuces paruæ: Latinis Nuces auellanæ, primũ auelliniæ. Item Prænestinæ, Heracleoticæ. Duo ſunt eius genera, quæ ſponte vbiq; naſcitur. & in nemoribus etiam frequens: ſatiua, quæ fructum fert oblongiorem, & totum ceu barbato putamine tectum, & veſtitum, cuius nucleus ruffa membrana cingitur. Corylus radice eſt tenui, altiſſima, viuaci & robuſta, caudice multis infernè ſtolonib. fruticante, ſupernè ramis brachiato, virgis breuibus, ſine alarum ſinu enodibus, craſſiſque nonnullis, foliis alni, ſed latiori-

latioribus per ambitum ſerratis, materie admodum lenta, cortice ſummo, tenui, pingui, maculis albis vario: medulla tenui & flaua quę demi poſſit. Florere hanc aliqui negant: ſed vice floris quoſdā in eo peculiares Iulos erūpere. Siquidem fructu iā caduco, callus vuæ modo, magnitudine vermis grandiuſculi, pinguis emergit, ſingulari pediculo, quem vocant Iulum. Dehiſcit ineunte vere, ac defluit cum folia proſiliunt, callo ſquammatim compactili propendente, tum calyculacea tegumenta totidem, quot Iuli ſupra pediculum exeunt, eorumq; ſingulis nuces ſingulę inſunt. Aiunt ruſtici ſerpentem, quæ coryli caudicę vel ſurculo fuerit icta, obtorpeſcere & tandem emori.

Calidæ ac humidæ ſunt Nuces auellanæ: ſtomacho & inteſtinis gracilibus minus ſunt ſalubres, vnde Macer: Ex minimis nucibus nulli datur eſca ſalubris. Dyſſenteriam, ſi non ſatis maturæ fuerint, facile gignunt, præſertim quibus rubrum eſt tegumentum. Aridæ maturæ auellanæ nuces tuſæ, & cum vino potæ diuturnæ tuſſi medentur. Toſtæ nuces cum modico piperis ſumptæ, deſtillationes ex capite ad pectus, è quibus tuſſis oritur, prohibent. In cineres vſtæ nuces, & cum adipe vrſino illitæ, alopecias ſanare traduntur. Suſpēſas auellanas nuces ſcorpiones ex eo oleo arcere Plutarchus refert, vnde ſcorpionum morſibus eaſdem mederi aiunt.

Confectū etiam fit ex auellanis, prout cū amygdalis: Antequam autem conficiantur auellanæ, benè in vaſe æneo penſili, hinc inde agitari debent, & calefieri quoad ſubtilis cortex eis adhærens, remoueatur.

De Nucibus Pineis: Pinus, Picea, Abies, Cedrus & Larix arbores ſunt præcelſæ, coniferæ, reſinifluæ, & inter ſe vultu non multum diſſimiles: Earum tamen aliæ exoticæ ſunt, nec facilè in ſolo noſtro & cœlo cicurantur, vt Cedrus Paleſtina ac Libania: Aliæ noſtrates quidem ſunt, ſed ſylueſtres perpetuo, nec niſi ad ſpectaculum in hortis habentur, nec cultu delectantur, vt Abies, Picea, agreſtes Pini. Vera a. Pinus magis vrbana eſt, ac manſueta, quæ vbi craſſo caudice aſcenderit, circumquaq; ramos edit multos, foliis tenuibus & longis, in extremo aculeatis veſtitos & comoſos. Fructus coni dicuntur, vulgo poma pini, & multis velut ſquamis, cynaræ ritu, craſſis, duris, lignoſis, capitatis compacti; in quorum ſinibus, ac veluti tori;

toris includũtur nuclei, oblongi, rotundi, tenui mẽbrana nigricãte inuoluti, dulces, q modò pini nuces, modò ſtrobili, modò Coccali & ſæpius Pinei nominantur. Nucleus hic tẽperatus, ad calorem tñ magis accedẽs, vnde reb. venereis inſeruire creditur: ſemen n. & lac auget, multum alit, exaſperata lenit, tuſſi veteri prodeſt, nec non phthiſicis & tuſſientibus. Præter pinum verã aliæ ſunt multæ ſylueſtres, vt Picea, tres marittimæ, & aliæ quædam, quæ inter rupes & loca præruptaac montoſa ſponte naſcuntur. Omnes autem quemadmodum & abies & larix, quæ illis affines ſunt, lacrymoſæ cernuntur, & ſponte vel illato vulnere ſuccos effundunt, aut liquidiores, aut ſpiſſiores, albiores vel nigriores, &c.

Loch de pino: Recipe Nucleor. mundat. vnc. xxx. Amygdal. auellan. aſſatar. Tragacanthi Gummi Arabici, ſucci Glycirrh. Amyli, capill. Ven. Ireos ana vnc. ß. carnis dactyl. drach. xxxv. Amygd. amar. vnc. iij. Mellis paſſular. Butyri recentis, Sacch. opt. ana vnc. iv. Mellis opt lib. iij. vn. ij. Fiat Loch, quod annum ſeruatur, ſumatur velut lambendo vn. j. Loch Antipatri. R. Nucleor. pinear. mundato. drac. xij. ſem. lini aſſi drac. ix. Tragacanthi, Ireos, ana drac. xij. Carnis dactyl. dra. xiix. Amygdal. dul. dra. xvi. Diſſoluatur Tragacantha in aqua violarum & reliquis contuſis, cum melle q. ſ. Fiat Loch ſ. a.

Tragea nobilis pro ſtomacho, capite, pectore & hepate: Recipe ſpec. Aromat. roſat. Diagemmæ ana drac. j. Diarrhod. Abba. Diapenidii ana ſcrup. ij. Diambræ drac. ß. Amygdal. dul. mundat. inciſ. ana vn j. ß. Fiat cum Saccharo & aqua Roſ. confectio in Morſulis.

Elect. pro iis quibus ſemen eſt acre: Recipe Pinear. conditar. cum Sacch. vn. ij. Rad. Paſtinacę Agreſtis vn. j. Caulium, lactucę, carnium Cucurbitæ conditæ cum Saccharo ana vn. j. ß. carnis teſtudinis coctę cum Oryza vn. iij. Cum ſyrupo conſeruat. Satyrionis F. Electuarium. ¶ Tabulæ confortantes ventriculum. Recipe Pinearum Elect. & ſubtiliter inciſarum drac. ij. Spec. Imperalium vn. ß. Spec. Aromat. Roſ. drach. j. ß. Sacchari in aqua roſ. diſſoluti vnc. xiii. Olei Cinnamomi g. iij. Moſchi g. ij. F. confectio in Morſulis, ſ. a. Oleum è nucleis Pineis fit per deſcenſum, vt oleum è baccis Hederæ deſtillatur. Valet ad erugandam mulierum cutem.

Electuarium Regium: Recipe Pinearum mundat. vn. iix. Amyg. mundat. vnc. vi Cinnamomi vnc. ix. Caryophyl. Santali citr. ana

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 974 sur 1557

drach iij. Ligni aloes vn ß. Ambræ drac. j. Moſchi ſcrup. ß. Sacch. albi lib. iv. Aquæ Roſ. lib. j. ß. F. Electuarium. Cerebrum, cor, Thoracem & ventriculum roborat.

Aliud Elect. Regium: Recipe Pinearum mundat. vn. vj. Amygd. dulc. Expurg. vn. iv. Aquæ Roſ. lib. j ß Roſ. Rub. vnc. j. ß. Santali Citrini drach. iij. ß. Sacchari lib. iv. Ambræ drach. j Moſchi ſcrup. ß. fiat Electuarium.

Diapenidion: Recipe Penidiarum vn. ij. drac. ß. Pinearũ, Amygd. mundat. ſem. papau. albi ana drac. iij. ſcrup. j. Cimamoni, Caryopyll. Zingib. ſucci Glycyrrhi. Tragacanthæ, Gummi Arabici, Amyli candidiſſ. ſem. Enucleati cucurbit. citrulli, cucum. Melonis ana drac j. ß. Caphuræ gra. vij Syrupi violati lib. j ß. vel q. ſ. Fiat Elect. in vaſe fictili vitreato, conſeruandũ per annum. Aduerſus oẽm thoracis noxã, tuſſim à frigore contractam, & vocis iacturam valet: tabidis deniq; & purulenta excreantibus ſuccurrit. ¶ De nucibus cupreſſi. Cupreſſus ſempiterna frõde viret, caudice procero, tereti, craſſo, ſurrecto; ſummitate faſtigiata, atq; in orbem coacta; folio pini, ſed carnoſiore, breuiore, obtuſiore, amaro; Ramis compluribus, folioſis, in anguſtum cohibitis, odore grauibus, tactu aſperis, neutiquam pungẽtibus, Pro fructu conos, ſeu nuces effigiem coni referentes exhibet, quibus fatiſcentibus, & vetuſtate, vel calore dehiſcentibus, ſemen paruum intus concluſum, vel ſponte, vel leui attactu delabitur. Materia ligni ſolida, flaueſcens, ſantali æmula, odorata, ad ſuppellectilium lignorum fabricam maxime idonea. Huius arboris duæ traduntur differẽtiæ, vna mas dicitur, altera fœmina: vtraq; comæ perpetuę ac ſemper virentis. Illa fœcunda eſt, terq; in ano galbulos, ſeu nuces promit, Ianuario, Maio, Septembri, vultuq; veluti moroſa eſt fructibus tota, odore grauis, nec vmbra delectabilis. Altera quæ fœmina dicitur, ſterilis eſt, nec galbulos nec ſemen proferens, & ramos in latum magis diffundit: cætera mari vix diſſimilia: Nam idem vtriuſq; color, odor, ſapor, virtus & vult⁹. Solet cupreſſus hyemem ſalua perferre; Lutetiæ tamẽ euaſit nulla per rigiditatẽ hyemis anni 1608. In Creta Inſula, referente Theophraſto lætè & ſponte etiam ſine ſemine prouenit, vt etiam in Idæis montibus leuciſq; vocatis, in quorũ ſummis iugis, quibus nix nũquam deeſt, cupreſſum comperiri affirmant, quamuis alibi nõ naſcatur, niſi teporem inuenerit.

E cupreſ-

E cupresso Resina quædam larignæ consistentia similis exudat, acerrima sapore, cuius rarissimus est vsus. Tota cupressus vim habet calefacientem, exsiccantem & astringentem, sed eius maximè folia, germina, nuces & semina vsurpantur. Conferunt laxis partibus roborandis, dysentericis & cœliacis affectibus cohibendis, & humoribus sistendis. ¶ Oleum è nucibus cupressi: Nuces primùm in pulueremrediguntur: deinde ex aqua Betonicæ, vel aqua vitis destillantur: Postea oleum, quod inde manauit, in B.M. corrigitur, & ab aqua separatur. Hoc ceruici, vel capitis vertici inungitur ad catharros retinendos, quos spinam versus singulari quadam vi retrahit, quare etiam anteriùs oculis applicari non debet, vt quod illos attrahendis humoribus offendat.

Ribes, Ribesium fruticosa stirps est, multis planè spinis horrida, multos ramos parùm surrectos, sed tortuosos & inflexos emittens, ac frondes vitis æmulas, sed minores & fructus vuę modo cõgestos, paruulos, rotũdos, rubéres, sapore acidos: grossula, siue grossella rubra vulgus nominat, Mauritani Riben, quib. officinæ suũ Ribes fecerũt. Huius fruticis duę tm̃ à rei botanicę scriptorib. traduntur differentiæ, alter fructu rubro, propter virium præstantiam commendatus, alter nigro, qui vix in vsum medicum recipitur, sed topiariũ; induit n. eleganter Hortorum areas. Tertius reperitur fructũ qui profert album & gratum. Recentiorum nonnulli Ribesium nominant Crespinum, & vuæ Crispæ alteram esse speciem contendunt; sicq; illius fructus grossula rubra, huius alba nuncupant: Effigie tamen, colore, sapore, magnitudine non parum inter se distinguuntur; in sequentibus audies de illa. Ribes refrigerat, siccat, moderatè stringit, & roborat; febrium æstus extinguit, bilem reprimit, feruidum sanguinem contemperat, sitim temperat, putredinem arcet, febribus malignis confert, ventriculi subuersioni & dysentericis affectibus à causa calida natis. Eius succo syrupus paratur ad hæc omnia efficacissimus ac vtilissimus.

Rob de Ribes simplex: Recipe succi Ribes lib. IIX. coquantur per se ad spissitudinem mellis.

Rob de Ribes compositũ: Recipe succi Ribes lib. IV. Sacchari optimi lib. ij. coquantur secundum artem. Ventriculum firmat, vomitum bilioſum reprimit, sitim restinguit, aliasq; excretiones bilioſas sistit.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 976 sur 1557

Oliuæ dicuntur fructus ab olea vel oliua Græcis ἐλαία, Germanis: Oliuenbaum: cuius duo dicũtur genera ſatiua ac ſylueſtris: ſatiuæ columella 10. enumerat genera, Pauſia, Algiana, Liciniana, Sergia, Neuia, Culminia, Orchis, Regia, Circites, Murtea. Bacca iucũdiſſima eſt pauſiæ, ſpecioſiſſima Regiæ: Feruido ſqualidoq; ſtatu cœli gaudet. Arida loca depreſſaq;, ſed longè magis mediocres cliuos amat. In illis n. excellens ſolis ardor ventorum proflatu refrigeratur: quare optimum exhibent oleũ. Saligneis ferè viret frõdibus, anguſtis, quæ tam breui innituntur pediculo, vt quaſi defixæ cohæreant, floribus puſillis quidem, ſed foliatis fructum ambientibus, qui cadiui, ſi perforati ſpectentur, probæ floſculorum iacturę prębent augurium, baccis maturitate nigricantibus, quę carnis callo & nucleo (quem antiqui ſanſam vocant) interiacente conſtant. Radice vnica, paruaque & velut lacinia ex medio tendente firmatur. Cæteris grandioribus, & cancrorum ſimilitudine contortis, aliis craſſioribus, aliis obliquis, & inæqualibus, ſummo ceſpite cohærentibus, nodoſis, villoſis. Medulla huic tam incerta, vt non in medio ligno haberi, ſed per totum lignũ ſpargi videatur. Ideo quidam omnino medulla carere crediderunt. Folia olearum vehementer adſtringũt purgant, ac ſiſtũt; maturæ oliuæ mediocriter calefaciunt, ventriculo, oculis ac veſicæ ſunt noxiæ: Imaturæ magis ſunt frigidæ, ſtipticæ & ſiccæ, gulæ magis quam medicinæ dicatæ: ventrem roborant, aluum ſiſtunt, &c. Pulmoni verò noxiæ. Conditæ oliuæ colymbades dictæ frigidæ ſunt ac ſiccæ, quæ ſi cum garo ante cibum ſumantur, aluum proritant. Oleum mediocriter eſt calidum, & magis humefaciens: Ex oliuis v. crudis expreſſum Omotribes dictum, magis adſtringit, & magis frigefacit: Elutum v. minus mordicat: Quo vetuſtius eò calidius: fæx olei calida ac ſicca, vtiliſq; inflationib. & ventoſitatibus ſplenis. Trita folia, igni ſacro, vlceribus ſerpentibus & epinyctidi adhibentur, Carbũculos, nomas, Paronychia cohibent. panos collectioneſque cum melle diſcutiunt: cruſtas reſoluunt ex melle impoſita: commanducata oris vlceribus medentur: idem facit ſuccus & decoctum: Excipitur ſuccus affuſo vino vel aqua, ſicatuſque in paſtillos cogitur: ſed longè diuturnior eſt, qui cum vino quam qui cum aqua, &c.

Oleaſter Græcis κότινος, vel ἀγριελαία, h.e. ſylueſtris olea, naſcitur

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 977 sur 1557

ex ſatiuæ nucleo, ſatiua fœcundior: vita ei longior quam Oleæ: ſatiuæ non multum eſt diſſimilis, de hoc apud authores. Oleum oliuarum verum ex maturis oliuis exprimitur. Huc humectat & mediocriter calefacit. ¶ Datur in clyſteribus ab vnciis tribus ad plures. In vnguentis pro drac. ij. Ceræ vn. j. olei ponitur. In ceratis pro vnc. ij. ceræ vnc. ß. olei. In emplaſtris verò ferè æqualis menſura olei & ceræ. ¶ Berberis horridus eſt ſpinis frutex, ſepimentis idoneus, ſurrectus, virgis præduris, quinq; aut ſex cubitorum, quæ aliquãdo arboreſcunt. Earũq; cortex læuis eſt, ac ſubalbicans, vt radicum flaveſcẽs, ligni materies lutea: folia numeroſa sũt, rigida, acuta, oblonga, dura, diluta virentia, ambitu crenata, & nonnihil aſpera: floſculi ex pediculis oblongis cohærent lutei, muſcoſi & emicantes: fructꝰ parui, oblongi, rubri, racematim cohærentes. Vocatur hæc planta vt etiam fructus ſpina acida, ſiue oxyacantha. In officinis Berberis, nomine deducto ab Amyrberis Auicennæ; vt ſentit Dodoneus, qui hunc fructum oxyacantham vocat, non ocyacanthum, qui ſpinę acutæ, ſeu Burgeſpinæ, aut albæ Spinæ fructus eſt, rubeus, dulcis & rotundus. Vulgus Senellam vocat, vt Berberim, Spiniuinetam. Refrigerat & ſiccat moderatè, validius aſtringit, fluores ſanguinis, & aliorum humorum cohibet, calorem viſcerum mitigat, vomitum ſedat, & viſcera recreat. ¶ Rob de Berberis ſimplex: Recipe ſucci Berberis lib. ix. coquantur per ſe vſq; ad mellis ſpiſſitudinem. ¶ Rob de Berberis compoſitum: Recipe ſucci Berberis lib. iv. Sacchari optimi ℔. ij. Coquantur ſecundum artem. Vinum exinde confectũ omnibus ex calore ortis alui fluxibus, vt tempore dyſenteriæ, prodeſt, ac ſedat ſitim. ¶ Succus abundãtes menſes reprimit, ventriculũ & iecur confortat: cum Saccharo & melle conditæ idem faciunt: deſtillatur etiam ex iiſdem liquor ad eoſdem affectus, menſe præſertim Maio ſiue Autumno. Maturi fructus arefacti etiam aſſeruantur, & in aqua mollefacti ad vſum poſtea ſumuntur. Maturi fructus tuſi ac illiti, calidã apoſtemata mitigant, & ad maturitatem perducunt: Radix tuſa & illita, omnis generis tela, ſentes, aculeos & corpori infixa extrahere dicitur. ¶ Corna: fructus ſunt oblongi phaſeolorum magnitudine, non tamen plani, ſed rotundi, rubelli, nucleo intus oſſeo, albido, duro prægnantes, ſapore auſtero, cum quadam aciditate, colliguntur ex arbore non multum procera, ſcabro veſtita

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 978 sur 1557

stita cortice, foliis læuibus, latis, mucronatis, venenosis, Euonymo similibus. Prima fermè omnium floret, fructus æstate virides gerit, Autumno cornos rubentes dat, montes & valles diligit, & sæpe citra culturam nascitur. Habetur tamen in hortis multis, vt sint promptius ad manum fructus pro facienda medicina. Theophrasto in marem & fœminam diuiditur. Cornus mas arbor est 12. sæpe cubitorum, cortice neruoso, tenui, caudice haud ita crasso, neque semper recto, atq; etiam nodoso, sed ita solido, vt cornibus spissitate non absimilis respondeat, folio amygdalæ, sed crassiori pinguiorique: flore & fructu oleæ, dulci, grato odoratu, pluribus cornis singulari pediculo dependentibus. Fœmina Theophrasto θηλυκρανία dicitur, Latinè fœminicornus, caudice fungoso, & inutili, virgulis instar amerinæ fruticat, autumnalibus baccis per quam acerbis, & cunctis animantibus gustu intactis. Radices vtrisq; firmæ & emori contumaces, nulliq; perniciei opportunæ Fructum fert cornus circa solstitia, primùm candidum, postea sanguineum, succo intus cruento. Summa ligno est durities: ad Radios rotarum, ob exilitatem potissimum expetitur: cuneorum & clauorum ferreorum vicem præbet. Corno tam in foliis quam in fructu adstringēdi est facultas. Exiccat & constipat. Fructus corni ad omnes alui fluxus sunt efficaces, vehementer enim, pari cum Mespilis syluestribus prunis natura, constipant. Condiuntur etiam fructus hi sicut oliua: In Saccharo & melle ad dysenteriam nonnulli condiunt. Folia aut fastigia ramorum in vino cocta, aut per se imposita, manantia vulnera & vitia exsiccant sanantq;. Sudor virgarum lamina candente exceptus ferruginem contrahit, quæ illita incipientes lichenas sanat.

Rob de cornis: Recipe succi pulpæ cornorum lib. ij. Sacchari lib. j. coquantur secundum artem. Adstringit: vnde in fluxionibus ventris, dysenteria & cœliaca confert.

Amygdalus Græcis dicta est, Herodiano teste, quòd post viride putamen, multos scarificatus ostendat, & in rimulas dehiscat, quas amychas vocant, fructus eius Amygdalū vel Amygdala dicitur. Nucem Græcam Cato vocat, & arborem & fructum eius. Thasias alij nuces appellari volunt. Duplicis est differentiæ: alia enim dulces fert Amygdalas, alia amaras. Radice firmatur singulari, prægrandi, alte.

di,alteque defixa, caudice procero, ſummatim compluribus ramis brachiato, folijs ſalignea ſpecie, prælongis: flore foliato, candido, quanquam & Amygdalorum quarundam foliatus exeat. Arbos ſucco pingui turget, lachrymamque rimoſa plorat, quæ ſtatim concreſcit in gummi. Verum ne ad vlla quidem, vtpote inutilis expetitur.

Huius nuces gemino protectæ operimento, puluinati, primum calycis, mox lignei putaminis, cui ſolidus ſubeſt nucleus, acriore etiamnum obductus callo. Cœlo gaudet calidiore, quapropter in inſulis vberior adoleſcit. Pangitur auulſo ramulo, viuiradice & ſeminio.

Nuces quæ ſeri debent, pridie liquido fimo macerantur: alij aqua mulſa madefaciunt, in eaque noctem ſolam eſſe patiuntur, ne germen extinguat mellis mordacitas. Cacumina in terram rectè figuntur, ſic vt lignoſior pars ſurſum ſpectet. Surculos autem qui vel arbori vel tertæ credantur, è media arbore legendos præcipiunt.

Ab autumno ad brumam, Græcorum opinione, faciliùs ſeritur: Verno ſatu difficilius comprehendit, quod arbos ea præcoci partu germinet. Si parum ferax Amygdalus fuerit, forata arbore lapidem adigito, & ita librum inoleſcere ſinito. Temperamentum Amygdalis eſt calidum: magis tamen amaris, ob oleoſam friatu naturam. Diocles ea tradit alere, ventrem bene habere.

Recentia tamen minus aridis ſunt noxia, macerataque multo minus ijs, quæ nullum experta ſunt humorem. Torrida quoque nimis crudis officiunt. Diphilus tradit, extenuare vrinas & aluum ciere, paucum ſuppeditare nutrimentum. Gummi quod ex arbore ſtillat, ſpiſſandi vim obtinet. Oleum Amygdalinum modicè & temperate eſt calidum, vim diſcutiendi & aperiendi habet. Vnde ad iecoris ſepimenta, pectoris & pulmonis vitia eſt vtile. Quod verò de Amygdalis amaris exprimitur, magis aperit, Lotiumque & menſes ducit, calculum renum, & veſicæ, frangit. Amygdalarum iuſculum aut decoctum, in quo Chalybs fuerit extinctus, laxans aluum cohibet. Amygdalæ amaræ purulentum pectus mirè purgant, ſanguinem excreantibus proſunt. In cibis ſumptæ pectus,

pectus, pulmonem, iecur, lienem, renes & veſicam aperiunt. Proſunt itaque tuſſientibus, difficulter ſpirantibus, pulmoni, iecori, lieni.

Ad bellaria quoq; ex amygdalis & Amylo, placentæ, quas *Marcipan* Pharmacopolæ vocãt, conficiuntur. Humido ventriculo, inteſtinorum paſſionibus & calculo cibus Amygdalarum eſt vtilis. Succus eſt amaris Amygdalis iſchiadicis prodeſt. Gummi arboris ſanguinem excreãtibus datur. Sex aut ſeptem nucleos manè ieiuno ſtomacho ſumptos, temulentiam eius diei auertere ferunt. Vulpes Amygdalarum eſu mori tradit antiquitas: quod in fele in Italia obſeruatũ eſſe, q̃ amaris amygdalis ſumptis miſerè ſit mortua, Vergil. Marcellus annotat. Tuſæ Amygdalæ cum oleo roſaceo, temporib. illitæ, capitis ſedant dolorem. Maculis item & puſtulis faciei illinũtur. Cum vino temperatæ epinyctidas & manantia capitis vlcera ſanant. Cum melle morſui canis medentur. Gummi arboris cum aceto papulas, ſerpiginem, & id genus cutis vitia curat. Radix Amygdalarum amararum in vino cocta & illita, maculas faciei extergit. Lixiuium ex cinere ligni & corticis Amygdalarum apparatum corrodendi facultate maxima eſt præditum. In medicina præterea earum talis eſt vſus.

Loch de Amygdalis: Recipe Amygdal. dulcium, Amygdal. amararum, ſem. Lini torrefacti, Pinearum, Aniſi, Tragacanthi, Gummi Arabici, Glycyrhizæ ana drachm. j. ß. Sacchari, penidiarum ana drachmas iij. Mellis, ſucci Feniculi ana q. ſ. coque, valet ad intemperiem ſiccam pulmonis & thoracis, & tuſſim inde ſiccam.

Loch abſtergens & concoquens: Recipe Amygdal. dulc. vnc. j. ß. Pinearum infuſarum in aqua decoctionis hordei & Glycyrrhizæ vn. ß. Enulæ campanæ ſiccæ drac. j. cum ſyrupo de Glycyrrhiza. fiat Loch.

Saponea: Recipe Amygdal. dulc. vnc. ij. Amyli puriſſimi & noui vnc. ß. Sacchari albi clari lib. j. Ex hoc Saccharo 9. vnciæ ſumantur cum contuſis Amygdalis, quæ ſimul mixta per denſum ſetaceum percolentur, & ad ignem ſuſpendantur: eumque Spiſſari Amylum cœperit, tum reliquæ tres Sacchari vnciæ ad prædictam compoſitionem addantur, & ad perfectam coctura redigan-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 981 sur 1557

redigantur: ad quam cum peruenerit, in bolos, quos morſellos vocant, fingatur.

Minori porro coctura linctus formam induit. Prodeſt ad pectoris vitia, tenues deſtillationes à capite ad ſubiectas partes emanantes incraſſat, tuſſim ſedat, pectus roborat ac mundat.

Confectum Amygdal. dulcium: Amygdalæ bene cum pane aſpero fricantur, atque in vaſe æneo penſili, ſuper carbones, hinc inde agitatæ, ſiccantur & ab omni immundita mundantur: demum ſacharum fortis coctionis cochleari ferreo perforato ſuper eas infunditur, vas huc & illuc ducendo inceſſanter: & tantiſper hoc fiat, dum bene tegantur: & quanto magis agitatio vaſis continuatur, tanto ſolidiores redduntur. Sunt qui cum cortice confiunt Amygdalas: Et hoc modo confectæ, longiore tempore durant, nec ranceſcunt. Sunt qui à ſuperiori cortice mundant. Quidam illas diuidunt in partes duas, & criſpas faciunt.

Puluis impinguans: Recipe Amygdal. dul. Vnc. 5. Farinæ cicerum in lacte infuſ. & ſicc. Vnc. 6. Orizæ lotæ Vnc. 2. Tritici excort. lacte infuſ. Hordei excort. lacte infuſ. ana Vnc. 3. papaueris albi, panis biſcocti ana Vnc. 4. ſachari albi lib. 1. Tere. da ſorbendas in die mane Vnc. 3. coctas cum lacte aut aqua cicerum.

Loch de Eruo: Recipe Amygd. amar. Vnc. ſ. Farinæ orobi, Hyſſopi ana Vnc. 1. Indis drach. 2. Nucleor: mundat. Vnc. 1. Mellis q. ſ. Fiat loch. ſeruatur annum.

Panis ad Tabem: Recipe Amygdal. dulcium excorticatarum Vnc. 2. Pinearum, Piſtaciorum non rancidorum ana Vnc. 1. Pulpæ dactylorum, paſſularũ, iuiubarum ana Vnc. 1. ſ. Gummi tragacãthi & Arabici ana drac. 1. Amyli Vnc. 2. Pulpæ capi Elixi Vnc. 4. fructus macerati aqua roſacea, cum reliquis tundantur & ſacharo paulatim aſperſo fiat maſſa, indeque cuiuſque figuræ panes ſenſim ſiccandi, ac auro obducantur.

Panis Marſicus: Recipe Amygdal. dul. mundatarum, & ſubtiliter contuſarum lib. ſ. ſachari optimi puluerizati lib. ſ. vel 1. Aquæ Roſarum q. ſ. Formetur marzapanis, pane Azymo ſubſtrato. Coquatur in clibano, vel vaſe cupreo, ad id apto.

Paſta nutriens cor ſiccum alterans & roborans: Recipe Car-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 982 sur 1557

nis testudinum nemoralium lotæ & elixatæ in decocto Hordei lib. s. Farinæ Hordei Vnc. 3. Amygdal. dulc. pineorum ana drach. 1. sem. Melonum, Cucurbit. recent. ana Vnc. s. semina incisa macerentur decocto testudinis & adde farinam, reliqua misce & adiice sachari albissimi Vnc. IV. tepide pasta coquatur. F. bolus.

Oleum Amygdalarum amararum: Recipe Amygdal. amararum, siccarum non tamen rancidarum: contundantur minutissime: postea in sartagine aliquantulum torrefacias, affuso aquæ rosaceæ modico: postea prælo exprime. Aperit oppilationes, & discutit ventositates ac vapores: Sed potissimum medetur surditati, sibilo & dolori aurium: lenit duritiem neruorum, & debet maculas faciei.

Oleum Amygdalarum dulcium: Recipe Amygdal. dul. siccarum non tamen rancidarum, quantum voles. contundantur minutissime: postea in sartagine aliquantulum torrefacias affuso aquæ Rosaceæ modico, postea prælo exprime. Lenit asperitates pectoris, gutturis & pulmonis, duritiem & siccitatem iuncturarum: Est suauein cibis, & confert hecticis & phthisicis: impinguat, auget sperma, sedat tussim, & ardorem Vrinæ, vesicæ & vuluæ excoriatæ, cum fistula iniectum.

Lac Amygdalarum dulcium: Recipe Amygdal. dulc. lib. s. Mundentur à corticibus, contundantur in mortario lapideo optime: Deinde diluantur cum æquæ Hordei Mensura 1. & per paruũ linteum Mundũ exprimantur, reficit, somnũq; inducit. vel: Recipe Hordei mundati cocti dũ crepet Vnc. 3. Amygdal. infusorũ in aquæ ros. Vnc. 2. sem. Melonum & Papav. albi ana drach. 1. F. Emulsia in aq. Hordi ad semilibrã: cui adde Iulepi Rosati Vnc. 1. M. bibat in Introitu lecti in febribus ad somnum conciliandum, refrigerandum, ardorem Renum & Vrinæ acrimoniam temperandam.

Emulsio ad Renum & vesicæ affectus: R. sem. melonum, Cucur. Citrulli, Cucum. recent. & mundat. ana Vnc. s. Amygdal. dul. Mundat. Vnc. 1. contundantur in mortario lapideo ex aqua fontana prius cocta, deinde colantur ad librã, quæ vitreo vase condatur.

Passulæ: Antequam de passulis locutio nostra fiat, primo pauca præmittenda censemus de viti Vinifera quæ græcis ἄμπελος οἰνοφόρος.

φόρῳ. Eius genera sunt plurima à natalibus, sicut & plurima vini vri supra dictũ, genera. Melior locis calidis & orientalib. q̃ frigidis & occidẽtalibus. Floret solstitio æstiuo, vua maturas fert autumno. Forma nemini nõ est nota, adeoq; superuacua eius descriptio. Hic inter se distinguenda sunt 1. palmes, deinde gemmæ oculi vitis. 3. Pampinus, folium vitis, 4. Capreoli, 5. Rauinus, 6. Scopium vel Botrychum. 7. Staphyle seu Vua. 8. Hymen seu membrana quæ est pellicula cuticulaue, in qua succus vinosus cõtinetur. 9. Caro, 10. Succus ipse in Vua 11. Acinus, γίγαρτον seu Nucleus & 12. Ipes, seu Vermes vites erodentes &c. Vuæ maturæ sunt calidæ & Humidæ in primo gradu, immaturæ vero sunt acerbæ, frigidæ & siccæ. Vua recens quæuis aluum turbat & stomachum inflat. Minus horum particeps, quæ aliquando decepta pependit, quod in ea copia humoris inaruerit. Stomacho accommodata est, appetentiamque cibi excitat, & imbecilli conuenit. Quæ autem in vinaceis, aut vinario vase seruatæ sunt, ori & stomacho sunt gratæ, aluum sistunt. Vesicam tamen & caput tentant. Sanguinem excreantibus prosunt: similes iis sunt, quæ in mustum sunt coniectæ.

Quæ vero sapa aut musto sunt conditæ, stomachum magis infestant. Reponuntur, & cœlesti cum aqua prius passæ factæ, minusque vinosæ sunt: siticulosis, ardentibus, & longis febribus vtiles. Vinaceorum decoctum dysentericis, cœliacis, & fluxui muliebri confert infusum. Ad insessiones quoq; & clysteres assumitur. Nuclei acinorum adstringũt, stomacho grati: Vua autem alba passa magis extenuat. Caro illarum comesta, tussi, arteriæ, Renibus & Vesicæ confert. In dysenteria per se cum nucleis editur.

Admixta milii & hordei farina, & ouo, ac cum melle frixa, & per se quoque sumpta, atque cum pipere commanducata, ad capitis pituitam purgandam valet. Caro Vuis laxa est & flaccida, quæ non facile cencoquitur, sed malum gignit & crudum Humorem, qui non facile in sanguinem transmutetur. Nucleorum natura sicca & quodammodo adstringens est: petranseunt igitur omnia intestina non alterati. Pensiles vero Vuæ neq; sistunt ventrem, neque proritant, cæteris autem facilius concoquuntur.

Sunt vero passarum quæ tum ad propinam, tum ad pharma-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 984 sur 1557

ciam trahuntur, tres differentiæ, maiores seu Damascenæ, minores seu corinthiacæ, & mediæ.

Succus Foliorum potus, dysentericis, sanguinem excreantibus, stomachicis, & citta laborantibus mulieribus prodest. Madefacti in aqua capreoli idem efficiunt. Lachryma vero eius, quæ veluti gummi in caudicibus crescit, pota cum vino calculos pellit. Folia & Capreoli trita & illita, capitis dolores stomachique inflammationes & ardorem, cum polenta mitigant: Folia etiam per se imposita, vtpote quæ refrigerent & adstringant. Lachryma vitis illita, lichenas, scabiem, & lepram sanat: oportet tamen locum ante nitro confricuisse. Eadem cum oleo semper inuncta, pilos denudat: potissimum vero ἰχὼρ hoc est sanies, aquosus ue Humor qui ex accensis viridibus sarmentis exudat. Idem Myrmecias inunctus eiicit. Cinis sarmentorum & vinaceorum, condylomata & thymia circa sedem, quæ ante ablata amputataue sunt, cum aceto illitus sanat. Confert Luxatis & viperarum morsibus. Lienis inflammationibus, cum rosaceo, & ruta & aceto illitus, prodest. Vinacei Vuarum reconditi, inflammatis, duris, turgentibusq; mammis cum sale illinuntur. Nuclei acinorum tosti & triti, & pro farina illiti, dysentericis, cœliacis, & stomacho resolutis prosunt. Caro Vuarum cum fabarum & cumini farina illita, testium inflammationes sedat. Epinyctidas, Carbunculos, fauos, & in articulis putredines & gangrænas, sine nucleis trita, & cum ruta imposita, sanat.

Podagræ opoponace illinitur. Mobiles vngues, illita, celeriter adimit.

Labrusca, vitis sylueſtris, Græcis ἄμπελος ἀγρία de hoc vide authores: nos nunc ad vsum passularum in Medicina accingimus. Vinum passularum fit passulis in vino vel musto decoctis, donec dulcescat, quod mox in vase conditur: & passulæ contusæ in idem coniiciuntur, subsidunt autem illæ in fæces.

Vinum pro senibus: Recipe vini opt. defæcati Mens. XV. Syrupi Cotoneorum, cum melle facti Mens. 2. Vuarum passarum lib. 2. ponantur in dolio paruo. Electuarium vitæ: Recipe Vuarum passarum mundat. lib. 2. Glycirrhizæ mundæ contusæ Vnc. 1. Aquæ lib. 2. s. Coquantur bene, postea colentur, & exprimantur, colaturæ ad-

ræaddantur Myrobal.Chebul.Citrin.Indorum Enucleatorum & conquaſſatorum Vnc.2.Embicor. Belleric. ana drach. 2. coquantur, exprimantur & colentur: poſt addatur ſachari albiſſ. lib. 1. coquatur ad decoctionem ſyrupi: tunc addatur Cinnam. Electi Vnc. ſ. Caryophyll. galangæ ana drach. 2. N. Moſch. Num.2. Fœniculi, Aniſi ana Vnc. 1.F. Electuarium & reponatur in pixide lignea. Stomachum roborat humores leniſſime purgat : Homines eius vſus facit coloratos: canities per illud retardatur.

Cyphoides Andromachi: Recipe pulpæ paſſarum pinguium Vnc.3. Croci, Calami Aromat. Bdellii ana drach.2.ſ.Caſſiæ ligneæ, Cinnamomi : ana drach. 1.ſ.ſpicæ Indicæ drach. 3. ſchœnanthi drach.2.ſ.Myrrhæ drach.4.Rad.Aſpalathi drach.2.Terebint.drac. 4. Mellis, vini odorati ana q.ſ. coque F.Electuarium, vt artis eſt. Ad hepatis & thoracis affectiones vtilis eſt.

Loch paſſularum: Recipe Rad. pœonicæ Vnc.ſ.Hyſſopi, Meliſſæ, Scolopendrii ana M.ſ. Glycirrh. Vnc. ſ. Fiat omnium decoctio in ſ.q. aquæ pluuiæ, facta colatura cum forti expreſſione, adde paſſularum minorum in mortario bene contuſarum, prius bene mundatarum à gigartis, & arillis lib. 1. Decoquantur & per annum lineum fortiter exprimantur, expreſſioni adde ſachari lib. 1. Fiat loch, vt artis eſt. In frequenti vſu eſt ad tuſſim & pectoris vitia, maxime in puerulis, iisdemque epilepticis, propter Rad. pæoniæ ingredientes.

Loch abſtergens & concoquens: Recipe pulpæ paſſularum Vnc.1. Mucilaginis ficuum extractæ cum decoctione hord. Vnc.ſ. Enulæ campanæ ſiccæ drach.1.Spec. Diaireos ſimpl.drach.1. Cum ſyrupo de Glycirrhiza F.loch.

Paſſulæ purgantes Bauhini: Recipe paſſularum Corinth.mũdat.lib.1. Infuſionis Roſ.lib. 1.ſ.Foliorum ſenæ Vnc.4.Infundantur folia ſenæ ſ.a. in infuſionem Roſarum tepentem per noctem, dein bulliant parum coletur: Colaturæ addantur ſachari tub.Vnc. 8. coquantur ad conſtitutionem ſyrupi : in cuius fine imponantur paſſulæ: & parum bulliant rurſus.

Paſſulatum Leniens Heurnii: Recipe fol. ſenæ mundat.Vnc. 3. Aniſi drach. 6. Aquæ Vnc. 9. Infundantur per diem ac noctem

& bulliant vna ebullitione, fiatque fortis expreſſio, cui inde paſſularum Corinthiac. Vnc. 6. Bulliant ad exhauſtionem decocti: & in fine adde ſachari Rubri Vnc. 4. Cinnam. drach. 1. ſ. Serapii ænulam in Ideam coquatur dum abeat ſacharū. Accipiat Vnc. 2. antequam paſtum ineat: affundi poterit aliquid ſerapii roſ. ſolut. quo vberius madeſcat. Aliud Recipe Rad. polypod. Querc. Vnc. 3. Fol. ſenæ, Rad. Altheæ recent: ana Vnc. 2. Aniſi drach. 2. Omnia infundantur in vaſe vitreato, & coquantur ſ. a. F. Expreſſio: adde pulpæ paſſularum per ſetaceum tranſmiſſarum ſemilibram. Sachari albi Vnc. 2, coquantur rurſus ad cydoniati craſſitudinem. Doſis drac. 6. ad Vnc. 1. Trochiſci Cyphi: Recipæ pulpæ paſſularum, Therebint: coctæ ana Vnc. 3. Myrrhæ, ſchœnanthi, ana Vnc. 1. ſ. Calam. Aromat. drach. 9. Cinnam. Vnc. ſ. Vnguis odorati, Bdellii, Nardi Indicæ, Ceſiæ ligneæ, Cyperi, Bacc. Iuniperi ana drach. 3. Aſpalathi drach. 2. ſ. Croci drach. 1. Mellis q. ſ. Vini modicum. Formentur trochiſci. Valent ad pulmonum, iecoris, aliarumque internarum partium exulcerationes.

De reliquis vide in Pharmacopoea noſtra.

FINIS.





JOANNIS DANIELIS MYLII,
Medicinæ Candidati,

TRACTATVS SECVNDI, SEV BASILICÆ CHYMICÆ,

LIBER SEPTIMVS:

De Animalibus.



FRANCOFVRTI,
Sumptibus Lvcæ Iennis.
M. DC. XX.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 990 sur 1557



AD LECTOREM.

QVOD proximè præteritis nundinis autumnalibus ea, quæ Operi Medico-Chymico Ioannis Danielis Mylii tum temporis adhuc deerant, tecum, Lector amice, communicarim, haud quaquam te, si emisti, puto ignorare. Mansit tunc ob temporis angustiam, qua præter spem ac voluntatem meam cõstringebar, Liber Septimus de Animalibus, in residuo, quem Author, ne Lectoris beneuolentia multis istis auctionibus atq; additamentis abuteretur, vel tædium aliquod eidem crearet, Pharmacopœiæ suæ, typis propediẽ committendæ, adiungere decreuerat, quod sequentia eius verba, sub finem libri sexti posita: De reliquis in Pharmacopœia nostra: abunde satis testatũ faciunt. Verum tamen Typographus eos iam in elaboratione Libri istius Septimi progressus fecerat, vt absque singulari impensarum detrimento mutari commode res non posset. Aliquot enim plagulas iam tum perfecta impressione absoluerat. Cœptum igitur opus continuandum, Librumq; istum septimum ad finem vsque deducendum curaui; Tu vtere fruere, nostramq; curam & in studiorum liberalium promotiones propensionem boni consule.

LVCAS IENNIS.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 992 sur 1557



EN tibi brutorum intuitu genus omne ſub vno,
Artificis ſculptum, Lector amice, manu!
Quæ freta, quæ tellus, vaſtus quæ continet aër,
Cuncta ſub hoc ſtabuli congregat autor opus.
Nec ſolum externis oculis dat cernere formas,
Quos Deus in prima conditione dedit.
Sed varios etiam mirandosq; indicat vſus,
Quos illis idem contulit ille Deus.
Diſcipulis igitur parat incrementa Libellus,
Docte Galene, tuis, & Paracelſe, tuis.

I. FLITNERVS, FRANCVS,
P. L. C.

BASILI-

BASILICÆ CHYMICÆ.

LIBER SEPTIMVS.

DE ANIMALIBVS.

CAPVT I.

De Medicamentis ex Microcosmi sanguine, cerebro atque aliis.

RERVM omnium mater felix, optimaq; nihil vnquam imperfectum, aut frustaneum quicquam agens, Plantas animalium gratia, & cætera cum plantis animalia produxit: Mansueta quidem propter alimoniam & aliam vtilitatẽ, fera, & si non omnia, illorum tamen plurima propter cibum & alia alimenta, vt Medicamenta & Indumenta. Propter victum alia aliis insidiantur, vt minoribus maiora, quæ quod à se grandioribus tuta non sint, solerter cauent. Muscas enim venatur ac vorat aranea, araneam lacerta, Lacertam pauogallus, homo pauogallum, lupus hominem, lupum canis, canem interdum lupus. Omnia verò homini inseruiunt, & vsum aliquem præstant. Nullum siquidem est adeò putidum insectum, ex quo quandam sibi non vendicet vtilitatem. Sæpè autem ex imperfectis & intemperatis quæritat Medicinam, Ex perfectioribus & temperatis alimentum & medicamentum, ex

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 994 sur 1557

quibus nunc sumit vngues & cornua, nunc pilos & excrementa, nunc sanguinem, carnem, medullas, nunc coagulum, testes, ossa, &c. Animalium etiam quædam aliis medentur, vt Vrsis Formicæ, has siquidem illi ad famem explendam non ingemunt: Alia malis ab eo inflictis, vt scorpiones vulneribus ad hisdem illatis; Alia aliis etiam sui generis, atque etiam sibiipsis, nam canis sauciatus plagam lambendo deterget, siccat, & ad cicatricem ducendo sanat, & mumia, sanguis & axungia hominis homini sanando sæpe conducunt. Nam vt calor manus ad ventriculum admota familiaritate quadam eius robur firmat & coctionem iuuat, sic axungia hominis, parti cuiquam imbecillæ adhibita eam roborat, & vi discussoria excrementitios humores resoluit. Sed ne longiores simus, primo recensebimus Medicamenta, quæ ab homine proficiscuntur & desumuntur; inter quæ primò examinabimus sanguinem humanum, deinde & ad reliqua erimus intenti.

Sanguis naturæ Thesaurus, Iecoris αἱματόπῳ primi organi calore, ex puriore chyli portione, in maioribus venis genitus, per quas tanquam per tubos ad singulas partes corporis alendas defertur, in illisq; quandiu continetur liquidus est, & ruber extra effusus citissime concrescit; Damarum tamen & ceruorum sanguis, quod fibris careat, coitu firmo nõ concrescit, sed fluido, instar lactis, nam sanguis omnis cõcrescit fibris ademptis, inquit Hippocrates. Sanguis autem, cum totius corporis sit materia, ex philosopho, in homine qui regula est omnium viuentium, tenuis & syncerus est, calidus & humidus, & succorum optimus. Non tamen simplex humor, sed pituitæ & vtriusq; bilis est particeps: Ob id Hippocrates quatuor humores materiam esse generando homini tradit, ait Galenus lib. 2. de Elementis. Sanguis igitur humor est ex temperata chyli parte, in hepate genitus, substantia, & omnibus qualitatibus mediocris, rubeus colore, dulcis sapore, in venis & arteriis naturaliter contentus, vt in omnes partes digeratur. Quemadmodum enim de vno fonte, & vna origine aqua riuis multis deducitur, aliique ab aliis ductus excipiunt, quousque humor in omnes partes deueniat; sic natura sanguinem per totum corpus censuit deriuandum, cum is omnium materia sit. Non est verò sanguis ægrotorũ, aut cuiuslibet intemperati viri colligendus & seruandus in officinis ad

Cap 6. lib. 3. de histor. anim.
Arist. lib. de carn. cap. 5 lib. 3. de par. lib. 2. de temp. Gal.

nis ad Emplastri confectionem, sed è benè temperato & minime morboso homine, si fieri possit, habendus, velut ex his, qui Iudicis statuto caput truncatur. Sic enim venis simul & arteriis sectis, promiscuè sanguis arteriosus & venosus colligitur, qui statim grumescit, &c. Ex sanguine humano varia fiunt medicamenta eaque talia: Oleum sanguinis humani: Recipe sanguinem hominis sani recentem, hunc digere cum Alkohole vini optimo in digestione mediocri ad mensem vel vltra vtrum lubet: Deinde manda destillationi & abstrahe primum liquorem, affuso nouo spiritu item digere, destilla liquorem secundum, ita procede & tertio & quarto, & sequetur oleum, cuius est vsus ad pulmonem exulceratum, Pleuritin, fluxus ventris, Epilepsiam, Apoplexiam, &c. Hoc artificio potest & ex sanguine hircino, taurino & aliis prolici oleum: In hoc autem summum est secretum situm, vt sanguis quam primum recens adhuc calens infundatur seu immittatur in spiritum, hac enim ratione retinet internum volatile & fugitiuum esse, vt philosopho sapienti constat. Andernacus sic ait de oleo sanguinis humani seu ceruini: Sanguis hominis sani & inuenculi, vel cerui iam capti dum adhuc calet ampullæ incuruatæ inditur, & igne ex cineribus vrgetur, quoad omnis extillarit aqua: deindè ampulla refrigescere sinitur; lutoque obducta, in arenam locatur, & alio vase quod excipit appositio, ignis augetur, donec oleum emanare desierit: hoc posteà in aqua calida corrigitur macerando, separandoque. Sal quod inter destillandum lateribus vasis adhæresit, cum oleo abluitur, & vitro conditur. Alii sanguinem pellicano, quod appellant, infundunt, & in balneo digerunt, dum tertia pars vasis adimpleatur: deinde ex eodem balneo aquam à subiecta materia abstrahunt: posteà sedimentum ex ampulla incuruata destillant nouies. Oleum sanguinis humani, ad comitialem morbum, alioſque infinitos humani corporis affectus abigendos efficax. Oleum verò sanguinis ceruini, singulare in podagra discutienda est remedium.

Oleum sanguinis humani.

Quinta essentia sanguinis sic fit: Sanguinem è vena hominis sani recens extractum sine coagulare, aquam innatantem abiice: adde decimam partem salis, macera in fimo vase clauso per dies 40. donec sanguis in aquam vertatur: Fimum sæpe renoua. Destilla

Quinta essentia sanguinis humani.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 996 sur 1557

aquam vſque ad ſiccum: Fæces in marmore læuiga, & miſce cum ſua aqua, digere, deſtilla cum cohobiis, vt Eſſentia prodeat per alembicum: Aquam hanc cum Eſſentia diu circula: poſtea ſegrega phlegma, & relinquitur quinta eſſentia: hic modus procedendi penè vnus cum primo oleo, appoſui tamen, vt poſterior corrigatur cũ priore, & prior cum poſteriore. Vera aũt quinta eſſentia ſanguinis ſic fit ſecundum Beguinuinum, quando ſic ait in Tyrocinio ſuo Chymico pag. 179. Quintę Eſſentiæ vocabulum homonymum eſt. Interdum ſignificat quamuis ſpeciem Chymicã craſſitie materiæ elementaris, corpulentiſq; fæcibus exutam: ac opponitur magiſterio, in quo tota ſubſtantiæ moles ferè remanet, ſed exaltata & depurata. Interdum, vt nos eam hic accipimus, denotat ſubſtantiam ætheream, cœleſtem ac ſubtiliſſimam; è tribus principiis cuiuſvis corporis miſti ſoluti, à qualitate elementari ſenſibili, corruptibili & mortali, per varias operationes Chymicas, orbatis, & in vnum, ſeu corpus ſpirituale, ſeu ſpiritum corporeum coagulatis, conflatam. Dicitur à quibuſdam Medicina κατ' ἐξοχὴν: ab aliis Elixir, ob inſignes virtutes, quas in præſeruatione corporis humani à variis morbis, exerit: ab aliis cœlum, duplicem ob rationem. Primò, quod ſicut cœlum, non ex quatuor elementis; ſed materia quadam ætherea, & quinto quaſi elemento factum, nec corruptioni vlli obnoxium eſt: ita & quinta eſſentia vera, ab omnibus fæcibus elementorum ſit ſecreta: ac quamuis non planè incorruptibilis: attamen ad eam ſubtilitatem, tenuitatem & ſimplicitatem ſpiritualem redacta, vt nihil heterogenei, à quo corrumpi poſſit, in ſe continere videatur. Deinde, quod ſicut cœlum in hęc ſublunaria potenter agit, rebus omnibus vitam largiendo & conſeruando: ita etiam hęc quinta eſſentia corporis humani valetudinem conſeruet, iuuentam extendat, ſenectam remoretur, & omne morbi genus abigat. Cæterum quinta eſſentia ſanguinis humani paratur hunc in modum. Recipe quantitatem ſatis magnam ſanguinis virorum ſanorum, in flore ætatis conſtitutorum: pone in vaſe circulatorio iuſtæ capacitatis in B. M. continuè bulliens, donec Draco propriam caudam deuorauerit. Vaſis refrigeratis materiam exime, quæ inſtar hepatis erit, eamq; in particulas ſcinde: & per cucurbitas altas, eodem balnei calore, elementum

aqueum

aqueum siue phlegma destillatione separa. Destillatum super propriam terram reaffunde & pone in B. bulliens in iisdem vasis circulatoriis, per decem dies vt supra, posteà phlema destillando & propriæ terræ reaffundendo, vt supra, quinquies eundem processum repetendo, & vltimò totum phlegma destillatum reseruando. Vasis frigefactis, materiam exime, & retortæ amplæ inde, adhibito recipienti capaci: destilla ex cineribus elementum aëris, igne graduato. Nubeculis in recipiente disparentibus, ignis intendatur: vt elementum ignis in forma olei rubri siue purpurati egrediatur. Sub finem sublimabit se aliquid de sale Armoniaco. Vasis refrigeratis: separa aërem siue spiritum ab igne, siue oleo, vel blandà destillatione balnei, vel per tritorium. Spiritum cum sale armoniaco reaffunde fecibus, digere per triduum: & per retortam nouam destilla, sub finem dando ignem ad sublimationem idoneum, vt totum sal spirituale, vel saltem maior pars sublimetur, & cum spiritu in recipiente misceatur. Nouum spiritum fecibus reaffunde: digere: & destilla toties, vt suprà: donec terra priuetur anima: quod cognosces, quando super laminam candentem posita fumum non ediderit. Notandum, antequam spiritus animetur, debere septies rectificari; singulis vicibus phlegma & fæces separando: & pars eiusdem seorsim reseruari, pro dissoluente parando, vt postea dicetur. Nigrum nigrius nigro calcina in reuerberio, spatio quinque dierum, igne moderato, in vase vndiq; clauso, donec nigredo vertatur in albedinem subflauam, & tandem in rubeum colorem.

Tum terra apta erit ad susceptionem spiritus animati. Imbibe terram calcinatam proprio phlegmate, & per viginti quatuor horas incineribus digere, & destilla; hoc ter repetendo. Terræ exsiccatæ da decimam partem sui ponderis spiritus animati: digere in balneo, quantum satis: postea humiditatem insipidam destillatione blanda separa. Reaffunde nouam partem spiritus animati: digere: destilla vt supra. Deinde da octauam partem spiritus animati: posteà septimam: sextam: quintam: quartam partem: tam diu cum quarta parte imbibendo, donec terra in duplum sui ponderis accreuerit. Et hoc est quod Auicenna dicit: scias, quod terram oportet nutriri, primò modicè aqua sua, & postea maiori,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 998 sur 1557

ſicut videre eſt in infantis educatione. Idcirco multoties contere terram & paulatim imbibe illam, de octo in octo diebus: decoque: & poſteà mediocriter calcima in igne: nec tædeat te opus multoties reiterare: quia terra fructum non gerit abſq; frequenti irrigatione. Caueas tamen ne imbibas terram, niſi paulatim, & cum longa contritione, poſt ſiccationem terræ. Vnde in hoc eſt pondus vbiq; notandum, ne ſcilicet nimia ſiccitas, vel ſuperflua humiditas opus corrumpant. Et in tantum decoque aſſando, quantum diſſolutio expoſcit imbibendo. Hæc Auicenna. Vnde etiam Geber ait: ex multiplici ergò reiteratione imbibitionis & aſſationis, maior pars eius aqueitatis deletur: reſiduum verò per ſublimationem. Pone itaq; terram prædictam in cucurbitam altã, cui alembicum cũ receptaculo ſimul adapta, rimulis diligenter conſtipatis, ne quid reſpirare poſſit. Et da ignem cinerum, ſpatio duorum dierum, quouſq; fumus ille mundus & albus adſcendat, & inſtar Talci ad latera cucurbitæ hæreat. Et hoc eſt, quod dicit clangor buccinæ: idcircò quantò magis poteris, ipſum corpus ſubtilia: & cum mercurio mundo coque: cumq; corpus aliquam partem mercum in ſe hauſerit & concluſerit: ipſum ſubtilia cito igne & fortiori, quo poteris: donec aſcendat in ſimilitudine albiſſimi pulueris, in modum niuis, adhærens ſpondilibus Aludel. Cinis verò in fundo manens eſt fex, & ſcoria vituperata abiicienda, in qua nihil vitæ habetur. Prædicti mercurii meteoriſati accipe vnam: miſce cum ſeptem ſpiritus rectificati non animati. Digere per biduum in balneo, poſteà deſtilla per cineres: deinde per balneum cum reiteratis cohobiis: donec nullas relinquat feces. Tandem per quadraginta dies circula. Vſus eius ad tincturas metallorum lapidũ eliciendas. Ex eodẽ mercurio & eius oleo fit elixir ad deſperatiſſimos quoſque morbos pellendos, in hunc modum: Recipe huius Mercurii vnciam vnam, cui adde octauam partem ſui ponderis olei rectificati: decoque in Athanore per octiduum: poſteà imbibe cum ſeptima parte: & vt ſuprà, decoque: deinde cum ſexta parte: tandem cum quinta toties reiterando, donec materia fiat inſtar ſyrupi ſpiſſi, nec vlterius decoctione induretur. Tum per quadraginta dies decoque: & fiet lapis rubicundus, cuius doſis granum vnum, vel duo in liquore appropriato.

Aquam

Aquam ſanctam quidam vult ex ſanguine præparare dum ait: Recipe ſanguinis humani puriſſimi ſani hominis iuuenis, vel plusium, quantum ſatis, lib. 1. Digere lentè ad cineres in vaſe vitreo, cum æquali parte medullæ bouis: Quatuor diuerſi coloris liquores ea deſtillatione recepturus; pellucidam & claram aquam, quæ primò emanabit, ſecundam pallidam, tertiam ſubcroceam, quartam verò rubicundam: quarum, ſed præſertim poſtremę virtus, & energia tanta eſt, vt moribundum viuificent, iuuentutem reducant, fiſtulæ, lepræ, vulneribus antiquis & recentibus, paralyſi præſertim mirè præualeant, omni die ad guttulam vnam cum vino albo ieiuno ſtomacho ebibitæ: ſed huic deſtillationi præcedet putrefactio, & ſubſequetur circulatio. Sal verò ſanguinis humani, quod longè præcellens eſt, & ad mira præualet, ſic præparatur: Recipe ſanguinis humani prout ſuperius. Exiccetur lentiſſimè, & ad ſolem ſi fieri poteſt. Exſiccatus, tritus, & aceto deſtillato imbutus, ponatur ad ſublimandum, & totum ferè ſublimabit album vt nix.

Aqua ſanitatis.

Sal ſanguinis humani.

In ſanguine humano certè tanta vis ac ſympathia reſiſtit, vt etiam animalia inter ſe infenſiſſima, eius gratia poſſint recõciliari, & in amicitiam redigi: Exempli gratia proferemus præparationem ſanguinis humani; Recipe ſanguinem ex baſilica ſiniſtri brachii calentem, & quantum opus eſt in tantundem ſpiritus vini optimè rectificati per infundibulũ è vena ſalientem, eius perſonæ, quæ ab altera odium patitur, digere benè clauſo vitro per pluſculos dies, poſtea deſtilla ex balneo vaporoſo per alembicum ad ſiccitatem. Eius aquæ deſtillatæ exhibe perſonæ infenſæ in vini hauſtu ieiuno ventriculo drach. ſ. vel drach. 1. aliquoties repetendo, & mirabili admodum metamorphoſi animi diſſidentium reconciliabuntur, omniumque rixarum fomites ſeu irritamenta ceſſabunt, modo præter hanc medicinam etiam bonorum virorum conſolationes & iucundæ ſuaſiones accedant, maleuolorum verò obſtrepidi gannitus abarceant. Hac ratione coniuges ſæpe furidi in perpetuas lites agitati componuntur, inque indiuiduum amorem redeunt. Idem cum cæteris animalibus, ac auibus fieri poteſt, & eſt hoc vnum ex ſecretis ſecretorum certum & maximum arcanum.

Par. 3 316.

Aliud arcanum ex ſanguine humano nunc proferam, quod dicitur Biolichniũ ſeu Lampas vitæ ac mortis, id eſt q̃ hominis indicet vi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1000 sur 1557

cet vitã ac mortẽ. Recipe Iouis Amphibei vegetabilis, ſeu ſpiritus vini alkoliſati & ſummè exaltati par. 3. 4. vel 5. Hunc cũ ſanguine humano proprio, vel eius cui conficiendum eſt hoc Biolichniũ, adhuc calente, & ex vena cordis ſeu Baſilica ſaliente, coniunge, proportione analoga, qualis fuit ſanguinis: Miſta per filtrum traiiciantur, & in Pelicano anſato, id eſt duobus brachiis, Hermeticè clauſo, tertiam ſaltem partem eius complexa in M. B. digerantur, donec naturali quadam fermentatione tota capacitas vaſis à mixtura illa occupata & ſeparatio puri ab impuro facta fuerit. Purum quod eſt aurei coloris ſeruatur ſeorſim, & exaltatur per retortã vitream, cum ſuo recipiente firmiter & continue verruncante ſolo ſiphunculo, per quem nempe liquor intromittendus eſt, ad collum ſuum permeabilem, decies vel duodecies ex B. cohobando, donec nempe pretioſus liquor perfectè præparatus fuerit. Iſte tandem adapto Elychnio tali, (quod immune eſt ab igne, vt asbeſto aut amiantho lapide, &c.) artificioſè præparato in lampade aurea vel lunari, vel vitrea, Podiis ſolaribus per ſpeculum concauum in Elychnium coactis, accenſus, ſanitatis vel morbi veluti certiſſimus Index reponitur. Tertium miraculum quod in ſanguine exiſtet, hoc erit, vt vnus cum altero ad aliquot centum milliaria poſſit colloqui: Huius ſecreti miraculoſum proceſſum alibi dabimus ſyncerum, prout nobis traditum ac fideliſſimè communicatum, mihi verò adhuc dubium, non quod dubitem de natura conſtellata, quæ plus continet quam homo videt, ſed de quibuſdam ceremoniis, huic ſecreto annexis, &c. qui habet cognitionem 4. Elementorum in quatuor mumiis microcoſmi reſidentem, ille facile huius ſecreti ſummam capiet; nunc ad reliqua ex ſanguine humano medicamenta vtiliſſima. Oleũ ſanguinis humani, ad caducum inueteratũ ſanandũ per quam vtile: Recipe ſanguinem hominum ſanorũ & iuuenũ venas incidentium, & quidem ſatis magnam quantitatem, adde Alcohol vini part. 3. & in cucurbitis probe munitis in ventre fimi equini digere putrefaciendo per 40. dies, ſeu menſem philoſophicum: Deinde deſtilla in cineribus per Alembicum, & prodit vna cum aqua oleum elegans: ſepara phlegma ab oleo deſtillatione per B. oleum poſtea per retortam è cineribus rectifica per ſe nouies repetendo eandem deſtillationem, & admodum nobile oleum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1001 sur 1557

leum fiet aurei coloris. Eius ſcrup.ſ. ad j. in aqua pœoniæ ſingulis diebus per integrum menſem à noua luna incipiendo Epileptico exhibitus, ſi diætæ ſimul habeatur ratio exquiſita, certiſſimè morbum tollit, malignitatem expellendo, & vniuerſi corporis partes corroborando.

Balſamus ſanguinis humani: Recipe ſanguinis hominis ſani lib. j. Alcohol vini opt. vnc. ij. poſt debitam digeſtionem in fimo equino per ſequimenſem aut, aut ſeptimanas plures, donec videlicet aqua appareat gemina, inferior rubea, ſuperior alba, quas ambas ſeparatim ſerua remotis fæcibus. Vtraque in caduco, capitis doloribus inueteratis, cerebriq; affectibus aliis inſignes præſtant vſus; Memoriam confortant; Spiritus animales recreant: Loquelam vel amiſſam vel impeditam reſtituunt: Venena expellunt: Anguſtiam pectoris leniunt: Pulmones impuritatibus infectos ab iis expediunt: Sanguinem purificant: Inprimis verò neruis mirificè opitulantur; alioſq; inſignes vſus in tota medicina obſeruatis ſubinde cæteris ad bene medendum neceſſariis, exhibent. Doſis eſt à ſcrupulo ß. ad integrum.

Aqua ſanitatis antiquorum arcana: Recipe ſanguinem hominis iuuenis & carnoſi lib. j. Adde ſucci florum chelidoniæ maioris, & mellis virginei, ſeu primi, prius deſpumati, tantundemq; ſalis communis torrefacti man. j M. adde pulu. zingiberis, macis, caryophyll. cubebarum, galangæ, maſticis, cardamomi, gran. iuniperi, cinnam. an. vnc. ſ. xyloaloës drach. v. muſci optimi, ambræ griſeæ in aqua roſ. diſſolutorum ana ſcrupul. j. recondantur omnia in vaſe vitreo capaci, ſubtus terram defodiendo per quindenam, poſtea deſtilla, & quoslibet liquores auctis ignis gradibus, ſucceſſiuè egredientes ſerua. Iſdem vſibus inſeruiunt, quibus præcedens Balſamus: commodè itaque ex vehiculo appropriato eorundem aliquot guttulæ ad eoſdem affectus ſumuntur.

Studioſè quædam omittimus hic, quæ de cura morborum magnetica ex ſanguine hominis ægrotantis dici poſſent; ſed Doctor Burkgrauius illa dextrè deſcribit, quare eò te reduco. Sunt & alia adhuc arcana de ſanguine humano, illa ſuo tempore erunt clara.

Hæc de Sanguine, nunc de Menſtruo fœminarum ſanguineo:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1002 sur 1557

Menſium ſeu ſanguinis menſtrui in fœminis vſitata ☽ per genitalia fluentis præparationes quædam ſunt paucæ: Vſus verò internus penè nullus, niſi quod à perditiſſimis ſcortis inſano amore exæſtuantibus, auſu planè temerario, ſuis à quibus ſe obſeruari mutuò volunt amatoribus propinatus, totius corporis deuaſtationem, vitæq; diſpendium ſæpe attuliſſe viſum ſit, ſiue is ingenita quadam malitia, vt multi crediderunt, ſiue quantitate ſolum, & copia, ſiue quod excretus, tanquam optimum cito corruptum, peccare dicatur; cùm tamen longè alius ſit philtrorum progreſſus, origo, & modus. Conciliari quidem amorem poſſe, non eſt dubium, vt antè dictum, ſed eundem rebus noxiis extorquere velle, extremæ dementiæ, & proſtitutæ pudicitiæ ſignum eſt. Cæterùm experientia deprehenſum eſt, Zenith iuuencularum (punctum verticale) ſeu ſanguinem menſtruum primo erumpentem, cum aceto ſquillitico ex laciniis eodem rubore infectis extractum & potui datum vnicè auxiliari comitialibus inueteratis, etiam hæreditariis, ſeu tranſplantatis, vt cauſa non ſit nulla, quamobrem pennæ obſtetrices recens natis infantibus ex vena vmbilicali iamiam reſecta, guttas minimum tres ſtatim per os infundunt, ſecuris poſtea, & per omnem vitam ſuam ab inſultibus epilepticis liberum iudicatis. Aiunt quidem, podagras, ſtrumas, parotidas, panos, ſacros ignes, furunculos, tractatione menſtruatarum mulierum leniri, ſicuti & exgeſtione portiunculæ veſtis ita infectæ, tertianas quartanasq; curari: Comitiales item morbos ac inſanientes ſeu rabioſos ſanari illiru, nec forſan eius rei deſunt documenta: Hoc ſcimus menſium vſum externum ad extinguenda eryſipelata extremarum partium ſæpius multis profuiſſe: Raro aut nunquam inuaſionibus aliquid paſſis. Applicatio eſt talis: Recipe laciniam cruore menſtruo ſanioris fœmellæ infectam, macera in aceto roſaceo, donec idem acetum diſcoloretur, & fluor omnis extractus ſit: Hoc aceto imbue leuiter ſyndonem rubeum, aliquoties membro affecto circumplicabilem, & relinque tantiſper circa locum affectum, donec ſponte ſyndon exſiccatus fuerit, quem denuo priori liquore imbutum applica, omnem paulo poſt ruborem & dolorem euanuiſſe conſtabit.

Zenith iuuencularum ad morbum comitialem etiam ſic præparant: Zenith rubeum, hoc eſt, ſecundinas recentes prius ſpiritu

vini

vini lotas & maceratas, inq; vitro bene clauso in fimum equinum recondunt, vt nimirum, spatio 3. vel 2. mensium in aquam limpidissimam & redolentem bene dissoluantur: Huius cochleare j. exhibent epileptico in & ante paroxysmum: postea continuatis iisdem dosibus toto tempore Lunæ decrescentis.

Zenith iuuenculæ in ignem proiectum sistet eum, sed cum dispendio illius virginis, à qua fluxit, quia mori debet. Aliæ multæ de Zenith proferuntur virtutes ad militiam, ad venena ab extra contra venena, veluti Crollius noster. Hæc omnia suo destinato loco pluribus trademus, ac cum Deo communicabimus. Hæc de Sanguine, nunc de Cerebri agemus præparationibus.

Præparatio cerebri 1. Recipe cerebrum integrum cum spiritu vini alkoholisato putrefactum, huic adde magisterii perlarum, corallorum, ana vnc. s. Diacastorei, Diamoschi, vnc. j. Spiritus vitrioli Philosophici vnc. iij. sem. pœoniæ, anacar. ana vnc. j. s. mixta cum nouo s. v. vicissim circulentur in Pellicano per B. M. ad tres vel quatuor septimanas: Quibus præterlapsis, manda destillationi, & separa inuicem liquores, oleum inde cum spiritu rectifica, salemq; ex fæcibus resolutum, redde destillatis, & fac per circulationem, vt ex oleo, & sale, & spiritu fiat vnio, sic tenebis secretum secretorum.

Cerebri præparatio 2. Recipe cerebri microcosmi recentis de sano homine lib. j. vel in totum, salis vitrioli, vel vitrioli Romani lib. s. Florum lil. conuall. Tiliæ arboris, chelidoniæ maioris, lauendulæ, saluiæ, ana m. j. Caryophyllorum, cubebarum, cinnam. gran. iuniperi ana vnc. s. Xyloaloës drachm. iij. Musci opt. ambræ griseæ ana scrup. s. Spiritus vini puri ad eminentiam trium digitorum, M. Recondantur omnia in vase vitreo capaci, subtus terram defodiendo per aliquot septimanas, postea destilla, & habebis pretiosos liquores.

Cerebri præparatio 3. Recipe integrum cerebrum cum vnc. xij. sanguinis puri ab homine sano: His coniunctis, affunde tincturæ Aloës, Myrrhæ, Mellis, Thuris, Castorei, ana ad eminentiam trium digitorum, putrefiant per sex menses, deinde destilla per retortam, spiritum, atque oleum, rectifica cum spec. Diamosch. & confect. alkermes, ana vnc. ij. & habebis liquores diuinos ac miraculosos, sale (nota proprio) imprægnatos.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1004 sur 1557

Cerebri præparatio quarta: Recipe destillatum arcanum ex cerebro primum (videlicet vnc. viij.) huic adde essentiæ sanguinis humani vnc. ij. Tincturæ Solis veræ vnc. ſ. Tincturæ Lunæ veræ vnc. j. Essentiæ perlarum vnc. j. corall. vnc. j. ſ. cinnamomi, anisi, drachm. iiij. circula, ac destilla, & habebis thesaurum, donum arcanumq; naturæ diuinissimum.

Quinta præparatio cerebri à nobis est suprà descripta in lib. r. Basil. Chym. pag. 90. Magist. Decimioctaui. Nunc de reliquis ex Microcosmo Medicinis.

Est etiam vsus capillorum humanorum, quam ii exoptabunt, qui prolongandis capillis ornatum quærunt, illorum enim succus destillatione prolectus cæsariem & barbam prolixas reddit. Modus præparandi est talis: Capillis hominis sani abrasis imple retortam, & per latus in vas recipiens non admodum valido sabuli vel arenæ destilla, manabit succus, qui cum tribus partibus aquæ mellis iunctus, & capillis illitus, eosdem copiosiores & longiores reddit. Istius virtutis successus fit melior, si capilli ad satietatem lardo suillo, prius probè ab omni salsedine eloto impastati, cum adiectione salis communis decrepidati lento primum, deinde aliquantulum aucto ignis gradu, sed non feruenti, ad præscriptum modum in oleum destillentur. Vulgò dicitur, si auis construat nidum ex capillis hominis alicuius, hic quotidie laborabit ex dolore capitis, &c.

Aurium sordes cum insignes vsus in conglutinandis vulneribus præbeant, à nonnullis balsamis vulneratiis dextrè admiscentur, vbi præsertim in proprio corpore vulnera consolidanda fuerint.

Saliuam humanam præsertim ieiunam non cadere adiumento, Medico notum est, eandem enim mederi venenis inque os serpentum insputatum, eidem propter efferuescentiam disruptionem ponere notum est: Saliua hominis ieiuna mortificat Mercurium: Saliua ieiuna curat vulnera & alia mala externa vitia: sed saliua hominis sani ieiuno ventriculo collecta, & destillata ad eosdem affectus maiorem vim confert, si saltem ablutione & humectatione vsurpetur, quin imo eadem aqua ex saliua humana destillata, mirificè Turpetum minerale seu Mercurium præcipitatum fixat, & ab omni acrimonia liberat.

Turpetum minerale fixum.

Vnguium humanorum rasura in liquore epota etiam minima quan-

quantitate alioquin vomitum ciet, & ventriculum à grauitate seu repletione ciborum ingestorum leuat; exinde vero vomitorium nom inelegans sic parabis: Resegmentorum vnguium humanorum in tenuissimam scobem redactorum drach. j. macera aliquandiu in vini generosi lib. j. donec nempe vngues in mucilaginē benè abierint, vinum per chartā Emporeticam filtra, & adiecta ß. vini vnc. j. vsui reserua: Eius liquoris drach. ij. ad drach. vj. vel vnc. j. placide mouent vomitum ac ventriculum à quibuslibet impuritatibus sine eius noxa exonerant; præterea ab experientia concomitante ratione animaduersum est, resegmenta vnguium è manibus & pedibus sumptorum super vmbilicum præsertim hydropicorum, cum petia ligata aluum turbare; serumque educere, Vltra tamen horam j. ibidem relinquenda non esse prohibet subsequens fluxus vehementior, si secus factum fuerit; In vnguibus itaque vigent potestates cyclaminares & colocynthiacæ; succus enim cyclaminis vel colocynthidis similiter vel per se vel cum vnguentis aliis, quale est vnguentum de Artanida vtrumque maius & minus ventrem subducunt. Si huius liquoris partem j. miscueris cum part. ij. olei smegmatis venetiani; præsentissimum habes medicamentum ab extra ad colicas passiones.

CAPVT II.

De cranio humano lacte, secundina & ossibus.

INTER Medicos; tam antiquos quàm recentiores constat craniū humanum summum esse specificum in curanda Epilepsia, fœminæ laboranti cranium muliebre, viro, masculū adaptant: Eius præparationem hermeticam talem describimus: Recipe vnum aut alterum cranium recens, exquisitissimè ēt omni carne denudatum, hoc in frustula aut ramenta concisum in cornutam aut retortam, vt vocāt, immittatur, cuius tubo adhæreat capax recipiēs, ne strictius spirituum vi & copia, ex retorta arenæ immersa & inhumata profluentiū, dissiliat. Distilla donec ex cornuta spiritus albidi exierint in vas recipiens; quo viso ignem continua, donec omnes effluere desierint: Hoc ex perspicuitate recipientis cognosces; quo cognito ab ignis continuatione cessa, & per se vasa sensim refrigescant,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1006 sur 1557

finito, ac XXIV. horis conquiescere permittito. Ex recipiente tandem liquor subalbidus effundatur, cui rubrum oleum sanguinis instar supernatabit: fæces nigræ carbonis instar in cineres albos reverbera, & cum aqua Pæoniæ lege artis, soluendo, filtrando atque coagulando, indè redige in salem: liquorem destillatum vel per se rectificare vel à vitriolo Vngarico rectifica, deindè cum sale redige in magisterium: Huic magisterio adde magisterii perlarum & corallorum ana ʒ. j. Diamoschi, Diacastorei, ana ʒ. S. Spiritus vitrioli veri guttas XXIV. olei de seminibus Pæoniæ, guttas XX. mellis anacardini vnc. j. mixta circulentur in pellicano in B. M. per tres aut quatuor dies: Dosis scrup. j. vel per se vel cum appropriato. Qui tantum tempus in hac operatione nolunt insumere, viam compendiosiorem hanc habent. Vt scilicet sumant vnum aut alterum cranum, recens excarnatum, & nunquam sepultum, quod in frusta comminuant, aut ramenta, ex quibus destillatione per retortam, liquor cum spiritibus, vt supra extrahatur: quod vno die perficitur, atque totus hic liquor bis per se rursum destilletur, ad maiorem puritatem inducendam. Quæ operatio integrum diem non exigit. Cuius liquoris vnciis quatuor si castorei recentis drach. j. diamoschi dulcis, confectionis alkermes ana drachm. ſ. mellis anacardini vnc. j. addideris, simulque omnia probè miscueris, & rursum ex alembico igne cinerum sublimaueris, corallorumque & perlarum essentiæ cum spiritu vitrioli extractæ ana drach. j. necnon olei succini guttas XX. oleorum Cinnamomi & Anisi ana guttas X. addideris, scrupulumq; istius mixtionis adhibueris ex aliqua conuenienti aqua, mira percipes, si ab vna ad alteram Lunam, eius vsum non intermiseris.

Præparatio alia: Recipe tria, aut quatuor, aut etiam plura crania, quæ parum diu in terra delituerint: ea in frusta contundantur, quæ prius vino optimo detersa & mundata, posteà in vinum album infundantur, in quo Caryophylla, macis, flores rorismarini, lilii conuallii, tiliæ, calend. saluiæ macerata fuerint: Quod bis aut ter subindè repetendum, vt hoc infusionis vino optime imbibantur. Atq; sic parata craniorum frusta in cupellam terream

non

non vitreatam immittantur, quæ in furno reuerberationis, Athanore dicto, posita, flamma carbonum, non ligni, in caleem aut cinerem redigantur albissimum. Qui quidem cinis in matratium vitreum iniiciatur, cui tantum aquæ rorismarini superfundatur, vt quatuor aut quinq, digitos superemineat. Obducatur firmissimè luti vas, quod abiete & cera constet Hispanica, ne quid expiret, atque in B.M. bulliente collocetur, in quo, ad quatuor aut quinque dies in digestione & circulatione retineatur: quo tempore aqua lixiuii instar, cranii sale tinget ur ac imprægnabitur. Refrigerato vase, aqua per inclinationem effundatur, & materię recentem aquam superfunde denuo, vt noua fiat digestio & circulatio, vt supra: idq; toties iteretur, donec totus sal in aquas transierit: istius sale aquæ imprægnatæ, vel dimidium cochleare argenteum propinari potest in curationem vel præsentis vel futuræ epilepsiæ chronicæ. At si ab ista aqua salem separare volumus, omnes istæ aquæ imprægnatæ in alembicum profundantur, ex quo destilletur aqua à sale, qui in fundo alembici remanebit: quem si animus est puriorem reddere & Chrystallinum, solutionibus, filtrationibus, coagulationibus identidem crebro repetitis, ad summam puritatem adducetur: qui & solus pretiosissimus est, ac magnæ virtutis, si essentiis corallorum, perlarum, & id genus aliarum rerum antepilepticarum, commixtus fuerit, &c. Nunc videbimus & alias confectiones medicamentosas cum cranio humano. Aqua Epileptica: Recipe suo tempore sex aut septem vel plures, si velis hirundinum nidos, cum ipsæ lanugine cooperiri incipiunt. Has integras in alembicum proprium coniice, destilla & aquam inde effluentem asserua. Dein fæces residuas in fundo subsidentes in cinerem, qua decet, arte, redige, ex quo sume lib.ß. cinerum cranii humani, & si fieri potest, non humati vnc.iij. Castorei vnc.j.ß. Pulv. visci querni vnc.j. succi rad.& fol. Pæoniæ vnc.vj. Aquar. flor.hyssopi. Flor. tiliæ arboris, lilii conuall.ana lib.j. Aceti stillitici lib.ß. quibus infunde aquam omnem, quam ex hirundinibus elicuisti: macerentur omnia per aliquot dies ad ignem balnei, dein per cineres aut saltem per Balneum vaporosum ad integram siccitatem destillentur: ea enim ratione aqua ἐμπύρευμα non redolebit

lebit, sed cum omnibus suis qualitatibus integris & requisitis effluet. Hæc aqua per se sola, sale proprio imbuta (præmissis tamen per mensem integrum generalibus remediis conuenientibus) ad medium cochleare sumpta mirabiles effectus prodit.

Epilepticum Medicamentum.

Primò Vitriolum ad flauedinem calcinatum imbibere conuenit Spiritu vini, vt fiat massa. Huius accipe libram j. & semis. Rasuræ Cranii Hominis iustificati. Visci querni. Vngulæ Alcis. Granorum Pæoniæ ana vnciam j.

Omnia scindantur & tundantur, postea mixta destillentur per retortam seruatis gradibus, vltimò violento igne pellantur. Huius egressi liquoris libra j. rectificetur in Balneo Maris supra. Castorei. Specierum Diamoschi dulcis ana vnc. semis. Anacardi drachm. sex.

Postea adde spiritus vini lib. 4. Salis Pæoniæ drachm. j. Liquoris Perlarum & Corallorum ana drachm. j. Olei Anisi. Succini ana scrupulos duos. Misce & digere in Balneo per mensem. Vsus & Dosis.

In aqua Pæoniæ datur de liquore dicto cochleari semis vel integrum nouem dies continuando, post exhibitum medicamentum per tres horas maneat ieiunus.

Oleum ex caluaria, Andemaci. Caluaria in puluerem contunditur: is vino stillatitio, vel aqua betonicæ irrigatur paululum: Deindè vasi fictili vitreato imponitur, quemadmodum supra de lignis distillandis diximus: & per descensum super aquam Pæoniæ, quæ subiecto vasi infunditur, oleum extillatur, hoc postea in fimo digeritur, corrigiturque & per cineres calidos rursus euocatur, dum clarum fiat. Peculiare ad morbum comitialem auxilium.

Oleum cranii humani, Rubei. Elimantur primò tria, aut quatuor ossa cranii, aut conteruntur ferreo pistillo, cum difficilè admodum terantur, & in recurua cucurbita ponuntur sexq; diebus fimo equino aut balneo calentis aquæ obruuntur, deindè per retortam, igne primum mediocri: mox vehementi. Oleum post aquam exit, colore quidem aureo, sed retro odore: quod doloribus etiam ventris, coli præsertim maxime laudatur.

Essen-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1009 sur 1557

Essentia cranii humani Quercetani. Recipe rasuram cranii hominis, non humati, cui affunde spiritum vini saluiati, vt supernatet sex digitos, digerantur simul in balneo per dies quatuordecim, vase clauso, deinde destillentur per retortam, dando ignem per gradus, more aquæ stigiæ, rursus infunde destillationem capiti mortuo prius contuso, putrefiant per dies octo, & destillentur, vt prius, idq; ter facias. Demum circulentur omnia simul per aliquot dies, separatoq; tuo saluiato menstruo, in fundo remanebit cranii essentia, coaguli instar: cuius exhibeas scrup. ß. cum aqua florum tiliæ in paroxysmo, & ante paroxysmum epilepticum.

Essentia cranii hominis aliter: eiusdem. Recipe rasuram non humati cranii: decoque cum melissæ spiritu, & betonicæ decocto, effunde seorsim aquam, iterumque nouam affunde, donec nulla vis cranii amplius remaneat. Tum aquas omnes in baln. M. euapora. Remanet in fundo coagulum, quod iterum resolue, euapora & coagula, tantisper dum igne lentissimo materia in fundo remanens, sublimari possit. Hoc sublimatum multum confert epilepticis, & aluum sine perturbatione (quamuis copiose) mouet.

Puluis calefaciens & siccẽs caput: Rondeletii. ℞ cranii ʒ.iiij. cineris cuculli, hirũdinis, an. ʒ.ij. cineris priapi tauri, vel castorei ʒ.ß. galangæ ʒ.ß. sacchari quantum satis est, misce & fiat puluis. Detur mane sorbendo parũ vini albi, diluti aqua betonicæ vel gallitrici.

Puluis contra morbum caducum regis Daniæ. Recipe cranii hominis furis suspensi, tosti ac triti ʒ. j. semin. pœoniæ ℊ. iij. misce & fiat puluis. Detur cum aqua lauendulæ ad quantitatem vnius cochlearis ægroto tempore matutino. Postero & tertio die fac idem.

Puluis epilepticus alius. Recipe cranei hominis, coralli rubri, semin. pœoniæ, an. ʒ. j. misce & fiat puluis, de quo detur trib. vicibus, mane, meridie & vesperi, cum brodio, vel aqua appropriata.

Puluis Epilepticus alius. Recipe cranei hominis, sem. pœoniæ, sem. gallitri, vel radic. eius, radic. tormentillæ, misce & fiat puluis, dosis ʒ. j. cum brodio pulli, semel in septimana, præcedenti purgatione cum pillulis cochiis. Probatum. Angeli de Tarento.

Hermeticum Epilepticum. Destilla aquam è craneo hominis, rectifica adhuc semel super craneũ per retortam, postea adde perlarum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1010 sur 1557

larum præparatarum, radic. pœoniæ, Diamoſ. dul. ana ʒ.ß. caſtorei ʒ.j. macis ϑ.j. mellis Anacard. ʒ.j.ß. rurſus vna cum aqua cranii deſtilla. Doſis eſt cochlear. j. poſt & antè caſum.

Tragæa Epileptica: Recipe ſpec. pleres, archont. diamuſci, dianthos, diacalaminthos, ana ʒ.j. macis, cubebarum, caryophyllorũ an. ʒ.ß. gra. pœoniæ, coral. rub. cranei hominis, carui, an. ϑ.j. zingiberis, piperis longi, an. ϑ.ß. ſacchari ℔.j. miſc. ac fiat puluis.

Puluis D. Pleningeri Epilepticus. Recipe cranei humani de parte anter. rad. pœoniæ ʒ.ß. rad. tormentillæ, viſci quercini, an. ʒ.ij. pulueriſata miſceantur, doſis ʒ.j. cum aqua pœoniæ.

PODAGRICVM.

INCIPIENS & leuis podagra, ſecundum Seuerinum, vno vnguento ſeu balſamo curatur, mixtionem admittit reſoluentium, mitigantium & corroborantium.

Podagra confirmata, quæ radices difficulter reſolubiles vel in ſanguine, vel in carnibus, vel in ipſa Synouiâ poſuit, non ſolis externis balſamis reſoluentibus, mitigantibus & corroborantibus curari poteſt. Itaq; purgationes podagricæ adiungendę, mundificantia, diaphoretica, diuretica per madores, inſenſibiles tranſpirationes, conſumptiones & perfectas ablationes, euacuantia podagrica tamen & conſentanea accerſemus.

Paracelſus dicit ad curationem Podagræ requiri tria, reſoluentia, mitigantia, corroborantia:

In reſoluentibus Paracelſus commendat Arcanum Corallinũ: item ſequentẽ puluerẽ Artheticũ: ℞. Hermodact. turpeti optimi, diagrid. fol. ſennæ, raſuræ cranii, ſacchari, ana ʒ.j. miſce & fiat puluis ſubtilis. Doſis ʒ.ß. mane ex aqua iuæ Arthetica per dies 3. vel 4. Purgat ſecure & leniter omnes defluxiones Podagricas.

Loci mitigantium ſequentia duo balſama vſui eſſe poſſunt balſam. 2. Crollii: Inter corroborantia & defluxionem impedientia numeretur ſpiritus vitrioli vſus cum ſale perlarum, & vinum Paracelſi medicatum è caryophyllata & acoro, quod defluxiones exiccat & impedit.

Aqua Epileptica: Recipe iiij. aut v. hirundinum nidos, quos in fruſta cum ipſis plumis ac lanugine, & viſceribus diſſecabis: coquan-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1011 sur 1557

quantur in v. aut vj. hydromelitis sextariis, eo modo quo aliæ carnes in olla elixantur. His adde rad. & sem. pæoniæ, angelicæ, viſci querni, raſuræ cranii humani, cornu ceruini, gran. iuniperi conquaſſatorum, fol. dictamni, meliſſæ, betonicæ, thymi, hyſſopi, ana q. voles, iuſculum prælo fortiter exprimatur, ac percoletur, expreſſioni aut colaturæ ſequentia adiiciantur: macis, nucis moſchatæ, caryophyllorum, cinnamomi, ana ʒ. ij. caſtorei ʒ. ß. flor. purpureorum anagallidis, liliorum conuall. Tiliæ arboris, roſmarini, ſaluiæ, betonicæ, ana p. j. aut duos, croci ʒ. ß. camphoræ ʒ. ij. aquarum florum primulæ veris & calendulæ, ana ℔. j. macerentur ſimul omnia ad aliquot dies, deinde fiat liquoris deſtillatio ex arte: Cuius & in ipſo paroxyſmo, & extra ipſum, prout morbus exigit, exhibeatur ſemicochleare.

Antidotus cephalica maior Quercetani: Recipe extracti cephalici maioris ʒ. ij. magiſterii cranii humani ʒ. j. ß. ſalis cranii ʒ. ij. eſſentia caſtorei ℈. iiij. ſpec. diambræ, diamoſchi dulcis, ana ʒ. j. ol. caryophyllorum, nucis moſchatæ chymice extractorum, ana gutt. x. ſyrup. conſeruæ citri q. ſ. vt fiat antidotus vel electuarium mollis conſiſtentiæ: doſis ℈. j. formabis inde ſi voles, exiguam pillulam, aut de ea parũ diſſolues in aqua cephalica, morbo, qui expugnandus eſt, congruente. Hæc antidotus iuuat inprimis ad omnes cerebri affectiones, eiuſq; ſubſtantiam, facultatem animalem mirifice corroborat: prodeſt apoplexiis, paralyſibus, epilepſiis, vertiginibus, fumoſq; vaporoſos, qui in ſublimi cerebri regione ſuſpenſi, ſomnolentiam, torporem & ſtupiditatem plerumq; inducunt, diſpellit & diſcutit: memoriam roborat: oculorum hebetudinem acuit, ad aurium tinnitum & ſurditatem confert: & humores lentos ac craſſos tanquam horum malorum cauſſas antecedentes extenuat & diſſipat: ſed generaliũ tamen vſus ſemper præmitti debet.

Aqua epileptica: Recipe flor. tiliæ m. iij. lilii conuallii m. v. ſem. pęoniæ puluerisati ʒ. ß. vini optimi ℔. v. infundantur per dies quinque, poſtea deſtillentur lento igne balnei, in deſtillato macera. Flor. roſmarini m. ß. lauendulæ m. p. herb. rutæ. m. ß. flor. betonicæ m. ß. ſtœchados Arabic. p. j radic. pœoniæ ʒ. ij. ß. fraxinellæ ʒ. ij. ſcyllæ præparatæ ʒ. j. ß. pyrethri ʒ. ß. viſci querni ʒ. ij. caſtorei ʒ. j. caryophyllorum ℈. ij. nucis moſch. ℈. j. raſuræ vn-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1012 sur 1557

gulæ calcis, cardamomi, ana ℈.j. macis ʒ.ß. cranei hominis ʒ. j. corall. rub. calc. ʒ.j. calcis ſmaragdi ℈.j. mithridatii ʒ.iij. digeſta omnia deſtillentur denuo. Alio modo etiam ſic deſtillatur ſimpl. Recipe ſcobis lig. cypreſſi ʒ.ij. viſci querni ʒ.iij. pœonię ʒ.j. raſurę cranii humani. c. cerui opt. an. ʒ.j.ß. aqua cinnamomi & flor. pœoniæ, an. q.ſ. ad eminentiam trium digitorum, ſtent in digeſtione per menſem, & deſtillentur ad ſecundum cohobium. Deſtillatum miſceatur cum ſaccharo vitriolato ad acorem.

Puluis ad capitis dolorem: Rondeletii. Recipe cranei de hominibus ℔.j. cornu cerui ʒ.iij. coralli rubri, caryophyllorũ, macis, cinnamomi, coſti, ana ʒ.iij. cyperi, ſquinanthi, ſtæchados, ſpicæ nardi, ana ʒ.iij. Vrantur omnia ſimul in furno vaſi crudo impoſita, id eſt, fictili crudo nouo: fiatq; puluis.

Pilulæ epilepticæ: Recipe cranii humani ʒ.ij. pulpæ colocynthidis, trochiſcorum alhandali, ſtœchadis Arabici, caſtorei, ana ʒ.j. hieræ Galeni ʒ.iiij. agarici, turpethi, ana ʒ.j. cum aqua pœoniæ, vel ſyrupo de ſtœchade fiant pilulæ.

Tabellæ pretioſæ epilepticæ. Recipe myrrhę ſelectæ, corall. rub. raſuræ eboris, cornu cerui, ana ʒ.ß. ſem. pœonię, viſci quercini, cranei humani, an. ℈.j. cum ſaccharo in aqua lil. conuall. diſſoluto F. morſuli pondere ʒ.ij. mane ac veſperi ſumantur.

Morſelli epileptici. Recipe ſpec. diambræ, diamoſchi dulcis, diaplires, ana ʒ.ß. cubebarum, nuc. muſchatæ, an. ℈.j. ſem. pœonię, cranei humani, an. ℈.ß. conſ. pœonię, lauendulę, anthos, tilię, calami aromat. ana ʒ.ß. ſpec. aureæ Alexand. anacardin. hieræ logod. ana ʒ.ß. ſacchari penidii ʒ.iij. adde ſacchar. q.ſ. Fiant Morſelli cum aqua florum tiliæ.

Miſtura epileptica. Recipe flor. lil. conuall. flor. tiliæ, pœoniæ, ana ʒ.vj. pul. rad. pœoniæ, cranii humani vſti, an. ʒ.j.ß. piſtatæ, viſci querni, an. ʒ.j. cum ſyrupo, flor. pœoniæ. Fiat miſtura.

Hactenus de medicamentis ex cranio humano, paucis nunc audiemus quid lac humanum poſſit præſtare in ſuo interno. Lac humanum omnium dulciſſimum eſt, maximeq; nutrit: Ideoque etiam phthiſi & hectica conſumptis ex ipſa mamma exſuctum mirifice prodeſt. Lac humanum cum vitriolo albo ana deſtillatum, vt phlegma ſaltem prodeat, relictis acutioribus ſpiritibus, medetur ju-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1013 sur 1557

tur inflammationibus oculorum & mammarum, illis placide instillatum, his verò linteolis applicatum. Ex eius butyro prius nempe cum vino generoso & aqua euphrasiæ ana æqualibus partibus macerato, postea cum sabulo teneriori misto, si per alembicum humilem l.a. oleum fiat, oculorum ὑποχύματα seu suffusiones tollit, & ab iisdem præseruat, vna tantum vel altera guttula quotidie bis terve instillata. Ex butyro præterea lactis muliebris excellens conficitur ophthalmicum hoc modo: Recipe butyri humani ʒ.j. laua cum aqua rosarum, donec à sero omni bene mundatum fuerit, illud postea igne lento funde, & sensim affunde aquæ ex eodem lacte destillatæ cum vitrioli albi ʒ. j. continue mouendo cum spatula lignea: in fine adde tutiæ præparatæ & in tenuiss. Alcohol redactæ parum, vt F. linimentum molle: Quod deinceps in maiorem cantum oculi, leniter aliquoties immissum, alligato externe super oculum sacculum flor. camomillæ repleto, omnem ophthalmiam subitò aufert.

Aqua ad visum Petri Hispani: Recipe sem. fœniculi, petroselin. apii, sileris mont. carui, anisi, gallitrici, rad. chelidoniæ, acori, bet. tonicæ, agrimoniæ, tormentillæ, rutæ, verbenæ, ana part. æquales. Terantur & parantur prima die in vrina pueri virginis: secunda in vino albo: tertio in lacte mulieris: quarta die destillentur hæc omnia, & serua, vt balsamum, & obtura vas, ne respirare possit. Visum acuit, & oculos clarificat, & maculas & panum delet: Estq; aqua ad oculorum caligines præstantissima.

Epithema frontale Heurnii: Recipe farinæ hordei m.ß. cum lacte muliebri & aceto rosaceo, paucoq; oleo rosato, pultis in forma, duabus sindonibus excepta admoue fronti.

Secundinas in vsum etiam trahi à peritioribus neq; dictu neq; factu absonum est: Excrementitium enim licet aliquid redoleant, ab vsu tamen, quam natura ipsis dedit alioquin magnũ, medicus vsus abesse nequit. Neque fingula atq; adeo viliſſima, posteaquã è naturali vsu exempta fuerunt, inutilia fieri occipiunt: sic enim entia medica etiam abiectissimis tandem prodeunt: Entia verò medica sunt efficaces essentiæ omnem vim medicam complexæ, si calcinentur secundinæ recentes in clybano, donec in puluerem redigi possint ad strumas colli seu gutturis tollendas, mirifice ab

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1014 sur 1557

aliis commendantur ʒ. ß. eius pulueris exhibetur in hauſtu aquæ carneoli vel oſſeç, Germanis Hardriegel: Plinius vocat virgam ſanguineam: idq; quotidie, Luna tamen decreſcente.

Alii eundem puluerem in affectibus hyſtericis laudant, ſi præſertim eius ʒ. ß. in infuſo fol. ſenæ ʒ. vj. & rad. mechoacana ʒ. ij. in tribus libris vini, vnc. aliquot, per aliquot dies exhibeatur.

Ad perditiſſima filtra præterea quibuſcunque modis intra corpus ſumpta ex ſecundinis talis præparatur antidotus: Recipe ſecundinas recentes, eas à vena vmbilicali diligẽter ſepara, reliquum in clibano igne moderato exſicca, vt poſſit in puluerem abire: Huius ʒ. ß. exhibe cum extract. theriaces ana: idq; bis, ſingulis vicibus ſudoribus prouocatis, ſymptomata tandem ceſſabunt, ac integritati ſuæ corpus reſtituetur.

Ex ſulphure humano etiam fit per artem aqua ac oleum ad Medicinam; Exemplia gratia: Recipe ſulphuris humani quantum placet, exſiccetur in aëre vel etiam furno, igne tamen lento, poſtea per retortam deſtilla igne primum leni, prodibit phlegma, & tandem cum albis ſpiritibus oleum, poſtremo igne vehementiori vrgendum: Vtrumq; per B. rectificatum ſerua. Aqua tollit oculorũ pterigia, ſeu vngues & panos, Arabicis ſobel dictos: Reliquis tamen paſſionibus tunicæ coniunctiuæ adnatæ ſæpe obuenientibus medetur, gutta nempe j. atq; altera inſtillata. Oleum achores & tineas capitis tollit: Eryſipelas exulceratum, lichenes, impetigineſque ſaltem illitu curat: Podagricos dolores & tollit. In eodem oleo aurum ſignatum pondere ſuo deprauatum extinctum, priſtinum pondus vel etiam maius recuperat: Nonnulli eiuſdem beneficio etiam Mercurium coagulari affirmant. Plura alia recenſeri poſſent ex ſulphure humano parerga. Stercus humanum vidi aliquando à vetula fuiſſe applicatum puerulo in ſummo dolore dentium, & paulò poſt ceſſauit dolor, indeq; fuit curatus. Idem vidi applicatum ad digitos aliaq; & inde multa proceſſerunt bona. Et videlicet de magnetica illa, per quam omnes penè morbi applicata ſua mumia curari poſſunt, ſed quia in tam fœtida materia prẽter modum exerceri minus liberale cenſemus, hic ſubſiſtemus, & ad reliqua medicamenta ex microcoſmo deſumta nos accingimus.

Oſſa

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1015 sur 1557

Ossa humana etiam vsum aliquem inueniunt in medicina: Paracelsus tom. 4. cap. 2. pag. 17. talem cum eis iubet præscribere puluerem ad podagricos dolores, vt: Recipe ossium hominis, scammoneæ, hermodactylorũ, turbith, senę, zuccari taberzet ana: ex his confice pulũerẽ, de quo mane ac sero præbe edendam ʒ.ß. pro vna vice. Puluis hic ab ægro fluxus omnes ac tartareos morbos eximit, eo modo, vt res resoluat. Operationis autem vis ex eo procedit, quod ossa ex proprietate sua miracula edant, cætera autem ex vi specifica materiam resoluant. Sicut enim aqua vini Tartarum resoluit, ita simplicia hæc fluxum podagricum liquefaciũt. Interim dum hæc fiunt, doloris locum inungere perges, indies bis, balsamo tali: Recipe mumiæ patibuli, illam destilla, & pro exigentia vtere, &c. de hac in sequentibus.

Balsamum Podagricum cum ossibus humanis Crollius noster sic describit: Recipe olei mandibularum inferiorum, veterum equorum, tempestatibus diu expositorum, vel olei ex ossibus hominis (violenta morte, reste vel rota perempti) siccis, soli & lunæ multis annis expositis. Vel olei è sanguine coruino. Cuiuscũq; huius olei aliquoties prius per se rectificati sumatur ʒ.ß. Olei laterini, Terebinthinæ, Iuniperi, ana vncias tres, misce & destilla omnia adhuc semel in balneo, & postea vngatur locus affectus, è vestigio tollit omnes dolores podagricos è frigida caussa ortos.

Oleum ex ossibus humanis Euonymi. Ex ossibus magnis mortuorum hominum concidantur frustatim: sine, vt excandescãt in igne: ignita pone in cassula aut olla, in qua sit oleum communẽ antiquissimum, & ea extingue: & quamprimum inieceris frustũ in ollam olei, mox ilicò operculo claude, vt vidimus in oleo philosophorum. Hæc ossa aliquot horis imbibita contunde per se (absque illo oleo quod superfluit in olla) & pone in cornutam, & destilla vt oleum philosophorum: serua, ac vtere. Res magna est ad omnes dolores iuncturarum. Erysipelata etiam curant ossa humana de patibulo sumpta, modo methodicè appropriatis.

In vsum etiam Medicum veniunt calculi ex homine exsecto & sponte concreti: Item sperma humanum, de quibus sic audi. Paracelsus lib. de morbis ex Tartaro tract. 2. cap. 1. exponit potentiam ad calculum totius corporis tollendum. Illud autem deducit ex

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1016 sur 1557

cit ex ludo, quo nomine appellat calculum humanum. Eius genuina præparatio hæc eſt: Recipe calculi humani exſecti vel excreti ſufficientem quantitatem, calcina igne primum moderato pòſt validiori, deinde pulueriſatum cum ſulphure & nitro æqualibus portionibus reuerbera, donec in puluerem albiſſimum vertatur: poſtea ſolue cum ſucco berberis clarificato in leni cinerum igne, donec totus ludus ſolutus ſit, relictis exiguis fæcibus, abſtrahe menſtruum per deſtillationem, vel euaporationem, & manet ſal ipſum in fundo, quod tandem in marmore loco frigido humido expoſitum vertitur in oleum ſeu liquorem: huius ℈. vj. ad ϑ. ß. In vino exhibita Luna decreſcente, potenter ipſum calculum in humano corpore hoſpitantem ſoluunt, & per vrinam expellunt. Huic eleganti præparatione æquiualet hæc ſequens, earundem virium, eiuſdemq; vſus ſed facilior: Recipe pulueris ludi ſeu calculi humani ℥. j. olei tartari per deliquium facti ℥. ij. miſce & in martratio digere, per quindenam, poſtea eodem temporis ſpatio exſicca, lento igne arenæ extremo pulueriſa, & cum ſpiritu vini ad ſatietatem extrahe, ſpiritum vini leni balnei calore euoca, & manet oleum coloris ſpadicei: cuius guttæ iij. vel iiij. in aquis equiſeti maioris & petroſelini ana quotidie ſemel exhibitæ, calculũ, omnemq; impuritatem tum renum, tum veſicæ, ſine omni difficultate prius ſolutum per vrinam expellunt. Vterque ex ludo humano præparatus liquor arcanum eſt haud ſpernendum: petitur enim proximè ex ſignatura rerum interna, quæ euidenter teſtatum facit, vbi malum aliquod vel morbus, ibi proximè à natura remedium ſuppetit opportunũ, ne nempè longius ſit emendicandum. Sunt quidam qui ſine præparatione ipſum calculum humanũ contra calculum exhibent, ſed rarò aut nunquam ſubſequi ſperatum effectũ certum eſt. Calculus enim nec à cruditate ſua ſeparatus, nec ab impedimentis excrementitiis liberatus ad operandum inefficax manet: His itaq; obſtantibus crudus ille minus ad hanc medicinã idoneus fieri poteſt. Iiſdem porrò præparationibus de calculo factis, ſubiiciunt nonnulli chryſtallos oculos cancri, & granatos, ſimiliter ad eoſdem affectus vtiles multumq; commendabiles.

Spermatis humani dignitas ſeu nobilitas ad generationem hominis deſtinata non potuit quibuſdam ſine omni iudicio in naturæ

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1017 sur 1557

turæ arcana inuestigandæ irrumpentib, persuadere, qui ex eo quoque vniuersam illam medicinam magni magisterii sapientum olim confectam esse iureiurando contenderent. Magnum me hercule sum æ impietatis ac peruersissimæ persuasionis argumentũ, nullo non supplicio coercendum.

Nec desunt qui ad alios vsus idem attemperant, non inutiles quidem, sed tamen abominabiles: Ex eo enim conficiunt mumiã illam magneticam, hominem & cætera quibus exhibetur animalia in amorem indissolubilem quasi erga eum ex quo sperma in talem medicinam abiit rapientem. Quod si verò impotentia virilis, incantationibus, seu sæpe à personatis diabolis fit, vel aliis ludicris quibusdam rebus, sed satanæ opere efficaciter operantibus impressa, ligatis, nempe membris ad generationem à natura factis, perfecte tollenda sit, finem optimum se assecuturum non desperabit, si sperma recens nec aëri expositum in ouo sorbili cum pulueremaceris diligenter mistum eiusmodi execrandam ligaturam passo exhibuerit. Mirifice enim omnem etiam inueteratam ligaturam soluit, virumq; ad procreandam sobolem efficit. In alios porrò vsus tum bonos & malos sperma humanum trahi nõ est dubium, sed quia talia summam redolent impietatem, silentio potius perpetuo sunt inuoluenda.

CAPVT III.

De Mumia & Vrina humana.

MVMIA Rhasi & Auicennæ vox Arabica, Pissaphaltum indicans. Isaac Persicam esse dicit, quæ liquamen quoddam in sepulturis inuentum notat, in quibus hominum cadauera aromatis condita multos annos seruata fuere. Abs quodam dicta est cerops, forsan, ceræ quod habeat consistentiam: Nunc enim Persis cera est; olim tamen erat liquidior. Reperiebatur tantum in Regum & Heroum Ægyptiorum sepulchris, qui vt humanum corpus sine corruptela seruarent, Myrrha, cinnamomo, aloe, aliisque pluribus aromatibus condiebant. Multos autem post annos, cum per bella milites omnia deuastarent, sepulchra funditus euertentes, in quorundam feretris liquorem quendam mellaginis instar

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1018 sur 1557

ſpiſſum, odoratum nec inſuauem inuenerunt: Quem cum Ægyptii Medici ac Philoſophi, probabiliſſima ratione fulti, eximiis pollere viribus arbitrarentur, ad quorundã affectuum curationẽ valere crediderunt, & dederunt; nec eos fefellit euentus: Multos ſiquidem ſanitati illius vſu reſtituerunt. Quapropter hac experientia facti audaciores hanc conditurã in aliorum præſertim magnatum ſepulchris quæſierunt; quibus inuerſis & exhauſtis, ſic enim ſaniebãt & in mortuos, tandẽ ad virorum infimæ ſortis tumulos manus iniecerunt: In quibus licet multò deterius liquamen, cadaueroſam nempe ſaniem, inuenirent, eam ipſam tamen aſſumebant, Mumiam appellabant, & ægrotis dabant: ſic ita huius inualuit vſus, vt multorum corpora ſeu peſte, aut lue Indica, vel elephantiaſi, aut pſora mortuorum, ſale & alumine conſperſa fuerint, è quibus poſt aliquot menſes, ſanies putris decidens pro mumia habita & empta ſit, &c. Paracelſus noſter in explicandis 4. Mumiis ſat clarus eſt in lib. ſuo quem vocat ærarium naturæ: Hunc ſi probè intellexeris, omnia tibi de Mumia iam dicta patebunt, ſi eſt ad manus conſule, ſin minus exſpecta noſtram editionem, ſed ad noſtra redimus. Dioſcorides Piſſaſphaltum ex Ceraunijs montibus deuolui, & impetu fluminis raptam, æſtu in littus expui, inque glebas illic colligi ſcribit. Eſt ergò diuerſum Piſſaſphaltum ã Mumia Arabum: ſed diſcrimen in hoc eſt, quod piſſaſphalton Græcorum eſt natiuum, cuiuſmodi adhuc hodie in quibuſdam Germaniæ locis, vt in Tranſſyluania, fluminum impetu defertur: quod colligentes Incolæ, & à ſordibus purgantes, ad ceræ craſſitiẽ coquunt, & ad faces pro cera vtuntur: Vnde Erdtwachs / hoc eſt, terreſtrem & montanam ceram vocitant. Sed quia Mumia Arabum vt hodie affertur factitia eſt, eius modum ex Valerio Cordo ſic apponimus. Natiuum accipiunt bitumen, & liquefactum in hominis cadauer infundunt, & omnes eius concauas partes replẽt, cranium videlicet, pectus, ventrem, & omnia peruia oſſa: Non enim bitumine tantum integra funera condiuntur, ſed arida oſſa bitumine complentur, & in humanam formantur effigiem. Talis eſt mumia, quæ hodie affertur, nec aliquam habet myrrhæ, vel aloes, vel balſami admixtam portiunculam, quod colore, odore, ſapore manifeſtè deprehendi poteſt. Huiuſmodi autem corpora, quæ:

ſic con-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1019 sur 1557

sic condiuntur, diuitum sunt, nec afferuntur. Sed ea tantum quæ bitumine condita sunt, nec ea propriè verum aridis ossibus infusum bitumen pro mumia affertur: Multi etiam in Arabiæ desertæ mediis arenis suffocatorum & exsiccatorum cadauera mumiam vocitant, &c. Ex temperamento Pissasphaltum factitium iam dictum dicunt calidum in fine tertii, & siccum in secundo gradu. Phlegmatico frigidoque capitis dolori, paralysi, oris torturæ, epilepsiæ mederi ferunt: Aureum dolorem granum eius in oleo iuniperorum dissolutum pellere: cum aqua hordeacea, & sebeste cerucis dolorem, & tussim compescere. Trium granorum hordei quantitate cum aqua menthæ in dolore cordis ad triduum, ieiuno stomacho bibitur. Pari modo ex cumini seu ammii liquore stillatitio, torminibus, epilepsiæ & apoplexiæ auxiliatur: Caput purgat: Anginæ fert opem: cum butyro ictibus illinitur: nec non ruptis, & tam internis, quam internis obstructionibus. Pulmoni, ulcerib. vesicæ ac virgæ pota & illita, vel clystere infusa prodest.

Puluis contra casum sic præparatur pro commendatione Mumiæ: Recipe terræ sigillatæ, aut boli armeni, sanguinis draconis, mumiæ, ana ʒ. ij. spermatis ceti ʒ. j. Rhabarbari ʒ. ß. misce fiat puluis.

Balsamum mumiæ: Pars humanni corporis incisa, ex oleo oliuarum per mensem digeri sinatur: deinde ampullæ incuruatæ imponatur, separeturque: Huius liquoris ℔. j. Theriacæ optim. ℥. vj. moschi ʒ. j. misceantur, macerenturq; diebus 30. atq; tunc theriaca è mumia præstantissima prouenit. Huius ʒ. j. ex oleo amygdalarum feliciter datur iis, qui venenum hauserunt, aut peste correpti sunt, sic vt in lecto sudent: Laterum inflammationibus, abscessibus, carbunculo, & similibus medetur, ad venena præcauenda, mane ʒ. j. pondere sumitur.

Mixtura Paracelsi in Pleurisi: Recipe Sileti ℥. j. Tartari ʒ. ß. Reduc in mixturam, cum ʒ. ij. mumiæ, dosis ʒ. j. in vino vel aqua melissæ.

Idem miscet cum trochiscis de thure ad lapidem in vesica: vide tom. 3. cap. 5. pag. 231.

Tinctura mumiæ siccæ Quercetani. Recipe mumiæ electæ, contusæ, & in fruſtula dissectæ ℔. j. Spiritus vini alcoolisati, therebinthi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1020 sur 1557

binthinati clari menſtrui, ana vt ſupernatet 4. digitos, indantur omnia conuenienti matratio hermeticè clauſo, & putrefiant in calore primi gradus per quindecim dies, donec menſtruum inſtar rubini tingatur: ſeparabis per balneum menſtruum, quod reſeruabis ad eoſdem vſus, & in fundo remanebit tibi mumiæ ſiccæ vera tinctura, quam circulare poteris, ſi voles, cum vini ſpiritu per aliquot dies, & hac ratione puriorem ex ipſa mumia eſſentiam elicies: quæ ſummopere conducit ad curationem omnium venenorum per ſe: aut ſi cum theriaca permiſceatur in peſte præſtantiſſimum eſt remedium, quod ſatis laudari nõ poteſt. A corruptione omnia corpora tuetur: commodè etiam ad curationem phthiſis, & aſthmatis exhibetur, ſi cum conſerua helenii, & violarũ permiſceatur: prodeſt etiam pluribus aliis affectibus. Fæces verò quæ remanent, ad ſedandos dolores pro topicis in vnguentis apponuntur.

Tinctura mumiæ liquidæ eiuſdem. Recipe mumiæ liquidæ puræ & electæ, alcoolis vini, ana ℔.j. mixtis optimè, & vitro inditis, digerantur in fimo calenti aut baln. Mariæ per duodecim dies, poſt deſtillentur, vt decet, reitera bis deſtillatione: rurſus digerantur per xx. dies, & deſtillentur tertia vice, relinquatur deindè vas in calore Balnei, aut Fimi, donec binæ eſſentiæ percipiantur, vna aurei coloris, & albi altera. Hæ eſſentiæ eligantur, circulenturque cum ſimili menſtruo, in pellicano per plures dies, ſeparando ſemper fæces, & impurum à ſubtili, & puro, reiteratis digeſtionibus, & rectificationibus, præſtantiſſimũ medicamentum fiet. Huius exhibetur ℈.j. ſingulis menſibus in plenilunio epilepticis. Morbum enim mitigat, & pellit, eſtque illius proprium alexipharmacum: ſanguinem quoq; purificat.

Tinctura mumiæ recentis eiuſdem. Mumiam autem recentem & electam ſcinde per minima, quantum fieri poterit: indatur matratio oblongo collo, affundendo menſtruum oliuarum: putrefac omnia per menſem integrum, vaſe clauſo hermeticè, vt fiat ſolutio. Deinde aperto vaſe, transfunde materiam cucurbitæ vitreæ, quam collocabis in baln. Mar. vt vaſe aperto exhalet Mercurius, quod fit cum incredibili fœtore: ſic remaneat, donec nullus exeat fætor, & mumia tota diſſoluta ſit: ſolutionem infunde in aliud vas, quod ſupereſt, digeratur denuò in bal. Mariæ donec prodeat in

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1021 sur 1557

deat in oleum crassum, & fuscum instar syrupi. Quo facto, circulabis omnia cum vini spiritu optimo in bal.M.per xx.dies, separato tandem spiritu, remanebit in fundo rubicundum, & odoriferum oleum, omnes balsami naturalis habens proprietates, quodq; venenatis omnibus & pestilentialibus affectibus valdè conducit. Cape huius sic præparatæ mumiæ ʒ.ij. vini alcoolis optimi ℔.ij. circulentur in vase circulatorio per mensem integrum: Menstruum destilletur per alembicum: denuò digerantur in vase hermeticè clauso, atq; vt supra quater reitera, donec sui corporis naturam omnimodo materia prædicta amittat, & in tincturam prodeat: quę quidem tanta pollet facultate viuifica, vt nulla sit particula, quam ipsa non penetret, nullum vlcus, nullave cortuptio, quam non curet, si ipsius exhibeas bis quotidiè per aliquod tempus crana quatuor, aut quinque cum decocto conuenienti.

Descriptio Syleti, secundum Paracelsum tom.3.pag 216. Recipe diamumiæ ʒ.vj. salium gemmę, colchotar. sciſſi, ana ʒ.ß. aquarum melissæ, absinthii, ana ʒ.iij.(al.ʒ.ij.) fiat mixtura. Dosis à g̃.7. vsque ad 14. Compositum Syleti: Recipe trium salium, ana ʒ.j. Tartari vtriusque, ana ʒ.ß. mumiæ elect. ʒ.j. aqu. melissæ, conserv. bugloss. an. q.s. pro incorporatione, destilla per alembicum, dosis à ϑ.j. vsque ad ϑ.iiij. Instauratio hepatis Paracelsi: Recipe cinnamomi, myrrhæ, mumiæ, an. ʒ.j. vini correcti ʒ.ß. f. haustus. Hæc prohibent, ne hydropisis, aut icteritia aut hemicranea accidant.

Cura Nusti Paracelsi: Recipe terpenthinæ lotæ in aqu. rosar. ʒ.j. trochiscorum de thure ϑ.ij. liquoris mumiæ ʒ.j. ß. liquoris myrrhæ ʒ.v. fiat in modum boli. Dosis à ʒ.j. vsque ad ʒ.iij. manè & serò.

Descriptio contra vermes ex mineralibus Paracelsis: Ol. hypericonis. Mandellæ (est sem. ellebori albi) ana ʒ.j. mumiæ præparatæ ʒ.ij. liquoris aloepatici ʒ.ß. cretæ marinæ q.s. pro incorporatione. Reduc in trochiscos.

Medicamentum in asthmate: Recipe liquoris de floribus hypericonis, aristolochiæ rotundæ, ana ʒ.ij. liquoris de mumia ʒ.iij. Præcipitati ex Saturno ʒ.x. Reduc in mixturam. Dosis à g̃.x. vsque ad xv. tam intro assumi, quam foris admoueri potest. Et hæc medicina vtilis est ad vlcera splenis & pulmonis. Et eadem ad vulnera

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1022 sur 1557

& vlcera exteriora & interiora valdè experta est, vt in vlceribus renum quoq; & vesicæ, & pulmonis, & in asthmate.

Medicina in lapillo intestinorum. Recipe aquæ de fæcibus vini ℥.vij. Tartari communis ℥.vj. mumiæ ℥.ß. mellis despumati & colati, quantum sufficit. Fiat mixtura in forma electuarii. Dosis est à ℥.iij. vsque ad vij.

Arcanum compositum in contractura. Recipe vini ardentis dest. optimi ℔.vij. cantharidum ℥.x. canapi, flores, tapsi, camomillæ, hypericonis, an. m.vj. contunde & misce: digerantur in sole aut fumo calido per mensem, inde destilla. In destillatam aquam hæc sequentia impone: Recipe succos canapi, florum tapsi, camomillæ, hypericonis, centaureæ, bethonicæ, prunellæ, ana ℔.ß. masticis ℥.ij. ß. thuris ℥.v. mumiæ ℥.j. ß. lumbricorum terrestrium, ranarum, ana ℔.ß. in circulari destillentur per octiduum. Posteà vtere vt balsamis.

Contra podagram: Primò recipe mumiæ, masticis, myrrhæ rubeæ, olibani ammoniaci, opopanacis, bdellii, an. ℥.ij. vitrioli ℔.j. mellis ℔.ij. tartari ℥.j.ß. aquæ vitæ tres quart. vnius ℔. Ex his omnibus destillatis fiat oleũ. Postea recipe inferiorem mandibulã equi, redige in tenuem puluerem, & fac oleum. Huius olei equini recipe ℥.ij. olei superioris ℥.iiij. misce, & vna adhuc semel destilla, & reserua.

THERIACA DE MVMIA.

SOLA Mumia est, quæ præsentissimum remedium adfert, aduersus omnia venenorum genera.

Primò paretur tinctura mumiæ in hunc modum:

Eligatur cadauer hominis rufi, integri, recentis sine macula, viginti quatuor annorum, suspensi, vel rota contriti, vel hastati, per diem & noctem tempore sereno collectum.

Hanc mumiam, à duobus luminaribus semel illuminatam ac constellatam, frustulatim vel assulatim conscinde, & asperge puluere myrrhæ, & tantillo saltem aloës (alioquin nimium amarescit) postea imbibe macerãdo aliquot dies in spiritu vini, suspendatur parum ac iterum imbibatur, tandem in aëre frusta suspensa sic-

ſa ſicceſcant, tunc aſſimulatur carni fumo duratæ ſine fœtore: Et poſtea ſpiritu vini ſecundum artem, vel ſpiritu ſambucino tinctura rubicundiſſima extrahatur.

Poteſt etiam oleum oliuarum ſeorſim cum conciſa mumia ſicca (nam humiditas intolerabilem illum fœtorem in digeſtione cauſſatur) macerari per menſem, ſic tingetur, de hoc tincto oleo oliuarum poſtea ad libitum tincturæ mumiæ poteſt addi, antequam cum Theriaca miſceatur.

℞. ergò tincturæ ſeu extracti mumiæ per ſpiritum vini, à qua tamen ſpiritus denuo abſtractus ſit ℔. ß. Theriacæ Andromachi ʒ. iiij. olei oliuarum mumiati ʒ.ij. ſalis perlarum & corallorum, ana ʒ.ij. terræ ſigillatæ ʒ. ij. moſchi ʒ.j. miſce & digere circulando per menſem. Vires, Vſus & Doſis.

Plurimi morbi hac theriaca de mumia perfectè ſanantur.

1. In peſte tanta eius vis eſt, vt ſi antè infectionem fuerit adminiſtrata, nil prorſus incommodaturum ſit venenum, & qui horis matutinis ſcrupulo vno vtetur, eodem die non inficietur.

Infectus vtatur ʒ. ß. vel ʒ.j. in aqua cardui benedicti vel cum theriaca.

2. In apoſtematibus, carbunculo, anthrace, pleureſi ʒ. j. adminiſtratur. Proindè exactis ſex horis alteram drachmam exhibe, & qui illam horam attingit, vt ſecundam potiunculam accipiat, de ſalute certus eſt.

3. Contrà quæuis venena. Doſis à drachma ſemis ad vnam, vel duas in ſumma neceſſitate: Si quis venenum hauſit offertur doſis dicta in vna vncia, vel duab. olei amygdalarum, vt patiens vomat, in lecto medicinæ operatio expectetur. Hac ratione pellitur, quicquid eſt beſtialium ſeu mineralium venenorum.

Aqua balſamica excellentiſſima aduerſus omnis generis apoſtemata; vlcera interna & externa: potiſſimum contra fiſtulas & vlcera phagædenica, & maligna.

Ex æquis partibus foliorum & florum roſmarini, foliorum & granorum lauri, ſaniculæ, veronicæ, petr, myrti, plantaginis. Deſtilla aquam, cuius ℔. vj. adde terebinthinæ Venetæ ℔. j. gummi hederæ & ceraſorum, ana ʒ. iij. thuris maſculini, myrrhæ, mumiæ verè, ana ʒ. ij, ß. aloes ſuccotrinæ ʒ. iij. macis, piperis, caryophyllorũ, ana ʒ. j.

ana ℥.j. sacchari ℔.ß. croci ℥.ß. omnibus inuicem mixtis fiat in retorta destillatio per cineres, vt artis est, donec recipiens sua sponte refrigeretur. Hanc aquam, quæ tota oleaginea est citra vllam rei alicuius separationem, serua in phyalis probè clausis. Nam excellentissima est, & pretiosissima, ex ea lauabis fistulas, admotis solummodo eius aliquot guttulis: item vlcera cancrosa, phagædenica & sordida, quæ vicina sunt malo mortuo, & mira videbis. Præstantissima quoque est ad carbunculum & anthracem pestilentem ad vomicas, abscessus, apostemata, & interna vlcera. Offerendæ sunt tantum aliquot guttulæ cum vino albo aut cum alio quodam iusculo, vel aqua vulneraria.

Potio vulneraria vniuersalis, id est, omnibus tam internis, quàm externis vulneribus & vlceribus conducens. Recipe radic. tormentillæ, consolidæ vtriusque, ana ℥.j. herb. limonum vtriusq;, saniculæ, pyrolæ, verbenæ, alchimillæ, persicariæ, ana m.j. vincæ peruincæ, herbę Roberti, ana m.ß. flor. verbasci, hyperici, centaurii minoris, ana p.ij. Astacorum expurgatorum & exsiccatorum nu. vj. mumiæ ℥.ß. macerentur per duos dies in vini albi & aquæ veronicæ, ana ℔.ij. in vase circulatorio ad calorem baln. Mar. vaporosum: dein fiat expressio & colatura per manicam Hippocratis, aromatizata pauco cinnamomo vel coriandro in succo citoniorum præparato. Dosis cochlearia duo vel tria mane & vesperi tantundem, tribus antè cibum horis. Pro iis, quos amaritudo minus offendit, addi potest radix aristolochiæ, & enulæ campanæ, & tum potio, suauioris gustus ergò, dulcoretur saccharo, aut fiat maceratio in hydromelite vinoso. Continuanda est ad dies plusculos, & effectus refert planè mirandos.

Decoctio alia: Recipe oculorum cancri ℥.ß. mumiæ ℥.ij. boli Armeni veri ℥.j.ß. herb. agrimoniæ, ophioglossi, veronicæ, cyclaminis, ana m.j. spermatis ceti ℥.j. Macerentur in vino albo per duos tresve dies: dein fiat expressio & colaturæ clarificatio, de qua capiat cochlearia duo vel tria, mane & vesperi, si opus fuerit.

Alia potio vulneribus venenatis sclopetario conueniens. Recipe radic. angelicæ, galangæ, zedoariæ, ana ℥.ß. flor. vincæ pervincæ, lilii conuall. ana p.j. mumiæ, boli armeni veri, ana ℥.j.ß. spermatis ceti ℥.ij. Digerantur & circulentur in baln. Mar. per qua-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1025 sur 1557

per quatuor dies in ſuff. quantitate vini albi & aquæ vlmariæ. Doſis vt ſupra.

Potio vulneraria: Recipe oculorum cancri pulueriz. ℥.ß. mumiæ ℥.ij boli armeni ℥.j.ß. herb. agrimoniæ, ophiogloſſi, veronicæ, cyclamini, ana m.j. ſpermatis ceti ℥.j. temperentur in vino albo per noctem in balneo Mariæ: Capiat huius cochlearia duo mane & veſperi, ſi opus ſit, inflammationes plurimum arcent, atque ambuſtis conueniunt.

Potio vulneraria; pro reliquis morbi temporibus: Recipe macis, oculorum cancri, zedoariæ, ana ℥. iij. mumiæ, galangæ minoris, ana ℥.ij. nucis vomicæ ℥. j. ß. craſſiuſcule contuſa imponantur in vas vitreum, affundendo vini albi menſ.j.ß. macerentur lentiſſimo calore per biduum. Doſis eſt cochlear vnum mane & veſperi tantundem. Huius potionis vis tanta eſt, vt laudari vix ſatis poſſit.

Potio venenatis vulneribus ſclopetariis conueniens. Recipe flor. vincę peruincæ, flor lilii conual. an. p.j. galangæ, zedoariæ, an. ℥.ij. mumiæ, boli armeni veri, an. ℥. j. ſpermatis ceti ℥.ß. vini albi menſ.ij. digerantur & circulentur in balneo Mar. per quatuor dies. Doſis eſt cochlear vnum mane & veſperi.

Potio vulneraria in fracto oſſe, ab ictu ſclopetario. Recipe ariſtolochiæ, cyclamini, ſerpentariæ, conſolidæ vtriuſq; geranii, ana m.j. ſabinæ m.ß. macis, zedoariæ, oculorum cancri, ana ℥. ß. mumiæ, galangæ min. ana ℥.j.ß. conquaſſatæ ac minutatim concitæ herbæ, & reliqua in pulueręm craſſiuſculum redacta coquantur in duplici vaſe horis 4. cum menſ.j. vini. Vtatur mane & veſperi.

Balſamum optimum. Recipe myrrhæ, aloes hepaticæ, nardi Indicæ thuris albi, ſanguinis draconis, croci, mumiæ, opopanacis, bdellii, carpobalſami, ammoniaci, ſarcocollæ, maſticis, ſtyracis calamithæ, gummi Arabici, ana ℥.ß. reſinæ terebinthinæ ad pondus omnium. Deſtillet oleum, vt ars poſtulat. Corroborat ipſius vires reſtituendo: cadauera à putredine præſeruat: febrium rigores pellit, ſi antè acceſſionem eo tepente, vngatur ſpina. In vteri ſtrangulatu, epilepſia, & huiuſmodi aliis morborum generibus cum vino odorato præbetur: Melancholicis quoque, & iis, qui abſq; cauſſa triſtantur, languidiſq; ſunt viribus, & bello debilitati, a classitudine laborant.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1026 sur 1557

Balsamus Pæti pretiosus, sarcoticus Quercetani. Recipe viſci herb. Pæti, viſci conſol. maior. ana ℥.iiij. olei terebinthinæ ℔. j. flor hyperici, flor. verbaſci, ana m.ij. pomorum vlmi ℥.iij. acinorum populi arb. ℥.iiij. ſpiritus vini ℔.j.ß. Digerantur in fimo equino, vel relinquantur in calido hypocauſto, in vaſe vitreo optimè clauſo per menſem integrum, deinde exprimantur, & colentur, adde thuris, maſticis, myrrhæ, ana ℥.ij. ſanguinis drac. ℥.ß. mumiæ ℥. vj. terebinthinæ ℔.ß. beniomi ℥.j. Circulentur ſimul in pellicano octo dierum ſpacio, deinde moderato calore deſtilletur vini ſpiritus, & remanebit in fundo pretioſus balſamus,

Oleum ad paralyſin & contracturas præcipuum Quercetani. Recipe olei hypericonis ℔.j. terebinthinæ ℔.ß. olei laurini ℥. iiij. olei ſpicæ ℥.j.ß. granorum iuniperi ℔.ß. caſtorei ℥.j. euphorbii ℥.ij. caryophyllorum, macis, nucis moſchatæ, cinnamomi, ana ℥.j.ß. florum lauendulæ, flor. ſaluiæ, flor. lilii conuallii, ana m.ij. maſticis, myrrhæ, thuris, ana ℥ ij. mumiæ ℥.j.ß. pingued. taxi. ℥.iij. Digerantur omnia per menſem in fimo, deinde deſtillentur in alembico æneo ſecundum artem. Hoc oleo inungantur membra paralytica, & contracta. Eſt enim medicamentum efficaciſſimum.

Puluis contra caſum Iohannis de Thenis. Recipe mumiæ, ſcabioſæ, piloſellæ, hyperici, ana ℥.ß. coſti dulcis, coſti amari, nucis moſchatæ, ana ℥.j.ß. terræ ſigillatæ, boli armeni, ana ℈ iiij. rubiæ tinctorum, rhapontici, ſem. nigellæ, ana ℥.vj. rhabarbari, ſpermatis ceti, ana ℥.ij. trochiſcorum de agarico, cum ſale gemmæ præparatorum, cymini præparati, ana ℥.j. fiat omnium puluis.

Alius, Auguſtani. Recipe terræ ſigillatæ, aut boli armeni, ſanguinis draconis, mumiæ, ana ℥.ij. ſpermatis ceti ℥.j. rhabarbari ℥.ß. miſce & fiat puluis. Propinatur præcipitatis, ruptis, contuſis, fractis, ex vino aſtringente, vel cui incoxerint, quæ ſtringendi vim habent, vt roſæ, balauſtia, cytini, malicorium, myrti, & rubi cacumina, ſumach, & id genus alia. Hoc vino intincta linteа, & expreſſa calida laboranti circumuoluta omnem ex ictu, & præcipitio offenſionem mirifice curant, eſtque celebre Hiſpanis nec contemnendum remedium.

Potio ſanguinem ex vulneribus erumpentem prohibens. Recipe cinerum teſtarum aſtacorum & ranarum, ana ℥.ß. coralli

rubri,

rubri, spodii, ana ʒ.iij. mumiæ ʒ.ij. macerentur in ℔.j. aquæ spermatis ranarum ad calorem bal. Mar. 24. horas: dein fiat expressio & colatura, de qua exhibe cochlearia duo: cum eodemmet decocto foueatur extrinsecus vulnus sanguinolentum.

Ad morsum venenatum serpentis & rabidi canis. Recipe radic. gentianæ, Valerianæ, ana ℥.j.ß. fol. consolidæ minoris, rutæ siccæ, pulegii, ana m.j. mumiæ, cancrorum calcinatorum, ana ʒ.j. coquantur cum vino: de horum decocto æger capiat mane ʒ.ij. vel tres per octiduum. Loco laboranti ex morsu applicanda erunt balsama & emplastra congrua, qualia suo loco describemus. Hoc decoctum peculiare est remedium ad morsum canis rabidi. In morsu serpentis addi debet radix serpentariæ maioris.

Sudorificum singulare ad vehementem corporis concussionem ex alto quodam & graui lapsu contractam. Recipe rad. buglossæ, cardui benedictæ, ana ʒ.ij. sem. cardui benedicti ℥.ß. butyri recentis ℥.j.ß. spermatis ceti ℥.ß. mumiæ veræ ʒ.j.ß. croci ϑ.j. bulliant in ℔.j.ß. vini albi lento igne, ad consumptionem tertiæ partis: de colatura exhibe ℥.iiij. vel vj. calidè: æger exspectet sudorem in lecto coopertus plus solito.

BALSAMVM VVLNERARIVM EFFICACISSIMVM.

QVo omnia vulnera & punctiones membrorum, iuncturarum, neruorum, ictus etiam telo seu globo tormentario facti, tuto sine vllo superueniente symptomate curari possunt.

Recipe hypericonis ℔.j. colligantur flores cum solis ortu balsamitico tempore, in exaltatione videlicet circa festũ Iohannis antè nouilunium. Florũ cheyri, verbasci, chelidoniæ, centaur. minoris, aristolochiæ, prunellæ, chamomillæ, consolidæ mediæ vel maioris, ana ℥.j.& ß. foliorum rosar. rub. ℥.j.ß. mumiæ transmarinæ, myrrhæ, thuris, ana ℥.j.& ß. masticis ℥.j. storacis liquidæ ℥.ij. Incisis incidendis, & tritis terendis, ponantur in vase, & affundantur mensuræ duræ boni spiritus vini, stent in digestione omnia retrò fornacem vel ad solem: Postea effundatur spiritus vini tinctus, & fæces prælo exprimantur: Tandem addatur huic spiritui tincto (nisi velis maioris efficaciæ ergò reiterare macerationem florum)

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1028 sur 1557

olei oliuarum recentis, quod ſupra ramenta pinguia abietina per 8. dies in digeſtione ſtetit ℔. v. terebinthinæ claræ noſtratis, & reſinæ laricæ lotæ in aqua hypericonis ℔. j. & ß. iterum per quatuordecim dies omnia digerantur: Vltimò abſtrahatur ſpiritus vini in balneo Mariæ, tunc balſamum manebit in fundo rubeum inſtar ſanguinis.

Hyeme prædictarum herbarum ſemina parabilia trita balſamo iniiciantur, & ponantur in digeſtione, & longe potentius operabitur. Vires & vſus:

1. Contra omnis generis vulnera plumaceolum vel flocci molles, qui circa ſemen cardui benedicti, vel in populo arbore creſcũt, tepide intingantur, & vulneri prius vino eloto indantur, ſuperpoſito emplaſtro ſtictico ſequenti tam diu, quoad nec venæ, arteriæve, nec nerui & vincula media aut alia id genus appareant.

2. In omnibus tumoribus, inflammationibus, contractis & contuſis membris, rupturis oſſium.

3. Contra morſus canum, non neglectis aliis remediis, ſi morſus ſint venenati.

Balſamum eſt ad vulnera & punctiones ſanandas efficaciſſimũ.

Emplaſtrum nigrum, vulgò Stichpflaſter/ Auguſtani. Recipe olei roſarum ℥. vij. colophoniæ, reſinæ, picis naualis, ana ℥. iij. ceræ albæ, vitrioli Romani, ceruſſæ, olibani, myrrhæ, ana ℥. viij. maſticis ℥. j. olei ouorum ℥. ij. olei de ſpica ℥. j. olei iuniperi ex granis ℥. iiij. mumiæ ℥. ij. terræ ſigillatæ, ſanguin. draconis, ana ℥. j. vitrioli albi, coralli rub. ana ℥. ij. axungiæ ardeæ ℥. j. axungiæ thymali ℥. iij. lap. magnetis præparati ℥. ij. lumbricorum præparatorum ℥. j. caphuræ ℥. j. fiat emplaſtrum ſecundum artem. Valdè efficax ad recentia vulnera & puncturas, vnde denominationem etiam habet.

Cataplaſma inſigne, contra quemuis ictum, quo vſus eſt Chriſtiernus rex Daniæ, Ranzouii. Recipe ceræ ℥. iij. ß. colophoniæ ſeu picis Græcæ, pinguedinis Thymalli piſcis, mumiæ, ana ℥. j. ß. myrrhæ ℥. j. minii ℥. ß. coralli albi ℥. iij. thuris, maſticis, an. ℥. j. caphuræ ℥. ß. fiat cataplaſma ſecundum artem. Quibuſlibet etiam vulneribus, ſiue cæſim gladio ſecante, ſiue punctim mucrone ſint inflicta, hoc cataplaſma rectè adhiberi poteſt.

Ceratum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1029 sur 1557

Ceratum capitale Carpensis. Recipe terebinthinæ in vino maluatico sæpius lotæ, resinæ pini, ceræ albæ, ana ℥.iij, mumiæ ℥.j. ß. terebinthina, resina, & cera liquatis, adde mumiam leuissimè tritam: coque igni, semper mouendo: deinde iniice in vas argenteum, aliud ve tersum, in quo habeas aceti rosati è vino maluatico ℔.iiij. macerentur horis 24. Deinde manu exprime, donec acetum sit excolatum: repone vase vitreo.

Vnguentum de Pæto sarcoticum Quercetani. Recipe succi Pęti ℔.j. terebinthinæ ℥.v. olei hyperici compos. ℥.viij. vini albi generosiss. ℔.ß. digerantur per octo dies, post decoquantur ad vini consumptionem: tum demum adde colophoniæ, ceræ, ana ℥.iij. mumiæ, carabes, ana ʒ.ij. Liquefiant rursus ad ignem, & fiat vnguentum, vt artis est.

Vrina licet seu abiectitium quid, & humanorum excrementorum superfluum vulgo abminabilis sit, Doctiores tamen naturę consulti eam ad vsus præclaros reuocant, de quibus omnibus consulatur Hieronymi Reusneri Medici Synopsis exegesi de remediis ab vrina desumptis, quam adiecit ad libellũ Iodoci P. de vrinis, in quo præter alia vtilia pleraque & iucunda multa commodè docimasiam seu probationem vrinæ Chymicęum explicat, ad illorum verò omnium lectionem & repetionem lectorem remitto, cæterum felicior magisque expedita vrinarum probatio ab aliis commendatur, & praxi ipsa exercitata in summo pretio habetur, ea talis est.

Vrinã morbosi hominis debito tempore collectã, cucurbitaq; conuenienti exceptam, destilla ex arena ad consistentiam instar mellis in fundo restitantem, eius euaporatæ vrinæ cape particulam quandam, nucis auellanæ quantitatem æquantem, aceandem super laminam venerisignitam modicè in medio depressam vel excauatam in loco aliquo à ventis & aliis turbis libero saltem ludico pone, diligentissimè obseruaturus, dum colores flammæ ardentis, dum fumum, dum residuas in lamina cuprea fæces, etenim ex singulorum horum certa dispositione iudicium esse postea conformandum, tam de morbo ipso, quàm de patientis vita vel morte. Vrina enim aut fumum de se emittere, aut ardere, aut post euaporationem in lamina feces relinquere, aut horum nullum, aut

aut vnum, aut alterutrum, aut omnia simul præstare animaduertetur, de his autem syncere iudicantem oportet ad obseruandum esse sollicitum. Quod si igitur primo aliquantulum ardentis vrinæ fumus fuerit cęruleus, designat dolores & grauedines capitis vehementes à vaporibus ex inferioribus visceribus ad cerebrũ exsurgentibus ibidemq; postea condensatis & ad subiacentes partes cadentibus, vnde fiunt ophthalmiæ, surditates, timidus aurium, coriſa, dentium dolores, vuulæ casus, tonsillarum, inflammationes, angina, tussis, asthma, pleuritis, peripneumonia, &c. Secundò: si flamma fuerit instar sulphuris viui, designat inflammationem hepatis vel renum, alioſque calores præternaturales totum corpus infestantes: Tales sunt febres, tum ventriculi, tum hepatis & renũ. Tertiò; si neque fumus neq; flamma conspicitur, sed vrina sensim euaporando post se fæces albicantes reliquerit, morbus haud magnus nec difficilis iudicatur: Imò de salute ipsius patientis pronunciationem certam & firmam pollicentur. Quartò si simul ardendo fumum emittit, ac insuper fæces albicantes reliquit, designat quidem morbum duplicatum, & cum multa symptomatum sindromæ coniunctum; quia verò subsidentia albicans residua facta fuerit, de fœlici sanitatis redituræ prouentu non dubitandum: Balsamum enim vitæ nondum planè corruptioni subiectum esse indicium præbet: Nihilominus ab his signis denotantur febres acutæ, seu casodes, & malignæ, pestes, intoxicationes, aliaq; grauia incommoda. Quintò; si neque fumus neque flamma conspecta, nec etiam vllæ fæces, aut admodum nigræ & lucidæ in lamina veneris relictæ fuerint, citissimum mortis, vel imminentis, vel cito superfuturi testimonium profert. Breuis hæc est & succincta vrinas probandi ratio, quæ tamen sine rationibus non est, ac cuiuis modo rerum seu corporum analyseos perito, facile fuerit momenta rationum ex dictis extruere. Sunt quoque qui per hanc probationem post eiusmodi morborum designationes, non aliam curam adhibent, quam quæ ex ipsa vrina Mercurii seu spiritus, sulphuris seu olei, & salis fixi, seorsim in medicamentosas vires alioquin admodum fœlicium, exhibitione desumitur: Verùm hæ ipsę curæ cum satis exquisitarum causarum haud circumspectæ sint, saltem analogia aliquid fidei faciat, nec subsint demonstrata exempla,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1031 sur 1557

empla, merito inter incerta relinquendæ sunt. Est & aliud examen vrinarum per aquam Mercurialem, cuius Penotus mentionẽ facit in Denario Medico, pag. 69. vocatq; alkali aquam secretam: eius apparatũ ex dictatione & manu præceptoris ac parentis mei, talem trado atque communico. Recipe Mercurii purificati ℥.iiij. lapidis arenosi ℔.ij. primo fundatur stannum: ipso fuso proiiciatur in mercurium mundatum: Fiatque Amalgama bene commiscendo, postea diligenter cum aceto & aqua feruenti laua & exsicca: Deinde colloca hoc Amalgama in retortam intra arenam in furnello, in quo possis ignem administrare, & sit vas benè lutatum luto sapientiæ, & cum videris liquorem destillare in forma aquæ, ignem indesinenter continua, donec tota aqua stillauerit, & citò cum ex illa aqua habueris vncias quatuor, diligenter custodi: Dicitur aqua alkali secreta. Vsum huius aquæ ait Penotus, inter cæteras virtutes, quas magnificè de prædicat, esse in vrinarũ examinibus: Proiice inquit tantum j. guttam istius aquæ in vrinam illius qui ægrotat, statim fiet elementorum separatio, & sic cognosces elementum prædominans, in quo est corruptio, sicque ægritudinis caussam agnoscis. Magnus sanè effectus istius aquæ, quemve probè consideratum vnice Chymiatri sibi commendatum haberent merito: sed istius aquæ descriptio à Penoto allata non est syncera. Libauius in syntag. Arcanorum tom. 1. pag. 353. & tom. 2. pag. 144. eam explicatiorem reddere voluit, sed vtrobiq; frustra: Primo enim pro lapide arenoso prostituit sodã seu salem alkali, deceptq; titulo eo quem Penotus dixit, aquam nempe istam vocari aquam alkali secretam. Deinde in Tomo altero dubitat de sale alkali, & priorem Penoti operationem ad aliam accommodat, quæ est ex hydrargiro & Mercurio sublimato: sed æque sophistice: tantum nempe præualet opinio veræ experientiæ, à qua qui destituuntur, sola contemplatione cum stolido supercilio sibi aliisque applaudentes, non possunt non grauissimorum errorum machinatores esse: quantum enim experientia in Chymia procedit, tantum ratio de eius certitudine ac operandi modo statuere potest. Alioquin Mercurius crudus cum lapide arenoso, id est, arena pura & sicca, ita vt hæc illi supereminеat ad palmæ integræ altitudinem ex cucurbita humili destillatum in aquam limpidam transit, quæ aliquoties

quoties per matratium vel phiolam rectificat, flaueſcit tandem, ac inſtar nepediæ olet: Vtrum verò hæc aqua præſtet illa, quæ à Penoto recenſetur, dubitamus: Nunc pergemus ad deſtillationis ſpiritus vrinæ ſimplicis explicationem: qui ſimplici ſcilicet duntaxat deſtillatione prolectus, ad eſſentias gemmarum, nominatim verò ſmaragdi extrahendas admodum vtilis eſt.

Recipe vrinam puerorum vinum bibentium recentem, deſtilla per alembicum in feruenti balneo denuo cohobio vno ſuper feces proprias deſtillatione repetita: prodibit ſpiritus vrinæ cum ſuo tamen phlegmate vrinæ miſtus, quem reſerua. Huius ſufficientem quantitatem funde ſuper ſmaragdi puluerem in ferreo mortario factum, & relinque aliquandiu in calido, probe obturato vitro, donec ſatis cærulea appareat tinctura. Tinctum vrinæ ſpiritum ſmaragdi imprægnatum decanta & deſtilla, vt illius extract. maneat inſtar cineritii coloris, ex hoc per ſpiritum vini affuſum extrahe vitiditatem, quæ ſmaragdi eſt eſſentia, ſi paululum ab eodem ſpiritu vini per deſtillationem reuocata, craſſiuſculam ſubſiſtentiam nacta fuerit. Eius vſus inprimis magnus eſt ad cerebrum: Doſis à guttis iiij. ad vj. & viij. cum vehiculis conuenientibus: curat melancholiam & paraphrenitidem: Eſt inſigne cordiale: Palmum enim cordis mirificè tollit; ſyncopas ſoluit: Præterea ſperma auget, mulieres fœcundas reddit, menſes ſuperfluos & hæmorrhoides ſiſtit: Dyſenteriam & quemuis alui fluxum ac diuturnum curat. In peſte deniq; aliiſq; febribus malignis ſufficienti præſeruationi & curationi multum prodeſt. Eſt & alius ſpiritus vrinæ, ad vitriolum metallorum extrahendum perquam vtilis, qui ita fit: Recipe vrinam puerorum vinum bibentium, quod placet, & in aheno leni igne, ne videlicet bulliat vrina, phlegma inutile euapora, ad conſiſtentiam ipſius vrinæ mollem inſtar ſyrupi. Hanc recondein phiolam longiſſ. colli, & adaptato alembico in loco & tempore frigidiori deſtilla ex feruenti B. & prodit ſpiritus vrinæ inſtar niuis ſeu pruinæ, ſeſe in alembicum eleuans, quem diligenter collige & reſerua. Accidit autem interdum, vt incaleſcente alembico idem in eodem ſoluatur, & in ſubiectum vas recipiens inſtar aquæ limpidæ dilabatur. Ex fecibus cum aqua deſtillata calida extrahe ſalem, & fac per euaporationem in cryſtallos abeat,

quas

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1033 sur 1557

quas diligenter repetitis solutionibus & coagulationibus colle-
cas cum spiritu vinę priori coniunge, sæpius eundem ab iisdem
multis cohobationibus destillando, donec nempe omne sal fixum
fuerit volatile factũ, hoc est in eundem spiritum ablumptum. Su-
per spiritum vrinæ funde spiritum vini collectum æquali pondere,
& eundem ab eodem leni balneo euoca: qui si semper recens ad-
iectus & per destillationem ablatus fuerit omnem aufert fœtorẽ,
eidem vice versa gratum odorem conciliando. Hic spiritus vrinæ
super limaturas metallorum fusus ex eisdem vitriolum elicit: No-
minatim verò ex Luna extrahit illum pretiosum colloren cæru-
leum quem vltramarinum Pictores indigitant. Sunt præterea &
aliæ præparationes vrinæ æque variæ, sed hæc suo loco tractabi-
mus: Vnus verò omnium legitimus supra videre est in 1. lib. Basil.
cap. de Panacæis: Paucis adhuc audiendam, quid in homine sit
medicamentosum. Linguam hominis calcinatum, præsentissi-
mum esse epilepticum audiuimus, veluti & osticulum illud tri-
quetrum in capite suspensi repertum.

Neque sudor in homine malus est, eius enim gratia omnes
pene morbi sunt curabiles, per transplantationem cum vegetabi-
libus medio sulphuris microcosmici præparati, quod quidem mi-
raculosum non solum, verùm ex naturæ promptuario secretissi-
mum: dicam tibi autem quod non sufficiat in medicina scire e-
munctoria naturæ esse per aluum, os, nares, aures, & poros, sed
& spirituum emunctoria scire oportet, qui simul exitum patiuntur
in triplici loco, &c. & hæc tuum erat scire Medice, quare penetra-
lia interna considera naturæ, sapientia diuina plena: Per halitum
qui simul est aẽ eus spiritus, potes tibi naturaliter facere amicum,
crede mihi, & id secretum est.

Pinguedo humana in genere valet ad omnes neruorum liga-
tiones, membra emaciata, contracta, indurataque ac conuulsa,
siue præparata simpliciter siue destillata, &c. sed ea erit differentia:
Pinguedo à corde & pulmone hominis, valet præparata internè ad
phthisin: Præparata ab intestinis valet internè ad fluxus dysente-
ricos: de renibus præparata valet externè ad dolores dorsi coxen-
dicis, ossis sani, &c. de manibus (hoc non credes, quia manus vi-
detur, ossea musculosa & sola cutis, coque, & veritatem videbis)

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1034 sur 1557

Hæc præparata memoriam in digitis exacerbabit ad celerem lusum testudinis,&c. Pinguedo à pedibus, pedibus ordinabitur,& sic de reliquorum membrorum pinguedine,&c. crede & videbis. Fel microcosmi destillatum cum therebinth. valet ad colicam, ab extra vsurpatum, vermes etiam necat atque educit inunctione bilem; cum spiritu vini putrefactum & destillatum, datur: In suffoc. matricis, colica, pleuritide, biliosis febribus, melancholicis, & phreneticis ac maniacis : Si recte destillatum eius appropriatur egregie operatur in homine per superiora & inferiora ac per poros, &c.

Hepar & pulmo hominis eodem modo exsiccantur & præparantur vti pulmo vulpis, & hepar lupi, Item & guttur pro malo affecto collo,&c. Si verò interne aliquid, de iis appropriabitur, in minore dosi fiet, & non sine caussa. Cutis de Microcosmo habet maximum vsum in membris tabidis ac phthisicis: Scrotum calcinatum cum toto plus facit ad venerem quam boletum cerui: Ex neruis tam egregius fit balsamus, cui (ab extra applicatus in fractis & abscissis ossibus, venis,&c.) sub Sole non est æqualis: Liquor emanans ex medulla hominis & sanguinis, superat omnes liquores ab animalibus prouenientes: Estque diuinum medicamen ad confortandum, spiritus, membra, cor ac sanguinem in homine: & hoc non solum, sed curatiuum multorum morborum ineffabilium,&c. Cor calcinatum quidam appropriant ad magnanimitatem animi, sed huius notitia mihi non constat: scio tamen eius abusum fieri à militibus grauioribus ad præmunitionem contra gladios, bombardas & alios: sed silentio illud prætereo, &c. alia sanè perquam multa in homine sunt, quæ in abusum trahuntur, vt secundina, membra genitalia, sanguis menstruus, vrina,&c. sed hæc sunt de farina impia & diabolica, quare omittimus, & in re diuina naturali olim sancta laboramus, inde etiam nostra salus ac gloria, ex natura (immaculatè tractata) cognoscimus Deum, & per Deum naturam: Nunc Deo Opt. Maximo annuente ad reliquam animalium contemplationem nos accingimus.

CA-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1035 sur 1557

CAPVT IV.

De Ceruo, Tauro, Equo, Sue & Capra.

CERVVS, Græcis ἔλαφος: Animal velociſſimum, vnde aëreî pedes poëtis cognominantur, cornua in fronte ſpinoſa gerés. Clauorum numerus à ſecundo ad ſextum vſque annum in cornibus augetur. Serpentem ſentiens aqua os replet eamq; in foramẽ, quo ſerpens latet, infundit, poſtea ſpiritu ſuo extractum ſerpentẽ pedibus proterit. Amnem tranantes ordine facto poſterior priori capite ſuo incumbit, prior autem defatigatus, retrocedit, & ſimiliter poſtremo incumbit, idq; donec amnem tranarint. Tempore coitus hoſtiliter pro ceruarum genere depugnant. Eorum carnes, mali ſunt ſucci, & difficilis concoctionis, & bilem atram gignunt, & oportet eos qui venantur ætatis tempus obſeruare. Per hyemem tutius capiuntur pro eſca, Æſtatis verò tempore melius pro medicina. Caro Ceruina non probè digeſta, craſſum humorem gignit, iecur ac lienum obſtruit. Ferunt, ſi quis crebrius & ſine modo iis veſcatur, corpus tremulum, & quod non conſiſtat, efficere. Medulla verò & pingue ceruorum durities carcinomatum diſcutit, & mollefacit, ſi ſuperponatur.

Cornu ceruorum frigidum eſt & ſiccum, quo domos ſuffiunt quidam vt ſerpentes pellant, & ad ſtrangurias, & obſtructiones vtuntur, & ad pellendas è ventre tineas & vermes: ſed pulmonem tamen hoc lædit. Aiunt etiam ſi à difficulter parient ſuperferatur, iuuamento eſſe. Sanguis verò Ceruinus deſiccatus, & tritus ſuſptus, à venenatis beſtiis morſos iuuare dicitur. Si autem cerui genitale ſimiliter deſiccatum, & lima in ſcobem redactum cum vino potetur, morſibus viperę ſuccurrit. Teſticuli cerui exiccati & pulueriſati, valent in dyſenteria, diarrhœa, pleuriſi, ac cum appropriatis venerem ſtimulat. Secundina præparata valet ad ſterilitatem fœminarum. Axungiæ oleum item ſanguinis oleum, valent in podagra, doloribus coxendicis, item tumoribus eorum, &c. Ceruinus ſanguis oleo decoctus lumborum, coxendicis, & lateris doloribus, inteſtinorum corruptioni, & ſanguinis fluxui medetur: vino potus venenata apoſtemata, & indurata; venas ſanat. In aceto feruefactum ceruinum cornu, ſi eo gingiuæ colluantur, dolorem adimit,

adimit,& confortat. Infrictum dentes expurgat: cinis eius elotus & epotus:dyſentericis,fluxui ventris,& veſicæ doloribus,prodeſt. Exiccat menſtrua & regio morbo opitulatur. Melle mixtus cinis vermes ex inteſtinis expellit. Cornu cerui ſplenis doloribus ſalutare eſt,ſingultus item reprimit: Vrina cerui aurium exulcerationibus medetur: Extrema caudæ ceruinæ pars venenata eſt, nec vlli vſui apta. Pulmo cum gutture infumigatus,& melle tritus, tuſſim pellit. Adeps cum aceto ſanguinem ſiſtit: Adeps verò ex ceruę vulua ad maximos vſus aſſeruatur. Fumus aduſti ceruini cornu comitiales recreat,omniaq; venenata abigit. Idem cinis oleo roſaceo ſiue aceto illitus,capitis dolorē ſedat, dentes vacillantes hoc colluti firmantur,fluxui narium, capitis, & ſanguinis excreationi ſubuenit. Cum vino puluis ſumptus morbo regio auxiliatur: Ariſtoteles tradit,quod ſiniſtrum cornu,quaſi in eo opis aliquid habeat,abſcondat. Aquam ceruini cornu(à iunioribus) bis terve in die ſumpta,menſtrua ſedat, cor confortat, epilepſiæ & apoplexiæ confert. Nunc ad compoſita medicamenta authorum variorum è cornu cerui, &c.

Hydroticum aduerſus epilepſiam Quercetani: Recipe raſuræ cornu cerui ʒ.vj.raſ.ligni Buxei ʒ.ij.ß. rad. pœoniæ,ligni iuniperi,viſci querni, ana ʒ.j.ß.raſ.ligni Rhodii ʒ.vj.eboris, rad. chinæ, ana ʒ.ß.ſem.cardui benedict. cort.citri,ana ʒ.j. macerentur per 24. horas in ℔.viij.aquæ fontanæ tepidæ:dein coquantur ad vnius tertiæ conſumtionem, addendo ſub finem coctionis flor. tiliæ arboris, lilii conuall. an. p.ij. Fiat colatura per Manicam Hippocratis, cuius doſis ſint ʒ.v.vel vj.in potu. Hoc vtique cuiuſvis ætatis & temperamenti hominibus epileptico hoc malo affectis commode exhiberi poteſt. Aduerſus paralyſes hydroticum vſurpandum eſt ex ligno Iunipero cum floribus calendulæ, & roriſmarini magna copia, addendo ſalem, proprium, cum ſpiritus vitrioli guttulis aliquot.

Aqua ſudorifera ad peſtem Andernaci: Recipe cornu cerui ʒ.ß.pimpinellæ,tormentillæ,dictamni albi,ſerpentariæ,gentianæ, zedoariæ,galangæ,ana ʒ.v.piperis longi,caryophyllorum,macis, ana ʒ.j.Theriacæ Alexandrinæ ʒ.ij.caphuræ ϑ.j. triduo ex vini generoſi, & aquæ ſcabioſæ, æquis partibus macera: in duplici vaſe

diſtil-

distillantur. Ex hac vnciæ tres, aut plures, pro ægri viribus & natura dantur.

Puluis contra lumbricos: Recipe semin. contra lumbricos ℥.j. lupinorum ℥.ß. absinthii ʒ.ij. cornu cerui vsti ʒ.j.ß. misce, & fiat puluis.

Alius: Recipe corallinæ, cornu cerui vsti, rasuræ eboris, coralli rubri, sem. caulicum, acetosæ, portulacæ, coriandri præparat. ana ℥.ß. rad. dictamni albi, filicis mascul. ana ʒ.ij. sem. citri ʒ.ij. contra drach. ʒ. Puluerata irrorentur aceto acerrimo, & in vmbra siccentur per tres vices.

Alius: Recipe sem. contra ℥.j. fol. sennæ mundat ʒ. vj. sem. tanaceti, portulacæ, lupinorum, ana ʒ.iij. sem. acetosæ, rhabarbari optim. radic. ciclam. ac zedoariæ, corallinæ, cornu cerui vsti, ana ʒ.ij. fiat puluis, dc ſis ʒ.j.

Alius: Recipe rad. mecooch albiss. ϑ.ij. cornu cerui vsti ʒ.ß. diagridii g̃.j. fiat puluis in lacte sumendus, tertiò iterandus.

Puluis ad dentifricia: Recipe cornu ceruini vsti, pumicis, tuthiæ præparatæ, cinnamomi, sideritidis tostæ, ana ʒ.j. moschi g̃. vj. misce, & fiat puluis.

Alius: Recipe salis communis ℥.iij. panis hordeacei ℥.j. cornu ceruini, vel elephantis ʒ.ij. Extinguantur vino & aqua rosarum, fiat puluis crassiusculus. Huic addi possunt caryophylli, cinnamomum & moschum.

Alius: Recipe cornu cerui vsti, pumicis, coralliorum rubrorũ, alborũ, tuthiæ præparatæ, masticis, sandalacæ, id est, vernicis, cinnamomi, ana ʒ.j. rad. ireos ℥.ß. moschi ʒ.vj. misce, & fiat puluis.

Vnguentum contra vermes: Recipe olei amygdal. amar. ℥.j. succi fol. persici, matricariæ, ana ℥.ß. rosarum, farinæ lupinorũ, cornu cerui vsti, ana ʒ.j. aloes succo citrini ʒ.ij. quidam addunt fellis taurini ʒ.ij. modicum aceti, & ceræ q.s.

Confectio contra vermes: Recipe sem. cinæ ʒ.j. radic. filicis, graminis, diptami albi, ana ϑ.ij. cornu cerui, vsti, rhabarbari, an. ϑ. iiij. sacchari in qua graminis diluti ʒ.vj. fiant tabulæ.

Aliud: Recipe pulueris rosar. rubr. ʒ.j. coralli rubri, margaritarum, cornu cerui, spodii, ana ϑ.ij. corticis citri sicci, rad. angelicæ, macis, an. ϑ.ß. sacchari soluti in aqua rosar. quantum satis: fiant tabellæ.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1038 sur 1557

Aliud: Recipe pulu. roſarum rubearum, boli præparati, ana ʒ.ij. coralli rubri, margaritarum, cornu cerui, ſpodii, ana ʒ. ß. rad. angelicæ, carlinæ, macis, ana ʒ.j. croci ϑ.j. foliorum meliſſæ, ocimi, ana ϑ.ß. ſacchari, in qua roſarum diſſoluti quantum ſatis. Fiat electuarium tabulatum: vel cum tragacantha, addita paruo moſcho, fiant trochiſci.

Sief è cornu ceruino: Recipe cornu cerui vſti & loti, thuris, plumbi vſti & loti, ana ʒ. ß. ſquamæ æris lotæ ʒ.ij. opii ʒ.j. gummi ʒ.ß. aquæ pluuiæ q.ſ. fiat collyrium. Siccatur, & ſeruatur ad annos duos. Facit ad vlcera & puſtulas oculorum: cicatrices exterit.

Peſſus menſes ſiſtens: Recipe cornu cerui vſti ʒ.ij. thuris ʒ.j.ß. gallarum ʒ.ij. balauſtiorum, roſar. rub. ana ʒ.j.ß. gummi, acaciæ, hypociſtidis, ana ϑ.ij. boli armeni ʒ.ß. Trita in pollinem leuiſſimũ ſucco plantaginis excipiantur, & linteolis deligata fingantur peſſi, qui in mulieris pudendum inferantur.

Oleum ex cornubus ceruinis: cornua in menſe Auguſto collecta, lima in ſcobes rediguntur, coquunturq; ex aqua, quod ſatis eſt: deinde per balneum aqua detrahitur: poſtea illi eximuntur, laterumq; fruſtulis adiectis ampullę incuruatę induntur, & ex arena oleum clariſſimum euocatur, quod ſingulari artificio colligitur.

Eſſentia cornu ceruini, monocerotis, oſſium de corde cerui & eboris: oſſa vel comburuntur, vel decoquuntur cum vehiculis conuenientibus, vt ex ipſis tandem elici poſſit purior eſſentia cum vini ſpiritu, quod fiet eadem methodo, qua cranium humanum, ſuo loco, præparandum eſſe ſcripſimus. Igitur ſic extrahes eſſentiam ex oſſe cordis cerui, quod hominis cor quadam ſubſtantiæ ſimilitudine roborat, & ad cardiacam affectionem, ſyncopemq; in primis vtile eſt. In eo differt eius præparatio à ſuperioribus, quod cum allicoliſato chelidonię ſpiritu fiat, tanquã cum proprio menſtruo. Pro illo oſſe in eoſdem vſus cornu cerui ſubſtituitur, cuius eſſentia cum hypericonis alcoole extracta, infantulis, lumbricis laborantibus exhibetur, cornu monocerotis, omnium præſtantiſſimum, eodem modo pręparabis: tuetur enim cor & omnem veneni vim obtundit: peſtilentibuſque morbis confert. Proprium ipſius menſtruum eſt alcool meliſſæ. Ebur etiam ſic pręparatur, cuius vires ſunt cordis robur tueri, & conceptionem iuuare.

Puluis

Puluis dentes dealbans : Recipe zingiberis, cinnamomi, caryophyllorum, ana ʒ.ß. punicis ʒ. ß. ligni aloes, nucis moſchatæ, macis, ana ʒ.ß. piperis, pyrethri, ſinapis, ſtaphyſagriæ, ana ʒ.iij. ſpōgiæ, marmoris albi, an. ʒ.ß. oſſium dactylorum vſtorum, hellebori albi, ana ʒ.ij. Panis hordei vſti cum ſale & melle ʒ.ß. tegularum rubrarum, cornu ceruini vſti, aluminis plumæ, oſſium oliuarum vſtorum, oſſium myrobalanorum vſtorum, ana ʒ.iij. miſce, & fiat puluis ſubtiliſſimus.

Puluis ad expellendos lumbricos, & ad deturbandum eorum ſeminarium Quercetani : Recipe pulu. flor. hyperici, centaurii minor. ana ʒ.ij. cornu cerui præparati, coralli, ſem. portulacæ, citrii, ana ʒ.ß. corallinæ, gentianæ, diptamni, ana ϑ.j. rhabarb. aſari. ana ϑ. iiij. myrrhæ, croci, ſcammoneæ præpar. trochiſcorum alhandali, ana ϑ.j. cinnamom. coriandri, ana ʒ. ij. ſacchari parum ad gratiam guſtus. Doſis ϑ.j. Huius pulueris tanta vis eſt, vt lumbricos expellat, & ne vnicum in corpore relinquat : Simili modo etiam corruptos & putrefactos humores, generationis illorum auctores & artifices exturbat. Ex eo quoque formabitur cum ſyrupo quodam pilula parua, ſcrupuli vnius pondere, addito pauco ſaccharo, quæ facilimo negotio deglutietur tàm à viris, quàm à fœminis prouecta iam ætate huiuſmodi affectibus infeſtatis, addendo loco trochiſcorum alhandal, ſcammoneæ præpar. ʒ. j. pulueris aquilæ noſtræ cœleſtis tantundem. Et ſic verum erit ſpecificum, quod vel ipſis infantibus exhiberi poterit, miſcendo puluerem iſtum cum pomo. Præcipuum & omnium facilimum aduerſus huiuſmodi affectus remedium paratur ex vermibus, quos infantes per anum deiecerunt, vel etiam ex lumbricis terreſtribus, qui vino albo prius ſunt lauandi, dein in ollam vitreatam indendi & olla optimè lutata, in furno, in quo modo panificia cocta fuerant, adeo exſiccandi, vt ad puluerem redigi queant. De hoc puluere ſic parato, exhibe ʒ.j. aut aurei vnius pondere ad ſummum, vel per ſe, vel cum iuſculo, vel vino, & mira inde colligentur. Quidam à metu huius pulueris, ne aliquid de vermium ſeminario remaneat, ſequenti die propinant diaturbith cum rhabarbaro, ſic in totum eorum fieri affirmat expulſio. Puluis alius paratu facilis ad eorumdem met vermium infantum expulſionem. Recipe pulueris lumbricorum, vt ſupra præpar.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1040 sur 1557

præpar. ʒ.iij. rhabarb. cornu cerui præpar. ſpodii, corall. rubeor. ſemin. acetoſæ, ana ϑ.j. coriandri præparat. ϑ. ij. miſce: Doſis ʒ.j. vel ʒ. j. ß.

Antidotus I. Quercetani: Accipe granorum iuniperi maturorum magnam quantitatem, ℔.vj. viij. vel x Hæc infuſa & macerata in vino albo generoſo, vel hydromelite vinoſo, ad ignem parum bulliant, dein conquaſſentur & per ſetaceum in modum caſſiæ traiiciantur, & fiat extractum: Adde huius ad extracti ℔.j. pul. rad. angelicæ ʒ.vj. pulu. dictamni, cinnam. ana ʒ.ß. terræ ſigillatæ, corallorum præparatorum, perlarum præpar. cornu cerui præpar. ana ʒ.ij. ſpec. elect. de gemmis, diambræ, ana ʒ.j. ß. croci ʒ j.ß. camphoræ ϑ.ij. Reducendo omnia cum aqua quadam theriacali in formam elect. Mollis ſiue antidoti, quod erit ſummum præſeruatiuum & curatiuum contra peſtem. Exhibetur vſq; ad ʒ. ij. ſolum extractum iuniperi circa alterius ingredientis additionem, eidem quoque ſcopo peropportunum eſt: quidam quod lubet adiiciunt Theriacæ vel Mithridatii.

Aqua ad vermes: Recipe raſuræ cornu cerui ʒ.ij. myrrhæ, croci, ana ʒ.j. centaurii minoris, foliorum perſicorum, nucleorum perſicorum, rutæ, ſem. cinæ, ana ʒ.ß. nitri ʒ.iij. colcotaris Tartaris calcinati, an. ʒ. ß. corallinæ m. ß. ſcobis ligni coryli m.ij. macera in decocto cornu ceruini cum aniſo per 10. dies. deſtilla aquas tres.

Puluis contra calculum: Recipe ſem. meſpilorum, bacc. lauri. gran. iuniperi cornu cerui vſti, nucis moſchatæ, ana ʒ.ß. Terantur in puluerem ſubtiliſs. miſce doſis ʒ.j. Puluis contra morbum puerilem ſeu epilepſiam. Recipe corallorum rub. tritorum ʒ.ij. acuminis cornu ceruini vſti ʒ.j. oſſis de corde cerui ʒ.j. eboris vſti ʒ.j. Aquæ deſtill. lilii conual. cochlearia duo plena. Miſceantur omnia, & ſi morbus ſentiatur, ter de hoc bibat æger, ſingulis horis ſemel.

Medicina Hydropiſis Auerrois: Recipe oſſium de cornubus cerui adufti ʒ.iiij. nucis moſchatæ ʒ. ß. fiat puluis. Theophraſtus adiicit diagridii ſcrupulum integrum.

Tragema ad Venerem ſtimulandum: Recipe cinnam. electi ʒ.ij. macis caryophyl. ana ϑ.ß. piperis longi ϑ.v. ſem. erucæ ʒ.j ß. ſemin raparum ʒ.j. ſem. paſtinacæ ϑ.j. priapi tauri, vel cerui, ſcincorũ

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1041 sur 1557

mar.ana ʒ.j.boletorum cerui,sicc.ʒ.j. ß. cantharidum ʒ.vj.sacchari albissimi ʒ.v.miscendo fiat tragema.

Aiunt nonnulli, quod si cornu cerui iusto tempore capti sub sidere certo in terram sepeliatur, habere eandem vim ac virtutes, quas habet vnicornu, de quo supra.

Hactenus de ceruo, nunc de Tauro Græcis Ταῦρος masculus ex boum genere: Vacca Græcis ἡ βοῦς fœmina: Bos, Græcis ὁ καὶ ἡ βοῦς, vtrique sexui generale vocabulum. De eius carne dicetur postea, partes reliquas ad medicinam conducentes ordine enarrabimus.

Fel taurinum cum melle contra strangulationem colli illinitur: Idem cum xylino impositum aurium susurro medetur: Fellis bouini aquam in Iunio siue canicularibus destillatam pterygia & oculorum maculas, sub vesperam instillatam, ferunt pellere: Phagedœnæ item cum panniculo impositam auxiliari. Recentibus præterea aurium hulceribus medetur: ac podicis exulcerationibus subuenit. Cum hirci sanguine mixtum anginæ fert opem, & vulnera curat. Ex eodem vnguentum ad matricis dolores confitur: cum lacte muliebri aurium dolores mitigat. Fel vaccæ omni aliorum quadrupedum felle præstat. Adeps tauri cum anserino adipe & succo ozimi mixtus, ulcera & rimas labiorum sanat. Idem cum resina & cera mixtus omnes obstructiones & durities emollit. Splen tauri cum melle sumptus, & pariter illitus, splenis doloribus subuenit. Medulla tauri cum vino trementia membra reficit. Decoctio splenis bouis congrua ad duritiem & obstructionem lienis; & specifica ad mensium suppressionem: Recipe splenem bouis integrum, hunc in frusta incisum in phialam vitream capacem iniice, ita vt ad medietatē vsq; impleatur, adde do cinnamomi crasso modo contusi ʒ.j. caryophyl. ʒ. ß. croci ʒ.ij. vini albi canariæ, siue vini maluatici mens. Parisiensis 4. par. ad humectandum solummodo materiam, vas probe clausum ponatur in Aheno aqua repleto, vel in baln. Mar. feruentissimo, adeò vt bulliat per 24. horas, donec dictus splen in particulas minutissimas coctus & consumptus fuerit, magnaq; iuris exquisitissimè cocti & fragantissimi copia restet: de quo ægra manè capiat ʒ.iiij. continuando per 4. aut 5. dies tum, cum menses fluere debent.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1042 sur 1557

Conficitur etiam extractum è splene bouis castrati, cuius Paracelsus mentionem facit in Archidoxis, quod lienis obstructiones expediat, & menses prouocet: Huius modus talis est: ℞. splenē vaccæ castratæ, scinde in laminas tenues, maceretur per aliquot dies in s.v. cū myrrha essentificato, postea exsicca in aere: Hoc modo procedendum est, alioquin si per se velis exsiccare fœtebit, postea cum s.v. Essentiā extrahe, & sapidioris efficaciæ ergo adde pro libitu aliquot guttas olei Angelicæ Dosis huius essentiæ est, scrupulus vnus in aqua appropriata. Iecur tauri adustum, in potu sumptū, sanguinis fluxui medetur. Puluis oris taurini vacillantes dentes firmat. Ossa tauri incensa dentibus etiam ex dolore sunt remedio: Eorundem cinis cum myrrha dentes purgat. Vaccę ossa vsta sanguinem & diarrhæam sistunt. Cornu taurinum serpentes fugat. Cutis de collo vaccæ, cum aceto illita, scabiei medetur: eadem dolori capitis, & dysenteriæ prodest: Sanguis taurinus recens illitus, canum scabiem sanat, si cinere & lixiuio scabies postea lauetur, serpentes idē interimit, & faciei maculas extergit. Aqua de sanguine saginati bene tauri, coloris spadicei, in Maio destillata, podagricis illinitur. De nigri vituli sanguine in Maio mense destillata aqua, venas & lassa mēbra confortat, si bis terve in die membra hac terantur: Eadem cum pulmone vituli vsta, tabescentibus membris illita, & per se exsiccata, siue in potu sumpta, prodest. Excrementa bubula, inquit Galen. exsiccatoriam & attractoriam facultatem habent, vt ostendunt, dum apum vesparumq; morsibus auxiliantur. Quidam autem Medicus, aqua intercutem laborantes bubulo stercore oblinens in solem exponebat. Idem partibus rusticorum phlegmone obsessis humidum illud, vere collectum dum herbam boues pascuntur, admonuit. Est enim id moderatius alio quod à paleis comestis excernitur, ac proinde accommodatius ad phlegmonas. Hæc Galen. Apum & vesparum ictibus medentur: Procidentes mulierum secundas suffitus excrementorum tauri masculi reducit. Cassa apostemata discutiunt. Vsta & in puluerem trita, naribus inspirata, sanguinem sistunt. Hydropicorum ventri cum modico butyro vtiliter illinuntur. Tumoribus iunctarum & membrorum cum aceto imposita, dolorem sedant. Malis pustulis imposita saniem in iis contrahunt, & eadem sanant, inflammationes restinguunt.

Remediis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1043 sur 1557

Remediis asthmaticorum & dispnœicorum vaccæ excrementa adhibentur: Miscentur item emplastris ad coxendicum dolores, & aurium hulcera. Destillata mense Maio excrementa vaccæ, quæ in pratis pasta est, antea tamen parum arefacta, mane ac sub meridiem pota, præsentissimo sunt colicis & febricitantibus remedio. Malus autem sapor eius, amygdalis aut nucleis Persicis iniectis, vel si altera vice per Alembicum stilletur, corrigitur. Eadem pustulas, ulcera & pedum rimas sanat. Faciei & corporis maculas post balneum illita, extergit.

Bubalus, Græcis βουβαλίς. Animal boui simile, sed maius ad iracundiam prouocatum ferum & crudele, colore nigrum, cruribus robustis, & breuibus, cornibus longis, pilis paruis, cauda exigua, velocissimum. De hoc Plin. lib. 13. Vrina eius cum myrrha & oleo auribus instillata, dolorem ex frigore natum lenit. Excrementa pascentis bubali tumores sedant.

Equus Græcis ἵππος, animal omnibus notum. Sicut autem in omnibus laboribus assueatis animantibus, aures animi præbent indicium, sic etiam in equis plus quam in cæteris, siquidem horum proprium, & peculiare est aures erigere. Sanguis equinus causticis medicamentis adhibetur. Lac aluum mollit, & hominem contristat. Cruda equi excrementa adusta sanguinem sistunt. Adeps eius menstruis muliebribus, & internis hulceribus medetur. Si excrementis equi fœminæ suffiantur, secundæ & mortui fœtus expelluntur. Lac eius potum matricis dolores sedat, & comitialibus subuenit. Excrementa arida sanguinem sistunt & auribus instillata dolorem pellunt. Adeps chronicis fluxibus, & hulceribus pectoris commoda. Cutis equulei vsta & cum aqua hulceribus oris illita, refrigerat ea. Lichenes qui sunt in equorum genibus, triti, & in aceto poti comitialibus mederi traduntur. Equi tepidus sanguis mulierib. in potu datus, partum maturat. Excrementa in aceto trita & illita sanguinem sistunt. Lac equi inscienti fœminæ ante congressum in potu datum fœcundam reddit. Dentes equini noctu capiti suppositi, sternutationi obsistere traduntur. Equulei dens infantibus appensus dentes ipsorum maturat.

Sus ille lutulentus, & immundus porcus omnibus cognitus, & culinæ acceptissimus: indignus tamen quo vescatur magis im-

munda Iudæorum gens. Græcis ὗς, quod vocabulum vtrique generi commune est, sicus Latinis Sus. Verres huius generis est mas. Græcis χοῖρος. Alias Porcus. Maialis est porcus castratus. Aper est sylvestre genus, Græcis κάπρος. Respondet hoc animal corporis dispositione per omnia fere homini, vnde plurimum etiam corpus hominis nutrit.

Porcina vel suilla caro, inquit Simeon Sethi, boni succi est & facilis cõcoctionis, cum porcus anni vnius est, ꝓpter similitudinẽ, quam cum humano cõrpore habet. Quidam enim famis necessitate carnes humanas gustauere, quas suillæ similes gustu prodiderunt. Alit vero magis omnibus aliis cibariis. Quærent fortassis aliqui, quonam pacto suilla magis alat, & præ aliis temperata vel mediocris sit, cum hoc semper animal in cœno & sordibus voluteture & nutriatur? quam dubitationem quidam soluentes, aiunt: Quod nisi valde bene temperatum foret suis corpus, nunquam malum nutrimentum in bonam carnem verteret. Quemadmodũ in hominibus, qui corpore bene temperato sunt & sano, rebus mali succi & alimentis non læduntur multum, quoniam natura cũ tempore, ꝙ noxium est in bonum succum vertit, sic & in brutis agit animalib. Qui ergo humidi sunt ventriculi suillam non bene concoquunt, sed obsepiuntur, superuacaneamq; & superfluam humiditatem, glutinosumq; humorem actutum gignunt. Ac si probe concoquantur, bonum & boni succi alimentum facit, præsertim si porcus caricis alatur, vt enim aiunt, is apprime suauis & boni succi fit. Huius vero pulmo, si cataplasmate super vlcera ex attritu calceamentorum facta imponatur, mirifice prodest. Eiusdem quoque iecur cum vino sumptum venenatorum morsibus medetur. Huius quoque talus combustus discutit ventriculi ventositates, & dissoluit capitis dolores: sunt etiam pedes eius vtiles, bonique succi, bene enim concoquuntur: propterea se ex morbo reficientibus commodant. Fel etiam suis arefactum hæmorrhagiis medetur. Adeps eius cum aqua & cumino subacta, podagricis opitulatur. Aiunt etiam ossa eius suspensa quartana laborantibus esse auxilio. Porcelli, hoc est, nuper nati, vbera adhuc sugentes, humidi sunt & superfluitatibus abundant: nec boni succi sunt, propterea non bonum est iis vti, quemadmodum nec vetustis porcis, quippe quibus

malus

malus insit succus. Aprorum caro melior est, quam suum domesti-
carum, quod tantas non habeant superfluitates, nec glutinosum
gignant humorem. Qui vero inter eos σκληρίας, hoc est, calli apru-
gni, vt nonnulli eruditi putant, dicuntur, difficulter concoquun-
tur & perficiuntur, propterea ab his abstinendum. Adeps porci
hulceribus & adustionibus in vnguenta additur. Sanguinem ex-
creantibus excrementa porci cum aqua & vino temperata prod-
esse aiunt. Eadem ratione laterum doloribus auxiliari. Arefacta
excrementa ex aceto sumpta, dorsi doloribus mederi ferunt. Ver-
ris iecur ebrietati tradunt resistere: Apri cerebrum in vino sum-
ptum contra serpentum venena valet. Idem potest iecur eius, ex-
ectis tamen prius venis, in vino & ruta 4. obolorum pondere im-
butum & potum. Cerebrum Apri, & genitalium eius sanguis car-
bunculos sanant. Iecur lethargicos excitat. Lapillos in iecore por-
ci sylvestris fœminæ inuentos tritos ex vino calculum vesicæ fe-
runt pellere. Fel apri strumas discutit, & splenis inflammationes
sedat. Pulmo eius cum adipe impositus, frigore corruptis pedibus
auxiliatur. Cum resina & cerussa serpentia hulcera sanat. Lari-
dum coctum ad eadem imponitur. Vrina & vesica Apri in fumo
arefacta, in cibo sumpta, vesicæ & calculi dolores sedant. Apri quo-
que vrina seu vesica in potu hydropicis prodest. Verris vrina in vi-
tro asseruata, aurium doloribus medetur. Vesica cum vrina & pau-
lo oleo in fumo exsiccata, calculum pellere aiunt. Excremento-
rum apri cinis in vinum inspersus, potusque dysenteriæ paralysiq;
membrorum auxiliatur. Adeps eius emollit, calefacit & purgat,
vnde vnguentis vtiliter additur. Excrementa eius calcinata san-
guinem sistunt: Eius sanguis, sicut & sal sanguinis porcini, egre-
gium sunt medicamen in phthisi, &c. Capra seu Capella, Græcis
αἴξ, caper seu hircus Græcis τράγος. Hœdus Græcis ἔριφος est ad-
huc tenellus ex caprarum genere. Hircorum caro mala est, & fe-
bres gignit: Hœdorum carnes, facile concoquuntur, & modice nu-
triunt, sanguinemque tenuem & humidum gignunt. Calidas et-
iam & siccas hebetudines, & temperaturas iuuant. Sunt vero me-
liores, succique melioris, qui nec minus tenelli sunt, nec nimis na-
tu magni. Nam qui sex menses excedunt, non hœdi proprie, sed
capellæ, hoc est, αἶγες vocantur. Sunt autem πυῤῥοί, hoc ruffi &

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1046 sur 1557

glauci, cæteris meliores, sed colicis morbis nocent. Aiunt quoque si pulmo eorum ante potum edatur, eius diei temulentiam auertere. Cerebrum Capræ cum melle phlegmonas restinguit: Adeps eius omnibus morsibus & læsionibus auxiliatur. Cum rosis pustulas nocte erumpentes sanat; surdis auris. vtiliter instillatur: clysterib. etiam cõtra dysenteriam, si quidem reliquo adipe durior est, additur: Casei caprarum doloribus & mordicationibus corporis imponuntur: capilli caprarum vsti fluxus sistunt: Vngulæ crematæ cum pice alopeciis illinuntur: Lac potum vermes interimit, & pruritum sedat: Ad eadem valet sanguis, ac veneno idem cum medulla coctus resistit: Dysentericis præterea, & hydropicis sanguis datur: Arefactus sanguis medicamentis calculi miscetur: Pulvis cornu caprini dentes mundat, gingiuas confortat, earumque tumorem & dolores reprimit, serpentum quoq; morsui auxiliatur, & sudorem cohibet. Fumus cornuum aut capillorum capræ serpentes fugat: Fel capræ in iure decoctum Asthmaticis medetur: cum porro ad vulnerum medicamina miscetur: Vrina capræ pota calculum pellit: Tepens adhuc aurium dolori instillatur: Præualet tamen vrina hirci: Lac caprarum in B. Mariæ mense Maio distillatur, ad vnc. ij. mane & vesperi potum, à peste præseruare & colicis mederi ferunt. Idem illitum & per se siccatum, maculas faciei & manuum purgare creditur. Dolorem oculorum ex calore natum mitigat: Galenus sic scribit de stercore caprarum: omnium crebrime vtimur caprillo stercore, digerentis & acris facultatis, adeo vt induratis scyrrhorum in modum tumoribus congruat, non lienis modo, sed etiam aliarum partium. Miscere tamen illi solemus farinam fabaceam, nec non oxycratum. Quin & ad aquam iutercutem, & ad splèniticos varie caprillo stercore vtimur. Sed & vstum tenuioris quidem essentiæ, verum haud manifesto redditur acrius. Quamobrem sane ad alopecias congruit, & omnia vitia quæ extergentia medicamenta postulant vt psoras, lepras, lichenas, & hoc genus alia. Miscetur & digerentibus cataplasmatis, qualia sunt quæ accommodantur ad parotidas, & diuturniores Bubonas. Est enim vis eius, tum vsti tum non vsti, absterſotia & digerens: Nec eam paruam habet digerendi potentiam. Nam eo etiam ex aceto quidam Medicus vtebatur in ægris ad viperarum morsus, ac multo

magis

magis aliarum bestiarum: ac profecto ex iis complures seruauit. Idem etiam ad Auriginem sphyratos ipsas propinauit ex vino, & ad profluuium muliebre cum thure apposuit. Acrius tamen est medicamen, quam vt mulieres vrbanas, aut pueros, aut omnino qui tenera sunt carne, sanare possit. Hœdorum pelles rabidi canis morsui impositæ, medentur: Recens hœdorum sanguis cum aceto calfactus, dysentericis vtiliter bibitur: pelles caprarum & hœdorum pectori, tam hyeme quam æstate prosunt: Coagulatus hirci sanguis inflammata hulcera ad maturitatem perducit. Idem potus calculos renum frangit. Coctus aut ex vino potus, venenatorum relorum ictibus medetur: Calidus sanguis illitus, maligna hulcera, Melicerides, araneorumque morsus sanat.

CAPVT V.

De Castore, Cane, Asino ac Cato.

CASTOR, ἀμφίβιον est animal, terra & aqua viuens, ac corpore suo naturam terrestrium, cauda vero aquatilium obtinens. De Libro Plinius lib. 8. cap. 30. Marino cani est similis, longus ac tenuis, dentibus acutis, cute pretiosissima, quæ quo nigrior, hoc est præstantior, colore Damæ non dissimilis, capillo tamen subtiliore ac elegantiore. Cauda eius piscium est caudæ & sapore & forma similis, qua extra aquam exsistente diu superesse nequit. Posteriores pedes anserinis, priores caninis respondent. Cæteruatim syluam ingredientes ligna dentibus cædunt, eaque mira arte ad cauernas apportant, aliquem enim ex numero ipsorum in dorsum coniicientes pedibus ipsius tanquam plausttro ligna interponunt, eumque cauda, velut equi currum temone, ad antrum attrahunt. corticeque lignorum vescentes miras ex lignis habitationes exstruunt: Piscibus in fidias tendit. Adeps eius comitialibus medetur: Testiculos habet duos, quibus humor melleus adhæret, hi castori exscinduntur at bene purgati in sole exsiccantur: siccati vero in loco vmbroso & tenebricoso suspenduntur. Castorium in septennium citra vllam corruptionem asseruatur. Interius quod est in testiculis, medicamentis admiscetur, cutis exterior abiicitur. Calidũ est in gradu tertio, siccum v. in secũdo: Vires eius sunt calfacere,

cere, exſiccare, purgare, vnde conuulſionibus ex nimia repletione prouenientibus, & tremulis auxiliatur. Ruta & aceto mixtum naribus inſtillatum, cerebrum confortat, capitisque dolorem pellit: In vino potum comitialibus medetur: Omnibus in ſumma damnis ex frigore prouenientibus opem fert caſtoreum: Tritum ſuppoſitum linguam impeditam reſtituit. Decoctum cum vino illitum, neruorum vitiis ſubuenit: Conuulſiones prohibet: Menſes ac partus cum pipere & hydromeli ſumptum ciet. Idem potum vel illitum, tremulis & neruorum vitiis prodeſt, febres pellit, refrigerata membra calfacit: calidis affectionibus officit: cum ſucco rutæ comitialibus datur: contra Apoplexiam linguæ puluis caſtorij donec diſſoluatur ſupponitur. Vinum cum caſtoreo decoctum cum Ruta & Eleliſphaco, contra totius corporis paralyſin bibitur: Lethargicis in ſternutamentum miſcetur; Paſſiones pulmonis & humores cerebri cum pulegio ſumptum emendat: veneno reſiſtit, illitum tremulis, paralyticis, & hydropicis ſubuenit. Lethargicos & veterno obdormiſcentes oleo & aceto mixtum excitat, ſurdaſtris auditum reſtituit. Fumus eius naribus attractus pulmonem confortat, eiuſque exulcerationem reprimit, tormina & inflammationes ex aceto hauſtum compeſcit, partus ſecundasq; expellit.

Oleum in capitis affectionibus Quercetani: ℞. oleorum rutæ lumbricorum an. ℥.ij. olei de caſtoreo ℥.j. aquæ vitæ parum miſc. cataplaſma. ℞. pulu. rad. Ireos, flor. pœoniæ, viſci q. ana ʒ.j. flor. menthæ, hyperici, betonicæ, thymi maior an. ʒ.ß. pulu. ſem. peoniæ, baccar. iuniperi ana ʒ.j.ß. Theriaces, Mithridatii ana ʒ.vj. olei de caſtoreo ℥,ß. olei anethi, Rutæ & mentæ ana ℥.j.ß. Mithridatium & Theriaca cum oleis ad ignem liqueſcant: deinde ſenſim extra ignem pulueres addantur, & fiat inſtar cataplaſmatis, vel addita cera inſtar cerati: Aqua ſingularis in qua Hyſtericis ſuffocationem patientibus offerri ſolet ſal prædictum.

℞. Rad. Diptami
Sem. Dauci an. ℥.j.
Cinnamomi electi.
Caſſiæ ligni.
Meliſſæ ana ſcrupulos duos.
Croci Orientalis ſcrupulum ß.

Caſtorei

Castorei recentis scrup. j. & semis.

Ex omnibus mixtis fiat puluis, & affundantur aquę Rutæ libræ duę cum dimidia, stent per quatuor dies infusione, destillia in B. Mariæ, & serua ad vsum.

In huius aquæ cochleari vno grana tria salis offeruntur tepide, tribus vel quatuor diluculis ieiuno ventriculo per tres horas.

Balsamum Hieronymi Rubei: Recipe resinæ terebinthinæ ℔. ij. olei laurini vnc. ij cinnamomi, spicæ ana vnc. ij. caryophyllos ʒo. Folii vnc. ij. euphorbii, baccarum lauri, gummi hederæ ana vnc. ß. Galbani, castorei, cyperi ana vnc. vj. Tegularum bis coctarum, in oleo communi extinct ℔. ſ. Ponatur hic tegularum puluis in fundo cucurbitæ, reliqua misceantur, & superponatur illi pulueri, appositoque rostrato pileo, ac rimis accurate stipatis, igne leui adhibito, primo exibit aqua, quam seorsim seruare debemus: aucto mox igne, habebitur oleum, quod balsami vires æquare creditur. Calidum enim & siccum est, & mirifice penetrat, frigidisq; omnibus morbis, neruorum præsertim, apprime conducens. Namlinguæ paralysim, & oris, ac virgæ, ad hæc epilepsiam, membrorum tremorem frigida ortum causſa, dolorem dorsi renum, artuumq; potum & illitum, plurimum iuuare scribunt: aduersus morsum scorpionũ, serpentum, canis rabidi & venenatorum, quæ viuis eiaculantur, vtiliter adhibetur: eadem ratione, si quis hyoscyamum, opium, cicutam, & venena huiusmodi sumpserit, hoc oleum, vino tepido haustum, & illitum, conducet: vocem amissam restituit, strumis, & carni in vlceribus supercrescenti resistit: memoriam auger occipite oportune inuncto: ad surditatem facit, ad veteri dolores ac dentium, quos frigiditas, aut flatus crassiores pepererint. Quæ primo loco manauit aqua melior censetur potu, sed solano exhibenda est, quemadmodum neque oleum, sed cum aliquo liquore morbis, quorum quærimus curationem, proprio.

Medicamentum Paracelsi, contra trepidationem membrorum: Primo balneum: Recipe agrimoniam, flores lilii conuallium, radices hirundinariæ, calcis ouorum partem certam. In isto balneo lauet æger, post balneum vnge eum isto vnguento: Recipe pinguedinis excoctæ ex vulpe lib. j. castorei destillati vnc. v. terpentinæ destillatæ cum pipere, cantharidibus & baccis lauri ana

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1050 sur 1557

vnc.vij. ſ. miſceantur ad ignem, & fiat vnguentum, quo melius non inuenies, non ſolum in tremoribus Mercurialibus, ſed etiam in ſimili gutta, paralyſi, lethargo: & quicquid poſſibile eſt in apoplexia, obtinebis per hoc, ſi modo origo ſit ex Mercurio, ita etiam per idem tolles Mercurialem ſpaſmum. Notandum etiam eſt balneum ſupradictum melius fieri additione flammulæ & ſauena riparum, quæ etiam pro tuo iudicio vel prorſus omittere potes, vel addere.

Vnguentum in Paralyſi & Apoplexia poſt paroxyſmum Paracelſi: Olei de baccis lauri, pinguedinis caſtorij ex teſticulis, liquoris de anacardis, de piperibus, de granis paradyſi an. ℥j. euphorbii liquefacti q.ſ. Reduc in augmentum ſine cera.

Aqua hyſterica: Recipe ſuccorum depuratorum matricariæ, mercurial. an. lib.j. Nucis moſchatæ, cinnamomi, ligni aloes, macis ana vnc.j. flor. anthos, ſaluiç an. p.ij. caſtorei drach.vj. Fæculæ Bryoniæ vnc.ſ. vini albi generoſi lib.j.ſ. Digerantur per tres aut quatuor dies, dein deſtillentur per balneum vaporoſum feruentiſſimum: fiat aqua pro hiſtericis omnibus affectibus: doſis cochlear vnum mane. Vterum ab impuritatibus detergit: muliebri fluori confert, hiſtericiſq; omnibus affectibus conducit.

Puluis ſternutationem prouocans. Recipe rad. ireos, fol. maioranæ ana drach.j. ſem. ſinapis, cubebarum, caryophyllorum, piperis albi an. ſcrup.j. caſtorei ſcrup.ſ. miſce; fiat puluis, ex quo parum inſuffla naribus.

Opiata capitalis: Recipe conſer. flor. anthos, ſaluiæ, betonicæ, calendulæ ana vnc.j. confect. anacardinæ diacaſtorei, diacorij ana drach ſ. ſpec. diamoſchi dulcis, diambra ana ſcrup. j. cum ſyrupo conſeruæ citrii fiat opiata: de qua capiendum ad molem nucis auellanæ. Ad epilepſiam addenda ſunt conſerua pæoniæ, viſcum quernum, vngula aloes, ſal cranij humani, & ſimilia, huic malo ſpecifica. Sic ad varias indicationes curatiuas varianda ſunt ea, quæ adduntur. Antidotus hyſterica: Recipe extracti hyſterici maioris & minoris an. vnc.ij. extracti vuluæ ſeu matricis leporis, vnc.j. extracti ſeu fæculæ bryoniæ vnc.ſ. extracti caſtorei drac.ij. olei gagatis cum colcothare rediſtillati & rectificati drach.ſ. olei ſuccini flaui drac.j. Nepenthes noſtri hyſterici drac.j.ſ. Syrupi cinnamomi q.ſ.

vt fiat

vt fiat antidotus: dosis scrup.j. vel drac.ſ. cum iusculo vel liquore aliquo conuenienti.

Extractum hysterícum. Recipe matricariæ, arthemisiæ, melissæ, rutæ an.m.iiij. vel amplius sabinæ m.j. His herbis adhuc recentibus rite contusis adde castorei, myrrhæ, crocian.vnc.j. Cardamomi vnc.j.ſ. His porro omnibus affunde aquæ cinnamomi lib.ß. Et inde destilla omnem liquorem ad siccitatem per alembicum in B. vaporoso: quæ destillandi ratio cæteris omnibus præstantia & securitate præcellit, quod sæpius inculcare non desistimus. Dein cum hoc eodem liquore fæcibus siccis iterum affuso, omnes tincturas elicies: quo effuso per inclinationem, fæces exprimes, hancque expressionem iunge cum liquore siue aqua tincta. Omnibus denuo iniectis in alembicum, inde destillabis omnem liquorem, quem studiose seruabis seorsim, & extractum residebit in fundo in forma sapæ, aut paulo sicciori: quod ad scrup.j. offeres, vel in forma pilulæ, vel dissolutum in sua propria aqua.

Extractum hysterícum aliud. Recipe rad. bryoniæ vnc.iij. rad. Asari vnc.j.ſ. fol. matricariæ, arthemisiæ, nepethæ, siccorum an.m.iij. bacc.iuniperi, sem.seseleos, ameos, rutæ, carui, anethi an. vnc.ij. nucis muschatæ, cardamomi ana vnc.ſ. Karabes vnc.j. castorei drac.vj contundantur & misceantur, addendo hydromelitis vinosi lib.j. aquar. rutæ, matricariæ an. q.ſ. vt macerari possint: dein fiat expressio & extractum, vt artis est. Singulare est mundificatiuũ matricis, eiusq; omnibus affectionibus à causſa præsertim frigida subortis opitulatur.

Diacastorium Nicolai: ℞ castorii, myrobalanorum citrinorũ an.ʒ iij. aloes ʒ j.ß. folii, pyrethri, glycyrrhizæ, tragacanthæ, calami aromatici, nitri, galbani, spicæ Indicæ, schęnãthi, opopanacis, cassiæ ligneæ, leucopiperis, macropiperis, Melanopiperis, Xylobalsami, carpobalsami, colocynthidis, sagapeni, theupõtici, styracis calamitæ, zingiberis, cinnamomi an.ʒ.j. g.ij. asæ fœtidæ, myrrhæ, euphorbii an.ʒ.j.g.xvij. staphi sagriæ, dauci, fœniculi, petroselini, apii, silleris montani, baccarum lauri, Petrolei, sem.sinonis, styracis, calamitæ rubeæ, sanguinis draconis, cardamomi, thuris, agarici, masticis, salis Ammoniaci, zedoariæ, anisi an.ϑ.j g.ij. thymbrę, hyssopi, Pulegii, chamędrios, origeni, balsamitę, ocymi, rad.branc.vrsinę, dictãni

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1052 sur 1557

Cretensis, sem rutæ, Aristolochiæ longæ, rotundæ, Mabathematicon, Azari, saluiæ min. rosarum, Bdellii an. G. xvij. epithymi, polypodii quercini, opobalsami (loco eius oleum caryophyllorum) ana g. xiv. Alpiados, rad. capparorum an. g. xj. Peucedani, absinthii ana g. vij. anacardii, sabinæ, gentianæ, cort. mandragoræ an. g. xj. ireos g. iij. mellis despumati tuplum. Fiat electuarium in vase vitrato seruandum. Datur in modum auellanæ in passionibus capitis. Confert cephalalgicis, epilepticis, vertiginosis hemicranicis, paralysi omnium membrorum, & omnibus frigidis ægritudinibus, tempore frigido nocentibus confert.

Aqua composita ad epilepsiam. Recipe pullos picarum nu. xij. frustatim vna cum intestinis & pennis incidantur, & ponantur in vas terreum vitreatum, addendo rad. pæoniæ, zedoariæ, visci querni ana vnc. ij flor. Tiliæ arboris, lilii conuall. hyssopi ana p. ij. coquantur in oxymelitis anthosati & aquæ milliff. an. lib. iiij. ad medietatis consumptionem: dein exprimatur. Huic expressioni adde gran. iuniperi, Sem. pæoniæ ana vnc. ß. caryophyllorum, nucis muscatæ, croci, cinnamomi, cucubebarum ana drach. iij. castorei drac. ij. ß. flor. Betonicę, stœchados arabicę, primulæ veris, citrii mali ana p. ij Anagallidis pupureis floribus p. iij. contusis contundendis digerantur per quatuor dies: dein destillentur per balneum vaporosum ad siccitatem. Dosis huius aquæ est cochleat vnum vel alterum.

Theriaca Aetii: Recipe castorei, veratri nigri, scammonii an. drach. ij. opopanacis, cumini Thebaici, centaurij, nitri, sulphuris viui, abrotani, ammoniaci, thymiamatis, sem. rutæ syluestris, absynthii ana drach. j. contusa & cribrata excipe aqua, & efforma pilulas fabæ Ægyptiæ magnitudine, & vnam quotidie præbe, cum aceti mulsi cyathis quatuor.

Oleum de castoreo: castoreum in aceto dissoluitur, aut ex vino stillatitio maceratur, & igne lento oleum exstillatur: hoc postea ex aceto corrigitur. Inter destillandum interdum materia operculo adhærescere solet, caphuræ instar: Hæc carbone candēte admoto, liquatur. Egregium est oleum ad membra resoluta, & ea quæ alimentum non sentiunt: venerem excitat: colicos dolores sedat: veteri strangulatum discutit: partes naturales roborat.

Oleum

Oleum de caſtoreo compoſitum: Recipe caſtorei, ſtyracis calamitæ, galbani, euphorbij, caſiæ ligneæ veræ, opopanacis, croci, carpobalſami, ſpicæ nardi Indicæ, coſti ana drach. ij. cyperi, ſchœnanthi, piperis longi, nigri, Sabinæ, pyrethri ana drach. ij, ſ. olei lib. iv. vini lib. ij. Galbanum & opopanacem in vini parte ſeorſim diſſolues: Deinde reliqua omnia contuſa cum oleo, & reliqua vini parte coques ad vini conſumptionem in duplici vaſe: poſtea cola, & gummi diſſoluta oleo adfundes, & iterum coques in duplici vaſe, ad conſumptionem vini, & ſæpius miſcens repone. Optimum eſt ad frigidos affectus partium omnium, præſertim neruoſarum, medetur paralyſi, ſpaſmo, Tetano: & ſedat acerrimos rigores & frigora febrium, ſi ſpina dorſi liniatur. Canis Græcis κύων: horum genera ſunt varia: alii quadrupedibus, alii auibus inſidiantur: Alii pecorum, alii ædium cuſtodiam gerunt. Sanguis eius potus tremulos liberat: Caput eius ſiue neruoſa caro aduſta, & in puluerem redacta, morſum rabidi canis ſanat: Dentium canis puluis, dolores gingiuæ & dentium ſiſtit: Cor eius in potu ſumptum contra latratum canum (vt ferunt) cuſtodit: Fel in melle ſumptum oculos curat: Lac potum capillorum prouentui obſiſtit: In vino aut melle potum mortuos fœtus expellit: Adeps eius podagricis auriumque dolori auxiliatur: ſanguis alopecias reſtituit: Vrina verrucas abigit: Lac primogenituræ canis omne capillorum decidiones prohibet, & partum in vtero maturat: Vrina cum nitro temperata lepram aut pruritum ſanat: ſanguis canum contra venificarum venenum præſentiſſimum eſt remedium: Fel canis cum melle lippitudines oculorum ſanat: Adipe canum lendes capitis purgantur: Chirotheca ex corio carino confecta contra ſcabiem & tuſſim valet: Vrina canis cum puluere capillorum eius illita, verrucas pellit. Lingua eius maximam in ſe medicam vim habet, & ſua enim, & aliorum vulnera hac ſanat: & quod maius eſt, pedem, ſi vulnus lingua pertingere nequeat, lambit, eumq; vulneri ſanando imponit remedii à natura inditi certiſſimus. Gallinarum excrementa in cibum canum immixta, à rabie eos præſeruant: Oleo cane inuncto omnes confeſtim pulices deſiliunt. Albi canis excrementa trita, in iure gallinæ ante ſolis exortũ ſumpta, aluum ſiſtunt, atque Ictericis proſunt. Stercus canis, vt ſcribit Galenus, qui ſolis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1054 sur 1557

fuerit ossibus integrum biduum nutritus, durũ, candidum, minimeq; fœtens stercus est: ℞ exsiccatum redactumq; in pollinem, ad anginam, dysenteriam, & summe inueterata vlcera optime accommodatur. Ad anginam quidem iis mistum, quæ alicui huic affectui conueniunt: ad dysenteriam vero iniectum lacti decocto, aut quod silices candentes, aut cylindros ferreos extinxerit.

Asinus Græcis ὄνος: lauacrum ex decocto carnis asininæ tremulis ex ebrietate membris cõfert: Tostum eius iecur ieiuno sumptum stomacho comitialibus fert opem: Ad eadem valent tritæ & vstæ vngulæ: Puluis carnis eius rimas ex frigore contractas curat: vsti iecoris cinis lapsam vuulam restituit: Pota vrina lumborum, & renum dolores sedat: Vrina Onagri, Galeno teste, calculum vesicæ frangit: sanguis asini fluxus sanguinis sistit: Adeps eius maculas cutis extergit: excrementa ad omnis generis sanguinis fluxus adhibentur: Pascentis asini excrementa vino mixta, ictui scorpionis sunt remedio: Lac eius subtilis & aqueæ est substantiæ, tussi, excreationi sanguinis, & hydropi medetur, aluum mollit, phthisi subuenit, gingiuas confortat, ac dentes purgat: Lethalibus morbis, intestinorum exulcerationi, & alui constipationi plurimum commodat: Vertigine, dolore capiris, auriumque susurro laborantibus officit: Præsertim vero somno dare operam post eius vsum est incommodum. Obest autem præcipue iis qui infirmioris naturæ habent capita; Neronis concubinam lacte asinino corpus suum, quoties balneo exiret, abluisse legimus. Tres quatuorve sanguinis asini guttæ in vino sumptæ, febrim quotidianam pellunt: Adeps eius ad Venerem incitat; Medulla podagram & membrorum tumores sistit: Splen in aqua contusus mammis appositus lac generabit; aluum mollit, dentes ac gingiuas confortat, phthisicis auxiliatur, maculas cutis detergit, dealbat, & teneram reddit. Vrina eius pota Ischiadicis fert opem. Pulmo & lingua infumigata trita in potu sumpta tussi medentur: Iecur domestici asini, tostum sumptum comitialibus auxiliatur; idem præstat vngularum eius cinis, per dies plures ad vnc. j. sumptus. Emplastrum ex eodem cinere indurata Apostemata discutit, rimis inspersus easdem sanat: Excrementa vsta per emplastrum imposita, siue etiam in vino cui xylinon intinctum fuit, trita, sanguinem sistunt: Puluis iecoris asinini

vsti

vtſi adipe, & oleo modico mixtus, alopecias ſanat: Excrementa ſiſtunt venarum & arteriarum ſanguinem; Vrina naribus inſtillata ſanguinis fluxum cohibet; Annulus ex vngulis, & oſſibus aſini confectus, haudquaquam tamen nigri coloris, à comitiali morbo præſeruat; ſuffitus ex pulmone aſini omnia impura animantia ex ædibus expellit. Plinius.

Mulus Græcis ἡμίονος & ἡμίονος, ex aſino & equa naſcitur, animal infœcundum: Cutis ac cinis mulæ aduſtionibus ignis imponuntur: Attritus item calceamentorum ac fiſtulas ſanat: ſi domum ſiniſtra mulæ vngula ſuffias, mures ac glires ex ea diſcedunt.

Feles alias Catus, ab aſtutia videlicet, quaſi cautus. Veteres enim Catos dicebant cautos & aſturos: Græcis γαλεώτης; murium perpetuus hoſtis, animal morib. pudiciſſimis: Valeriana herba delectatur, cui ob id etiam nomen eſt inditum. Caro Felium eſt ſubſtantiæ humidæ ac mollis: Morſus felium venenatæ eſt naturæ, obſiſtitur tamen ei facile, emplaſtro ex cepis & ſylueſtri calamintha: Cati ſylueſtres ſuffitum rutarum, & amygdalorum formidant: Sylueſtrium catorum caro calidæ ac ſiccæ eſt naturæ, dolores aureæ venæ ſedat, calefacit renes, dolorem pruritus ſiſtit: Excrementa felium mixta melle & aceto, alopecias ſanant. Vidi aliquando vetulam catis abſcindere ſummitates caudarum, ſed ignoro in quem finem, aut ad veneficium forſan, vel contra colicam puellorum ab extra ad vmbilicum, &c. Pellis ſylueſtris cati vſurpatur in colica, & doloribus coxendicis, &c.

CAPVT VI.

De Oue, Leone, Vrſo, Camelo, Vulpe, Elephante, Lepore, Caprea, Dama, Lupo, Lutra, Muſtela, Sciuro, Rana, Glire, Bufone, Talpa, Mure, Erinaceo, &c.

OVIS Græcis οἶς ἡ πρόβατον genus fœmininum. Aries Græcis κριὸς maſculus, Ductor gregis. Veruex dicitur aries caſtratus, hoc

hoc eſt, cui exempti ſunt teſticuli, habitioris acquirendi corporis gratia: Agni tenellæ adhuc ſunt lanigeri generis pecudes, Græcis ἐριφιον. Agnorum carnes modice ſunt calidæ, humidamque habent ſuperfluitatem, atq; ideo ab iis læduntur, qui humidioris ſunt temperaturæ: qui vero ſiccioris ſunt, iuuantur: quantoque iunior agnus fuerit, tanto difficilius eius caro concoquitur, magiſque humida eſt; quanto vero maior, tanto melius concoquitur, & è minus eſt humida; ſic in cæteris animalibus contingit, quo iuniora ſunt, eo humidior eſt quam maiorum eorum caro. Ouilla caro ſuperfluitatum eſt plena, maliq; ſucci: Melior eſt, quæ vnius anni, hoc eſt, annicula, quæ vero annum exuperat, difficulter concoquitur, & mali eſt ſucci; nocens his qui ſtomacho ſunt humido, & pituitoſis.

Cerebrum ouis oculis illitum alba pterygia curat, ſtercus ſuillum cum melle & aceto tritum & illitum, verrucas pellit. Vnguentum ex eodem abſque oleo cum cera confectum aduſtiones refrigerat: Cum gallinarum ſiue anſerum adipe tritum, aurium paraſyſin curat: Calentes adhuc ouium pelles impoſitæ, coagulatum ſanguinem diſſoluunt, maculas purgant: Vrina nigræ vel rubræ ouis cũ melle ſumpta, aquã intercutem abigit: ſtercus ouillum in iuſculo cum petroſelino ad vnc. j. vel vnc. j ß ſumptum auriginem ſanat: Idem in aceto dilutum valet ad acrochordonas, myrmecias, thymos, & duros funiculos, & ſplenis tumorem. Cum cerato roſaceo vlcera ad cicatricem ducit: Fel ouis illitum carcinoma in homine exoriens ſanat. Agnorum medulla igne liquefacta, oleo nucum & albo ſaccharo admixto, deſtillata in ſambuco, calculum veſicæ frangit, dolores item virgæ genitalis & renũ ſedat, nec parũ ſanguinem meientibus prodeſt. Fel agnorum illitum partibus corporis quas carcinoma inuaſit, præſentiſſimum eſt remedium: Cornua arietis ad radices ficus defoſſa, ante tempus ficus maturas producere tradũt: Vita arietis caro, elephantiaſi faciei, & pſoræ remedium adfert: ſerpentum atque ſcorpionum morſibus medetur: Pulmo arietis calidus attritionibus calceamentorum impoſitus, eſt remedio: Humor à decocto arietis pulmone ſtillans tertianam febrim renum que dolores pellit: Ius de carne arietis contra carcinoma ſumitur: Adeps arietis eiuſdem eſt cum ſuilla naturæ: aduſtiones

curat:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1057 sur 1557

curat: Fel arietis cum lana infantum vmbilico appositum, citam ipsis aluum facit: Excrementa arietis cum aceto illita, liuentes maculas corrigunt, & clauum pellunt: cum oleo imposita sacrum ignē restinguunt: cera addita, adustionibus medentur.

Leo, Græcis λέων, de his Plinius lib. 8. c. 16. Animantium rex est, cordatum, magnanimum ac nobile animal, iubatum ceruicem habet, gaudetque excelsis montibus: Leæna vero iuba caret. Insidias animaduertens venatorum vestigia pedum cauda, ne à venatoribus obseruentur, tegit. Fœtus eius triduum post partum somno detinetur, posteaque rugitu Leonis excitatur: Ad quercus attactum horrere, & trepidare leo fertur: Galli item cantum expauescere. Adipe leonis perunctum, à luporum insultu securum tradūt: Adeps eius dura hulcera mollit & aperit: cum oleo faciei maculas extergit, & adustionibus medetur.

Vrsus Græcis ἄρκτος, crudele & informe animal, capite imbecillo, pedibus & lumbis robustissimis, vnde erecto corpore interdum dimicare solet. Fertur hyberno tempore in antro ex vngularum suctu se sustentare: vide Plin. lib. 8. cap. 36. Caro vrsi viscosum humorem generat, concoctioniſque est difficilis, quare medicamentis potius quam cibis admiscetur. Fel eius calidum ac siccum est, comitialib. ac paralyticis prodest: Fel autem a iecore cum vesica in qua conditur, abscindetur, suspenditurq; vt arefiat sicque ad biennium asseruari poterit: Oculi eius effossi sinistro alligati humero, quartanam febrem pellere debent: Adeps alopeciis illinitus, confortat memoriam, &c. Electuarium de felle vrsi, comitialibus medetur.

Camelus, animal est informe, collo longo, pedibus nodosis, gressu tardo, dorso gibboso, eius meminit Plinius lib. 28. cap. 9. Virgæ eius duræ & neruosæ, vnde etiam nerui arcubus conficiuntur. Caro eius vrinam ciet: Adeps eius aureæ venæ vtiliter illinitur: Cerebrū arefactum in potu sumptum, comitialib. auxiliatur: Earundem est virium sanguis, qui arefactus quoq; & coctus fluxus sistit, atque cum vino ictibus telorum medetur: Potus vero post menstruas mulierum purgationes, conceptionem adiuuat, & constipatas matrices soluit: Vrina hydropicis commodat, fœtori narium prodest, intestinorumque constipationes fortiter discutit.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1058 sur 1557

Furfures capitis decidere facit: Albi Cameli excrementa melle trita tumores sistunt, & inflammata vulnera purgant: Tritus Cameli sanguis dysenteriæ obsistit: Lac potum veneno resistit, discrasiam adiuuat & corrigit, corpus & ventrem nutrit: excrementa verrucas purgant, narium fluxum sedant: Cum aliis medicamentis sumpta comitialibus ferunt opem, pestifera item hulcera, tumores & Melicerides aperiunt.

Vulpes Græcis ἀλώπηξ animal nemini non cognitum: Hic melem ex antro abesse aluum ante ingressum spelũcę exonerat, adueniens inde Meles, viso stercore, relicto antro diffugit, sicq; astutus suo vulpecula cauerna, nullam propriam sibi apparans, sed alienam fraude occupans, potitur. Adeps eius illitus conuulsionib. est auxilio: sanguis eius arefactus, & tritus calculo renũ & vesicæ medetur: Linguam dispnœicis salutarem ferunt: Pellis eius naturæ est calidissimæ, vnde humidæ exsistentes naturæ iis confortantur. Fit ex hoc lohoch de pulmõne dictum, quod abstergit, & consolidat vlcera pectoris & pulmonis, præferturq; aliis remediis & phthisi. Oleum item vulpinum, ad podagras & reliquas arthritidis species, ac dorsi renumq; dolorem est efficacissimum.

Loch de pulmone vulpis, ℥. pulmonis vulpis præpar. succi glycyrrh. sem. fœnic. anisi, capillo. Veneris an. ʒ.j. mellis ʒ.xvj. fiat loch, seruatur bienniũ: abstergit, consolidat vlcera pectoris & pulmonis.

Elephas Græcis ἐλέφας, animal est mãsuetissimum; & facile domari potest, tantæ fortitudinis, vt muros frõte sua destruat, & arbores conuellat: Biennium in vtero fœtũ gerit, tertio tandem anno vnicam excludit prolem, nec amplius parit: Trecentos posse viuere annos scribunt: Lapsus surgere nequit, cõtinuos n. osseos pedes habet: Dormiens robori firmissimo innititur, & obseruantes venatores in imo, ne animaduertat animal, dissecãt, vt innitẽs elephas vna cum arbore prolabatur. Sanguis elephantis præsertim masculi, fluxũ sistit cerebri. Vẽter febricitantis si excremento elephãtis suffiatur, maximam sentit opem: Plura apud Plin. lib. 8. cap. primis vndecim.

Lepus, Græcis λαγώς, Cuniculus Græcis Δασύπους: Omnibus sunt noti: Animal culum est velocissimæ ac timidissimæ naturæ: Apertis oculis somno indulgent: Fœcundissimum natura genus leporum & cuniculorum, singulis mensibus sobolem procreans: san-

guis

guis leporis vitia cutis in facie ſanat: Alopeciis cinis capitis eius cũ aceto medetur: Cerebrum eius inaſſatum tremorib. ex valetudine contractis iuuandis editur. Iure carnis eius abluti podagrici opem ſentiunt: ſanguis eius illitus vitiliginem lentigines q; ſanat. Comitialibus iecur arefactum ad vnc. j. datum prodeſt: Excrementa leporis aceto imbuta inueterata, & luxuriantia damna illita adiuuãt: Fel leporis oculorum vitia melle commixtum reſtituit: Caro eius plus omni reliqua melancholici humoris generat: Teſticuli leporis veneno reſiſtũt, in acero ſumpti: In menſe Martio viui aduſti leporis cinis calculo cũ vino potus, fert opem. Genis infantum cerebrũ leporis illitum facilem dentitionem parit: Cuniculi eiuſdem propè naturæ ſunt cum leporibus, ſicut & lepores fœcundiſſimi. Adeps leporis miraculoſe ſanat & expellit.

Caprea Græcis Δορκὰς, cuius maſculinum genus Capreus: ſylueſtre eſt caprarum genus, in rupibus & locis inacceſſis agens: vnde facile venenatorum inſidias euitat: ſin propinquas in colle inſidias animaduertat, ex iiſdem ſe præcipitans, illæſa in cornua prolabitur: cuius meminit Martialis, cum inquit:

Pendentem ſumma capream de rupe videbis,
Caſuram ſperes, decipit illa canes.

Capreolus eſt capreus tener: vt apud Vergil. Præterea duo nec tuta mihi valle reperti capreoli: Excrementa caprearum in vino ſumpta, ictericis proſunt: cum ſpicæ Nardi follis menſes cient: cum aceto impoſita fluxum ſanguinis ſiſtunt: Vſta & cum aceto mixta, alopeciis illinuntur: Adeps earum podagricis auxiliatur.

Dama, Græcis Δορὰς, ex ſylueſtrium caprarum eſt genere: animal imbelle & timidum: Vnde Mart. Imbelles Damæ nil niſi præda ſumus. & Ver. Cum canes timidi venient ad pocula Damæ. De his Plin. lib. 8. c. 56. Damæ, inquit, manſueſcunt raro, cum feræ dici iure non poſſint: Complura namq; ſunt nec placida, nec fera, ſed mediæ inter vtrumque naturæ.

Lupus, Græcis Λύκος, animal rapaciſſimũ & fraudulentiſſimũ: Vrina eius ſecundum lunæ augmentum & decrementum augetur. Super huius tepidam adhuc vrinam lotium reddentia animantia nunquã concipere traduntur. Famem per aliquot dies ſufferre valet lupus, vnaq; poſtea vice tãtum deuorat, vt ad triduum, aut vltra

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1060 sur 1557

etiam ſufficiat. Cor eius arefactum & aſſeruatum optimum de ſe odorem præbet: Comitialibus quoque aduſtum, & tritum in potu ſumptum medetur: Lupinum ſtercus candidum, vt refert Galenus, colicis quidam dandum, aut vino albo, aut aqua diſtemperatum, putabat, nec tantum in paroxyſmis, ſed etiam in internallis, ſiquidem vacarent phlegmone, & feliciter illi ceſſit negotium.

Lynx, animal lupo ſimile, pelle maculoſa, velut pardi, vnde maculoſam Vergilius nominat. Viſu acuto, lingua ſerpentẽ refert, eamq; quam longiſſime exerit, collum habet flexile, vngulas grandes, vnicum tantum fœtum edit. Vrinam corpori aſperſam vel illitam, pruritum ſedare aiunt.

Lutra, Græcis ἔνυδρις: Ex fibrorum genere animal callidiſſimum, de quo Plinius lib. 8. cap 30. Feli per omnia, præterquam capite, ſimile, coloris nigricantis, piſcinis & aquis, vnde victum ſibi quærit, cohabitans: Spiritum ex aere, quamuis etiam ſub aqua aliquandiu ſe ſuſtentare valeat, ducit. Hinc fit, quod aliquando in piſcatorum retia ex cupiditate prædæ delapſa, quoniam egredi commode nequit, neque donec nodos dilaceret ſub aqua ſpiritum ducere poteſt, ſuffocata inuenitur: Cibi adeo eſt auidum, vt maximos piſcium aceruos in ſuam ſpecluncam deferat.

Muſtela, Græcis Γαλῆ: animal aſtutum, maximam ſui fœtus curam gerens, quos ſubinde ne inueniantur transfert, in cauernis pertatum degens, longumque ſomnum ducens: Hæc cum ſerpente dimicatura ruta ſe munit: Ex immaturis ficulis, carumque foliis emplaſtra cõtra muſtelæ morſum, qui ſubitum dolorem adfert, conficiuntur. Similiter ex cepis vel allio: ſanguis eius cum Arnogloſſa illitus, podagricos adiuuat: cinis cum aqua potus phreniticis fert auxilium, lepramq; curat.

Sciurus Græcis Σκίουρος ab vmbra caudæ nomen ſuum habet: Notum animal. Muſtela maius, ſed breuius, rubicundi coloris, præterquam in ventre, qui candet: Miræ velocitatis in ſaliendo, vt arbores ſaltu transvolet: Amnem tranſiturum, lignum aliquod leue, cui inſidet, aquæ imponit, caudaque veli vice, flante vento vtitur. Tempeſtatem præuident, obturatisq; qua ſpiraturus eſt ventus cauernis, ex alia parte fores aperiunt: teſte Plinio lib. 8. cap. 38.

Rana.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1061 sur 1557

Rana, Græcis βάτραχος: In vſu ſunt virides; Reliquæ venenum habere dicuntur: Viuę in teſta aduſtæ alopecias curant: Fel earum lumbricos pellit: Fel in cinerem vſtum febribus mederi ferunt: Succus ranarum ex oleo & ſale coctarum prodeſt collo distortis: ſanguinem cinis earundem ſiſtit: hulceribus & membrorum iunctu ris prodeſt: Dicto modo coctæ venenatis vermibus, & lepræ obſiſtunt: Dentium dolorem ſedant, ſi aquatilium ranarum decocto os colluatur, de his plura in ſequentibus.

Bufo Græcis μύξος: animal eſt deterrimum & plurimum noxium: Naturæ eſt frigidiſſimæ: Cor circa collum habet, vnde niſi confixo collo non morietur. Bini plerumque cum concentu prodeunt: In capite eius lapidem inueniri dicunt, cui contra venena, & eryſipelata vis adſcribitur.

Talpa, Græcis ἀσπάλαξ; Murium generis eſt, nigrum non cœcum animal, ſub terra viuens, cuius cuniculos perrepit, ac ſubinde terram egerit. Vſta in cinerem cum oui albumine lepris illinitur: ſanguis eius alopecias capillis explet: cinis eiuſdem fiſtularum putredines conſumit: Qui iecur eius comederit, aut viuam manu compreſſerit, eum à febri ſecurum eodem anno credunt fore, &c.

Melis, μέλης à melle nomen accepit, cuius eſt auidiſſimum animal, aluearibus ob hoc maxime infeſtum: Alio nomine Taxus & Taxo dicitur: viuit in cauernis, dorſo lato, pedibus breuibus, magnitudine vulpis, colore felis, cute denſa, & pilis hiſpidis: Mordax & aſperum animal: Dorſo & vertice nigricat, reliqua parte candet. Plinius lib. 8. cap. 38. Melibus hæc eſt natura, & in metu ſolertia, vt ſufflata cute diſtenta, ictus hominum & morſus canum auertant. Adeps eius inter reliquas vtilitates renum doloribus auxiliatur: ſanguis in cuniculariibus deſtillatus ad vnc. ij. vel vnc. ij ß. peſti eſt auxilio: Adeps eius & oleum adipis in medicina frequens.

Erinaceus, quem Echinum vocant Græci: animal ſpinis circumuallatum, quibus telorum vice aduerſus inſidias vtitur, ita eas expandens & acuens, vt attingi nequeat. Cibum quæſiturus fructus inuentos aculeis ſuis infigit, infixos ad ſpeluncam ſuam defert. Plin. lib. 8. c. 37. Caro eius vim habet exſiccandi & ſoluendi, ventriculum confortat, ventrem ſoluit, vrinam ciet, eſtque vtiliſ-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1062 sur 1557

sima iis quorum natura ad lepram, & pustulas pestiferas vergit. Caro siue iecur eius in syrupo cum melle sumptum renum vitiis, aquæ quæ intercutem subiit, cõuulsionibus, elephantiasi, & viscerum fluxionibus est auxilio. Est etiam aliud genus Echinorum, Hystrix à Latinis dictum, longis aculeis, quos in aduersos torquent: Plin. lib. 8. cap. 35. vulgo porcus spinosus, de quo Calphurnius: Venit & hirsuta spinosior histrice barba.

Erinaceus marinus, siue Echinus marinus, orbicularis est formæ, aculeis circumuallatus, quibus pedum vice vtitur, orbiculari gressu incedens: ventriculo & vtero prodest. Testa eius cruda inassata medicamentis adhibetur, quæ psoras abstergunt. Crematæ vero testæ cinis putrida hulcera expurgat, & luxuriantem carnem reprimit.

CAPVT VII.

De omnis generis animantibus viperis, serpentibus, formicis, &c.

VIPERA Græcis ἔχις & ἔχιδνα ad Theriacam à veteribus est expetita: Ex iis præstantissimum parabis remedium ad lepram, pestem & venenata omnia vulnera sequenti modo: Mense Iunio cape quatuor aut sex viperas, ex quib. & caudam & caput abiicies, cætem intestinaque detrahes: carnem vero minutim præcisam, indas cucurbitæ vitreæ, per tres, aut quatuor dies: vt in calore balnei vaporosi, vel fimi calidissimi sudorem ipsarum pellas. (Caue tamẽ, ne fumi huius aerem è viperarum exhalatu vitiatum, & venenosũm inspires.) Quo facto, superfunde spiritus vini alcolisati, & terebinthinati solutiui ana vt supernatet octo digitis: digerantur vase occluso hermetice in baln. Mar. fimo calidissio xij. dierum spatio, donec tota caro viperarum dissoluatur in prædicto menstruo: abiectis fæcibus, separetur menstruum in calore baln. & fiet coagulum, cui denuo affunde spiritum vini caryophyllatum: fac circulentur in pellicano x. dierum spatio: & separato menstruo, remanebit caro viperarum optime præparata, ac essentificata, cui misce subblandum ignem, olei nethini, & cinnamomi ana scrup. ß.

essen-

essentiæ croci, & margaritarum ana scrup.j. cum mucagine gummi Tragacanthi, finge pilulas: vel si vis, cum pane triticeo arido, & trito, more veterum pastillos. Huius medicamenti exhibetur scrup.j. ad lepram, pestem. & ad omnes venenatos affectus. Ex viperarum cute, aut etiam serpentium spoliis exsiccatis & præparatis secundum artem, puluis vulneribus serpentum, & bestiarum virulentarum appositus multum confert. Item vulneribus cancrosis, & malignis curandis.

Trochisci de vipera Galeni: Recipe viperas nu. xx. sumendæ sunt autem, non quæ quouis tempore captæ sunt, sed à medio potissimum Aprile, in finem vsque Maii, aut paulo tardius, locisque procul à mari dissitis. Eligendæ sunt fœminæ, quæque colore subflauo sint, incessu magis moueant: aspectu ferino & verecundo, oculis subrubentibus, & recens captæ, capita primum & caudas amputabis, quatuor digitorum longitudine vtrinque his amputatis, considerandum est, si motum quendam ipsius residuum cõspicies, sanguinemque multum fundent: nam hæ ceu præstantissimæ sumendæ sunt: deinde pelle detracta, interanea cum adipe abiicienda erunt: reliquum corpus in ollam nouam bene coctam immittendum, & coquendum in aqua fontana, additis anethi comis, & sub finem pauxillo salis (ignis autem esto è carbonibus accensis, aut sarmentis vitium) donec carnes à spinis separentur. Cum coctæ fuerint, ollam ab igne depones, & carnes diligenter à spinis exemptas, per se contundes, nulla iusculi addita parte: & addito puluere bis cocti maxime puri, quantum pastillis formandis sufficiat, quæ erit secundum Galenum tertia aut quarta pars, admisceto. Formabis in pastillos ponderis duarum drachmarum, & siccabis in superiori ædium parte, in cella ad meridiem conuersa, à puluere diligenter mundata. Sæpe autem conuertendi sunt per 15. dies, aut eo amplius donec probe exsiccati fuerint: deinde in pixidẽ vitream, aut figulinam vtratam bene obturatam reponendi: Annum vnum integrum perseuerant, quanquã longe melius sit, haud multo post, quam ipsos confeceris, Theriacam conficere. Qui a. diutius conseruare volet, subinde abstergendi sunt à puluisculo quodam, qui illis obnasci consueuit: qui si diutius inhæreat pastillos perforabit. Hoc itaq; modo conseruari possunt integri ad tertium annum.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1064 sur 1557

De Trochiſcis viperinis, ex correctione Bartholomeæ Marantę: Ante paucos annos nondum cognoſcebatur vipera, & propterea maiores noſtri medicos barbaros ſequuti, pro illa ſumebant tormentillam, & dictamnum, quorũ alterum redigebant in paſtillos: ſed noſtro tempore adeo innotuerunt, vt etiam ab omni circulatore colligi poſſint. Ideoque non ero longior in enarrandis notis, quibus cognoſcitur: idque eo etiam magis, quod Matthiolus in ſuis commentariis ſuper Dioſcoridem, certis omnino notis eam deſcripſerit. Quare tantum addam, quo pacto eligi debent laudabiles, & idoneæ pro Theriaca paranda. Debent itaque viperæ non quouis anni tẽpore capi, multo minus in media æſtate, quemadmodum nonnulli faciunt. Nam Theriaca ex eiuſmodi viperis confecta, illis, qui eam aſſumunt, magnam ſitim affert. Neque etiam ſtatim, poſteaquam ex ipſarum cauernis (in quibus toto tempore frigidiore ſe abſcondunt, & quaſi ſtupidæ vix ſe mouent) rurſum proſerpere ſolent. Nam quamdiu intra terram latent retinent intra ſeſe quandam venenatam & pernitioſam qualitatem, quæ poſtea aliis temporibus ſolet exhalare, & præterea tamen ſicciores, & frigidiores ſunt, & magis extenuatæ, quam alio vllo tempore. Quare antea illis permittendum eſt, vt aliquantiſper in liberiore aere obambulent, & veſcantur cibo illis conſueto, vt ſunt nonnullæ herbæ, & inter alia animalcula, Cantharides, Bupreſtes, & Erucæ pini. Et præ aliis omnibus Galen. in lib. de vſu Theriacæ ad Pamphilianum tradit, meliores eſſe recenter captas, & non diu incluſas. Nam hæ vt famelicæ ſunt venenoſiores: quod facile etiam coniicitur á morſu hominis ieiuni. Aliæ vero ſaturæ veniunt ex campis. Legitimum igitur & magis conueniens erit capturæ tempus citra finem Veris, ne tamen attingant initium æſtatis, niſi veris conſtitutio magna ex parte fuerit frigida, & hyemi ſimilis. Viperæ præterea grauidæ tanquam inutiles ſunt abiiciendæ. Color earum debet habere neſcio quid de luteo aſperſum, & ſint agiles & promptæ ad mouendum & potiſs. quæ de vniuerſo corpore ſæpe caput extollant, oculi ſint rubedine tincti, inter ſerpendum obliqua, torua & elata. Præterea caput debet eſſe latum, venter rotundus, & prominens: & totum corpus ſinuoſum, locusque, vnde emittit excrementa, ſit prope extremam caudam, quæ etiam non

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1065 sur 1557

non sit in gyrum circumuoluta, sed nonnihil contorta. Et si haberi potuerunt fœminæ omnes, melius erit, quam mares accipere. Dignoscuntur autem à maribus ex ingressu earum magis firmo, & quieto, & in dentibus quoque caninis, quorum mas tantum duos, fœmina autem, vt scribit Nicander, plures habet. Critonis fuit sententia (quemadmodum Galenus refert in libro de vsu Theriacæ) viperas esse capiendas, aut in fine veris, aut in autumno, & eas quidem quæ essent corpulentiores & grandiores.

Cum igitur viperas eiusmodi, quales iam descripsimus, habuerimus, primum ad quatuor digitos, & non plures, caput & cauda amputetur, idque si grandiores fuerint. Nam minoribus minus quoque est auferendum. Quæ partes propterea abiiciuntur: quia paucam habent carnem, eamq; duram, & quod sint reliquis venenosiores. Animaduertendum quoque est, eas esse validiores, quæ postquam caput & cauda resecata sint, per aliquod tempus se se adhuc moueant, & satis multum sanguinis emittant, eumque non statim effluere sinant: ideoque istæ quæ statim moriuntur, neque se mouent quicquam, nullius sunt momenti. Post istam amputationem interiora viscera sunt auferenda, & reliquum corporis diligenter à pelle separandum, quemadmodum etiam omnis pinguedo: & posteaquam diligenter bis, terve ex aqua semper recenti mundatæ fuerint, imponantur in ollam fictilem, aut ahenum puriſſimum, cum sufficiente parte aquæ fontanæ, & ad ignem ex carbonibus paratum, aut alium expertem fumi (sunt qui sarmenta vitium hoc maxime probent) iniicito quoque in vas parum salis recentis, additis aliquot frondibus anethi viridibus, quod commode eo tempore reperiri solet. Vbi etiam est obseruandum, si viperæ in æstatis initio sint captæ, tum nihil salis esse imponendum, alioqui Theriaca sitim excitabit, sicuti etiam illa, ad quam assumptæ sunt viperæ collectæ in locis maritimis & siccis: aut in paludibus aquæ salsæ. Quod si forte fortuna inter ebulliendũ aqua effluere, statim aliquid frigidæ est aspergendum: tamdiu quoque coqui debent, donec facile caro de spinis separari possit, si edendo esse solerent, diligenterque cauendum, ne intra carnem aliquid de spinis remaneat: Idque si fieret omni studio est auferendum, quanquam si viperæ ita vt optime coctæ fuerint, non facile hic error commit-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1066 sur 1557

committatur. Propterea laborandum est, vt vniuersæ viperæ sint grandes: quod si fieri semper nequeat, coctio debet fieri per gradus, primum ex olla sumēdo iuniores. Nam sic per longiorem coctionem grandiores fient magis friabiles, & caro facile à spinis decidet. Nam hæ cum plane similes sint carni, vix ab ea possunt discerni: quanquam postea in siccis pastillis facile appareant. Atque hæc omnia secundum commemoratum modum, primum vidi obseruari ab Imperato, qui solebat idoneo instrumento sæpius iuuenes viperas inspicere, & statim cū coctæ essent, ex olla extrahere: hocq; si obseruetur, vniuersæ spinæ adhærent sceleto & trunco maiori medullæ spinalis, nihilq; ex ipsis carni admiscetur: Obseruaui aūt ex vipera quantumuis magna non plus carnis, quam pondere duarum drachmarum colligi posse: & si illius affuerit copia maior, suspicio est illam aliquid in se spinarū adhuc cōtinere. Hæc coctio ita rite facta, tanti momenti est vt in ea omnis consistat aut bonitas, aut imperfectio antidoti. His eo modo pactis, postea caro collecta diligenter in mortario contunditur, addito parum panis bene cocti & fermētati, ex recenti & puriſſima farina facti: cuius certa mēsura definiri nequit: quar q̄ aliqui accipiant æqualem quantitatem cum ipsa carne: nonnulli minus, nimirum tantum dimidiam: alii tertiam solummodo partem. Sic Galen. interdum etiam ponebat quartam partem, & alibi quintam: prout animaduertebat illius satis esse ad carnem contundendam. Quam etiam mensuram Bononiens. vsurpare soliti sunt, quemadmodū P.M. Lucas Ghinus olim præceptor meus mihi significauit. Crito, sicuti Gal. refert, carni ex decē viperis collectæ addebat panis ℥.j. Sed hic animaduertendum est, Theriacam fieri aridam, si panis non fuerit bene coctus: quare melius est illum recte coctum per duos aut tres dies ponere in loco perflabili, vt exsiccetur nonnihil: & non simul cum carne contundere, sed vtrumq; seorsim: atque postea miscere simul. Hic panis ita siccus in puluerē redigi, & per cribrū angustissimū cribrari, ac deinde misceri cum carne debet. Cumq; vtrumq; fuerit diligenter tritū & commistum, vt ne minima quidem portiuncula amplius de vipera, quæ nō sit bene contusa, appareat, ex ista postea massa parentur trochisci aut pastilli, qui debent esse tenerrime & optime subacti, idq; si fieri

potest,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1067 sur 1557

poteſt,ſine iuſculo,aut ſaltem cum ipſius exigua quantitate: hoc enim modo multo celerius exſiccãtur. Contra, ſi panis in iuſculo viperarum maceretur,& poſtea ſimul cum carne tundatur, tales trochiſci difficulter exſiccantur,& ſunt in cauſſa,vt poſtea caro putreſcat,& panis fiat acidus. Trochiſci ita parati ſolent in conclaui aliquo ſuperiori collocari ad exſiccandum,verſus meridiem, vbi Sol maiori parte diei verſatur,nõ tamen radii eius Trochiſcos attingãt, vtq; penitus exſiccari poſſint,crebro verti debẽt.Nam ſi aliqua exigua eorum portio humidior reſtet, facile putreſcunt. Quando ita bene ſunt exſiccati; remoueantur paulo longius ab illo loco priore (attamen in eodem relinquantur conclaui) ad quem ſol peruenire potuit,atque ſemper vertantur,ad quod quidẽ vtrumq;ſatis erunt dies quindecim. Aetius quoq; laudat verſus Septentrionẽ eos ponit:Tandem ſi omnes ſicci fuerint,vngantur parum contra putredinem cum opobalſamo,quam curam adhibuerunt medici Bononienſes,admoniti ab Aetio, qui etiam voluit,vt opobalſamum, dum formantur trochiſci,adhibeatur.

Poſtremo aſſeruẽtur in vaſe ſtanneo,vitreo, aureo,vel argenteo puriſſimo. Quanquam plumbum candidum, vel ſtannum (vt vulgo vocant)improbetur, quando admiſtum habeat plumbi. Quia in eiusmodi vaſis quędã rubiginis ſpecies ſolet colligi,q̃ malã qualitatem illis conciliat. Ideoq; optimũ eſt,vt Theriaca quoq; quã primum trochiſci ad manum ſint,ipſa quoq; conficiatur,quanquã etiam ſi recte aſſeruentur tres annos,& paulo plus durare ſoleant, modo ſæpius cum munteolo mundẽtur à puluere,& ſitu albo,quod progreſſu temporis obducuntur,vnde ſolent exedi,& cariem ſentire,& priuari ſuis omnibus viribus.Præterea quoq; propter ipſam Theriacam, illa ſtatim parari debet. Nam cum per quadraginta dies, quotidie aliquid miſtionis fieri neceſſe ſit, quo fermentatio ſequatur melior, ideo admodum idoneum ad hanc actionem eſt tempus calidum. Quod ſi in Autumno conficiatur,& ſuperueniat tempus hybernum,ſimplicia omnia &quaſi ignaua permanebunt,& multo tardius calor naturalis in illis excitabitur.

Sal Theriacum Galeni: ℥. viperas eodẽ modo capti n.iij.ſalis Ammoniaci,vel cõmunis mod. j.gentianæ cõciſæ ℔ j.ß.Ariſtoloc.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1068 sur 1557

rotundæ ℔.j.ß. centaurii min. ℔. ij. cardamomi matrubii ana ℔. ß. scordii montani, chamædrios an. ℔.j.ß. rutæ ℔.j. Hæc omnia melle Attico commiscebis. Harum rerum mediam portionem in ollam nouam, ex argilla confectam, coniice, postea viperas quatuor viuas superimmitte, & cum eis scillas quinq; recentes, concisas: in reliquum aliarum rerum dimidium, postremo lutum ollæ diligenter inducito, vbi prius operculum imposueris, quod foraminibus quatuor aperies, & per eam vapor egrediens assationis mensuram significet. Nam fumus qui primum exibit, obscurus admodum & valde turbidus, denotabit ignem ad viperas peruenisse: quo tempore diligenter aduertas moneo, vt respirando, non aerem attrahas infectum hoc fumo, qui à viperis exhalat. His peractis cum fumus desistet, & tenuem quandam flammam è foraminibus ascendere videbis, tunc optime tosta cuncta iudicato, itaque transfer ollam ab igne in locum, vbi per integrum diem & noctem frigescat: Inde vase adaperto, combustas res exime, quibus contusis atq; cribratis, adde sem. rutæ sylvest. vnc. ix. hyssopi tantundem, sem. fœniculi vnc. vj. nardi gallicæ, stachyos Scythicæ ana vnc. vj. Petrosel. Macedonici vn. iv. racemorum amomi vnc. iij. origani Heracleontici vnc. ix. fol. malabatri Indici vnc. iiij. carnium Bacc. iuniperi Laconici lib. ij. sem. coriandri ℔. ß. piperis albi ℔. ij. piperis nigri tantundem: rad. silphii vnc. x. zingiberis ℔. ij. rad. satyrii ℔. ß. pulegij montani ℔. ß. sem. seseleos vnc. vj. sem. tordilij montani, mentæ an. vn. ℥. Casiæ opt. vnc. ℌ. cinnam. vnc. j. Hæc vbi semel contudi & excussi, denuo contundere & excutere molior, quo sæpenumero cribrata in tenuissimũ puluerem redigantur, quem in vasis vitreis positum, non statim sed a 40 die vtendum trado. Morbos cutim infestantes curat, vitiliginem albam, lepram, impetiginem, & demum omnia sub cute posita resoluit. Quamobrem magna pars eorum, qui salem hunc comedunt, plusquam consueuerant, sudantes putridam materiam eiiciunt: Dentes præterea purgat, & ipsos á putredine seruat, nec erodi permittit; Membra laxa densat, illucque descendentem fluorem supprimit.

Theriaca Andromachi, ℥. trochisc. scilliticorum drac. XLIIX. trochis. theria. hedycroi, piperis longi, opii ana drach. xxiv. ros. rub. purgatarum, iridis Illyricæ, succi glycyr. sem. napi fyl. scordii, opobal. mi,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1069 sur 1557

balſami, cinnam. Agarici ana drach. xij. myrrhæ, coſti, croci, caſſiæ ligneæ veræ, nardi Indicæ, ſchœnanthi, thuris electi, piperis nigri, albi, dictam. Cretici, comarum Marrubrii, Rhapontici, ſtœchad. ſem. petroſelini, calaminthæ mont. terebinthinæ, zingib. rad. quinquetolii ana drach. vj. Polii montani, chamæpityos, ſtyracis calam. Meu, Amomi, nardi Celticæ, terræ Lemniæ phu, camædrios, folii chalcitidis toſtæ, gētianæ, aniſi torrefacti ſucci hypociſtidis, carpobalſ. gum. Arab. ſplendidi, ſem. fœniculi, cardamomi, ſeſeli, Acacię, Thlaſpi, hyperici, ammi, ſagapeni, acori an. ℥. iv. caſtorii, ariſtoloch. tenuis, ſem. dauci Cretici, bituminis Iudaici, opopanacis, centaurii minoris, galbani ana drach. ij. Mellis deſpumati lib. xiv. vnc. v. drac. ij. vini optimi q. ſ. eſt. Galeni æſtate plus aromatum admiſcebant ad ſingulas libras mellis, & medicamētum ſolidius erit, quam nunc fit. Iam enim ſumunt mellis ℔. xx.

Multa hic eſſent dicenda de viperis & confect. Theriaces, ſed hæc differemus ad reformationem reliquorum medicamētorum, locus enim huius libri iam non concedit, quia ambigua ſunt, paucis placet & referre quædam de ſerpentibus.

Serpens ſeu Coluber, Græcis ὄφις, eſt nomen generale ad ea quæ terra abſque pedibus animantia ſerpunt; eius multæ annumerantur ſpecies: Vt vipera, Aſpis, ceraſtes, hæmorrhois, ſepedon, dipſas, cherſydros, amphiſbæna, Scytale, Baſiliſcus, dryinas, ſeu chelydrus vel Hydrus, Dracocenchrynes Æſcalabus, Elopes, Libyes, Myagri coronati, Acontiæ, Typhlopes, Moluri, &c. Serpentes quotannis exuuias deponunt, abſtinentia cibi, vt ferunt, corpus primum attenuantes, poſtea perangustam perrepētes petram. Hæ alligantur prægnantibus pro facili partu: coquunturq; in oleo ad aurium dolorem: Vulgares ſerpentes apud nos in Germania frequentes hodie vtuntur pro venenis varieq; pparati puluercs ex iis circumgeruntur: Quidam per ſe calcinant exemptis viſceribus, abſciſſa cauda & capite, etiam ſine cute, &c. relicto tamen hepate ac corde, hunc modum approbo, ſi calcinatio methodice ſuccedat; Alii ſolas ſpinas à carne per coctionem ſeparatas pulueriſant, & pro vero ſecreto colubrino geſtant: Alii certum numerum ſpinarum agnoſcunt pro ſummo arcano: Nonnulli corda tria aut vnum conſcindunt, ac pro venenis comedunt, vel etiam recenter execto cor-

de nonnulli deglutiunt pro venenis: Alii volunt linguam esse optimam, alii hepar, &c. Apud magnates etiam hic puluis serpentum est in vsu, sed, vt dixi, varia præparatio: Exempli gratia tria hic apponemus: Recip. pulueris de serpentibus parum exsiccatis & pulueriſatis vnc. ij. rad. Angelicæ, Valerianæ, Pimpinellæ, rutæ an. ℥. j. sacchari cãdi vnc. vj. ß. misceantur hæc omnia in puluerem, dosis ℥. ß. in vino calido vel cereuisia, contra venena.

Vel Recipe pulueris ex carne siccata & pulueriſata ℥. ij. pulueris spinarum ℥. j. corda hepat. num. vij. hepatum num. iij. de linguis num. xij. Magist. corall. rub. vnc. ß. lapidis Bezoar scrup. ij. m. fiat puluis: Huius dosis scrup. ß. ad j. cum vino maluatico.

Tertius hic est puluis: Recipe pulueris serpentum nostrorum ex colore viridium, q. v. vel vnc. iij. Magist. perlar. vnc. j. cornu cerui calcinati vnc. j. ß. diamoschi dulcis scrup. ij. spec. cordial. scrup. j. sacchari perlati vnc. iiij. misce, fiat puluis pretioſissimus contra venena.

De serpentibus sic tradit I. Quercetanus in Sclopetario: Cape serpentem in mense Iulio, caput, caudam & sanguinem quia venenosa remoue, cutem etiam abstrahe, intestina abiice, solam carnem ac pinguedinem reserua, fac in cucurbitam ampli & magni orificij, vt in calore B. venenosi vapores inde diuaporent, intra 24. horas, nõ tamen ardeant sed exiccentur, caue etiam à fumo. Deinde effunde materiam in aliud vitrum, & superfunde spiritum vini Alcoliſatum & terebinthinatum, ita vt 8. vel 10. digitos supereminear, sigilla hermetice, & in B. fac extrahere tinct. per 14. dies, vel eo vsque dum s. vini sat extraxerit, iam refunde spiritum vini coloratum in cucurb. remanentiæ vero superfunde alium, & extrahe vt prius, & digere, collige s. v. coloratum, & in B. destilla per alembicum lento igne, vt tinctura remaneat crassiusscula in fundo vasis: postea funde super hanc materiam spiritum vini caryophyllatum, misce simul atque optime moue, deinde in Pelicano vitreo fac circulare ad decem vel duodecim dies. Vltimo abstrahe spiritum vini per destillationem B. quam lentissime, & remanet in fundo vitri vera q. Essentia carnis serpentum & adipis. Huic essentiæ adde olei cinnamomi, olei anethi anã scrup. j. ß. Q. essentiæ perlarum, cinnamomi, croci, ana drach. j. cum gummi Tragacanthi, pillulæ inde confician-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1071 sur 1557

ficiantur: quarum dosis in senioribus scrup. j. iunioribus scrup. ß.

Destillatur ex illis egregiũ oleum ad multos ac varios affectus: Fel serpentum exsiccatus, Hystericis prodest, intestina calcinata dantur animalibus contra pestem: sanguis in totum venenosus est: caudæ serpentum calcinatæ valent ad dolorem dentium: Pinguedinem vel per se vel in oleum destillatam maximum esse balsamum in vulneribus dicunt: Item valere ad aurium dolores, &c. de his plura in alio loco.

Formica, Græcis μύρμηξ, insectum laboriosissimum prouidentissimumque, de cuius natura scribit Plinius lib. 11. cap. 30. Fit ex illis oleum, quod vocant oleum formicarum, formicis in oleo ad dies 40. in sole maceratis, & oleo postea colato: quod ad confortandum coitum valet: Vritur etiam ex iisdem aqua destillatitia, quam pterygia & maculas faciei purgare ferunt, si tres eius guttæ sub vesperam oculis instillentur: Ex ouis earundem vritur aqua, quam instillatam auribus ferunt auditum restituere & tinnitum pellere. Ex his destillatur aqua illa magnanimitatis, de quo multi multa ac varia clamant in hunc modum: Mense Augusto vel Iunio capiantur formicæ minores, (quæ sub abiete habitant optimæ sunt) earum fame q. v. & affunde Alcohol vini puriſſimi sine phlegmate ad eminentiam trium digitorum (pro m. j. formicarum, Recipe s. v. mensuram j.) superluta alembicum cœcum, & digere in B.M. per 14. dies ac noctes, deinde destilla ad siccitatem; Formicas ad siccũ destillatas exime contunde que, deinde vicissim destillatum s. vini superfunde, vicissim digerant, sed non ita longo tempore, vt antea, & s. v. vini colorabitur colore rubicundo: Et iam destilla, vsque pene vicissim fiat sicca remanens materia, tum desine, & aqua Magnanimitatis præparata est sine additione, in hunc spiritum proiice frustula cinnamomi, atque optime reserua clauso vase: Dosis cochlear ß. mane ieiuno stomacho, confortat memoriam, facit appetitum ad multa singularia, exhilarat cor ac spiritus, acuitque ingenium vehementiss. Hac aqua vsus est Cæsar Maximilianus, quando ascendit montes ad capiendas Damas: Alii huic aquæ addunt fruct. anacard. vnc. ij. castorei recent. ℔. j. flor. borrag. man. j. cinnamom. vnc. i. digerunt cum prædicta aqua ac fæcibus, deinde vicissim destillant, & aquam

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1072 sur 1557

dicunt se habere miraculosum pro studiosa iuuentute, facit eos alacres, magnanimos, ingeniosos, dispositos, &c. oleum ex eis destillatum nebulas oculorum eximie discutit.

Lumbrici, Græcis ἕλμινθες: vermes sunt terreni: Ex his fit oleũ cum vino, ꝙ valet ad infrigidat os neruos confortandos, & ad dolores iunctuarum: Dicuntur etiam lumbrici vermes intestinis nati; à lubricitate sic dicti, vel à lumbis, quorum alii rotundi, lati, longi, &c.

Oniscus ab ὄνος, q.d. Asellus, alias multipes, â pedum multitudine dictus. Muris & locis humidis nascitur, attactumque sentiens, in sphærulam grano iuniperi similimus conuoluitur: In vino potus regio morbo laborantibus, & cum difficultate mingentibus auxiliatur: Viuus digito impositus, phagedænam perimit: calcinati siue crudi præsentissimum sunt remedium in colica, & torminibus intestinorum.

Limax, alias terrestris testudo Græci κοχλιὰς: alii rufi, alii nigri: Horum vsus est in medicina, si ex eis in Maio siue Octobri mense aqua destilletur, cuius multas prædicant virtutes.

CAPVT VIII.

De Carnibus & Animalium partibus.

DILVCIDIVS adhuc inferre placet quædam de carnibus & partibus animalium: In nullis enim aliis cibis solidius & perfectius continetur nutrimentum quam in carne: In nostrum autem commodum vt sumi possint obseruandum est, quod Galenus docet lib. 11. de simpl. med. facult. de animalium proportione, qua in temperatura excedant, differant & exsuperent: Non enim omnes omnium animalium carnes, nutriunt, sed quædam sunt nutrimentum, quædam vero medicamentum: Exemplo sunt carnes viperinæ, serpentum &c. Rasis omnem carnem calidæ naturæ tradit, aliam tamen plus, aliam vero minus: Est autem alia humidior, alia vero siccior, hinc animalis ætas perpendenda: Iuniorum enim animalium carnes maxime excremẽtitia humiditate scatent, & laxam aluum reddunt, mediocrium mediocris & salubris succi: At seniorum duræ, neruosæ, & exigui nutrimenti ac difficilis concoctionis

ctionis exsistunt. Ita, vt ex his liqueat, quæ mediocrem ætatem attigerunt, longe aliis salubriores & optimi nutrimēti censeri debere. Deinde sexus obseruandus. Masculorum enim caro, fœmellarum bonitate substantiæ præstat: veruecina caro ouilla longe suauior & alimentosior est, bubula vaccinæ præfertur, nec citra exceptionem ista asserimus: nam nisi mares castrati sint, vtpote arietes aut tauri non castrati, ouillis & vaccinis carnibus duriores, insuauiores & difficilioris sunt concoctionis. Porro pinguiores carnes, macilentas bonitate substantiæ & saporis suauitate superant, vt verueces & boues pingues macilentiora sui generis animalia vincunt saporis præstantia & alimenti copia. Veruntamen nimia eorum pinguedo ventriculo noxia est & fastidiosa; appetitum insuper prosternit, concoctionemque impedit. Idcirco parcus sit illius vsus. Ad bonitatem carnium pascua multum faciunt: siquidem veruecum in Galliæ Narbonensis sterilibus & tantum thymi, serpilli, & id genus odoriferarum herbarum feracibus pascuis educatorum, inter optimas & sapidissimas habentur carnes, quin & eorum lanæ meliores inde euadunt. Quæcunque etiam animalia in montibus, dumetis, lendibus, & sicco solo, vbi odoriferæ herbæ nascuntur, nasci solent, longe sapidiores & salubriores carnes acquirūt, quam quæ in locis planis, lutosis & palustribus, vliginosis, iuncis & alga refertis, aluntur. Regionum insuper varietas varietatis etiam carnium animalium causa est. In quibusdam enim regionibus aliæ aliis delicatiores, vt exempli gratia, Galliæ Narbonensis verueces cæteris aliarum regionum longe anteferuntur. Qui in Auernis montib. pascunt, in genere quidem censentur boni, & pingues sint. At quos tota Italia profert, carnem duriorem & insipidiorem obtinent, cum alioqui eiusmodi tractus & regiones vitulos ferant optimos, præsertim si ante sextum aut septimum mensem non ablactentur, nec herbarum pascua degustent. Est præterea caro alia domestica, alia ferina. Ferina delicatior domestica, & ex ea etiam minor excrementorum prouentus nascitur. Siquidem liberiore aere eiusmodi animalia fruuntur, cum domestica contra includantur & laginentur. Hinc fit etiam, vt syluestrium animalium carnes diutius conseruari à corruptione possint. Obseruandum porro est, carnibus sua esse peculiaria tempora, quibus melius ac suauius

nutrimentum præbent: Syluestria enim animalia, nonnisi optime saginata, grati saporis sunt, & certo tantum tempore accidit: at cum in fœmellas æstuant, aut volucres suis ouis incubant, ingratæ sunt & insipidæ, necnon praui alimenti, idq; potissimum vere, vnde penes nos hæc maxima quoq; causa videri potest, cur tempore Quadragesimæ à carnibus abstineamus, & piscibus tum sapore & bonitate alimenti præstantioribus indulgeamus. Vltimo apparandi modus probe norandus: varie enim condiri & coqui postulant. Bubulæ costæ assari commode solent, reliqua omnia elixantur melius. Nunquam spatulæ & coxæ veruecinæ elixantur, sed assatæ semper apponuntur. Anteriora leporis in condimentum gratissimum, quod galli ciuetum vocant, aptari solent, at posteriora assantur vel arte pistoria crustis in pastillos includuntur. Lepusculi ac cuniculi non nisi multo lardo tosti apponuntur. Hœdi, agni, gallinæ, capones, pulli gallinacei, & columbini, modo elixi, modo assi, modo in pastillos redacti, in vsum cibi veniunt. At pulli perdicini, syluestres gallinæ, phasiani, coturnices, turtures, turdi, merulæ, alaudæ & id genus volucrum assantur.

Quadrupedum domesticorum bubulæ, vitulæ, veruecinæ, agninæ, hœdinæ, suillæ: Syluestrium ceruinæ, aprugnæ, leporinæ, caprearum item, capreolorum, & cuniculorum frequenter sunt in vsu. Inter volucres domesticas, pauo, gallus aut gallina Indica, pullus Indicus, anser, anserculus, gallina, pulli gallinacei, capo, pulli columbini: Inter syluestres vero perdices, perdiculi, coturnices, & earũ pulli, turtures, turdi, becificæ, Gallis becasiques, merula, artobanus, alaudę, palumbæ, bizeti, phasiani, gallofemulus, gallina syluestris, & rusticula, anseres & anates syluestres, palumbes, querquedulæ, rusticula minor, gallina aquatilis, &c. in delitiis esse solēt. Bubula inter crassissimas recensetur, multiq; est alimēti ac copiosum gignit sanguinem: nutritioni illorũ apta est, qui magna corporis exercitatione vtuntur. Apponitur non ēlis matutinis, quæ vt delicatior euadat, per triduũ sale maceratur. Multis tamen salitæ carnes haud probantur, quamuis affirmare ausim, eas sale teneriores reddi, ac concoctu faciliores, nec non gustui gratiores & salubriores, modo non in abusum trahantur. In cuius rei fidem consulatu Marsilius Ficinus, magnus ille Theologus, Philosophus Platonicus, & insig-

nis

gnis Medicus, in libro de vita cœlitus comparanda, vbi de carnium salitarum & aromatum conditorum vsu tractat. Vitulina pinguis, tum elixa, tum assa, salubris, & optimi est nutrimenti, & præ cæteris ægrotantibus exhibenda. Veruecina etsi frequentissima, quotidiano tamen suo vsu ventriculum nunq; ã grauat, nedum vt nauseam moueat, optimi est & saluberrimi nutrimenti. Tanta n. eius est præstantia, vt statim vires reficiat, & singulari sua nutriendi facultate, habitum corporis macilentum, ex alui immoderatis fluoribus, lienteria & dysenteria, aliisq; affectibus, contractum, breui restituat, præsertim si ex coxa veruecina, iusculum aut expressum cum modico eiusdem carnis & pane infriato, subinde sumatur, quod cibi potusque absoluit officium, & adhuc gratius erit sapore, si succus limonum aut arantiorum addatur.

Agnina caro viscosa & spumosa est, nimia humiditate & excrementis scatẽs, cuius crebrior vsus idcirco noxius, p̃cipue phlegmaticis corporib. fluxus vẽtris excitat haud secus acouilla, quæ quamuis pinguior variis condiatur modis, gratum tamen veruecinæ saporem & nutriendi vim nunquam acquirit. Hœdus vt agno sicior, ita eo delicatior quoq; eius caro, cõcoctu facilis & optimi nutrimenti, quæ idcirco tum sanis, tum ægris tuto exhibetur. Capricna, iuxta Galenum, mali succi est, quæ præterea acrimonia sua cerebrum petit, ac epilepsiam excitat. Hanc malitia superat hircina. Porcina siue suilla, iuxta eundem Galenum, magnam nutriendi vim habet, quod ipse probat ab athletarum exemplo. Nam, inquit, si de exercitiis consuetis nihil remittentes, alterius cuiuspiam escæ parem modum, vel vno die assumant, postridie redduntur imbecilliores. Quod si plures exinde dies factitent, non tantum infirmiores, vel etiam palam macilentiores euadent. In exemplum etiam adducit operarios, quales sunt rustici & agricolæ, qui licet in cibum quotidianum nihil quam suillam salitam assumant, obeso tamen & pingui sunt corpore, melioris præterea sæpe & salubrioris sunt habitus, quam qui delicatiorib. vtuntur alimentis. Sed hoc validę eorum, nec non à primis annis crassis cibis assuetæ naturæ adscribendum, quibus ob continuos labores, quibus occupantur, suilla est vtilissima: cum ex aduerso otiosi aut delicatiores eam, præ fastidio, vix olfacere, nedum concoquere in stomacho

possint. Recens & insulsa, noxam parit in corpore ob superfluam & excrementitiam illam humiditatem, qua pollet, vnde vēntris profluuia, & ipsa quoq; dysenteria procreari potest. Larido vero probe salito, carnes aliæ assandæ, melioris saporis comparandi gratia, transfiguntur. Succulorum adhuc lac maternum sugentium sapidissima, magnique nutrimenti caro est, si tosta in prandiis fuerit apposita. Immoderatum tamen illorum vsum non laudo, sed, vt rari apponantur, potius suadeo. Ceruina mali est succi ac difficilis concoctionis, ex sententia Galeni. Torretur, & crustis in pastillos includitur. Delibare eam potius, quam satiari optimum. Ceruulorum delicata quidē est, attamen ex natura omnium tenellarū carnium, spumosa & valde excrementosa, bimestres hæ carnes salubriores sunt recentioribus: sed fœtus vtero execti, quæ in summis multorum delitiis habentur, damnandæ prorsus sunt. Capreolina inter ferinas alias summe delicata est grata & tenera, omniumque minus noxia, ad cuius bonitatem proxime accedit damarum caro. Aprugna superat bonitate suillam domesticam, sed ab hac in condiendis cibis & gustu gratiori conciliando superatur. Succulus aprugnus adhuc lac sugens, superatur bonitate, sapore, & nutriendi vi à domestico, hic enim plus habet pinguedinis. Leporina satis boni nutrimenti, viuidum & floridum faciei colorem conciliat, fœminis præsertim pallorem in facie tollit, & natiuum restituit colorem. In Heluetia aliisque locis monticulosis, lepores æque teneram vel delicatiorem etiam carnem habent: De lapusculo ait Poeta: *Inter quadrupedes gloria prima lepus.*

Cuniculorum hyeme, nec non lepusculorum æstate sapidissima & suauissima est caro, cum sanis tum ægris, appetitu destitutis. Optimi enim est nutrimenti, & facilis concoctionis, phlegma absumit & superuacaneam humiditatem ex ventriculo deturbat, eumque roborat. Melancholicis tamen & atra bile vexatis nimius esus est noxius, &c. Hæc de carnium quadrupedum natura, proprietate ac facultate, consentaneum videtur, vt de partibus eiusmodi animalium extremis, hoc est, extremitatib. parum carnosis, & à carnibus ipsis differentibus, iuxta ordinem ac methodum, quam Galenus secutus est lib. de facultatibus alimentorum tertio, dicamus

Sunt

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1077 sur 1557

Sunt autem extremitates animalium, inquit Quercetanus, capita, pedes, caudæ, & viscera, quæ separantur, hoc est, cor, iecur, pulmones, lien, renes, totusque venter, quo intestina cum testiculis continentur, atq; adeo ipse sanguis. Caput plures particulas complectitur alias, cerebrũ, aures, oculos, linguam, &c. Capita omniũ animalium non æque sunt bona. Multa enim reiiciuntur, nec in vsum veniunt, nisi forte quædam particulæ vtiliores asseruentur, & exempli gratia lingua & palatum bubulum, quæque membranosa caro palato supercrescit. In diuitum mensis offertur eiusmodi palatum, variis etiam modis apparatum. Linguæ vero bubulæ primo saliuntur, deinde elixantur, apponunturque, instar pernæ salitæ, mensarum initiis: cibus optimus & ad excitandum appetitum plurimum valet. Cum moderatus est illius vsus, nihil aut parum nocet: siquidem omnium linguarum caro vtcunque sit mollis & fungosa, sapidissima tamen est, boniq; alimenti & facilis concoctionis. Cuius rei fidem faciunt linguæ veruecinæ, quæ matutinis mensis deliciose apponuntur: modo ex dulci & saccharato condimento, modo alia ratione pro cuiusuis arbitrio. Quin & hic cibus ægris præscribitur, qui languent appetitu. Reliquum capitis veruecini solis pauperibus vsui est. Vitulinum vero caput, vt plurimum integrum mensis optimis opponitur, probe elixum: ex eo cerebrum, lingua, mandibularum musculi, tanquam optimum nutrimentum, manducantur, quæ tamen partes, ab oculis & auribus longe lateque superantur. Aprugnum caput integrum coquitur, sed illius optimæ partes, quemadmodum & porcorum domesticorum sunt lingua, aures & circumuicini musculi. Capita hœdorum & agnorum integra quoque mensis quotidianis elixa apponuntur: nec non pedes tum in prandio, tum in cœna: fiuntque prima fercula, delicata, gratissima. Leporinum caput scinditur in duas partes, & super carbones torretur: Cerebro eius gingiuæ infantium illiniuntur, vt eorum dentes citius egerminent. Non adeo frequens cordium animalium cibus est, quam pulmonum eorundem, præsertim vitulorum: Iecur etiam vituli assum aut frixum suauissimum: vt & ren illius, si pinguis sit & opimus: Ex quo minutim concisio cum pane tosto delicatissimus fit cibus, additis quibusdam herbis & saccharo. Parenchymata succulorum, hœdorumve

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1078 sur 1557

rumve maximo etiam & frequentissimo sunt in vsu: quæ tamen moderate sumere præstat, quam secus. Ventriculi veruecini cratere assi, grati sunt saporis, boni nutrimenti, ac facilis concoctionis. At vitulini ventres cum intestinis elixantur, boniq; sunt succi; ne nauseam aut fastidium parent, quia pingues sunt, parcus sit illorũ vsus.

At omasa & intestina boum, elixa, quæ potissimum hyeme eduntur cum sinapi: Item intestina suilla crassiora, sanguine proprio quibusdam herbis & aromatibus infarcta, Gallis *des boudins* dicta: ceruelata item: Mediolanensia, ex iisdem intestinis, & carne porci minutim, concisaa, romatibusque & sale concinnata, atque alia huiusmodi edulia, cupediæ sunt potius aut vini stimulus, quam vtilis & saluber cibus: idcirco quo parcior fuerit illorum vsus, eo minus quoque sanitati metuendum. Nec magis prosunt aures & pedes porcorum saliti, condimento viridi vel cepa & aceto comesti. Hæc enim nisi parce sumpta, noxia sunt, haud secus ac bubuli, vitulini, veruecinique pedes variis etiam modis conditi: qui cum sint viscidi, spumosi, ac multo mucore referti, crassæque substantiæ ac duræ concoctionis, crebro suo vsu calculum generãt, aut eius procreandi materiam suppeditant. Quod ab iis qui huic malo obnoxii, studiose obseruandum erit. Nunc de istorum animalium contentis, quatenus tum in nutrimenti, tum medicamenti vsum veniunt, restat dicere. Inter illa lac primas tenet, quæ prima est etiam hominis esca, nec non omnium fere quadrupedum.

Lac. Græcis Γάλα, optimum est candidum, æquali crassitudine, quod vngui instillatum cogitur. Præcipuum est muliebre: caprinum proximum sibi locũ vendicat: hinc ouillũ, non tamen vsq; adeo stomacho vtile. Post hæc vaccinum, asininum, & equinum quoque laudantur. Vaccarum lac pinguissimum est & densissimum, asinarum vero tenue & clarum. Mediam naturam caprarum obtinet, vnde etiam præfertur. Lac in quo chalybs vel silices fuerint extinctæ, nonnullis Schiston dicitur: Sed Schiston proprie est serosæ substantiæ à lacte separatio, á σχίζω, id est, findo, separo, diuido: de quo paulo post. Nigrum lac in Ponto post inundationem Astacis fluuii, mulgeri, scribit Plinius: quod fluuii istius naturæ peculiari in irrigandis pratis est adscribendum. Porro omne lac, vt scribit Simeon Sethi, constat ex tribus substantiis: Ex ea quę

serosa

ſeroſa eſt, quæ eſt tenuis & mundificat, ventremq; ſubducit, ſi quis decoquat, & excernat, vel percolet. Ex caſeoſa, quæ craſſior eſt, & ventrem ſiſtit: Et ex butyroſa, quæ medio eſt ordine, & temperatura inter ſeroſam & caſeoſam. Lac ergo omne, quod plus ſeri continet, melius eſt: quod vero plus caſei habet, noxium eſt: nam iecur & renes obſtruit, calculosque gignit. Coctum autem cum lapillis qui ſub aquis concreſcunt, quos Græci κάλλαικας vocant, optimum fit medicamentum ad dyſenterias & ventris acres deſtillationes: tabeſcentesque, & hecticos, ſiccaſq; tuſſes iuuat. Ad mordicationes etiam quæ ex venenatis potionibus, & in vrinæ meatibus fiunt, eſt auxilio. Optimum vero lac eſt ex ſano animali, non nimis pingui, nec nimis macilento, quodque recens mulctum ſit. Quod vero diu poſtquam mulctum fuit, ſumitur, quanto diutius, tanto peius eſt. Oportet quoque lac modice dulce eſſe, & reliquorum ſapore expers, ad hæc etiam album. Ad acres item oculorum deſtillationes facit. Corpus made facit, ſi probe concoquatur: bonumq; habitum ideo facit: pulmonique & pectori eſt vtile.

Lac recens adhuc tepidum, ieiuno ſtomacho potum, optime nutrit, & Pthiſicis eſt ſalubertimum. Idem valet ad eroſiones, vſtioneſque ab exitialibus medicamentis factas. Aduerſus faucium exulcerationes, & tonſillas gargarizatur. Fluxibus à capite ad pulmonem decidentib. opitulatur. Prodeſt etiam ſenibus & macilentis; bonum enim nutrimentum præbens, ſanguinem bonũ quoq; generat, craſſaq; phlegmata diſcutit. Pectoris & arteriæ tracheæ exulcerationes purgat & ſanat, præſertim ſi cum melle modico mixtum tepidum bibatur. Lac vero caprinum ad omnia hæc eſt præſtantiſſimum. Cum marinis lapillis aut ſilicibus decoctum, aluĩ fluxus ſiſtit. Alii candentem Chalybem pari efficacia in lacte reſtinguunt. Oculorum fluxionib. confert: vnde in collyria additur. Potum tenaſmũ reſoluit. Venena itẽ fertur pellere. Aquã de pinguedine matutini lactis ſtillatã menſe Maio ter in die ſumptã, cœliacis ferunt certiſſimo eſſe auxilio. Lac humanũ ſuffuſionib. oculorum, cũ thuris polline inſtillatur. Cum meconio & cerato podagricis idem illinitur. Lac aſininum ieiuno ſtomacho calidum dies aliquot potum, viſcoſas in mattice collectiones purgat. Idem ſi tepidum colluatur, putredini gingiuarum auxiliatur, & dentes firmat;

mat: cum alioqui lac dentibus ſit noxium. Lac canis primos catulos parientis, inunctum, caluitiem facere tradunt. Idem potum contra venena eſt antidotum: mortuos abortus expellit. Lacte aſinino Neronis concubinam, quoties balneo exiret, corpus ſuum abluiſſe legimus.

Lac ventriculum præſertim humidum lædit, & caput, vt Hippoc. ait: Lac caput dolentibus exhibere malum: facile enim mutatur, & ſæpe in ventriculo coagulatur. Offendit præterea dentes & gingiuas: atq; idcirco qui dentium debilitate laborant, antequam lac hauriant, os ipſum melicrato cum vino perluant. Omne lac reſpuendum ſpleneticis, hepaticis, comitialibus, vertiginoſis, neruorum vitio laborantibus, febri correptis, & capite dolentibus: niſi quis purgationis gratia, ſchiſtum interdum præbeat. Libet ſubnectere carnem Baptiſtæ Fieræ de lacte, quod eſt eiuſmodi:

Dulce ſapit ſubito cur lac putreſcit? aquoſum eſt.
Quod præſtat? Capræ. Poſt? Ouis. Inde? Bouis.
Cui nocuum? Capiti, putridis & febribus, ora
Inficit & neruos, ſed bene pectus alit.
Quando bibam, primum cum ſugis ab vbere. Somnus
Huic (moneo) & motus, mixtaq; menſa nocent.
Tot petis? Vnum oro, cur in contraria fertur,
Et modo lac reſerat, & modo fluxa tenet?

Oxygala, hoc eſt, Lac acidum. Cuius confectionem docet Columella lib. 13. cap. 8. Oxygalam, inquit, ſic facito: Ollam nouam ſumito, eamq; iuxta fundum terebrato: Deinde ſurculo cauum obturato, & lacte ouillo quam recentiſſimo vas repleto, adiicitoque viridium condimentorum faſciculos, origani, menthæ, cepæ, cotiandri. Has herbas in lacte demittito, vt ligamenta eorum extent. Poſt diem quintum, quo cauum obturaueras, ſurculum eximito & ſerum emittito. Cum deinde lac cœperit manare, eodem ſurculo cauum obturato: intermiſſoque triduo, ita vt ſupra dictum eſt, ſerum emittito, & faſciculos condimentorum exemptos adiicito. Deinde exiguum aridi thymi, & cunilæ aridæ ſuper lac diſtringito, conciſique ſectiui porri quantum ſatis videbitur adiicito & permiſceto. Mox intermiſſo biduo rurſus ſerum emittito, cauumque obturato: & ſalis triti quantum ſatis erit, adiicito & miſceto.

scèto. Operculo deinde impositò & oblito, non ante aperueris quam vsus exegerit. Sunt qui satiui vel etiam syluestris Lepidij herbam collectam in vmbra siccent, deinde folia eius, abiecto caule, die & nocte in muria macerata expressaq; lacti misceant sine condimentis: & salis quantum satis arbitrantur adiiciant: Tunc cætera quæ supra dicta sunt, faciant. Nonnulli recentia folia Lepidii cum dulci lacte in olla miscent, & post diem tertium, quemadmodum præcepimus, serum emittunt: deinde Satureiam viridem, tum etiam arida semina coriandri, anethi, thymi & apii, in vnum bene trita adiiciunt, salemque bene coctum, cribratum permiscent. Cætera eadem quæ supra faciunt. Oxygala frigidioris siccioris q; quam lac dulce est facultatis: vnde in cholericis febribus non prorsus vsus eius interdicitur.

Serum lactis, alias aqua lactis, dicitur aquosa & tenuis lactis substantia, à qua caseus seu crassior pars est separata. Græcis ὀρὸς vocatur, quasi dicas separatum, à ὀρίνω id est, findo, separo. Est autem serum ipsum tanto melius, quãto lac ipsum melius fuerit. Miscetur autem ad vsum variis modis. Nonnulli cum ouis ipsum coquunt: Aliqui, quia suapte natura in purgando lene est, admiscent casiam fistulam extractam: alii Mirobalanos Indos, Rhabarbarum, succum rosarum, violarum, flores fumi terræ, & semen eius: alii vero alia pro placito & purgationis modo: Cum foliis quoque Senæ ad purgandam scabiem coquitur. Complexionis est calidæ & siccæ à primo gradu vsque ad secundum. Per se leues præstat purgationes. Solutione igitur choleram & adustos humores leniter educit. Prodest melancholiæ, maniæ omnibusque oppillationibus, morbisque ex oppillationib. natis, velut hydropisi, morbo arquato, duritiei splenis, febricis item cholericis & melancholicis. Confert insuper infectionibus cutis ex cholera factis, velut impetigini, serpigini siccæ, pustulis, pruritui, vlceribus malignis siccis, lepræ, & similibus. Bibitur ab ʒ. vj. ad libram vsque vnam.

Serum butyri est separata tenuior à butyro substantia, dum videlicet pinguedo lactis tusione in massam cogitur, & crassior pinguiorque substantia, quam proprie Butyrum vocant, à tenuiore separatur. Serum butyri aliquanto est frigidum & siccum, parium

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1082 sur 1557

cum oxygala vitium: Poterit itaque in cholericis febricis absque noxa eius esse vsus.

Quercetanus de lacte refert, dum inquit: In communem vitæ vsum veniũt. Lac vaccinum & ouillum: quæ admodũ butyrosa, & magnam nutriendi vim possident. Caprillum iis minus alit: at salubrius est: Asininum vero minimam nutriendi virtutem obtinuit, ob nimiam eius serositatem. Attamen nonnullis morbis, iisq; grauioribus ac dubiis salubre, vlcera pulmonum, natura sua serosa detergit, & butyrosa, quantumuis exigua, lenit, conglutinat, ac sanat. Inter omnia tamẽ lac muliebre primum tenet locum, præterea quod tota eius substantia cæteris bonitate præstet, naturæq; nostrę magis analoga sit. Lacticinia apud omnes nationes tam varia & omnia speciatim enarrare tædiosum foret. In ipsa lactis natura palam se offerunt tres diuersæ substantiæ: in aliis rebus omnibus naturalibus delitescentes, qualescunq; sint: substantia nimirum sulphurea, quæ butyrum, flammam concipiens, magno discrimine à sero, q̃ mercurialis liquidioris & tenuioris substantiæ est, distinctum & separatũ: A quibus longe lateq; differt crassa illa substantia, quæ tertia est salinosa dicta, caseus videlicet. Butyrum aptum nutrimentum hominum, ac post panem & vinum summe necessarium. Quin & sanitati multum conducit. Cum sacchar⁹ ieiune sumptum, leniter purgat & detergit: prohibet calculi generationem: asthmaticis & tussientibus auxilio est, phlegma maturando, & ad expuitionem præparando: nec non omnib. doloribus leniendis opportunissimũ. Serosa pars Gallis petit laict dicta, minime omnium aliatũ substantiarum alit. In montibus bubulci ea loco aquæ vtuntur: quam nos ad remedia quoq; refrigerantia adhibemus. In Italia & alibi ex ea potiones ad purgandũ humorem, cum biliosum, tum adustum siue melancholicum parãtur: dosis earum tria aut quatuor pocula, hoc est, ad xxiij. ℥. aut etiam vltra: in qua, per noctem, macerantur fumaria: alii parum sacchari violarum adiiciunt, ad suauiorem saporem inducendum: quod optimum est remedium aduersus scabiem, pustulas, prurigĩnem, morphæam, & id genus melãcholicos affectus.

Postea subiicit pag. 126. Phthisicis, hecticis, tabidis seu emaciatis, & peripneumonicis, lac inter alia medicamen est potentissimũ. Pinguior n. eius butyri substantia optime nutrit, casei vero vis in eo

agglutĩ-

agglutinat, & exedenti febris calori resistit: serum detergit & refrigerat. Mulieris lacti diximus ad hos affectus primum deberi locũ: seligendum vero corpus sanum & sincerum: morbidum n. si fuerit & impurum, lac non medicamenti vires, sed eandem corporis impuritatem redolebit. Sanæ & bene constitutæ mulieris lac, omnino candidum est, suauis saporis, ac globosum: cuius gutta vngui superfusa non facile diffluit, sed instar vnionis aut crystallinæ guttæ subsistit integra. Tempus etiam, quo lac mulgetur, perpendẽdum: medio enim & floreti ætatis tempore lac emulsum, optimum. Mulier præterea non conturbanda est mariti congressu: nutrix q; optimis alimentis nutrienda: & à vini compotatione interdicenda: cuius potus sit, hydromel, aut ptisana. Sæpe enim, vina bibens nutrix, vinosum reddit alumnum: Lac autem tale ex vbere, infantiũ more sugendum, vel saltem recens mulctũ, & calens bibendũ. Secundũ locum obtinet in his morbis curandis lac asininum, q; sit tenue & serosum, nec facile coaguletur. Caprinum lac bonitate intermedium est inter superiora & ea, quæ sequuntur. Omnia autem lactis genera, quæ his morbis conducunt, ex animalibus (vt muliebre lac æmulentur) non vetulis sed iunioribus, aut mediæ ætatis, sumenda sunt. Caprinum & asininum lac nigrarum pecudum, albarum præstat: Sic mulierũ quoq; nigriorum lac salubrius, quam candidiorũ, vel subrufforum, quarum lac omnium pessimum esse creditur. De vsu lactis tria sunt perpendenda, quantitas, qualitas & vtendi modus. Quod ad quantitatẽ attinet, tribus primis diebus, quatuor aut quinq; vncias hauriat æger, paulatim augendo dosin, pro morbi & ægrotantis natura. Lactis qualitas pro diuersa quoq; morbi natura, & eius causis, diuersimode alteranda erit: vt si (verbi gratia) æger simpliciter, & circa febrim emaciatus fuerit, pascendum erit animal, cuius lac bibet, tantum hordeo & auena. Si vero lac phthisico cuidam, cui exulcerati pulmones, præscribendum fuerit: detergentibus, veluti hordeo, furfure atque hysopi, aut fœniculi puluere, asina alenda erit: quibus si addideris flores suphuris, res melius succedet. Sic ad conglutinandum aut consolidandum vlcus, addenda erunt, huic scopo inseruientia, veluti sunt consolida, rubus, bursa pastoris, pilosella, plantago, veronica, limonium, pyrula, & id genus alia: quæ herbæ adhuc virides, pascendo animali

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1084 sur 1557

offerendæ: aut tempore hyemis ſiccæ in puluerem redactæ, furfuribique, auenæ, & hordeo commixtæ. Si refrigeratione opus fuerit, paſcendum erit pectus lactuca, foliis ſalicis & ſimilibus.

Sequitur nunc vtendi modus: vbi lac mane recens mulctum, & adhuc calens propinari, vel ab ipſomet ægro ex mammis exſugi debet. Ne autem coaguletur, aut in ſtomacho acceſcat, opportune adiiciendum eſt ſaccharum, roſatum aut violatum. Sumpto lacte quieſcendum, citra tamen ſomnum, ne confeſtim lac in venas diſpergatur: nec cibo alio vtendum, quam tribus aut quatuor poſt horis. Tandem, quibus ſit exhibendum, obſeruari debet. In febribus enim putridis non eſt offerendum, neq; in cephalalgiis, ſeu capitis doloribus: aut inteſtinorum flatulentis affectibus: quod magnus ille medicorum Coryphæus Hippocrat. monuit lib. 5. Aphor. quem ſecutus Galenus, idem docet his verbis: Thoracis pulmoniſque partibus, inquit, omne lac vtile eſt, capiti minime, niſi admodum valenti. Sicut nec hypochuntriis, ſi qua leui de cauſſa inflare nata ſint: quandoquidem ventrem flatibus implere conſueuit, vt pauciſſimos inuenias, qui non ita ab ipſo afficiantur.

Caſeus Græcis τυρὸς: Eſt lactis denſior & craſſior ſubſtantia, tenui & aquea ſeparata. Conficitur is variis modis: Optimus tamen qui ex dulci, bono & pingui lacte conficitur, butyro non ſeparato. Caſeum itaque ex lacte alii eliciunt, calefacto primum lacte, & inde coagulo vituli impoſito. Alii lac corruptum ſeu coagulatum, quod acorem iam acquiſiuit, colant, à quo facile ſerum, manente craſſiore ſubſtantia, caſeo videlicet, ſeiungitur. Plinius veteres ſucco ficus arboris vſos eſſe tradit. Plurimos & optimos mittit hodie Hollandia: Heluetii ſuam quoque laudem habent. Weſtphalia in magnas moles ſuos cogit, vt vni ferendo robuſtiſſimus vix Weſtphalus ſufficiat. Eadem Smaragdi colore eos donat. Porro bonus caſeus ex ſex rebus cognoſcetur: ſi non multis oculis luceat, ſi non nimium fuerit ſalſus, ſi nõ capillis intrinſecus ſordeat, ſi non nimis vetuſtus, ſi non nimis durus, ſi non fœtidus. Quæ caſeidotes hoc continentur diſticho:

Non Argus, Largus, non Magdalena, Matusalem,
Non Abacuc, Lazarus, caſeus iſte bonus.

Recens caſeus frigidæ nonnihil eſt facultatis: qua de cauſſa inflam-

inflammationibus imponitur. Vetus vero contrario constat temperamento. Recens igitur caseus sine sale sumptus, teste Dioscoride, alit: Stomacho est vtilis, & facile in membra deriuatur. Corpus auget, aluum modice emollit. Alius tamen alio præstantior, pro natura lactis à quo conficitur. Decoctus vero & expressus, & deinde inassatus, aluum sistit. Oculorum inflammationibus & sugillationis illinitur, qui vero recens salitus est minus alit, corpus minuit, stomacho aduersatur. Ventri & interaneis inimicus. Vetustiore sistitur aluus. Casei vires non exiguas hic Pentameter explicat:

Caseus & panis, sunt medicina senis.

Scribit Galenus podagrico cuidam tophos & podagricos dolores, vetusto caleo in iure aridæ suillæ carnis mollito, ac inde in mortario tuso, impositoq; tophis membrisq; podagricis calido à se curatos esse: vt & tophi particulatim decíderent, doloresq; podagrici finirentur.

Casei omnes mali, nam difficulter concoquuntur, & acidum ructum faciunt, ventriculumq; vento ac spiritu replent, maleq; penetrant. Sunt & pituitosi, & ventriculo feruidi, suscipiunt enim à coagulo acrimoniam. Si vero inueteretur, acrior & calidior fit, cōcoctuque difficilior, succique peioris, & in renibus calculos gignit, estque plurimum noxius: de crasso namque illius humore calculi gignuntur. Quare hic caseus fugiatur, quia nihil omnino boni habet, quod ad concoctionem faciat, nec ad redditionem excretionemve, nec ad mictionem, nec ad bonum succum siue nutrimentum. Minus vtique malus est, qui vetus non est, nec acris, melior vero recens. Medius namq; est inter veterem caseum & lac ipsum, atque ideo & melius concoquitur quam vetus, & melioris est succi, & imprimis si mollis est, ac laxus, nec fortiorem habens qualitatem, adeo vt modice sit dulcis, salisque modici modiceq; sumptus. Cōuenit vero vt cum melle apponatur, quoniam ita cito redditur, præsertim ab his qui frigida sunt temperatura præditi. Caseus autem vetustus, qui omnem dulcedinem amisit, ac propterea friabilis ac euanidus est factus, pessimus est: qui vero spongiosus est & ratus, & dulcis, melior cæteris est, præsertim si nonnihil recens est, quales sunt qui ex Paphlagonia afferuntur, huiusmodi enim ventrem ciunt, vetustus autem sistit, præsertim si postquam aqua decoctus fuerit, assatur.

Da caseo inquit Quercetanus: Caseus crassissima lactis substantia maiorem quidem cæteris eius partib. nutriendi vim habet, sed minorem aluũ mouendi: q̃ Gal.lib.citato,cap.de lacte testatur: Lac,inquit,quo humidius est,eo & sero magis abundat:quoq; crassius est,eo copiosiorẽ caseum continet: Hinc tandẽ concludit:Merito,inquit,lac humidũ magis;crassum minus aluũ mouet:contraq; crassum valentius nutrit,tenue imbecillius. Casei in multiplici sunt differentia; distinguuntur n.vel ratione animaliũ,quibus lac emulsum,vel pascuorum,vel locorum in quibus,vel tẽporis quo,vel deniq; externæ figuræ,qua fiunt & efformantur. A varietate pecorum prima petitur differentia: ouillum n.lac cum omnium sit pinguissimum,cremoris,butyri & casei ferax, at pauci seri est. Vaccinũ minus pingue,sed caprillo magis. Caprillum vero asinino crassius, q̃ inter alia vulgaria lactis genera tenuissimũ est, & pinguedine multa carens. Secundo,pascuo pecudũ variari lac,plus liquido constat. Siquidem verno tempore,cum herbas teneras depascunt,lac & sapore & colore longe gratius deprehenditur,quam cum fœno & paleis tota hyeme vescuntur: Lac vaccarũ,quæ alliaria vescuntur,allii saporem retinet: q̃ Gal.lib.citato,his verbis cõprobat:Quinetiam, inquit,Si capræ aut alterius animalis scãmonium aut tithymalum depasti,lac cibi loco quis sumat,omnino aluus illi ꝓfluxura est.Sed quorsum. exemplis à brutis petitis,fidem huius rei facimus, cũ satis id testentur libri nostri,vario lacte ex diuersis nutricib. enutriti?Siquidem bene aut male afficiuntur,prout lac,q̃ exsugunt,bene aut male affectũ est.Idcirco etiam Galen.sententiam nostrã confirmãs, optime eo loco distinguit,lac bonũ aut salubre à prauo & insalubri, cum dicit,lac bonum semper boni ac laudabilis esse nutrimenti:At vitiosum lac tantũ abest,vt ad succi vtilis generationẽ conducat, vt prauis potius humorib. corpora repleat. Orationẽ suam ꝓbat testimoniis & exemplis à nutricib.petitis: At illud sane,inquit, liquido visum est,infantẽ priore nutrice extincta,alterius lac sugentẽ,multis in toto corpore vlcerib. tandem scatuisse: quippe secunda hæc nutrix,sylvestribus herbis ac oleribus ruri veris tempore, cum fames grassaretur,victitarat. Atq; hinc discant parentes,vt nutrices tales seligant, quæ lacte,non copioso tantum,sed sincero,bonique alimenti abundent.

Tertio,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1087 sur 1557

Tertio, ratione loci & regionis, in quibus caſei coagulantur, vel meliores, vel deteriores ſunt: hinc Auerni reliquis delicatiores & ſapidiores, non tam propter hominum induſtriam, q̃ montanorum paſcuorum præſtãtiam. Methodus etiam coagulandorũ caſeorum ad bonitatẽ, gratumq; ſaporẽ illis conciliandum non parũ confert: cuius rei fidē faciunt caſei Placẽtini & Gruerini, ac Brixiani, aliarũq; plagarum, qui artis beneficio ſuam acquirunt bonitatem. Tempus denig; diſcrimen parit inter caſeos. Recentes enim ex cremore, aut ex ſero pinguiori, ſetacei & iuncei dicti, aliiq; id genus plures, aliis vetuſtiorib. ſunt ſalubriores, ac minus craſſæ ſubſtantiæ: cum ex aduerſo caſeus inueteratus ſubſtantiã acquirat craſſam, acrem, fortẽ & acutã, linguamq; terientem. Maxime vero (inquit Galen. eod. lib.) inueterato acrimonia creſcit, & omnino q̃ ante calidior vrentiorq; is redditur: Ideoq; vt ſiticuloſior & concoctioni rebellior, & ſucco deterior tandem euadit. Hinc docemur vetuſtorũ caſeorũ vſum vitandũ, aut moderatum eſſe debere: qui inprimis noxius iis eſt, qui calculo & obſtructionib. ſunt obnoxii. De eius vſu frugali ſic dicit Poeta: Caſeus ille bonus, quem dat auara manus. Caſei etiam vſus multis in locis tam frequens ac vulgaris eſt, vt Sabaudi & Heluetii, tam inferioris q̃ ſuperioris ordinis, fere nullo alio obſonio, quam eo ſolo vtãtur. Sic quoq; nonnulli olim ſummæ dignitatis viri, ex eius liberaliori vſu mortem ſibi conſciuerunt. Teſtis eſt Antonius Pius Imperator, qui cũ Alphino caſeo in cœna plus q̃ par erat indulgeret, poſt vomitum febre correptus, ea tertio die exſtinctus eſt: Anno Imperii ſui 23. Quod exemplum abſterrere debet omnes, qui caſeo nimis indulgere, & exatiari auidius cupiunt. Delicatiſſimus erat caſeus Alphinus, quemadmodum Vatuſicus olim Romæ, vt ſcribit Galen. lib. 3. de Alimentorum facultatibus.

Butyrum, Græcis βούτυρον, Græcis βοῦς, id eſt Bos, & τυρὸς, id eſt, caſeus: Eſt autem butyrum nihil aliud quam pinguedo lactis, quæ lacti dempta tũditur donec in maſſam coeat. Tenuis vero ſubſtantia, quæ per tuſionem à butyro ſeparatur, dicitur ſerum butyri, de quo poſt ſerum lactis eſt dictum. Optimum eſt quod ex lacte fit vaccarum menſe Maio. Lege Plin. lib. 11. cap. 41. Modice & temperate eſt calidum, adſtringit, laxat, purgat, emollit. Editur crudum & ad omnis generis cibos additur. Cutem ſi illinatur, purgat.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1088 sur 1557

Vnde infantes primum nati recente butyro vnguntur. Dentitiones adiuuat, gingiuarum pruritui & oris hulceribus in infantibus illinitur. Foris illitum capaciora alimentorum facit corpora, & ab albis pustulis in summa cute emergentibus liberat. Aduersus inflammationes & vuluæ duritias illinitur. Prodest per infusionem dysentericis, & coli exulcerationibus. Additur in medicamenta, quæ pus cient. Vulneribus neruorum, meninbranæ cerebri, cerui-cis vesicæ est vtile. Purgat, replet, carnem creat. Butyrum, modice & temperate calidum est, & nutrit, pectus & pulmonem iuuat, sputumque efficit, vt ex his facile educatur: & ad frigidas & aridas tusses confert. Si vero abunde quis vtatur, ventres lubricat, quantoque vetustius est, tanto est calidius: & quocunque oleo magis nutrit, facultatemque digerendi & discutiendi habet, præsertim in tenellis mollibus corporibus, & propterea parotidas & bubonas, illitum, sanat; in pueriscque dentitionis dolores sedat. Veruntamen quandoque, cum in ventriculo superfluitat, nauseam facit, & appetentiam tollit. In ventriculis item calidis in flauam bilem conuertitur. Ex butyro fit, de quo vide Iatrochymiam nostri Bornetti: Alius etiam sic vult: Destillatur cucurbita retorta, cum parum possit ascendere: faciliusque adscendit si aliis rebus iungitur, vt ij faciunt, qui nimia macie extenuati pinguescere student. Accipiunt enim butyri recentis ℔. ij. Anatis & Capi carnem, quæ in ℔. XIIX. aquæ ad dimidias decocta fuerit, vna cum ipso iure, in quo albissimi panis medulla infunditur, modicoque sacchari adiecto, vitreis organis aquam eliciunt: pleriq; plura addunt, vt res magis, minusve postulat. Ipsæ etiam mulierculæ stillatitio butyro, faciem, manus, pectusque inungunt, vt ne rugas contrahant, cutemque emolliant: tametsi ipse quoque oryzam in pedum vitulorum iure decoctam, panisque micam lacti infusam, ouorumque candida cum corticibus, & huiusce generis nonnulla adiungunt, simulque destillant, vt iuuentutis speciem mentiantur. Plurimum autem stillatitius butyri liquor, venenis præsertim erodentibus aduersari creditur, quod ob tenuitatem penetret, facileq; cum Veneno misceatur, & eius acrimoniam, ac malignitatem, motumque ob pinguedinem, atque vnctuositatem compescere possit. Ad neruorum vlcera, & vulnera vtilis etiam adhibetur.

Querce-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1089 sur 1557

Quercetanus. Butyrum prius in vino albo liquefactum iniiciatur in Alembicum, ſubiiciaturque ignis mediocris. Deſtillabit oleum valde Anodynum. Ex ℔.j. habebis ℥.x. ſic facies laridi, & axungiarum omnium.

Fuligo butyri: Huius confectionem docet Dioſcorides: Butyrum in lucernam nouam ingeſtum accenditur, & in fictili contecto, quo ſuperne in ſiphonis ſpeciem deſinat, & inferna parte foramina habeat, crematur, & ſubinde aliud in abſumpti locum ſubſtituitur, donec fuliginis ſufficientem quantitatem habueris: poſtea penna deraditur ad vſus. Valet ad oculorum medicamenta, exſiccat, adſtringit: fluxiones oculorum cohibet, & vlcera celeriter ad cicatricem perducit.

Coagulum Græcis Pitya, nihil aliud eſt quam lactis in ventriculo quadrupedum, quæ adhuc ſugunt, concretio & condenſatio: veluti in vitulis, hœdis, agnis, leporibus, quorum coagulum potiſſimum eſt in vſu. Coagulum omne teſte Galeno, acris & digerentis eſt facultatis, adeoque exſiccatoriæ: Leporis coagulum comitialem morbum, ſi cum aceto bibatur, præterea profluuium muliebre ſanate, teſtatur Galenus. Lac item coactum in ventre diſſoluere: quod non ſolum in leporino, ſed in aliorum etiam omnium animantium coagulo ſe expertum, idem ſcribit. Sanguinem quoq; in ventre concretum, ſimili modo epotum coagulum leporinum, diſſoluit, ac efficacius quidem cæteris: Non tamen ſolum, cum hoc ſit commune omni coagulo.

Leporis coagulum ex vino venenatorum morſibus, & reiectionibus pectoris medetur: poſt menſtruas purgationes cum butyro vuluæ appoſitum, præſtat mulieribus vt concipiant. Idem præſtat cæterorum animantium coagulum: Partus potum enecat, & â puerperio pariendi ſpem adimit, &c. Nunc de adipe.

Adipem & pinguedinem lib. 11. de ſimpl. medic. fac. diſtinguit Galenus: quod videlicet adeps craſſior ſit, ac propterea animantibus totam naturam terroſiorem habẽtibus, vt bobus, capris, adeps prouenit: humidioribus autem, vt ſuibus bene habitis, pinguedo: Pinguedo igitur celeriter in ignem poſita, colliqueſcit: nec facile, vbi ſemel liquata fuerit, rurſus cogitur & concreſcit: Adeps vero non facile funditur liqueſciturve, & fuſus celerrime congelatur

latur. Græcis στέαρ & πιμελὴ. Omnis pinguedo, Galeno teſte, facultatis eſt humectatoriæ humanorum corporum. Suis autem pinguedo largius humectare poteſt, ſed non æque calfacere, ſicut neque oleum: talem ſiquidem caliditatem obtinet, qualis ſpectatur in nobis. Cataplaſmatis igitur phlegmonum admiſcetur. Taurorum adeps ſiccior eſt, & calidior multo ſuillo. Sic adeps vitulinus taurino minus tum calidus eſt, tum ſiccus: & hœdorum quam caprarum. Caprarum quoque minus quam hircorum. Qui ergo mordicationes perpetiuntur, aut in recto inteſtino, aut in colo, iis potius caprarum quam ſuillus adeps prodeſt. Iniicitur ergo dyſericis & tineoſis, quando morſum eorum mitigare volumus.

Leoninus adeps calidior & ſiccior eſt, quam taurorum, potentius ergo omni adipe digerit. Vnde hulcera & phlegmonas nimis irritat. Inueteratis tamen tumoribus, & induratis ſcirrhis, neruorumque curuaturis eſt aptiſſimus: in quibus ſuillus minus videtur efficax. Taurinus autem adeps tanquam in medio conſiſtens, ad vtrumque medicamentorũ genus valet, & ad id quod ſcirrhoſis medetur, & ad id quod phlegmonas ad maturitatem perducit: Cuiuſmodi eſt tetrapharmacum, ex cera, reſina, pice, & adipe, conſtans. Verum omnibus quibus caro eſt mollior, adeps ſuillus magis conuenit: quibus vero eſt dura & ſicca, taurinus. Vrſorum adeps anſerinus magis obtundit, quæ in alto corpore mordicant, & ſuillo eſt calidior. Gallinaceorum vero & gallinarum in horum eſt medio. Adeps vero vetus ſeipſo & calidior eſt & acrior, & tenuior efficitur: ac proinde valentius digerit & ſiccat. Præterea calidior ſemper eſt, & ſiccior maſculorum animalium adeps: & horum ipſorum exectorum minus tum calidus, tum ſiccus eſt. Siquidem mas caſtratus eiuſdem ſemper generis fœminæ aſſimilatur.

Medulla Græcis μύελος: Eſt autem oſſium cauis velut nutrimentum inſita pinguedo. Habet medulla vim corpora indurata & ſcirrhoſa emolliendi. Optimam, inquit Galenus, ſemper ſum expertus ceruinam: Dein vitulinam: At hircorum & taurorum tum actior eſt, tum ſiccior, itaque durities ſcirrhoſas mollire nequit. Ex ceruina igitur & vitulina peſſi conficiuntur ad molliendos vteros. Extrinſecus vteris medicamenta imponuntur, quæ ex medulla parantur, vim emolliendi ex oſſibus, quæ reuera eſt medulla: ſed ex

ſpina

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1091 sur 1557

ſpina etiam, quæ tum durior, tum ſiccior eſt altera. Vtramq; autem hyeme collectam, in ſicca æditaq; domo, cum foliis lauri ſiccis reponi conuenit, ne videlicet computreſcat. At ſi quando ambiente exiſtente calido auſtrinoque, medullas cubiculo, quam maxime fieri poterit, temperato, quodque ad Aquilonem obuerſum, apertas habeat paruas feneſtras, vt perpetuo flatus inſpirantes excipiat.

Vrina eſt excrementum ſanguinis in caua vena per renes, & vrinarios meatus in veſicam delatum. Plurima eſt eius in animalibus diuerſitas, atque omnes quidem Galeno de ſimpl. med. fac. lib. 10. teſte ſunt facultate calidæ, ſed plus tamen animalium calidiorum, minus autem frigidorum.

Vrina humana omnium aliarum eſt imbecillima, excepta illa quam porci reddunt domeſtici, quibus execti ſunt teſtes, quorum vt temperies, ita & vrina ſimilis humanæ exiſtit. Montanorum vero & aprorum valida eſt, vt vel ex odore acerrimo conſtat. Sed & in animalibus cęteris vim eius coniicere ex odore licet. Nam deguſtare ipſorum vrinas prorſus fuerit abominandum: Cum ne pueri quidem vrinam, vir quidam honeſtus vita pariter & moribus ebibere ſuſtinuerit, etiamſi peſtifere in Syria ægrotaret, vbi multi ab vrinæ humanæ potione ſe liberatos profitebantur. De peculiaribus vrinæ humanæ viribus dictum in medicinis, quæ ex homine ſumuntur.

Stercora etiam quorundam animantium non exiguas in Medicina vires poſſident, vt ſunt caninum, lupinum, caprillum, bubulum, ouillum, columbinum, gallinaceum, anſerinum, ciconiarum, ſturnorum: de quibus vide ipſorum animantium virtutes hoc in libro. Omne ſtercus eſt calidum & ſiccum: Animalium vero ſiccciorum exſiccantius ſtercus eſt: ſicuti & calidiorum magis excalfactorium. Verum nullum omnino ſtercus refrigerat, ſicut neq; vllum humectat: Pro natura etiam eorum, quæ eduntur, multa reperitur diuerſitas. Proinde in hominibus maior eſt, quam in cæteris animalibus: quandoquidem hoc animal diuerſiſſimis maximeq; variis cibis vtitur: Præterea vt omnia animalia, quæ exercitantur, ociosis ſicciora ſunt: & quæ cibis vtuntur calidioribus ſiccioribuſq;, iis quę frigidis & humidis, ſic etiam eorum & excrementa & partes.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1092 sur 1557

Sic columbarum domesticarũ stercus multo imbecillius est quam montanarum: Gallinarum præterea, quæ conclusæ seruantur, & furfuribus aluntur, longe etiam infirmius stercus est quam earum, quæ in agris pascuntur.

Cera Græcis κηρὸς ex Apum aluearijs colligitur: optima est subfulua, subpinguis, pura, odorata, & halitum quadantenus melleum referens: Proxima est candida, quę potissimum fit coctione, vt docet Dioscorides. Reliqui omnes colores, vt virides, ruber, nigra sunt adscititij. Fit enim viridis ærugine æris admixto: sic ab aliis admixtionibus alium colorem assumit: Aristot. lib. de animal. 5. Ceram apes conficere ex succo arborum veris tempore vulneratarum scribit. Cera, Galen. lib. 7. Simplicium medicamentorum teste, inter quatuor qualitates medium obtinet: Habet vero quiddam crassæ substantiæ, & emplasticum. Quamobrem aliorum medicamentorum materia exsistit. Ipsa autem per se ex genere fuerit debiliter concoquentium: Habet quiddam digerentis calidæque potentiæ, quæ plurima melli inerat. Datur cera Dioscoride teste, in sorbitione dysentericis (cum panis tostis) quod experimento se comprobasse asserit Hieronymus Tragus, Milii magnitudine 10. grana ceræ hausta lac in nutricibus non patiuntur coagulari. Fiunt hinc cerotæ dictæ compositiones, vt sunt cerotum infrigidans Galeni, cerotum stomachale eiusdem, cerotum sandalinum Mesue: Præterea omnibus fere emplastris & vnguentis cera additur. Galenus lib. 1. simpl. med. cerati frigidi docet confectionem: Cera in oleo liquatur, postea ipsum refrigeratum largiore affusione frigidæ aquæ abluatur frequenter. Ceratum hoc valenter eos qui febre vruntur, refrigerat, si hypochondriis supponatur, nec non omnem phlegmonem, herpetes, carbũculos, erysipelata, & omnes callidos morbos. Sedat calorem hepatis, dolores capitis circum tempora, super hepar & spinam dorsi illitum.

Propolis quasi præmunitio, à πρὸ & πόλις ciuitas, est Marco Varrone lib. 3. de re rustica, teste, quod apes faciunt ante foramen introitus porrectum in alueum, maxime æstate, fauorum stabilimentum, quo omnes frigoris aut iniurgæ aditus obstruuntur.

Optima est flaua, odorata, styracem referens. Calfacit, teste Dioscoride, & euocat. Aculeos & omnia infixa corpori extrahit.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1093 sur 1557

hit. Veteri tussi suffitus eius prodest. Impetigines illita tollit.

Oleum ceræ Andernaci: Ceræ nouæ odoratæ, in sartagine liquatæ, permiscetur arenæ á pulueribus repurgatæ quantum sat est: Vbi refrixerit, ampullæ erectæ imponitur, & igne primum lento, postea auctiore vrgetur dum nihil effluat. Præstantissimum est oleum, ad dolores præsertim podagricos sedandos, vulnera vlceraque curanda. Oleum ceræ secundum Quercetanum: ceræ oleum ad resoluendum & attenuandum conducit, scirrhosis, frigidisque omnibus affectibus confert. Debet prius liquare ad ignem, donec nullus amplius crepitus emittat, antequam vasi imponatur. Si ad singulas ℔. addideris salsuginis terræ prius exsiccatæ ℔.ß.extrahes prima vice oleum candidum aquæ supernatans.

Aliter: Liquefiat ad ignem cera, & decoquatur cum vino ad consumptionem ipsius: idque tamdiu, donec nullos crepitus amplius edat. Huius sic præparatæ ceræ ℔.j. aluminis calcinati ℔ ß. saluiæ m.j. iniiciantur omnia in alembicum cupreum, cui receptaculum sit subiectum, & destillentur igne mediocri. Prodibit primo crassiusculum oleum quod rursus destillandum est, vt antea, idque ter iterandum: atque ita fit oleum ceræ præstantissimum ad omnes neruorum affectus. Eodem modo ex resina & pice oleum conficitur.

Aliter Rubeus: Eliquata cera in aquam communem proiiciatur, idque ad 8. aut 10. vices repetatur, manibus semper agitando, macerandoque: inde retorta absque cineribus lento igne eliciatur oleum: quod cum primo exeat butyri modo, quinquies, sexiesve est repetenda destillatio, dum oleum exeat, quod non concrescit, nec cogitur: atque id signum perfecti olei, repetitis destillationibus expectandum est. Confert doloribus stomachi & præcordiorum, tussi, humoribus crassioribus è pectore expurgandis, vulneribus quoque cruentis, & partium neruosarum optime conducit. Sunt qui, vbi mel, ac cera diligenter ex apibus expressa sunt, apes siccant, & cum cera miscent, oleumque destillatione eliciunt, podagricis vtile. Vt tamen oleum è cera efficacius ad hulcera habeatur, pleriique eliquatam ceram, vino albo generoso septies, octiesque extinguunt: Nam magis vinum extenuat, & ad partium separationem conducit, eodem modo, vti dictum, destillauit. Ceram alii eadem

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1094 sur 1557

ratione eliquatam, in vrinam coniiciunt, laterumq; puluerem addunt, ac recurua cucurbita, optime ſtipatis rimis, deſtillant, moderato primum igne, mox auctiore, vulneribusq; magno ſucceſſu imponunt, præſertim vbi ter reperita fuerit deſtillatio, ſingula deſtillatione, quod manat oleum, ſeorſim aſſeruantes. Alii ad ceram adiungunt thus, myrrham, & aloem, æquis portionibus, & oleum eliciunt ad vlcera, ac vulnera optimum.

Lanarum, præterquam, quod maximus in vita humana eſt vſus, in Medicina quoque non eſt exiguus. Succidæ lanæ molles, vt auctor eſt Dioſcorides, è collo fœminibusq; laudatiſſimæ habentur. Subueniunt inter initia vulneribus, percuſſis, deſquamatis, liuidis, oſſibus fractis, aceto, oleo, aut vino imbutæ: ſiquidem facile ſuccos imbibunt, quibus immerguntur, & ob pecudum ſordem, quam Oeſypum vocant, emolliunt. Capitis, ſtomachi, aliarumq; partium doloribus cum aceto & roſaceo efficaciter imponuntur. Cremata lana vim habet, teſte Galeno, acrem pariter, & calidam, vna cum partium tenuitate. Vritur autem ſicut alia plurima: Impletur olla noua, quam tegat perculum multis foraminibus pertuſum. Molles præhumidasq; vlcerum carnes celerrime eliquat: cruſtas obducit, & vlcera ad cicatricem ducit. Inditur & in medicamenta deſiccatoria. Alios modos vrendi lanam, vide apud Dioſcoridem. Lota lana ad oculorum medicamenta valet. Lauatur hunc in modum: Cinerem in labellis, aqua addita, manibus confricant, & conſidere ſinunt, idque ſæpius, mutantes aquam, donec linguam adſtringat vel mordeat. Oeſypus eſt ſordities, ſeu lanarum ſuccidarum pinguetudo. Variam rationem Oeſypum faciendi, docet Dioſcorides. Excalfacit, vlcera explet & emollit, ſedis præſertim & vuluæ, cum meliloto & butyro. Menſes & partus in vellere appoſitus ciet. Vlcera aurium & genitalium cum adipe anſerino ſanat. Contra eroſos oculorum angulos, ſcabioſoſque, genas item quæ occaluerunt, & ciborum defluuia eſt efficax: cum lana deſtillatur oleum & ſpiritus ſulphuris, &c.

CAP.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1095 sur 1557

CAPVT IX.

De Auibus, earumq; carnibus.

OMNIVM volatilium carnes, vtpote quæ aeriæ sint naturæ, minus nutriunt quam quadrupedum: facilius tamen & citius concoquuntur: vnde etiam ægrotis carnes eorum conueniunt: nec tamen omnes, sed gallinæ potissimum syluestres, pulli gallinacei, turdi, idque genus. Nam anatum, anserum, gruum, cygnorum, pauonum, aquatilium que auium carnes crassæ sunt, ac difficulter concoquuntur: infirmis ergo sunt inutiles. Quod ergo priuatim ad electionem volatilium ad cibos attinet, primum locum tenent Gallinæ mediocres, quæ nondum oua excluserunt: hæ siquidem temperatæ sunt, neq; choleram, neque phlegmata generantes: bene autem nutriunt & confortant. Sunt itaque ægrotantibus, & à morbo conualescentibus vtilissimæ. Qui teneriusculi adhuc pulli fuerint, minus commodant: multum enim phlegmatis generant. Sic etiam quæ seniores sunt, ob siccitatem difficilius concoquuntur. Poterunt tamen adultiores Gallinæ vel Capi, vsu ægroti hoc postulante, aliisq; non præsentibus, coctæ in mortario tundi, cumque decocto iure per pannum colari, ac deinde pro placito, & infirmi natura satis commode apparari. Galli adulti ab vsu ægrotantiũ prorsus abdicantur: similiter anseres, anates, grues, pauones: Difficilis namque sunt concoctionis, ventriculum premunt, ac frebres, præsertim vero anatum caro, inducunt: Columbæ quoque, palumbes, turtures, ægrotantibus aduersantur: sed ex his turtures tamen annui aliquatenus assumi poterunt, adultiores minime. Hæc in genere de alituum, de quibus speciatim, non tamen de omnibus, sed de pleriſq; tantum agetur.

Pauo, Græcis ὁ παὼς, ἀπὸ τῆς πάπης, id est, ab expandendis alis, vt Athenæus est author. Nemini non auis hæc regia, & Iunoni sacra est nota, corporis forma omnes alias vincens. Pennas quas in cauda gerit, splendente sole expandit: maxime vero id facit laudatus Pauo, vt cap. 20. lib. 10. Plinius ait. Mas tertio anno coloris varietatem induit: Fœmina vero radiata cauda, & colorum illa varietate caret. De hoc Martialis:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1096 sur 1557

Mirarìs quoties gemmantes explicat alas,
Et potes hanc ſæuo tradere, dure, coquo?

Parit à trimatu, vt citato iam libro cap. 59. Plinius refert: Primo anno vnum, aut alterum ouum, ſequenti quaterna quinave: cæteris duodena, non amplius. Intermittens binos dies ternosve, parit, & ter anno, ſi gallinis incubanda ſubiiciantur. Mares ea deſiderio incubantium frangunt: quapropter noctu aut in latebris pariunt, aut in excelſo cubantes: & niſi molli ſtrato excepta, franguntur. Mares ſinguli quinis ſufficiunt coniugibus. Cum ſingulæ aut binæ fuerunt, corrumpitur ſalacitate fœcunditas. Partus excluditur diebus ter nouenis, aut tardius triceſimo. Alexandrum legimus Pauone ſic delectatum, vt eius interfector magnam mulctam irrogaret. Caro Pauonum, inquit Simeon Sethi, fibroſa eſt & neruoſa, & ſuperuacanea, concoctionis difficilis, & ſucci mali. Ius pauonis ferunt peculiari proprietate pleuriticos ſanare, præſertim ſi ſit pingue. Adeps pauonis cum ſucco rutæ, & melle, colicos affectus ex humore natos frigido optime ſanat. Eius vero oſſa aduſta, & in aceto trita & illita, lepras & vitiligines emendant. Fel eius oculorum fluxionibus & hebetudini, aſperis item ſuperciliis medetur. Excrementa, podagram mitigant, & maximam habent facultatem ac proprietatem ad curandam vertiginem: Excrementum illud exſiccatum & pulueriſatum, ℥. j. pondere, vino albo exceptum in plures dies mane propinatur.

Columba vel columbus, Græcis Περιστερὶς, vel περιστερὸς: Columbarum natura eſt calidiſſima. Pullorum columbarum caro, vt ait Simeon Sethi, calida eſt humida, ſuperfluitatisq; multæ, & præcipue domeſticorum, ſanguinemque craſſum & calidum præter modum gignit, atque ideo febres nonnunquam facit. Frigiditate vero dolentes renes iuuat, ſemenque genitale & ſanguinem auget, caput autem & oculos lædit. Aiunt autem immodicum eius vſum lepram gignere. Veris autem & autumni tempore meliores ſunt columbæ, quam quæ per æſtatem & hyemem naſcuntur. Sunt boni nutrimenti, calorem ventriculi natiuum fouent: ob quam cauſſam ſenibus maxime proſunt, omnibus & iis, qui pituitoſis & frigidis affectibus infeſtantur. Sanguis ſub dextra earum ala medicamentis adhibetur. Tepens oculis inſtillatus, dolorem eorum ſedat, &

pterygia

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1097 sur 1557

pterygia pellit. Tubercula si inciſa primũ fuerint, inſtillatus idem ſanguis ſanat. Recens interempta columba, omnibus morſibus vtiliter imponitur. Stercus columbinum ſiccum, vt ſcribit Galenus, tritum & cribratum, vna cum Naſturtii ſemine, Napyos vice ad ea quæ rubificari poſtulant, ſumitur: nempe ad omnes inueteratos affectus, cuiuſmodi ſunt: coxendix, hemicrania, ſcotomata, vertigines, cephalęa, & in latebribus, ſcapulis, ceruice & lumbis antiqui dolores: nec non nephritides, affectus cœliaci, & podagricæ arthritides, quando in articulis nondum concreti ſunt tophi.

Præter vim illam nutriendi optimam qua pollent columbæ, remedia quoque non vulgaria ex iiſdem ſumuntur: ſanguis illarum calidus non ſolum illorum dolores mitigat, immiſſus oculis, verum etiam ἐπιχυμώσεις curat, omnemque ſanguinem in illis concretum diſcutit: ſi viuæ etiam per medium diſſectæ, & vertici capitis, aut ſinciputi raſo, ſanguine adhuc calente applicatæ, ſymptomatum vehementiam in phreniticis leniunt bilioſas exhalationes atque vapores, vnde cauſſa morbi dependet, conſumendo atque diſcutiendo. Alii capiti crinibus abraſo applicant diſſectam nigram gallinam, & pedibus duas columbas. Stercus earum cataplaſmatum & emplaſtrorum compoſitioni ſæpe additur ad apoplecticos & lethargicos affectus, quibus nitroſa illa [illegible] plurimum confert.

Palumbus, Palumba, & Palumbes, Græcis φάττα: Gallis Biſets & Ramier. ex columbarum eſt genere, ſylueſtris vero. Sunt enim apud Ariſtotelem lib. 8. quinque columbarum ſpecies, videlicet φάψ, φάττα, quas Theodorus vna voce Palumbi, Latini ſermonis inopia conuertit: περιστερά, id eſt, Columba, οἰνὰς, id eſt, Vinago, ſic dicta, quod vindemiæ tempore potiſſimum appareat: Et τρυγὼν, id eſt, turtur. Auis eſt pudicitiæ & caſtitatis obſeruantiſſima, adeo vt ſi coniugem ſuam amittat, alteri ſe amplius non cõiungat. Pariunt bis in anno. Fœminam á matutino ad meridiem vſque, marem vero reliqua diei parte ouis incubare ferunt. Sanguis Palumborum rubentibus oculis prodeſt. Caro eorum cum aceto cocta dyſentericis & cœliacis auxiliatur. Stercus eorum calculum & veſicæ paſſiones adiuuat. Huiuſmodi ſylueſtres palumbes, carne ſuaui & delicata præditæ ſunt, quæ copioſum generat ſanguinem. Me-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1098 sur 1557

liores sunt absque larido, accum semiassantur tantum, & lardo incenso inflammantur, & succo granatorum vel aureorum malorum perfunduntur.

Turtur, Græcis τρυγών, Gall. Turterelle. Ex columbarum est genere, vt à Palumbo dictum est. Locis gaudet amœnissimis, tutissimisque: hyeme in cauernis arborum agit: Nido suo folia allii syluestris alligat, quod lupum nouit fugere, ne pulli eius ab eodem deuorentur. Occultantur vere, vt testis est Plinius, pennasque amittunt: Calidus turturis sanguis tumentibus, dolentibusque auribus instillatur. Dextræ alæ sanguis oculis instillatus prodest. Stercus eorum maculas faciei exterit: milio saginatæ optimi sunt nutrimenti, gratissimi saporis, & facilis concoctionis.

Gallus Græcis ἀλεκτρύων, & ἀλέκτωρ, quasi ἀπολέκτως, id est, à lecto reuocans. Gall. Vng Cocq. Gallina Græcis ἀλεκτορὶς; Gall. Vne poulle, ou Gelline. Caro gallorum crassior est, quam gallinarum vel caporum. Optima autem est caro gallinarum & gallorum, qui nondum Venerem sunt experti. Capi caro reliqua auium carne est præstantior, meliusque nutrimentum præbet. Tusæque in mortario gallorum & caporum caro optimum iusculum, grauiore morbo correptis, præbet. Capones omnibus anni temporibus aut elixi aut assi in cibi vsum veniunt. Vtilitas harum carnium ad morborum curationem inde patet, quod ex iis expressa caponum restaurantia consummata, gelatinæ cum pedib. aut poplitibus vitulinis in ægrotorum vsum parentur. Optime enim nutriunt & facilime concoquuntur. Tunicæ etiam ventriculorum gallinaceorum extractæ, vino lotæ, & ad solem siccatæ & pulueriſatæ, singularem vim habent, tum corroborandi ventriculum, tum calculum comminuendi. Ex decrepito gallo bugloſſa, borragine, capparibus, & modico folliculorum sennæ, coquitur iusculum solutiuum pro iis, qui à potionibus medicis abhorrent, & melancholicis affectibus sunt obnoxii. Pullorum gallinaceorum caro, inquit Simeon Sethi, facilis est concoctionis & boni succi, & inprimis gallinarum, quæ ouum edere cœperunt. Corpus made faciunt, & ocioſos iuuant, coloremq; bonum comparant.

parant, & genitale semen & cerebrum quoque augent: præsertim vero horum cerebella.

Cerebrum quippe abunde nutrit, & idcirco aiunt, quod his, qui leuiori ingenio ac mente sunt, prodest. Qui vero gallinaceam carnem esitauerint, non statim lac acre bibant: quoniam obseruatum est colicos morbos inde fieri. Gallinarum vero pulli gallinacei facilis sunt concoctionis, & temperatum bonumque sanguinem gignunt, nec valde tenuem, nec valde crassum. Prosunt autem minus se exercentibus, & ociosis, & his simul quibus facile obstruuntur meatus: his insuper qui stomachum calidum habent. Ventrem quoque cient. Gallinis oua ferunt supponendo imparia, & intra decem dies excluſa. Iusculum gallinaceum capiti est saluberrimum. Cerebrum gallinarum sanguinis aiunt fluxum compescere. Stercus gallinaceum, authore Galeno, tritum propinatumque cum tribus aut quatuor oxycrati, aut oxymelitis cyathis, eos celeriter iuuat, qui à comestis fungis anguntur: nimirum per vomitum crassiores humores eliciens. Dissectam tepidam gallinam morsui serpentum impositam mederi aiunt, iterato tamen aliquoties hoc medicamine. Nigra dissecta gallina tepida capiti imposita, phrenesin sedat. Cerebrum capi, in vino sumptum aluum citam sistit. Ius capi aluum mollit, crudos humores & melancholiam discutit, febres adiuuat, singultum tremoremque ventriculi compescit. Epilepticis remedium adfert.

A qua stillatitia gallinæ maximo est auxilio iis, qui morbo consumpti sunt, ægris, & lipothymia laborantibus. Eligitur autem gallina biennis vel triennis, nigra, pinguis, euulsis pennis, nulla feruente aqua adhibita, & omni pinguedine remota, frustulatim concisa, & in vitro seu balneo Mariæ distillata. Aqua capi quadriennis vel quinquennis, nigri, pari ratione qua de gallina dictum est, collecta, languidis ex nimia ægritudine ad ℥ j. Sp. vini nonnihil admixto, sub meridiem & vesperam vtiliter bibitur. Eadem faciem serenat.

Gallus Indicus cum integrum annum attigit, perinde vt capo delicatissimus est: elixatur vel assatur, at assus magis commendatur. Æstate & pulli quoq; tosti apponuntur. Cibus est optimus,

delicatus, ſuauiſſimi ſaporis & laudabilis alimenti, qui facile in ventriculo concoquitur, optimi ſanguinis & ſeminis copiam gignens. Præterea is bonitate ſua & nutriendi vi facile omnes ſuperat alios cibos.

Gallinago, Græcis σκολόπαξ vel σκολύπαξ. auis eſt Attageni ſimilis pennis, magnitudine Gallinulæ, roſtro longo, curſu celeri. Hanc Nemeſianus Poeta his depingit verſibus:

Cum nemus omne ſuo viridi ſpoliatur honore,
Fultus equi niueis ſyluas pete protinus altas
Exuuiis, præda eſt facilis & amœna Scolopax,
Corpore non Paphiis auibus maiore videbis.
Illa ſub aggeribus primis qui proluit humor
Paſcitur exiguos ſectans obſonia vermes.
At non illa oculis, quibus eſt obtuſior, etſi
Sint nimium grandes, ſed acutis naribus inſtat,
Impreſſo in terram roſtri mucone, ſequaces
Vermiculos trahit, & vili dat præmia linguæ.

Aqua Caponis Geſneri: Pulpa vnius Capi, detracta pinguedine & pelle, minutim incidatur, & cum aqua bugloſſæ abluatur: Deinde addita conſeruæ violarum, borraginis, bugloſſæ ana vnc. j. ß. conſer. roſ. vnc. j. fol. auri num. vj. miſceantur omnia diligenter, deinde in duplici vaſe reponantur, & ſecundum artem deſtillentur. Huius liquoris frequenter cochlear vnum exhibitum per ſe, aut cum iuſculis diſſolutum, collapſas vires reſtaurat.

Aliter: Caponi plurimum fatigato ac occiſo pennæ ſiccæ euellantur citra vllam aquę immerſionem ſeu macerationem: eumque caponem ita deplumatum, & exinde euiſceratum, minutim vna cum oſſibus ſtomacho, hepate & corde conſcinde, atque ad macerandum affunde aquar. roſar. ℔. j. ß. bugloſſ. ℔. j. meliſſæ ℔. ß. vini maluatici ℔. j. vnc. iij. cinnam. electi vnc. iij. croci drach. j. ſem. endiuiæ dtach. iij. galangæ drach. ij. zingib. N. moſch. macis, ſantal. citr. ana drach. j. cort. citri drach. j. ß. flor. cardial. ana drach. j. coriandri præpar. ſem. melonum ana drach. ij. Pinearum vnc. j flor. Arant. conditorum drach. ß. ſtent hæc omnia in infuſione per horas 24. ſuper fornacem, vel in alio loco calido: Exinde ſuper impoſito adaptato

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1101 sur 1557

parato alembico destilla per B. M. & in destillato liquore extingue aurum candens præsertim tempore vsurpationis, &c. De Gallo decrepito vide decoctum I. Quercetani in pharm. dogm. restit. lib. 1. cap. 8. de decoctis pag. 62. & cap. 7, de aquis, vide aquam caponis, pag. 32.

Anser veteribus Ganza, sicut & Germanis: vt testatur Plinius. Græcis χήν. Gall. vne oye. Anseres alii sunt altiles seu domestici, nemini non noti: alii syluestres, flaui & aquei coloris, gruum more per aera volitantes, ac volatum suum iuxta venti dirigentes flatum: siquidem flãte Aquilone, quasi futuræ tempestatis pręscii, ad meridiem se conuertunt. Caro anserina crassæ est substantiæ, superflaitates & excrementa multa producit, ac difficulter concoquitur. Estque omnibus domesticis auibus crassior, calidior, humidiorque. Alæ tame à reliquo corpore sunt diuersæ, & meliores. Est autem anser domesticus familiarissimus per totã Galliam, & Italiam, & Germaniam delicatus cibus, præsertim si bene saginati fuerint. Dissecantur apud Gallos per medium & sale conditi asseruantur vsui per annum. In ditiorum mensis, vbi per triduum salem suum imbiberint, apponuntur assi vel integri, vel etiam membratim, frequentius tamen elixi cum sinapi: quod nonnullis annua manna, vel multorum annorum annona dicitur. In plures enim annos sic salsi seruantur adeo vt rancescant, quorum rancidorum vel frustulum tantum cum brassica coctum, album iusculum, densum & optimum concinnat, rusticis delicatissimum & quotidianum alimentum. In Germania recenter mactantur & sine nausea tosti comeduntur. Anserculi verno tempore, aut æstatis initio assantur, & optimis herbis farcti apponuntur in cibum suauissimum, præsertim si pinguiores fuerint. Seorsim eorum collum, caput, pedes, & alarum extremitates, iecur, cor, & guttur, quæ parua vulgo occa dicuntur, elixantur, & ex aceto & petroselino eduntur, qui cibus delicatus, appetitum excitat. Anseris excrementum verno tempore collectum, siccatum & pulueri satum, & cum vino albam ad drachmam vnam, vel dimidiam tantum datum, auriginosum seu regium morbum penitus tollit, cuius rei veritatem experientia sæpissime confirmauit. Pinguedo anserum perinde ac gallinarum anatumque, anodymum est medicamentum, extrinsecus illitum.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1102 sur 1557

Hæc item vnguentorum & emplastrorum emollientium & lenientium compositionem ingreditur. Denique omnis anseris vel particula tam interna vel externa, aliquem in vita communi vsum habet: cuius plumæ etiam pennæque tantæ sunt vtilitatis, vt ad nocturnam quietem homini non solum inseruiant, sed literis quoque pingendis scribendisque in æternam multorum memoriam ac laudem aptissimæ sunt. Adeps anserum alopecias capillis explet, timis labiorum illinitur, hulcera dura mollit. Cum ceparum succo aurium sordes expurgat, doloremque earum lenit. Vim in summa habet molliendi & leniendi, ob dulcedinem. Testes anserum genitale semen multum generant. Lingua eorum peculiari proprietate ad stranguriam facit. Stercus anserinum, testimonium dicente Galeno, præ nimia acrimonia est inutile, sicut etiam accipitrum & aquilarum.

Anas Græcis ἡ νῆττα Gall. vne Cane, ou Canard. Aliæ sunt domesticæ, aliæ sylvestres. Mas autem à fœmina distinguitur, quod mas collo & capite conspicitur viridi, rostro lato, alis albo viridi & nigro permixtis, circulo collum ambiente albo, pedibus rubris latisque. Fœmina vero varietate illa colorum caret. Gaudet non nisi locis palustribus: caro earum crassos & superfluos humores gignit, & melancholicos efficit: commendatur potissimum pectore & cervice, vnde Martialis:

Tota quidem ponatur anas, sed pectore tantum,
Et ceruice sapit: cætera redde coquo.

Quod ad medicinam exiguus earum est vsus: ferunt aquam de sylvestribus anatibus mense Octobri in Balneo Mariæ stillatam, ad 40. dies, mane & vesperi vnius vnciæ pondere potam, calculum renum & vesicæ pellere. Anatis & anseris fluuiatilis caro non æquat aliarum auium mundanarum ac sylvestrium bonitatem, inquit Quercetanus: Propterea quod mucosa & spumosa, corruptionique obnoxia, ac sanguinem crassum, melancholicumve generat.

Perdix Græcis, Latinis & Gallis: Vocant etiam Cacabas à sono, quem habet. Circa terram volitat, vt currere magis, quam volare videatur. Perdicum caro bene concoquitur, boni que succi est, præsertim si non statim post interitum, sed post vnum aut alterum diem

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1103 sur 1557

diem comedatur, sic enim abiicit, quod est durum. Sistit quidem ventrem & sanguinem tenuem gignit: & si sanguinem crassum inueniat, extenuat, & præsertim axillæ, quæ reliquo huius volucris corpore facilioris sunt concoctionis. Prosunt vero ociosis, inexercitatisque, ac iis qui imbelliores sunt, ac inualidi, & qui tenuioris dietæ esse dicuntur, quique humido sunt stomacho, huius autem medulla si cum vino bibatur, ictericos sanat: iecur vero comitiali morbo laborantibus confert: Fel quoque suffusionibus oculorum à principio valde prodest: Facit & ad ipsorum hebetudinem: memoriam adiuuat, si singulis mensibus cum eodem fello tempora perungantur. Perdix post messem, inquit Quercetanus, in omnes alios cibos cum sanis tum ægris exhibendos, cuiuscunque facultatis aut bonitatis fuerint, facile primas tenet: optimi succi, facilisque concoctionis, ex cuius diuturniori vsu, ventriculus vindicatur ab omni corruptione. Vnde causa tollitur analepsiæ, quæ vitio stomachi alias oriri solet. Nidor plumarum adustarum, suffocationi matricis, (quæ catalepsiæ quædam species est) hystericisque aliis affectibus multum prodest: quod experientia sæpius confirmauit.

Attagen ab Attragena, Græcis ὁ ἀτταγήν vel ἀτταγᾶς Aristophani. Ab Alexandro Myndio apud Athen. lib. 9. Dryophanes describitur hunc in modum: Auis est perdice paulo maior, cuius dorsum versicoloribus maculis est distinctum, testæq; figulinæ coloris speciem gerit, nisi quod magis rufum est. Graui est corpore & breuibus alis, vt à canibus facile capiatur. Pulueratione gaudet, & sicuti Gallinacei grano vtitur. Caro eius ad coquendum facilis. Valla in Raudensem Italis Francolinum appellare scribit. Frequentissimus in Catalonia, à cuius incolis Franconil vocatur. Aristophanis interpres seruos, quibus frequentia stygmata faciem deformarēt, à Poetis Attragas, dorsi huius auis similitudine, appellatos fuisse scribit.

Coturnix Græcis ὄρτυξ. Gall. Caille. Coturnix à voce, vt Festus ait, nomen accipit. Plurima eius copia ad Delum Insulam ex mari volat, vnde Delum Ortygiam dictam Athenæus refert. Auis est notissima: Hyemis aduentu agminatim, vt vix vnam amplius sit videre, diffugiunt. Veratro victitat & pinguescit, vnde Lucretius lib. 4.

Præterea nobis Veretrum est acre venenum,
At capreis adipes, & coturnicibus auget.

Coturnices, inquit Quercetanus, earumq; pulli post messem pinguiores & delicatiores, multiq; nutrimenti: at vsus illarum diuturnior non vsque adeo salubris est: carnes siquidem obtinent corruptioni facile obnoxias, vnde febres, spasmus, & epilepsia, quibus ipsæ coturnices quoq; obnoxiæ excitãtur. Idcirco natura eas remedium docuisse videtur: cum illis hellebori indidit appetitum, quo abunde pascuntur.

Turdus Græcis κίχλη. Gall. Vne Griue, inter lautas epulas niuali hyemis frigore potissimum visitur, & capitur, cum victus gratia ad loca iuniperis consita tendit; De hoc Martialis:

Inter aues turdus, si quis me iudice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Ventriculum baccis iuniperi refertum habet, qui non, vt in cæteris auibus, euacuatur, sed nobiliores in mensa partes vendicat: Vindemiatum tempore vuis vescitur, impinguatus, delicatissimus quoq; & sapidissimus est, saluber victus tam sanis quam ægris. Duplicem huius faciunt differentiam.

Ficedula à ficuum esu nomen habet, sicut & Græcis συκαλὶς, quod à ficu, vt Varro ait, pinguescat, vel quod ficuum tempore capiatur. De huius natura refert Aristoteles lib. 9. de historia animal. Ficedularum magna copia in Prouincia aut Gallia Narbonensi, & Vasconia: propterea quod hæ regiones ficubus consitæ, quibus illæ vescuntur: delectantur quidem etiam vuis, sed non vt illis pinguescunt. Sic enim de illis Poeta:

Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus vuis,
Cur potius nomen non dedit vua mihi?

Merula, Græcis κότλυφος. Gall. Merle. Merulæ dictæ sunt, vt M. Varro habet, quod meræ, id est, q; solitariæ volitãt. Auis est nigra ad rubedinem quadantenus accedens. Circa Cyllenen Arcadiæ candidas nasci, nec vsquam alibi, author est lib. 10. cap. 30. Plinius. In vicina tantum, vt idem lib. 10. cap. 24. testatur, abeunt: Æstate cantu se demulcent, hominumque vocem æmulari student: hyeme balbutiunt: circa solstitium sunt mutæ. Lauacris frequenter gaudent: Rostrum quotannis in albedinem commutatur. Excrementa

menta Merularum, quę oryza vescuntur, contusa, & cũ aceto temperata, lepram nigram impositа purgant, cutisque maculas extergent: Vincitur à turdo bonitate, quod & duram & amari saporis carnem obtineat.

Alauda, Græcis ἡ κόρυς, χόρυδος, & κορύδαλος, à galea quam in capite gerit: vnde Latinis etiam Galerita & Cassita dicitur. Gal. Alouette. Vere statim prodeunte in agris conspicitur, cantu & volatu lætitiam præ se ferente: nec nisi sursum euolans cantillat. Ac tardius quidem euolat, velocius vero deuolat. Caro eius aluum contrahit, ius vero aluum ciet: Optimæ sunt cæteris tempore frigoris instantis intensioris, quo sunt etiam pinguiores.

Phasianus, Græcis φασιανός. A Phasi fluuio nomen habet, vnde ab Argonautis in Græciam sunt deportati: vnde Martialis:

Argoa primum sunt transportata carina,
Ante mihi notum nil nisi Phasis erat.

Caro eius gallinarum est carni nutrimento similis, sed dulcior. Phasiani probe coquuntur, & facile, bonique succi sunt, & bonum sanguinem gignunt, & quantum ad nutrimentum, & concoctionem, horum caro similis est gallinæ: Est enim iis valde similis. Quidam putant esse galli gallinacei, aut caponis syluestris speciem naturæ ferinæ.

Rusticula, Gallis Becasse, in delitiis quidem hic solet: Attamen caro eius dura, viscosa, & concoctu difficilis, crassiorem succum ingenerat. Eius inferiores partes, contra aliarum auium morem (quarum alæ magis commendantur) hoc est, coxæ, auidius appetuntur à catillonibus hominib. Ex auium illarum numero est, quę dum assantur, non reuiscerantur: cum ipsa intestina, crusta panis tosti excepta, aliis partibus sint sapidiora ac gratiora.

Rusticula minor, Quercedula & Gallina aquatica, pinguissimæ sunt hyeme aues, suaues & gratissimi saporis, quæ tamen vtcunque paludem redolent, crassioriſque sunt succi, quam palustres aliæ. Commendantur tamen mensis nobilium suo tempore appositæ: quarum vsus rarus, nec vulgaris aut quotidianus est.

Artulanus: In ditione Lugdunensi talis reperitur auis, pinguedine diffluens, & regius cibus magnique pretii: Optima est vindemiarum tempore.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1106 sur 1557

Sturnus, Græcis ἀστήρ: Gallis Eſtourneau, auis vulgo nota: Stercus eius, Galeno teſte, moderatam deſiccãdi, & abſtergendi facultatem obtinet: Vnde Ephelim à facie, vitiliginem q; & lichenas tollit. Quod Crocodilorum quoq; terreſtrium ſtercus præſtat: ſed moderatius eſt ſturnorum: Hodie inter Epulas ſunt frequentes.

Grus, Græcis γέρανος: Gallis vne Grue. Plin. lib. 10. cap. 23. Grues, inquit, auolaturę, ducem quem ſequantur eligunt, in extremo agmine per vices, qui acclament diſpoſitos habent, & qui gregem voce contineant. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede ſuſtinentes, qui laſſatis ſomno decidens indiligentiam coarguat. Cæteræ dormiunt, capite ſubter alam condito, alternis pedibus inſiſtentes: Dux erecto collo prouidet ac prædicit. Nonnunquam etiam inuicem dimicant, eoque tempore facilime capiuntur. Hyberno tempore ad Septentrionalem plagam vltra Ægyptum auolant, vbi cum Pygmæis ipſis pugna eſt: Tempeſtatem animaduertentes, ducem vt feſtinet acclamant: Cicero ſcribit, Grues cum loca calidiora petentes, mare tranſmittunt, trianguli formam efficere. Carnes gruum calidæ ac ſiccæ ſunt, neruoſæque: & ideo poſt dies tres quam iugulatæ fuerint oportet eas eſſe: ſanguinem namque gignunt non modice craſſum & melancholicum. Harum vero ius vocem clarificat, & genitale ſperma auget. Sunt qui dicant, ſi medulla & fel earum cum oleo miſceatur, memoriæ lapſæ prodeſſe: Nonnulli quoque felle earum ad oculorum morbos vtuntur. Pinguedo igne ſuper aquam clarificata auribus inſtillatur ad ſurditatem. Eadem ſubacta cum aceto Scyllitico, lienis duritiem in B ſoluit. Fel eius cum aqua ſambuci naribus inſtillatum, apoplexiæ ſubuenit.

Hirundo, Græcis χελιδών. Gallis Harondelle. Notiſſima eſt auis, Veris nuntia, ad tecta ædium templorumque nidos conſtruens. Fabulantur poetæ, Prognem Terei Regis vxorem in hanc auem mutatam, vt eſt apud Ouidium lib. 6. Metamorph. In hirundinis ventre lapis inuenitur, Chelidonius dictus: In pullis quoque earum decreſcente Luna duos inueniri lapillos ferunt, alterum nigrum, alterum rubeum. Cinis hirundinum cum adipe & melle hebetudinem oculorum illitu ſanat: Anginæ item medetur. Nidus hirundinum tritus cribratusque, & cum melle & adipe

adipe temperatus, earundem est virium, vt experientia est comprobatum.

Aqua hirundinum Antepileptica I. Quercetani: Recipe hirundinum adhuc in nido existentium viij. aut x. paria, flor. lil. conual. p. ij. caryophyl. macis ana vnc. ß. coquantur omnia in duabus tribusve heminis vini albi optimi: dein exprimantur fortiter, & destillentur: Huius aquæ cochlearia duo hoc morbo correptis exhibeantur: prompte enim à præsenti morbo vel paroxysmo liberat, futurumque prohibet.

Alia præparatio: Recipe suo tempore vij. vel viij. pullorum hirundinum nidos, sola tantum lanugine hirsutorum, nec dum perfectis plumis vestitorum: Hos in terreo vitreato vase, firmissime obstructo, ad reuerberandum componito, dum toti pulli in cinerem cum visceribus & plumis redacti sint. Ex hoc cinere accipe vnc. iij. (cuius si tanta non sit copia, de reliquis tantum detrahes, quantum fuerit defectus pulueris) cineris cranii humani vnc. ij. pulu. rad. visci querni, Angelicæ, Zedoariæ ana vnc. j. ß. sem. pæoniæ, gran. iuniperi conquassatorum ana drach. vj. castorei vnc. j. succi radicum & foliorum pœoniæ, aceti scillitici ana lib. i. aquarum hyssopi, flor. Tiliæ, liliorum conuall. saluiæ, Rosmarini ana ℔. j. macerentur simul omnia in vase fortiter obstructo ad aliquot dies in Balneo Mariæ. Deinde F. destillatio in cineribus mediocri igne ad siccitatem. Cauendum ne destillandum aduστionis saporem referat. Ex fæcibus salem si placet spagyrice elice & aquæ coniunge. Plura vide apud eundem in Pharmac. dogmat. restit. lib. i. cap. 7. de aquis, pag. 28. & 29.

Aqua Epileptica alia: Recipe hirundinum num. lx. castorei vnc. ij. gran. pæoniæ vnc. ß. Aquæ ardentis ℔. xv. macerentur cucurbita optimæ clausa, deinde adde liquoris primi à chalcantho educti, aceti albi acerrimi ana ℔. j. Macerentur omnia quindecim diebus: mox igne cinerum moderato destillentur, dum liquor perspicuus manauerit: cuius mane ac vesperi cochlear exhibeatur, dum totum sumatur. Quod si castorei odor, & sapor ingratus sit, gran. xij. Moschi adiungantur, & totidem camphoræ, & sacchari Candi ℔. ß.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1108 sur 1557

Passer Στρουθὸς, Gallis Vng Moineau: Auis est parua, ad parietum foramina nidos faciens, cui propter salacitatem vita est breuissima: Prouerbio dicitur: Passere salacior. Plinius lib. 10. cap. 36. Mares annum tantum viuere, fœminas vero diutius, asserit, difficile sane credo: Comitialibus morbis corripiuntur: Caro eorum calida est, & ad Venerem incitans: Excrementa eius ad erugandam faciei cutem valent. Pilulæ contra mirabiliter stimulantes, Arnoldi Villanouani: Recipe cerebella passerum num. xxx. & solue diutissime in catino, & accipe æqualiter seui hircini, quod est circa renes, statim dum occiditur: soluatur iuxta ignem, cui addantur cerebra, & mellis q. s. In patella misceantur, & tamdiu coquantur, donec indurescant: Postea formentur pilulæ in modum auellanæ: & da vnam ante coitum. Pilulæ ad eos, qui coire non valent: Recipe ceparum albarum, testiculorum vulpis, cerebella passerum, flor. palmæ masculi, olibani ana j. q. s. tempera cum aqua calida, & forma pilulas in modum ciceris. Dabis septem mane cum vino.

Pica, Græcis Κίττα. Auis est loquacissima, partim albo, partim nigro conspicua colore: linguam reliquis animantibus latiorem habet, quæ humanæ vocis est æmula. Quam tamen facilius æmulari putant eas, quæ glandibus vescuntur, & quarum pedibus, vt hominis, quini digiti numerantur. Custos & excubitor locorum est, quibus nidos suos collocat, clamore suo omnia prodens. De hac Martialis:

Pica loquax certa Dominum te voce saluto,
Si me non videas, esse negabis auem.

Carnem eius difficulter, nisi detracta cute, coqui tradũt: pullorum carnem comestam, visum ferunt, acuere. Quercetanus ex iis parat aquam epilepticam, quam descriptam habes supra in capite de castoreo, inter animalia.

Coruus, Græcis Κόραξ, Gallis Corbeau: Nõta est auis, occisorum cadauera, & animantia mortua insequens. De hac vide Plin. lib. 10. cap. 43. Nidificat altissimis arboribus, acerrime pro pullis, quos non sine periculo est adimere, dimicans. Pullos eius ferunt septem diebus absque cibo viuere, & deinde primum à parentibus ali.

Cornix,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1109 sur 1557

Cornix, Græcis Κορώνη, Gallis Corneille. Nota est auis vulgo: Aristot. lib. 5. de hist. animalium, auem ait esse castissimam, & coniugalis amoris seruantissimam, ad vitæ extremum viduam permanentem. Vnde in nuptiis olim veteres post Hymenæum, cornicem inuocabant. Cornices etiam accipi solent pro iis, qui se sapientiores, & aliorum duces esse volunt: Vnde prouerbium; Cornicis oculos configere, quo pro Murena vsus est Cicero: quod perinde valet, quasi dicas, nouo quodam inuento veterum eruditionem obscurare, efficereque, vt superiores nil scisse mihi vidisse videantur.

Ardea vel Ardeola, Græcis Ἐρωδιός. Gallis Heron. Auis est alta grauisque vehementis volatus, qui si altior fuerit serenitatem denunciat. Victum ex piscibus quærit: nidum in syluis super excelsissimas arbores construit. Bellum est ipsi cum accipitre, cui podicem obuertens pennas eius concacat: quæ infectæ hoc fœtore computrescunt.

Ciconia, Græcis Πελαργός: Gallis Cygoigne: πελαργὸς dicta putatur, quod alarum pennæ partim sint nigræ, partim albæ, à πελὸν quod nigrum, & ἀργὸν, quod album significat: In Thessalia Ciconiam occidere capitale fuit. Gratitudinis præbent exemplum, quantum enim curæ in scholis curam & educationem conferunt, tantum senio confectis rependitur. Vnde πελαργικὸς νόμος lex ab Aristophane dicitur, qua liberi parentes alere iubentur, & ἀντιπελαργεῖν verbum inde factum, quod mutuum beneficium & gratitudinem parentibus exhibere significat. Auolaturæ, teste Solino, in loco quodam Asiæ omnes, ne vna relinquatur, congregantur, quæque postrema aduenerit, eam tanquam ignauam dilaniant: Plinium vide cap. 23. lib. 10. Læsa Ciconia origano sibi quærit opem. Caro eius lippientibus oculis prodest: Veneno aduersatur: Excrementa eius in aqua sumpta, comitialibus prodesse credunt. Contra venena præparatur eius sanguis in essentiam præstantissimam: Alii stomachum exsiccãtac pulueriſant, hunc puluerem pro maximo gerunt secreto ad suos effectus.

Olor, Græcis Κύκνος, hoc est, Cygnus: Gallis Cygne. Ob canoram eius vocem, aliasq; eius dotes, & naturam, à Poetis plurimũ celebrantur, qui Olores etiam inde dicti sunt: de hoc Martialis:

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator Cygnus funeris ipse sui.

Auem tradunt esse naturæ cholericæ: Hodie magnatum cibus est.

Psittacus, Græcis ψιττάκη: Gallis vng Petroquet: In Indiæ ripis est frequentissima, vbi tamen eam comedere religio est. Sacra n. esse putarur, quod humanam verborum appellationem explanata oris expressione imitando cõsequatur. Colore est viridi, circulo in collo rubro, lingua lata, rostro adunco, eoq; durissimo, in quod, si quando è petra prolabitur, se excipit, vt Plin. lib. 10. cap. 24. testatur. In vino præcipue lasciua. De hoc Martialis:

Psittacus à vobis aliorum nomina discam:
Hæc didici per me dicere, Cæsar AVE.

Ad Venerem est promptissima. Eius carnem, si placet, fœmellis appropriabimus mutis & loquela prorsus destitutis.

Philomela, alias Luscinia: Philomela poetis dicta, à fabula de Philomela sorore Prognes, quam est videre apud Ouidium lib. 6. Metam. Græcis ἀηδων, ab ἀεὶ & ἄδω, quasi perpetuo canens: Aliis Acredula, Græcis ὀλολυγὼν, quam tamen alii aliam faciunt auem. Ex earum auium est genere, ex quib. futura tempestas prędici solet: vt Aratus scribit: ἤτρίζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγὼν, quod sic Cicero vertit: Et matutinis Acredula vocibus instat. lib. 1. de Diuinatione. Philomela vero dicta, quod cantum amet. Gallis Possignol. Plin. lib. 10. cap. 29. Lusciniis, inquit, diebus ac noctibus continuis 15. garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in nouissimum digna miratu auis: Quidam ferunt quod vermes zibetta inunctos, si ab hac aue deuorentur, in tantam incidere cantilenam, vt cum fronde possit decerpi.

Carduelis à carduis nomen habet, quos maxime expetit, vt Aristot. lib. 8. de hist. animal. testatur: qua etiam ratione Græcis dicitur ἀκανθις & θραυκίς, Gallis Chardon neret: statura est exigua, pectore flauo, capite rufo: vulgo nota & amata.

Frigilla, Græcis Σπίζα, sic dicta, quod frigore cantet & vigeat: Gallis Beree. Auis notissima.

Charadrius auis est, cuius meminit Aristot. lib. 8. de hist. animal. ac Theodorus Gaza Rupicam vertit. Est etiam eius mentio in sacris Bibliis, Leuit. 11. & Deut. 14. Heliodorus in hist. Æthiopicæ lib. 3.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1111 sur 1557

lib. 3. eiusdem mentionem facit, ὁ χαραδρεὺς, inquiens, τὸ ἰκτεριῶντας ἰᾶται, id est, Charadrius ictericos sanat. Plato etiam in Gorgia eundem adducit: Et prouerbium est de hoc: Charadrium imitans. Hanc ei virtutem adscribunt, quod ictterici in eum respiciētes morbo liberentur: Vnde aucupes auem hanc vendentes occultant, ne gratis alicui commodet.

Ægithus Græcis αἴγιθος, apud Aristot. lib. 9. animal. Auis est minima, dissidens cum Asino: hic enim se spinis eius affricans, nidos eius dissipat: quod adeo pauet, vt voce rudentis audita ova deiiciat.

Curuca Græcis ἡ ἐπιλαΐς, vel ὑπολαΐς. Gallis Verdon: Auicula quæ cuculi ova fouet & excludit: & postmodum ab illo deuoratur.

Cinclus Gallis dicitur & Lynx, quæ Latinis Motacilla dicitur, quod semper caudam moueat: Vnde etiam Græci σεισοπυγίδα, vt Suidas scribit, appellarunt. Gallis Battemate: Hispanis Engaña passor. Auis est infima, & quæ per se nidum construere non possit. Vnde pauperes rusticorum prouerbialiter Cincli vocantur. Accipitur etiam metaphorice pro incitamento: Vt apud Theocr.

ἰυγξ ἕλκε τὸν ἄνδρα τὸ δεῖνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα.

Fulica seu Fulix, Græcis κίσσφος, Cepphus, & quibusdam Diabolus, quod furua sit. Vidit in mari vel stagnis, frequentissima ad ripas maris mediterranei ad montem Pessulum.

Merops Græcis, Latinis Apiaster, quod apibus noceat vt scribit Aristotel. lib. 9. histor. animal. Gallis Mesange. Hæc auis, vt Ælianus refert, simul atque volare didicit, parentes alit, ob idque omnibus aliis auibus pietate præstat. Vide Plinium lib. 10. capite 33. Pallido intus pennarum colore, superne Cyaneo, priori subrutilo. Nidificat in specu, sex pedum defossa altitudine.

Caprimulgus, auis est montana, paulo maior quam Merula, minor vero quam Cuculus, in capratum stabula aduolans, earumque vbera sugens, vnde nomen accepit, qua iniuria vber extinguitur, & capræ cœcitas oboritur. Græcis αἰγοθήλας. Plinius lib. 10. cap. 40.

Nisus: Gallis Espreuier. Ex prædatoriis est auibus, statura quidem

dem reliquis minor, sed fortitudine nulli alii impar. Miluum multo tamen maiorem in pugna ab hac vinci tradunt: apud Seruium super lib. 1. Georg. exstat, quomodo Nisus in hanc auem sit mutatus.

Accipiter, Græcis ἱέραξ ex rapacium auium est genere, sicut & vultures ab accipiendo, hoc est, rapiendo nomen habens. Magno est corpore, rostro adunco, mansuefiens facile, oculis lucidis, aspectu hilari, pedibus crassis, vngulis longis, nullam autem formidans. Potest tamen esse communis etiam appellatio ad omnes prædatorias aues. De generibus accipitrum scripsit diligentissimè Petrus Gillius. In rosarum oleo coctus accipiter, omnibus cutis vitiis illitus medetur. Excrementa eius idem cum melle præstant. Acrimoniæ sunt immensæ Galeno teste, ideoq; inutilia.

Miluus, Græcis ἰὸς Gall. Milan, auis rapacissima, pullis gallinaceis maxime insidians. Æstiuo apparet tempore, hyeme in nido conditur. In paruis audax, in magnis timidus: à Niso enim, cum triplo sit maior, vincitur. Iecur eius oculorum medicamentis adhibetur. Ferunt ramulum ex nido miluii, collo circumligatum, conuulsioni eius mederi.

Vultur, Græcis γὺψ, Gall. Vaultour. Carniuora auis. In hominum cadauera est infestissima, hominemque morti vicinum certis indiciis præsentit, obseruatque. Expeditos etiam in bellum exercitus præsensione quadam contequitur, præscia quod ad bellum proficiscuntur, quodque strages sit futura. Locum futuro bello septem dies antequam pugna committatur, prouide, in eamque partem in qua alterutra pars succumbet, respectat. Quamobrem reges olim speculatores solebant præmittere, qui renunciarent ad quamnam partem vultures prospicerent. Pennæ vulturis combustæ serpentes ædibus expellunt. Iecur eius tritum vna cum sanguine, comitialibus ad decem dies vtiliter bibitur. Fel eius aqua elotum, oculorum maculas exterit.

Falco, Græcis ἱέραξ, ex accipitrum est genere, id nominis habens, quod vngues falcis modo introrsum reflexos habeat: vel quod rostro, & alis in rapinam sit falcata. Impetuosi est volatus, maximas etiam suo impetu aues, ad quorum capturam ab hominibus mansuefit, prosternens. Præda ei à longe, si quando ad captu-

ram edu-

ram educitur, commóstratur, & maiore in eam vehementia irruat. Pectore est robustissimo, renibus imbecillibus: caput immobili corpore circumuertit. Fel galli albasque cochleas coctas impetum eius adiuuare aiunt: succum vero seminis hyoscyami, aut cibum in eo madefactum, eundem infrenare.

Graculus, Græcis κορακίας. Gall. vng Gay. Et Monedula. Græcis κολοιὸς. Sunt eiusdem generis aues. Gall. Chouette. Graculum dictum putant quasi garrulum, est enim garrula auis: nonnulli à gracilitate deducunt, quod parua sit auis. Monedula vero dicta quasi Monetula: mira enim est huic furandi, & monetam auferendi natura: Vnde Cicero in orat pro Flacco: Non plus aurum tibi quam monedulæ committebant. Plin. lib. 10. c. 29. Immensa, inquit, finitimo Insubrum tractu examina graculorum monedularum, cui soli aui furacitas auri argentique præcipue mira est. Humanam vocem summa dicacitate imitatur. Fastidium annuum, autore Plin. lib. 8. cap. 20. foliis lauri purgant.

Mergus, Græcis κύηνα. Gall. vng Plonget. Mergus á mergendo, authore Varrone, est dictus, quod cibum captans, subinde in aquas se immergat. Vnde etiam Germanicum nomen accepit. In aquis enim piscibus insidians ex eorum captura victitat.

Picus, qui Martius cognominatur, nomen habet à filio Saturni, qui in auspiciis suis, hac aue vtebatur. Martius cognominatus, quod Marti sacer esset. Vnde Ouid. in Fastis:

Martia picus auis, &c.

Græcis, Δρυοκολάπτης, hoc est, Quercus percussor, quod robora rostro suo excauet: Gall. vng Piuert. vng Pic. Auis est corpore non adeo magno, collo rubro, rostro longo, & præduro adeo, vt etiam quercus excauet.

Aquila, Græcis ἀετός. Gall. Aigle. Armiger Iouis, & auium rex. Visu, Plinio autore, adeo acuto vt pullos aduersus solis fulgorẽ suspẽdat, quosque immotos tenere oculos viderit, eos velut genere suo dignos eligit, reliquos reiicit. Nunquam sicut & cæteræ volucres aduncæ bibit. De natura aquilarum vide Ælianum lib. 14. de nat. animalium. Genera eius traduntur plura: quædam venationibus adhibentur: aliæ ad delitias aluntur, quas anatarias, ab anatum venatu nominant. Vide Plinium, lib. 10. cap. 3. de Aquila-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1114 sur 1557

cum generibus. Aëtiten dictam gemmam, quæ nullius æstus iniuria laeditur, in nido dum oua excludit habere fertur: ne videlicet naturali suo calore oua excludenda aquila corrumpat & induret. Senio confecta vltra nubes euolat hebetudinem visus à solis radiis emendans, quo adeo pollet, vt ex alto & à longe præsentem colubrum conspiciat & animaduertat, quem impetu facto comprehendit, deglutitque. Naturam scribunt esse aquilæ velut febricitantibus, & frigidam & calidam. Fel eius cum melle oculis lippientibus illinitur. Cerebrum & fel eiusdem cum melle visum acuit. Stercus aquilarum, Galeno teste, vehementem acrimoniam, inutilemque habetur.

Plinio Strutiocamelus, lib. 10. cap. 1. Gall. Autruche. De quo Aristoteles: Strutio ob mirabilem formam ex auium genere non reputatur: partim enim quadrupedibus, partim volatilibus est similis. Non alas, sed formam quandam alarum, volatui inconuenientem habet: supercilia quoque cum annexis habes pilis: inferiore corporis parte pennæ sunt frequentiores: Pedum vngulæ quadrupedum more sunt fissæ: Ternas pedibus singulis ob corporis molem habet vngulas. Alas eundo concutit nonnihilque attollit, vt celeritate cursus equos etiam præuertat. De hoc Plinius citato alibi loco: Strutiocameli Africi vel Æthiopici altitudinem equitis insidentis equo excedunt, celeritate vincunt, ad hoc demum datis pennis, vt currentem adiuuent, cætero non sunt volucres, nec á terra tolluntur. Vngulæ iis ceruinis similes, quibus dimicant, bisulcæ, comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga contra sequentes ingerunt pedibus. Concoquendi fine delectu deuorata, mira natura: adeo vt ferratas etiam calces clauosque deuorent. Tantæ vero est stoliditatis, vt cum collum frutice occultauerit, totum se latere existimet. Oua eius tantæ sunt magnitudinis, vt ex dissectis iis pocula fiant: quæ etiam in arena posita, solo visu vt excludantur recreat. Pennas cum quotannis omnes ferunt exuere, à frigore tamen ob natiuum calorem minime lædi.

Bubo, Græcis βύας. Gall. Hibou. Auis est feralis, & cantu suo infelix omen plerumq; præsagiens. Vnde Verg.

Solaq; carminibus ferali carmine bubo, &c.

Auis est nocturnæ similis, vt Aristoteles refert. In templis & desertis ædibus

ædibus se continet. Sanguis eius prodest obstructionibus pectoris, & dyspnœicis. Aiunt cor eius sinistro dormientis mulieris lateri suppositum, omnia eam arcana facere pandere.

Noctua, Græcis Τραγύξ. Gall. Hibou. Cathuant. Nominis id habet quod noctu volet: vnde etiam νυκτικόραξ, hoc est, nocturnus coruus appellatur. Nota auis, facie sima, humana fere, rostro & vnguibus aduncis acutisque oculis cœsiis, Vnde Pallas etiam γλαυκῶπις apud Poetas, hoc est, Cœsia vocatur. Carnem eius membris paralyticis ferunt prodesse. Cerebrum in vino coctum, siue in cibo sumptum, capitis dolorem mitigat: Sed hęc remedia magis sunt superstitiosa & curiosa, quam vsitata, & quæ haberi possint.

Cuculus, Græcis Κόκκυξ. Gall. Cocou. Auis est nota colore cinereo, in salicibus plerumq; nidificans, Vere primum conspicitur, sub Caniculæ ortum occultatur. Hyeme in nido nudum abscondi tradunt. Sapientem vocat Ælianus auem, quippe cui excludendi facultas non sit, propter frigidam naturã in alaudæ & luteolæ nido parit, quod non ignoret ab his oua suis similia pari solere. Si autem earum auium nidos vacuos repererit, in alios diuertit, vbi oua sunt, hisque sua immiscet: quæ si plura fuerint, ex his quædam perdit, & in eorum locum sua ponit, quæ non ab earum ouis ob similitudinem internosci possint, quæ postea ab alauda & luteola excludunter. Addit Plin. lib. 10. cap. 9. Educat ergo subditum adulterato fœta nido. Ille auidus ex natura præripit cibos reliquis pullis, itaque pinguescit, & nitidus in se nutricem conuertit: illa gaudet eius specie, miraturque se ipsam quod talem pepererit. Suos comparatione eius damnat, vt alienos, absumique etiam se inspectante patitur, donec corripit ipsam quoque iam volandi potens. Et lib. 30. cap. 10. de Cuculo sic scribit: Aliud est Cuculo miraculum, quo quisque loco primum audiat, alitem illam, si dexter pes circumscribatur, ac vestigium id defodiatur, non gigni pulices vbicunque spargatur. Apodes, quod vsu pedum careant, quasi sine pedibus, vt ait Plin. lib. 10. c. 39. Alias Cypselli. Hirundini vsq; adeo sunt similes, vt vix discerni ab eodem possint, pedes habẽt exiguos adeo, vt his carere videantur. Nulla his quies nisi in nido: aut enim pendent aut iacent. Cum resederint forte, manu facile capiuntur, ob pedum namq; breuitatem difficulter à terra attolluntur.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1116 sur 1557

Tarda, Græcis ὠτὶς, vel οὐτίς. Tarda à tardo volatu est dicta. Nam, vt Xenophon apud Athenæum ait, volatu adeo breui vtitur, vt si quis instet, eam capere possit. Græcis vero ὠτὶς dicitur á plumis circa aurem demissis, ita vt auriculas referant. Athenæus eandem imitatricem vocat eorum quæ homo facit, atque hoc modo ab aucupibus capi. Hi enim pharmaco aliquo κολλητικῷ oculos inungunt, quod dum hæc auis imitari studet, cœca fit, & facile capitur. Caro eius inter grues & anseres est media.

Apis & quibusdam apes. Græcis μέλισσα: vnde Melissophyllon herba dicta est, cuius flore gaudent. De harum genere, cura, solertia, industria, diligentia, cæterisque vide lib. 11. nat. hist. Plin. à cap. 5. ad caput 21. Vergilium item in Georgicis, vbi de præparatione apum agens:

Pregenerantur (inquit) equis vespæ, sed gignit apes bos.

Regem sibi quem velut ducem sequuntur, eligunt, quem operi suo præfectum habent. Mel ex floribus colligentes, illud pedibus anterioribus ad medios, posteaque ad iuncturas recondunt, ad domicilia sua hoc pacto apportantes. *De Melle & Cera supra peculiari capite est actum.*

Cantharides ex scarabeorum sunt genere, insecta oblonga, parua & viridia, siue aurei coloris. Harum multus in Medicinis est vsus. Optimæ sunt quæ in pratis colliguntur. Calidæ sunt & siccæ in primo gradu. Perimuntur autem aceti vapore solo corpore, alis & capite resectis, sumpto. Tuberculis corporum in leprosis impositæ ferunt opem. Naturæ sunt calidissimæ, vnde ad hulcera maturanda aperiendaque adhibentur. In pulueres tritæ sanguineque hirceo vel mastiche mixtæ, in vino sumptæ, intumenti corpori sunt vtilissimæ. Tritæ cum aceto lepræ vtiliter illinuntur. Eodem modo capillos capitis producunt. Cum oleo coctæ hulcera emolliunt & aperiunt. Cum cerato vngues digitorum demunt. Verrucas pellunt. Albas faciei pustulas, cum aceto illita sanant. Cum oleo ad mellis spissitudinem coctæ, scabiem, psoras & nomas discutiunt, sanantque. Sumptæ forte Cantharides extrema corpori hominis mala inducunt, vesicamque exulcerant. Contra quarum potionem remedia est videre apud Dioscor. lib. 6. cap. 1.

Hæc sufficiant de volatilibus, pauca adhuc licet inferre de ouis.

Oua,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1117 sur 1557

Oua, inquit Galenus lib. 11. simpl. partes animalium non sunt, sed proportione respondent iis, quæ adnascuntur. Sunt autem facta ad propagationem generis, perpetuitatemq;, at sunt vtilia, ceu nutrimenta. Pariunt oua omnia volatilia ea videlicet, quę pennis plumisque vestiuntur. Nam vespertilio præter volatum cum auibus cõmune habet, acmurium instar fœtũ edit. Insecta ex stercore nasci constat. Ex reliquis etiam animantibus serpentes oua pariunt, è quibus fœtus excluduntur. Sed ouorum, quod ad animantia pertinet, diuersitates percensere non est præsentis instituti, verum generatim de iis & peculiariter de gallinarum ouis agere. Sciendum itaque quoties ouorum fit mentio, proprie Phasianorum & gallinarum, vt diserte Galenus de alimentis lib. 3. tradit, intelligi. De ouorum differentia & vsu hæc scribit Simeon Sethi: Oua inter se differunt: tres vero habent differentias: Primam quidem, quæ iuxta propriam eorum est substantiam. Alteram vero, quæ est secundum tempus, an recentia videlicet, ant vetera: nam recentia meliora sunt, optimaque eorum operatio: tertia eorum differentia est in ratione modoque coquendi, quippe sorbilia vix calida parantur. At quæ ad modicam sunt consistentiam, dicuntur τρεμπτὰ, hoc est, tremula vel mollia: quæ autem magis cocta ἑφθὰ sunt dicta, hoc est, cocta: ac in vniuersum quidem ἀυγοκύλικα. Quæ vero sorbilia sunt, facile pertranseunt: & guturis scabritiem leniunt: sed minus nutriunt, quæ vero ἑφθὰ sunt, difficilius concoquuntur, & tardius descendunt, & asperum crassumue nutrimentum corpori præbent. Peiora etiam sunt quæ sub calido cinere assantur. Quæ vero in fartagine cocta, ideoque τηγανιτὰ vocata, pessimum habent nutrimentum, & dum concoquuntur nidorem vellicationemve faciunt, crassamque superabundantem, & malum succum gignunt. Laudantur quidem quæ πνικτὰ, id est, suffocata dicantur, velut etiam quæ ἐξεφθὰ, in calida aqua decocta. Quæ autem anserum sunt oua, malum succum habent. Dicuntur oua proprietate quadam peculiari ἐυφυίαν, hoc est, bonum ingenium & naturam facere, iis qui cum fonte filiarum tauri (hoc est cum melle, ex bobus enim apes progenerantur, vt Poeta testatur, inquiens:

Progenerantur equis vespæ sed gignit apes bos)

& cum butyro esitauerint, cum aceto vero oua cocta desiccant ventris fluxiones. De ouis Horatius sic:

Longa quibus ouis facies erit, illa memento
Vt succi melioris, & vt magis alba rotundis
Ponere, namq; marem cohibent callosa vitellum.

Quod etiam Arabes testantur scriptores, longiora, minora, tenuioraque gallinarum oua reliquis præstare asserentes. Primatum inter oua tenent gallinarum & perdicum phasianarumque, proxima sunt anatum & anserum, quæ etsi peius nutrimentum habent, naturam tamen confortant, & ad venerem incitant. De ouorum facultatibus hunc in modum Galenus refert: Ouum est symmetro temperie frigidius. Vnam autem prauitatem patiuntur, quam adfert vetustas, quam facile effugies, si vtaris recentioribus. Album porro & tenue illud ouorum, cuius vsus est ad ophthalmias, ex numero est medicamentorum minime mordicantium. Vtendum autem est oui albumine non tantum ad oculos, sed & ad alia omnia, quæ medicamenta requirunt suauissima: vt sunt vniuersa sedis, & pudendorum vlcera contumacia. Miscetur quoque idonee medicamentis profluuium sanguinis ex cerebri inuolucris repri-mentibus, quæ nimirum citra morsum illinuntur, adstringuntque. Cæterum & ipse vitellus similis est naturæ, ac proinde miscetur ceratis morsus expertibus. Verum quanto plus desiccant, quæ sunt assa oua, tanto minorem mitigandi vim obtinent. Iam vero crudo toto ouo vtimur admisto rosaceo, ad palbebrarum, aurium, mammarum, aliarumque omnium partium phlegmonas. Adhæc in aceto coctum ouum si edatur, ventris fluxiones desiccat. Quod si etiam eorum quippiam, quæ ad dysenteriam aut cœliacum adfectum conueniunt, adiunxeris, atque in igne modico, fucum adfectum conueniunt, adiunxeris, atque in igne modico, fucum adfectum conueniunt, adiunxeris, atque in igne modico, fuc

mitum idoneo aliquo, quale est thus, potissimum pingue, ac non inueteratum, & siccum. Ouum igitur medicamentis quæ humiditates desiccant, aut elixum, aut assum, aut frictum, tanquam materia miscetur: iis vero quæ lentorem tumorum in pectore pulmoneque incidunt, sorbile: Id quod in aqua eo vsque elixari debet, donec incalescat. Simili modo sumptum, gutturis, stomachi, ventris, intestinorum, atque vesicæ asperitatibus medetur. De anserum ouis tradunt, si cum oleo calida matrici instillentur, intra quatriduum menses ciere. Extra medicinam quoque multus est albuminis oui ad colores aliasque res vsus. Vstarum in fornace testarum ouorum candidus cinis corrosiua facultate est præditus.

Albumen oui probe tosti in balneo Mariæ distillabis, ita ne plus aqua calescat, quam vt manus feruorem eius pati possit. Foramen vero alembici non penitus obdurabis, ne malum saporem aqua acquirat. Valet hæc ad pterygia & dolores oculorum: faciei cutem serenat, cicatrices corrigit: manus teneras si frequenter ea abluantur, ac per se exsiccentur, efficit. Aqua vitelli ouorum eadem ratione, qua de albumine dictum est, distillata, maculas faciei, à balneo illita, extergit.

Oleum è vitellis ouorum longe præstantissimum exprimitur hoc pacto: Recipe oua recentia numero quot volueris, coquito donec penitus indurentur: postea vitellos eorum exime, & comminutos assa in sartagine donec ruffescant, & pinguedinem quandam remittant: deinde offam feruentem indito in sacculum pilis contextum, & exprime, quodque expressum fuerit oleum repone. Cutem hoc oleum expurgat, impetiginem, serpiginem, & alia cutis vitia persanat, capillos regignit, & hulcera maligna, & fistulata curat.

Oua, inquit Quercetanus, inter alimenta οὔχυμα, καὶ οὔπεπτα recensentur: quæ habent tria notatu dignissima. Primum & præcipuum est substantia, natura seu qualitas oui: siquidem nonnullarum auium oua mollioris naturæ & substantiæ sunt aliis. Gallinarum enim oua aliis omnibus vtilitate & salubritate præferuntur, vincuntq; anserina, anatinaq;, & id genus alia nutrimenti bonitate, ita, vt cum simpliciter & absolute oua dicimus, gallinacea

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1120 sur 1557

intelligamus, tanquam vulgaria & melioris ſubſtantiæ, & quorum copia & multitudine præ cæteris nos natura abunde ditarit. Secundum, quod in ouis obſeruandum, eſt tempus: Aut enim recentia ſunt aut vetuſtiora: quo autem recentius eſt ouum, eo melius eſt & ſalubrius: Contra ſi vetuſtius, facile in ſtomacho corrumpitur, nec ita boni eſt nutrimenti. Ad tempus etiam referre poſſumus, oua iuniorum gallinarum, vel vetuſtiorum. Iuniorum enim, quæ ſibi præſentem ſemper gallum habent, aliis ſunt meliora.

Tertio & vltimo obſeruanda eſt eorum præparatio quæ non eſt parui momenti: Quæ ad duritiem cocta ſunt, vocamus oeufs durs, Græci vero ex Galeno ἐφθὰ vocant, quaſi multum elixata & cocta oua: quæ ad mediocrem coctionum perducuntur, vt inter mollia & dura ſint, tremula Latinis dicuntur: Quæ vero parum tantum ad ignem incaluerunt, ſorbilia vocantur, omnium ſalubertima. Tremula idcirco vocata, quod aquæ bullienti iniecta tremiſcant: copioſum & ſalubre nutrimentum præbent. Sorbilia vero non ita copioſe alunt: at, in ventriculi fundum facilius delabuntur. Tremula & ſorbilia, frixis aliiſque omnibus præferuntur. Oua dura durioris ſunt concoctionis, craſſamq; ſubſtantiam reddunt. Popularis quidam error eſt, albumen oûi ſiue indurati ſiue in tremulum elixi inſalubre eſſe & noxium: calculoque generando occaſionem præbere: quaſi ſtatim concreſcat & in lapidem conuertatur: quæ cauſſa, cur multi ab eius eſu abſtineant. Sed ſtultum eſt inde lapidis generationem adſtruere velle: ſic enim eodem iure, vel potiori etiam, idem affirmari poſſet de cryſtallo, vitro, corticibus ouorum, lapide Iudaico, lyncis, pumicis, ſpongiarum, oculis cancrorum corporibus multo durioribus & concretioni magis aptis: quæ tamen omnia aduerſus calculum ſunt remedia. Sic iudicandum quoque de duris meſpilorum oſſibus, de milio ſolis, aliiſque id genus quæ vel ipſos lapides potius referunt quam ſemina: & interim maximam calculi atterendi vim poſſident. Imo quis non videt contrariam plane albuminis operationem, in ſaccharo & variis ſalibus diſſoluendis, & ad ſolutionem promouendis? Et vt huic rei fides fiat, accipiatur ouum induratum, & in duas æquales partes diſſectum, exempto vitello, in eius locum reponatur ſaccha-

ſaccharum pulueriſatum: quod in vas vitreum incluſum, ne quid efflŭat, ſereno exponatur aëri, aut in cella quadam humida ſeruetur per 24. horas: quibus elapſis ſaccharum omne diſſolutum inuenies in oleum ſiue liquorem dulciſſimum, admiranda virtute & poteſtate præditum. Præſtantiſſimum enim eſt & ſingulare remedium ad aſperæ arteriæ raucedinem, & defluxiones, á ſalſa pituita ortas, vnde tuſſis excitatur: necnon ad alia mala plurima, quæ leniendi & expectorandi auxilium poſtulant, vt alibi dicetur.

CAPVT X.

De Piſcibus.

NVNC reſtat de piſcibus dicere, quorum numerum ſingulatim recenſere, cum ſit infinitus, infiniti laboris ac pene impoſſibile foret: Longe enim vberior eſt piſcium copia ac diuerſitas, quam quadrupedum, reptilium & volucrum. Enarrabimus autem hic ſolummodo eorum virtutes, quorum vſus tam in Germania quam Gallia eſt frequentior, & meliores à deterioribus, ſalubriores ab inſalubrioribus diſtinguemus, quo naturã vires & qualitates eorũ, ſiue in alimentũ ſiue in Medicamentum cedant, cognitioni noſtræ ſubiiciamus. Piſcium omnium natura eſt frigida & humida: Alii tamen aliis ſunt meliores, pro aquarum & locorum, quibus degunt, ratione: Qui enim in petris & ſaxis, fluminibus item puris & limpidis agunt, cæteris ſunt meliores, ac ſucci etiam boni, cõcoctioniſq;: Ac cum omnium piſcium vſus in cunctis morbis ſit damnatus; Horum tamen vſus aliquando conceditur, velut fundulorum, qui ſaxeis & puris aquis gaudent, ſimiliter Auratarum, Luciorum minorum, Barbatulorum, Percarum, &c. Proximi bonitate ſunt marini: Sed qui in paludibus, & cœno nutriuntur, vt ex ſequentibus patebit, omnes ſunt mali. Porro in electione bonorum, ſeu boni ſucci piſcium, certa quædam ſpectantur indicia. Vt videlicet mollem teneramque carnem habeant, vt ſint ſquamoſi, non glutinoſi, non olidi, non nimis pingues: ſiquidem omnis pinguedo mala, vt dicitur, piſcium autem peſſima: Vt in aëre non ſtatim alterentur, aut corrumpantur, guſtu ſint ſuaues, cute tenui. Atque huiuſmodi piſces probe concoquuntur, & bonum gignunt ſanguinem, proſunt-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1122 sur 1557

que nõ exercitatis, ociosis, imbecillibus, & de morbo sese reficientibus. Omnis sanguis, qui ex piscibus gignitur, est tenuior, quam qui ex terrestrium animantium carnibus generatur. Conferunt aũt pisces his, qui flaua bile abundant, scribit Simeon Sethi, pituitosos vero lædunt, & qui molliores, laxioresve habent neruos, & p̃cipue hyeme, & qui in frigidis viuũt regionib. obsunt autem iis, qui piscium nutrimento nõ sunt adsueti, siti n. laborant, præsertim si frigidi sint & humidi, magisq; si ventre sint bilioso. Omnes saliti & aridi pisces mali sunt, ac facile in corpore corrumpuntur: ac totũ corpus, si frequenter edantur, alterant: Vnde à phlebotomia à salitis piscib. abstinẽdum aiunt, quod alphos, & scabiem generẽt. Simeon Sethi salitos pisces calidos & siccos refert, crassosq; humores incidere & extenuare, idq; magis si boni sint succi: At qui dura sunt carne, cũ saliti sunt, maiore sunt præditi malitia: præferuntur etiam in piscibus aliæ partes aliis, &c. Marini etiam pisces alii aliis bonitate præferuntur; etsi eiusdem etiam sint generis, idq; iuxta aquarum à ventis maiorem vel minorẽ commotionem, vel earum perspicuitatem ac munditiem & puritatem. Quin & mare pro loci diuersitate profert & copiosos pisces, vel raros. Oceanus siquidem copia & fertilitate superat mediterraneum mare. Quin & mediterranei maris plaga Genuensis multo sterilior est, Galliæ Narbonensis: quod plane aquarum bonitati tribuendũ est, qua pisces magis alliciuntur, quã á corruptis. Pisces in profundo & summa maris altitudine ventorum procellis agitati & vndiq; perflati, capiuntur, bonitate illis præstant, qui in portubus aut littoribus irretiuntur. Quod Gal. cap. de piscib. diserte monet, vbi de animalium aquaticorum variis generib. optimos esse dicit, qui in puro natant mari, maxime cũ ventorum æstu agitatum attollitur. At piscium in cœnosis aquis sordidisque versantium excremẽtitiam & mucosam admodum esse carnem: quibus paulo post subiicit: Nam in silente nullisque agitato fluctibus mari, tanto piscium caro vilior est, quanto minus exercitata. Quod ad fluuiatiles pisces attinet, magna quoq; illorum differentia est, pro diuersitate aquarum, quas incolunt, conditione & natura: Aut n. eæ rapidæ sunt aut quietæ, puræ aut cœnosæ: Quin & pro herbarum in aquis nascentium natura, quibus nonnulli pisces nutriuntur, variat earum caro. Sic piscis in fluminibus altis, rapidis

pidis & arenosis enutritus, præstat illi in amnibus quietis, aut lente fluentib. & cœnosis: qui tamen illis in stagnis minoribus, & lutosis aquis, ac palustribus præfertur. At lacus profundiores, lapidosi & arenosi, quique aliorum fluuiorum aquis diluuntur, ventisq; crebro maris instar, agitantur, optimos quoque & saluberrimos pisces copiose producunt: Quales sunt Constantienses, Lemanus, Yuerdunensis, & id genus alii plures. Istud quoque obseruandum est, Pisces siue marinos, siue fluuiatiles in ripis vrbium littoralium, vel iis proximis multis quisquiliis & sordibus refertis, nec non cloacarum impuritatibus infectis captos, omnium esse deterrimos. Tales enim impuritatibus illis nutriti fœtent, & statim corrumpuntur, ex quorum vsu quoque corpora fœtoribus inficiuntur. Quod ipsum confirmat Galenus: Sunt, inquit, qui in aqua vel fluminibus populosarum vrbium, hominum stercoribus, & prauis id genus succis victitant, qui extremum prauitatis gradum tenent. Operæ pretium etiam est al quid in piscium coquinario apparatu notare: Alii enim prunis super craticula torrentur: alii in patella frigiuntur cum oleo, aromatibus, butyro, aut iure pingui piscorum: Alii cum vino, aceto, aqua & sale elixantur: Alii porro variis modis condiuntur.

Inter pisces marinos primum locum damus Soleæ, quod inter alios delicatissimus sit piscis, à quibusdam dicitur Perdix marina, habet spinam vnicam, quæ à carne post coctionem facile diuellitur: Elixa cum condimento albo offertur, vel butyro frixa cum intinctu succi aurei mali, panis crusta in friatu, & pauco aromate, quæ omnia simul coquuntur ad iustam consistentiam. Carnem obtinet delicatissimam, albam, firmam, boni saporis & facilis concoctionis. Cibus erat familiaris diebus Asarcis Regi Henrico Tertio felicis. memoriæ.

Acipenser siue Oniscus, crassus est & longus, boni alimenti & gratissimi saporis, qui magno in pretio habetur, adeo vt piscis & cibus Regius dicatur. Captus á piscatoribus, nemini citra mulctam, quàm prouinciæ istius gubernatori aut alii primario offertur. Sanguinem refrigerat & purgat, sed liberalius sumptus facile nauseam parit stomacho, ob nimiam eius pinguedinem. Huius apparandi modus idem est ac Salmonis.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1124 sur 1557

Aurata parum à præcedenti differt, non tamen tanti æſtimatur: caro eius nutriendi quidem magnam vim poſſidet, ſed valentiori tantum ſtomacho competit, durioris enim eſt concoctionis.

Rhombus, rhombus læuis, & Paſſer aſper ſiue ſquamoſus, Gallis la limende, formæ planæ & compreſſæ, omnes ſimul eandem fere carnem candidam & firmam, bonique ſaporis obtinent. Cæteris tamen Rhombus præſtat bonitate, licet rhombi caro tenerior ſit, facilioriſque concoctionis. L'alimende tertium bonitatis gradum obtinet. Elixi cum vino & aqua, ac petroſelino poſtea conſperſi, & recenti butyro liquato, vel aceto delibuti, apponuntur. Pariſienſibus familiares ſunt, quod illis ſuppetit Oceanus: In mare Mediterraneo raro capiuntur.

Viua, piſcis paruus, halecis magnitudinem referens, alias Draco marinus, Gallis la viue, carnem obtinet candidam, friabilem ac ſalubertimam. Toſta ſuper carbones & butyro liquato perfuſa, cum modico omphacii apponitur. Occurrit tamen omni admiratione dignum, quod etſi alias ſalubris, dorſalis tamen eius ſpina vſque adeo venenoſa ſit & exitialis, vt ſi quis ab ea ſauciatus fuerit ad ſanguinis eruptionem, pars læſa ſtatim adeo intumeſcat & accendatur, vt prę maximis doloribus ac pernitioſis ſymptomatis, ſæpenumero mors conſequatur.

Rubellio, Coccix, Italis le Capone, Gallis, le Rouget, forma colore ſubrubro, carniſque bonitate quæ candida eſt, delicata ac facilis concoctionis, pares ſunt. Hique inter ſalubriores marinos piſces recenſentur, qui ægris præſcribi ſolent. Hi in paſtillos incruſtari ſolent, vel torrentur ſuper carbones, deinde butyro liquato, additis petroſelino & aceto perfunduntur.

Mulus craſſo capite & carne candida ac dura, bonitate proxime accedit ad præcedentes.

Radius piſcis carnem albam & in filamenta longa teneraque deductam habet, ſaporis non adeo ingrati eſt, & ſtimulat appetitū. Elixus eodem intinctu, quo Rubellio, vel frixus cum butyro apponitur, iecur præſertim eius delicatiſſimum eſt.

Apua, Gallis Merlan, carni eſt leui & ſatis delicata, vnde conſtat facilis eſſe concoctionis, vulgaris eſt & omnibus familiaris. At piſcis, qui Gallis Eſperlan dicitur, eſt paulo minor, ſed multo ſalubrior, frixus delicatiſſimus eſt.

Scom-

Scombrus, Gallis Maquercau, ineunte vere est optimus, est carnis candidæ ac subcinerititiæ, firmæ tamen, ac non ingrati saporis. Super carbones assatus, fœniculo conspersus & butyro liquato, omphacio, aceto ac petroselino conditus apponitur. Delicatuli caput eius ac spinam craticulæ ac carbonibus impositam torrent. Piscis hic, quia rarior & certo tantum tempore occurrit, idcirco melior habetur. Vsus tamen illius diuturnus, ob difficilem eius concoctionem insalubris, stomachum facile grauat.

Halec, Græcis Μαινὶς & sarda, siue trichia, Gallis le sardine, inter optimos & delicatissimos pisces marinos recensentur. Magnum tamen inter illos discrimen ratione vtriusque naturæ, quamuis multa quoq; habeant communia. Discrimen, quo potissimum differunt, in corporum crassitie positum est: siquidem sardæ ab halecibus corporis magnitudine superantur. In hoc autem conueniunt, quod ambo iisdem temporibus occurrant, sale condiantur & ad vsum seruentur, quin & fumo ambo indurentur. Ex vtroque etiam magnus fit quæstus, in longinquas enim regiones hinc inde auehuntur, vt horum beneficio etiam fruantur exteri.

Sardæ vulgo halecibus anteferuntur, quæ tamen, recentes tantum ac probe salitę, salubriores sunt, quam si insulsæ fuerint. Sal enim in illis tollit excrementitiam superfluitatem, & corpori magis innoxias reddit.

Encrasicholi Rondeletio, Gallis Anchoyes, eiusdem prope cum trichiis siue sardis speciei esse videntur, minores tamen sunt ac delicatiores. Meliores cæteris producit mediterraneum mare. Sale sufficienter conditi, aqua rursus eluuntur ad tollendam salis acredinem, quorum detracta spina cum oleo & modico aceto crudi apponuntur. Pro condimento Itali addunt menthàm, aut origanum. Stimulant appetitum, & vi salis ex ouo participant, attenuant, incidunt, ventriculumque detergunt, & à recrementis mucosis liberant. Hinc obæsis & pinguibus, nec non humidis corporibus in primis conducunt.

Merluccus & Molua, Gallis Merlus & Moulue, recentes carnem obtinent duram, viscidam, & excrementitiam, quæ salitura corrigitur & emollitur. Quod Galenus lib. citato testatur: Animalium corpora (inquit de piscibus loquens) quæ excrementitia car-

ne conſtant, ſalituræ ſunt peridonea. Excrementitias autem carnes (addit) vocamus, vt ex ſuperioribus liquet, quæ pituitoſam humiditatem in ſe reſperſam continent. Eiuſmodi igitur cibi ſale conditi idcirco ſunt ſalubriores, quam cum recentes ſunt, ob rationes ſuperius allatas. Alia Merlucij ſpecies ex Anglia aduehitur, longe ab hoc noſtro diſcedens, & carne ſicciori, viſcidiori, ſpumoſa & tenaci prorſus prædita.

Aſellus, ſiue Salpa, Græcis Σάλπη, Merlucii quoque ſpecies eſt, ex eo tantus fit quæſtus per ſuperiorem & inferiorem Germaniam, vt nihil eo ſit vulgarius, nihil familiarius. Non ille ſolet ſaliri more aliorum, qui ex Molucis Inſulis aduehuntur, ſed in Scythico & glaciali mari captus, vi frigoris intenſiſſimi exſiccatur, qua ratione excrementitius eius humor tollitur, ac citra vllam ſalis additionem, ab omni corruptione vindicatur. Sed qualitas horum non noxia, ſed quantitas, idcirco ſobrie aut perquam raro illis vtēdum. Craſſi enim ſunt ſucci, viſcidi, duri, ac difficilis concoctionis: Valentioribus ventriculis & bilioſis potius quam debilibus & pituitoſis exhibendi, ſufficienter ac diu cocti cum butyro, omphacio, aut aurei mali ſucco apponuntur. Quamuis cum cepis, petroſelino, ſynapi, ac butyro frixi, ſalubriores habeantur. At vero Aſellus adeo durus eſt, vt non niſi diu multumq; percuſſus, & per noctem aqua maceratus (pluuialis optima) ad elixandum & butyro frigendum idoneus fiat: Eius meminit lib. 5. de hiſtoria animalium Ariſtoteles, & Atheneus lib. Dipnoſophiſtarum ſeptimo. Piſcis obſcœnus, & qui coqui non poſſit, niſi fuſte aut ferula percuſſus, vt Plin. lib. 9. cap. 18. ſcribit. Germano fecit prouerbio locum, quo dicitur: Salpa petulantior, aut laſciuior. De hoc piſce Laurentius Lippius, Oppiani interpres hoc luſit diſticho:

Salpa obſcœnus ego dicor, nec decoquor vnquam,
Ni ferula cædens verbera multa dabis.

Acus piſcis eſt marinus, Italis familiariſſimus, craſſitie muræ-nulæ, acutum roſtrum habens, duræ carnis ac concoctionis difficilis, multi tamen nutrimenti, plerumque frixus cum ſucco arantiorum apponitur.

Thunnus & Burdus, Gallis Tonine & Creac, immenſæ ſunt craſſitiei piſces, craſſam quoque carnem ac difficilis concoctionis habent,

habent, quæ bubulæ aut huius generis simili plane respondet. Thunnus plerumq; in Orientali mari capitur, Burdus autem in Oceano apud Burdegalenses, certis enim temporibus intrat aquas fluuiales, Garonnam præsertim.

Sepia Gallis Seche, vulgaris est, quæ nonnisi arefacta & exsiccata ad vsum seruatur. Antequam coquatur, per diem integrum aut amplius in aqua maceranda est, vt duritie deposita mollescat, fiatque sicut edulio apta, quæ in frusta concisa, & instar omasorum frixa cum butyro apponitur. Dicta est sepia à putredine, quæ Græcis Σηπία dicitur: quod atro sanguine velut putrido cruore abundet, qui atramentum sepiæ dicitur, quod vbi sentit insidias effundit & turbata aqua, se abscondit. Dorso eius inest longum, latum ac candidum os, quo Aurifabri ad annulorum fusuram, & Medici Galenici ad dentifricia vtuntur. Plinius huius meminit lib. 9. c. 29. In marem & fœminam distinguens. Mentionem quoque facit huius Oppianus lib. Halieuticon 3, sic scribens:

Quin & natiua fœcunda est sepia fraude,
Est liquor in tumida concretus turbidus aluo:
Qui fiscus piceam superat caligine massam.
Conditus hic humor nutritur corpore, præsens
Auxilium miseræ: subita formidine capta
Atras emittit guttas, & polluit æquor,
Obscuratq; vias ponti tenebrosa cruore
Permixto sanies piscantis lumina turbans,
Auertit visum, & prospectum surripit omnem.
Hæc facili visu per tinctas æquoris vndas
Effugit horrendos pisces, hominemq; sagacem.
Loligo atque alii, qui findunt aera pisces,
Tales inueniunt artes: Non est liquor ater:
Illi purpureos potius de corpore fundunt
Humores, sed fraude pares astuq; putantur.

Loligo similis est Sepiæ, nisi quod aliquando longior est Sepia, & quod illa nigrum, hæc rubrum in timore cruorem fundat. Calaminarium quidam hodie vocant, vel quod scripto-

scriptorii calami similitudinem habeat, vel quod atramentum fundat: carnem habet non adeo salubrem, sed spumosam & viscosam, perinde ac omasorum & intestinorum, quæ idcirco nutrimentum crassum exhibent, materiamque calculi suggerunt. Sic vsurpatur os sepiæ in medicina.

Fucus ad faciem Rondeletij: Recipe vnguenti citrini recenter parati vnc.iij. amygd.dulc.opt.contusarum, drach.j. farinæ hordei, ana drach.ij. omnia incorporentur cum melle.

Puluis dentes dealbans Marinelli: Recipe ossium sepiæ, marmoris albi vsti ana vnc.j. caryophyl. cinnam. pyrethri ana vnc.iij. spongiæ, pumicis, salis, ana vnc.i. M. & fiat puluis subtilis. quo fricentur dentes.

Delphines pisces sunt marini ingentis magnitudinis, sicut & Balenæ, & ceti. Lingua ipsis est hominis, cõtra naturam aquatilium mobilis, breuis, lata, haud differẽs suillæ, Pro voce est ipse gemitus humano similis, dorsum repandum, rostrum simum. Qua de causa Simonis nomen omnes miro modo agnoscunt, maluntque ita appellari. Hominum & cantus amantissimum animal. De quo vide multa apud Plin. lib. 9. cap 8. Latini porcum marinum vocant. Eius in culina nullus reperitur vsus.

Cetus & Cete est communis appellatio ad omnes pisces maiores viuiparos, hoc est, qui non ouum sicut reliqui, sed animal gignunt. Monstrosæ prorsus magnitudinis pisces, vt insulas & montes æquare videantur. Speciatim accipitur pro pisce marino maximo in mari Atlantico, quem in coitu semen aiunt effundere, quod aquę supernatet, vnde alba & pinguis colligatur materia, quę pharmacopolis sperma Ceti dicitur.

Balena, Gallis Balene. Belua est marina, cuius meminit Plin. lib. 9. cap. 6. quam alii Cetum faciunt, alii Pristicem, ἀπὸ τοῦ πρίζειν, hoc est, à secando, quod fluctus natatu suo secet. Ora habent Balenæ in frontibus: ideoque summa aqua natantes in sublime nimbos efflant. Infestissima est Balenis orca belua, nulla alia forma conspicua, vt ibidem Plinius tradit, quam quod sit carnis immensæ, dentibus truculentis.

Huso piscis est Danubii, Germanis Hausen: cuius membrana ex aluo sumpta vtuntur ad gelanda iura piscium, quam Græci Ichthyo-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1129 sur 1557

Ichthyocollam, Latini gluten piſcium, Germani Hauſenblaſen vocant: ex iiſdem etiam excoquitur translucidum & flauum glutinũ, quod Fiſchleim & Mundleim, quod eo in ore madefacto chartæ glutinentur, appellant, &c.

Hinc varia, ac perquam multa teſtaceorum genera mare producit, quæ requirunt aliquem in locis multis verſatum maritimis: nemo enim alias eorum diſcrimina ſatis explicare poterit. Sunt aũt teſtaceorũ generis cochleę, teſtudines, cõchę, cancri, purpurę, buccinæ, muſculi ſiue mytuli, tellinæ, hiatuli, de his paucis. Cochleæ, Græcis Κοχλίαι, Gallis Limas: aliæ ſunt marinæ, aliæ fluuiatiles, alię terreſtres. Continua teguntur teſta vna, ex qua ſe exerunt, binaque ceu cornua, vt inquit Plinius lib. 9. cap. 32. protendunt contrahuntque, carentes oculis: ideoque cornibus prætentant iter. Domiportam vocant Poëtæ cochleam & teſtudinem. Ferunt eiuſmodi fabulam: Cum Iupiter omnia animantia ad conuiuium vocaſſet, ſola hæc animantia non apparuerunt: quæſiuit ergo quid cauſſæ eſſet, cur & ipſæ non præſto fuiſſent: quæ, domus cara, inquiunt, domus optima. Iratus ergo Iupiter eas in domum damnauit, vt quocunque progrederentur domum ſecum ferrent. Cochleæ marinæ & terreſtres coctę & condimentis apparatæ, quibuſdam locis eduntur. Fluuiatiles ὠμὰς Ariſtoteles vocat, & hæ virus habent, ideoque non eduntur. Alias στρόμβον Græci appellant, Latini Turbinem, quod turbinata earum ſit forma. Gallis Limas de mer. Plinius ſcribit Hirpinum inſtituiſſe viuaria cochlearum, cochleaſque altiles ad eam magnitudinem perductas, vt ſingularum calices octoginta quadrantes caperent. Sunt autem omnium harum variæ differentiæ. Carne ſunt, teſte Galeno, dura & concoctu difficili.

Teſtudo, Græcis χελώνη, Gallis Tortoue quod videl. Vmboné ſeu ſcutum ferat, quo eſt munita. Sunt huius quoq; generis alię terreſtres, aliæ fluuiatiles, aliæ marinæ. Plin. lib. 9. cap. 10. author eſt, Mare Indicum teſtudines tantæ magnitudinis mittere, vt ſingularũ ſuperficies habitabiles caſas integant: atque inter Inſulas rubri maris præcipue his nauigent cymbis. Quomodo eædem capiantur, loco citato iam videre eſt.

Conchæ ſunt diuerſæ à cochleis: ſiquidem conchę duas leni-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1130 sur 1557

ter concauas testas habent, quibus conduntur, quas aperire & claudere possunt: quanquam interdum etiam inueniuntur, quæ vnica tegantur testa. Ad concharum præterea genera μύκας, hoc est, mytuli, seu musculi, πίνναι, Tellinæ, & χήμαι, hoc est, hyatuli, quorum mentionem facit Dioscorides. Item vnguis odoratus, quem officinæ blattam Bizantiam vocãt, Græcis ὄνυξ dicitur, vt Galen. 11. simpl. med. Mytuli seu musculi Gallis vocantur Moules, & æstate apud illos apponuntur ac ad comedendum approbantur.

Sunt ex testaceorum quoq; generæ purpurę Græcis Πορφύραι, quibus purpura olim tingebatur: quorum plures itidem sunt species: Ostreæ videlicet, Gallis Hyustres Germanis Oſtern: minores censentur optimæ, grati sunt saporis, mouent autem & prouocant appetitum. Nec non Buccinæ conchis annumerantur, quæ purpuris aliquo modo sunt similes, quam tamẽ plures quoq; sunt species, ex quibus etiam est q̃ officinę Matrem perlarum nominant, de qua supra. Notæ etiam sunt conchæ, quas Iacobitæ ex Hispaniis ferũt. Ostendunt etiam officinę Testæ speciem, quam vmbilicum vocant marinum, quam putant esso cochlon Aristotelis, quod describitur ipsi testaceum animal, à limace diuersum, Theophrastus vmbilicum vertit.

Vires quorundam testaceorum sunt: vt, cochleæ marinæ aluum cient: fluuiatiles sunt venenatæ: quæ vepribus adhærent, ventrem turbant, vomitum cient. Crematæ omnis generis testaceorũ testę, vrendi vi sunt præditæ lepram, vitiliginem & dentes purgant. Cochlearum carnes cum testis crematę, & tritæ cum melle, cicatrices & faciei vitia, albugines & caliginem emendant. Crudæ cum tegumentis impositæ, aquam intercutem feruntur exugere, podagræ dolores lenire, sentes & aculeos corpori impactos extrahere. Cum aceto tritæ sanguinem è naribus manantem sistunt. Cum vino & Myrrha sumptæ, coli & vesicæ cruciatus sedant. Purpura vsta exsiccat, dentes expurgat, gingiuæ exulcerationes cohibet, excrescentias in carne cohibet, vlcera ad cicatricem perducit. Buccinæ earundem cum purpura sunt viriũ, prętęrquam quod calidioris sunt naturæ. Sale oppletæ in crudo fictili adustæ, ad dentifricia valent; vstionibus illinuntur. Vnguis odoratus suffimenti pretiosissimum genus præstat, quo mulieres ad deuitandos vuluæ strangulatus &

tus & morbum comitialem ſuffiuntur. In potum ſumptus laxat. Puluis eius in aceto ſumptus, ſplenem mollit, vitioſosque humores diſcutit, &c.

Locuſtæ Gallis Homar ſeu Langouſtes, quę cancrorum marinorum ſpeciem referunt: harum caro dura eſt: probe tamen coctæ cum aqua aut in clibano, cum intinctu, bonum ac ſuauem acquirunt ſaporem, modo ſemel aut bis, vel rariſſime ſaltem apponantur: Creber enim illarum vſus faſtidium parit, ex quo plus adfert nocumenti quam vtilitatis.

Cancri, Græcis Καρκῖνοι, Gallis Crabes. Plinius cancrum pro communi vocabulo ad omnia ὀστρακόδερμα, hoc eſt, teſtaceum tegumentum habentia, ſumit. Alias pro peculiari teſtaceorum genere ſumitur. Sunt autem alii fluuiatiles, non ignoti: ex quorum genere quoque ſunt Paguri, qui dorſo aliquanto ſunt leuiore, quàm cæteri cancri, forpicibus ira magnis, vt quidquid comprehenderint, vehementer conſtringant: hi dum coquuntur partim rufeſcunt, partim nigreſcunt: Veneti eos Porros vocant. Eſt etiam cancris aliquid veneni in filo per medium cauſſæ tranſeunte latens, quo ante coctionem extracto ſunt innoxii. Alii ſunt cancri marini, qui deſcribuntur longi, ſeſquicubitales interdum, nonnulli etiam rotundi. De vſu cancrorum hæc Simeon Sethi prodidit: Cancri, inquit, ſalſum quendam ſuccum habent, minus tamen quam ὀστρακόδερμα, hoc eſt, quæ teſta conteguntur: Ventrem nihilominus ſiſtunt, cum in aqua ſalſum ſuccum in coctione dimittant. Fluuiatiles vero Paguri vtiles ſunt exulcerationi pulmonis, ſed veſicæ nocent. At doctiſſimus Conſtans, qui vocatus eſt Romanus, ait, quod ſi fluuiatiles cancri in oleo coquantur, oleum inde confici valde ſalutiferum, quod aurium dolores ex calore natos ſanat ſi inſtilletur. Succurrit etiam hauſtum iis qui difficulter ferunt venenatam potionem, vel venenatorum morſum: Proditum quoq; eſt, quod ſi exſiccati, tritiq; abſceſſibus induratis imponantur, eos mollire: Tela item corpori infixa extrahunt. Fluuiatiles cancros ægrotis, qui calidioris ſunt naturæ, prodeſſe ferunt. Oculi in puluerem triti, & aceto & ſalſa aqua mixti, cutem dealbant, eiuſq; vitia exſiccant curantq;. Tuſi iidem aduerſus laterum puncturas bibuntur: addunt tamen nonnulli lupi piſcis mandibulam tuſam. Ius coctorum cãcrorum prodeſt aſthmaticis

maticis & phthisicis. Aduſtorum cancrorum cinis cum melle despumatorimis pedum ac sedis illinitur. Stillatitius enim liquor ex cancris viuis in Balneo Mariæ plenilunii tempore vritur. Aquam hanc tabescentibus membris mane & vesperi illitam esse auxilio referunt: eandem apoplexiæ bis in die potam succurrere. Cancrorum elegans est descriptio apud Homerum in βατραχομυομαχίᾳ. Sunt autem versus eiusmodi:

ὃς ἐφ τότε βατράχοισιν ἀρωγὸς ἐυδμὲς ἔπιπτε
ἦλθον δ' ἐξαίφνης ν. πάλμενες, ἀγκυλοχῖλαι,
λοξοβάται, ς. εβλοὶ φαλιδόστομοι, ἐσεροκόδερμοι,
ὅπο υῆες, πλατύνωτοι, ὅσσοις λ?ενπις ὧμοις.
βλαυσοὶ χειρὸς τείνοντες ὑπὸ στέρνων ἑαρῶνις.
ὀκτάπο ὶς, διχάρηνοι, ἀχειρέες αἱ δὲ καλεῦνται
Κάγκινοι.

Quos sic conuertit Christophorus Aulæus Laureatus Poeta:

Aduentum nullo, procul accessere, notante,
Duritie ferrum terga ipsa imitantia habentes,
Vnguibus innixi, ducentes agmina gressu
Obliquo, inflexi, muniti cortice, quorum
Ora ostreûm referunt: sed natura ossibus ipsis
Sunt similes, latiq; humeros, splendore nitentes,
Blæsi, neruosi digitos: in pectoris imo
Lumina condentes: pedibus bis quatuor harent.
Vtraque nempe biceps manus est: hos prendere captos
Est labor: atque ipso dicuntur nomine CANCRI.

Hic audiendus est Quercetanus qui sic ait: Marini cancri carnem habent locustis teneriorem ac meliorem. His abundat mare Orientale prope Monspessulum. Reputantur à multis pro Astacis, Gallis Escreuisses, quorum cancrorum vsus est aduersus morsum rabiosi canis, de quibus Galen. lib. 11. de simpl. medic. facultatib. Nihil fere inter eos deprehendo discriminis, vtrumq; enim in cineres redactum, eosdem plane vidi effectus producere in omnibus affectibus melancholicis. Non aberit ab instituto, hic Gal. testem adducere, de singulari vi & virtute cancrorum fluuiatilium, aduersus venenatum canis rabidi morsum: vbi duo præcipue notanda. Primum,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1133 sur 1557

mum, quod tantus vir sibi ignominię nõ duxerit, chymicas has prę-parationes, calcinationem nempe & incinerationem, docere & explicare. Vnde palam fit, illum chymicam artem comprobasse, tantum abest, vt illam damnarit more quorundam eiusdem planè impe itorum, qui perperam omnia calcinatione caustica fieri statuunt & gnea; cum tamen certo certius sit, cancros calcinatos, contra virul. ntos huiusmodi morsus, qui non ignea aut calida, sed humida & f gida poscũt medicamina, præsentissima esse ac specifica remed a. Secundo hic videre licet cunctis, quanto honore Galenus affecerit empiricum illum, Æschrion nomine, à quo remedium hoc did ce. at, quem doctissimum ac peritissimum medicamentorum præparationibus senem appellat, illumq; præceptorem suum merito lubensq; agnoscit ac reueretur. Cuius candor & mode stia, qua æquales seu collegas suos honorifice excipiebat, longe hodie abest à ferina illa quorũdam natura, qui nihil probant, quam quod suum est. En verba ipsa Galeni, integram remedii præparationem aduersus tam exitiale venenum continentia: Fluuiatilium cancrorum cinis, inquit, quanquam similiter prædictis (de cochleis illorum q; cineribus paulo ante locutus fuerat) exsiccatorius est, substantiæ tamen ꝓprietate mi. abilis est eius in iis, qui à rabiente cane sunt morsi, effectus: iisq; tum solũ, tum cum gentiana & thure multo præst. ntior; Thuris fane partem vnam esse oportet, quinq; autem gentianæ. porro canerorum decem, & raro quidem aliter illis vstis sumus vsi. Cæterum ad eum modum plerumq;, quo Æschrion Empiricus ille, medicamentorum peritissimus senex, conciuis ac præceptor meus, patella erat æris rubri, in q̃ impositis cancris viuentib. eos hactenus vsfit, dum facile ad læuorem redigi possent. Hic Æschrion paratum semper hoc habebat in ædibus medicamen, vrens eos post ortum canis, quando sol in Leone transisset, non nisi Luna decima octaua. Post remedii præparationem, eius quoq; vtendi modum docet, cuius cochlear paruum, aqua dilutum, per 40. dies exhibendũ esse dicit. Quin & ad singularẽ eiusdem vim & prę-stantiam eius declarandam, hæc addit verba: Hæc tametsi, inquit, à præsenti instituto essent aliena, scribenda tamen censui, quia magnopere medicamento huic confiderem, nimirum cum nullus vnquam eorum, qui illo fuerunt vsi, sit mortuus.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1134 sur 1557

Piſces Gallis Cheurettes dicti, inſtar ſunt paruulorum aſtacorũ, paruis pedibus & cochlea admodum tenui. Cocti cum aqua marina, citra aliam præparationem frigidi apponuntur cum aceto & pipere. Frixi quoq; delicioſi ac palato gratiſſimi ſunt, appetitum ſtimulant, Regumq; menſis offeruntur. Aſtaci, Gallis eſcreuiſſes, perinde ac teſtudines aquaticæ aut nemotoſæ, nutriendi & humectandi vim habent, atque hinc aſthmaticis, phthiſicis & macilẽtis vtiliſſimi, quod tenaci ſua & viſcida humiditate liquidam partium ſubſtantiam euaporantem retineant ac remorentur, & frigiditate ſua ac humiditate, febrib. ac caloribus igneis ſenſim corpus depaſcentibus, frænum iniiciant & contemperent. Ex iis varia parantur remedia, tam alimentoſa, quã medicamentoſa, de quibus paulo poſt dicemus ſuo loco, formulasq; quaſdam eorum adiiciemus. Creditur teſtudinis ſanguis proprium eſſe ac ſpecificum morbi caduci remedium. In aſtacis, præterquam quod elixi & frixi cibum præbeãt optimum & ſaluberrimum, ægrisque concedendum, reperiuntur in illarum capitibus lapilli rotundi, oculi formam referentes, vnde improprie oculi cancrorum dicti, qui in puluerem triti, & ad dimidiam drachmã cum vino albo propinati, ad calculi curationem plurimum conferunt. Aſtacorum teſtæ exſiccatæ & contuſæ in potionibus vulneratis commode adduntur.

Sturgus piſcis eſt optimus, fluuiatilis tamen ſuauior marino. Carnem habet alimentoſam admodum, & venerem excitantem, quia pinguis eſt & viſcida, difficulter quoque concoquitur.

Salmo piſcis, quo Rhenus & Rhodanus clarent, ſatis magnus & pinguis, carne rubra, guſtu ſuauis, & ſtatim ſaturans. Gall. Saulmon. Idem muria conditus ſeruatur mutato nomine. Meminit huius Plinius lib. 9. c. 18. eum omnibus marinis piſcib. in Aquitania, cũ ſit fluuiatilis, præferri. Salmonem porro ex Farione ſeu Forella fieri, quum in mare ingreſſa ex eodem regreſſa fuerit, exiſtimant, citantes verſus Auſonii, quos de Farione ſcripſit, eum medium inter Salarem & Salmonem deſcribens, de quo latius in Forella dicemus. De Salmone hunc in modum Auſonius refert:

Nec te puniceo rutilantem viſcere Salmo
Tranſierim, lata cuius vaga verbera cauda
Gurgite de medio ſummas referuntur in vndas

Occultus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1135 sur 1557

Occultus placido cum proditur æquore pulsus,
Tu loricato squamosus pectore frontem
Lubricus, & dubiæ facturus fercula cœnæ,
Tempora longarum fers incorrupte morarum
Præsignis maculis capitis, cui prodiga nutat
Aluus, opimatoq; fluens abdomine venter.

Sit vt sit, Salmo Rhenanus aut Garunnæus & Allierius, tum recens tum salitus, Regius est cibus, optimus & delicatissimus, sed frequentior eius vsus stomachum debilitat, & appetitum prosternit, siquidem multum alit, nimisque ventriculum grauat. Parui Salmones magna apponuntur copia Basileæ & Argentinæ Iulio & Augusto, quorum delicatissima & suauissima est caro. Coquuntur cum aqua & vino, acetoq; in modum Sturgi.

Alosa siue Trissa, Gall. Alouse, Vasconibus Colac, in frusta dissecta Salmonis instar, & inter duas patinas cum butyro vel oleo, additis aromatibus & lauro, cocta, vel craticulæ imposita, ad prunas assata, & cum butyro liquato, & succo oxalidis vltimo condita apponitur. Moderatus illius debet esse vsus, ne quantitate aut frequentiore esu offendamur.

Lampetra, & Lambipetra, quasi lambens petras. Gall. Lamproye. Græci Galeon vocant, hoc est, Mustellam: quod videlicet sicut Mustela animal serpētes persequitur, ita hic piscis venenatum piscem, quem Pastinacam marinam vocant. Est autem piscis longus, tenuis & lubricus, sine pinnis, murænæ similis, colore nigricans, branchiis detectis instar foraminum, quæ septem vtrinque habet. Versus Ausonii sunt eiusmodi:

Quæq; per Illyricum, per stagna binominis Histri,
Spumarum indiciis caperis Mustella natantum,
In nostrum subvecta fretum, ne lata Mosellæ
Flumina tam celeri defraudarentur alumno.
Quis te naturæ pinxit color? atra superne
Puncta notant tergum qua lutea circuit Iris.
Lubrica cæruleus producit tergora fucus,
Corporis ad medium partim pinguescit: at illinc
Vsq; sub extremam squalet cutis arida caudam.

Muræna,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1136 sur 1557

Muræna, inquit Quercetanus, formam anguillæ crassioris referens, nigrioris tamen cutis, multisque foraminibus ad collum variegata, optima est mense Februario & Martio, priusquam in chordam indurverit.

Muræna, Græcis Μύραινα vel Σμύραινα: alia colore subnigro luteis maculis est distincto, alia albo, nigris maculis vario, oris rictu non aliter, quam anseres largissimo: foraminibusque his caret, quibus Lampetra est prædita: nullasque habet nec branchias, neque pinnas. Integra fluxuosaque corporis impulsu natat: in arido etiam similiter atque serpentes serpit. Dentibus malefica est, atque carniuora. Vnde Vedius Pollio eques Romanus, vt scribit Plinius lib. 9. cap. 23. inuenit in hoc animali documenta sæuitiæ, viuariis earum immergens damnata mancipia. Optimæ ex hoc genere sunt: quæ Flutæ, Græcis πλωτὰι quasi nauigabiles dicuntur, quod in summa aqua fluitantes mergi non possint. Antoniam Drusi sic in delitiis Murenam habuisse legimus, vt gemmatas inaures ei addiderit. Crassus cognomento Diues, murenam altilem adeo adamauit, vt fato functam aliquando luxerit, & tumulo indiderit. Atque cum à L. Domitio admodum ob id rideretur, respondit: Mirum quidem esse, quod extinctum piscem lachrymis prosequeretur, sed multo quidem admirabilius, quod ipse tres à se elatas vxores non lugeret. Tres enim vxores extulerat Domitius, quas veneno, vt dotibus potiretur, sustulisse dicebatur.

Muræna fluuiatilis omnino Lampetræ est similis. Aceto in rabiem agi, scribit Plinius. Rarius ad nostra loca, nec nisi ad magnatum palatum adferuntur, muria ex aceto conditæ. Carnes earum non minus quam anguillarum nutriunt, sed difficillime concoquuntur propter duritiem innatam, & tenacem humorem. Lactes earum multum commendantur, quibus Heliogabalum aulam omnem, & rusticos aliquandiu pauisse, refert Ælius Lampridius. Meminit etiam Murænæ Cicero lib. 7. epist fam.

Murænula, inquit Quercetanus, piscis optimus & delicatissimus, assatur, & cum dulci condimento ex saccharo, cinnamomo & aromatico vino, & succo ipsius piscis inter assandum collecto apponitur. Dici vix potest, quantæ bonitatis & grati saporis sit, attamen

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1137 sur 1557

attamen concoctu difficilis. Narratur de quodam Angliæ Rege, qui cum auidius hunc cibum contra medicorum consilium deglutiret, sequente post nocte tam ardente febre correptus sit, vt ea confestim, hoc est tertio die, iugulatus sit.

Lupus piscis à natura lupi terrestris nomen accepit, quod in pisces non secus atque lupus in oues grassetur. Græcis λαβραξ ἀπὸ τῆς λαβρότητος, id est, ab impetu & voracitate dicitur. Hamo siquidem captus vulnera contempto dolore fortissime laxat, & excusso hamo protinus refugit: inclusus vero retibus, imis in vadis sulcum crebro motu caudæ reiectis arenis facit, atque ita subterlabitur. Ore lato, dentibus acutis. Piscis est sanus, & carnis bonæ, vnde esus puerperis, cum reliquotum sit interdictus, conceditur. Galenus carnes eius plurimum laudat, quod subtiliorem gignant sanguinem, & perdicis carnibus æquiparentur.

Lucium diuersum esse á lupo, quem modo descripsimus, autoritas ostendit Ausonii, qui ignobilem & vliginosis locis degentem describit, sic inquiens:

Lucius obscuras vlua cœnoq́, lacunas
Obsidet, hic nullos mensarum lectus ad vsus
Feruet fumosis, olido nidore popinis.

Quæ verba satis declarant, Lucium non posse eundem esse cum Lupo pisce, qui maxime inter omnes est nobilis. Lucium ergo putamus esse Macrellam vulgo dictam: Per antiphrasin videlicet, quod lucem fugiat. Confirmat etiam hoc, quod ferunt, Macrellam in aquarum fundis, tanquam fugientem lucem, delitescere, vnde noctu etiam cum face piscatores adnauigant, quam conspiciens Macrella, velut attonita stupet & capitur. Editur hic piscis tostus potissimum igni.

Quercetanus dicit, Pertica elixatur, & cum recenti butyro liquato, addito omphacii modico, & nucis moschatæ apponitur. Eius oua delicata sunt & boni nutrimenti, conducunt q; iis, qui frigidiores sunt imbecilliores: elixa & per media dissecta, prunis assantur. Mense Iulio, aut circiter deponunt oua, ex quibus pisciculi minimi nascuntur, vix aciculæ magnitudinem æquantes,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1138 sur 1557

quos Chilychthion vocant, propterea quod milleni singulis morsellis simul deglutiantur, & delicatissimi sunt, cum butyro recenti & modico omphacii inter duas patinas elixi. In lacu Lemano & Nouicastellano abunde id piscium genus conspicitur.

Quin & vmbra & vmbella ibidem magna copia reperiuntur, eiusdem magnitudinis pisces, qui inter optimos habentur. Verum palma bonitatis attribuenda pisci cuidam in dictis lacubus, ac præsertim in Geneuensi, nascenti, quem communi nomine Ferrat appellant: cratículæ impositus torretur, vt Macharellus in Gallia, deinde cum intinctu, ex butyro recenti liquato, omphacio & petroselino conciso apponitur. Per medium dissectus carnem repræsentat niue candidiorem, & friabilem instar duriusculæ panis medullæ. Vnam tantum spinam habet, instar soleæ, cæteros pisces omnes, siue marinos siue fluuiatiles, saporis bonitate & salubritate, longe post se relinquit. Coctus etiam in aqua cum condimento ex butyro recenti liquato, omphacio & salubribus bonique saporis herbis apponitur.

Lauretus, quem Rondeletius tanti facit, eiusdem est cum superioribus speciei: non tamen magnitudine Bescula respondet, quem (non citra admirationem) in lacubus Allobrogum tantum reperiri constat. Tanta est eius bonitas ac præstantia, vt exenteratus Romam vsque auehatur. Sex horis tantum sale conditus & oleo frixus cum intinctu exaceto, in quo piper, caryophyllum & cinnamomum, & croci modicum bullierint, & laurinis siue myrtinis foliis inuolutus asseruatur. Quouis modo paratus vsque adeo est boni & grati saporis, vt gulam mirum in modum oblectet.

Carpo notus piscis, squamosus totus, magnitudinis mediocris, decem interdum librarum: carne molli & phlegmatica Carpam vocat Erasmus: aliqui Carpionem. Carpio, inquit Quercetanus, in lacu (de la guarde) inter Bressam & Veronam captus, est optimus piscis, carnis tenerrimæ & saluberrimæ: exenteratus per totam etiam Italiam passim venditur, & magno in pretio habetur.

Cyprinus, Gallis la Carpe lutosis gaudet fluuiis, quibus impinguatur

guatur & melior euadit. Idcirco, Sequanæ & Araris optimi sunt Cyprini, ac bonitate superant stagnosos. Satis boni & laudabilis numenti est, non tamen copiose nec frequenter nimis sumendus. Præparatio eius fit vel elixatione cum vino solo, aut cum aromatibus & vino, omphacio & modico aceti & cepa, quod Gallis dicitur estuces, vel frixione cum oleo aut butyro. In Cyprino optimum est caput, & delicati sunt admodum eius oculi, lingua & oua.

Cobites fluuiatiles, Gallis Loches, parui sunt, variegati veluti truttæ. Inter duas patinas cocti cum butyro, omphacio piperis & foliorum lauri modico, aut incrustati in pastillos, vel quouis alio modo parati apponuntur. At quos Galli vocant Gougons, Latini Gobiones, paulo grandiores cobitibus, assi aut frixi cum butyro ac succo aurei mali apponuntur. Inter duas etiam patinas coquuntur, sed raro.

Brama siue Cyprinus latus, eiusdem bonitatis est cum Cyprino, carnem tamen habet delicatiorem & suauiorem, facilioriſque concoctionis. Assatur super carbones & cum butyro, omphacio & optimis herbis conditus apponitur.

Tencham & Tincam vocant piscem illum lutosum, in luto & cœno viuentem, qui nisi diligenter à sordibus & immunditie purgatus fuerit, est noxius. Ausonio dicitur vulgi solatium, quod pauperioribus tantum apponatur, cum inquit: Quis non & virides vulgi solatia Tincas Norit? totus excrementitius & lutosus. Tinca, inquit Quercetanus, bonitate & magnitudine carpioni & bramæ non respondet, maculis variegata vt Plica, carnem viscosam & glutinosam cum insigni nutriendi vi obtinet, quæ crassos humores in corpore generat. Cum oleo frixa, cum condimento ex aceto, cepa & aromate apponitur, suauissimi est saporis, quo plurimi delectantur. Per medium dissecta, in febribus intermittentibus ægrorum plantis pedum admouetur, tanquam summum remedium, cuius felicem successum & singularem virtutem, quotidiana probat experientia. Eodem modo & eadem carpis brachiorum applicatur.

Barbatus piscis & Barbo dictus est, quod ex vtraque oris parte pinnas

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1140 sur 1557

te pinnas velut barbam habeat. Græcis Τρίγλα dicitur, quod nomen etiamnum retinet in Græcia. Sic dictus, quod, vt Oppianus scribit: τριγόνοισι ἐπίνιμοι ἐπὶ γονεῦσι: Hoc est: Accipiunt Triglæ trino cognomina partu. Nam Aristoteles libro 5. de natura animalium, ter eas in anno parere affirmat. Alii vero Triglas dictas volunt, quod triformi Dianæ sint dicatæ. De hoc Ausonius quoque scribit:

Tuq; per obliqui fauces vexate Saraui,
Quabis terna fremunt scopulosis ostia pilis,
Cum defluxisti famæ maiorus in amnem
Liberior, laxos exerces Barbe natatus,
Tu melior peiore æuo: tibi contigit omni
Spirantum ex numero non illaudata senectus.

Cicero & Plinius: Mullum vocant hunc ipsum piscem: In paradoxis siquidem Cicero nullum barbatum appellat. Plinius: Itidem piscem esse Mullum ait, qui inferius labrum gemina barba insignitum habeat. Ausonius vero Mullum seorsim à Barbo recenset, eius cum Perca collationem faciens, cum sic inquit:

Nec te delicias mensarum Perca silebo,
Amnigeos inter pisces dignande marinis
Solus Puniceis facilis contendere Mullis:
Namq; & gustus iners, solidoq; in corpore partes
Segmentis coëunt, sed dissociantur aristis.

Vnde vides Plinii & Ciceronis Mullum eundem esse cum Ausonii & nostro barbato. Ausonii vero Mullus fortasse is erit piscis: Assiduo mulli esu aciem oculorum hebetari scribunt. Crudus & dissectus impositus, araneorum & scorpionum ictibus medetur.

Quercetanus ait: Barbo piscis optimus, Iulio, Augusto & Septembri, qui ex omphacii intinctu suauem & gratum acquirit saporem. Sed absque intinctu eius caro non adeo boni succi est, etsi candidissima. Siquidem albedo non semper bonitatis comes, fallaxque est sæpenumero coloris species, vnde Poeta:

Albæ

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1141 sur 1557

Alba liguſtra cadunt, vaccina nigra leguntur.

At in molli illa & alba carnis ſubſtantia, latet acrimonia quædam, id quod in eius ouis apparet, quæ aluum perturbant & exagitant, modo per vomitum, modo per ſeceſſum, ac ſi antimonium vitrificatum quis ſumpſerit. Quod apprime notandum, ne incauti forte fallantur.

Molitor, Gallis meuſnier, tam inſipidam carnem nullaque prorſus nutriendi facultate præditam habet, vt non neceſſe ſit de illius hiſtoria verba facere.

Anguillæ, Gallis Anguille. Ab anguium ſimilitudine dictæ, octonis, Plinio teſte, viuunt annis, ſenis quoque ſine aqua, ſpirante Aquilone, diebus viuentes. Aquas amant puras, & profundas, vnde circa Vergilias, quo tempore aquæ maxime ſunt turbidæ, potiſſimum capiuntur. Noctibus paſcuntur, & ſolæ exanimes piſcium non fluuitant: per vniuerſam eius ſpinam filum tranſit nigrum, veluti venula, in quo venenum abſconditur, quod antequam coquatur, extrahere conuenit: & cum omnis cibus non ſatis coctus noxius ſit, hic tamen præ aliis omnibus: vnde plus quam reliquorum piſcium coctio eius temporis requirit. Toſta vero quam cocta nutrimento eſt commodior, vitioſis ſcilicet humoribus per ignem ſublatis. Porro cum omni alios tempore anguillæ à Medicis reiiciantur, tum maxime circa ſolſtitium. Siquidem ſtomacho & renibus ſunt inimicæ, præſertimque iis qui arenulas mingere conſueuerunt. Podagricis item obſunt, nec vllis morbis medentur. Pinguedinem vero eius dolori aurium eſſe remedio ferunt.

Quercetanus ait: Anguilla ſiue marina ſiue fluuiatilis, plus noxæ in corpore parit quam vtilitatis, viſcoſam enim carnem habet, ſtomachum, aliaque nutritionis viſcera ex craſſo viſcidoque illo ſanguine inde producto, grauat. Sale conditæ meliores & ſabriores ſunt inſulſis, propterea quod ſale ſuperflua & excrementitia eius humiditas abſumatur. Proinde illæ differunt pro aquarum ſalubriorum vel inſalubriorum ratione.

In Loto, Vaſconiæ fluuio, anguillæ minores capiuntur, quæ ſalitæ longe lateque auehuntur, ſunt enim craſſioribus, quantum-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1142 sur 1557

uis ſalitis, multo ſalubriores, coctæ ad mollitiem (qua coctione omnis ſimul aufertur ſalſedo) & craticulæ impoſitæ ad aſſandum, cum proprio liquore pingui citra alium intinctum apponuntur, qui cibus parce ſumptus, optimus eſt, & appetitum excitat.

FINIS LIBRI VII. BASILICÆ Chymicæ de Animalibus.





TRACTATVS III.

BASILICÆ PHILOSOPHICÆ.

PRIMVM CONSILIVM ET Theoria de Lapide Philosophorum.

IN NOMINE DEI PATRIS, FILII ET SPIRITVS SANCTI, AMEN.

MAteria famosa de qua tractamus, secundum quosdam Philosophos generatur ex Solo Argento viuo sine admistione Sulphuris, eo quod argentum viuum habeat in se materialiter sulphur mixtum, quod ego huius artis practicæ conditor vidi & feci. Aliqui Philosophi dicunt quod ex sola substantia argenti viui sine Sulphuris admistione substantia elicitur & generatur. Dico quod non intellexerunt de prima substantia famosa, in qua latet & habitat spiritus quintæ essentiæ, qui spiritus ab omnibus intelligentibus quæritur causa tingendi & veram ac perfectam Tincturam faciendi, sine qua perfecta & stabilis tinctura fieri non potest. Substantia prima famosa est aqua iuncta cum igne, à qua elicitur spiritus quintæ essentiæ & dicitur Lapis spiritualis si coniungatur cum terra, de qua fit mentio, & ipsa fixatur & amassatur, ac in lapidem conuertitur per magisterium huius artis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1146 sur 1557

practicæ infra declarandæ. Substantia prima famosa non potest elici nisi ex duorum prædictorum argentorum viuorum & Sulphurum substantia, id est ex aqua & igne simul iunctis (quod grauissimum est) cum sint contraria, tamen possibile est simul iungi & amicari per artificium nostrum, qua amicitia facta efficitur vna Res, à qua extrahitur ipsa substantia famosa, quæ dicitur spiritus quintæ essentiæ. Ideo aqua & ignis sunt agentia in hac arte, tempore coniunctionis & amicitiæ.

Necesse est ergo ex præmissis omnibus, aquam & ignem amicari simul, qui sunt agens: & aërem cum terra, qui sunt patiens. Nam aqua iuncta cum igne est masculus, & agit in terram, quæ est Sol & Luna simul iuncti. Sol est Pater, Luna est mater in hoc opere nostro: sed pluribus rebus indigent operantes, quibus natura abundat & in omnibus sequi naturam non possunt circa creationem lapidis.

Declarando autem primum ex dictis Psalmorum dico, quod quando res prima est coniuncta, est vnum corpus, à quo exit dicta syllaba, tunc operator facit de terra in cœlum ascendere, & de cœlo in terram descendere, ita quod materia efficitur spiritualis, & de spirituali corporalis, & ita agendo & operando congelatur, fixatur, & in lapidem conuertitur tingentem, figentem & in igne permanentem & illuminantem domos lumine inextinguibili.

DECLARANDO APERTIVS.

REcipe sulphur viride fixum lucidum id est Vitriolum quod foditur seu colligitur inter duos montes, & vocatur Rebis, & habere possunt tam diuites quam pauperes, sine quo cuncta animalia viuere nequeunt, tam reptilia quam alia, & est res quam terra sterilis coagulauit, & est multorum colorum fixa, non adurens sed tingens omnia corpora, & spiritus inseparabili tinctura, & est in sui natura calida & sicca, cuius multa genera sunt, melior autem est quæ colligitur in Hispania. Ipsa enim denigrat, albificat, & rubificat corpora & spiritus auget nigrum in nigredine, album in albedine, & rubeum in rubedine. Geber vocat illam aquilam id est aquam in qua est sulphur & argentum viuum. Alij dicunt quod ipsa est composita ex Sale, Sulphure & lapide in principio suæ originis seu creationis in inferioribus terræ, & ex ea non soluitur nisi Sal solum cum sulphureitate mixta

cum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1147 sur 1557

cum argento viuo, & postea coagulatur ex continua caliditate & humiditate.

Cum inceperit viam mineralem in aliquibus corporibus quod si ceperit viam terream est rubeum, siue croceum, si inceperit viam aëriam, erit viride, & est illa de qua locuti sunt Philosophi, & habet in se sulphur & argentum viuum, & ita est possibile ista duo amicari. Virtus huius est post adeptam & minute factam, vt sit impalbabilis, & postea cum aduritur cum igne temperatur, quod si comburatur, subtilitas eius augetur & substantia, & virtus sua fit fortior & subtilior. Dum post aduitionem addatur & coniungatur cum re frigida & humida, ita quod si frigidum & humidum coniungantur & componantur cum calida & sicca, absque alia discrepantia Deo concedente erit in via recta.

PRACTICA.

RES nostra vocatur sulphur viride fixum lucidum, non adurens id est Vitriolum. Recipe de ipsa re quantum vis, & ipsam in aquam claram dissolue, dissolutam per linguas vitri filtri distilla, distillatam congela, congelatam sicca, siccatam tritura & pone in vase sphœrico de vitro, id est rotundo, seu de terra intus vitreato, apto ad calcinandum claudendo cooperculum cum cucurbita luto artis ne respiret, in cooperculo vero sit paruum foramen, à quo exeant fumositates, & humiditas exhalet, aliter materia destrueretur, & hoc per duas horas ad plus. Exhalatis fumositatibus claude foramen cum argilla, & in furnello calor augeatur paulatim per 6. 8. vel 12. horas ad plus: Caue tamen à nimio calore, quia omne superfluum non est laudabile, imò destruit & comburit opus.

Quo rubefacto proijcias in suo repercussiuo qui expellet propter eius frigiditatem & humiditatem grossam substantiam, sic materiam versam ad locum doloroſum, & conseruat tincturam illius rei in esse suo & melius: Quia augmentat & subtiliat, exaltat, & in dignitate ponit, eò quoniam in eo ipsa res proiecta dissoluit eam, & subtiliat partes grossas. Quia resolutione seu dissolutione facta distilla per linguam filtri, ita quod subtilitas exeat & grossities remaneat in fundo vasis & facta destillatione congela eam suauiter, & non repente & congelatam tritura subtiliter vt sit impalpabilis super porphyrio. Et hæc est prima operatio, quæ dicitur præparatio solutiua.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1148 sur 1557

Dicunt aliqui quod hoc fieri non poſſit, quia frigidum cum calido, quæ ſunt contraria, ſtare non poſſunt ſimul.

SECVNDA PARS HVIVS ARTIS EST.

NAm materia deſiccata & in puluerem redacta, vt ſupra: Eam pone in cucurbita vitrea ampla & groſſa & ſuperpone Alembicum, & aduertas, quod materia non debet occupare niſi tertiam partem cucurbitę, vt ſpiritus & fumoſitates materiæ poſſint aſcendere ad cooperculum, & deſcendere per Alembicum in receptaculo, quod ſtare debet in paropſide plena aqua frigida, & ſi calefieret, mutari debet, quia quando ſpiritus aſcendunt propter intenſam caliditatē quærunt frigiditatem, & locum frigidum, in quo poſſint quieſcere quia alterati ſunt à caliditate repentina, cui reſiſtere nō poſſunt. His peractis claude & luta iuncturas Alembici & cucurbitæ, vt reſpirare nō poſſint fumoſitates, ſeu ſpiritus materiæ, non claudas tamen iuncturas inter receptaculum & canellam Alembici, niſi poſt exitum phlegmatis, quod cognoſcitur, quando aqua exiens de canella cadendo ſuper laminam ferri bullit quia phlegma non bullit, & eſt prima aqua exiens à dicta materia, & tunc iunctura claudi debet ne fumoſitates exeant hoc -- ſigno, & permitte ſiccari iuncturam, poſtea auge ignē paulatim modo quo fit ad aquam fortem & cum videris Alembicum fieri de rubeo album, remoue ignem de furnello, & permitte omnia frigeſcere, & facta ipſa aqua, ante infrigidationem, ampullæ aufer receptaculum, in quo eſt aqua, & claude ſtatim os eius ne ſpiritus exeant. Memento quod cucurbita in qua ponenda eſt materia habeat collum longum per vnum pedem, & latum, vt pollex in eo intret & receptaculum ſit valde magnum & rotundum ne ſpiritus & fumoſitates poſſint ſedere & pauſare, & cucurbita frigefacta pone in eam ſuper materiam dictam aquam ſtillatam, quæ dicitur quinta eſſentia vel ſpiritus quintæ eſſentiæ & pone dictam ampullam in loco calido & ſicco inter cineres in furnello, & ſecundo deſtilla, & iterum aquam pone in cucurbita, & eam bene obtura diligenter ne ſpiritus exeant, quia ſic facile recederent, & hic bene nota, quod bene dicunt, qui loquuntur quod opus hoc fit in eodem vaſe, in eodem furno, in eadem cucurbita, & cum eodem igne. Deinde pone ipſam cucurbitam cum materia

& cum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1149 sur 1557

& cum aqua in balneo equino ſecundum aliquos Philoſophos, qui dicunt, quod in tali humido vires augeantur dictę materiæ & creſcant, & bene dicunt. Nam fœtus mulieris in ventre propter caliditates & humiditates creſcit. Et in ipſo fimo permitte per 4. vel 5. dies & plus vt tibi videbitur. Deinde facta humectatione ſuperpone Alembicum & claude iuncturas, & ſicca, ne ſpiritus exeant, & ſtilla vt ſupra ſeparando phlegma ab alijs ſi adfuerit, deinde vigora ignem, vt ſupra in prima operatione dictæ aquæ factum eſt & ipſam aquam extractam iterum proijce in dictam cucurbitam, & per omnia clauſis iuncturis, fac vt ſupra, iterando ter, & quater, & plus, donec collegeris multam quantitatem aquæ. In fundo cucurbitæ autem remanebit materia Rubea vt Cynabrium verum, & ſic habebis aquam deſtillatam & purificatam in calido & ſicco calore, quam probabis, ſi tingit laminam æris intus & extra, & ſi non tingit redde ad deſtillationem, donec capiat vires tingendi.

Nota, quod deſtillatio, quæ fieri debet in calido & ſicco calore, fit hoc modo: Videlicet habeas furnellum in quo ſit media olla cineribus cribratis, in quibus ſtet cucurbita, receptaculum vero ſit prope furnellum in vaſe, in quo ſit aqua frigida. Ad deſtillationem, quæ fit in calore humido & ſicco, hæc verba tibi declarare volui & ad placitum clare diducere, ne errare poſſis.

Recipe cucurbitam cum materia & aqua ſua clauſam cum Alembico deſuper lutato luto ſapientiæ & ipſam pone in cineribus cribatis & poſitis in vaſe æneo, exiſtente in balneo, faciendo ſtare receptaculum in aqua frigida vt ſupra, & aqua quæ habet calefacere cineres non bulliat, ſed ferueat, & ſis memor claudere iuncturas, ne ſpiritus exeant.

Diſtillatio ſecundum aliquos fit bis & ter & melius fit donec lamina tingatur intus & extra. Et cum habueris tincturam, recipies tunc tuum acetum acerrimum & pulcherrimum à multis quæſitum. Sed vt non erres, iſtud acetum dicitur aqua vitæ, ſeu lac virginis ſine qua nec albedo nec rubedo perfecta haberi poteſt. Et nota quod in fundo cucurbitæ remanebit rubrum.

Aliqui dicunt, quod debet ſumi cum toto ſuo ſanguine, & bene dicunt, quia in fundo remanebit vt cinabrium, quod in proiectione ſuæ aquæ ſtatim reſoluitur in aquam rubicundiſſimam.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1150 sur 1557

Nota, quod tempore deſtillationis dictæ aquæ debes perquirere Solem cementatum & ſuis ſuperfluitatibus depuratum, & Lunam depuratam ſcilicet in cineritio & hæc duo limabis interim & ſeparatim, vt tempore compoſitionis acquirendæ ſint præparata.

Inuenta & rectificata dicta aqua ſtatim debet imprægnari & diuidi per hunc modum, videlicet non expectes plus vltra quam duas horas poſt deſtillationem dictæ aquæ, quia ſpiritus quintæ eſſentiæ exiſtens in dicta aqua de facili euaneſceret propter nimiam eius ſubtilitatem. Ideo Recipe hanc aquam ſtatim finitam, & eam diuide in ſex partes in 6. ampullis æqualiter ſine diſcrepantia, ita quod in tribus ampullis ponas de Luna ſupra dicta limata æqualiter ad pondus: In alijs vero tribus ampullis ponas de Sole prædicto limato æquali pondere noſtro & menſura, hoc modo, vt in qualibet ampulla ſint vnciæ tres de aqua prædicta, in qua pone paulatim drachmam vnam de dicta Luna vſque ad vnciam vnam, & vltra, ſi aqua plus poterit ſoluere, ſcilicet paulatim proba, ſi tantum poterit ſoluere, quod ſi non poterit ſoluere vnciam vnam adde aquæ, ſemper notando pondus aquæ & Lunæ. Idem facias etiam in ſolutione Solis, ſed facias quod in vna ampulla non ſit plus quam in alia, tam Solis quam Lunæ, & nota quod ſi in vnaquaq; ampulla ſint vnciæ ſex aquæ, ſint & vnciæ duæ argenti & ſimiliter Solis, ita quod nulla ſit diſcrepantia in coniunctione. Dicit enim Philoſophus, pondere numero & menſura cuncta rege, & ideo caue facta imprægnatione de Luna & Sole in ampullis prædictis bene obturatis, & pone ad collum cuiuslibet ampullæ breue in quo ſit ſcripta quantitas aquæ & materiæ ſolutæ exiſtentis in qualibet ampulla de per ſe, ne error accidat, quas ampullas pone in furnello in cineribus in calore febrili, agitando omni die pluribus vicibus dictas ampullas, vt materia citius ſoluatur, & quando materia erit ſoluta in qualibet ampulla, pone eas in cineribus non calidis, ſiue in loco non calido ita quod calor non ſit ardentalis, tamen locus ſit calidus exceptis illis duabus ampullis ſimul coniungendis quæ ſtare debent in calore febrili in dicto furnello in cineribus in vaſe exiſtentibus, quod ſit in medio balnei facti cum igne & ſitinio.

DE-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1151 sur 1557

DECLARATIO OPTIMA.

NE cadas in errorem, volo tibi apertius declarare quæ ſupra dixi: Recipe aquam ſuperius declaratam cum compoſitione, & eam pone ſuper furnello in cineribus calidis non nimis, quia calor debet eſſe temperatus ne materia alteretur nimio calore, ſuper poſito Alembico cum clauſuris debitis, quando incipit deſtillare, fac quod vna gutta cadendo diſtet per 60. ictus tui digiti, & ita deſtillatio vna in ſeptem diebus, ſed quando incipit deſtillare, ſepara phlegma ab aqua forti, probando ſuper laminam ferri vt ſupra dixi.

Finita prima deſtillatione frigefacta ampulla ſuper pone dictam aquam, quæ ab ea exiuit de materia fixa nigra, & illa nigredo durabit. Ideo totiens facias, & reddas ſuper materiam dictam aquam fortem, donec dicta materia tota aquam retinuerit, & talis additio ſeu deſtillatio fit de ſeptem in ſeptem dies, quod cognoſcere poteris ſi aqua fortis ſit conſumpta quando non deſtillat niſi aqua dulcis, quæ debet ad partem ſeruari. Et nota: Facta prima imbibitione magnefia denigratur & durat per 40. dies, poſtea recedet. Duæ verò partes Lunæ, quæ remanſerunt in duabus ampullis dimittantur tantum ibi, quod tale Regimen lapidis vſque ad perfectam albedinem perducatur & donec compoſitum ſit, & aqua à calore ignis ſit purificata & donec videris in fundo vaſis lapidem Xallinum, & ſi rubedo ſuper veniret ante albedinem ſiue dealbationem ſignum eſt mali regiminis. Credo quod aqua fortis non poſſit exire niſi materia ſiccetur & tunc extraxiſti materiam ignis, & poſtea redeundum eſt ad diſſolutionem & diſtillationem & congelationem & imbibitionem, vt prius, ſed caue à nimio calore. Elapſo termino 40. dierum incipit apparere viriditas & alij multi & diuerſi colores vſque ad albedinem, ſed aliqui ponunt materiam diſtillatam ad diſſoluendum in Mariæ Balneo & alembicant & faciunt vt ſupra, & hic modus mihi non placet: Quia omnis imbibitio facta tam in ſua cauda ſeu extractione de dicta materia quam de imprægnata & ad partem ſeruata debet fieri, donec materia fuerit dealbata, & tunc dicta materia in ictu oculi in aquam conuertitur, & tantum, quantum de aqua poſueris, vertetur, ſeu congelabitur in lapidem. His ſic ordinatis, capias vnam ampullam Solis & aliam Lunę & eas dimitte ſtare in cineribus calidis in calore febrili per quatuor dies.

dies & qualibet die moue, manè, tertijs nonis, veſperis & completorio intra ad dictas ampullas, vt materia diſſoluatur, & agita cum manu, memento tenere manum ſubtus fundum ne propter pondus ampullæ frangantur & agita multum, quia materia citius diſſoluetur in aquam claram & limpidam, quibus materijs in ipſis duabus ampullis in aquam conuerſis, quod cognoſces ex earum claritate, & ſi videris materiam non eſſe conuerſam in limpidam & claram aquam permittas ſtare ſic operando, donec penitus diſſoluatur. Cum autem materia erit tota in limpidam aquam conuerſa, eas coniungas ſic: Recipe vnam cucurbitam rotundam ad modum vrinalis infra habentem collum longum ſtrictum ad modum digiti groſſi, quæ etiam ſit larga, longa, rotunda, & groſſa plus quam vrinalis, & in ea coniunge aquas duarum ampullarum id eſt Solis & Lunæ diſſolutarum & in aquam conuerſarum, & claude os cucurbitæ fortiter, vt non poſſit reſpirare & pone ad fermentandum donec aqua fuerit limpida & clara, & hoc per vnum diem naturalem & plus, ſi tibi videbitur quam pone poſtea in furnello putrefactionis in cucurbita plena cineribus, vel media, vel minus, ſi fuerit expediens, & ſuperpone Alembicum claudendo fortiter iuncturas, & pone in ignem lenem qui vocatur febrilis, & fit hoc modo: Calefacias furnum & ſubtrahe carbones & prunas, & ipſis ſubtractis facias ignem ad talem naturalem calorem cum carbone & ſpiritibus roſicum quo conficiuntur caramina minute inciſis, & caue à nimio calore. Ignis tantus & lenis ſit, vt manus tua ipſum ſufferre poſſit ſine aliqua violentia, & deſtilla aquam, quam recipe in aliam ampullam donec exeat dulcis. Demum remoue ampullam, & pone aliam, quam firmiter claude, ne ſpiritus exiens à materia recedat, ſed ſe infundat in ampullam. Memento ſemper retinere vas plenum aqua frigida, donec videris materiam exiſtentem in fundo cucurbitæ ad modum paſtæ ſeu picis, quæ aqua deſtillatione imbibas ipſam materiam de aqua, quæ ab ea exiuit reddendo ipſi materiei ipſam totam aquam, & deſtilla vt ſupra. Aduerte tamen, quod in qualibet diſtillatione diuidas phlegma ab aqua forti, & totiens ipſam diſtillationem reitera, donec materia intrauerit totam aquam fortem, & hoc fit cum pauco calore, quod non pertinet homini dicere & hæc vocatur imbibitio.

Poſt prædicta recipe ampullam, in qua eſt materia & ab ea aufer Alembicum & ſtatim claude eam, vt nullatenus reſpiret, quam pone in fimo

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1153 sur 1557

in fimo existente in Balneo Mariæ dimittendo ibi tantum, quoad materia resoluatur in aquam. Memento omni hebdomada fimum renouare. Et ea resoluta, ponatur dicta aqua ad congelandum in dicto calore febrili in cineribus prædicti furnelli, qua coagulatione facta, reducas ad dissoluendum in dicto furno eam dissolutam iterum congela & hoc facter vel quater, & quanto plus feceris materia fiet penetrabilior. Et hæc vocatur puttefactio philosophicalis, ex qua oritur multiplicatio, & secundum Alexandrum dissolutio fit in 40. diebus. Facta vltima congelatione eidem materiei addas quartam partem per respectum ad compositum.

Nota, quod Authores dicunt, quod plus potest addi quam sit quarta pars dummodo Elixir non submergatur, quia citius dealbatur. Additur enim de aqua, quæ remansit tantum in ampullis alijs, in quibus dissolutum est Sulphur album, fixum, non vrens, regimine huius operis, & superpone Alembicum dictæ cucurbitæ, in qua est dicta materia, & destilla vt supra, diuidendo semper phlegma ab aqua forti donec retinuerit totam, vel donec Magnesia fuerit dealbata, & si ista vice in ista destillatione non dealbatur, adde eidem materiei quartam partem per respectum ad compositum magnesiæ de aqua vt supra, & hoc facias à principio vsque ad finem.

Nota: Quod facta imbibitione prima statim Magnesia denigratur, quæ nigredo durabit per 40. dies, nam ista nigredo est verum signum vnionis perfectæ naturarum, & putrefactionis perfectæ, quæ natura augmentatur, nec potest destrui, nisi ex nimio calore: Et si appareret tibi rubedo ante dealbationem, signum est, quod excessisti modum ignis & ideo reuertere ad dissolutionem, congelationem, & imbibitionem, vt primo fecisti.

Nota etiam, quod elapso termino 40. dierum incipit apparere viriditas, & alij multi colores vsque ad albedinem. Item, scias, quod quando videbis materiam esse liquefactã vt ceram, scias quod omnia in vapore sunt facta, & sic aqua retinet aquam, & tantum retinebit, quantum sibi dederis & congelabitur in lapide, & hoc in paruo calore, & si nolueris vlterius procedere, necesse est lapidem fieri in suo vase, & in suo furno, quod figitur in tribus mensibus vt infra declarabitur. Nam hæc operatio est ad album, non ad Rubeum. Si volueris procedere ad rubeum. Recipe vncias sex vel minus vel plus, vt tibi videbitur, videlicet si materia tua facta ad album est. Secundo aliam

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1154 sur 1557

quæ remanſit figere, quantum volueris vti ad album. Sed conſulo melius quod ſemper aliquid de prima materia retineas in vna ampulla, & parcas laboribus & expenſis, aliam vero fige in dicto vaſe & furno, & cognoſces, ſi materia erit fixa probando hoc modo: pone puluerem ſuper laminam ferream vel argenteam ignitam, & ſi liqueſcet & non fumat, tunc optime ſtat.

Ad Rubeum procedat hoc modo: Recipe vncias ſex ſuperius nominatas plus vel minus, & pone in noua ampulla forma prædicta, cum qua materia pone medietatem aquæ aureæ ſiue Solis, quam in ampullis conſeruaſti, & ſecundum aliquos quartam partem ſolummodo, & ſupra pone cooperculum, & iuncturas bene claude, & pone in fimo equino, vt materia reſoluatur in aquam limpidam & claram, & eam reſolutam pone ad diſtillandum, vt ſuperius feciſti in dealbatione diuidendo ſemper aquam fortem à phlegmate & de aqua forti imbibe materiam totiens, quod retineas totam aquam fortem, quod cognoſces, quando vltimo exibit aqua dulcis.

Facta prima imbibitione de dicta aqua in qua eſt dicta materia imbibita, & ei ſuperpone cooperculum claudendo firmiter, ne vlla modo reſpirare poſſit & pone in fimo equino ſuperius declarato, vſq; diſſoluatur in aquam claram & limpidam, quam poſtea pone ad congelandum in dicto furno in calore febrili id eſt in leni igne, quod non pertinet homini dicere, caue ab igne forti, quia igne temperato lapis fauetur, nimiò vero igne facile deſtruitur. Ipſum congelatum diſſolue in dicto fimo & hoc fac quatuor vicibus ad plus, quia melius eſt; nam ex tali diſſolutione & congelatione lapis multiplicatur. Et hæc vocatur putrefactio Philoſophicalis.

Hac deſtillatione & congelatione facta adde ei de ſpermate quartam partem reſpectu ad pondus dictæ materiei id eſt de aqua imprægnata de ſulphure Rubeo, & deſtilla eodem modo, quo ſupra feciſti in dealbatione, & ſi tibi non ſufficit ſecunda ampulla, accipe de tertia vſque dum videris materiam rubificari ad modum ſanguinis combuſti, & aquam exire dulcem, vt ſupra in albo, & tunc perfecta eſt. Qua materia rubificata ſerua aliquam partem de ea in noua ampulla, cum qua poſſis ſemper multiplicare, ne de nouo reincipias opus: reliquam vero partem pone in furno concluſo cum calore febrili. Calor vero febrilis fit hoc modo ſecundum Arnoldum. Calefacias furnum.

furnum, quo calefacto subtrahe ignem, & fac ignem ad retinendum dictum calorem, & hic vocatur calor febrilis, propter continuationem caloris, in quo calore stet per tres menses, quoniam materia fixabitur in eis. Tunc recipe & parum pone super laminam ignitam, si non fumat, & liquescit vt cera, bene stat.

Proiectio autem huius Medicinæ fit. Recipe de ea drachmam vnam & proijce super vncias quadraginta plumbi liquefacti bullientis & permitte simul bullire, demum extrahe, quia conuersum est in Medicinam, similiter liquefacias de alio corpore vncias quadraginta, superpone drachmam vnam huius corporis primi redacti in medicinam & fac bulliat vt supra, sed totum vertetur in materiam sed non ita fortem vt prima, recipe de hac Medicina vltima vnciam vnam & eam proijce super drachmas duas æris vel cupri fusi, & vertetur totum in Lunam vel Solem secundum sui condimentum ac fermentum. Item potest fieri proiectio super Argentum viuum hoc modo: Recipe libras decem Argenti vi bullientis & fumantis in crucibulo super ignem, & supra proijce vnciam vnam lapidis superius facti, & totum vertetur in Medicinam. Item recipe huius Medicinæ vnciam vnam & eam proijce super libras decem Argenti viui vel alterius corporis fusi & purgati & sic procedas donec vltimate habebis tuum Solem vel Lunam & quam magis lapis erit perfectus, tantò magis in longum protrahetur, & tunc vna pars cadet super mille millia. Pro humano autem corpore sumitur sic: Dissoluatur Medicina in aquam & ipsa bibatur & conseruabit semper sanitatem donec venerit vltimus finis, quem nemo præterire potest. Hic processus inuentus perhibetur ab Authore, in cœnobio vbi D. Lutherus habitauit.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1156 sur 1557

SECVNDVM CONSILIVM ET THEORIA DE *Lapide Philoſophorum.*

RECipe de materia noſtra in pillulas redacta & in aëre exſiccata, imponantur in Retortam bene lutatam ſed melius eſt ex terra Waldenburgica, ſpiritum elicito, primum des ignem lentum poſtea fortiorem vſque ad inflammationem arenæ videbis omnium colorum ſpecies cum admiratione, permitte ſatis ſpiritus refrigerari. Illam aquam ne vilem æſtimes. Habita hac aqua fiat ſeparatio ſuæ humiditatis ſuperfluæ per Balneum Mariæ ter vel quater vſque ad remanentiam duorum digitorum: Detur locus inter fornacem, aut ſub cœlo, aut in arca cellaria, & fiat quaſi Salpetræ Chryſtallinum, & inuenies deſtillatam aquam compactam digerendo ſuo tempore, quæ aqua antea impalpabilis non madefaciens digitos nunc facta viſibilis & tangibilis, quam aquam non vilem exiſtimes.

Nam nihil operatur natura niſi influentia diuina. Cum autem non ſit noſtrum perſcrutari myſteria, tendimus cauſam forte fortuito ad aſtra, opus vt ſequitur.

Genus humanum propagatum corruptum neceſſario indiget reſtauratione, qualis ſit, ſequitur ars ſpagyrica quæ eſt ſeparatio puri ab impuro, ita conſideranda vt neglecto phlegmate in Balneo Mariæ conſideretur aſcenſio humiditatis, qua derelicta recipiatur in recipientem fumus & inuiſibilis ſpiritus qui dicitur noſter Mercurius, & eſt medium ſiue vehiculum ad introducendas tincturas.

Habito hoc ſpiritu anima conſideranda quartò & huius virtus expellatur in violentiori igne, & videbis per retortam tranſire oleum, quod animam nominamus. Cum hæc duo nobis conſiderata ſcilicet duas aquas habebimus, indigent illa corpora ingreſſione. Proinde accipiatur quarta pars ſpiritus, detur putrefactioni, donec corpus ſpirituale fiat, & pro Doſe conceſſa fiat continuatio ad placitum. Hoc eſt Philoſophorum fixum volatile facere. Quæ quidem deinde ſolutio debet paulatim ſua anima imbibi, & decoqui vſq; ad inſpiſſationem ſuæ perfectionis, hoc dicitur noſtrum quintum eſſe, vel noſtra quinta Eſſentia. Hæc quinta Eſſentia ſoluit Aurum in merum ſpiritum, vt ſtatim ſit Aurum potabile. Deinde procedi poteſt cum fermentatione, donec Elixir perfectum euadat.

TER-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1157 sur 1557

TERTIVM CONSILIVM ET THEORIA ET PRAXIS DE *Lapide Philosophorum.*

PRimò sciendum est, terram omnium rerum seminia, vt etiam eorundem operationes & virtutes in se continere reclusas, siquidem subiectum est omnium cœlestium radiorum & influentiarum, imprægnatur etiam à reliquis Elementis & cœlis, estq; centrum & fundamentum, vti etiam mater omnium rerum, ex qua omnia nascuntur: quandoquidem pro necessitate purgata & sub Dio posita, statim à cœlestibus operationibus & virtutibus fœcundatur & imprægnatur, vt ex se ipsa omnis generis herbas, vermiculos, animalcula, & metallorum scintillulas producat. In illa enim magna sunt Arcana, & primogenitus cœlestis spiritus naturæ clam reclusus. Sciatur etiam, in illius centro latere virginalem terram, in tribus consistentem principijs hac lege naturæ si scies ab illa separare & philosophico more rursus coniungere, habebis Thesaurum maximum: sic verò clarius intellige. In supra dicta terra latent tria principia seu Salia. Primò Nitrum philosophicum, quod terra ex Sole, Luna & reliquis stellis concepit. Nam quanto calidiores Sol eiaculatur radios, tanto plus concipitur Salis Nitri centralis. Quod tamen de philosophico & non communi Nitro intelligatur. Deinde latet in virginea hac terra cœlestis inuisibilis spiritus naturæ, nempe spiritus mundi in Sale subtili. Et deniq; fixum Sal in ea est absconditum tanquam Receptaculum, corporum duorum priorum à Deo implantatorum, ita vt hæc tria Salia in dicta terra lateant. Quomodo extrahantur, postea sequetur.

PRAXIS.

REcipe veræ terræ, à Solis, Lunæ, aliarumque stellarum radijs satis imprægnatæ, diuide in duas æqualiter mensuratas partes, quod propterea fit, vt naturæ suum reddatur æquale pondus. Nam ex vna parte Nitrum philosophicum, ex altera Sal subtilis, item Sal fixus & corpus extrahitur. Hac via in pondere, si diligenter laboratur, non facile erratur, quod alias, si ex alterutra tantum parte hæc tria Salia extraherentur, facile contingeret.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1158 sur 1557

I. DE NITRO.

PRimus hic labor non aliter quam per coctionem, filtrationem, euaporationem & coagulationem, vt coctores Salis nitri conficiunt, perficitur. Oportet autem ſumme purgari nitrum quo ad ſummam per artem redeat diaphanitatem, & ſplendore cryſtallum fere exuperet. Hoc facto, recipe illius reliquam terram, fac illam ter aut quater incandeſieri, quo nihil humiditatis in illa remaneat, & vni parti nitri adde tres illius calcinatæ terræ partes, probe omnia permiſcendo, pone illa in terream bene lutatam retortam, vna vice tamen non plures, quam ſex libræ imponantur, nempe $1\frac{1}{2}$. lib. Nitri, & $4\frac{1}{2}$ lib. calcinatæ terræ, illa pro more, vt alias aquæ fortes, vel ſpiritus Vitrioli ſolent deſtillentur: In recipientem fundantur 2. libræ deſtillatæ aqueæ pluuialis, quo ſpiritus, qui plane rubei tranſeunt, reuerberentur & præcipitentur, oportetque recipientem probe eſſe lutatum, ne ſpiritus poſſint divaporare. Deſtillatione vna peracta, furnus ſemper frigefiat, recipiens deponatur & probe obſeruetur: ſi retorta adhuc ſit tota, poteſt denuò adhiberi, alias oportet ad reliquas deſtillationes ſumere recentem retortam: omnes deſtillationes vna congregentur, quarum tot fiant, quot Nitri copia requirēt. Omnibus peractis recondantur congregati ſpiritus cum aqua in cucurbitam vitream, apponatur Alembicus bene lutatus, ſimul ac ponatur in Balneum Mariæ ad deſtillandum, repoſito prius recipiente cum duab⁹ libris aquæ, illæ obſeruentur, deinde aqua rurſum effundatur, quo principio duæ iſtæ appoſitæ libræ aquæ in Balneo Mariæ rurſum deſtillentur, & ſic ſcias, quando deſtillatio finiri debeat, quamuis ſpiritus in Balneo non facile extollantur, fit tamen propter meliorem informationem. Eximе poſtea cucurbitam cum ſpiritu ex Balneo, pone in arenam, appone Alembicum lutatum, ſubijce primò lenem, poſtea vehementē ignem, donec ſpiritus omnes tranſierint, oportet autem iuncturas recipientis bene obturatas eſſe, ne ſpiritus ſubtiles, plane rubei tranſeuntes, divaporent. Omnibus peractis fac frigefieri, reſerua ſpiritus optime vitro idoneo in loco frigido, & vitrum (quo ſpiritus poſſint circulari) oportet plenum & lutatum eſſe.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1159 sur 1557

II. DE SALE VOLATILI.

RECipe ſex libras terræ, reconde in lutatam retortam, & procede omnibus deſtillationibus vt ante cum nitro & calcinata terra, & tranſibit cum ſpiritu ſubtilis Sal in fuſco vapore, ſi quid albi de Sale ſubtili in collo adhæreſcat, adde quando omne frigefactum eſt, ſpiritui. Nota in hoc opere non reponatur aqua, ſiquidem terra ſuas ſecum humiditates, in quibus ſpiritus reuerberari poſſint, habet. Talium deſtillationum oportet tot fieri, donec reliqua pars terræ omnis fuerit abſumpta, & reſeruetur reliqua terra, ſeu caput mortuum diligenter ad extractionem fixi Salis, vt ſequetur.

Recipiantur ſingulæ deſtillationes in cucurbitam vitream, appoſito Alembico lutato, fac primò phlegma in Balneo poſtea ſpiritus cum bene lutato recipiente in cineribus tranſire illi ſpiritus ad hoc opus non pertinent, reſeruentur ſingulatim, nam proſunt ad alias res, reliquum corpus, in fundo cucurbitæ reſidens, exime diligenter, reconde in cucurbitulam vitream, appone Alembicum, ſublima in foco arenæ vehementi igne, & ſublimabitur ſubtilis Sal in Alembicum inſtar niuis. In fundo remanebit leuiſſima terra, quæ reijci poteſt, Sal ſubtilis & ſublimatus adhuc ſemel per ſublimationem rectificari poteſt, ne feces quædam animaduertantur, illum Salem reſerua quoque diligenter in ſingulari vitro, bene obturato, nam ab aëre ſolueretur in aquam.

III. DE SALE FIXO.

RECipe priorem reliquam terram, calcina illam in aperto igne vt in cinerem degeneret, quod in 10. vel 12. horis: hoc facto, procede cum illa velut cum calida deſtillata aqua, vt alias lixiuium præparatur, & permeabit cum aqua Sal recens, procede tantiſper, donec nullus amplius Sal in terra ſentiatur, & illa terra nominata eſt terra maledicta, quæ reijcitur, aquam cum Sale filtra, quam aquam fac euaporare, & remanebit Sal in fundo, qui aliquoties ſoluatur, filtretur & euaporet, tantiſper dum reddatur cryſtallinus & diaphanus, & tunc præparatus eſt.

SE-

SEQVITVR TRIVM SALIVM *Coniunctio.*

CONiunge recentem & volatilem Salem, affunde ſenſim ſpiritum Nitri, & excipient ſe inuicem, euadentes in aquam. Hæc aqua eſt Mercurius triumphans Philoſophorum, & menſtruum vniuerſale, nam hac aqua omnia metalla & gemmæ recludi poſſunt ſiquidem pura ignea aqua eſt.

SEQVITVR COMPOSITIO VNIVERſalis operis.

SIc præparetur menſtruum philoſophorum, recipiantur illius decem partes, recondantur in cucurbitam vitream paruam, addatur pars vna laminati naturalis auri: & ſtatim aqua ſeu menſtruum Solem diſſoluet, illo totaliter ſoluto, recidet terra quædam de Sole in fundum, quando illud per noctem ſtetit, philtretur ſolutio ſenſim per infundibulum in phiolam, & habeatur cura, ne quid de relicta terra vna tranſeat, ſigilla tunc ꝑ phiolam Hermetice, vt moris, pone in Athanor in infimum globum.

VSVS ATHANORIS.

TRes ſunt globi in Athanore, nempe primus, maximus & totus, ſecundus ſuperius foraminoſus quo vapor aquæ permeet, & tertius ligneus (querceus) globus, in infimo globo fit putrefactio in igne vaporis, in primo globo ſemper habeatur aqua durante putrefactione, ſi aqua tranſire velit, affundatur alia calida, & extendit ſe talis gradus putrefactionis ad dies 40. vel 45. in quo gradu ſolet apparere nigredo quædam, putrefactione expedita, tollatur ligneus globus, ſiquidem ad hoc opus amplius aqua non requiritur. In ſecundum foraminoſum globum recondatur cinis, ſuperponatur vitrum, recludatur Athanor, promoueatur lampas, quo calor talis ſit vt digitum perferre poſſit, & apparebunt intra dies 50. varij colores, & poſtremo viridis ſolus. Exime poſtea vitrum & tolle ex foraminoſo globo cum cinere, reconde in primum & maximum globum arena plenum appone

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1161 sur 1557

appone claudendum vitrum,& arena materiam cooperiet, deinde reclude Athanor,ſubijce ignem,qui digitum non poſſit perferre, & apparebit intra dies 50. albedo quædam,continua iſtum gradum vaporis, donec materia flaueſcat, quod diebus quinquaginta circiter contingit,denique conuerte vitrum,ſubijce tamdiu ignem, donec puluis compareat rubeus, & in medio paruulum diaphanum inſtar pyropi perſpicias granum,ad magnitudinem fere piſæ,illud bene obſeruetur, quoniam Auri ſemen eſt.Rubricans puluis circumiacens poteſt tolli, ſiquidem in hoc opere non prodeſt, granum dictum ſolum retinea-tur-cum quo vlterius procedatur,vt ſequitur

SEQVITVR SECVNDA COMPOSITIO.

REcipe rubeum granum,quod Philoſophorum Aurum eſt, pondera iuſte & adde menſtruum Philoſophicum in decima quantitate,reconde omnia in paruulam phiolam,relinque eum vacuam ad $\frac{2}{3}$ partes,ſigilla Hermetice, procede poſtea in Athanore, vt ſequitur. Primò pone vitrum in Athanor in querceũ globũ, & procede quemadmodum cum priori,&apparebit rurſum intra 40.vel 50.dies nigredo. Exime vitrum,remoue querceum globum in cineribus,velut ante operatus es,reclude Athanor firmiter,& apparebunt intra centum dies omnis generis colores, denique etiam viridis. Ubi hoc obtinuiſti, remoue foraminoſum globum, reconde arenam in primum globum,appone vitrum,reclude Athanor,ſubijce rurſus ignem, qui digitum tolerare poſſit, apparebitque in 50. dies albedo, continua ignem iſtum vſque ad flauedinem, quæ conſequetur intra 30. dies. Pone denique vitrum inferius in arenam, ſubijce tantiſper ignem, dum puluis pulcre rubeſcat & perſpicax fiat, quod fere intra 40. dies contingit proba nonnihil in candenti argentea lamina,an fumet vel fluat inſtar ceræ, ſi fumat, ponatur rurſus inferius in arenam, & vlterius fixetur,dum ignis capacitatem induat.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1162 sur 1557

MVLTIPLICATIO.

REcipe vnam partem pulueris rubei, & decem partes menſtrui, recõde in paruam phiolam, vnientur ſtatim inuicem, ſigilla vitrum Hermetice, pone in Athanor, & apparebit in querceo globo intra triduum nigredo, poſtea in foraminoſo globo in cineribus omnes colores, vſque ad viridem, & denique in primo globo in arena etiam intra triduum rubor. Poteſt ſecunda etiam vice multiplicari, vt antea quoque factum eſt, ſimiliter tertia, & ſic deinceps ad arbitrium tuum.

FERMENTATIO.

SIc inſtituitur prior Multiplicatio, ſi ad vnam partem pulueris adduntur decem partes puri auri, in fluxu conſiſtentis, rurſum effunduntur, & tunc franguntur & in puluerem contunduntur, iam vna pars contuſi auri, ad decem partes Mercurij vulgaris, quando in crucibulo ad ignem incipit fumare, addatur & ſtatim in aurum mutabitur & tingetur, in prima multiplicatione vna pars ad decem, in ſecunda ad centum, in tertia ad mille conferuntur, & ſic ad finem.

Notandum autem eſt, ne medicina vel rubeus puluis ad Aurum omnis addatur, ſed ſemper aliquid in promtu retineatur, quo illud multiplicari poſſit, alias totum de nouo opus reiterare oportet, videlicet ſi vna vice ſuper Aurum proijciatur, & hac ratione multiplicationem amplius non admitteret tuum Elixir.

QVARTVM CONSILIVM ET THEORIA DE *Lapide Philoſophorum.*

REcipe matricem in maris littoribus creſcentem, quantum placet, tere & contunde in mortario lapideo, poſtea proſpice tibi de tribus vel quatuor patinis vitreis, in illas reconde matricem bene puluerisatam, poſtea ſuperfunde aquæ fontanæ communis tantum, vt in ea ſoluat, filtra ex patinis vitreis in alias, vſque pura & clara ſit. Hoc iterum confunde in aliud vitrum, & pone ad deſtillandum inſtar aquæ in cineribus, ſubijce ignem, donec aqua divaporarit, & matricem videas albam, eam exicca in vitro, permiſce cõfeſtim in vitro ligneo cochleari, vſque ſit exiccata, ſic & eò melior conſtabit: exemptam è vitro reconde in terreum vas rotundi in medio ventris, & pone in præcedenti furno in cineres, vehementi igne, ad præſtantiorem exſiccationem, permiſcendo ligneo cochleari, & ne vaſa rumpas, matricem ſine in cineribus refrigeſcere. Poſtea recipe vas terreum idoneum, infunde

matrem

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1163 sur 1557

matrem tenuiter tritam, non compresse sed spatiose, pone super candentes prunas, ne tamen fundatur, claude operculo, ne quid impuri intercidat, remoue postea sensim prunas & sine refrigescere in furno. Hoc opus septies repete, quo sæpius hoc melius, tandem fluat super prunas instar ceræ: Refrigerata semper diligenter terenda in mortario, & calcinanda in igne, vt antea. Talis præparatio Matricis opus est, quæ postea thesaurus est Auri incomparabilis, & neque rubeum neque album absque eo perfici potest. Deo sit laus & gloria, qui huius secreti inventum nobis aperuit: Qui huius matricis solutionem ac coagulationem norit, scit philosophorum Arcana intima, sed nihil in hac arte magis desideratur, quam operis regimen & cura.

CAPVT II.

Qua via Matrix parata, possit ad opus applicari, vt inde fiat Elixir magnum.

REcipe in nomine Dei matricis præparatæ quantū vis, solue ipsam in aqua forti, factum ex duabus partibus nitri & vna parte Aluminis calcinati, postea recipe etiam partem eiusdem aquæ, solue in ea Lunæ dimidiam ponderis (veluti matricis) partem bene copellatam, affunde aquam, quantum ad solutionem opus fuerit, quæ clara & ab omnibus fecibus pura sit, confunde solutiones, & fiet aqua turbida, residebitq; in fundo albedo instar lactis coagulati, vitrum concutiendo dilue, donec materiæ inuicem bene fuerint vnitæ, pone postea vitrum ad lenes cineres, fac sua sponte destillari, donec videas viridem sine impuritate aquam, quam pure effundes & reseruabis; ad fæces remanentes, recentē superfunde aquam fortem, dilue rursus vitrum, ponendo ad calidos cineres vt quiescant, clarum effunde rursus, hoc repete tamdiu, donec omne in puram aquam euaserit, vti prius, & vera facta vnio, & res vna. Recipe iam cucurbitam, infunde aquam vnitam, applica Alembicum cum recipiente, bene obluta, lutum fac siccescere, postea pone in Balneo Mariæ, destilla saltem inde phlegma, ne vlli spiritus vna transeant (leni calore) proba gustu, vt scis, aut excipe guttas linteolo, an tingat, q; itidem vera huius operis proba est. Postea sine refrigescere, amoue alembicum, appone confestim Attenatoriū, (Author) ne aër aquam attingat, quæ ita ordinata sit, vt paululum cucurbitam ingrediatur.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1164 sur 1557

Hanc Medicinam ita præparatam cibes decenti & apto cibo, instar Embryonis: illius cibus autem est purissimum aurum tenuiter laminatum, pone vas in cineres, porrige cibum quantum vult capere & soluere potest, ignem rege mediocriter, si videris quod nolit amplius soluere, desine subijcere ignem, pone ad leniores cineres, sine refrigescere, si refrigeratum luta luto forti, quod in aqua durum ac solidum persistat. Hoc peracto, pune in putrefactionem per 15. dies in Balneo Mariæ. Nota verò, oportet Balneum bene esse temperatum, & in continuo & æquabili calore persistere, nam illud requirit hoc magisterium, quare consilium meum est, vt ignem struas ligno arido infra Balneum, & si ignem bene regis, habebis tuam materiam intra 15. dies putrefactam. Si verò materia tua ante non bene esset dissoluta in puram aquam, putrefacias denuò, donec plane in aquam abeat, non in illo posita est tota aptitudo secreti & huius artis. Talis dissolutio & putrefactio fit in humido & calido loco, & coagulatio in frigido & sicco, & qui illud nanciscitur, is verum operis habet principium. Omnis putrefactio semper dimidiam partem plus reddit quam prima: prima dat 7. secunda 17. tertia 28. quarta 56. & sic deinceps, quanquam materia per se coagulatur in frigido loco, tamen adhuc non est perfecta coagulatio. Vera enim coagulatio fit in cineribus, mediocri calore, quando autem cucurbitam è Balneo eximis, probe ab humiditate liberes vitrum, vt videas an lutum quodam in loco sit ab aqua læsum: Sin ita, luta de nouo, strue postea rursus lenem ignem, postea vehementiorem, vsque medicina tua sit coagulata, quod fit in 24. horis. Sin nunc vides medicinam coagulatam, sine refrigescere in cineribus in fornace & ita habes opus philosophorum. Quod, vel quam Tincturam proijcere poteris ad Venerem. Proiectio talis est. Recipe 24. lotones puri & flaui orichalci, quod præstat rubro cupro, fluat in tigillo, inter fluxionem proijce desuper vnciam vnam Lunæ finæ, commisce probe, non cum ferro sed ligno, postea adijce duos lotones tuæ Medicinæ seu Elixiris, optime miscendo, sine aliquantum destillari, denique funde in canalem, & Lunam habebis purissimam, quæ omnes sustinet fluxus & probationes, quemadmodum naturale aurum ex metallis. Mi fili, quamuis mater principium sit & principale huius artis caput, tamen summe necessarium vt bene præparetur, aliquidque constans inde efficiatur, quo lepram reliquorum metallorum tollere, vel aliquid perficere possit. Ignis sit artificiosus, sic

Sol

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1165 sur 1557

Sol & Luna vnita cum perfectione artis, redeunt in ſummam medicinam & verum Elixir. Hoc facto, opus eſt vt quod ante erat corpus imperfectum, reddatur per artem perfectum, & perfecto adijciatur fermentum, ſic poſtea Elixir conſtat: Deinde ſic ſequimur in hoc proceſſu, vt nimirum primò fundatur orichalcum, cui addito fermento ceu Luna, vltimo perfectificatur denique cum albo Elixirio.

CAPVT III.

De compoſitione Elixiris rubei.

REcipe in nomine Dei de matrice quantum vis, illam ſolue in Aqua forti, quantum aſſumere poteſt, vt abſq; fecibus, Aqua ſit pura & clara. Aqua v. fortis ita præparetur. Recipe 2. ℔ Vitrioli Romani, libram 1. Salis nitri, poſtea recipe aurum ſepties cæmentatum, vt ſequenti capite doceberis. In tali aqua ſolue Aurum ex dimidia cum matrice quantitate, Aurum hoc ſtatim abſq; omni labore diſſoluetur. Poſtea recipe tuum vitrum, pone ad cineres in fornacem in leni calore, donec plane reddatur clarum, vitrum ſemper oportet bene munitum eſſe alio vitro & prudenter, ſuperfunde rurſum de prius dicta aqua, dum plane diſſoluiſti, vt ſupra in vnitione albi Elixiris mentio facta eſt. Poſtea ſepara phlegma per Balneum Mariæ vel cineres, hoc peracto, ciba medicinam tuam Auro cœmentato, quantum accipere cupit in leni calore in cinerib⁹, & pone in putrefactionem per 15. dies, donec videas plane mutatam eſſe in aquam, poſtea coagula in leni cinere per 24. horas, & perfice opus, vt in albo Elixirio, ſic pars vna dabit in prima putrefactione & coagulatione ſeptem, in altera 14. & ſic deinceps ſecundum proportionem Geometricam. Hæc Medicina reſpicit tantum Argentum, quod ita præparat, vt auri pondus habeat & ſonū, vt inferius in proprio illius capite intelligetur. Recipe itaq; in nomine Domini de illa Luna 14. lotones, pone in tigillo ad fundendum, poſtea adde duos lotones Auri cœmentati ad opus idonei, vt poſtea in illius adæquatione rubei Elixiris, bene permiſceas in fluxu abſq; omni feraro, poſtea injice rubeum Elixir, bene obtura, funde in morem Aurifabrorum, & habebis optimum Aurum 24. carat, quod ſuſtinet omnes probationes, & præſtat Auro naturali montano.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1166 sur 1557

CAPVT VI.

De præparatione Solis ad rubeum Elixir, quomodo virtute cæmenti color augeatur.

RECipe in nomine Iehouæ altissimi Auri optimi quantum vis, funde in tigillo, cum rubeo tantundem cupro, (vti Aurifabri solent tanquam dentem,) inde confice tenuia folia instar nummi, ac tantæ magnitudinis, hæc injce in rubeum forte acetum, sine consistere, postea recipe rubeos coctos lateres, à sole exsiccatos, exinde fac subtilem puluerem per cribrum, postea recipe Sal commune præparatum & semel solutum aqua communi, calcinatum & puluerisatum, in simul & Vitriolum ad rubedinem calcinatum, & sic: Recipe acetum destillatum, in eo solue Vitriolum Romanum, filtra purissime, postea reconde dictum acetum in cucurbitam cum suo Alembico, pone ad cineres & destilla donec coaguletur, locato in vase apto super prunas candentes, donec rubescat, hoc viso statim confice inde subtilem puluerem per cribrum, similiter fac cum ære viridi, postea recipe Salem armoniacum, & solue in rubeo aceto nondum destillato, & itidem recipe de puluere cuius libet, tantum quantum alterius, humecta dicto aceto, in quo Sal armoniacus solutus est, Salis tantum sit quantum pars vna puluerís, postea fac stratum super stratum cum lamellis & puluere, & cum lapide cooperito ac lutato, sed relinquas superius paruulum foramen, alias Sale armoniaco vas frangeretur, postea pone tigillum in fornacem cæmenti per 24. horas, ignem accende absque flatu sensim & ad duas horas, postea fortifices, pargens ad constitutum tempus, sine tigillum sua sponte refrigescere, & habebis Aurum purissimum & colore præstantius. Si in fornace reuerberij hoc perfeceris, strue lenem ignem ex prumis per semihoram, postea fortifica cum ligno arido, vt flammam concipiat absque fumo, & ita cæmentes. Hoc Aurum ita septies cementatum præparata Luna (vt mox sequetur) additum, colorabit argentum instar auri, verum si argentum fluit, colorem amittit, quia Elixir non adfuit. Scias aurum debere septies cementari, & post singulam cementationem recenti rubeo cupro transponi, semper addendo recentem puluerem, nam per cementa-

tiones

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1167 sur 1557

tiones tingitur cuprum, remanetque nihil præter rubeus color, Aurum verò semper manet in suo pondere vt antea, & ita summe grauatur, vt qui non viderit, non credat fuisse Aurum. Ideoque recipit in illo cemento tantum ad se, & si vlterius cementatur, redditur eò præstantius: Vide Basilicæ nostræ caput de cæmentis.

CAPVT V.

De præparatione Lunæ, qua via ponderosa fiat, resonans in sono instar auri.

RECIPE in nomine Domini Lunę finę copellatę quantum vis, fluat, proijce desuper sulphur præparatum: Deinde fac aquam fortem solum ex Vitriolo, in illa solue Salem armoniacum, quantum soluere vult aqua, hanc reconde in magnum vitrum ad cineres, adijce aquæ tantum Mercurij viui, quantum adiecisti Salis armoniaci, bene permisce, dilue vas prudenter, ne transeant spiritus, pone ad cineres, ignem accende, appone Alembicum, iuncturis bene luratis, abstrahe inde tuam aquam, qua abstracta sublimabitur Mercurius cum Sale armoniaco in Alembicum, de hoc sublimato proijce super Lunam in fluxu bis aut ter, semper permiscendo, & Luna fiet ponderosa etiam absque sono. Caue ferrum adhibeas, sed solummodo carbonem vel lignum: pulueris pondus erit vna pars ad decem partes Lunæ, idque ter. Licet Luna aliquantum nigrescat, noli curare, recipe & funde quarta vice in modulum instar dentis, frigefactum repone in aquam, quam aurifabri conficiunt ex Tartaro & Sale per horam & vicissim realbescet, sic Luna recte præparata est ad Tincturam rubeam.

***

CA-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1168 sur 1557

CAPVT VI.

De compoſitione & perfectione Lapidis.

RECipe in nomine Domini tuum ante dictum rubeum Elixir, pone ad putrefactionem per 24. dies, poſt putrefactionem euadet Elixir in puram aquam, modo recte in Balneo rectificaueris, in hac aqua ſolue ſublimatum, vt in ſequentibus percipies, antequam Elixir ponas in putrefactionem, obſeruabis illius pondus, vt poſtea ſublimatum in iuſta æqua quantitate immiſceas, & caueas, ne quid inde diuaporet, vas bene recludas, permiſceasque & circumagas, cauendum tamen ne vitrum frangas, nequit enim ſatis æſtimari: & ne quid de materia pereat, quare lutabis vitrum tali luto, quod in humido loco aut Balneo nequit diſſolui, aiias naufragium facies, quando vitrum lutaſti, fac lutum ſicceſcere, poſtea pone in Balneo ad putrefaciendū per 40. dies, caue autem vitrum recipias calefactum, ne frangatur, poſtea aqueam coagulare permittito in cineribus per 12. dies: Nec ante id tempus loco ſuo dimoueas, fieri autem poteſt in fornace arenæ vti dicta aqua fortis eſt confecta: deinde ignem ſtrue ex ſcrobibus ligneis, vt inſtar Balnei caleat, in hoc tempore coagulabitur in magnum lapidem & theſaurum omnes diuitias mundi ſuperantem.

CAPVT VII.

Quomodo Argentum viuum ſublimetur ad præſens opus rubei Elixiris.

RECipe in nomine Dei Argenti viui libram 1. Vitrioli Romani bene pulueriſati vulgaris libras 2. Salis communis libram 1. recondе in mortarium lapideum bene permiſcendo, humecta deinde parum cum aceto rubro: huic materiæ immiſtæ adde iam Mercurium viuum optimum tere inuicem cum piſtillo: hoc facto recipe vitrum ſublimatorium, ingere materiam & pone in cineres ad ſublimandum, extrue ignem lenem, per duodecim horas, modo vt vitrum calefiat,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1169 sur 1557

fiat,alias opus tuum peruertet,interim materia exiccatur,si vero videris orificium sublimatorij albescere, & Argentum viuum ascendere, tunc claude orificium gossypio aut linteolo,postea fortifica ignem ad quatuor horas, tandem fortifica vehementius arido ligno, vt eijciat flammas,vltimo fortissime, tantum,quantum vas perferre potest, & Mercurius sublimabitur ad collum sublimatorij,sic etiam pars residua manebit in fundo, quare infimam residentiã diligenter colligas,quia huic magis magisque rubedo inest, quam in supremo, sublimato niueo. Confunde igitur iam ambo,& quando ignem artificiose rexisti, vltra vnciam Mercurij amissam non perspicies, ingere igitur sublimatum in mortarium cum noua materia permistum, & reconde iterum in sublimatorium, regeque in omnibus cum igne quemadmodum ante,illud reserua vicissim & addendo denuò nouam materiam, & sublima.Hoc opus reitera septies & in qualibet sublimatione quartam partem vnciæ,fixum tenes,denique reserua,& idoneum est prædictum Elixir Rubeum. Nota,quod attinet Elixir album,recipe loco Vitrioli Salem,& sublima Mercurium septies.

CAPVT VIII.

De compositione Lapidis albi,qui omnia metalla in Lunam transmutat.

RECipe Elixir album, pone in putrefactionem Baln. Mariæ per 24 dies,interim Elixir tuum in aquam vertitur, in illa solue tantum,quantum fuit Mercurij viui,septies de Sale communi & Sale nitri,sublimati,prospice ne quid divaporet de spiritibus, operare quemadmodum supra audiuisti in præparatione magni lapidis, postea pone in putrefactionem per 40. dies, postea coagula per 12. dies in cineribus, vt supra dictum & factum.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1170 sur 1557

CAPVT IX.

De Argento viuo, quomodo in Aurum & Lunam transmutari poßit.

IN nomine Dei accipies 12. lib. argenti viui, pone in magno tigillo in furnum fuſorium, vt Aurifabri habent, circumſtrue prunas & parum ignis, ſine prunas ſponte ſua accendi abſque flatu, illis accenſis & Mercurio accipiente fumare, inijce vnciam 1. præparatæ matricis, quemadmodum in prioribus præparaſti, vbi cum aqua forti comparaſti, in qua voluiſti Aurum vel Lunam ſoluere, nam hoc Sal retinet Mercurium, deinde ſume dimidium lotonem fermenti, hoc eſt, Auri exaltati, ſepties cæmentatum & bene percuſſum, diſſectum prius, poſtea inijce in crucibulum, & amalgama bene antedicto Mercurio, noli autem attingere ferro, poſtea ſuffla fortiter, adijce dimidiam drachmam tui lapidis magni, & plane mutabitur in Aurum bonum.

CAPVT X.

De Luto præparando vt duret tam in aqua quam igni.

RECipe album ouorum, hoc percute vſq; de ſe reddat ſpumam, fac reſidere, & conuertetur in aquam, quam recipe, addendo duos lotones albi ſulphuris, Boli armeni ſeſqui lotonem, ſanguinis Draconis vnciam vnam, item tritum aridum fimum equinum, permiſce, reconde in linteolum, poſtea confectis linteolis luta vitrea tua vaſa, in ſimul Alembicum & Retortam, vt aquam tolerent. Recipe terræ, qua figuli vtuntur, quantum vis, & quartam partem ſanguinis Draconis, & dimidiam partem calcis viuæ, hæc omnia terantur ac pulueriſentur, in vno latere cum albo ouorum, in altero latere cum recenti ſanguine tauri, adde tantum crinium quantum boli armeni, hæc omnia miſce inſtar pultis: obline illo collum cucurbitæ, ſublimaque vitrum. Nota hoc lutum idoneum eſt vitrum ſuper vitrum lutandi, ſed

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1171 sur 1557

ſed aliquanto ſubtilius non in craſſa forma lutandum deinde exſiccandum, poſtea vtere illis in Balneo Mariæ vel cineribus.

CONSILIVM QVINTVM ET THEORIA DE *Lapide Philoſophorum.*

QVantum ego I. de C. multiplici labore, peregrinatione & ſumptu item perpetua diligenti lectione expertus, iudicij mei tenuitate attingere valeo, tantum Deo me adiuuante in lucem proferam, & quam breuiſſime deſcribam. Nimirum, quod ex ſcriptis Philoſophorum, quæ tempore meo legi & vidi, nihil aliud reperire & conijcere poſſim, quam quod terra, quæ mater eſt omnium rerum, & receptaculum cœleſtium virtutum, item centrum ſphærarum, ex perpetua decoctione & calore Solis aliorumque Planetarum mutetur & ſubtilietur, vt in naturam cuproſam aluminoſam, & ſalinam euadat vel redigatur. Quæ terræ pars poſtquam ita tranſmutata, auxilio caloris per domicilium terræ (cuius natura eſt, attrahere & retorquere) ex intimis montium à terra craſſa ſenſim extollitur, inque ſubtilem vaporem ſeu fumum tranſmutatur, qui ad frigidas montis fibras aſcendens, ibidem adhæreſcit, & reſoluitur in aquam: quod ἀυτοψία ſatis conſtat in compoſitione aquarum ſecretoriarum, quæ ſimiliter ex his mineralibus medijs coquuntur & deſtillantur. Nonne videmus, hæc mineralia, vt Vitriolum, alumen, Sal &c. ex fundo cucurbitæ mediante artificiali calore in caput Alembici, inſtar ſubtilis fumi, adſcendere & extolli: qui fumus vbi aſcenderit & locum frigidum inuenerit, (Recipientem ſcilicet) diſſoluitur in aquam claram. Qui ſupra dictus vapor, in lapidoſis fibris & venis montis vndique diffluens ſubſtantiam argenti viui & ſulphuris quærit. Poſtquam autem ſubſtantiam inuenit, diſſoluit illam, verum non totaliter, nam craſſas terreas partes relinquens non apprehendit, & quicquid ita de ſubſtantia argenti viui & ſulphuris diſſolutum eſt, per naturalem cœleſtem calorem Solis & Planetarum in vaporem eleuatur, qui duplicem in ſe comprehendit ſubſtantiam, nempe humidam, & vnctuoſam inſtar olei, quarum prima ex ſubſtantia argenti viui, altera vero ex ſubſtantia ſulphuris exiſtit, nam natura argenti viui eſt frigida & humida, ſubſtantia vero ſulphuris calida & ſicca, & fere vnctuoſa. Adeoque comprehendit vapor hic quatuor in ſe qualitates, ſatis idoneas & aptas ad

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1172 sur 1557

generationem metallorum: à naturali enim calore ſubterraneo commiſcetur, deuinciturque & vnitur in ſubſtantiam dictorum mineralium per dictum modum, cum ſubſtantia Mercurij & Sulphuris, ita vt vna ſubſtantia & metallicus vapor fiant. Natura enim & proprietas caloris eſt commiſcere, conuincire, coire, quemadmodum & Galenus & Auicenna ſcribunt, quod à motione alterius ſubſtantiæ ortum ſortiantur, ita vt earum ſeparatio poſtea impoſſibilis ſit, de quo vapore ſeu naturali metallico fumo Ariſtoteles lib. 5. meteorωn ita inquit, quod humidus claudens & ſiccus incluſus vapor inuicem exaltentur, quæ dicta connitio mëtallicorum mediorum & ſubſtantiæ Mercurij & ſulphuris nulla alia fit de cauſa, quam propter ſimilitudinem, quam inuicem habent, reſpectu rei ſubſtantialis ex qua exiſtunt, nam terreſtris, ſubtilis, pinguis & partim digeſtus vapor, qui in Vitriolo eſt, ille eſt ſubſtantialis materia ſulphuris, & humida pinguis ſubſtantia ſubtili terrea natura temperata, quæ in alumine, Sale & nitro eſt, illa eſt proxima materia Mercurij, quod etiam atteſtatur Albertus Magnus lib. 3. de mineralibus cap. 4. vbi ita inquit: quamobrem vnitur ſubſtantia ſubſtantiæ &c. & quando ita commiſtæ ſunt, non aliter quam ſulphur & Mercurius appellantur, nam denominatio rei pendet à potiori illius rei parte. Similiter hæc ſæpius dicta connitio mineralium mediorum cum ſubſtantia Sulphuris & Mercurij ſatis ex ſolutione ſubſtantiæ ex metallis in aqua forti perſpicitur. Nam quando argentum tam forti aqua ſoluitur, quæ ex his mineralibus medijs deſtillatur palam cernitur apparere colorem Vitrioli in ſolutione, idem cernitur etiam in deſtillatione & purgatione Auri, apparet etiam color Vitrioli, quæ omnia indicia ſunt, his metallicis corporibus naturam Vitrioli in prima radice additam & vnitam eſſe. Nam ex quo qua res naſcitur, in id diſſoluitur etiam rurſus, quamuis illa non ſit vera ſolutio corporum, quæ in hac arte requiritur, quæ modo dicta ſolutio corporum per hæc media non fieret, niſi in prima radice metallorum ſimul implantata eſſet, non enim credere poſſum aquam ex ſolo Vitriolo aut alumine coctam ſolam, dicta corpora diſſoluere poſſe: & quamuis fiat, fiet tamen rarò & difficiliter: nam corpus ex Sulphure & Mercurio natum eſt, ideoque rurſum cum Sulphure & Mercurio extingui & diſſolui oportet. Nam vt ante dictum eſt, Vitriolum nihil aliud eſt quam Sulphur, & Alumen atque Salpetræ nihil aliud quam Mercurius, reſpectu ſuarum qualitatum, quapropter videmus etiam,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1173 sur 1557

etiam, quando ambæ naturæ commistæ, & aqua inde destillata est, quamlibet partem sui simile dissoluere. Quando vero hæc spiritualis materia seu metallicus vapor ex mineralibus aquis & substantia Sulphuris ac Mercurij compositus, propter continuum naturalem calorem in angustis fibris divaporat seu ascendit, nec exitum reperit, ita applicat se propter maximam sui copiam fibris, quas vbi nimis & abundantius repleuit, participat se omnibus partibus montis, vbicunque minima modo supinas, modo pronas, modo ad latera montis latere, & quando hic vapor ad latera fibrarum, aliquantum declinauit, nihilo tamen minus quærit respiraculum seu exitum pronum, quando autem nullum reperit, propterea quod montes clausi sint, cogitur in cœlesti custodia fibrarum persistere: Persistens vero in illa custodia (quia proprietas cælestium virtutum est, semper & continue in terram descendere & penetrare, & quia hæc spiritualis materia seu metallicus vapor subtilissimę est materiæ, ex sapientia naturæ apta & idonea præparata, vt dictas cæleſtes virtutes, nimirum Solis, Lunæ & Planetarum ad & in se recipere possit,) donatur ab illis propter similitudinem, quam inuicem habent, nobilissima matrice & generatrice virtute & potentia. Quæ virtus illorum fermentum, coagulum & alexipharmacum est, & quando huius cælestis generatricis virtutis seu influentiæ ita particeps est, eiusque proprietas & natura sit, vt propter continuum & naturalem calorem semper adscendat & propter copiam, quia non habet exitum, vt aufugere possit, iterum declinare cogitur, & ista ascensione & descensione tandem defatiscit, degeneratq; sensim propter virtutem cælestis fermenti & naturalis caloris in coagulationem, vt tandem, secundum puritatem & impuritatem Sulphuris & Mercurij (mala siquidem interdum accidentia, quæ materiam, quamuis principio puro & pulcra fuerit, corrumpere & deprauare possunt, contingere possibile est) & pro ratione mineralis loci metallum quoddam inde conficiatur, sed aliud citius quam alterum, quæ singula mala accidentia causantur, & probe hic obseruandum est, quod ex humido aqueo æs, & ex vnctuoso aut pingui, quod instar olei est metallum, quod in ære est, nascatur.

Ex quibus dictis satis iam constat, quî & vnde metalla à natura generentur, nempe ex Sulphure & Mercurio, quamuis media mineralia ad id quoque accedant. Quia autem omnia in sua substantia inuicem sunt sibi similia ratione materiæ, ideoque etiam inuicem commista

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1174 sur 1557

mista sunt, non aliter atque Sulphur ac Mercurius, vt ante probatum constat. Similiter apparet etiam, non solum ex his duobus, nempe Sulphure & Mercurio metalla generari, sed etiam tertio, nempe cæleſti influentia Planetarum, quæ operatur & sua metalla generat, quamuis influentia in forma & non materia sit, ideoque generatur metallum ex Sulphure & Mercurio per influentiam, quæ materiam mouet ad finem & formam metalli. Porrò apparet etiam ex dictis, communem Mercurium & commune Sulphur non esse Philosophorum Mercurium & Sulphur, sed tertium quod ex ambobus generatur, quod illorum medium & substantia est. Quia verò nostrum propositum in hac arte vnicè eò directum est, vt talia metalla supra terram efficere & præparare possimus, qualia natura sub terris præparat, tandem & certò sequetur, nos supra terras illa ex ijsdem conficere debere materijs, ex quibus natura præparat sub terris, quod etiam testatur Albertus Magnus, vbi ait, in omnibus rebus chymicis nihil præstantius existere, quam quod in hunc oritur & operatur modum. Quia enim natura ex Sulphure & Mercurio, & adhuc vno, nempe cæleſtibus influentijs Planetarum operatur, & sua metalla generat, vti supra satis verborum factum est, & nos naturam in arte in omnibus si possibile, sequi oportet. Hinc viciſſim concluditur, quod talia metalla similiter ex Sulphure & Mercurio, hoc est, ex tali supra dicto vapore, qui ex horum amborum commixtione generatur, per cœleſtem influentiam seu virtutem Planetarũ, nos efficere & præparare debeamus. Quia autem cælum & planetæ talem generatricem virtutem, propter incommoditatem artificioſæ constellationis nobiscum communicare nequit, nosq; modo dictam cæleſtem generatricem virtutem in naturalibus metallis habemus, sed propter suam terreſtreitatem & metallicam duritiem ita inclusam, vt suam vim palam exhibere nequeat, consequetur tandem, nos oportere talia metalla dissoluere, & in primam materiam redigere, (secundum opinionem omnium Philosophorum) quæ crassus & pinguis vapor fuit, instar crassi olei, quanquam humida & vnctuosa fuit, tamen ex oleo tantum, seu pingui illius materiæ parte metallum extitit, vt supra dictum, & ex altera aquea humida parte æs. Quia verò metalla præparare & efficere animus est absque ære & lapide, sequitur quod non in humidum vnctuosum vaporem metalla resoluere debeamus, sed saltem in vnctuosum, crassum instar olei, nequit enim resolui in humidum vnctuosum vaporem, quia tantum ex

vnctuoso

vnctuoso factum est, vt modo dictum, quò ita per hanc solutionem, seu ex hoc separato metallico corpore cælestem generatricem virtutem sumere, & sæpius dicto metallico principio commiscere seu connirē, & tandem talia metalla super terram, ac natura sub terra, augere possimus, mediante artificioso calore, quia artificiosus calor, vti dictū ante, naturali similis est, quem artifex pro ratione copiose vel parce applicare potest. Nam secundum opinionem Alberti perficitars tantundem calore ignis, quantum natura calore Solis & digestionis, & quemadmodum cælum calorem applicat per Solem & mouet motrices, ex qua motione forma metalli oritur, nam quando ex occasione mineralis loci Sol in puras metallicas materias operatur, generat ex tali operatione substantiam sibi similem, quam nos Aurum vocamus, quælibet enim res parit sibi simile. Idem obseruatur in operatione Lunæ & aliorum Planetarum, & hæc virtus atque efficacia cæli appareret non solum in mineralibus, sed etiam vegetabilibus, hoc est rebus accrescentibus. Nonne videmus æstate ex operatione Solis pulcerrimos flosculos ac herbas, frumenta agri, poma iucundissima & pyra prouenire ac generari? quæ singula & operatione & motu cælestis caloris generantur. Ita dico, simili modo & forma artificem per prunas & alia media calorem applicare, & nisi materiæ talem calorem applicaret, non pollet inde efficere metallum, nam materia laborabit inopia propter motum ex quo forma metalli generatur, vbi enim non est principium, ibi nec finis consequi potest. Quapropter perficit artifex sua motione in metallica materia tantum, quantum cælum sua motione. Atque ita Alchymistæ vices cæli sustinent.

Porro sciendum est, quemadmodum glacies ex aqua coagulata in aquam mediante calore iterum recedit, quæ illius propria materia fuit, & ita glacies in suam propriam materiam redigitur, cum ea commiscetur & connitur, vnde enim quid natum est in id resoluitur vicissim. Quia vero glacies ex aqua orta est, ideoque in illam rursus resoluitur. Item homo è terra natus est, ideoque in terram rursus redigitur. Ita & simili modo metallicum corpus, ex substantia Mercurij & Sulphuris natum, hoc est, supra dicto vnctuoso vapore, rursus in substantiam Mercurij & Sulphuris, seu talem vaporem, qui illius propria materia fuit, cum tali sæpius dicto vapore, ex mineralibus medijs & substantia Mercurij & Sulphuris præparato, redigitur & resoluitur. Nam hæc mineralia media, quæ substantiam Mercurij & Sulphuris extrahunt,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1176 sur 1557

hunt,ceu Vitriolum & alumen,nihil aliud,ſunt, (quemadmodum & ante dictum eſt, reſpectu ſubſtantialis rei,) quam Mercurius & Sulphur,ideoque diſſoluunt poſtea commixtam ſubſtantiam Sulphuris & Mercurij rurſus in ſubſtantiam Mercurij & Sulphuris, vnde & mineræ natæ ſunt: vocantur autem ideò mineralia media quid in metallica generatione & compoſitione in & extra prima media ſunt conſtituta,quod etiam atteſtatur philoſophus,quando inquit, quod conſtans ſulphur tam de imperfecto quam perfecto poſſit extrahi, ſimul cum conſtanti ſulphure,nam huc faciunt & adiuuant purificati ſpiritus & mineralia media,vt opus ad perfectionem deducatur. Atteſtatur idem alius etiam Philoſophus,vbi ait, non poteſt perueniri à primo ad tertium niſi per ſecundum. Ex quibus ſatis conſtat,ita & hoc modo ad hoc opus nihil aliud accedere & immiſceri, quam has res ſolas,quæ vnius naturæ & proprietatis ſunt.

Nam quemadmodum fructus principio ſuæ generationis amariores ſunt,alieni & contrarij ſaporis,item mali & imperfecti coloris, (quod ex ſapore & alias ἀυτοψίᾳ probatur,quare vlteriori probatione opus non eſt) quorum cauſa eſt, quod perfectam digeſtionem nondum ſuſtinuerint,quando vero finem perfectæ digeſtionis attingunt, videmus illum amarum & ſylueſtrem ſaporem vna cum imperfecto colore ex ſola digeſtione,ſolis calore,tranſmutari, & poſtea iucundiſſimi ſaporis atque pulcerrimi coloris, & alias in qualitate & quantitate vndecunque perfectis redduntur. Ita etiam hæc mineralia media & ſpiritus, qui in principio operis plane amari & venenati ſunt, poſtmodum per ſolam perfectam digeſtionem in arte à ſuo amaro ſapore plane exuuntur,& in contrarium mutantur, perfectum ſcilicet colorem vna cum alijs probatis proprietatibus in hoc opere apparentibus & conſequentibus. Nec eſt quod homo quiſquam aut Philoſophus cogitet,hæc mineralia media fruſtra à Deo & natura condita eſſe. Nam quomodocunque inſtituatur,oportet in hac arte media eſſe,quæ diſſoluant & viciſſim componant. Per quam ſæpius dictam reſolutionem impuritas corporis tollitur, inque primam materiam redigitur: ex qua reductione & ſufficienti digeſtione cœleſtis inſita vis & potentia tunc exeritur,ſua ſponte nobis cupiens innoteſcere, & in reſolutione hac fit mutatio omnium Elementorum, calidum enim fit frigidum &c. corpore illo iam per putrefactionem in Balneo maris vel fimo equino (putrefactio enim eſt ſolutio compoſitorum) ita reſo-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1177 sur 1557

resoluto, vt spiritus & corpus in aquam euaserint, corpus sufficienter in primam materiam redactum est, ex qua Lapis Philosophicus primum præparetur. Et hic est Mercurius, quo de Rosarius inquit: Respice verba spiritus sancti, Mercurius est lapis, quem Philosophi colunt, hic habet quod quærimus, comprehendit in se corpus, animam & spiritum, quæ tria ad preparationem lapidis Philosophici sufficiunt, nam corpus stat, anima viuificat, spiritus tingit. Item de hoc Gëber ita inquit: quare concludimus argumento firmissimo, lapidem nostrum seu materiam lapidis nostri nihil aliud esse, quam spiritum putridum, hoc est Sulphur, & aquam viuam, quam alias dicimus aquam siccam, hoc est Mercurium, cui applicetur tertium propter abbreuiationem, nempe perfectum subtile metallum. Unde iam manifestum est, possibile esse ex solo Mercurio absque corpore, medicinam metallorum præparare, sicut & illud latis à Philosophis vrgetur, perficitur & probatur. Similiter etiam ex solo corpore absque spiritu: nam quoquo modo præparetur spiritus, sua tamen subtili natura priuari nequit, nisi per media corporis: & vice versa, præparetur etiam corpus quocunq; modo, neque tamen fluxitatem lapidis Philosophici assequi poterit, vt fluat instar ceræ: & vero necesse est medicinam fluxibilem esse, quod nullo modo fieri potest, nisi per commixtionem & compositionem corporis cum spiritu, & vice versa spiritus cum corpore, nam horum amborum compositione compensatur inopia Elementorum, tam quoad corpus quam spiritum: & tali modo redditur corporale spirituale, & spirituale corporale. Quapropter ex omnibus dictis nihil aliud concluditur, quam hos duos naturales spiritus, nimirum Sulphur & Mercurium debere recipi, & per sublimationem ab omni superfluitate & terrea impuritate purgari, siquidem non aliter purgati ac pulcerrimi resplendent crystalli, & postea dictis mineralibus & æque purgatis medijs dissolui, dissolutum pulcerrima & purissima calce perfecti corporis, (in primam materiam redacta) commiscerì, in putrefactionem poni, (nempe in calidum Balneum seu fimum equinum, donec Elementares corporis partes vndique & perfecte dissolutæ sint, hoc est, donec integrum corpus in humidam aquam, hoc est spiritum, redactum & mutatum sit) inq; hunc modum perfici. Nam putrefactio pertinet ad summam viam huius artis, digestio autē ad res particulares, sicco calore indigentes. Corpore igitur dissoluto & in

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1178 sur 1557

primam ſuam materiam redacto, eſſe ſuum primum conſtat adeſſe. Ideoque oportet vlterius procedi,& aquam illam in quatuor partes, ſeu 4. elementa diuidi,hoc nimirum modo,vt metallaris aqua recipiatur,in Balneum ponatur,coquatur, appoſito Alembico & applicato recipiente, aquoſitas, quæ primum elementum eſt, inde deſtilletur,donec de hoc primo Elemento aquæ nihil præterea aſcendat ſeu deſtillari poſſit: poſt hæc abſtractum Elementum iterum recipiatur, & ad tria reliqua Elementa in vitro affundatur, ſed iuncturis bene lutatis,& ita rurſus inuicem inhumentur putrefiendo in Balneo, & coquendo in furno philoſophorum ſeu calido fimo equino per octiduum ponatur,poſtea exemptum detur cineribus, qui vehementiorem reddunt calorem quam aqua,Alembicus apponatur, receptaculum reponatur,iuncturis bene lutatis,vt moris,incipiatur rurſum deſtillari, & adſcendit aqua cum aëre, deſtillanturque inuicem inſtar pulcri aurei olei, ceſſante autem deſtillatione aqua tollatur, duoque hæc commixta Elementa è receptaculo eximantur,rurſus in Balneum ponantur,hinc leni calore Elementum aquæ ab aëre, hoc eſt oleo ſeparetur & deſtilletur,& reperies aquam in recipiente, aërem vero ſeu oleum in fundo inſtrumenti ex quo deſtillatio perficitur, in forma olei Solaris,quod diligenter in puro vitro reſeruandum, nam hoc eſt oleum,Sulphur,Auripigmentum,Anima,Aurum & Tinctura: ſi verò rectificetur,diceretur vnctuoſitas,oleum,adeps & butyrum, quod humida imperfecta roborat & ſolidat. Item quod lapides deteriorum colorum,ad perfectum colorem reducit. Item hoc oleum efficit ex fœmina virum,hoc eſt,ex argento aurum,ſanat etiam lepram. Porrò reſtant adhuc duo Elementa ſeparanda, quæ in deſtillatione inuicem commiſta ſunt, nempe ignis & terra, quæ tali modo ab inuicem ſeparentur: Primo recipiantur quatuor partes abſtractæ aquæ, & ad vnam partem amborum Elementorum in deſtillatione affundantur, poſtea bene obſeratæ ad inhumandum ſeu putrefaciendum in Balneū ſeu fimum, vti ſupra, ponantur, talis enim inhumatio quæ fit intra deſtillandum,multum conducit, vt materia eo melius diſſoluatur & magis ſubtiletur,poſtea oportet vehementem ignem vt ante applicari, & deſtillabitur rubea aqua, deſtilla tantiſper donec aqua amplius non deſtilletur, & remoto igne reperies in fundo deſtillatorij nigerrimam terram,quam diligenter collectam reſerua: Poſtea rubea aqua,

cum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1179 sur 1557

cum Elemento ignis commista, ab inuicem separetur, & in Balneum ponatur, Elementum aquæ ab igne abstrahatur, & remanebit ignis in fundo vitri, instar rubei olei, quod purissime in vitro reseruetur. Ita quatuor iam Elementa separata sunt, quorũ quodlibet singulatim rectificetur, purgetur & in quintam essentiam redigatur, nempe destillando & circulando, quo in compositione inuicem eo amicius sibi faueant. Cuius perfectæ rectificationis indicium est crystallina forma, indicium vero perfecte rectificatæ terræ est pulcerrimus albus color. Feces vero, quas aqua in rectificatione post se relinquit, tollantur & cum terra commisceantur, & hæc rectificata aqua est Mercurius Philosophorum. Item Sal armoniacus qui nuptias præparat. Item aqua vitæ, quæ Latonem, hoc est nigram terram abluit, & purificat. Aqua enim spiritus soluuntur, incerantur & solidantur, feces vero, quas aër in sua rectificatione post se relinquit, semper coniungantur & terræ addantur. Rectificatio terræ ita debet institui, nimirum vt nigra terra recipiatur, iucundo igne calcinetur, ita tamen vt aqua pro ratione oculatis demonstrationis sensim addatur in dosi, donec terra satis sicca & arida reddita sit, tunc teratur & denuo rectificata aqua imbibatur, siquidem rectificatio terræ tantum rectificata aqua fit, postea ponatur in lenem calorem per octiduum, donec aquam, plane ad se attraxerit, illa rursus siccata, calcinetur denuo, dicta aqua iterum imbibatur, lenî calore per octiduum decoquatur, donec aquam iterum ad se attraxerit, & imbiberit, post illam imbibitionem denuo calcinetur vt ante & hoc opus, terendo exsiccando, coquendo & calcinando tantisper continuetur & expediatur, donec terra aquæ pondus in dupla quantitate bibẽrit: omnia enim sicca aquam desiderant, siquidem aqua, tam igni quam alijs rebus suum alimentum suppeditare potest. Et in hac rectificatione terræ cauta & diligens adhibenda est opera, ne opus illud nimio vel minimo humore in imbibitione corrumpatur. Ideoque prospiciendum, ne per coctionem plus tollatur quam dissolutio requirat: Et si econtra ne per inhumationem seu resolutionem plus addatur, quam per decoctionem fuerit consumptum: ideoque post calcinationem terræ aqua quam moderatissime affundatur, nec nimium nec minimum: si enim nimium, suffocaretur, si minimum combureretur, ideoque sciatur, quod nimirum lenis ignis in hac dispositione operis spem salutis afferet, & quia terra & imbibitio, seu

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1180 sur 1557

pluuia ſeu humor nullam humiditatem perferre poteſt, ideo que neceſſe eſt terram ſæpius humectari & iterum exſiccari, talis enim repititio efficaciam adfert totius ſupplementi. Porrò notandum eſt, ſi forſan nimium de aqua ſuper terram funderetur, ita vt plane ad ſe trahere ſeu vincere nequiret, tollatur illud. Ulterius autem quando poſt imbibitionem bene exſiccatum eſt, primum leni poſtea vehementiori igne calcinetur, quemadmodum Mercurius ſublimatur, donec bene ſiccetur, vbi ſiccatum eſt, imbibitur iterum aqua, & exſiccatur etiam igne, vt ante monitum eſt, & hoc toties repetatur, donec aquæ imbiberit duplo plus in quantitate quam eius pondus fuit, poſtea iterum exſiccetur & ſeptima parte aquæ imbibatur ac ſiccetur & ita tertiò calcinetur, nimirum maiore ſeu vehementiori igne vti ante: tandem rurſum ſeptima parte imbibatur, ſiccetur & calcinetur vt ante: viciſſim tertia parte modo dictæ ſeptimæ partis imbibatur, vt ſit inſtar bene tritæ temperatæ paſtæ, hinc ponatur in calidiſſimū equinum fimum, quo ſoluatur atque in aquam euadat, bene obſeruata phiola per octiduum, ſeu donec ſolutum ſit, ponatur, ſolutio iterum ſolito igne, nimirum primò leni poſtea vehementiori coaguletur, & iterum reſidua aqua tertiæ partis de ſeptima parte imbibatur & exſiccetur, exſiccatum rurſus vt ante quinta ſui parte bis, & ſimiliter tertia ſui parte bis imbibatur, ſiccetur & calcinetur, tunc vna pars terræ tali modo quinque partes aquæ imbibet. Hoc abſoluto, accipietur pulcerrima & candidiſſima terra, quæ nullo huius mundi thesauro redimi poteſt. Hæc enim eſt auis Hermetis, & quinta eſſentia metallaris terræ, nam quinta eſſentia aquæ attrahit ad ſe quintam eſſentiam aquæ, atque hic eſt cinis qui ex cinere extrahitur. Item natum ens Philoſophorum. Item Sulphur naturæ, ens metallicum, anima Elementorum, de qua Hermes dicit: Extrahe è radice illius vmbram & impuritatem qua circumdatur, inſerens in illam Aurum, hoc eſt, quintam eſſentiam aëris cum quinta eſſentia terræ, mediante quinta eſſentia aquæ componas & commiſceas. Sicuti enim Elementa mediante aqua ab inuicem ſeparas, ita etiam neceſſe eſt, vt iterum mediante aqua congreges & connias; aqua enim medium eſt, quo Tincturæ, hoc eſt corpus & anima, ſeu fermentum cum alba terra componitur. Nam vtpote nonnulli philoſophi factam Hermetis avem per ſublimationem præpararunt, per quam ſubtiles partes à craſſioribus ſeparantur, nam quod

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1181 sur 1557

quod ascendit, illud est efficax ac purum, illud vero quod in fundo remanet, est impurum, quod reijciatur. Ita & dicta auis Hermetis seu alba soluta terra per solutionem extrahitur & præparatur, subtiles partes soluuntur, crassæ vero separantur, vti Geber inquit: albedo quæ per sublimationem ascendit, similis est, eiusdemque naturæ ac proprietatis instar aquilæ montes supervolantis ac in suo interno residentis. Ex modo dictis constat iam, nimirum Aurum hoc, quod in albam terram per modum Philosophicum seminatum non commune, sed Aurum animæ existere, quod in rectificata aëris proprietate inclusum latitat, ideoque aër à Philosophis anima, Aurum, Tinctura, item Sulphur, oleum, adeps &c. nuncupatur: qui humida exsiccat, & lapides à calore heterogeneo elegantiori colore tingit, qui modo dictus aër ad transmutandum Aurum terræ tingendumque ordinatus est, ideoque inquit calidius, nunquam aurum posse tingi nisi Auro, Aurum enim adæquatum fermentum est. Quare si voluerimus aerem cum terra componere, quo in fine operis albus inde euadat lapis, itemque vt omnia imperfecta corpora in perfectum & iustum argentum transmutet, oportet recipi de rectificata & calcinata terra tres partes, & de spiritu, hoc est residua aqua duas partes, & de aere sesquipartem, commistasque in phiolam recondi, leni igne coagulari, ita vt fixa inde materia efficiatur ac perficiatur. Materia ita exsiccata, videndum est an etiam in candenti cuprea lamina instar ceræ fluat, & in proprietatem argenti transmutet atque albificet. His factis, materia iterum tertia parte aquæ teratur, donec sit instar tritæ Salsæ, post in calidum fimum ponatur, vt materia dissoluatur: tandem autem dissoluta materia iterum coaguletur sicut ante, quæ solutio & coagulatio ad placitum nostrum vsurpari potest: Et his, vti dictum, omni diuina potenti gratia permissis ac perfectis, assequimur nobilem & pretiosissimum thesaurum, nempe Philosophorum lapidem ad argentum, ex tribus Elementis factum: Nam secundum opinionem Philosophorum conficitur lapis ad argentum ex tribus Elementis, nempe terra, aere & aqua: lapis vero ad Aurum ex quatuor, de quo pars vna ad centum partes calcinati & reducti cupri addita, transmutat cuprum in optimum argentum. Si vero materia, vt ante dictum, in candenti lamina fluere nolit, tunc incineretur rursum sic fixior & siccior existet materia cum dicto oleo & aqua vt ante, tandem & fluxilis reddetur

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1182 sur 1557

vsque natura tandem sit argenti indura. Si vero ad aurum procedere velimus, pro quolibet albo Elemento rubrum ponatur, nam huic elixiri Auri adponitur elementum ignis, quod reliqua Elementa efficit rubea, vt spiritus assolet. Ponderavero Elementorum sunt duo, terræ tria, aquæ & aëris duo, $1\frac{1}{2}$. rubei Sulphuris, hoc est ignis: nam dimidij pars aquæ est pondus ignis: & notandum est, vt terra primum ponatur, siquidem fere naturæ firmamenti adæquatur, deinde aqua, aqua enim medium est inter terram & aërem, tertiò aër cum terra & aqua misceatur, siquidem medium est inter aquam & ignem, quartò ignis, & fixatur seu roboratur ignis per aerem, quemadmodum aqua per terram. Quare omnibus quatuor ita commixtis & connitis, vt fixa materia fiant, quemadmodum in alba via indicatū est, postea hac fixa materia residua aqua per solutionem & sublimationem subtiletur, & subtile solidetur, solidum iterum soluatur vt subtiletur, donec fluat instar ceræ, & omnia imperfecta corpora in perfectum Aurum transmutet. Pars vna modo præparatæ Medicinæ ad centum partes in fluxu iniecta, transmutat omne argentum in Aurum quam pulcerrimum: & hoc est secretum totius artis, ac Philosophicum Chymicorum, absconditis scriptis hactenus mirabiliter obscuratum. Hic enim est absconditus thesaurus, quem multi quærunt, pauci inueniunt, & hic est occultus lapis qui omnes reliquos lapides vincit. Quomodo vero hic lapis in efficacia & copia augmentetur, satis aperte & copiose in aliorum Philosophorum libris traditum est, quare breuitatis ergo isto ego labore iam supersedeo.

Ex omnibus dictis facile concluditur, quid sit Philosophicus Mercurius, spiritus, anima, & corpus, similiter quid firmamentum, quid coagulum. Quia verò duplicia huius artis sunt principia, alia enim dicuntur alba operationis, qui artifex in arte vtitur & applicat, destillat & coagulat, alia autem non sunt iusta principia artis, sed tantum probationes, per quas possumus experiri, an transmutatio sit iusta seu secus. 1 2

Merito igitur aliquid de his principijs tractari oporteret: verum quia de illis sat abunde alijs in locis patet, intermittam ego, sed de primis aliquid adijciam. Sciendum est igitur, spiritus, si iustam Tincturam reddere debeant, primum oportere lauari, postea sublimari, 1 2

incē-

incerari, dissolui & in crystallinam formam redigi : sublimantur autem, vt purgentur, nam per sublimationem abstrahitur purum ab impuro. Item sublimantur etiam, vt ad Medicinam habiles & idonei fiant : corpora verò sublimantur, vt perfectam Tincturam ad se recipere possint, purgantur per acutas aquas vel calcinationem vel solutionem. Ideoque calcinantur corpora, vt à malis accidentibus, quæ spiritum corrumpunt & Tincturam impediunt, purgentur. Spiritus verò calcinantur, vt eo citius fixa & solida fiant. Corpora verò soluuntur, vt spiritibus eo melius vniri possint : Porrò calcinantur etiam corpora, vt clara aqua fiant, & coagulantur rursus ideo, quia puluis melius ponderari potest quam aqua : Solutis spiritibus & calce ita in promptu existentibus, confundantur omnes in tali soluta subtili substantia, vt ex aqua substantiæ vna res fiat, quæ persistat, penetret & transmutet. Illa verò coagulatio fiat in vase oceluso in cineribus calidis, donec materia siccata fuerit, & postea parum de hoc coagulato in candentem laminam proijciatur, sique summa subtilis summam fixi ad huc superet, minus feliciter laboratum, sed in calce erratum est, quare plus de calce adhuc addatur, sub fimum ponatur ad soluendum vt ante, iterum coaguletur, & tentetur an iustum sit. Igitur inquit Rasis in libro perfecti magisterij ita : Spiritus autem non manent in igne, sed aufugiunt paulatim, nisi in dissolubilibus vinculis & artificioso iudicio contineantur &c. Quos Philosophi diuturna constantia & subtili inquisitione post multos fallaces labores deprehenderunt, & posteris suis reliquerunt.

Quare æterno & misericordi Deo summa laus & honor, qui substantiam & substantiæ proprietatem ac naturam creauit, cuius similis in nullo terrarum angulo inueniri & impetrari potest.

CON-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1184 sur 1557

CONSILIVM SEXTVM ET THEORIA DE *Lapide Philoſophorum. è Manuſcripto Gallico.*

NOta quod ars omnis & magiſterium in corpore recondito in magneſia ſitum eſt, ac ſine eo nihil fit. Sume igitur ad Dei gloriam in bona quantitate, hoc ac ſepties aut pluribus etiam vicibus, in hunc modum para. Coaptetur ante omnia in partes tenuiſſimas, & impalpabiles, corpus iſtud, ideoque ſoluatur ſecundum artem in vaſe vitreo. Filtretur liquor, & decoquatur: quod remanet aſſidua mixtione moueatur, haud attingente ferro, donec tenuiſſimus, æqualis, & multum exſiccatus puluis remaneat. Coquatur & ad fortem ignem hic, ſed mutato vaſe, & adhibito altero, forti, terreo, dum caueas à fuſione. Idque toties magiſterium repetatur, quouſque materia ſit fuſibilis vt cera. Huius in hunc modum præparatæ, accipe quantum vis, & in aqua forti, confecta ex partibus duabus Salis nitri, & parte vna aluminis, diſſolue ſeorſim in vaſe vitreo. Ithinc, imponito in aliud vas iſtiusmodi aquæ quantum lubebit, ac in ea, fermenti ſumme depurati partem, ad ſuperius corpus dimidium, diſſolue, cum tantilla ſalem, quæ ad magiſterium requiratur, & non amplius. Aquæ verò eiuſmodi, claræ, & pellucidæ, abſque fecium reſidentia ſeorſim ſolutæ maneant, quo peracto, aquam ſecundam, in qua diſſolutum fermentum eſt, alteri quæ corpus diſſolutum continet injice, ac miſce: Confeſtimq; ea mixtura turbida fiet, petetque illud fundum, in tantum, vt vas tantillum mouere, indeque ac cineres calidos apponere neceſſe ſit, donec aqua viridis, & clara ſupernatans appareat; ab omnibus fecibus aliena; quæ lente & caute iſthinc remoueri, & in aliud ſeorſim vas apponi debet: illiuſque loco, noua altera eiuſdem qualitatis ſuper coagulum immitti, & ad cineres calidos cum aliqua mixtione locari, donec omne coagulum in aquam albiſſimam habere poſſis: Fermentum videlicet cum corpore, abſq; fecibus coniuncta, homogeneata, & res vna effecta.

Imponatur ergo ea homogeneatio in cucurbitam, cum Alembico bene lutato, exſiccato &c. & Balneo maris lentiſſime deſtilletur, donec phlegma aſcenderit, & acidi aliquid guſtare incipias: vas verò abſque

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1185 sur 1557

absque altera ignis amotione, in præfato Balneo frigescat; ita clausum, vt nullus vapor emanare possit: Cui Medicinæ laminæ aliquot Lunares addantur, & istis illa, quantas dissoluere, ac digerere poterit, ad ignem digestionis fermentetur: à quo tandem remoue; iterumque materiam omnem per decem dies digerendam, atque putrefiendam Balneo tepido, & æquali admoue: Ita vt hic, iuxta Philosophum opereris, inquientem, quod putrefit, fit aqua vera; Eaque dissolutio calido & humido fiat. Licet autem sic soluta Medicina frigore coaguletur, haud perfecte tamen: eamque coagulationem ad cineres calidos fieri necesse est: Quæ si de nouo, ac pluries vt supra dictum est, digestionis calore dissoluatur, & postea congeletur, toties & ad infinitum pene, crescet proiectionis huius virtus. Aduertatur verò exacte ne quicquam respiret, vel effractum sit; fiatque à principio coagulationis huius, lentissimus ignis; ad quem 24. horarum spatio Medicina congelabitur: sicque habebis Elixir ad album: cuius proiectio in Venerem præcipue cadit. Ergo huius accipe vncias septem, & in tigillo liquefac ad fortem ignem, cui addatur vncia vna Lunæ repurgatæ, assidue, & absque vllius ferri contactu commixta; ac tandem huius Elixiris vnciam vnam. Notaque in omni istius & aliorum omnium proiectione, necessariam esse corporum perfectorum commixtionem, ac demum Elixiris proiectionem, illudque est quod aiunt Philosophi, tria esse necessaria.

Idem ordo qui antea descriptus est, ad Elixir rubeum, seruari debet, nisi quod fermentum rubeum, post exactam depurationem, sequenti cemento septies purificandum est; dumque materia fermentanda erit, putrefactionis tempus ad 40. (minimum) dies protrahendum, ac prout peculiari cibo Elixir album effectum est, ita & hoc, proprio etiam, & homogeneo debet enutriri. Notaque huius proiectionem, peculiarem ad Lunam esse, eadem quantitate, proportione, & admixtione fermenti seruata, quæ in Elixiri albo.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1186 sur 1557

CEMENTATIO SOLARIS PRO *opere superiori.*

ACcipe Auri mineralis, & tantundem Veneris nouæ: quæ simul liquefiant, & in tenuissimas adaptentur laminas, instar Aurei vnius; in aceto forti aliquantum maceratas. Hinc accipito lateres ruberrimos, bene exsiccatos & tritos: Insuper & Salis præparati quantum sufficit. Habe item Vitriolum, in hunc modum præparatum. Dissoluatur hoc in aceto forti distillato. Filtretur, ac destilletur acetum seu euaporetur; residente Vitriolo ruberrimo, quod in puluerem tenuissimum reducatur, qui & cribretur. Accipe etiam viride æs, eodem modo præparatum ac Vitriolum, itemque subtilissime tere. Sume & Sal armoniacum, in aceto quidem sed rubro, non destillato, simpliciter dissolutum, & exsiccatum; illudque ad pondus omnium. Ex quibus omnibus simul mixtis, fiat cementum, secundum artem, ad laminas antedictas, per horas 24. ac septies cum nouis pulueribus, & Venere reiteretur. Cumque ad furnum reuerberij hoc fieri debeat; extruatur à principio ignis carbonum lentus, post horam, vel circiter adauctus: indeque ex lignis siccissimis, quæ non fumigent.

Ad perfectionem huius operis ait Author: Sumatur Elixir rubeum, & ad putrefactionem per dies 24. seruato superiori regimine adhibeatur. Accidet vt Elixir denuò reducatur in aquam; cui tantundem Mercurij sublimati, cum valida mixtione, & vasis agitatione; modo ne illud frangatur, addi debet, indeque materia ad ignem digestionis, per quatriduum, demumque ad congelationis, seruato illarum exacte regimine apponi: quo pacto, vt idem inquit,

perficietur summum naturæ humanæ opus.

SVB-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1187 sur 1557

SVBLIMATIO MERCVRII AD *Elixir Solare.*

ACcipe Mercurij libram vnam, Vitrioli Romani libras duas, & Salis semel præparati lib. 1. reducantur hæc postrema duo in puluerem subtilissimum, & in aceto forti rubro macerentur, quibus postea Mercurius addatur & incorporetur. Adhibeantur inde, in sublimatorium, ad lentissimum ignem, per horas 12. saltem vt exsiccentur, & acetum euaporetur. Dumque per superius foramen fumum emanare prospexeris reclude illud, & per horas 4. ignem paulatim adauge, vt tandem sit validissimus, & è lignis ficcissimis extructus, dum præfati Mercurij pars sublimetur; altera in vasis fundo remanente. Hæc sublimationis operatio abiectis fecibus, ac superadditis nouis materijs septies iterari debet, si præfato operi aptam expetes. Idemque sublimationis ordo omnino seruari, in Elixiri ad album, nisi quod Vitrioli Romani loco alumen cum Sale nitro in pari quantitate sumendum est.

Explicit antedictum opus, ex amplo fragmento summarie collectum.

CONSILIVM SEPTIMVM ET THEORIA DE *Lapide Philosophorum.*

DUæ sunt Philosophorum viæ, quæ veraces & constantes, suumque fundamentum in natura positum habent ac tenent. De quibus duabus & Solis, veteres Arabes, Græci & Latini à prima artis inuentione ante mille annos existentes scripserunt, easque probatas inuenerunt, vti illorum libri testantur, & qui hos Philosophos legunt ac intelligunt, in inquisitione harum duarum viarum audient solos sese occupatos exercuisse ac pro veris deprehendisse, vtpote nullas alias inueniri veras, præter has affirmant, vocanturque ab illis vniuersales Philosophorum viæ & Tinctura: Et extiterunt particulares processus, quorum multos inuenire licet, de quibus Autores hinc inde magnam fecerunt mentionem, sed hi ad fallendos solum homines ac de via recta abducendos, inq; pericula & calamitates præcipitandos sunt fabrefacti: & paucis vti dicam, nihil aliud sunt quam ludibrium &

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1188 sur 1557

vexatio Satanæ, deceptio plebis hominum, gentium & populorum, nec habent fundamentum in naturali arte, quemadmodum duæ illæ probatæ viæ, Lapidis Philosophorum & Tinctura: experiatur qui credere dubitat, patiatur suum Mercurium coagulatum & fixum interim dolere, & vexari, quia Mercurius & omnia metalla nihil in Lunam seu Solem transmutant, quam Solus Lapis Philosophorum seu Tinctura, conetur etiam contrarium qui velit & possit, frustra tamen laborabit, ex suo damno experietur, quemadmodum multa millia plurimorum exempla qui omnia sua bona dilapidarunt, testantur.

Non autem est Lapis Philosophorum, quemadmodum plurimi putant, Mercurius, Sol & Luna, quia ex corporibus nulla Tinctura effici potest, ita vt vel centum libræ Auri nequeant tingere drachmam vnam. Sed est materia Lapidis Philosophorum Sal, Sol vel Luna, & Sulphur Philosophorũ, hoc est Tinctura, anima, forma, quinta essentia amborum corporum, quæ spiritualia volatilia, & tamen fixa corpuscula, imò potius puri, pulcri & clari spiritus sunt, qui ambo in aquã resoluuntur, quia aqua omnium metallorum primum ens & propria materia est, quemadmodum illud sciunt, vident & experiuntur illi, qui quatuor Elementa separare, metalla ab omnibus sordibus purgare, purgata rursum componere sciunt, quò nemo nisi diligenti indagatione & diuturna exercitatione peruenire potest. Materia verò Tincturarum nihil aliud est quam Sulphur Solis ad rubrum, & Luna ad album, ad quod prius, quam ad Lapidem perueniatur, eleuari & multiplicari possunt, vsque in infinitum pro arbitrio, potestque intra 4. vel 6. septimanas plurimum effici, & sic proceditur.

SEQVITVR PRACTICA.

REcipe Salis nitri quantum vis, destilla ex illo aquam absque vllo aliarum rerũ additamento, instar aquæ fortis, abstrahe deinde in Balneo aquositatem ex spiritibus, verum ne spiritus vna quidam transeant, corpora frangentes, ad aquositatem adde Salem armoniacum, & flauescet aqua, tolle id de terra Salis armoniaci, per artem, postea pone cucurbitulam in mediocrem calorem, adde tenuiter aurearum lamellarum lotonem 1. & attrahet ad se aquam Tincturã Solis, rubescetq; instar croci. Quando vero desinit colorari, effunde aquam in peculiarem cucurbitulam, affunde recentem super Solem, affunde & effunde donec alba terra in vitro remaneat, ex qua postea Sal metallorum seu Mercurius Philosophorum extrahitur, qui melius quam omne in terris

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1189 sur 1557

ris aurum metallorum & hominum corpora purgare & ſanare poteſt, latuit hactenus aliquot mille homines, nec ab ijs in terra ſeu capite mortuo quæſit⁹ eſt,& dicitur alias aquila alba ſeu Mercurius Philoſophorum. Hæc Tinctura ex auro & argento extracta ab omnib.ſapientibus magnum ſecretum cenſetur,tot etiam mirabilibus veteres Chymici nominibus onerarunt & obſcurarunt vt nemo illorum mentem aſſequi potuerit,quemadmodum hodieq; inter mille vix vnus erit qui dixerit quid Mercurius Philoſophorum ſit: qui reuera nihil aliud eſt quam Sal metallorum ſeu radix, ex qua omnia quolibet tempore metalla naſcuntur, vtid conſtat omnibus veteribus rei metallicæ expertis,& dicitur etiam Tinctura Solis purpureus ſanguis Leonis.

Tincturam ita ex vno Auri lotone extractam, abſtrahe leniter (aquoſitatem videlicet)in Balneo,vt remaneat tibi in ima cucurbitula flauus puluiſculus,tenellus inſtar croci,de lotone autem ſedecimæ expectabis partem, & de marca drachmam nec plus, ſi verò extractum Sulphuris Solis adieceris ad lotonem Lunæ,accipies iterum lotonem auri,nec plus,reſiſtentem verò albam terram Solis, habes reſiduam: ſi verò extractam Tincturam Solis adieceris ad lotonem fluentis auri, euadet aurum in Tincturam,accipieſq; primo gradus 48.quantumuis principio ſaltem 24.habebas,quando itaque dictum Solem cum Sulphure totum ſoluiſti in aquam,vti cõſtat & iterum in Balneo ad fluentem Solem adieciſti,tunc accedet ad 24.gradus ſi maiores expetis,gradus eoſq; ſic deinceps infinitos: vide acquiras per Philoſophiã: ſiquidem corpus Solis tandem poſt quartam vel quintam proiectionem plane ſpirituale & metallicum fixum Sal atq; Sulphur exiſtit: quod inde ipſi accidit,quod tam ſæpius ſolutum & cum Sulphure toties eleuatum eſt,ſed in tenerum aliquando puluerem inſtar croci ſi vultis teritur. Quam ſublimationem & augmentationem Chymici nominant, patrem proprio ſanguine potaſſe & cibaſſe (& hoc verum eſſe teſtatur cuprum,q; ſæpius tam aridum, vt malleos pati nolit, propterea quod nimiũ Sulphuris habeant,illoq; nimis oneratum ſit, ſi quid demitur fit aptior) & ita ex vna marca Auri poſſunt multæ tincturæ effici & haberi,(cogor eſſe obſcurus propter multos ſophiſtas) ſatis iam tinctura & Sole pro arbitrio taliter ſublimato & in Tincturã redacto,conſtituuntur duæ partes,vna tingitur,altera præditur & augmentatur: ſole ita ſublimato,vt ſolem rurſum dimidia hora in Tincturã redigere poſſit,veluti paucis ita ſeptimanis perpetua Tinctura poſſit, Deo feliciter annuente & ſecundante.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1190 sur 1557

CONSILIVM OCTAVVM DE *Lapide Philosophorum.*

Tractatus M.I.V. de perfecta & infallibili arte Alchymiæ, qui dicitur Speculum Elementorum.

INCIPIT PROLOGVS.

GLoria, laus & honor perennis omnipotenti Deo, gratia cuius cooperante speculum Elementorum desiderabile componitur in hac forma. Primò excluduntur aliquæ falsitates.. Secundò inducuntur aliquæ veritates. Tertiò exponuntur quædam obscuritates, ex quibus patet intuenti ipsissima veritas, quo modo quatuor Elementa separantur ab inuicem & qualiter ad inuicem coniunguntur.

Scientiam honorabilem quatuor Elementorum sapientes Philosophi tradiderunt, sed in libris suis sensum duplicem posuerunt, scilicet vnum sensum verum & alium sensum falsum. Sensum verum sub velamine per verba obscura, sic quod nō posset intelligi nisi à Philosophis, ob hanc causam ne insipientes & impij hanc scientiam percipientes ad profana agenda fierent promtiores, & de peccatis eorum reddituri fierent nocentes. Caueat ergo benè, qui scientiam istam habet, ne communicet eam alicui, sed more Philosophico celet ipsam, quia cum veram scientiam & experientiam viderit, probauerit & inuenerit, scientiam istam delectabilem diliget vltra modum. Falsum autem sensum Philosophi posuerunt sub verbis explicitis intelligibilibus, liquidis & ornatis, vnde ex sensu falso, & ex verbis pulcris & apertis Philosophorum ortæ sunt multæ falsæ opiniones. Quidam reperiuntur communiter operantes, qui operantur cum capillis humanis, sanguine humano, vrina humana, ouis gallinarum & cæteris vegetabilibus, cum Sulphure & Arsenico, Mercurio & Sale armoniaco, sublimatur & fixis Salibus, aluminibus corporibus & eorum similibus commixtionibus, coquendo, soluendo, distillando, congelando & alijs varijs modis præparando, vt in suis erroribus confortentur, & ne desperent super hoc quod veritatem quærunt & cupiunt inuenire.

Una

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1191 sur 1557

Una falsa opinio est ista, quod Lapis Philosophicus fit ex capillis, ex sanguine, ex ouis, ex vrina & cæteris vegetabilibus. Aliqui enim non intelligentes sensum verum, traditum à Philosophis per verba obscura accipiunt alia verba Philosophorum explicita & intelligibilia secundum sensum literalem, opinantur & tenent, imò etiam ex ipsissimis scriptis suis docent, quod scientia quatuor Elementorum est è capillis, ouis, sanguine & vrina, & quod Lapis Philosophicus fit ex illis, quorum ratio est, quod de prædictis Philosophi scribunt in libris suis & tradunt doctrinam, quo modo præparantur. Sed hæc opinio falsa est, & falsitas eius satis patet, ex fine operis eorum, qui operantur secundum istam opinionem. Operantur enim ex sanguine, vrina, capillis, ouis & multis alijs, vt ex eis traherent quatuor Elementa, vt cum eis opus perficerent per destillationem à prædictis: primò aquam claram, deinde oleum in superficie citrinum, qui dicunt ignem & aerem continere, & terra nigra in fundo manet, & postea dealbant terrã cum aqua imbibendo ipsam & decoquendo & destillando, inde aquam illam toties donec tota terra dealbetur, deinde reddunt sibi suum ignẽ præparatum, & oleum suum præparatum distillando quousque terra totum bibat, scilicet aquam, oleum & tincturam, &c. istam terram seu cinerem proijciunt super corpus suum scilicet cuprum aut aliud metallum, & nihil inueniunt, & tum operantur secundum eandem opinionem, & faciunt & etiam operantur secundum quod Philosophi dicunt in libris suis, & sic incidunt in errorem. Ergo prædictæ opinionis falsitas satis patet. Hæc opinio & eius falsitas excluduntur per causas erroris sic operantium: nam vna causa erroris illorum est, quia certum est, quod ex nulla re generatur aliquid, quam res sibi similis in natura: non enim generatur ex homine nisi homo, nec ex equo nisi equus, nec ex asino nisi asinus, nec ex porco nisi porcus, nec ex alijs animalibus nisi sibi similia. Cum ergo capilli, sanguis, oua & cætera prædicta sint à metallis dissimilia, & à natura metallorum penitus aliena, impossibile est, quod ex eis fiat generatio metallorum, vel transmutatio in metallis. Alia causa erroris illorum est, quod metalla non generantur, nisi ex proprio spermate, sicut nec homo nisi ex sperma te proprio. Mercurius autem est sperma metallorum & eorum origo, sicut omnes Philosophi dicunt, & visus testatur, & ratio docet, vt inferius ostendetur. Sed prædicta, scilicet, capilli, oua, vrina & cætera vege-

vegetabilia, non ſunt Mercurius. Ergo impoſſibile eſt, quod ex eis fiat generatio metallorum & tranſmutatio in metallis. Non ſunt ergo prædicta Lapis noſter, ſed exemplum, & per conſequens prædicta opinio & eius falſitas excluduntur.

Alia opinio eſt iſta, quod Lapis Philoſophicus fit ex quatuor ſpiritibus. Aliqui enim videntes, quod Philoſophi dicunt in libris ſuis, hanc ſcientiam eſſe ſcientiam quatuor Elementorũ, & iſtam ſcientiam eſſe in quatuor ſpiritibus, accipiunt 4. ſpiritus ſecco quatuor Elementorum, ſcilicet, argentum viuum, Sulphur, Arſenicum & Salem armoniacum, & dicunt & tenent, quod Lapis Philoſophicus fit ex ipſis. Et hæc opinio falſa eſt, quod patet manifeſte per finem operis eorum, qui operantur ſecundum illam operationem: operantur enim ſic. Accipiunt prædictos quatuor ſpiritus & ſublimant ipſos, vt ſint naturæ aereæ, & ſoluunt, vt ſint naturæ aqueæ & fixant vt ſint naturæ terreæ, & calcinant vt ſint naturæ igneæ, & iſta componunt libros Philoſophorum credentes habere ſcientiam quatuor Elementorum, & hæc compoſita & ſimiliter incepta proijciunt ſuper cuprum & ſuper alia metalla & nihil inueniunt ad hoc, quod quærunt, ſed vt primi in errorem ſunt prolapſi. Ergo hæc opinio falſa eſt. Hæc opinio & eius falſitas excluduntur per cauſas erroris illorum, qui ſic operantur: quoniam vna cauſa erroris illorum eſt, quia vt primò dictum eſt, metalla nõ generantur, niſi ex proprio ſpermate: Illa verò non ſunt proprium ſperma metallorum excepto argento viuo. Ergò impoſſibile eſt, quod ex eis fiat generatio metallorum ſiue tranſmutatio in metallis. Alia cauſa erroris illorum eſt, quod Sulphur & Arſenicum cito comburuntur in igne, & ab ignis combuſtione tranſiliunt in ignem. Quomodo ergo expectatur bonum ab eo, quod cito comburitur & transducitur in carbonem, nequaquam expectari debet, Ergo per rationes prædictas patet cuilibet ſubſtantialiter intuenti, quod illa nec per ſe, nec ſi corporibus admoueantur, nec mixta cum oleis extractis ab ouis & vrina, capillis, ſanguine, nec alijs vegetabilibus, nec ad inuicem nec quoquo modo ſint lapis noſter ſeu medicina noſtra, quia ad generationem hominis non ſit alicuius rei commixtio niſi proprij ſpermatis ſeu ſeminis nec ad generationem plantæ niſi ſui ſeminis. Ergo Mercurium noſtrum non eget alicuius extranei admixtione, & per conſequens prædicta opinio & eius falſitas excluduntur.

Alia

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1193 sur 1557

Alia opinio eſt, quod in Salibus eſt ſcientia quatuor Elementorum. Unde quidam eos ſoluunt & diſtillant, congelant, calcinant & fundunt & præparant multis modis: & aliqui proijciunt ſuper corpora imperfecta Sales præparatos, & aliqui proijciunt ſuper ipſos Sales corpora imperfecta, & aliqui commiſcent cum corporibus præparatis, calcinatis & ſolutis, & aliqui commiſcent cum ſpiritibus ſimiliter præparatis, & in fine poſt totum laborem non inueniunt illud, quod quærunt. Ergo illa opinio eſt falſa. Hæc quidem opinio & eius falſitas excluduntur per cauſas erroris ſic operantium, quia omnes errores eorum ſunt ijdem cum præcedentibus: tum quia Sales non ſunt de natura metallorum, tum quia Sales non ſunt ſperma metallorum. Ergo impoſſibile eſt, quod ex Salibus fiat generatio metallorum ſiue tranſmutatio in metallis: & per conſequens hæc opinio & eius falſitas excluduntur.

Alia opinio eſt quod lapis fit ex Solis corporibus perfectis. Sed hæc opinio falſa eſt, ſicut patet manifeſte per finem operis illorum, qui operantur ſecundam illam opinionem: operantur enim ſic. Accipiunt corpora perfecta, & ea præparant, calcinant, ſoluunt, diſtillant & congelant & proijciunt ſuper corpora imperfecta & nihil inueniunt, ſi penitus decepti ſunt. Ergo patet manifeſte falſitas huius opinionis. Hæc autem opinio & eius falſitas excluduntur per cauſam erroris illorum qui ſic operantur, quia cauſa erroris illorum eſt ex eo quod id accipiunt quod noſtrum ſperma neque metallorum non eſt, corpora enim metallica generantur ex argento viuo, quod eſt ſperma metallorum, ipſa tamen corpora non ſunt ſperma metallorum. Ergo iſta opinio & eius falſitas excluduntur. Patet ergo per rationes prædictas, quod nec in ſanguine, nec capillis, nec in ouis, nec in vrina, nec in alijs vegetabilibus, nec in corporibus per ſe eſt Lapis Philoſophicus & ſcientia quatuor Elementorum, nec in ſpiritibus per ſe ad inuicem coniunctis, nec cum Elementis prædictis, aut Salibus, aut alijs quibuſcunque.

Alia opinio eſt, quod Lapis Philoſophicus fit ex argento viuo. Quidam enim ſubtilius intelligentes, conſiderant quod argentum viuum eſt ſperma metallorum & origo ipſorum, calore Sulphuris in ventre terræ ipſum decoquente, opinantur ex hoc & tenent, quod ex ſolo argento viuo fit Lapis Philoſophicus. Sed hæc opinio eſt falſa,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1194 sur 1557

ſicut patet per finem operantium illorum, qui ſic operantur maximam iſtam operationem. Operantur enim ſic: Sublimant argentum, viuum per ſe fixant, calcinant, ſoluunt, diſtillant, congelant & proijciunt ſuper corpora imperfecta, & non inueniunt illud quod quærunt. Ergo hæc opinio eſt falſa. Hæc autem opinio & eius falſitas excluduntur per cauſas erroris ſic operantium. Nam erroris illorum mater eſt ex eo quod noſtrum ſperma vel ſemen prodeſt & fructificat, niſi inijciatur in materia ſibi conueniente. Sperma enim viri non prodeſt nec fructificat niſi inijciatur & diſponatur in matrice mulieris, nec ſperma alicuius alterius animalis prodeſt aut fructificat niſi diſponatur & inijciatur in matrice ſibi competente, nec ſemen alicuius rei creſcentis in terra, niſi inijciatur & diſponatur in terra, quæ eſt matrix & mater creſcentium. Sed argentum viuum eſt ſperma metallorum, vt prius dictum eſt. Ergo ſolum argentum viuum non prodeſt nec fructificat, nec valet ad generationis multiplicationem ſeu tranſmutationem metallorum, niſi prius inijciatur & diſponatur & ſeminetur in aliqua materia ſibi conueniente. Ergo prædicta opinio & eius falſitas excluduntur.

Alia opinio eſt iſta, quod ſcilicet argentum viuum per ſe ſolum non ſufficiat ad factionem Lapidis Philoſophici, verum tamen argentum viuum & ſolum argentum viuum, intellige Philoſophorum eſt fons & origo & ſperma omnium metallorum, ex ſolo argento viuo verò vulgi attamen aliquo alio addito non poſſunt fieri Aurum & Argentum & omnia alia metalla, hocq; patet per finem operis illorum, qui operantur iuxta iſtam opinionem, operantur enim ſic: accipiunt argentum viuum, & ipſum mortificant aliqui per ſublimationem, aliqui per oleum ſulphuris, aliqui per ea metallorum, & auferunt ab eo per aquas Salium humiditatem aduſtiuam & virtutem corroſiuam & ipſum præcipitatum, & purgatum congelant & fundunt, & in fine ſi ponatur ad examinationem per fortem ignem, euaneſcit. Ergo hæc opinio eſt falſa. Hæc opinio & eius falſitas excluduntur per cauſam erroris illorum ſic operantium, quia cauſa erroris ſic operantium eſt eadem cum præcedentibus, quia ſicut ſperma viri non prodeſt nec fructificat, niſi inijciatur & diſponatur in matrice mulieris: ſic nec argentum viuum, quod eſt ſperma metallorum, niſi inijciatur & diſponatur in materia ſibi conueniente.

Exem-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1195 sur 1557

Exemplum ex hoc patet de generatione metallorum in terra, quia in hoc omnes Philosophi conueniunt, quod licet argentum viuum sit sperma & fons & origo omnium metallorum, tamen ex argento viuo non generantur metalla nisi iuuetur calore sulphureo ipsum in ventre terræ decoquente & disponente & nutriente. Ergo solum argentum viuum non sufficit ad generationem metallorum & multiplicationem seu transmutationem: & per consequens ista opinio & eius falsitas excluduntur.

Alia opinio est subtilior præcedentibus & euidentior, quod si aqua corporis perfecti coniungatur cum aqua argenti viui purgati & fixata, & illæ aquæ coniunctę destillentur & congelentur, illa res congelata est Lapis Philosophicus tingens metalla in album & rubrum, & ea transmutans & transsubstantians in Solem & Lunam. Ista opinio sic probatur: Corpus perfectum est anima & fermentum secundum omnes Philosophos, & est corpus quia sicut corpus perfectum: Ergo corpus perfectum eò quod est corpus, habet virtutem nutritiuam, qua argentum viuum quod est sperma metallorum in ipso initiatur ad fructificandum, & eò quod est anima habet virtutem viuificatiuam, qua argentum viuum potest viuificari & perfici in naturã perfectam, & eo quod est fermentum habet virtutem conuertendi argentum viuum cum eo coniunctum ad naturam suam, & sic cum eo fermentans, transmutans & transsubstantians metalla in Solem & Lunam. Ergo illa res coniuncta, composita & congelata ex aqua corporis perfici, & aqua argenti viui fixati & purgati, est Lapis Philosophicus transmutans & transsubstantians metalla in Solem & Lunam. Hæc opinio est in parte vera & in parte falsa. In hoc enim quod dicitur, quod argentum viuum, purgatum fixatum & coniunctum cum corpore perfecto conuertitur in naturam corporis perfecti, verum est ad quod fermentum habet virtutem conuertendi argentum viuum ad se, & ad naturam suam, & sic argentum viuum conuertatur in argentum & aurum, quia si res congelata ponatur ad fusionem, illa massa fusa erit aurum, si fermentum fuerit aurum, erit argentum, si fermentum fuerit argentum, tum quia argentum viuum fixatum, est tale metallum quale adiungitur, & cum quali coniungitur, eò quod argentum viuum est fons & materia omnium metallorum, ex qua omnia metalla procreantur. Unde si argentum viuum fixatum coniungatur cum auro, est

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1196 sur 1557

aurum,& ſi coniungatur cum ſtanno eſt ſtannum, ſi coniungatur cum plumbo,eſt plumbum,& ſic opinio eſt in parte vera. Sed non in toto, quia in hoc quod dicitur,quod illa res congelata tranſmittat & tranſſubſtantiat metalla in Solem & Lunam,dicitur falſum: quod ſatis per effectum,qui ſequitur ex proiectione illius rei congelatæ ſuper metalla imperfecta fuſa, quia licet illa res congelata tingat corpora imperfecta & faciat ea ſimilia auro & argento, in colore & malleatione tamen illa ſimilitudo non durat, niſi vſque ad tertiam examinationem, quia ſtatim poſt tertiam examinationem, color euaneſcit & corpus imperfectum remanet immundum & impurum,ſicut prius fuit.Ergo illa opinio eſt falſa, quæ tenet,quod talis res congelata,proiecta ſuper metalla imperfecta, tranſſubſtantiat ea & tranſmutat in aurum & argentum. Hæc opinio & eius falſitas excluduntur per cauſam erroris illorum,qui faciunt talem proiectionem. Cauſa enim erroris illorum eſt, ex hoc, quod impoſſibile eſt fermentum & corpus imperfectum ſimul coniungi & ſimul vniri niſi prius corpus imperfectum ſit ſeparatum,mundificatum & ſubtiliatum. Et in iſto primo omnes Philoſophi conueniunt. Et ideò Morientes Philoſophus dicit ſic, ſi corpus immundum non mundaueris & illud dealbatum non reddideris,& in illud animam non miſcueris, nihil vtile pro magiſterio direxiſti. Sed metallum imperfectum in ſua groſſitudine exiſtens, non eſt mundatum nec ſubtiliatum. Ergo impoſſibile eſt fermentum & metallum imperfectum in ſua groſſitudine ſimul coniungi & vniri. Ergo prædicta opinio & eius falſitas excluduntur. Ad iſtud argumentum reſpondetur & dicitur,quod verum eſt,quod fermentum & corpus imperfectum non poſſunt ſimul coniungi & vniri, niſi corpus imperfectum ſit primò ſeparatum mundificatum & ſubtiliatum. Sed dicitur quando corpus imperfectum eſt calcinatum,&illa calx lauatur primò cum aqua dulci & ſiccatur, poſtea illa calx imbibitur in argento, & teritur totiens cum aqua alba ſalium & aluminum præparatorum,quouſque ſit calx alba,& per conſequens illa calx alba reducitur in maſſam albam metalli,quando corpus imperfectum, eſt ſic præparatum,corpus imperfectum eſt ſeparatum,mundificatum & ſubtiliatum,& poteſt vere coniungi & vniri cum fermento. Contra, ſecundum omnes Philoſophos tradentes ſcientiam quatuor Elementorum, ſeparatio corporis eſt reparatio in quatuor Elementa. Primò videlicet quod

quod corpus ſoluatur in ſuam primam materiam & conſequenter prima materia ſeparetur in 4. Elementa, & ideo Philoſophi dicunt, quod Lapis noſter fit ex 4. Elementis in 4. Elementa, & inde ſcientia iſta eſt 4. Elementorum. Sed illa calcinatio corporis imperfecti, non eſt eius ſeparatio. Ergo corpus imperfectum ſic præparatum & calcinatum non eſt ſeparatum nec mundificatum, quia illa dealbatio impreſſa corpori imperfecto, vel eſt ipſa aqua alba ſalium & aluminum, vel eſt aquæ albedo, generata ex propria aqua, cui imprimitur, aut non. Si eſt fixata: Ergo illa aqua conuertitur in naturam corporis, quia in illo conueniunt omnes Philoſophi: quia omne fixatum in fixo conuertitur in naturam fixi. Inde eſt, quare argentum viuum coniunctum cum argento fixo conuertatur in naturam fixi, & fit argentum fixum. Sed illud corpus eſt metallum. Ergo illa aqua conuertitur in naturam metalli. Ergo ſi illa aqua alba ſalium & aluminum eſt fixata in illo corpore, tunc imprimitur illa alba aqua ſalium & aluminum, & conuertitur in naturam metalli, & fit metallum. Sed hoc eſt impoſſibile, tum quia ex nulla re generatur alia, quam quæ ſibi ſit ſimilis in natura, ſicut ſuperius eſt oſtenſum: tum quia metalla non generantur niſi ex proprio ſperma te, quod eſt argentum viuum, ſicut ſuperius eſt oſtenſum. Sales autem & alumina non ſunt de natura metallorum. Ergo impoſſibile eſt quod ex eis generetur & fiat metallum. Ergo non poteſt dici quod illa aqua alba eſt fixata in corpore. Si dicatur, quod non eſt fixata in corpore. Ergo cum illa aqua ſit aliena à corpore adueniens ab extrinſeco ei, ſequitur, quod eadem falſitate qua fit impreſſa corpori poteſt ſeparari. Ergo per Philoſophos ignicationes, fuſiones & exinanitiones aqua illa ſeparabitur à corpore, & per quem illa dealbatio deſtruetur & euaneſcit & corp⁹ imperfectum remanebit immundum, ſicut prius fuit. Ergo dealbatio talis non eſt perfecta mundificatio. Hæc omnia prædicta tentauerunt communiter operantes, & ego iam tentaui, & in ſtuporem deducti, & tanquam de ſcientia deſperati totum magiſterium, quod olim deſiderabatur integrum reliquerunt. Ergo omnia illa tanquam falſa & erronea ab hoc ſpeculo Elementorum penitus excluduntur.

Excluſis falſitatibus ſupra dictis conſequenter inducuntur aliquæ veritates. Una veritas eſt iſta. Materia & ſperma omnium Elementorum eſt argentum viuum, decoctum & inſpiſſatum, in ventre

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1198 sur 1557

terræ, calore sulphureo decoquente, & secundū varietatē sulphureā, & ipsius multiplicationem diuersa metalla procreantur in terra. Sed eorum natura est vna, & eadē naturaliter, destruuntur autē sola videlicet accedente decoctione maiore & minore adurente, vel nō adurente, vel temperata, ita quod materia & sperma omnium metallorum est argentum viuum, & in hoc omnes Philosophi conueniunt. Hæc veritas sic probatur. Omnis res est ex eo, in quod resolui potest & conuerti, vt patet de gelu: Cum enim gelu conuertatur & resoluatur in aquam medicante calore, sequitur, quod gelu est aqua, & quod gelu prius fuit aqua. Omne enim metallum est res. Ergo omne metallum est ex eo in quod resolui potest & conuerti. Sed manifestum est, sicut inferius ostenditur, quod omne metallum potest resolui & conuerti in argentum viuum. Ergo omne metallum prius fuit argentum viuum, & est ex argento viuo: & per consequens materia & sperma omnium metallorum est argentum viuum.

Alia veritas est ista. Aurum purum & argentum purum & omnia alia metalla possunt artificialiter, fieri ex argento viuo, quemadmodum in isto puncto omnes Philosophi conueniunt, quod omnia illa quæ possunt naturaliter fieri vel generari ex argento viuo, possunt artificialiter fieri ex argento viuo: in hoc quod ars imitatur naturam, quantum potest. Sed aurum purum & argentum purum & omnia alia metalla possunt naturaliter fieri vel generari ex argento viuo: cum argentum viuum sit materia fons & origo & sperma omnium metallorum, à quo omnia metalla procreantur. Ergo aurum purum & argentum purum & omnia alia metalla possunt artificialiter fieri ex argento viuo.

Alia veritas est ista, de omni metallo imperfecto, aurum purum & argentum purum possunt artificialiter fieri, quia de omni tali quod potest artificialiter fieri, argentum viuum, aurum purum & argentum purum possunt artificialiter fieri, quemadmodum de omni argento viuo aurum purum & argentum purum possunt arripi & fieri, eò quod argentum viuum est sperma & anima omnium metallorum. Omne autem metallum imperfectum potest resolui in argentum viuum, sicut ostendetur. Ergo de omni metallo imperfecto aurum purum & argentum purum possunt artificialiter fieri. Istis inculcatis & veritatibus expositis, soluitur illa autoritas Aristotelis 4. Meteor.

Sciant

Sciant artifices Alchymiæ, species metallorum transmutari non posse. Hoc est verum nisi ad primam materiam reducantur: & sic intelligit Aristoteles, & ideò dicit sic: Non credo, inquit Aristot. quod metalla possunt transsubstantiari nisi reducantur ad primam materiam, & mundificentur à sua corruptione per ignis adustionem. Reductio autem metallorum ad primam materiam est facilis, sicut ostendetur. Ergo transmutatio eorum est facilis, & possunt augmentari & multiplicari vsque in infinitum: quemadmodum omne nascens & crescens multiplicatur, vt patet in omnibus plantis & arboribus ac animalibus: nam ex vno grano mille milia procreantur, & ex vna arbore multi procedunt ramusculi & mille fiunt arbores numerum suum multiplicantes Sed metalla nascuntur in terra & crescunt. Ergo possibilis est in eis augmentatio & multiplicatio in infinitum. Dicto iam quod videlicet primum corpora reduci in primam materiam ad hoc quod fiat generatio & multiplicatio inde ostendetur perfectum doctrina præmissorum.

Accipe ergo in nomine Domini cuiuscunque corporis imperfecti volueris libram vnam, & sit lunatura munda & commisce cum tribus libris argenti viui, terendo in mortario, cum Sale modico & aceto, quousque simul amalgalicetur: prædicto optime amalgalisato, pone ipsum in vna quantitate aquæ vitæ, & pone totum in vrinali super ignem mediante cinere, & fac inferius lentissimum ignem per diem & noctem, deinde dimitte infrigidari, & cum infrigidatum fuerit, cola aquam claram cum omnibus, quæ in ea sunt per pannum lineum donec transeat & exeat per pannum illud, quod de corpore fuerit resolutum, pars quæ poterit exire & pene ad partem. Deinde pone illud quod remansit in panno iterum cum noua aqua vitæ: prædicta repone ad ignem in vase prædicto per diem & noctem, vt prius, & sic hoc toties reitera, donec totum corpus in aquam conuertatur id est, in primam materiam, quæ est argentum viuum. Quo facto, totam illam aquam pone in vase vitreo super ignem lentum, quousque videas in superficie nigredinem apparentem & supereminentem, tollendo quousque nihil remaneat nigredinis, & aqua appareat clara, deinde habes terram & aquam. Deinde accipe terram istam & pone in vase vitreo, & superfunde de aqua prædicta vsque emineat & natet super eam, &

coque.

coque leni igne per 10. dies, deinde iterum impone aquam & coque, & sic deinceps, quousque terra fiat alba & clara: & hoc est quod Philosophi dixerunt. Hæc terra cum aqua sua putrescit, & mundificatur: Quæ cum mundificata fuerit, auxilio Dei totum Mercurium dirigetur. Qua mundificata & dealbata, vt dictum est, aquam, quæ cum dicta terra, mediante calore coagulata & inspissata fuerit, decoque forti igne in forti cucurbita alembico superposito, donec quicquid aquę ibi fuerit ascendat in alembico, & terra remaneat calcinata. Tunc accipe fermenti de quocunque volueris quartam sui partem, 1. si ibi fuerit vna libra corporis imperfecti accipe ex fermento 3. vncias. Fermentum autem est Sol & Luna, non est aliud fermentum, & istud fermentum sic solutum & terra factum, sicut corpus imperfectum, & eodem modo & eodem ordine præparatum, simul coniunge cum corpore imperfecto separato, & præparato, & imbibe cum aqua ante dicta, & coque per 3. dies aut plures. Deinde cum aqua sua imbibe & coque, vt prius, & hoc totiens reitera donec hæc duo corpora in vnum reducantur. Quod perpendes quando color non variabitur in eisdem. Deinde super ea infunde aquam prædictam partim & paulatim vsque dum biberat de ipsa quantum poterunt bibere, semper dando eis nouam aquam. Nam & ista coniunctione corporum terminatur opus, spiritus cum eis miscetur, & fit vnum cum eis & conuertitur in naturam ipsorum & germen coniungitur cum corporibus prædictis mundatis & subtiliatis, quod antea non poterat propter eorum immunditiam & grossitiem, & in eis crescit & suum augmentat numerum, vt in eis multiplicetur multiplicatione magna.

Falsitates excluduntur, veritates inducuntur. Restat nunc exponere quasdam obscuritates, videlicet verba Philosophorum obscura & in parabolis celata. Sciendum est ergo, quod primum principium operis nostri est reductio corporis metallici in argentū viuum, & istud est quod Philosophi vocabant solutionem, quod est artis fundamentum. Unde dicit Basinus Philosophus: Nisi corpora soluas, in vanum laboras. De qua solutione tractans Parmenides in libris turbæ dicit sic: quidam solutionem audientes putant absque suo corpore cumq; coniunctio facta est, permanens esse non potest. Non ergo Philosophorum solutio est aquæ imbibitatio, sed corporum conuersio in aquam, ex qua primò procreata sunt, videlicet in argentum viuum. Et sic

sic habetur reductio ipsius corporis in primam materiam, & habetur vnum Elementum, quod est aqua. Secundum principium operis nostri est, quod corpus solutum sit terra. Et hoc est quod Philosophi dixerunt, quod ex grossitie aquæ terra procreatur. Sic ergo habetur ad Elementum, quod est terra. Tertium principium est terræ mundificatio. Morigenes Philosophus sic dicit: hæc terra cum aqua sua putrescit & mundificatur, quæ cum mundificata fuerit auxilio Dei totum Mercurium dirigetur. De qua etiam Philosophus dicit in libro Turbæ: iunge siccum humido. Siccum est terra, humidum est aqua. Patet ergo, quod habetur aqua per se, & quod habetur terra dealbata & mundificata cum aqua. Quartum principium est aqua, qua poterit euaporari sublimatio: In qua sublimatione seu ascensione efficitur ipsa aërea, cum prius esset inspissata & congelata cum terra: & sic habetur tertium Elementum, quod est aër. Et hoc est quod Philosophus dicit in libro Turbæ: Lapidem dealbatum cito igne sublimato, quousque ex eo exeat spiritus, quem in eo inueneris, qui vocatur auis Hermetis & etiam Morigeni, & remaneat terra calcinata in fundo, quæ est naturæ igneæ, & sic ex prædictis principijs habentur quatuor Elementa, scilicet aqua, terra, aër & ignis. De ista terra calcinata quæ manet in fundo, quæ etiam dicitur puluis Morigenis. Idem Philosophus dicit sic: Puluerem qui est in fundo non vilipendas, qui est in inferiori loco est diadema regis tui, qui est permanentium finis. Postmodum cum prædicta terra fermentum consimiliter præparatum, quod fermentum Philosophi animam dicunt, quia sicut corpus humanum sine anima est mortuum. Sic corpus imperfectum sine fermento, quod est cuius anima est mortuum: & ideò oportet fermentum præparatum introduci in corpus imperfectum præparatum. Et hinc est quod Morigenes dicit, si corpus immundum non mundaueris & illud dealbatum non reddideris, & illud in animã non miscueris, nihil in hoc magisterio direxisti. Ergo fit commixtio fermenti subtiliati & præparati cum corpore imperfecto præparato subtiliato & mundificato: & facta tali commixtione corporum subtiliatorum, in eis iungitur & coniungitur & congaudet cum eis, quia sunt alterata à natura sua, & quæ fuerunt grossa facta sunt subtilia. Et hoc est quod Cistanus dicit, spiritus non coniungi cum corporibus donec à suis immunditijs perfecte fuerint mundata. Ex prædictis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1202 sur 1557

patet intuenti ſubtiliter, quod Philoſophi in verbis obſcuris dicunt verum, quia dicunt, quod lapis noſter fit ex 4. Elementis, & eſt 4. Elementa: & eſt oſtenſum, qualiter 4. Elementa ſunt ibi intellecta: Sicuti quidam Philoſophi ſic dixerunt, niſi corpora conuertas in incorporea, & incorporea in corpora, nondum operandi regulam inueniſti. Et verum dixerunt: nam prius corpus fit argentum viuum, & ſic corpus fit incorporeum: deinde in coniunctione corporum & ſpirituum, ſpiritus fit vnum cum corporibus, & ſic incorporeum fit corporeum, quia aqua, quæ eſt ſpiritus, fit corpus. Et quemadmodum Philoſophi dixerunt, fit cum vna re, & ex vna re: & verum dicunt. Nam prædictum Mercurium fit cum aqua noſtra & ex ea: nam ipſa ſoluit corpora, vt dictum eſt, & reducit corpora in terram & calcinat eam & in cinerem transformat, & eam mundificat & dealbat, juxta verbum Morigenis dicentis: quod acenec & ignis Latonem abluunt & mundificant, & eius obſcuritatem ab eo penitus eripiunt. Laton autem eſt corpus immundum: acenec eſt argentum viuum. Hæc eadem aqua diuerſa corpora coniungit, & coniunctione tali, quod non poterit ignis deſtruere, nec alia communatio ea ſeparare. Similiter hæc mortificat & viuificat & facit apparere colores nigros in morficatione dum conuertitur in terram: poſtmodum apparent multi varij colores, quorum omnium eſt finis color fermenti. Et de iſto Mercurio Morigenes dicit ſic: Confectio noſtri Mercurij aſſimilatur in ordine hominis Creationi. Nam primum eſt virtus, ſecundum conceptio, tertium prægnatio, quartum ortus, quem nutrimentum & verum dicit, quando ſperma noſtrum eſt argentum viuum: coniungitur enim cum terra tam corporis perfecti quam corporis imperfecti, quæ terra mater dicitur. Et deinde corpus appellatur, dum terra incipit recipere ſecum aliquantulum de argento viuo dicitur conceptio, quia tunc agit maſculus in fæminam, i. argentum viuum in terram, & terra creſcit & multiplicatur, quando terra dealbatur, & deinde prægnatio nuncupatur, quia iam terra eſt imprægnata. Deinde fermentum præparatum & ſubtiliatum coniungitur cum corpore imperfecto præparato & ſubtiliato, mediante aqua: & ſic illa duo corpora & aqua, ſcilicet, argentum viuum fiunt vnum natura, colore & aſpectu, & deinde dicitur ortus, quia tunc lapis eſt natus, qui à Philoſophis Rex appellatur. Unde dicit Philoſophus in libro

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1203 sur 1557

libro Turbæ: Honorate regem veſtrum, ab igne venientem, diademate coronatum, & ipſum illuminate vſque ad ætatem perfectam perueniat, & hoc vocatur nutrimentum, videlicet vſq; dum augmentetur augmentatione magna. Ergo nutrietur & imbibetur argento viuo quouſque biberit quod ſufficiat. Per ea quæ dicta ſunt, de facili poſſunt intelligi verba obſcura Philoſophorum, & ſciri poteſt, quod noſtrum eſt Mercurium, nimirum id quod eſt oſtenſum. Iam enim manifeſtatur & demonſtratur, quomodo corpus ſoluitur in ſuam primam materiam & fit aqua. Deinde quomodo conuertitur in terram, & quomodo terra dealbatur: deinde quomodo conuertitur in aërem & ignem. Et ſic habentur 4. Elementa, & habetur Lapis qui Rex appellatur diademate coronatus, eò quod accipit augmentationem tantam, cuius vtilitas maior, quam artifex ſuus poſſit percipere ratione.

Benedictus ſit Dominus Deus, nunc & ſemper, per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

Explicit Speculum Elementorum.

IAm tu ſcis, quia acquiris doctrinam, nos hanc multis modis explanaſſe, in ea tamen nullus inuenitur modus adeò facilis, vt hic, præter librum tunc quem nominamus 30. Verborum quique ſecundum ſua verba & regulus ſuccincte & dilucidius noſtri lapidis materiam ac compoſitionem explanabit, itaque in eo modo ſi Deo placuerit vniuerſam ſeriem ſic demonſtrabimus. Prius itaque dicemus iam eſſe notum quod huius regiminis principium eſt deſtillatio: quæ eſt ſeparatio. Et hoc eſt vnum de 30. Verbis, quod eſt primum & neceſſarium, huiuſmodi autem deſtillatio eſt, vt in cucurbita ponas lapidem in olla, in qua ſit cinis, atq; ſub ipſa facias ignem, donec aqua ſeparetur & ex toto egrediatur, quam reconde. Deinde autem mitte iterum de aqua diſtillata in recipientem, ideò vt cum diſtillatur aqua cum aëre deſcendat, & nihil ex eo retineat intus ue maneat. Poſt hoc cum eo ſtringe cum aqua diſtillata fuerit, donec ignis & aër penitus diſtillentur, & ex toto diſtillando deficiat, tunc accipe & ſeparatum pone, vt primam aquam ſeparatam poſuiſti. Deinde vero quod eſt in cucurbita extrahe, & ipſum etiam reconde: & hic eſt primus ordo in verbo vno.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1204 sur 1557

De ſecundo Verbo tu debes ſcire, multos in hoc parum errare, in eo quod facile & ſint Deo amabiles, poſtea verò aquam primam ſume & deſtilla eum ſepties cum cucurbita, & alembico clauſo: & hoc eſt verbum ſecundum.

De verbo tertio: Deinde accipe quod deſtillatum fuerit ſepties cum nitro vel alcheſeran, ſepties iterum deſtilla: & hoc eſt perfectio eius quod eſt in eo cucurbita, poſtea ſic compone ita, quod ſit cucurbita ſub cucurbita, vel ſimilitudo mediæ cucurbitæ ſuper cucurbitam, cuius inferior pars ſit anguſta, videlicet inferior pars ſuperioris cucurbitæ, qui eſt locus medius in quo ambæ iunguntur in quo tamen alcheſeran calcare debes & implere. Deinde verè caput ſtringe optime, & ſub eo ignem mollem accende: diſtillabitur enim aqua clara, quod ſepties iterabis. Et hoc eſt verbum tertium.

De verbo quartò. Hanc aquam, quam etiam multis nominamus libris ſecundum hanc ſimilitudinem vel minus vel parum plus multum cum vnum exiſtit, quod tu debes cognoſcere & reponere aquam perfectam. Et hoc eſt verbum quartum.

De verbo quinto. Poſt hoc autem incipe regere oleum & ignem qui ſunt mixti, & ſepara ignem ab oleo, & poſtquam facta fuerint duo, ſcilicet ignis & oleum, incipe regere oleum: ipſum enim melius exiſtit. Quapropter mitte ipſum in cucurbitam cum Alembico in quem etiam ramos myrti mittes, ſicut & ſub ea accende ignem. Cucurbita autem ſit in caldario, aquam mitte ſub qua ignem accende, donec aqua bulliat, & cucurbita calefiet & diſtillabitur, poſterius oleum graue, in quo fit quædam confuſcatio vel citrinatio, quod tribus vicibus iterando facies. Deinde verò extrahe à cucurbita ita & hic ordo vnus, quod eſt verbum quintum.

De verbo ſexto. Poſtea autem accende ad perficiendam rem olei, quod ſibi deeſt ex perfectione regiminis, & hoc eſt, vt accipias, id quod ex oleo ſublimatum fuerit cum humore, & pone in ſubtili cucurbita, & dimitte, & de ramis amplis in hunc modum cum quibus clare diſtilletur. Deinde pone ignem fimi aut ignem cineris parum calorem habentem, aut in ignem ſubtiliſſimum: diſtillabitur enim excellens clarum & aridum lignum habe, qua vice omnia comburentur. Sic propterea expelle quicquid ſorditiei in ea inuenitur. Vnde etiam melius eſt, vt idem lignum aridum modo ibi ponas, hoc autem 10. vicibus

vicibus faciendum eſt, & in omnibus decem vicibus apparebit color ſplendidus, clarior priore donec ad certum pernenias numerum, quod debes ſcire, ſi Deus voluerit. Et hoc eſt verbum ſextum.

De verbo ſeptimo. Signum verò quod oleum hoc iam aſſecutus es, eſt quod cum ignitum feceris ferrum, & ſepties in ipſum poſueris, mollificabit & conuertet de proprietate Martis in Lunæ proprietatem, virtute Dei & ipſius potentiæ. Et hoc eſt verbum ſeptimum, quod tu in alia adhuc forma tranſmutare debes, ſi Deus voluerit.

De verbo octauo. Poſtea verò recondeoleum, cum ad hunc peruenerit ordinem, & ſi aliquid ex his quod diximus, tibi defuerit, redi iterum ad regimen ipſius eodem modo, quo prædiximus & declarauerimus. Tu accipe eas, quas accipere debes & has ſumptas concoquere debes. Unde ſumme caue, ne in his error tibi contingat, quia opus tuum ex ipſo læderetur: hoc enim noſtræ ſcientiæ ſummæ eſt radix, niſi bonitas coniugationis & bonitas cautelæ erroris, quod tu etiam ſcire debes, & ſecundum hoc operari. Et hoc eſt verbum octauum.

De verbo nono. Poſt hoc redi ad ignis regimen, cum poſueris aquam & oleum, quod eſt clarum & limpidum: & ſtude vt à puluere cuſtodiatur, quod etiam debes ſcire. Via autem regendi ignem eſt, vt inijcias ignem in nomine Domini & ſumas ignem qui in ſuperiori parte cucurbitæ remanſit, ſcilicet cucurbitæ in qua fuit oleum & contere ipſum poſtmodum & deſicca ad ſolem ipſum tamen lente fiet & non ſiccabitur, & ideò contere ipſum quod iterando facies 20. vicibus, poſtea & 30. vice diutiſſime contere, & in Sole dimitte, ſic cum tempore enim fumoſitatem paulatim amittet, & hoc eſt verbum nonum.

De verbo decimo. Poſt hoc ſume hunc ignem, & contere ipſum parum ex propria aqua & contere ipſum optime, & diutiſſime ſuper marmorem planum cum alio marmore. Deinde mitte in vas & claude ipſum os, & pone in ignem fimulentum, aut in ignem furni, aut in ignem laris lentum, in vaſe quod a. l. & habens longum fabricam. Ignem verò aliquantulum vehementiorem fac. Deinde poſtquam ſiccatum fuerit ex limito, quod & per diem vnum vel per diem & noctem facias, & fac donec fiat lapis, & vt ſit liquidus atq; fluxilis in igne hic eſt ordo fortis, quem ſcire debes, & hoc eſt verbum decimum.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1206 sur 1557

De verbo vndecimo. Post hoc a. accipe ipsum, & conterē & combibe ipsum parum per & ex aqua, postea vero fac ignem vehementiorem, & fac hoc donec fiat Lapis clarior, existat, deinde duplica ignem semper donec possit pati, vt in furno assetur, & cum hoc modo factum fuerit iam erit completum. Reconde ergo ipsum tibi vsque ad sufficientiam, in quo tibi non nocitiuus fuerit. Et hoc est verbum vndecimum.

De verbo duodecimo. Huius a. signum igitur est, quod mutat colorem Lunæ in citrinitatem, donec in Solem vertatur. Quod si hoc signum tibi defuerit redi ad ipsius regmen, donec ad signum quod tibi diximus peruenias. Et hoc est verbum duodecimum.

De verbo 13. Post hoc redi ad terræ regimen, quam optime teras, deinde imbibe ipsam ex aqua priore prædicto modo secundum legem ac regimen terenci & assandi. Deinde dimitte ipsam in instrumento, quod tibi notauimus in calore ignis, & semper moretur in igne, qui sit talis, qualis est ignis & obseruatur in ouis volatilium cum pullos parare debeant, donec siccetur in 7. diebus: in tot enim diebus desiccabitur. Deinde extrahe & ex aqua priore imbibe, quemadmodum est suum pondus, & iterum ad primum ignem reduc ipsam, vel eo fortiorem parum: deinde extrahas & tere, iterum ex aqua priore, imbibe quemadmodum est suum pondus, & obserua ne imbibas quantum non est sui ponderis vt vel 4. partes vel tres accipias, sed non plus magis vel minus quam diximus: & postea imbibe tertio ipsum prout est suum pondus. Deinde reduc eum ad eundem ignem vel aliquantulum vehementiorem: deinde extrahe & ipsum taliter qualis similimus & requisitus ordo fortis requirit in regimine terræ; quod est verbum 13. quod scire debes, si Deus voluerit.

De verbo 14. Postea extrahe hanc terram, & tere ipsam in marmore leuiter cum alio marmore, quam postquam lenis fuerit, imbibe semper ex aqua priore, & tere cum alio marmore semper imbibendo postea dimitte vt terra desiccetur, hoc & facies per tres dies, bis in die terendo ac desiccando si poteris atque imbibendo, quod secundum traditatem desiccationis vel velocitatem fiat, quinquies eum imbibe, & si minus postquam autem desiccatum fuerit, dimitte omnia in suo igne & assa eam in fornace parua fortiter, exibit enim colorata vt color simuletur vt citrinus, & hoc est verbum 14. quod scire debes.

De

De verbo 15. Deinde incipe albificare hanc terram, qua tere imbibe & assa leniter in igne fimi. Fac hoc tribus vicib⁹ vel quinquies: fiet enim sic de rasura in aquam, repone ergo eam donec tibi necessaria sit. Et hoc est totum quod tibi explicauimus in verbo 15. eiusdem commixtionem & confusionem declarauimus in 14. verbo superius, si Deus voluerit. Et hoc est verbum 15.

De verbo 16. Postea si hanc terram proieceris & ipsam effeceris prægnantem, & hoc est signum quod scias insuper vnum ex primis elementis facere hoc, quod diximus, nō recipiatur in opus tuum, hoc enim signum pondera primorum Elementorum: vnde si vnum primorum transieris & diminueris tantum detrimenti, quantum erroris fuerit in ipsius regimine: & hoc est verbum 16.

De verbo 17. Post hoc verò sume terræ præparatæ 4. partes, & ignis partem vnam & misce inuicem, his superadde aceti partes 21. & tere cum eo & mitte eum in aceto, donec fiat sicut pasta, & hoc est verbum 17.

De verbo 18. Scias habere acetum quia ex coloribus est vnum, scias etiam quod supra in prieri loco declaraui tibi. Quidam tamen dixerunt, non nisi tres partes requiri in vna ignis regimine vnum est, licet vtrumque fuerit vltimum, & posterius est medium: & hoc verbum 18.

De verbo 19. Quidam alij dixerunt non nisi terræ partes 7. & ignis vnam, & hos est primum cum medio. Et hoc est verbum 19.

De verbo 20. Quidam alij dixerunt non nisi terræ 12. & ignis vnam & regimen vnum est, primum cum medio etiam est, & quamuis hoc videtur, primum tamen scias & iam retuli scientiam omnium in hoc lapide & compositione suorum ponderum. Et hoc est verbum 20. quod tu debes operari.

De verbo 21. Ego iam redeo ad loquendum de eius compositione, scilicet de eius regimine donec tingat, & hoc est, vt tu misceas pondera tua, sicut ostendi tibi: & hoc est verbum eorum, quod de modo superius, clare & melius est dictum, eò quod super his fit recapitulatio quod sit verum: doctrina tamen inter eos est, quod illi qui loquuntur ad naturam dicunt, quod iam vel vna pars duplum septupli sui. Et hæc est doctrina inter illos. Illi autem quia loquuntur de figuris & spheris lucentibus, dixerunt quod vna pars suum decuplum tingeret.

De

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1208 sur 1557

De verbo 22. Alij autem dicunt, quod vna pars tingit 12. partes, quidam ex his 3. & debilius & iam oſtendi tibi omnia dicta omnium, & quod eſt melius & quod eſt peius nunc diuiſi tibi. Ergo fac quodcunque eorum volueris. Regiminis cauſa eſt vna & operis vna. Operatio autem & tranſmutatio non ſunt vna, & hoc eſt magis, quod apud te habes ex parte conſilij & occultationis, quod nihil amplius poſſum. Et hoc eſt verbum 22. ſcias hoc ſi Deus voluerit.

De verbo 23. Poſtquam autem ſciueris, redi ad regimen, & commiſce pondera vt dixi tibi cum quocunque volueris: deinde mitte ſuper terram & ignem aëris, quod ſit duplum igni, & non eſt in hoc additio neque debilitas, & hoc eſt ex magis ſecretis vnum. Scias hoc. Et eſt verbum 23.

De verbo 24. Poſtea aceto meliora, tritura communiter in limpido vaſe facto de lapide optimo, & tere vt in terra diximus: deinde mitte in vaſe vno, & aſſa igne fimi debili, quod 7. vicibus facias: deinde extrahe à vaſe. Et hoc è verbum 24.

De verbo 25. Poſt reſidentiam autem, quæ ex oleo relicta fuerit, imbibe & pone in vaſe cauato, & proijce in gehenna per diem vnum & noctem: deinde extrahe & conſidera ſi inueneris alium colorem quam poſuiſti, tum iam incipe figere rare, ſcias quod ſi non, reuertere ad inhumationem donec colorari incipiat: deinde ſcias omnes colores, & poſt hoc extrahe à vaſe illo, & hoc eſt verbum 25.

De verbo 26. Poſt hoc a. tere & imbibe ex prædicto oleo, non eo pondere quo diximus, & commiſce oleum quod ei coniungis, cum aqua ſui ponderis, & ex eo imbibe, & hoc eſt verbum 26.

De verbo 27. Poſt hoc ſumas ipſum poſt ipſius ſolutionem, & congela in vaſe vitreo, cuius tamen ſit valde debilis ignis, donec in lapidem vertatur croceum, & hoc eſt verbum 27.

De verbo 28. Quod ſi ſic congelatum fuerit, ſcias iam completum eſſe: ſi a. non fuerit vt cera, imbibe ex prædicto oleo & aqua maris, & aſſa ſemel inter manus tuas ad ignem debilem. Ignis verò ſit ex cinere, donec fundatur & mutetur vitæ eleuata. Quo facto iam completum eſt, & reconde deinceps materiam declarare, quoquo ex opere remanſerit, quorum quæ ex oleo dicam eſt, quomodo oleum cum aqua commiſceri poteſt, vſq; ad finem colorum & ſimiliter etiam ad-

ſimi-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1209 sur 1557

similandum. Dico præterea etiam vt olei sumas vnciam vel amplius vel quam volueris partem: oleum verò illud quod iam apparuit, vt in libro nostro diximus: deinde mitte in cucurbita vna ordinata: Sublimatio autem super aquam diu moretur, ad veram legem ordinationis & eius mensura, quæ oleo quod est in cucurbita est inhumata: & hoc est verbum 28.

De verbo 29. Post hoc a. proijce ipsum cuius proiectio sit vnius partis super mille millium partes Martis, & supra quæ in suo libro affirmauimus, & hoc est verbum 29.

De verbo 30 Modus a. proijciendi est, vt proijcias vnam partem huius Elixir super mille partes, postea simul ac mille millium partium erunt. Ergo cum proijcis vnam partem super mille, quod facias donec tuus numerus compleatur.

Explicit lib. de 30. verbis.

CONSILIVM NONVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

NOn præparato seu crudo auro animam seu sulphur flaue ita extrahere, vt corpus in fundo maneat album, quod vicissim per amorem incitantis Veneris suum pristinum colorem accipere potest paucis fit diebus: neq; sine paruo commodo & emolumento profuturum est ijs, qui ad vniuersale opus non procedunt, sed animam seu sulphur solum habere & vsurpare volunt, extractio fit per aquam sui generis, id est Mercurij paucis diebus: & qui hanc animam habet, dicere audet se habere scrupulum tantum vniuersalitatis, quemadmodū Paracelsus id ex lumine naturæ & propria experientia testatur, ita scribens in œconomia mineralium: Aurum in suo principio ex purissimo Mercurio, Sulphure, & Sale natū est: si Alchymistæ sulphur inuenire possent, multum sane gauderent, est enim illud sulphur, ex quo aurum fit, & hic est scrupulus eorum vniuersalis, & qui in particularibus Tincturis proficuum quid conari satagit, primum eidem animam, hoc est tunicam & vestē extrahere debet, alias in littore arabit, quemadmodū ipse Paracelsus in Chirurgia sua magna testatur: Tinctura, inquiens, auri est solus color auri, si ille extrahitur è metallo fixo, vt corpus remaneat album, separetur à calore, tunc omnia ad præparationem perfecta sunt; corpus autem & color duo sunt & possunt separari, purum id est color, ab impuro id est corpore, nisi hæc separatio primum fiat,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1210 sur 1557

sed vtraque simul in manus sumantur, committitur error, quæ falsitas si perpetretur ad nullam peruenire potes vtilitatem.

Quid porro cum hac anima faciendum, intelliget facile qui sapit ex sequentibus. Enaldus Vogetius in sua præfatione de illa ita inquit: Quidam secretiorem indagationem moliti, & videntes auri puriorem partem, crassiore impurioreque abiecta, quam nonnulli verum auri semen, auri spiritum vel auri sulphur nominant, tanta virtute pollere, vt hydrargyro ad ignem feruenti superiectum, ipsum in aurum transmutare valeat, ita tamen vt quantitatem corporis à quo detracta sit, non superet, eam ipsam spiritu metallico amplius subtiliore & ad materiam magis spiritualem deducere conati sunt, vt non decem viginti aut triginta pondera argenti viui aut imperfectorum metallorum, vt prius, sed mille & amplius imo infinita in aurum verum transmutet. Alius non contemnendus philosophus iubet animam Solis in spiritu ramaforis septies rectificato soluere, tantisper pellicanare & circulare, donec per brachia ascendat, & descendat, & in frigore instar flaui succini coaguletur: illud rursus cum nouo spiritu ramoforino soluatur & coaguletur, & tertia quartaue vice repetatur tantisper donec menstruum cum anima Solis fixum oleum intra & extra ignem maneat. Illius pars vna, Solis amalgama ex 4. partibus Mercurij & vna Solis constans, in momento in arena in Tincturam coagulet, cum qua vlterior fieri potest proiectio, vt nonnullus edocet. Basilius Valentinus de rebus naturalibus & supernaturalibus cap. 6. ita inquit: rectifica sulphur Solis cum spiritu vini, vt fiat suaue absque corrosione, postea recipe verum oleum Vitrioli, ex Vitriolo æris viridis confecti, solue in illo Martem, confice rursum inde Vitriolum, & resolue iterum in oleū vel spiritum, illum rectifica similiter vt ante cum spiritu vini, postea coniunge & abstrahe inde spiritum vini, vt materia maneat sicca, resolue cum spiritu Mercurij ad iustum pondus, circula & coagula, quando fixum & constans fit absque ascensione, tunc habes medicinam ad tingendos homines itemque metalla, si modò cum præparato auro fermentetur.

Alius animam ita docet multiplicare: Recipe tuum sulphur Solis vel Lunæ, solue id in oleum, coagula & solue rursum, tunc recipe illius olei vnam partem & 4. partes Mercurij purgati, funde in crucibulum super igne, & quando incipit divaporare, tunc superfunde oleum, & occiditur Mercurius: illum tere in lapide, & imbibe dicto oleo,

oleo, & fiet fixus & fluxibilis, coagula porro etiam alium Mercurium & illum potes augmentare & multiplicare vsque in infinitum. Alius ita scribit; Huic oleo sulphuris Solis apponas Mercurium sublimatum hoc modo: Recipe vnam partem olei Solis, illi appone septem partes Mercurij per Vitriolum & Sal commune septies sublimati, imbibe in pure temperato vino, donec Mercurius amplius non ascendat, sed in rubeum puluerem euadat, & fluere incipiat: hoc puluere potes Lunam, Mercurium, etiam Venerem, in optimum aurum tingere, quod absque omni falsitate constans est, & hoc modo potes tuam Tincturam vsque in infinitum multiplicare. Et tantum de anima.

CONSILIVM DECIMVM ET THEORIA *de Lapide Philosophorum.*

NVllum Philosophum, in scriptis Philosophicis versatum latet, quantum Saturnus extollatur, ita vt etiam communi naturali auro præferatur, & Philosophorum verum aurum & subiectum materię dicatur, de quo duorum præstantium Philosophorum testimonia in maiorem cognitionem & probationem huc transferemus.

Isaacus Holandus in opere vegetabili ita inquit: Scias mi fili ex Saturno lapidem confici, qui Lapis Philosophorum dicitur, & ideo, quod quando perfectus est, proiectionem faciat, tam in corpore humano interne & externe, quam in metallis: scias etiam in omnibus vegetalibus operibus nullum maius secretum esse, quam in Saturno, non enim in auro putrefactionem inuenimus, quæ in Saturno latet. Nam Saturnus interne probũ aurum est, & in eo consentiunt omnes Philosophi, nec aliud ipsi deest quam vt primum illius superfluitates tollantur hoc est feces, & tunc purgetur, interna vertantur in externum, hoc est illius rubor, & tunc est probum aurum, Saturnus enim facile soluitur & coagulatur, patitur etiam facile suum à se abstrahi Mercurium: & Mercurius à Saturno abstractus si purgatur & sublimatur, & communis sublimari solet, tam bonus est atque Mercurius Solis, nam Saturnus est in suo interno aurum ideoque oportet Mercurium eius, tam. bonum esse Mercurium quam ille qui ab auro: quare dico Saturno in opere nostro meliorem auro, nam si Mercurium ex auro cupis extrahere, necesse est vt habeas quo corpus Solis per

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1212 sur 1557

totum annum patefacere & Mercurium extrahere possis, cum à Saturno 27. diebus possit extrahi, sunt ambo æque metalla bona, at certo certius possum affirmare, Saturnum Lapidem esse, quem philosophi nominare nolunt, cuius nomen vsque in hodiernum diem latuit: Nam si sciretur nomen, multi extitissent in eo laborantes, fieretque ars illa communis, ac vulgaris; illius enim opus breue est, & absque magno sumptu tenuis in operando labor, ideoque propter incommoda vitanda, nomen latuit. Quicquid philosophi mirabilibus parabolis de Lapide, furno, & vase dixere, Saturnus est, non enim opus est addere quid peregrinum, præter quod inde prouenit, adeoque nemo hominum tam pauper est, vt huic operi non possit vacare & sumptus impendere: nam facili labore è Saturno paucis diebus confici potest Luna, & paulo pluribus Sol: & ita quicquid opus habemus in Saturno latet. In illo enim perfectus est Mercurius, & in illo sunt etiam omnes huius mundi colores qui demonstrari possunt, in illo est vera nigredo, albedo & rubedo, in illo est etiam pondus. Et ita confido posse intelligi, Saturnum nostrum Philosophicum lapidem esse, & Latonem ex quo Mercurius, & noster lapis labore facili, arte breui, sumptu tenui, tempore exiguo extrahatur: & recipiatur Lapis, noster Lato, & aqua aceti, in eoq; lapis noster lauetur: & hic est lapis & aqua, de quo Philosophi tot immensos cõscripserunt libros. Theophrastus Paracelsus in canone quinto de Saturno inquit: Ita loquitur ipse Saturnus de sua natura: Me omnes sex tanquam suum probatorem seiunxerunt, à spirituali loco extruserunt, habitationem in caduco corpore addiderunt, quod enim illi nolunt, mihi tribuunt, sex mei fratres sunt spirituales, ideoq; meum corpus, quod igneum est, penetrant, & quemadmodum ego ab igne consumor, ita illi mecum, præter duos potiores Solem & Lunam, qui per meam aquam pulcre purgantur & superbiunt, meus spiritus est aqua, quæ omnia congelata & torpefacta fratrum meorum corpora emollit, sed corpus meum cum terra ita conspirat, vt quicquid apprehendam terræ reddatur simile, & à nobis in corpus redigatur, nolim scire mundũ quid in me fatum sit aut quid possim, velim a. vt possit efficere quod ego possum, relinqueret sane omnes alias artes Chymiæ, & apprehenderet id quod ex me effici potest. Lapis qui in me frigidus est, est mea aqua cum cuius gratia coagulo, spiritus sex metallorum ad corporalem essentiam septimi hoc est Solis & Lunę. Hoc adminiculo quidem, diuina gratia adiuuante, tantũ pro-

profecit, vt trib⁹ ſeptimanis ex Saturno menſtruum præpararit, quod perlas extemplo ſoluerit. Si Saturni ſpiritus in ſolutionem funderentur, ſtatim in maſſam coagularentur, & oleum animam auro extraheret, tunc poſſent cum eo omnia metalla & gemmæ in momento ſolui, quod Philoſophus in commodum ſibi reſeruabit tempus. Hic ſum obſcurus ſupra dixi apertius.

CONSILIVM VNDECIMVM ET THEORIA de Lapide Philoſophorum.

QVam ſummum & inauditum ſecretum ſit, Aurum per aquam ſui generis in ſua tria principia, nimirum ſulphur, Mercurium currentẽ & Salem reducere, & quodlibet ſingulatim ſeparare, ſapientiores diiudicent examinent & indagent. Vero enim verius eſt, ſi aurum ita in ſuam primam materiam reduceretur, & quodlibet ſingulatim ſeparetur, purgaretur & coniungeretur, tunc verus & genuinus Lapis Philoſophorum inde conficeretur. Quemadmodum Baſilius Valentinus, qui reuera Lapidem nouit & habuit diuerſis in locis id teſtatur, & in libello de Lapide Veterum ſtatim in principio ita inquit: Non opus eſt ſeminium tuum quærere in Elementis, tantum enim noſtrum ſemen non eſt ſepoſitum, ſed proprior eſt locus, in quo noſtrum ſemẽ ſuum habitaculũ & diuerſorium habet, ſi ſaltem Mercurium, Sulphur & Salem (puta Philoſophorum) ita rectificа, vt ex illius anima, ſpiritu & corpore plane indiuiſibilis fiat, vt vnio totalis in æternum inde non ſeparetur, tunc fœdus amoris perfecte adornatũ, & habitatio coronæ ſatis præparata eſt, & ſcias illud nihil aliud eſſe quam clauem humidam cœleſtibus proprietatibus adæquatam, & aquam ſiccam terrenæ ſubſtantiæ additam, qua omnia vnares ſunt, ex tribus, duobus, & vno orta, ſi poteris capere, magiſterium aſſecutus es.

Idem paulo poſt: Recipe fruſtum optimi obryzi, partire illud per media, quæ natura homini conceſſit, & redige aurum in id quod ante fuit, & reperies ſeminium, principium, medium & finem, vnde aurum noſtrum & eius fœmina confecta eſt, nempe ex penetrabili ſubtili ſpiritu, pura intacta anima, aſtrali Sale & Balſamo, quod ſecundum eorum vnionem nihil aliud eſt quam Mercurialis liquor.

Idem in prima claue: ſi in auri Anatomia Sulphur & Mercurium ſeparatim reſeruare poteris, eoque rurſum ſecundum artem ſufficientem reddere reſtitutionem: per ignem etiam rurſus impetrabis, vt quod ante demolitionem & Anatomiam fuit, ad id redeat.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1214 sur 1557

Idem fol 108. Principio scias, nullum vulgare argentum viuum requiri ad nostrum opus, verum id ex optimo metallo conficitur, per artem spagiricam, purum, subtile, clarum instar fontis, diaphanum instar crystalli, ex hoc confice aquam (arrige aures pamphile) vel inustibile oleum, nam Mercurius principio aqua fuit, quemadmodum omnes sapientes mecum docent, in hoc oleo Mercurij solue proprium ipsius Mercurium, vnde aqua ipsa confecta est, præcipita Mercurium cum proprio suo oleo, & habebis duplicem Mercurialem essentiam: Sulphur tuum quæras in simile metallo: illum scias à suo corpore extrahere, & soluas in proprio sanguine, vnde prius ante suam fixitatem confecta est (Hic rodus hic salta) secundum suum pondus in sexta claue indicatum, & tunc rubeum Leonem cum sanguine viridis Leonis cibasti & dissoluisti: Sanguis enim fixus rubei Leonis confectus est ex confixo sanguine viridis Leonis, ideoque vnius sant naturæ, nam & confixus sanguis subtilat fixum, & fixus econtra solidat subtilem: ceu ante suam dissolutionem fuit. Sine tunc simul in leni calore stare, vsq; dum sulphur omne solutum sit, & cibasti secundum fermentum, fixum sulphur cum non fixo, vt omnes Philosophi mecum docent, illud circumagitur cum spiritu vini rubeo colore sanguinis, & dicitur Aurum potabile, in quo nulla reductio vllius rei inueniri potest.

Idem in occulta Philosophia fol. 59. si metalla, inquit, mutare, & in Tincturam seu Lapidem Philosophorum redigere cupis, tunc scias primum per artem Ghymicam metallicam & mineralem formã separare, soluere & recludere, nimirum corpus per solutionem, & vice versa è corporali forma reducere Mercurium, Sulphur & Salem, quæ ita separentur, vt quodlibet teneatur separatim. Hoc aliter non fit quam vt mineralis spiritus, & sulphurea anima cum albo Sale vicissim per artem spargiricam & compendia Chymica in liquoreum subtilem ac substantiam redigatur, quod nullo alio fit medio, quam cum aqua Philosophica, in quã omnia Elementa, in primis omnes cælestes elementares & terrestres qualitates latent inclusæ, Mercurialis enim spiritus frigidus est, lenis & humidus, anima sulphurea calida & sicca, & talis liquor nihil aliud est quam prima materia & primum semen metallorum & mineralium, qui liquor si more Philosophico cum suo fermento componatur, & per Vulcanum ad optimam perfectionem in fixam medicinam redigatur, Lapis Philosophicorum confectus est.

Et

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1215 sur 1557

Et alio loco ita concludit, aio tandem, salutiferam vtilitatem in metallicis formis assequi non potes, nisi tria proposita principia absque defectu in vna compositione redegeris.

Quomodo iam Lapis & eius præparatio clarius, dilucidius & perfectius posset describi & doceri quam ab hoc Philosopho, & quidem non sine causa, ipsum verò ad hanc scientiam solam ac secretam vnica Astrologia, concordantia nimirum superiorum cum inferioribus (Iehoua teste) deduxit. Nemo etiam sibi persuadeat quamuis summe doctus, quod absque Astrologia in hac arte proficuum quid assequi possit, vnde Hermes bene inquit: Quod est superius est sicut inferius, & quod est inferius est sicut superius. Nec immeritò obstupescit Basilius Valentinus ob astrum Solis, tradens eidem omnem potentiam vniuersaliter & particulariter, & probat illud ingenioſe, & optime per circulum ex centro deductum ita:



1. Oriphiel. 2. Zachariel. 3. Samuel. 4. Michael. 5. Anael, 6. Raphael. 7. Gabriel.

Superius plasma est angelica essentia, à Deo summo ordinata: punctum & summum Solis radium ducit Michael omnium princeps, possidens in angelica essentia. Huc accedant omnes Magi, Caballistæ & Chymici, & discant quid Azoth in Michaële vniuersaliter, & in reliquis omnibus particulariter operetur magice per suam vim in seruitium humani generis & omnium creaturarum, in gloriam & honorem

Nota

honorem trium puncti, de quo in tractatu meo de Azotho vniuersali mentio fiet. Et ex hoc circulo egrediuntur (tanquam angelica influentia) virtutes & potentiæ Planetarum, vniuersaliter & particulariter, vt sequens figura declarat. Quilibet enim Angelus suum sub se habet angelum, redditque illam participem sui luminis & influentiæ, sed ita, vt quilibet angeli Azoth (sit vel vniuersalis vel particularis) in Planetis in siderea forma & essentia appareat.

Quemadmodum iam Magice noster Azoth aspicitur in suis operationibus per virtutes Angelorum, ita inuenitur idem etiam diuerse in sidereis corporibus Planetarum vniuersaliter & particulariter: Quod enim:

Oriphielis.
Zacharielis.
Samaelis.
Michaelis.
Anaelis.
Raphaelis.
Gabrielis.

} Donum: talis & erit {

Saturni
Iouis
Martis
Solis
Veneris
Mercurij
Lunæ

} Influentia.



Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1217 sur 1557

Ita recipiatur iam analysis rerum, præcipue in his figuris & tabulis, & tunc perspicientur nostri Azothi miracula in inferioribus creaturis,

Angeli	Oriphiel	Sydera vel Planetæ	♄	Plumbum.
	Zachariel		♃	Stannum.
	Samuel		♂	Ferrum.
	Michael		☉	Aurum.
	Anael		♀	Cuprum.
	Raphael		☿	Argentū viuum.
	Gabriel		☽	Argentum.

Partes hominis. Splen. Hepar. Fel. Cor. Renes. Pulmo. Cerebrum. — Vinum in vegetabilibus.

Variæ herbæ Planetis & sideribus appropriatæ, quorum infinitus numerus est.

Quemadmodum vel mille & infiniti sunt angeli; ita etiam sidera, mineralia, vegetabilia, & diuersæ partes paruæ & magnæ in homine & eius musculis, venulis, cartilaginibus, tendonibus, neruis, in quibus omnibus Azoth vniuersaliter vt in Michaële, Sole, auro, corde, vino, in reliquis omnibus particulariter operatur & suas virtutes exerit: attamen quanto Angeli sidera, mineralia, partes hominum, & herbæ, medio puncto, qui in quarto numero est, sunt propiores, tanto maiores habent etiam operationes, dona & virtutes: Econtra quò longius distant, eò minus habent virtutum. Ex his igitur constare puto, nostram materiam & subiectum Aurum esse, & illud in suam primam materiam debere reduci, & iterum coniungi: quod veri Theosophi & Philosophi per duos triangulos significarunt, quemadmodum ex sequentibus figuris & characteribus cum literis A. B. C. notatis, videre est.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1218 sur 1557



Aſpicite & animaduertite Trigonum in figura cum litera A. notata, & ſcitote diuinum eſſe characterem, ſuos ſub ſe tranſmittentes habens vertices, ab illo egrediuntur ſpermata omnium creaturarum. In altera figura cum B. notata eſt Trigonus, character & ſignum humanæ naturæ, qui paſſione & morte in cœlum ſublatus eſt. Quicunq; iam opus ſophorum aſſequi cupit, ambos characteres & Trigones coniungat, ideoque indicant illius vertices ſupra ſe tendentes, quod character ſextangularis, vt ex figura cum litera C. notata videre eſt, fieri inde poſſit & debeat.

Voluerunt itaque Philoſophi per primum ſignum nimirum aquam præfigurare, & indicare aquam, eſſe primam materiam omnium rerum, & cum ea Mercurium etiam Philoſophorum, ſecundo charactere vero nimirũ igne, ignem, & per illum Sulphur Philoſophorũ, quem

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1219 sur 1557

quemadmodum hodieque à nonnullis Chymicis aqua & ignis ad ea denotanda vsurpatur. Duobus hisce characteribus in vnum characterem, vt tertia figura litera C. notata indicat, compositis & copulatis, tunc merito vocitatur duplex Mercurius, viri & mulieris semen, sperma Solis & Lunæ, quod etiam in Apocalypsi à Iohanne per α & ω spiritualiter ad Christum, Philosophice vero ad nostrum opus refertur. Nam ex congeneratione Solis & Lunæ Alpha ita formatur α & ex duplici ☽ omega ita ω. In hoc exerceant se omnes Philosophi, & suas imaginationes non solum ad externa corpora mineralium & metallorum, sed ad spiritualem essentiam, quam Philosophi suum Mercurium & Azoth dicunt, dirigant, ita se Mercurius ipsis facile subijci & si modo in sextangularem characterem recte includere poterunt. In summa hæc est tota ars, reduc aurum in suam primam materiam, quæ est & dicitur prima solutio, deinde putrefac tria principia extracta, & purga quodlibet singulatim, tunc redige Mercurium Solis in aquam, solue in illa Sulphur & Salem, & habes veram solutionem Philosophicam, de qua scribitur, quod seipsam soluat & coagulet. Illud vidi meis oculis & attigi meis manibus, (verba Authoris.)

CONSILIVM DVODECIMVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

EX Venere, Marte & Saturno animas intra triduum præparare & extrahere, laminis relictis integris: ne totum corpus in crocum redigi debeat, ideoque dicitur crocus, vt tantum illius anima, & non totum corpus recipiatur, quod multos Chymicos in errorem duxit, vt crocum nequiuerint fluxibilem ingredientem ac fixum reddere: Si vero hoc modo conficitur, tunc habet ingressum, magnoque afficit artificem gaudio. Ubi notandum, quod absque Martis & Veneris spiritibus & animabus neque Sol neque Luna exaltari & ad plusquam perfectionem redigi possit: quod Philosophi, qui Astrologiam callent optime comprehendere poterunt, quare Sol in Ariete, domicilio Martis, & Luna in Tauro domicilio Veneris suas habeant exaltationes. Nam cognitio naturæ, in qua duo illa lumina exaltantur, nos ad multorum secretorum considerationem ducit. Duo enim hi Planetæ Sol & Luna suam exaltationem & dignitates essentiales in

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1220 sur 1557

regione cælesti concipiunt, quando in prioribus Martis & Veneris domicilijs constituuntur & versantur in tali reputatione, vti externi Dominatores regio throno & dignitate, ornati quod Philosophi per hunc characterem Hieroglyphicum ☿ non obscure indicare voluerunt. Consideretur enim, quomodo Venus & Mars signentur, nempe ita Venus ♀ & ita ♂ & animaduertetur, quod suos characteres à Sole accipiant & mutuent, quemadmodum Saturnus & Iupiter suos characteres à Luna. Saturnus ita signatur ♄ & Iuppiter ♃, habentque ambo characterem Lunæ, iudicantes se de natura Lunæ esse, & facile in argentum posse transmutari. Et per priorem characterem Hieroglyphicum satis probatur exaltatio duorum luminum, ita enim pingitur Sol ☉, & ex hoc stat ita signum Martis ♂, indicans, Solem in Ariete constitutum, per cornua indigitatur & Astronomice ita pingitur ♈, tanquam pro domicilio Martis, Lunam vero suam exaltationem in domicilio Veneris nimirum Tauro accipere, nam quando Veneris signum ita pingitur ♀ & Luna superius apponatur, vt ita stet ☿: videmus quam mirabiliter Philosophi & occulte id nobis indicare voluerunt, quemadmodum & signum Tauri in hoc charactere ☿ comprehensum latet: In Astronomia enim Taurus ita pingitur ♉, si iam de priori charactere inferius crux tollatur, habetur signum Tauri. Unde iam constat, quam optime & egregie veteres Philosophi talia secreta indignos celarint. Et per tales meditationes veteres Magi, Ægyptij & Sophi verissime deprehenderunt, duos dictos Planetas, Solem & Lunam, in hac terrestri regione seu globo, quemadmodum & de cælestibus indicatum est, suas dignitates & exaltationes à terrestribus Planetis Marte & Venere accipere, ad quod illis multo certiorem & infallibilem manuductionem dedit status Planetarum in cœlo. Saturnus enim primum occupat locum, Iuppiter secundum, Mars tertium, Sol quartum, Venus quintum, Mercurius sextum, Luna septimum. Si iam Planetæ hoc ordine ponerentur, deprehenderetur, Martem & Venerem auri, Saturnum & Iouem argenti naturam proxime, quod pulcre perspici potest, si per dimidium circulum hoc modo



Saturnus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1221 sur 1557



Saturnus & Luna, Iuppiter & Mercurius, Mars & Venus coniungantur, nempe ſemper duos vnam habere naturam & proprietatem, & ab auro tanquam omnium rege & centro in medio conſiſtente ſummam ſuam accipere virtutem. Unde Baſilius Valentinus non immerito affirmauit inquiens, verum Mercurium & Sulphur Philoſophorum, (qui aurum cibant, ſanguinem præbent & ſubtiliant) ex Tinctura Martis & Veneris debere reſumi & præparari. De quo copioſius legi poteſt ipſius tractatus de confect. magni Lapidis, & Tractatus de rebus naturalibus & ſupernaturalibus. Quare (inquit idem) quia Tinctura auri in nullo magis ſuperflua quam Marte & Venere, veluti viro & vxore inuenitur, corpora illorum diruuntur, ſpirituſque tingentes expelluntur, qui recluſum præparatum aurum ſanguinent & per ſuum cibum & potum ſubtiliant: & noli mirari, regem mutationem accipere à ſuis ſatellitibus, nam illorum corpora non fixa ſunt & imperfecta, & multa quidem promittunt, pauca tamen præſtare poſſunt, vbi vero rex illius particeps fieri poteſt, æſtum & frigus melius vincere poteſt. Idem alio loco: Scias Venerem per ſuum cæleſte Sulphur amictam eſſe, quæ ſplendorem Solis longe ſuperat, & tamen plus Sulphuris ſuperflui quam auri apud eandem inuenitur. Hæc Tinctura, quam Venus aſſequitur, etiam in Marte ſimiliter inuenitur & quidem efficacior, præſtantior & maior, nam Mars eſt vir, Venus verò fœmina, in hoc inuenitur Sulphur ardens, & adhuc vnum Sulphur non ardens, quod mirandum eſt, vnum Sulphur eſt album, alterum vero rubeum in operatrice generatione. Rubeum Sulphur eſt incombuſtibile, eſt enim verus ſpiritus, ex quo oleum incombuſtibile præ-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1222 sur 1557

paratur, & est vnum Sulphur, cum Auro radicaliter confectum & inuentum. Hoc Sulphur dici potest Sulphur omnium sapientum, ideò quod omnis in eo inueniatur sapientia, sed Mercurialis spiritus, illum superat. Sed & cum illo in simul sal Martis per spiritualem vnionem componi debet sic vt tres in vnum succedant locum inque æqualem eleuentur operationem & perfectio summa constabit. Tinctura verò solum consistit in spiritu cupri & illius potissimum coniugis, estque merus vapor, graue olens in principio, & hic vapor resolui debet in modum liquoris, quo fœtens incombustibile oleum inde possit præparari, quod suum principium ex Marte sumere & habere debet, illud oleum libenter coniungitur cum spiritu Mercurij, recipiuntque omnia metalla libenter ad se corpora, quando primum præparata sunt, potissimum secundum admonitiones clarissimi Basilij.

Idem eodem loco: Hic aperiam tibi secretum: quod nempe aurum, cuprum & ferrum in se habeant vnum Sulphur, Tincturam & materiam tingentem quæ materia tingens spiritus est, vapor & fumus, qui omnia corpora penetrauit, & penetrare potest: si illum capis, & per spiritum actas qui in Sale Martis inuenitur, & connis cum illo spiritum Mercurij secundum iustum pondus, purgans ab omnibus fecibus, vt absque omni corrosione suaues & beneolentes fiant, tunc talem habes medicinam [illegible] nulla potest conferri, sin verò illa cum splendidissimo sole fermentaretur, tunc ingressus perfectus pateret ad operandum, & omnia metalla transmutandum. Quis clarius & maiori cum fundamento posset scribere quam hic Philosophus, quod nullus ante eum tentare ausus fuit, quod ipsemet his fatetur verbis, ego aperio, inquiens, multa secreta, quod quidem non debebat fieri, quid vero faciam? neque omnia silentio inuoluere possum, sed modus in rebus omnibus optimus.

Quare concludimus indubitato cum omnibus Philosophis affirmantes, Lunam Soli proximam esse, quæ in hoc Elementari mundo, hominum negotia & instituta cum Sole, fratre suo, mirabiliter mutat & diuidit, quemadmodum etiam in cælestibus duo clarissima & maxima lumina, vnum quod diei præest, alterum quod noctem regit, principio mundi ab illo, qui naturam & omnia in mundo artificiosè disponit, condita sunt. Quia vero terrestri Lunæ secundum sententiã omniũ Philosophorum, tria desunt, nempe pondus, fixatio & gradatio, illa ita

reipsa

reipsa recompensare voluerunt. Pondus illi reddere potest Saturnus, qui soli in pondere proximus est, ideoq; pleriq; Philosophi Saturnum nominarunt Solē leprosum. Astronomi & Philosophi Saturno in hoc mundo terrā attribuunt, & quid ponderosius terra? ideoq; in cælesti cursum suum circulum propter tarditatē & pondus 30. annis absoluit.

Secundus defectus est fixatio, nam Luna propter Mercurialem adhuc in se residentem humiditatē & sulphuream nigredinem, in impura humiditate non decocta est. Hinc Mars, vtpote soli calore proximus restituet, quo facile in excellentiorem naturam digeratur.

Tertius defectus gradatio est, quam Venus, quippe perpetuus Solis comes, & Lunę colore proxima, restituet, quod Philosophi, (qui tres illos defectus reuera recompensare in Venere sciuerunt) obscure indicare voluerunt, quando dixerunt, solutam Venerem, vt scis congela, & proijce super Lunam fusam & exaltabitur in colorem & honorem Solis verissimi & certissimi. Alij ne viderentur inuidi, aliquantò clarius laborum amplificatione cum posteris communicarunt, sic ponendo ac dicendo, Venus est exaltatio Lunæ ad gradum Solis, calcina igitur Venerem, exubera, sublima, solue, istam solutionem coniunge solutæ Lunæ, congela & habes Solem. Hæc Venus à naturalibus Magis Dearum pulcerrima reputatur, ideoq; adscribimus Marti Tinctuam (facile enim in Venerem transmutatur) & pondus, nam transmutatur in internum Saturni (hæc Saturnus est Philosophorum) in quibus duobus fixatio latet inclusa.

Illud testatur etiam Basilius in tractatu de magno Lapide fol. 13. & 14. ita inquiens: si Martis animositas cum Lunæ constantia & Veneris pulcritudo in mixtura & concordantia spiritualiter consonant, tunc iucundissima potest institui Musica, per quam aliquot claues ad honores euehi possunt, & egenus panem suum particulariter assequi potest. Oportet enim phlegmaticā constitutionem seu humidā Lunæ naturam per calidum Veneris sanguinem exsiccari, & illius magnam nigredinem per Martis Salem corrigi. Quam vero hæc tria corpora inuicem habeant proportionem & quænam requiratur commixtio, partim Astronomice partim naturaliter indagari oportet: naturaliter, vt qualitates & natura consideretur, sunt enim tres defectus, & hic perpendetur quinam illorum maximus sit, & quid primò conueniat, hoc est digestio, & quid vltimo hoc est Tinctura, & deinde quantum Saturnus, hos in pondere excedat.

Astro-

Astronomice vt cognoscetur quam procul & prope reliquæ Lunæ sint in regione ordinatæ Planetæ. Saturnus est sextus, Mars quartus, Venus secundus, Sol in medio consistit supra illam tres sunt Planetæ, & infra itidem tres. Mars supra Solem proximus est, & Venus infra. Quare qui in secretis artibus & Chymia quid proficere cupit, illum oportet cælestia corpora bene considerare, illorum qualitates & naturam, item situm, nisi hoc fiat, frustra incipitur quicquid incipitur.

Si iam Lunam in Solem transmutare cupimus, necesse est vt ex Marte & Venere subtilissimi tingentes spiritus extrahantur, & cum auro fermententur, & si Luna debeat fieri Sol, prius duo illi Planetæ, vt Mercurius & Venus, qui inter Lunam & Solem consistunt, separentur, tunc abit cum Venere nigredo & cum Mercurio humiditas divaporans, ad quod requirentur Salia, Aquæ fortes & vegetabilia, per hæc enim purgantur corpora, spiritualemque induunt naturam: Et hæc summo studio considerabit, is procul dubio naturalis Philosophicæ assequetur mysteria maxima.

CONSILIVM DECIMVM TERTIVM ET THEORIA *de Lapide Philosophorum.*

EX minera Saturni & Antimonij acidum & acutum acetum paucis diebus absque omni additione materiæ alicuius conficere: quod verum est Philosophorum acetum, & non vulgare: Unde Basilius Valentinus de communi destillato aceto inquit: Faciam te certiorem, commune acetum non esse acetum Philosophorum, sed nostrum acetum alius potus est, nimirum ipsa materia, Lapis enim Philosophorum conficitur ex Azotho, qui per communem destillatum Azoth & spiritum vini & alias plures aquas prius præparari & in certum ordinem disponi debet: Hoc acetum vera fontina & balneum regis est, & omnium reliquorum metallorum, quæ ita recipit, vt separari vicissim nequeant: Hoc acetum aqua Mercurij & soluens Philosophorum est: aqua quæ omnia congelata & refrigerata metallorum corpora emollit, vicissimque congelari facit; hoc acetum in infinitum multiplicari potest: hoc modo possunt paucis diebus omnes mineræ marcasitæ, Cadmiæ & alia metalla fixa & non fixa absque omni additamento

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1225 sur 1557

mento in aquam conuerti : & hæc eſt vera via, verum Saturni menſtruum, de quo Philoſophi valde occulte ſcribunt quomodo præparetur, non commune acetum verò deſtillatum putant.

Quanquam Iſaacus Holandus cum aceto communi deſtillato operari iubeat, longe alium tamen intellexit acetum: quod etiam G. R. (qui nunquam habuit nec intellexit lapidem, ſed commentatus tantum eſt in Raimundum Lullium) fefellit, vt ſuam inde, oblitus tam ſecundi & tertij principij, Mercurij ſcilicet, quam Salis, & tantum cum anima Saturni operans, prodiderit inſcitiam. Nam quando commune acetum deſtillatum ſuper minium funditur, extrahit tantum animam & dulcedinem, relinquens Mercurium & Salem: quod deprehendet & experietur, qui corpus reſiduum & terram reducet. Nam in reductione terræ plumbum purum dabit, cui nihil in extractione quam anima ſeu Sulphur ſurrepta eſt. Illud probat experientia, dum opinatus ſpiritus Saturni, qui cum aceto communi conficitur, metalla (vt Paracelſus de eo loquitur) non vult ſoluere multo minus coagulare, cum id tamen verus ſpiritus Saturni per proprium ſuum acetum confectus, præſtet. Et certò certius credat Philoſophus (loquor expertus) ſpiritum qui ſolutas margaritas coagulat, & oleum quod auro animam extrahit, nihil aliud eſſe quam ſpiritus & oleum aceti, qui aliquantò plus, quam ante habuit, à Saturno accepit, & illud facile inde intelligi poteſt, ſi oleum, quod ab aceto & ſpiritu ſeparatur, non rubeum apparet, vt reuera (quia Saturnus interne plane rubeus eſt) apparere debet, & modus præparandi mihi conſtat. Quod vero acetum priores habet virtutes, quoad ſolutionem & coagulationem margaritarum & extractionem animæ Solis attinet, non ſuo ſed Saturni ſpiritui adſcribendum: teſtantur illud duo illi clariſſimi Philoſophi Paracelſus & Baſilius, quibus in vno capite plus fidei quam G. R. in omnibus dandum eſt, veluti etiam quotidiana eſt experientia teſtis. Paracelſus in libro de reſuſcitatione rerum naturalium, de aceto ita inquit: Feces aceti ſi deſtillentur, quemadmodum in vino aduſto fieri ſolet, deſtillatur menſtruum, quod omnia metalla & lapides, aliasue res inſtar aquafortis ſoluit. Baſilius de aceto ita: Nihil vtile in Chymia & medicina præparari poteſt, ad quod aceti opera non indigeatur: In Alchymia enim vſurpatur ad extractionem metallaris eſſentiæ & tincturæ, ſi prius præparatæ ſunt, in Medicina ſuas vires itidem interne exerit: Externe applicatur calidis tuberibus pro refrigerio. Unde facile

cile conijci poteſt illud quod G. R. docuit & C.H. prætendit, non eſſe neque poſſe eſſe verum Saturni menſtruum, non qui verum Saturni menſtruum habere cupit, illum oportet Saturnum in tria ſua principia per proprium ſuum acetum reducere: illorum quodlibet purgare, & viciſſim ſingula in vnum reducere, ſiquidem omnia ab vno ad vnum. Ita & hoc modo poteſt & debet ex minera Antimonij acetum illius præparari, quo ex illo tria ſua principia redigi poſſint ad verum ſoluens metallorum & mineralium medicamentum conficiendum, quod expertus Philoſophus per quam facile expedire poteſt.

CONSILIVM DECIMVM TERTIVM ET THEORIA de Lapide Philoſophorum.

PRimum confice oleum Salis ſequenti modo, Recipe Colonienſem vel alium candidum Salem, Sal enim marinum exiſtit præſtans: reconde illud in ampullam Waldenburgicam, ac tres vncias ſuperfunde ſequentis deſtillati aceti cantharum, lutatum pone in arenam, fac ſuapte coagulari & præparaſti Salem: Iam deſtilla ſic: Recipe duos acutiſſimi aceti vini cantharos, infunde duos præparati Salis manipulos, conſiſtere facias ad digerendum diem ac noctem, tunc deſtilla per Alembicum, & quando phlegma adſcendit, tunc remoue recipientem, ne quid de nigredine accedat ad deſtillatum funde viciſſim duos Salis manipulos, obſerua in omnibus priorem modum, repete ita & tertiò & præparaſti acetum.

Si cupis iam deſtillare Q. Eſſ. omnium metallorum, & Mercurium philoſophorum, qui omnibus in locis inuenitur, non verò eſt viuus Mercurius, ſeu vulgaris qui venenoſus eſt: Hic ſalubris, quo nemo hominum carere poteſt; ex quo Tinctura conficitur, incipe ita in nomine S.S. Trinitatis.

Recipe tres Salis bene toſti libras, & ſex ſalis prius coagulati lotones ambo hæc bene commiſta reconde in retortam bene lutatam, repone recipientem cum aquæ menſura frigidæ, ſubijce lenem ignem per biduum, vt tertio die primum incipiat incandeſcere, & perſpicientur albi vapores in recipientem deſcendere: Hi metallici ſunt ſpiritus, tunc fac in æquali ſtare calore, donec vapores omnes adſcenderint, quod fiet intra octiduum, tunc videbis ſuperius in recipiente pendentem ſublimatam terram, quæ eſt Mercurius Philoſophorum. Quando vapores omnes adſcenderint, fac refrigeſcere, poſtea remoue recipientem,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1227 sur 1557

entem, dilue bene interiori aqua, vt adhæreſcens ſublimatus aqua commiſceatur. Poſtea recipe illam aquam cum ſublimato & funde in deſtillatorium, deſtilla ſenſim per Alembicum ad 12. gradus, & quando hanc aquam per dimidium diem deſtillaſti, & dulcedo in acedinem incipit mutari, tunc recipe deſtillatam aquam in patinam vitream, pone in cellam, & cryſtalliſatur inſtar plumarum, cryſtallos exime, ſicca & reſerua. Reliquam aquam à cryſtallis tranſitam ſeu ſeparatam, deſtilla vt ante, fac plures dari cryſtallos, & adde reſiduam acreditem priori: deſtilla viciſſim inde dulcem aquam, fac cryſtalliſari vt ante, ita procede donec nulli amplius proueniant cryſtalli, guſta ſæpius aquam & acetum tranſiens, ſi linguam mordet & dentes exanimat, ceſſa, & habebis ſoleum Salis in fundo, hoc rectifica per ſe ab omni phlegmate, ſi taliter hoc oleum præparaueris, ſoluet aurum tenuiſſime laminatum, quia eſt omnium metallorum aqua ſoluens, extrahit etiam illis Q. Eſſ. Radicalem.

CONSILIVM DECIMVM QVINTVM ET THEORIA *de Lapide Philoſophorum.*

SOlue 24. vel 30. ſalis nitri lotones in duas libras quintæ eſſentiæ vini, reconde in vitrum, ſine per 24. horas ſtare, poſtea effunde reconde in vitrum & ſigilla. Poſtea ſolue duos auri lotones in aquæ regis octo lotonibus, (facta ex Vitriolo viridi purißimo ſale nitro & ſale armoniaco) poſtea abſtrahe aquam ſoluentem ad auri calcem. Quando ita aurum in fundo inſtar pulueris inuenimus, in 28. lotones Q. Eſſ. vini optimi repoſuimus, in illis aurum noſtrum lauimus, eſſentiam tamdiu abſtraximus, donec omnia facta fuerint dulcia, quindecies cohobando. Tunc puluerem noſtrum in recentem aquæ ſalis petroſæ ſolutionem addidimus, ſinentes in Balneo Mariæ in vitro circulatorio per 40. dies & noctes circulari. Poſtea fecimus omnia inde diuaporare phlegmata leni igne inſtar ſolaris caloris. Tandem recondimus in vitrum Philoſophicum oui albumine bene lutatum mixtum cum Therebinthina & recenti calce viua in furnum tandem Philoſophicum poſuimus, ſubiecimuſque ignem lampadis, facientes elychnium Philoſophicum eumque continuum videlicet ignem per 9. menſes, & 9. iſtis menſibus elapſis inuenimus diaphonum pulcerrimum lapidem, ad cuius partē vnam addidimus 10. partes Mercurij, prius calefecimus, & ita in rubeum puluerem redegimus. Huius pul-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1228 sur 1557

ueris 1. pars ad mille partes Saturni fluxi addita, ex tempore optimum effecit aurum.

Multiplicatio eiusdem.

RECipe Mercurij, in rubeum puluerem redacti partem vnam, adde ei 10. vel 50. partes Mercurij purgati cum 2. partibus Solis amalgamati, operare vt ante per 9. menses, & nihil tibi deficiet, si cura veris vt in prioribus tribus mensibus vna pars tinget mille partes cuiuscunque metalli in optimum Solem.

CONSILIVM DECIMVM SEXTVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

Cum Enumeratione eius efficaciæ & constellatione cum cæteris metallis.

IN hoc Tractatu dicemus de supercælesti magna secreta atque occulta patefactione, singularis alicuius rei essentia, quæ non numeratur inter secreta Philosophiæ, nam quemadmodum illa supernaturalia sunt, ita sunt & hæ supercælestia, habentque magnam dignitatem humanum occultum spiritum talium diuinorum secretorum & patefactionum de his reddere participem. Quanquam verò optime Deus de tuis magnis secretis hoc loco scriptis iam patefactiones instituam, quod omnibus patribus & sanctis hominibus semper displicuit, precor tamen, vt id mihi ignoscas, scio enim quod etiam videntem obcœcare possis, & confido, quod ijs Solis quibus faues illud in factis vere vsurpare concedas. Pro exordio autem huius secreti Tractatus animaduertite, quod in omnibus creaturis diuina quædam potentia & efficacia sit, quæ ab omnipotenti Deo post absolutam primam creationem ita cælestibus astris inserta est, vt in æternum inuicem separari nequeant. Quanquam humana mens id comprehendere nequeat, quia hoc loco duo (quasi) contraria, corpora, substantiæ seu materiæ, qualia cælum, astra, Elementa, & aliæ eiusmodi materiæ, item quod astra tam longe & alte supra nos, nostram materiam verò tam profunde sub astris, sita sint & perspiciantur, dico tamen, quod nihil aliud sint quam vir & fœmina, quæ duo in sua operatione tertium,

tium, hoc est fructum sui seminij producant, non autem parturiunt nisi à matrimonio diuino æterno vendantur, copulentur & deuinciantur: Hinc inde Gamalcie sapientum ac Philosophorum maiorum. Nolite autem mirari tam mirabilē creationem vna cum illius magna operatione, quanquam captum nostrum facile superat, modestus tamen hominis spiritus vsque & vsque laboret, vt suæ cogitationes sint quasi cælestes, & omni naturæ, imo etiam omnibus Angelis dominentur.

De characteribus autem sciatis, quod hic nolim introducere mea, aut veterum & recentium necromanticorum diabolicorum characterum sigilla, verba & nomina, quæ etiam illos, qui verum fundamentum integrum & absque macula habere putant, decipiunt, quare summa hic opus est attentione, & volumus vos breuiter admonitos, ne multum tribuatis inanibus libris Ptolomæi, Arthephij & nonnullis tomis Alberti Magni & aliorum quos recensere non opus est. Cauete vobis, nonnulla enim futilia sunt, abominabilia & seductiua, nonnulla vera & iusta: obseruate inprimis fundamenta huius secretæ scientiæ, de qua aliquid scriptis comprehendam. Sed opus iam aggredimur, & quod porro te docebimus, id quolibet loco vbi opus fuerit, vere & absque vlla obscuratione patefaciemus. Haberemus quidem hic locum cum Fratribus Rosæ Crucis, conuersandi, sed differemus ad examen illorum Reformatorium. Recipe igitur in nomine S. & indiuiduæ Trinitatis vnciam vnam seu drachmam vnam granulati Solis, soluti in rectificata essentia vini, pone in Balneum per mensem vt plane dissoluatur, tunc funde solutum aurum cum essentia vini in puram cucurbitulam, & vide ne feces vna transeant, destilla essentiam vini per Alembicum in Balneo ab auro, & remanebit in fundo instar puri puluisculi, laua illum cum aqua communi bis destillata & in Sole iterum sicca, oportet autem esse quam siccissimum, & huius pulueris vnciam vnam præpares, ideoque iubeo soluere ex abundanti drachmam vnam, vt si quid deficeret, vncia tibi esset integra. Recipe iam sanguinei olei de rectificato Vitriolo 5. vel 6. guttulas, illas fac cadere supra puluerem ex auro præparatum, nō plus vno momento, & ex templo (in vitrea concha) ab auro deglutientur, & siccū quam ante permanebit, in colore verò instar floris purpurei. Iam conficias vasa & crucibula ad hoc opus, est enim magnū secretū, quale vix reperiri potest aliud maius, sed p̄para prius tuam materiam.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1230 sur 1557

Recipe laminas Veneris, Martis, Iouis, Saturni ac Lunæ, de vno tantum quantum de altero, ſtratifica quodlibet ſeparatim Sale communi, in terreo vaſe cementatorio, calcina quodlibet ſecundū rectum magiſterium Philoſophicum: cuprum per biduum, Martem per ſextiduum Lunam per triduum, Iouem per 5. dies, Saturnum per biduum, & hoc tempus idoneum eſt ad veram & perfectam præparationem metallorum, in puluerem & cinerem, eximeautem quodlibet iuſto tempore, tere ſuper lapide tritorio in puluerem incomprehenſibilem ſeu impalpabilem, obſerua bene quodlibet, attende quid in poſterum dixero diligentiſſime, præpara primum crucibulum cum hac materia, cum qua vere præparari debet. Recipe vnc. 2. præparatæ & cementatæ Lunæ pulu. vncias 2. Veneris, pulu. vnc. 2. Martis pulu. vnc. 1. Saturni pulu. & Iouis pulu. vnc. 1. pone ſingulas & omnes in reuerberatorium, ſubijce continuum de arido ligno ignem per 12. horas quam optime potes, & confluent inuicem metalla 12. horis in diaphanum vitrum diuerſimadi coloris aſpectu iucundiſſ. & poſt 12. horas, vbi metalla in bonum vitrum combuſta ſunt, exime, contunde iterum vitrum in mortario ſubtiliſſime, funde in terreum crucibulum, & funde in prunis cum folle, vbi fuſum eſt, verte crucibulum de vno latere in alterum, vt ſingulis locis vitro obducatur, & iuſtum eſt.

Tunc recipe in nomine Dei commixtionem, aurum cum benedicto oleo Vitrioli, pone ſubtiliter in vitreatum tigillum, luta ſuperius luto ſapientiæ ne frangatur, pone viciſſim in reuerberatorium, reuerbera per triduum, ſed ita ne vitrum fundatur. Certe dico tibi, hauriet aurum & oleum noſtrum virtutē Radicalem 5. metallorum, & quanquam in auro ſat ſuperfluaq; omnium quinq; imperfectorum metallorum vis ſita ſit; nequeunt tamen ſuam potentiam & virtutes minime vt Rex ipſiſſ. exercere, iam verò quaſi à morte per hunc noſtrum ſecretum proceſſum excitauimus, ita deinceps metalla grata & accepta ſunt aſtris cæli, quo in illa facile ſuas operationes perficere poſſint, & profecto hoc primorum & magnorum ſecretorum vnum eſt, noſtrique propoſiti, hoc minime ſilentio filijs ſcientiæ inuoluere.

Iam exime tigillum è furno, aperi, & inuenies occultum lapidem cœleſtis efficaciæ & operationis, hunc diligentiſſ. conſerua, Non ſolum enim in hoc noſtro Philoſophico opere medicina eſt, ſed etiam medela contra omnes generis morbos, neque metalla in aurum poteſtatem habet tranſmutandi, ſed eſt etiam in ſua efficacia quaſi inuiſibilis,

bilis, velut insuperabile vinculum cœli, influunt in ipsum astra omnia cæli, & operatur supra omnem captum humanum, & qui illum secum habet, non potest vinci ab hostibus, conciliat sibi fauorem & gratiam apud quosuis, estq; tutus ab omnibus morbis præter illos quos Deus ad mortem prædestinauit. Accipe adhuc vnum secretum quod verissime noster lapis operatur: si quis eum reponet sub linguam, ille intelliget cæli potentiam, & illius intellectus erit supra omnem naturam, ita vt quasi sit angelicus. Hoc bene obserua, nam propterea operatur, & operatur ita diuina secreta. Ita audiuistis primum processum & secretum nostri lapidis quod maximum est. Viuite in timore Dei & date prompte de vestris, & inseruiet vobis Deus & cœlum. Nota hic lector sapiens, Authorem loqui solummodo de virtutibus cæli terrestris, non verò de mysterijs Archetypi, ne Angelis quidem notorijs. Iam progredimur ad alia, more quidem Cabalistico. Confice in nomine Dei duo vasa eo quo iam doceberis modo, cuius secreta quam magna sunt, quare caueas impie illotis illa tractes manibus, solis enim innotescent filijs scientiæ. Porro Notare oportet vos prius exercitatos esse, quo facilius laborem huius operis perficere possitis, & felices sitis in fundendis formis, quæ præscribentur. Adurite quodlibet metallum in vitrum, præcipue absque commixtione alterius, & custodite quodlibet separatim optime. Prius vas habeat formam ☽ semicirculum, sed post circulum verum puncti centrum recte exprimatur ita ☽☾ vna pars cõficiatur ex solo vitro ☽, altera pars ex Venere, quas exacte metiaris & post circulum conficias, multũ enim interest. In vna lance seu vase instar ☽ constituatur quasi in centro vasis in fundo duo semicirculi, excauati hoc modo ☾☾ in omnibus secundũ proportionem vasis, ita vt quodlibet in septem partes diuidatur, & hi duo semicirculi comprehendant illarum 7. partium perfectionem. Alterũ vas seu pars debet ad circulos excauari, sed integrum manere, debetque esse instar alterius vasis Lunaris, ita vt similiter cum lunari 7. partes comprehendat, tunc habeas laminam ex auro confectam & bene expolitã, in illa vas tuum ex Venere præparatum ponas sub dium, in illud vas ponas lapidem tuum quasi in centrum, quod obtegas vase lunari. Fiat autem nocte, vt nullo id oculo adspicere possis, fac ita in tranquillo loco, vbi nullus motus, strepitus, fœtor aut similia incommoda sunt stare, & ante dimidium quadrantem horæ incipient mineralia summi Dei & spirituum,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1232 sur 1557

rituum, noli expauescere & timere magna ista mirabilia, sed benedic Deo & Christo qui homini talia patefecit secreta: videbuntur potentissima mirabilia maximi Dei in suis creaturis cælorũ & firmamenti, item nocturna lumina & illi addictos spiritus, quomodo dominentur cæleitia astra & eorum operationem poterunt videri, & omnes eorũ spiritus, qui in cælo sua habent domicilia, de quibus veteres multa inutilia dixerunt & disputarunt. Accedite vos Mathematici ad vera secreta magna miracula nostri instituti, vt vestris nugis phantasticis valedicere possitis. Quantula itaq; secreta, quæ quidem his maiora existunt & è lapide nostro reuera existere possunt, facili via vobis, si rem acutius consideraueritis, innotescet, sed & nos ex abundanti adducemus ænigma apocryphum. Conficite in nomine Dei commixtionem secundũ artẽ in nostro lapide, puri diaphani pyrois, nimirum vt pyrois cum L. vere vnitus sit, absque iactura luminis, nec alter alterũ lumine antecedat & obfuscet, conijce ambos in purum crystallinum fontem Erato al. Enaho. quo illorũ spiritꝰ plane in eò cõsumatur; Eximite corpora, quæ magna & impura supernatant, purgate fontẽ & reseruate purum in puro vitro. Iam conficite tabulas secundum magnitudinem circularem puriſſimas ex Planetis, veluti Ioue, Saturno, Mercurio seu Luna, quamlibet separatim absq; commixtione alterius, punctum autem ponatur exterius in ipso centro vsq; punctum sit transfixum, & insculpite cuilibet tabulæ seu circulari lanci, vt videbitis, characteres, quamuis inuicem sint similes, in suis tamen locis interdum transpositi: tunc habeatis vas de Venere quod docui vos præparare, infunde in illud omnem fontem, & ponite illud ad tabulam ex Planetis vt scietis: Cupis iam præteritarum historiarum veras scire demonstrationes tunc adponite illi tabulas Iouis & Saturni, cupis introspicere præsentes casus, tunc adpone tabulas Iouis ac Lunæ, cupis scire futura, appone tabulas Iouis Mercurij ac Lunæ, & experieris quid inferius, quid superius, quid hic quid illic, quid terra, quid mari factum fiat vel futurum sit. Hæc vera via est absq; fuco, & si comprehenderis, facile relinques vasa & characteres, item verba & nomina Artephij & aliorum cum suis positionibus.

Laus tibi & gloria sanctissima Trinitas à me mortali homine propter summam bonitatem tuam & hanc mihi concesseris gratiam, vt hoc magnum secretum in æternam gratitudinem scriptis comprehendere potuerim & posteris proponere in lumine & sapientia tua ambulaturis.

Arcana

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1233 sur 1557



Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1234 sur 1557

Arcana exterioris siue maioris mundi deuinciuntur cum arcano nostri Elixiris in matrimonium & coniunctionem vinculis indissolubilibus, & prædestinantur per spiritum Dei, Amen.

CONSILIVM DECIMVM SEPTIMVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

Si Caballistarum & Veterum Astronomorum vsum non intellexeris, à Deo minime natus es ad Spagyricam artem, nec per naturam ad Vulcanicum opus electus, nec- que vt os in Alchymisticis aperias artibus, creatus es. Paracelsus de Tinct. Phys.

TInctura materia quædam Res est, quæ ex tribus in essentiam vnam arte Vulcani transit aut manere potest, à Veteribus Leo Rubeus vocatus, paucis verò cognitus fuit. Hic per auxilium naturæ, nec non Artem ipsius Artistæ potest in Aquilam albam transmutari, sic vt ex vno duo fiant, supra quod Aureus splendor Spagyro non ita relucet: illa duo magis in vno seruata lucent. Hæc Tincturæ materia margarita maxima, pretiosissimusq; Thesaur⁹ est, ac nobilissimum q⁹ iuxta manifestationem altissimi, nec non hominum considerationem in terris esse potest. Hoc est Lili Alchymiæ, & Medicinæ quod Philosophi tam accurate quæsiuerunt, verum ob defectum integræ cognitionis & perfectæ præparationis eius ad finem perfectum non perduxerunt. Sic Tincturæ subiectum satis declaratum est, vt inter fratres duos vix fidelius queat aut liceat præstari; præparationem eius sic aggrediemur.

Spagyri veteres Lili putrefecerunt per mensem Philosophicum, & postmodum spiritus humidos ab eo destillarunt, quousque siccitandem eleuati sunt. Caput mortuum spiritibus humidis iterum imbuerunt, & ab eo per destillationem sæpius abstraxerunt, idque tamdiu donec sicci prorsum eleuati fuerunt. Inde post abstractos humores & siccos spiritus per pellicanum ter aut quater simul vniuerunt, donec Lili totum in fundo siccum resideret. Quanquam experientia prima processum hunc ante fixationem dedit, nihil ominus antecessores nostri sæpius eo votum perfecte assecuti sunt. Breuiorem tamen viam habuissent ad Rubei Leonis Thesaurum perueniendi, si concordiam Astronomiæ cum Alchymia didicissent, prout ea in Hermetis Apocalypsi demonstratur. Cum ergo primum seculum Tincturæ primam dederit experientiam, ex vno simplici duo Spagyri fecerunt. Verum cum id inuentum medio seculo postea perijsset, eorum successores diligenti perscrutatione postea in illius simplicis nomina

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1235 sur 1557

nomina duo inciderunt, idque nominarunt vnico vocabulo, nempe Lili, tanquam Tincturæ ſubiectum. Tandem imitatores naturæ materiam hanc (non ſecus ac in terra ſemen) tempore ſuo putrefecerunt, cum ante corruptionem hanc nihil ex eo naſci, nec Arcanum aliquod erumpere poſſet. Poſtea ſpiritus humidos abſtraxerunt à materia, donec tandem ignis violentia ſicci pariter ſublimati fierent, vt hac via, non aliter quam ruſticus ex Anni tempore peruenirent ad maturitatem, prout vnum poſt aliud aſcendere ſolet ac decidere. Poſtremo veluti poſt Ver Æſtas prodit, fructus illos & ſiccos ſpiritus incorporarunt & magiſterium Tincturæ perduxerunt eo, donec ad meſſem deueniret, ac ad maturationem ſe diſponeret. Porro de proceſſu abbreuiato ad Phyſicorum Tincturam, Paracelſum allegabimus. Tam prolixo labore, tædioſaque reiteratione Spagyri veteres non indiguiſſent, ſi ex Paracelſi opus ſuum didiciſſent & fuiſſent aggreſſi: Votum æque bene aſſecuti fuiſſent, impenſis laboribuſque longe minoribus. Hac tempeſtate verò qua Theopraſtus Paracelſus Arcanorum aduenit Monarcha, inuentionis temp⁹ eſt præ manibus, quæ Spagyris omnibus ante me fuit occulta. Quapropter dico: tantum roſei coloris à Leone ſanguinem accipite & ex aquila gluten: quæ poſtquam ſimul coniunxeritis, iuxta veterem coagulate proceſſum. Tincturam habebitis Philoſophorum, quam infiniti quæ ſiuerunt, inueneruntque pauciſſimi. Velis nolis tu ſophiſta, magiſterium hoc eſt in ipſa natura, magnaleque Dei ſupra naturam, atque Theſaurus in hac miſeriarum valle pretioſiſſimus. Extrinſecus is inſpicias, videtur eſſe vile quid, aliud in multò nobilius, quam fuerit antea, tranſmutare. Miraculum tamen id eſſe à Spagyro productum, eſt quod patiare, nec non fateare: qui ſuæ præparationis arte, vile corpus extrinſecus viſibile corrumpit, ex quo nobiliſſimam aliam & pretioſiſſimam eſſentiam excitat. Quædam igitur ſimplicia interdum componit Alchymiſta, quæ poſtquam iuxta ſuam corrupit neceſſitatem aliud inde præparat. Sic enim perſæpe ex multis, poſtmodum vnum fit; quod plus efficit, quam ipſa natura per ſe poſſet, vt in Gaſtaymo aperte ſatis patet, ex Saturno Venerem fieri: tum in Carinthia, ex Venere Lunam: & in Hungaria ex Luna Solem, vt interim taceam de tranſmutationibus alijs rerum naturalium, magis ſatis cognitis, quæ mirabilius quam Ouidius in ſua Metamorphoſi narrat, prodeunt in lucem. Recte me vt intelligas: Leonem

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1236 sur 1557

tuum in Oriente quæras, & aquilam ad Meridiem in assumtum hoc opus nostrum. Instrumenta meliora nō reperies quam Hungaria, nec nō Histria producunt. At si cupias id ex vnitate per dualitatem, in Trinitate cum æquali permutatione cuiusq; deducere: tum iter ad Meridiem dirigas oportet, sic in cypro votum consequeris omne tuum, de quo fusius minime differendum est, q̄ in præsentia declaratū fecimus. Arcanorū istorum q̄ transmutationes exhibent, adhuc plura sunt, etsi paucis cognita; quæ licet manifestentur à Domino Deo, non statim erumpit huius artis rumor, sed omnipotens cum ea dat intellectum hæc & alia celandi pariter vsq; in aduentum Heliæ Artistæ, quo tempore nil tam occultum erit, quod non manifestabitur aut reuelabitur. Videtis etiam oculariter (quamuis loqui de his minime sit opus, quod in irrisionem ab aliquibus assumi posset) in Sulphuris ignis magnam Tincturam esse gemmarum, quæ quidem eas sublimius exaltat, quam ipsa natura per se valeat. Verum ista gradatio metallorum & gemmarū à me hoc loco relinquetur, cum de ea satis in Arcanis Arcanorum in lib. de vexationibus Alchymistarum, & in alijs abunde scripserim. Antecessorum nostrorum processum de Tinctura Physicorum vt incæpi, iam perfecte concludam.

Postremò Spagyri veteres, Lili pellicanatum siccatumque, ignis ordinata quadam augmentatione tandiu fixarunt, quousq; à nigredine iuxta colorum omnium permutationem, rubeum instar sanguinis fieret, & cum ea Salamandræ conditionem indueret. Recte quidem ab eis tali labore processum fuit, ac ad eundem modum, etiam vnumquemq; hanc margaritam ambientē, procedere æquum est, ac decet. Hunc tibi clarius declarare, mihi difficilimum erit, nisi didiceris in Alchymistarum schola gradus ignis obseruare, vasa quoq; tua mutare. Tum demum enim videbis, mox atq; Lili tuum in ouo Philosophico fuerit excalefactum, admirandis apparens itionibus, coruo nigrius fieri: Cygno postmodū successum temporis albius: & postremo transiens per flauedinem, sanguine quouis magis rubeum euadere. Quærite, quærite primus ait Spagyrus, & inuenietis; pulsate & aperietur vobis. Impium indecorumq; foret aui tam perfide cibum in os ponere. Ipsa potius ad hunc volare, sinatur, prout ego eum cæteris ante me facere coactus fui. Veram igitur artem sequere. Hæc enim in perfectam eius cognitionem te ducet. Non est quod amplius aut clarius apponatur

tur quidpiam quam antea dixerim. Hæc de proceſſu veterum, & mea correctione Tincturæ Phyſicorum, quod ad præparationem eius attinet, à me ſatis dicta ſunt hactenus.

Porro cum nunc Ægyptiorum Theſaurum iſtum in manibus habeamus, eſt, quod eum in vtilitatem noſtram conuertamus: quæ dupliciter ex Spagyrico Magiſterio nobis offertur. Priore modo, prout ad renouationem corporis applicari poteſt: Poſteriore vero, prout in tranſmutationem metallorum adhibenda eſt. Si Tinctura Phyſicorum in tranſmutationis vſum venire debeat, eius primo libra ſuper Solis fuſi libras mille proijcienda eſt. Medicina tum demum præparata fuerit, ad leproſum humorem metallorum tranſmutandum. Admirandũ hoc opus in luce naturæ eſt, videlicet Spagyri Magiſterio ſeu operatione metallum perire quod prius erat, aliudq; fieri. Ariſtotelem mirifice in admirationem duxit. Ruſtici quidem in Hungaria, cum ferrum ſuo tempore proijciunt in fontem quendam vulgari nomine Zipſerbrunnen, in ferruginem id cõſumitur, quæ follibus & igne liquefacta, mox pura Venus exiſtit, quæ nunquam in ferrum amplius redit. Similiter in monte Kuttenberg vulgariter nuncupat, lixiuium ex Marchefitis colant, in quo ferrum ilico in optimam Venerem tranſit alte gradatã, & malleo tractabiliorem altera naturali. Hæc & ſimilia plura ſimplicibus magis hominibus quam ſophiſtis cognitæ ſunt, quæ metalli ſpeciem vnam in alteram tranſmutant, quæ tamen propter inſignẽ ignorantium contemtum, velut & ex parte propter artificum iuſtam inuidiam abſcondita fere manent. Ego Paracelſus in Iſtria Venerem vltra 24. gradus (al. 38.) ſæpius addux, ſic vt Solis ardor altius aſcendere nequeat, conſtantem in Antimonio vel in quartali, qua quidem vſus ſum in omnibus, vt alijs. Quanquam autem veteres Artiſtæ fuerunt huius Arcani percupidi, ſummaque diligentia quæſiuerunt illud, nihilominus pauciſſimi iuxta perfectam præparationem ad finem ſuum id perducere potuerunt. Multas namque difficultates & obſtacula metalli minoris in melius tranſmutatio affert, prout Iouis in Lunam, aut Veneris in Solem. Magnalia naturæ multis hominibus occulta eſſe Deus fors voluit propter peccata. Nam cum aliquoties ab Artiſtis Tinctura hæc iam præparata eſſet, ipſique proiectionem in effectum deducere non poſſent, accidit, vt ex eorum incuria cuſtodiaque mala illa à gallinis comederetur, quibus deinde plumæ

deciderunt,ac,vt ipſimet vidi,rurſum creuerunt. Hac via tranſmutatio per abuſum ex negligentia Artiſtarum in Medicinam & Alchymiam venit. Cum enim à Tinctura,nempe iuxta ſuum deſiderium, vti minime poſſent,eandem ad renouationum hominum conuerterunt, vt ſeq. capitulo nunc latius audietur. Hinc conſtat Phyſicorum in Ægypto primorum aliquot, ac priſcorum per hanc Tincturam annos centum & quinquaginta vixerunt. Ita vita multorum ad aliquot ſecula producta prolongataque fuit,prout habetur in diuerſis hiſtorijs apertiſſime,quod nemini ferme credibile videtur. Eius namque vis tam admirabilis exiſtit, vt corpus longius producat quam agnatæ naturæ poſſibile ſit,ac in eo gradu id firmiter conſeruat adeo, vt ab omnibus infirmitatibus tutum viuat. Et licet ſenectam quidem habeat: appareret tamen nihilominus vt in primæua iuuentute conſtitutum.

Eſt itaque Tinctura Phyſicorum vniuerſalis Medicina, morbos omnes inſtar ignis inuiſibilis, quomodocunque illi denominentur conſumens. Doſis eius eſt exigua valde, ſed operatio potentiſſima. Per eam à me Paracello,curata ſanataque ſunt Lepra, Lues Venerea, Hydropiſis,Caducus,Colica,Gutta,ſimileſque morbi: Item Lupus, Cancer,noli me tangere,Fiſtulę,nec non genus omne morborum internorum,& certius quidem,quam credibile ſit, cuius teſtimonium exhibebunt Germania, Gallia, Italia,Bohemia, Polonia &c. ſatis amplum. Hoc eſt Catholicum Phyſicorum, propter quod vitam longam proſecuti ſunt omnes Phyſici ad reſiſtendum morbis, & per hoc vniuerſale id maxime conſecuti ſunt & efficaciſſime, iuxtaque ſuum arbitrium Tincturam Phyſicorum nominarunt. Quid enim in Medicina maius eſſe poteſt, quam eiusmodi corporis mundatio, per quam ab eo ſuperfluitas omnis à radice prorſum tollitur, ac tranſmutatur? Sanato namque ſemine,perfecta ſunt omnia. Sic excellentiſſimum viri Medici Fundamentum erit, regeneratio naturæ,iuuentutisque reſtauratio. Ad iſtam regenerationem, vires atque virtutes Phyſicorum Tincturæ mirabiliter inuentæ ſunt, & vſque ad tempus à Spagyris veris vſitatæ ſecreto,nec non abſconditæ.

CON-

CONSILIVM DECIMVM OCTAVVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

ACcipe electri limati, pone in sperma suum (Alij recipiunt minerale immaturum, pone in suam Sphæram) vt sordes & superfluitates abluantur, & purga ad summum quantum potes per stibium more Alchymistico, ne à sua nequitia aliquid damni patiaris. Postea resolue in stomacho strutionis, qui in terra nascitur, perque aquilæ acredinem in sua virtute confortatur. Quando autem electrum consumtum est, & colorem calendulæ post solutionem acquisiuit, non obliuiscaris illud in pellucidam essentiam redigere, quæ vero succino similis sit. Deinceps adde dimidium tantum, quantum corporale electrum ante præparationem pendit de aquila extensa, & abstrahe ab eo stomachum struthionis sæpius, ita electrum fit spiritualius. Quando autem stomachus strutionis labore defatigatus est, necesse est eum recreare & semper abstrahere. Denique quando iterum acredinem amittit, adde quintam essentiam Tartarizatam, ita tamen vt altitudine 4. digitorum sua rubedine sit spoliatus, eaque simul transcendat. Hoc tamdiu fac & toties, donec per se albescat. (Quando iam satis est, nam videbis oculis tuis, quomodo pedetentim se ad sublimationem accommodet, & tu illud signum habes, sublima: Ita electrum in albedinem exaltatæ aquilæ conuertitur, & paruo labore eo transfertur & transmutatur. Atque hoc quærimus nos, vt eo vtamur ad nostram Medicinam. Cum hoc in multis morbis tutò procedere potes, qui vulgari Medicina tentari nolunt. Poteris idem etiam in aquam & oleum, & in rubeum puluerem conuertere, & ad omnia ea vti, ad quæ eo in Medicina eges. Dico tibi autem in veritate, nullum melius fundamentum esse Medicinæ totius, quam in electro latet. Hæc Medicina est & vocatur benedicta à Deo, quæ non omnibus est reuelata. Ad rem destructo tuo electro, si procedere velis, vt ad optatum finem peruenias, accipe destructum & fugax factum electrum, quantum vis ad perfectionem ducere, & impone ouo Philosophico, & optime sigilla, ne quid evaporet, stet tamdiu in Athanar, donec sine vlla additione per se desuper resolui incipiat, ita vt in medio isto mari Insula conspiciatur, quæ quotidie decrescat, & ad extremum in atramentum sutorium

sutorium mutetur. Hoc Atramentum est auis, quæ noctu volat sine alis, quam & primus Ros cœlestis perpetua concoctione & ascensione in nigredinem capitis coruini transmutauit, quæ caudam pauonis assumit, & deinceps pennas cygni acquirit, & postremo summam rubedinem totius mundi accipit, quæ ignum est igneæ eius naturæ, per quem ignem omnia accidentia corporis expellit, & frigida, emortuaque membra refocillat. Talis præparatio iuxta sententiam omnium Philosophorum fit in vnico vase, in vna fornace, in vnico igne, non cessante vaporoso igni.

Ita ista Medicina est quasi cælestis & perfecta, aut saltem potest plusquam perfecta Luna fieri, per propriam carnem & sanguinem, & per interiorem exterius versum & productum ignem, vt modo dictū est, per quē & omnes sordes metallorum abluuntur, & per quem occulta metallorum manifestantur. Nam ista plusquam perfecta Medicina, omnia potest, omnia penetrat, & infundit sanitatem illo ipso tempore, quando morbum & malum expellit. Quare nulla Medicina ipsis interris est similis. In hoc igitur exerce te, & esto strenuus. Hoc enim tibi laudem & gloriam pariet, & non eris putatiuus Medicus, sed sciens, quin & proximum tuum amare cogeris. Tale enim Diuinum Arcanum nemo absque auxilio Diuino percipere & intelligere potest, sicut & virtus eius ineffabilis est & infinita, in qua Deus omnipotens cognoscitur. Scias autem quod nulla solutio fiat in tuo electro nisi circulum septem sphærarum perfecte ter percurrit. Hic enim numerus decet illud, quem & complere debet. Quare attende præparationi, quæ causa est solutionis, & ad glorificatum, destructum & spirituale factum electrum vtere Arcano Tartarizato, ad eluendas superfluitates, quę in pręparatione accesserunt, ne frustra labores. Attamen de Arcano Tartari nihil ibi remanebit, sed tantummodo circulariter cum eo iuxta dictum numerum proceditur. Ita facile per se in ouo Philosophico & vapore ignis fiat aqua Philosophica, quam Philosophi aquam viscosam appellant, seipsam quoque coagulabit, & omnibus coloribus repræsentabit, ita vt postremo summa rubedine ornetur. Plura de hoc mysterio scribere prohibitum est, & Diuinæ potentiæ mandatum. Est enim hæc ars certissime donum Dei. Quapropter non omnes eam intelligere possunt. Igitur Deus dat eam cui vult, nec sibi per vim extorquere sinit, sed solus vult in hoc honorem habere, cuius nomen sit benedictum in æternum, Amen.

Scias

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1241 sur 1557

Scias huius Medicinæ Dosin tam paruam & leuem esse, vt vix credibile sit: quodque tantum in vino vel similibus accipi debeat: attamen in omnium minima quantitate, ob cœlestem suam vim virtutem & efficaciam. | Nam tantum propterea homini manifestatur, ne quid imperfecti in natura maneat, atque ita à Deo prouisum, & prædestinatum est, vt ipsius virtus & Arcanum per Artem producatur, quo homini, vtpote imagini Dei, omnes creaturæ prodesse cogantur. Et ante omnia Dei omnipotentia cognoscatur. Qui igitur intellectū à Deo habet, ille hanc operabitur. Impiorum vero econtra opera erunt tenebræ.

CONSILIVM DECIMVM NONVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

ILlius Philosophorum lapis, qui describitur ab alijs diuersimode, auctor non sum Paracelsus, nec executor, minus indagator in eo, tanquam de hoc loquerer ex auditu, vel ex lectura. Quare cum eius rectitudinem habeam, processum illius relinquens meum prosequar, vt eum qui à me, cum per vsum, tum practicam repertus est. Eumque voco Lapidem Philosophorum, quod instar illius hominum corpora tingat, vti de suo scribunt illi. Verum meus iuxta processum eorum præparatus non est, cum illum hoc loco non intelligamus, nec etiam cognoscamus. Operationis processum in hac nostra practica minime ponimus, cum antea meminerimus eius principio libri, quum scribemus vires & operationes eius, quas habet ex separatione (eius verba in margine.) De hoc itaque latius notabitis penetrationis ingressum, quo totum corpus ac omnia, quæ huic insunt, ille penetrat. Ista namque penetratione restaurat & renouat illud: non quod amoueat prorsus, & nouum introducat in locum: Aut quod vt prima materia, spermaticum Arcanum suum etiam infundat, sed quod vetus ita purgat, etiam infundat, sed quod vetus ita purgat, vt Salamandræ cutis absque læsione tamen vel defectu mundatur, & nihilominus antiqua cutis in essentia formaque manet. Similiter Lapis hic Philosophorum cor purgat, omniaque membra capitalia, nec non intestina, medullas, & quicquid ipso corpore continetur. Non permittit aliquem in corpore pullulare morbum, sed ab eo fugiunt Podagra, Hydropisis,

Lapis Philosophorū, qui secundum Arcanū existit, operationes suas in alia forma perficit, in hunc modū videlicet. Prout ignis extrinsecus adurens maculatam Salamandræ cutem, hanc prorsus mundā efficit vt reliquicquid cēter natā: sic etiam

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1242 sur 1557

Lapis hic Philosophorum totum corpus humanum repurgat, & mundat ab omnib. suis immundicijs, introductione iuniorum & nouarũ viriũ, quas naturæ hominis adiungit, in Archidoxis lib. 5. de Arcanis.

Icteritia, colica passio, nec non à 4. humoribꝰ ægritudines omnes prõuenientes eijcit, corpora quoque repurgat, vt similia reddantur, at si tum primò nata essent. Refugit omne, quod naturam destruere conatur. Non aliter: ita quam vermes, infirmitates quæcunq; renouationẽ hanc fugiunt. Huiusmodi vires hic Lapis Philosophicus habet, quibus tot ac tam mirandos morbos expellit, non ex sua complexione, vel ex forma specifica, neq; sua proprietate vel accidentali quapiam qualitate, sed ex subtilis practicæ viribus, quæ induntur illi à pręparationibus, reuerberationibus, sublimationibus, digestionibus, destillationibus, & postmodum varijs reductionibus, & resolutionibus, quæ quidem operationes omnes eiusmodi lapidem in tantas virium subtilitates & acuitates adducunt, vt mirum sit. Non ab initio habuerit eas, sed quod ipso ei tamen demum attribuantur. Simile quid intelligendũ in melle quod eleuationibꝰ suis omni corrosiuo longe fit acutius, sed sublimato quouis penetrantius. Talem à natura proprietatem acuitionis non habet, verũ ex eleuatione, quæ totũ hoc mel immutat in corrosiuum. In efficacibus istis Arcanis etiam animaduertendũ, eos q̃ vtuntur illis, velut & liberos ab eis ꝓgenitos, postea tanta sanitate prædito viuere, vt in eorũ corporibꝰ, ægritudo nulla, neq; contrarietas, aut simile quid accidere vitij possit: Verum ita subtili mundaq; naturæ complexione, conditioneq; prorsum ornantur, vt nobilioręm cõplexionis conditionẽ minime possibile sit induci. Nam istiusmodi medicina selectissima, nec nõ excellentissima plurimũ instaurat, mundat, incorruptibilemq; vitã introducit, q̃ nulla vita cõtaminari possit. Nihil quicquã in ea flaccescere sinit, sed vt in summa nobilitate naturæ homines vt viuant, efficit ac eorũ prolẽ, ad decimã vsq; generationẽ ꝓuehit. Lapis ille Philosophorũ non solũ pondus vnum transmutat, sed istud mutat iterum aliud, & hoc porro aliud &c. ita vt in infinitũ pene mutationes illæ extendantur, prout etiam vnũ lumen accedit, aliud & istud iterum aliud. Pariter de hoc Lapide Philosophorũ, intelligendũ est quoad sanitatẽ: vt etiã ex arbore bona semen bonũ & surculi nascuntur boni, è quibus iterũ arbores bonæ ꝓducuntur. Vis atq; potentia Lapidis Philosophici mirum in modum exaltatur, vt indagari minime queat, quinam ad istũ naturaliter fieri possit. Et nisi paterent oculis euidentissima signa, incredibile foret, homines talia namq; miranda perficere posse, cum virtus istius operis ex generatione transeat in generationẽ sine corruptione. Dei contra misericordia in vno corpore consistit, ac tandẽ alijs

iuxta

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1243 sur 1557

CONSILIVM VIGESIMVM PRIMVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

MOrtificare vel congelare Mercurium, & postmodum in Lunam conuertere velle, magnoque labore sublimare, varia sunt opera, cum illa sint in Sole & Luna exsistentium tantum quædam dissipatio. Est enim alia longe diuersa, propinquiorq; vita, qua Mercurius parui dispendio, laboreq; minori sine congelatione transmutatur in Lunã: Quilibet autem libenter addisceret artem hanc in Alchimia tã leuem atq; facilem, per quam breui tempore Sol & Luna plurimum facere posset. Cumque non nisi cum tædio prolixa scripta & verba legantur, optarem vtiq; vt directis verbis admoneretur. Hoc & ita facito, operare sic, & habebis Solem & Lunam, quibus in ditissimum virum euades. Itane vero: Tantisper exspecta quæso, donec citra laborem breuibus verbis tibi id declaretur, præmansumq; ingeratur in stomachum vt ex Saturno, & Mercurio & Ioue aurum & argentum ilico conficias. Non est, nec esse poterit vnquam hæc ars inuentu, factuq; tam facilis, ac in seipsa facilis exsistit. Sol & Luna fabricandorum promtitudo per Alchymiam tam facilis est, vt nec libris, nec doctrinis contextis magis opus sit, quam si de niue præterita quis scribere vellet. Si quæso de receptis Alchymiæ, vasorumq; & instrumentorum diuersitate dicendũ esset? Uti sunt fornaces, vitra, ollæ, aquæ, olea, calces, Sulphura, Salia, Salpetræ, Alumina, Vitriola, Chrysocollæ, Atramenta, Auripigmenta, fel vitri, cerussa, terra rubea, Thutia, cera, lutũ sapientiæ, vitrũ contusum, viride æris, fuligines, teste ouorum, crocus Martis, sapo, crystallus, creta, arsenicum, antimonium, minium elixir, lazureum, Sol laminatus, Sal nitri, Sal armoniacum, Lapis Calaminaris, Magnesia, Bolus armenus & alia plura. Et præterea de præparationibus putrefactionibus, digestionib⁹, probationibus, solutionib⁹, cementationib⁹, filtrationib⁹, reuerberationib⁹, calcinationib⁹, amalgamationib⁹, rectificationibus, graduationibus, purgationibus &c. quibus Alchymiæ libri pleni sunt & refertissimi. Et tandem etiam de herbis, radicibus, seminibus, lignis, lapidibus, animalibus, vermibus, ossium cineribus, limacum capsulis, conchis, cochleis, & pice. Hæc & similia quæque sunt in Alchymia remotissima quædam, imo vanissima laborum onera, quibus etiam si Sol & Luna fieri posset, nihilominus intentionem

hanc

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1244 sur 1557

hanc magis, quam prouehant, impediunt ac retardant. Non est igitur ex his (vt vere loquar) ad discendum, quod ad artem faciat Solem & Lunam fabricandi. Quapropter omittenda sunt omninò, quod cum quinque metallis ad Solem & Lunam prorsus nihil operentur. Percontari posset quispiam, quæ est igitur hæc via, breueque fundamentum, quæ difficultatem nullam habent, ex eisque tam citò Sol & Luna fieri potest, vere & sine fuco? Responsio, abunde satis in 7. Canonibus Paracelsi dicitur. Qui per hos intelligere noluerit, frustraneus labor esset eum amplius instruere. Non est etiam, quod sibi quis insipide persuadeat ea tam leuiter intelligi posse: Verum occulto sensu melius quam aperto. Ars hæc est: postquam cœlum aut Saturni Sphæram cum vita currere feceris super terram, impone Planetas omnes, vel quem, aut quos volueris, Lunæ tamen portio sit minima. Omnes currere permittas, donec cælum, Saturni penitus euanuerit: Manebunt omnes illi Planetæ mortui, cum antiquis suis corruptibilibus corporibus, interim aliud recens perfectum, & in corruptibile corpus nacti. Illud enim corpus est Spiritus cæli, deque rursus illi Planetæ corpus & vitam accipiunt, & viuunt sicut antea. Corpus hoc accipe de vita, & ex terra quod serua: Est enim Sol & Luna. En artem habes omnino manifestam & integram. Si nondum intelligis eam, aut calles bene est: ipsum enim tectam, nec euulgatam esse, satius est.

CONSILIVM VIGESIMVM SECVNDVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

REcipe Mineræ Solaris rubicundiss. ac puriss. marcam vnam aut duas, reduc in calcem seu Alkohol subtiliss. ac impalpabilem, inde hanc calcem cucurbitulæ cum Alembico, & pone ad ignem cinerum per octo dies ac noctes digerendam, post effluxum tempus da & auge ignem mediocriter, & sublimabitur in Alembicum Sulphur album adhærescens vitro instar chrystalli pellucidi, tantæ subtilitatis instar lanæ sericæ. Hanc sublimationem continua adhuc per dies ac noctes aliquot, vsque nulla amplius fiat sublimatio, sulphurque album ascendat, in fundo verò vitri terra nigerrima sit residua, tum fac vitrũ refrigescat, & ferro ignito abscindito curcubitulam in ima parte terræ mortuæ, idque cautissime, ne Sulphur sublimatum rursus decidat ad caput

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1245 sur 1557

caput mortuum, & ſic opera ac oleum conſtet perditum. Hoc iam cauta adhibitione peractum, Sulphur tuum à vitro reſume, & ſi forſan aliquid ceciderit ſuper terram illud ſtudioſe inde liberare doceris ne impuritate Sulphur tuum facias particeps, hunc ad ſapientem vſum ſic reſeruabis: Recipe Lunæ puræ finæ tres vel quatuor lotones, ſeu q. vis, fac tibi exinde conficere aliquot ſcatellas ſeu pixides (veluti ſunt in quibus recluditur Theriaca) intra has include Sulphur tuum albicans, etiam & illud, quod ſuſpectum & adeò non ſit pure ſublimatum, occlude pixides ſuis operculis, & injice in cucurbitulam, dando ignem, & mirabilia admiranda perſpicies. Sulphur enim, tantæ ſubtilitatis penetrat vaſcula argentea, & ſublimatur ac rectificatur artificioſiſſime, impuritaſque terræ nigræ & fœculentæ remanet in vaſculis, ſublimatum vero redditur ſubtile cryſtallinum & permeabile, de vna marca rubei aurei proueniunt ad ſummum 2. lotones Sulphuris, verum pyxides poſtea ad iſtam ſublimationem ſæpius vſurpari poſſunt.

Hoc ita purgatum & ſublimatum Sulphur ſingulatim reſeruatur: nigra terra quæ poſt primam ſublimationem remanſit, reuerberatur, donec mollis & ſubtilis reddatur, & ſublimetur inſtar lanæ. Modeſta etiam in reuerberatione opera adhibeatur, ne terra fluat & metalliſetur, & tam rara & ſubtilis fiat, vt in vino promte reſolui poſſit. Ad hanc terram, quando per aliquot horas reuerberata (nam in illo tempore & occaſione opus eſt accurata meditatione) affunditur acutum pure deſtillatum vini acetum, relinquitur ſuper illam per 24. horas, & extrahitur Sal qui in terna, ſeu radice metallorum eſt, per acetum: illud acetum ſepara in peculiari vitro & reſerua, terram reuerbera ſecunda, tertia & quarta vice, affunde ſemper toties acetum quoties opus affundendo ſemper & ſeparando addendoque ad reliquum in ſuo vitro, donec æſtimaueris, Solem omnem ex tetra extractum eſſe. Tunc filtra acetum quod à duabus, tribus vel quatuor vicibus collegiſti, deinde abſtrahe acetum à Sale vſque ad dimidiam partem, illud pone in frigidum locum, & fac pure ſubtiliter & diaphanoetice cryſtalliſari, fixius atque Sulphur. Eſtque hoc Sal ſeu Mercurius Philoſophorum ſummum arcanum & occultiſſimum myſterium, pluribus quam millenis incognitum. Summum, ſubtile, ſpirituale feſtinans & permeabile ens, quod ſemper omnes ſapientes quæ fuerunt, pauciſſimi v. inuenerunt, de quo Sale & Mercurio vetus verſiculus:

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1246 sur 1557

Est in Mercurio quicquid quærunt sapientes.

Intelligunt verò hunc Mercurium, hunc Salem metallicum & Philosophicum, nominantque id Mercurium Philosophorum: & nihil aliud quam omnes veteres scriptores scriptitant, multis enim itidem mirabilibus nominibus obscurarunt & occultarunt, vt nemo, quid velint, intelligere possit. Et tali modo præparata sunt duo essentialia Lapidis Philosophorum, Sulphur mas quod tingit, & Sal fœmina quæ figit & retinet. Iam recipe crystallorum duos lotones, Sulphuris vnam partem, ad duos lotones Salis, vnum lotonem Sulphuris, ad quatuor, duos, ad sex tres & sic deinceps. Contere in puro marmore singulos inuicem, pone in ouorum Philosophicum bene munitos, vt sint duo diuisa penetrabilia spiritualia corpora, anima & radix metallorum, sine consistere in leni calore, & soluentur in aquam, siquidem absque sale facile fluit, & fit ibi vera vnio & perpetuum atque indissolubile coniugium, estque hæc vera solutio Philosophica, quam pauci sciunt, inde consequitur coagulatio, caput corui, deinde omnis generis intermedij colores, cauda pauonis, & tandem albus color. Lapidem Philosophicum album quod attinet, scias id in regimine ignis esse situm scire etiam oportet, quinam ignis ad productionem omnis coloris requiratur, de quo non est quod docto & perito præcepta conscribamus, & nominant illud Chymici: solue, coge, fige.

Et tali modo beneficio ignis ex illis duobus spiritualibus, Sulphure scilicet & Sale, conficitur nouum spirituale & summe metallicum metallum, & medicina, in tanta efficacia, vt vnum granum plus præstare possit in impuris metallis, & corporibus humanis sanandis, quam integra marca impuriorum metallorum Solis & Lunæ. Probatio perfectionis est, si nõ fugit aut vaporat, quando in candentem laminam Veneris proijcitur, sed vtrumque laminæ laterem sua penetrantia tingit. Et quemadmodum hic proceditur ad album Lapidem, sic proceditur etiam ad rubeum cum minera Solis, vel illius Solis qui in Hungaria pecunia emi, quemadmodum & rubeum æs aureum in monte Anderspergica haberi potest, si pro lotone minerę æquale seu tantum argenti persoluatur. Una est via operis Philosophici veluti altera, à principio vsque ad finem.

NO-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1247 sur 1557

NOTA.

SI Mineræ nequeunt haberi, tunc extrahitur Tinctura è Luna ad album, ex Sole ad rubeum, terra reuerberatur & Sal extrahitur, cryſtalliniſatur, deinde Sulphur & cryſtalli componuntur, & proceditur in totum, vt ſupra fuſius de Lapide Sophorum dictum eſt. Quod vero Sal cryſtalliniſatur & Sulphur bis ſublimatur fit ideo, vt ambo ſpiritus eò ſubtiliores, puriores, velociores & penetrabiliores fiant, vt tandem etiam in cucurbita & ouo Philoſophico vix retineri queant.

Si quis velit præparatam Tincturam augmentare, recipiat ſemper tantum vnam partem Tincturæ ad duas partes cryſtallorum, & quia Tinctura iam fixa eſt, & multo ſubtilior quam Sulphur, apprehendit ea, ſubito Salem tanquam ens ſubtile, permeat illam, ſoluitur confeſtim cum illa, abitque extemplo in nigredinem & reliquos colores, & peruenit paucis diebus ad finem, nec requiris plus tunc Sulphuris ad augmentationem, verum Salem oportet ſemper in promtu eſſe ad additamentum & augmentationem, cuius etiam ex terra plus quam Sulphuris produci poteſt. Et ita poteſt ſemper cum augmentatione & eleuatione Tincturæ pergi, quamuis alias aliæ ſint viæ, quibus ad eleuationem & augmentationem dimidia hora peruenirí poteſt, de quibus Deo dante dicetur, vbi prius Lapis Philoſophorum præparatus & ad finem perductus eſt. Si in ſolutione vſque ad caput corui recte procedatur, nec ignis nimius ſubijciatur, nulla metuenda eſt ſeparatio Salis à Sulphure. Notandum eſt etiam illud, quod Sal, qui fixus, & in terra profundꝰ exiſtit, per reuerberationem & per acetum, vt ſupra dictum, omnis è terra produci nequeat, ideoque quicquid de terra poſt reuerberationem & extractionem Salis per acetum remanet, illa terra, aceto humectatur tranſiens poniturque in frigidum & humidum locum per 4. 6. vel 8. ſeptimanas, poſtea ponitur in calidam arenam, & terra reddit ſuum Salem in ſuperficiem inſtar cryſtallorum illud abradatur, reſoluatur, colligitur, cum acetum ſoluitur, cryſtalliniſatur, terra humectatur iterum aceto vel aqua, poniturque denuo in frigidum locum, paulo poſt tempore iterum in calidam arenam, & impetratur ſemper denuo nouus Sal ad additamentum ſeu ad nouum opus, & permanet illud ſic perpetuo. Semper enim tali modo Sal Radix metallorum inde naſcitur, quemadmodum qui

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1248 sur 1557

experti ſunt, illud reuera atteſtari poſſunt, veluti ex terra Salis petroſæ ſeu Vitrioli, quando humectatur, & in ſolem ſeu calorem ſiſtitur, ſemper adhuc recentem Salem petræ & nouum Vitriolum reddit, ſi de terra abradatur & ſeparetur, vt teſtantur qui illud ſunt experti. Eſtque hoc quod de terra Solis & Lunæ eiuſque Sale dictum eſt, itidem peculiare & toti mundo incognitum Arcanum, & eximia medicina pro metallis & hominibus, Sal enim ſubito ſoluitur in quouis liquore, quemadmodum illud in communi craſſo ſale perſpicitur, adeoque facile penetrat, omneque quicquid in metallis & hominibus impurum, apprehendit & ſanat. Deo omnipotenti ſit ſempiterna gloria.

NOTANDVM.

QVod ſupra in compoſitione Lapidis Philoſophici de menſura & pondere Sulphuris & Salis expreſſius dictum eſt, nimirum vt ad lotonem Sulphuris duo lotones cryſtallorum Salis recipiantur, illud ſuum fundamentum & cauſas poſitas habet in natura & experientia, nam Sulphur eſt aliquanto durum, quamuis fluxile ſit, Sal vero ſeu Salis cryſtalli ſunt inſtar aquæfortis, illi apprehendunt Sulphur inſtar aquæ ſoluentis, ſoluunt enim illud & redigunt in aquam citius quam duo lotones aquæfortis vnum lotonem Lunæ apprehendere & ſoluere poſſunt, ita etiam in hac ſolutione contingit. Talia ſunt autem hic animaduertenda fundamenta, non quod contra Philoſophiam pugnent naturalem, contra naturæ curſum enim pugnantia illa falſa, imo & falſiſſ. ſunt. Quomodo vero hæc conſonent, poſſunt teſtari qui experti ſunt, & magna cum admiratione viderint, nimirum quod hæc via in omnibus naturæ conſona & ſimilis ſit. Nam quemadmodum natura ſub terris impura metalla diuturno tempore generat, ita etiam ingenio, arte & induſtria humana id fieri poteſt, extrahendo ex impuris metallis ſpiritus, animas, ſulphur & ſubtiliſſima penetrantiſſimaque corpuſcula, reſoluendo: conficiturque ex illis duobus beneficio ignis genetricis & æquilibrij creatio, nouum ſpirituale metallum, ineffabilis incomprehenſibilis medicina, ita vt ſextarius plus efficaciæ habet ad conſeruanda, purganda, tranſmutanda corpora metallorum & hominum, quam alias centũ libræ impuri auri & argenti.

Quod

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1249 sur 1557

Quod vidimus & fecimus, id prædicemus. Benedictus sit in cælo Dominus, qui ex indebita & misericordi sua benignitate, etiam post lapsum miseris peccatoribus dona admiranda concedit. Amen.

PORRO NOTANDVM.

SI mineræ haberi nequeunt, confici oportet ex metallis, ex Luna proceditur ad album, Sole verò ad rubeum in hanc modum & viam.

Recipe Silicem purum & immunem à metallo ferreo vel cupreo, funde cum illo purum metallicum aurum vel argentum, & fiet instar fœcum, illas tere tenuiter, pone per octiduum in bene obserata cucurbita ad calidam arenam digerendas, vt postea in sublimatione Sulphur à terra eò libentius & facilius separetur. Deinde sublima Sulphur è terra vt supra dictum in lutatam cucurbitulam, seu vt superius bene munitam, & procede postea cum Sulphure & terra vti supra dictum est. Prius autem silex probetur num purus & nullam referat mineram de Marte aut Venere, illud fit ita: Confice aquam è Sale nitro, Vitriolo & Sale communi Ana. Hac aqua extrahas Sulphur è Silice tuo & animaduertes postea an illud extractum Sulphur cum fusco, nigro vel cupreo colore commistum sit, tum Silex non est purus nec aptus ad hoc opus. Si vero extract. colorem, floris purpurea referat, & in vitro dilutum cucurbitæ non adhæreat, silex est puriss. potestq; tuto ad hoc opus vsurpari.

Scio præter hunc modum & aliam viam Lunæ seu Solis mineras conficiendi, itidem tutas & aliquoties à me probatas, item & huius mineræ infinitum augmentum, instar Tincturæ, sed illa via est aliquantò tardior, verum nihil requiritur plus quam cucurbita. Sulphuris seu sublimati ex minera Lunæ Anderspergica, sublimaui & purgaui ego tres lotones per argenteam pyxidem. Si cucurbita super terra candenti circulo resecetur, tunc olet Sulphur tam suaue & iucundum veluti cydonium, si admouetur naso, stillat placide sanguinem, est enim penetrans.

Terra primum nigra est instar purpuræ villosæ, quo magis autem reuerberatur, eo candidior fit & salsior, & antequam albescit, induit omnifarios colores, à nigro inchoans, vt in lapide fieri oportet, quod

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1250 sur 1557

meis ipſe vidi oculis. Terra in cucurbitula in calida arena (ſi ſucceſſum non habeat) aliquot ſaltem dies reuerberatur, & ab nigredine vindicatur, probat ipſa experientia & ἀντιψια quod Salem ſapere incipiat. Deo ſit Laus & perennis gloria in omne æuum, Amen.

CONSILIVM VIGESIMVM TERTIVM ET THEORIA de Lapide Philoſophorum.

REcipe Salis nitri libram vnam, argillæ libras tres, contunde inuicem, miſcendo, poſtea deſtilla per retortam, huius aquæ recipe libram vnam & Salis gemmæ libram vnam puriſſimam & bene contritam, funde aquam ſuper Salem in bene laminata retorta, applica ſubito recipientem lutatum bono luto, de calce viua, oui albumine aut ſimilibus confecto, ne ſpiritus diuaporent, & deſtillabitur aqua ſoluens omnia metalla. Tunc recipe Orientalis Aſtri Solis quantum vis, contere tenuiter, reducendo in Alkohol tenuiſſimum, affunde ei dictam aquam ad eminentiam 2. digitorum, fac ſolui in leni calore, quando non amplius ſoluitur, tunc effunde, & recentem affunde, hoc fac tantiſper donec perſpiciatur hanc aquam non amplius ſolui, tunc poſtmodum coniunge omnia, & reconde extractum & ſolutum in cucurbitam, & deſtilla inde leniter aquam in cineribus, & diſſoluetur Aſtrum Solis. Quando id perſpicis, fac ſtare in æquali gradu ignis aliquot horas, poſtea detur ignis fortior, donec omne ſit ſublimatum, ſine tunc refrigeſcere, confringe, & inuenies Mercurium albiſſimum in vitro pendentem, Salem & Sulphur vero in fundo iacentem. Mercurius colligatur ſingulatim: ad reliqua duo affundatur calida deſtillata aqua pluuialis, & reſoluitur in illa Sal, hoc fac tantiſper donec aquam nullum amplius ad ſe recipiat, quod ex guſtu dignoſcitur, & remanet Sulphur in fundo flauiſſimum. De Sale fac aquam euaporare, & remanebit etiam ſeorſim in fundo. Ita reſoluiſti tria principia ex ſubiecto ſeorſim ſeparata, quæ principia 3. per ſpiritum vini in ſummam purificationem reducenda ſunt. Si ſoluitur in ſpiritu vini fecibus remanentibus, ſepara eas, Salem vero fac adhæreſcere, & fiet inde Vitriolum valde viride, interius clarum, forma triangulari & quadrangulari, hæc reſerua bene.

Si cupis iam vniuerſale ex his tribus principijs conficere, tunc recipe dictam aquam ſoluentem, affunde purificato Aſtro Solis vt ſupra,

pra, ſolue & extrahe, extractum funde in ſingulare vitrum, abſtrahe aquam leniter in Baln. Mariæ ſeparatim, vt incipiat craſſeſcere inſtar olei, tunc affunde recentem aquam, abſtrahe iterum, hoc fac & tertio, donec rubeo Aſtrali Leonis os bene apertum ſit, tunc abſtrahe iterum aquam, donec craſſeſcat inſtar olei, pone bene munitum in M. B. ad putrefactionem per 14. dies & noctes, vt incipiat deſtillare in cineribus, & videbis aſcendere aquam reſiduam. Hac tranſita adſcendant albi ſpiritus, quos viſos remoue priorem recipientem, repone alium puriſſimum, & quam celerrime luta, ſenſim deſtillando, & coaſcendet aqua, quæ reuera aqua Mercurialis Philoſophorum eſt. Hanc reſerua, & confice illius bonam quantitatem quanttum opus habueris.

Tunc & ſolue in præparatum Vitriolum, cum ſpiritu vini bene ex terra ſua extractum, indeque viciſſim ſeparatum. Solutione itidem perfecta, circula per octiduum, donec nullas amplius reddat feces, & habebis veram aquam ſoluentem, noſtri Leonis rubei, primum Sulphur, ſupra collecti. Recipe huius lotonem, affunde huius aquæ tres lotones, abſtrahe inde ſenſim in B. M. donec craſſeſcat, & perſpicies quomodo viridis Leo cum rubeo commiſceatur. Tunc affunde plus de præparata aqua ſuper ſulphur, fac iterum in M.B. ſolui abſtrahendo vt ante, hoc tantiſper facias cohobando recenti aqua, donec duæ partes viridis Leonis vnam partem ſulphuris in ſe receperunt, (duæ enim rubei Leonis ſeu ſulphuris partes pertinent ad duas viridis Leonis partes) & ita ex ambobus vnus liquor factus ſit, craſſus & viſcoſus.

Tunc recipe ad hos tres lotones duorum Leonum, quatuor expanſi Aſtri Mercurij Solis lotones, tenuiter tritos, reconde vna in phiolam, putrefac bene in M. Baln. ſigillatum per 40. dies & noctes, & videbis in illa putrefactione quomodo inuicem vniantur, viridem & viſcoſum liquorem faciant. Hunc liquorem decoque in Furno Phyſico in cineribus leniſſimo igne, ne vlla humiditas, inde ſublimetur, ſed omnia ꝑ tempore in puluerem fixentur ſeu coagulentur, & habebis medicinam vniuerſalem. Hæc vera via humida Sophorum. Laus Deo. De Aſtris metallorum ſic ait Paracelſus tom. 6. lib. 9. de ſignat. rer. nat. Sciendū eſt quod velut metalla, q̄ in primo adhuc ente verſantia corruſcationē ſuam h.e. ſigna exhibent, ſic etiā Tinctura Phyſicorū, q̄ imꝑfecta omnia metalla in ꝑbū argentū, aurumue cōmutat, (ceu metalla alba in argentū, rubra in aurū) peculiaria ſua ſigna corruſcatiōe ſimilia exſerat,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1252 sur 1557

exſerat, ſi aſtraliter perfecta & præparata ſit. Quamprimum enim exigua illius moles in fluxile metallum conijcitur, ita vt duo illa in igne conueniant: corruſcatio ſeu fulgor naturalis exoritur, non ſecus ac finum Aurum Argentumque in teſta ſiue capella fulgurat, quod tum demum iudicio eſt, Aurum Argentumue illud ab omni cæterorum metallorum additamento liberum & expurgatum eſt. Primo ſciendum eſt quoduis metallum, quamdiu in primo ente adhuc latet conditum, peculiaria ſua Aſtra habere. Ita Aurum habet Aſtra Solis, Argentum Aſtra Lunæ: Cuprum Aſtra Veneris: Ferrum Aſtra Martis: Stannum Aſtra Iouis: Plumbum Aſtra Saturni: Hydrargyrum, Aſtra Mercurij. Quamprimum autem ad ſuam perfectionem venerunt, & in fixum metallicum corpus coagulantur, ab illorum quolibet ſua Aſtra recedunt, & corpus ſuum relinquunt mortuum. Hinc iam conſequitur, corpora eiusmodi omnia deinceps mortua & inefficacia eſſe, & inuictum Aſtrum metallorum ea omnia vincere, inque ſuam naturam conuertere, & ſic vniuerſa Aſtralia facere. Qua de cauſa etiam Aurum & Argentum noſtrum, quod Tinctura noſtra tingitur & præparatur, multo nobilius & ad Arcanorum Medicinalium præparationem præſtantius eſt ipſo naturali, quod natura ipſa in fodinis generat, ac poſtmodum à metallis cæteris ſegregatur. Sic etiam Mercurius corporis, ex metallo alio factus aſtraliter, multo nobilior & fixior eſt Mercurio communi, & ſic etiam de cæteris metallis iudica. Affirmo ergo, (Paracelſus) quemlibet Alchymiſtam, qui Aſtrum Auri habet, rubra metalla omnia in Aurum tingendo vertere. Ita Aſtro argenti metalla omnia alba in Argentum mutantur. Aſtro cupri in cuprum: Aſtro Argenti viui, in Mercurium corporis; & ſic deinceps. Hæc vero Aſtra omnia, quomodo ſecundum artem Spagyricam præparentur in lib. de tranſmut. metallorum Paracelſi reperiuntur. Quantum autem ad vera illorum ſigna attinet, ſcire vos velim, Tincturam noſtram rubeam, quæ in ſe Aſtra Auri continet, eſſe ſubſtantiæ ſupra omnem conſtantiam fixæ, penetrationis expeditiſſimæ, ſummæque rubedinis, puluere quidem croci, integro verò corpore rubini colorem referente, Tincturam inquam eſſe reſinæ inſtar fluxilem, & inſtar cyſtalli pellucidam, vitri inſtar fragilem, pondere verò grauiſſimam.

Tinctura a. Alba, quæ Aſtra Lunæ continet, eodem modo eſt ſubſtantiæ fixæ, incrementi immutabilis, ſummi candoris, reſinæ inſtar

inſtar fluida, pellucida vt cryſtallus, vt vitrum fragilis, pondere cum Adamante conueniens. Præterea aſtrum cupri coloris citrini ſummi eſt, ſimile Smaragdo, vt reſina fluxile, ſuo autem metallo multo grauius. Aſtrum ſtanni albifluum, vt reſina eſt, ſubobſcurum, luteo colore ſuperfuſum. Aſtrum ferri rubedinis inſignis eſt, Granati inſtar pellucidum vt reſinæ fluxile, fragile vt vitrum, ſubſtantiæ fixæ, ſuo metallo multò ponderoſius. Aſtrum plumbi cobalti, nigrum tranſparens tamen, reſinæ modo fluidum, fragile inſtar vitri, pondere auro æquale, plumbo alio grauius. Aſtrum argenti viui inſigniter candidi & corruſcantis coloris eſt, ſimile niui in ſummo frigore, valde ſubtilis, penetrantis, & corroſiuæ acrimoniæ, cryſtalli ſpecie pellucidum, facile vt reſina diffluens, ſummi ad tactum frigoris, interius a. ſummi caloris, quaſi ignei, inſuper volatile, & in igne ſubſtantiæ admodum fugacis. Secundum hanc deſcriptionem cognoſcenda vobis ſunt metallorum aſtra, & vna intelligendum, ad utriuſque Tincturę, rubræ ſcilicet, & albæ præparationem initio non corpus Auri & Lunæ, ſed primum ens Auri & Lunæ aſſumi debere. Si enim in principio error committatur de opera & labore omni actum erit.

CONSILIVM VIGESIMVM QVARTVM ET THEORIA de Lapide Philoſophorum.

In Antiquo Bononiæ Monumento reperta.

ACcipite corpus antiquum, pellucidum & vaporoſum, illudque per triduum aſſidue decoquite: quod remanet, ab immunditia ſeparate, iſtudque acetum acerrimum igne graduali deſtillate, donec fumi in recipiente appareant. Hoc tunc amouete, aliud ſuper ponentes, & liquorem qui emanabit ſeorſim aſſeruate, materiam vero nigrã inſtar gummæ, in vaſis fundo reſidentem, quia multum eleuatur, ac diſtenditur, in amplam cucurbitam admouete, luto ſapientiæ ſic obductam, vt ad materiam contentam in ſuperiori parte proſpectus pateat; ac lentiſſ. deſtillare incipite igne, & paulatim aucto pergite, dum ſumma caloris intenſione, inde ſpiritus eliciatur. Igneum hunc, & rubei coloris, haud prius iſthinc remouete, quam furno & vaſe per integrum diem refrigerato; Balneoque maris, ſuauiter ac toties deſtillate,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1254 sur 1557

vt ſumme depuratus, abſque fecibus tandem adſcendat. Sed cucurbita ſuperioris fundo, è qua ſpiritus hic extractus eſt, corpus inſtar lapidis, duriſſimum remanſit. Hoc in ſubtiliſſimum reducite puluerem; & in aquam calidam, à primo corpore extractam, & aſſeruatam ſoluite. Iſthanc depurantes, & exſiccantes dum Sal albiſſimum reſideat. At frequenter hoc repetendum eſt, & quouſque omnis impuritas abſit. Id quod innoteſcet, ſi quæ ab eiuſmodi Sale, per deſtillationem elicitur aqua, nil impuritatis in euaporatione relinquat. Hoc Sal ita præparatum, quarta parte ſpiritus, ſuperius extracti, imbibatur; vnaque ad Furnum caloris humidi, per octiduum fermentetur, indeque exſiccetur, ad cineres, & poſtea quarta altera denuo humectetur, denuoque fermentetur, & exſiccetur, donec proprium ſpiritum totum ebiberit. Apponite tunc ſublimationi ſecundum artem, quæ fiet alba vt nix, verumque naturæ Sulphur. Indeque cum corporis perfecti fermento ſecundum artem per ſexaginta dies decoquite: Eritque verum elixir ad album: ac ſi ad rubedinem vſque in decoctione progrediamini, additis à principio, fermenti Solaris partibus decem, fiet elixir rubeum.

Lapis noſter nihil aliud eſt quam ſpiritus fœtens, & aqua viua, quam & ſiccam nominamus, per naturalem proportionem mundata, & vnita vnione tali, quod ſibi amplius abeſſe non poſſit. De hoc Theophraſtus recipe Mercurium in eleuationem tantiſper, dum in fixum cryſtallum abeat, deinde in reſolutionem, & coagulationem digere, & cum Sole coniunge: ita vt fermentum eius hoc ipſum fiat, & iuxta præſcriptum Hermetis age, vſque ad finem lapidis: cuius Doſis à reuocanda morte granum eſt.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1255 sur 1557

CONSILIVM VIGESIMVM QVINTVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

De Medicina vniuersali.

LApis Philosophorum seu Tinctura, nil aliud est quam Aurum in supremum digestum, nam Aurum vulgi est sicuti herba sine semine, quando matureſcit producit semen, sic aurum quando matureſcit, dat semen seu Tincturam. Sed quæret aliquis, quare aurum vel aliud metallum non producat semen? ratio redditur talis, quia non potest esse maturum, propter aëris cruditatem, non habet sufficientem calorem, & contingit in quibusdam locis, vt reperiatur Aurum purum, quod natura voluit perficere, sed impedita fuit ab aëre crudo. Exempli gratia, videmus, quod pomorum Arantiorum arbores, in Polonia quidem creſcant instar aliarum arborum: In Italia & alibi, vbi est illarum Solum natiuum, dant & ferunt fructus, quia sufficientem habent calorem, in his verò frigidioribus locis minime, vbi enim matureſcere deberent, desinunt, quia frigore opprimuntur, & sic nunquam à natura hisce locis habentur earum fructus, licet aliquando iuuetur natura suauiter & cum ingenio, tunc ars iam perficit, quod natura non potuisset. Idem plane in metallicis accidit. Aurum potest dare fructum & semen, in quo se multiplicat industria sagacis artificis, qui scit naturam promouere, sed si absque natura id velit tentare, errabit: Nam non solum in hac arte, sed & in omni re, nihil possumus, quam naturam iuuare, & hoc non alio medio, quam igne seu calore, sed cum hoc fieri non possit, siquidem in congelato corpore non appareant spiritus, oportet vt prius soluatur corpus, & pori eius aperiantur quo natura operari possit, qualis autem illa debeat esse solutio, hic lectorem admonitum velim duplicem esse solutionem, licet multæ sint aliæ solutiones, ac inutiles vna tantum est vera naturalis, secunda est violenta, sub qua aliæ comprehenduntur omnes. Naturalis eiusmodi est, vt pori corporis aperiantur in aqua nostra, quo digestum emittatur semen, & matrici suæ imponatur: Aqua verò, nostra aqua est: cœlestis, non madefaciens manus, non vulgi, sed fere pluuialis: Corpus est Aurum, quod semen dat: Luna

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1256 sur 1557

noſtra eſt, (non argentum vulgi) quæ recipit ſemen auri. Regitur poſtea igne noſtro continuo, per menſes ſeptem, & interdum decem, donec aqua noſtra conſumat tres, & relinquat vnum, & hoc in duplo, poſtea nutritur lacte terræ, vel pinguedine eius, quæ naſcitur in vberibus terræ, & regitur vel conſeruatur à putrefactione Sale naturæ, & ſic generatur ille infans ſecundæ generationis: Hæc Theoria, nunc ad Praxin. Recipe terræ noſtræ per 11. gradus 11. grana, auri noſtri & non vulgaris granum 1. Lunæ noſtræ non vulgaris grana 2. ſed hoc admonitus ſis, ne accipias aurum & argentum vulgi, nam hæc ſunt mortua, accipe noſtra quæ ſunt viua, poſtea pone in ignem noſtrum, & fiet inde liquor ſiccus, primum reſoluetur terra in aquam, quæ Mercurius Philoſophorum dicitur, & illa aqua reſoluit illa corpora Solis ac Lunæ, & conſumit ea, vt non remaneat, niſi pars decima cum vna parte, & hoc erit humidum radicale metallicum: poſtea recipe aquam Salis nitri de terra noſtra, in qua eſt riuulus & vnda viua, ſi ad genuam foderis foueam, accipe igitur ex illa aquam, ſed claram accipe, huic impone illud humidum radicale, & impone igne putrefactionis & generationis, non tali, vt in prima operatione feciſti, rege omnia magno cum ingenio, donec colores appareant, inſtar caudæ pauonis, rege digerendo, nec te tædeat, donec ceſſent colores, & vnus per totum appareat color viridis, & ſic de cæteris, & quando videbis in fundo cineres bruni coloris, & aquam fere rubram, aperito vas, madefacito pennam, inunge ferrum aliquod, ſi tinget in promptu habeto aquam de qua poſtea erit fermo, & infunde tantum eius aquæ, quantum aeris intrauit crudi, iterum coquito priori igne donec iterum tingit. Hucuſque peruenit mea experientia, non plus poſſum, non plus inueni: Aqua vero illa debet eſſe menſtruum mundi ex ſphæra Lunæ, toties rectificatum, quod poſſit calcinare Solem: Hic tibi volui omnia detegere, etſi ſenſum meum interdum non ſyllabam intelliges, cuncta reuelaui præſertim in opere primo & ſecundo. De igne verò adhuc dicendum reſtat. Primus ignis ſeu primæ operationis eſt ignis vnius gradus continuus, qui materiam circumdat; Secundus eſt ignis naturalis, qui materiam digerit atque figit, dico tibi veritatem, quod patefeci ignis regimen, ſi naturam intelligis: de vaſe adhuc reſtat loquendum. Vas naturæ eſſe debet, & ſufficiunt duo: primi operis vas rotundum fieri debet: In ſecundo verò paulo minus vitrum inſtar phiolæ vel oui, ſed per omnia

ſcito,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1257 sur 1557

ſcito, naturæ ignem eſſe vnicum, quicquid operatur diuerſum, locorum diſtantia efficit. Vas item naturæ vnicum, ſed nos propter abbreuiationem binis vtimur, materia vna, ſed ex duabus ſubſtantijs: ſi igitur animum intendis ad res creandas, conſidera primum res creatas: has vtpote obuerſantes oculis tuis, ſi non potes aſſequi, multò minus res creandas, quas producere cupis, ſcito enim te nihil creare poſſe, quod ſolius Dei proprium eſt, ſed res occultas in vmbra latentes facere apparentes, & vmbra ab illis tollere, hoc Philoſopho intelligenti à Deo per naturam conceſſum eſt. Conſidera obſecro ſimplicem nubis aquam; Ecquis vnquam crederet, illam in ſe continere omnia, quæ mundus habet, lapides duros, ſalia, aerem, terram, ignem, cum tamen ſimplex per ſe appareat aqua. Quid dicam de terra, quæ in ſe continet aquam, ignem, ſalia, aerem, & per ſe nuda terra videtur? O admirabilem naturam, quæ nouit ex aqua in terra fructus producere admirabiles & ex aere illis ſuppeditare vitam: hæc omnia fiunt, & vulgarium hominum oculi iſta non vident, ſed oculi intellectus & imaginationis percipiunt, viſu vero, veriſſimo; oculi enim ſapientum naturam vident aliter, quam oculi communes. Exempli gratia, oculi vulgi vident Solem eſſe calidum, oculi vero Philoſophorum econtra vident ſolem potius eſſe frigidum, ſed motus eius calidos: Actus enim & effectus eius, per diſtantiam locorum deprehenduntur. Ignis naturæ vnus & idem cum ipſo eſt, ſicuti enim Sol inter Sphæras Planetarum centrum eſt, & ex hoc centro cæli dorſum, calorem motu ſuo ſpargit, ſic in centro terræ Sol terræ eſt, qui motu ſuo perpetuo calorem vel radios ſurſum ad terræ ſuperficiem pellit, is calor intrinſecus multo efficacior eſt hoc igne Elementali, ſed temperatur terrena aqua, quæ de die in diem poros terræ penetrat illamque refrigerat. Sic Solem cœleſtem & eius calorem temperat aer, qui de die in diem circumuolat orbem, & niſi hoc eſſet, calore tali res omnes conſumerentur, nec quicquam naſceretur. Sicuti autem ignis ille inuiſibilis, ſeu calor centralis omnia conſumeret, ſi non intercederet aqua, ſic Solis calor omnia deſtrueret, ſine intermediante aere, ſed quomodo hæc Elementa inter ſe agant breuibus dicam: In centro terræ eſt Sol centralis, qui motu ſuo, vel ſui firmamenti dat calorem magnum, qui extendit, ſe vſque ad ſuperficiem terræ. Ille calor cauſatur aërem hunc in modum: Aeris matrix aqua eſt, quæ parit filios ſuæ naturæ, ſed

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1258 sur 1557

dissimiles & multò subtiliores, nam vbi aquæ introitus est denegatus aër intrat, quando postea ille centralis calor, qui perpetuus est, agit, facit destillare aquam & calefacere, & sic illa aqua vi caloris vertitur in aërem, atq; hoc pacto erupit ad superficiem terræ, quia se includi non patitur, vbi postea refrixit, resoluitur in aquam in oppositis locis : Interim etiam fit, vt non solum aër, verum etiam aqua exeat, sicuti apparet, dum nigræ nubes violentia in aërem attolluntur : cuius rei sit hoc tibi exemplum domesticum: facias in olla feruere aquam, videbis igne lento, lentos vapores, & ventos : Igne vehementiori apparebunt nebulæ crassiores: eodem plane modo calor operatur centralis, subtilem aquam in aërem eleuat, quod spissum est ex Sale vel pinguedine distribuit terræ, vnde res nascuntur variæ, residuum Saxa & petræ fiunt. Posset aliquis obijcere, si ita res se haberet, tunc continuo id fieri deberet, cum tamen sæpe nullus sentiatur ventus. Respondeo, si non violenter in vas destillatorium infunditur aqua, non fit ventus, nam parum aquæ, paruum excitat ventum ; vides nõ semper fieri tonitrua, etiamsi pluuia sit & ventus, sed tantum, quando vi aeris aqua turbida fertur ad Sphæram ignis, nam ignis non patitur aquam. Habes ante oculos exemplum, dum in calidam fornacem effundis aquam frigidã vnde tonitrua excitantur : sed quare non vniformiter aqua non intret in illa loca, & cauitates, ratio est, quod multa sunt eiusmodi vasa & loca, pellit interdum vna concauitas, ventos, aquam, à se ad aliquot dies & menses, donec fiat iterum aquæ repercussio, vt videmus in mari, cuius fluctus aliquando multa milliaria agitantur, antequam repercussionem, vt regrediantur offendant, sed ad rem nostram. Dico ignem vel calorem esse causam motus aëris, & vitam omnium rerum, & terra est horum omnium nutrix vel receptaculum, sed si non esset aqua, quæ refrigerat terram & aërem nostrum, tunc terra exsiccaretur, propter has duas rationes, nimirum ob motus centralis & Solis cœlestis calorem, nihilominus contingit hoc in aliquibus locis, quando pori terræ obstruuntur, vt humidum penetrare non possit, tunc per correspondentiam Solis cœlestis & centralis, quia vim inter se habent Magneticam, accenditur terra à Sole, sicq; etiam aliquando cadet grauis orbita mundi. Fac igitur, vt operatio talis in terra nostra sit, vt calor centralis aquam possit mutare in aerem, vt in planitiem mundi egrediatur, & residuum, vt dixi, per poros terræ spargat, & nunc in oppositio aër vertetur

tetur in aquam multo ſubtiliorem, quam fuit prima, & hoc ſic fiet, ſi ſeni noſtro aurum atq; argentum deglutire dabis, vt ipſe cõſumat illa, & tandem ille etiam morituus comburatur, cineres eius ſpargantur in aquam, coquito ea donec ſatis eſt, & habes Medicinam curandi Lepram. Hoc ſaltem animaduerte, ne frigidum pro calido, vel calidum pro frigido accipias, naturas naturis miſce, ſi aliquid eſt, quod contrarium naturæ (ſiquidem vna tibi eſt neceſſaria) ſepara illud, vt natura naturæ ſimilis ſit, hoc fac igne non manu & ſcito, ſi non ſequeris naturam, vana eſſe omnia, & hic tibi dixi per ſanctum Deum quod pater filio debet, qui habet aures audiat, & qui habet ſenſus animaduertat.

CONSILIVM VIGESIMVM SEXTVM ET THEORIA de Lapide Philoſophorum.

ALbertus Magnus in lib. de ſecretis Chymicis tradit: Alexandrum Magnum in ſuis itineribus inueniſſe ſepulchrum Hermetis, patris omnium Philoſophorum, plenum omnibus Theſauris, non metallicis, ſed Aureis ſcriptis in Tabula zatadi, quam alias Smaragdinam vocant: de qua Bernhardus canes inquit, quod eo libello totum opus contineatur, eius autem formula talis eſt. Verum ſine mendacio, certum & veriſſimum. Quod eſt inferius, eſt ſicut quod eſt ſuperius. Et quod eſt ſuperius, eſt ſicut quod eſt inferius, ad perpetranda miracula rei vnius. Et ſicut omnes res fuerunt ab vno meditatione vnius: ſic omnes res natæ fuerunt ab hac vna re adaptatione. Pater eius eſt Sol, Mater eius eſt Luna. Portauit illud ventus in ventre ſuo. Nutrix eius terra eſt. Pater omnis theleſmi totius mundi eſt hic. Vis eius integra eſt, ſi verſa fuerit in terram. Separabis terram ab igni; ſubtile à ſpiſſo, ſuauiter, cum magno ingenio. Aſcendit à terra in cœlum, iterumque deſcendit in terram; & recipit vim ſuperiorum & inferiorum. Sic habes gloriam totius mundi. Ideo fugit à te omnis obſcuritas, Hic eſt totius Fortitudinis Fatitudo Fortis, qui vincet omnem rem ſubtilem, omnemque ſolidam penetrabit. Sicut mundus creatus eſt. Hinc erunt adaptationes mirabiles, quarum modus eſt hic. Itaque vocatus ſum Hermes Triſmegiſtus, habens tres partes Philoſophiæ totius mundi. Completum eſt quod dixi de operatione Solis. Hymni Hermetis, de quibus in præfatione dictum eſt hi ſunt.

CA-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1260 sur 1557

CAPVT XIII.

Ex Primandro.

VNiuersa mundi natura hunc audiat hymnum.
Audi terra, audite turbines imbrium, ô syluæ silete, cantaturus sum creatorem omnium, totum & vnum.
Audite cæli, quiescite venti circulus immortalis Dei orationem istam exaudiat.
Cano iam creatorem omnium, terrarum distributorem, cælum æquilibrantem, iubentem ex Oceano aquam, vndique fluere dulcem ad hominem alimentum, iubentem ignem fulgere superne ad actiones hominum atque Deorum.
Agamus illi omnes vna voce gratias, trananti cælos, naturamque creanti.
Hic mentis est oculos, hic potentiarum benedictionem libenter accipiet.
O meæ vires laudate ipsum vnum & omne.
Consonante voluptati meæ omnes animi vires.
Cognitio sancta, quæ tuo lumine fulget, per se lumen intelligibile cantans, gaudio mentis exulto.
Omnes potentiæ mecum vna concinite.
Constantia canta mecum.
Iustitia mea per me iustum canat.
Communio mea totum ipsum laudet, per me canat veritas veritatem.
Bonum nostrum bonum denique canat.
O vita, ô lux, ô vobis in nos benedictio currit.
Gratias habeo tibi pater, actus omnium potestatum.
Gratias ago tibi Deus omnium potestas actuum.
Verbum tuum per me te laudat, per me mundus verborum recipit sacrificium hoc, meæ vires clamant, totum cantant, voluntatem tuam perficiunt.
Tua voluntas abs te in totum sacrificium verborum ab omnibus excipe.
O vita, totum quod est in me, salua.
O lux, totum illumina spiritus Deus.

Verbum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1261 sur 1557

Verbum tuum me regit ſpiritifer opifex.
Tu ſolus es Deus.
Homo tuus hæc clamat per ignem, perque aerem, per aquam, perque terram, per ſpiritum, perque creata.
Ab æternitate benedictionem inueni, qua deſiderio in voluntate tua quieſcam.

Et circa Finem Aſclepij.

SAcrilegijs ſimile eſt, cum Deum roges, thus, atq; cætera incedere: Nihil enim deeſt ei, qui ipſe eſt omnia, aut in quo ſunt omnia: ſed nos agentes gratias adoremus.
Hæc enim ſunt ſummæ incenſiones Dei, cum aguntur gratiæ à mortalibus.
Gratias tibi agimus ô ſumme & experientiſſime.
Tua enim gratia tantum ſumus cognitionis tuæ Lumen conſecuti nomen ſanctum & honorandum, quo ſolus Deus eſt benedicendus religione paterna: Quoniam omnibus paternam pietatem & religionem & amorem, & quæcunque eſt dulcior efficacia, præbere dignaris, cum donas nos ſenſu, ratione & intelligentia: Senſu, vt te cognoſcamus, ratione, vt te ſuſpicionibus indagemus. Intelligentia, vt te cognitione cognoſcentes gaudeamus, ac Numine ſaluati tuo gaudeamus, quo nobis te oſtenderis totum: gaudeamus, quo nos in corporibus ſitos æternitati fueris conſecrare dignatus.
Hæc enim eſt ſola humana gratulatio, cognitio maieſtatis tuæ.
Cognouimus te & Lumen maximum, ſolo intellectu ſenſibile intelleximus te.
O vitæ veræ via: ô naturarum omnium fœcunda prægnatio, cognouimus te, totius naturæ tuæ conceptu pleniſſime, cognouimus te æterna perſeueratio.
In omni enim iſta oratione adorantes bonum bonitatis tuæ hoc tantum deprecamur, vt nos velis ſeruare perſeuerantes in amore cognitionis tuæ & nunquam ab hoc vitæ ſepare genere.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1262 sur 1557

CONSILIVM VIGESIMVM SEPTIMVM ET THEORIA de Lapide Philoſophorum.

VNam Medicinam inuenimus, longa inquiſitione, labore maximo, experientia certa, qua durum molleſcit, molle indurabitur, fugitiuum figitur, fœdum illuſtratur ſplendore mirabili. Mercurius coagulatur per Medicinam, quæ maxime erin profundo adhæret, & ei per minima commiſcetur ante eius fugam, quam Medicinam oportet eſſe liquidioris fuſionis, quam ipſa corpora, ſubtiliſſimæ etiam & puriſſimæ ſubſtantiæ, adhærentis illi ex natura ſua, facilimæ item liquefactionis. Ex Mercurio poſſumus elicere Medicinam & eum perficere. Mercurius non permittit ſe diuidi in partes ſuæ compoſitionis, ſed aut totus manet, aut fugit totus; & eſt in eo cauſa perfectionis. In nulla re alia reperitur hæc perfectio. Superat enim ignem, nec ſuperatur ab eo, ſed in eo conquieſcit amice. Quæ corpora continent plus Mercurij, ea ſunt perfectiora. In omnibus tuis compoſitionibus ſtudeas vt Mercurius ſuperet. Et ſi per ſolum Mercurium perficere poteris, eris pretioſiſſimæ perfectionis indagator. Medicina elicitur ex ijs, quæ maxime corporibus adiunguntur. Non autem eſt alia res tam apta quam Mercurius. Ideo hæc eſt vera Medicina.

Ex Mercurio ſumitur Medicina manente in natura ſua, ſed accipiente fixionem, id quod fit per ſublimationem.

Cum argentum viuum in Medicinam præparatum noſtro artificio, ſit mundatum & in ſubſtantiam puriſſimam & fulgidiſſimam redactum: ſi proiectum fuerit ſuper imperfecta, illuſtrat ea, & ſua fixione perficit. Et debet afferre quinque potiſſimum prærogatiuas munditiem nimirum, colorem, fuſionem, perꝛ etuitatem & pondus.

Ex Mercurio quidem eſſe eam, ſed non perfectius, ſicut ex corporibus.

Medicina elicitur ex ipſis corporibus metallicis, cum ſuo Sulphure & arſenico præparatis, ſimiliter ex ſolo ſulphure, & arſenico præparatis: & ex Solis ſimiliter corporibus. Ex Solo vero Argento viuo facilius & propius ſed non perfectius.

Stude

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1263 sur 1557

Stude Solem vel Lunam reſoluere in aquam ſuam ſiccam, quam vulgus vocat Mercurium: Et hoc, vt duodenaria portio contineat partem vnam, corporis perfecti. Nam ſi cum igne lento bene rexeris, inuenies per quadraginta dies corpus illud in meram aquam conuerſum. Signum diſſolutionis eſt nigredo deſuper apparens. Si vero vtrumq; opus, album & rubeum perficere conaris, vtrumq; fermentum per ſe modo iam dicto diſſolue & ſerua. Noſtrum argentum viuum eſt extractum de argento viuo, quod volumus pro fermento.

Solaris & Lunaris Medicina in vna ſunt eſſentia & modo agendi, tantum additamentum eſt coloris citrinantis, qui perficitur à mundiſſima ſubſtantia Sulphuris fixi, ita vt ſi aurum facere volumus, Medicina contineat colorem hunc, ſi argentum, non contineat.

Non differt ab ordinis ſecundi Medicina in eſſentia vllatenus, niſi per ſubtiliſſimos operationis gradus, in confectione eius, & per diuturniorem laboris inſtantiam.

Alio gradu eget Medicina Solaris in pigmentorum completa præparatione, alio Lunaris, hæc ſcilicet Sulphuris tingentis adminiſtratione, illa non.

Non mutat, niſi natura eius alteretur: nec permiſcetur in profundo per minima, ne ſeparentur in æternum abſque præparatione ſubtiliante, de qua dictum eſt in ſublimatione. Non permanet eius impreſſio, niſi figatur. Non illuſtrat niſi ex illo eliciatur fulgidiſſima ſubſtantia per ignem modo ſuo. Non præſtat fuſionem perfectam, niſi mollia poſſit indurare, & dura mollire: Quod fit ſi figatur probo ignis regimine, & deleatur humiditas eatenus, quatenus durum vel molle poſcit. Si vult molle indurari, igne vtatur vehemente: contra leni, is enim conſeruat humiditatem. Cauſa ponderis magna eſt ſubtilitas ſubſtantiæ corporum & vniformitas in eſſentia. Debet ergo denſare partes. Subtilitas quærenda eſt tam in corporum mutandorum præparatione, quam in perficiente Medicina &c.

Cape lapidem illius notum, & per ſeparationis modum illius puriſſimam partem diuide, & ſeorſim pone. Deinde eius quæ puriſſima eſt, partis aliquid figas, aliquid ex illa relinquas. Cum fixa fuerit, ſolue ex ea quod fuerit ſolubile, mittas ad calcinationem: & hinc ſuper idem ſolutionem reitera, donec iterum quod ex ea ſolubile eſt, ſoluatur omnino.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1264 sur 1557

Seruetur hic ordo, quousque maior soluatur quantitas. Postea omnia quæ ex solutione emerserunt, confunde & coagula. Deinde leuiter assando, conserua coagulatum in igni temperato, quousque ei maior ignis, prout exiget possit administrari. Exinde procede secundum primum ordinem solutionis, quousque iterum soluatur totum quod ex eo est solubile. Coagula iterum, & in temperato igni detine, quousque iterum possit administrari maior vis ignis ad perfectionem eius. Hæc omnia repete quater & vltimo calcina per modum suum, & sic pretiosissimam terram sufficienter administrando rexisti.

Recipe iam partis superioris quam non fixeras quantitatem aliquam, coniunge eam cum parte huius terræ, subtili ingeniorum modo per minima, quod fit per sublimationem, quousque fixum cum non fixo leuetur totaliter. Quod si non eleuetur totaliter, adde illi iterum non fixæ partis quantitatem, quousque sufficiat ad eleuationem eius. Cum igitur eleuatum fuerit, reiteretur eius sublimatio quousque figatur totum per hanc administrationem. Cum totum fuerit fixum, repete cum quantitate partis non fixæ, post quantitatem combibe per ingenium tibi notum, quousque totum iterum leuetur. Hoc facto, figatur iterum, quousque fusionem præstet facilem cum ignitione sua. Hæc Medicina est, quæ omne corpus imperfectum, omnique argentum viuum cuiuscunque generis, in argentum perfectissimum transformat.

Vt præparetur Medicina Solaris priori accedit additamentum Sulphuris non adurentis: per fixionem & calcinationem, ita vt attendas ad perfectam administrationem ingenioſe, & ad solutionis modum multiplicem, cum reiteratione multa, quousque mundum fiat, ita vt procedat hæc administratio perfecta, quæ per sublimationem peragitur. Modus huius additamenti est, vt reiteretur pars non fixi lapidis, sublimatio & ingenium coniungendi, quousque eleuetur cum ea, & iterum figatur, vt stet. Et quanto sæpius reiteratur ordo exuberantiæ huius complementi, tanto magis multiplicatur exuberantia huius Medicinæ, & bonitas eius augetur magis, & maxime multiplicatur augmentum perfectionis eius.

Intentio complementi est, vt per sublimationis modum mundetur.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1265 sur 1557

detur perfectissime lapis, & eius additamentum. Et post sublimationem cum modo artificiorum, quod volatile in illis est, figatur, fixum fiat iterum volatile, & volatile iterum fixum. Quo in ordine completur arcanum pretiosissimum, quod est super omne Arcanum scientiarum huius mundi, & Thesaurus incomparabilis. Exercearis in illo cum tolerantia laboris, constantiaque maxima, & diuturnitate meditationis immensæ: cum hac inuenies, sine hac, non. Huic Medicinæ potest euenire in præparatione lapidis reiteratio bonæ administrationis, cum industria talis cautelæ, quousque argentum viuum mutet in infinitum solificum, & lunificum verum nec nisi à multiplicatione eius dependet.

Ad ingressum rebus impermiscibilibus dandum, soluatur corpus, quod tinctum volumus, soluatur & res tingens. Non fiat tamen omnium partium solutio, sed quarundam. Deinde illud & non aliud imbibatur corpus alternis vicibus &c.

Sumatur in capitulis notis. Assiduo fiat super illo opus sublimationis primi gradus, cum instantia operis. Ita enim mundatur ab impuritate corrumpente, & tunc perfecta est sublimatio, si eo subtilitatis peruenit, vt purissimus & vltimo volatilis factus sit, figatur per modos fixionis, donec in igni aspero quiescat. Hic consistit meta præparationis secundi gradus. Tractetur lapis etiam tertio gradum, qui in vltimo præparationis complemento consistit, vt scilicet iam fixum lapidem commodis sublimationis volatilitatem facias, & volatilem fixum: fixum solutum, solutum item volatilem, & volatilem rursus fixum, quousque fluat & alteret in complemento solifico & lunifico certo. Laudetur Deus Benedictus, cuius ope adhibito labore tetigi & oculis vidi complementum illius Magisterij.

***

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1266 sur 1557

CONSILIVM VIGESIMVM OCTAVVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

SOlue fixum non fixo, seu matre non fixa: Hoc non fit nisi coniungantur in vase non amplo, ne alterum fugiat aut discedat ab altero, & nisi igne torqueantur: Et tunc alterum operatur in alterum, & fiunt res vna, sicut erant prius, ita pugnant cum inimicis, & crassum ascendit in partes superiores. Bene custodite, ne pereat. Ita summa pars fixa fit volatilis. Hæc res vocatur solutio, & calor operatur statim nigredinem. | Hæc est imprægnatio, & interna solutio & clauis totius artis. Non potest gignere, nec corrumpi, nisi habeat impletionem, ita moruum est granum album, fertq; fructum centuplum. Ascendit è terra in cœlum, & è cœlo in terram descendit. Quod corporeum est fit spirituale sublimando, spirituale fit corporeum descendendo: Et vim sortitur superiorum & inferiorum, hoc est, quando fit solutio, & fortis incensio mouetur in vase tanquam aqua feruens & corpus ascendit. Et est hæc destillatio, & sublimatio, per quam volunt sapientes diu coquendum & figendum esse in igni. Hæc est calcinatio & coagulatio. Et sic gignitur album in sicco, & in albo flauum, in flauo rubeum. Inter nigrum & album omnes, qui tamen negliguntur, cum sint instabiles, donec vera albedo prodeat, quæ est verum Elixir album, coadunatum ex rebus Diaphanis. Non autem aliter conspicuum, quam speculum purum cœleste, eo peruenit molliter, hominum operatione. Opus perficitur in tribus quadragenarijs: primis 40. diebus vir imperat, cuius sperma vnitur fœminæ absq; separatione: Alijs 40. diebus formatur & accipit animam & spiritum & Tincturam, viuificaturque. Tertia quadragenaria nascitur fructus purus, fit fluxilis fusilis, nec metuit ignem, in quo quiescit amice. Valet ad omnes morbos, excepto decretæ mortis termino. Spiritu hoc tingente facimus vitra tractabilia malleo & infragilia. Ex crystallo facim⁹ carbunculos prout miscentur eis Planetæ. Si vis ad argentum operari, non est vt progrediaris vsque ad rubedinem. Sed cum vera albedo exijt desine, & fac periculum medicinæ, num habeat fusionem facilem in duro & molli. si non, adde partem lactis virginei, id est Mercurij septies destillati: & soluitur, destillatur, sublimatur, coagulatur: & facile fluit vt cera sine fumo. Et hæc Medicina, reiterando opera, eo perduci potest excellentiæ, vt

transf-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1267 sur 1557

transmutet Mercurium infinite in Lunam: Et sic alia imperfecta. Si vis ad Solem operari: diutius coque Medicinam ad ignem, donec rubescat. Rubedo enim est perfecta digestio. Et est vnum Elixir simul paratum ad album & ad rubeum.

CONSILIVM VIGESIMVM NONVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

LAbora cum Mercurio Minerali, qui statim venit de vena, nec vnquam fuit in aliquo opere. Is est operis nostri perfectiuus, adustionis saluatiuus & effectiuus fusionis. Cum figitur, est Tinctura albedinis vel rubedinis &c. & non recedit à commisto: est amicabilis metallis, & medium coniungendi Tincturas, quia miscetur eis in profundum ingrediens, penetrans & adhærens.

Et quamuis ex Mercurio nostro solo opus nostrum perficitur: indiget tamen fermento rubeo vel albo. Miscetur ergo facilius cum Auro & Argento, & fit vnum cum eis, cum ista duo magis eius naturam participent, & sic perfectiora sint.

Aurum & Argentum plus de Mercurio continentia commiscentur ad rubeum & ad album.

Sol Mercurius est, qui perficit opus, nec quicquam extraneum ei debet adiungi. Sol & Luna non sunt ei extranea. Ea enim in inceptione operis rediguntur in suam primam naturam, id est Mercurium.

Totum magisterium nostrum est Solum in regimine ignis, ex ampla industria. Vis enim ignis bene recti lapidem operatur modico labore & paucis expensis.

Cum lapis noster in suam primam naturam, id est aquam, lac virginis, vel caudam draconis, semel est solutus: ipse seipsum calcinat, sublimat, destillat, reducit, lauat, congelat: & virtute ignis proportionali seipsum perficit in vno vase sine alterius manuali operatione.

Mercurij Minerals, qui prius in opere nullo fuerit libras 25. traijce per pannum lineum spissum, tribus vicibus: Deinde per corium leporis: Et post hoc iterum per pannum densum: si quid remanet in corio de eius crassitie, sordibus vel fœtu: non est idoneum ad opus nostrum. Si nihil apparet, conducit. Cum hoc, nullo addito potest perfici vtrumque opus: Praxis.

Cape

Cape Solis depurati communis, id est in igne calefacti, vncias duas: Incide in frusta parua cum forcipe. Adde Mercurij vncias 14. Fac Mercurium fumigare in tegula, & solue in eo Solem. Moue cum baculo ligneo, donec Sol bene soluatur & misceatur. Totum funde in aquam claram in scutella vitrea. Laua sæpius tergendo, & mutando tamdiu, donec nigredo tota ab aqua recedat. Si aduertere vis vox turturis audita est in terra nostra. Nigredine sublata amalgama per corium colligatum transmitte, & exime totum per duas vncias & remanebunt de corio vnciæ 14. Hæ sunt res aptæ ad nostrum operationem. Attende quod non debent esse plures nec pauciores vncijs duabus in corio de tota materia. Si plus esset detrahe, sin minus, adde Istas duas vncias expressas quæ dicuntur Lac virginis, reserua ad secundam operationem.

Materia de corio ponatur in vitrum, & hoc in furnellum; Accensa lampade continua flamma recto tramite vas includam q; materiam percutiat, non tamen ipsa attingat ollam, & sint furnelli partes omnes similiter bene lutatæ.

Si post mensem, vel duos inspicere velis flores vini, & colores principales, scilicet nigrum, album, citrinum & rubeum: tunc sine operatione manuum tuarum aliqua, solius ignis regimine, manifestum erit absconditum, & absconditum fiet manifestum.

Quare materia nostra seipsa ad perfectum elixir perducit, vertendo se in puluerem subtilissimum, qui dicitur terra mortua, vel homo mortuus in sepulchro, vel magnesia sitiens, quod spiritus in eo occultatus est in sepulchro, & anima quasi recessit. Tunc à principio vsque ad 26. septimanas, & grossum tunc factum est gracile, leue ponderosum, asperum molle, dulce amarum conuersione naturarum virtute ignis occulte completa. Cum videris pulueres tuos exiccatos, si probam & expensas desideras, tingent, vna pars solum tingit septem Mercurij bene purgati.

Misce Fermentum Lunæ cum partibus 7. Mercurij, eodem modo, vt in rubeo feci sti. Nam eadem est materia, fermentum diuersum. Argentum foliatum hic magis est vtile, quam massale, quia habet in se misturam quandam secum Mercurij: & debet Amalgama cum Mercurio frigido fieri, non cum calido.

Quinta essentia ex Sole extrahitur in pelicano, subtili ingenio.

genio. Sol & Luna mineralis tantum fecum immundarum ſecum habent permiſtum, vt eorum purificatio ad noſtrum conueniens non eſſet Luſus puerorum &c.

Sume corpus primi operis noſtri cum lacte virginis: adde de Mercurio nouo partes 7. iuxta pondus iſtius lapidis, ſitque Mercurius purificatus. Exprime per corium, & partes 7. traiectas, ſeruai Laua, & impone vitro in furnello, vt in primo opere feciſti, per totum regendo tali tempore vel circiter, quouſque videris pulueres iterum factos, extrahe, & ſi vis, tinge. Hi pulueres ſunt multò ſubtiliores primis, quia magis ſunt digeſti, & vna pars tingit ſepties ſeptem in Elixyr. Eadem eſt cum prima & ſecunda. Pulueres inde nati tingunt partes 343. ſepties ſcilicet, ſuperatis prioribus in parte vna. Quantò plus digeritur Medicina, tanto efficacior, ſubtilior & tingentior redditur.

CONSILIVM TRIGESIMVM ET THEORIA *de Lapide Philoſophorum.*

IPſe ſolus, cum ſit metallicus, continet in ſe totum quo indigemus in noſtro Magiſterio. Omnia alia cedunt in fauillam. Argentum viuum continet in ſe ſulphur ſuum bonum & fixum, quo coagulat in Aurum & Argentum ſecundum diuerſum diſponendi modum.

Album & rubeum Sulphur ex vna habetur materia, decoctione differente, nec inuenitur niſi in duobus corporibus, Auro & Argento, quæ ſubtiliter ſunt præparanda, vt Sulphur & Mercurius de illa materia habeantur, ex qua Aurum & Argentum conficiebatur ſub terra. Aurum & tinctura rubedinis & argentum albedinis.

Lapis elicitur ex corporibus & Mercurio ſecundum naturam. Sine Sole & Luna nullum tingens argentum viuum generatur. Sine Auro & Argento tingere non potes. Aurum enim habet colorem aureum, argentum argenteum.

Quod ſeminabit homo, id metet. Extrahitur ex auro & argento, in quibus puriſſima eſt ſubſtantia ſulphuris. Pater eius eſt Sol, mater Luna. Suadeo ne operemini niſi cum Mercurio & Sole ad Solem, & cum Mercurio & Luna ad Lunam. Nam in his tantum, conſiſtit beneficium. Eliciatur puriſſima ſubſtantia Mercurium ex illis corporibus. Elixir enim in illis conſiſtit tantum. Oportet vt in ſolutione,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1270 sur 1557

ſublimatione & ſubtiliatione Solis & Lunæ labores: Hæc enim duo corpora ſufficiunt.

Neceſſe eſt vt Lapis poſſit elici de natura duorum corporum, antequam de eo fiat Elixir. In principio operationis, opus Solis & Lunæ per omnia conueniunt: In modo Fermentationis diſconueniunt: Et Medicina in Eſſentia eſt vna, & in modo agendi: Et pater eius Sol, Mater Luna: Quorum coniugium eſt faciendum.

Mercurius miſcetur cum Auro & Argento, & figitur per ipſa magno ingenio: & Mercurius recipit quod ſuæ naturæ fuerit, alienum reſpuit. Poteſt elici ex corporibus cum ſuo Sulphure vel Arſenico, ex ſolo argento viuo facilius perfectius inuenitur. In ipſo eſt facultas extractionis illius ſubtilis ſubſtantiæ, cum iam in actu habeat ſubſtantiã. Lapis ſiccus & groſſus diſſoluitur in argentum viuum, vt in ſuam naturam primam reducatur. Fit hoc ſolum per Argentum viuum, quia hoc ſolum poteſt Solem & Lunam ad ſuam naturam vel materiam primam redigere.

Aquam ſepties deſtillatam ad partem reſerua, ipſa enim eſt Mercurius Philoſophorum ſolutiuus, facies matrimonium, & aqua vitæ abluens terram nigram. Et ſtudeas vt ſemper plus habes de Mercurio, in quem purgatum corpora munda æquali lanæ librata miſce. Et labora in diſſolutione lapidis, vt partes puriores ſegreges à corporibus & grauioribus abiectis, opus perficias cum leuioribus. Opus enim primum Philoſophorum eſt diſſoluere lapidem in ſuum Mercurium, vt reducatur in primam materiam, id eſt, argentum viuum. In ſolutione & ſublimatione duorum Luminarium primo labores, vt ex ipſis fiat Mercurius, quod eſt corpora facere incorporea. Purga Mercurium & corpora, miſce contere per vices, & imbibe in Balneo; Deſtilla per filtrum, ſupereminens nigrum collige ad partem: Illud enim eſt oleũ, & verum diſſolutionis ſignum, quod quando eſt ſolutum, peruenit ad ſublimitatis finem, vnde ſeparatur ab inferioribus &c. cuſtode ipſum caute, ne euolet in fumum. Lapidem diſſolutum pone totum in cucurbita ſuper calore temperata, vt putrefiat & digeratur per menſem Philoſophorũ, vt omnia in materiã primã redeant, & ſint argentũ viuum. In hanc materiam introducta eſt forma, colore nigra, tactu ſubtilis & diſcontinua, & hoc eſt ſignũ perfectæ ſolutionis. Calor n. agens in humidũ, primò generat nigredinẽ, quæ eſt caput corui, & principiũ operis noſtri, quo diſſoluitur lapis in Mercuriũ, vel aquam Mercurialem.

Diui-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1271 sur 1557

Diuisione facta, Medicina super igni diutius assetur, & enutriatur sicut puer in vberibus. Aquæ certam quantitatem affunde terræ albæ, tere bene leniter, donec aquæ suæ partē quinquagesimam imbiberit. Nam terra nutrienda initio est pauca aqua. Deinde eius quantitas augenda est paulatim exemplo recens nati. Sæpe ergo terram tere & imbibe octonis diebus coquendo, & leniter calcinando. Si miscere velis statim totum, falleris. Non amoue manum à conterendo, imbibendo, assando, coagulando, donec aqua prorsus exsiccetur, & alba terra combibatur. Tantum imbibe, quantum deest. Affunde aquam non excedentem, nec deficientē pondere. Semper debes post calcinationē materiam putrefacere in fimo per dies septē, & deinde pergere imbibendo. Si terra non sat est alba, tere eam cum aqua & calcina. Azoth enim & ignis, abluunt latonem, cum terra imbiberit quinquagesimam partem suæ aquæ sublima eam igni valido donec ascendat forma albissimi pulueris, feces quę post sublimationem remanent, sunt abijciendę.

Cape lapidem hunc coagulatū, tereq; iterum cum aqua rubea, & coagula in lapidē vt ante. Et hoc repete tertiò coagulans cū igni forti. Quod assurgit forma pulueris, est albissimum sulphur, quod in fundo residet est sulphur rubeum optimum. Hoc tingit Mercuriū in Aurum album. Non est op⁹ vt extrahas rubedinem, sed coque lapidem donec rubefiat. Corpora coniungenda Mercurio debent prius calcinari, vt Mercurius eis iungatur, & penetrent ipsa. Calx terenda cum Mercurio est, vt duo fiant vnum. Hoc Mercurio corpus est imbibendum, & sublimandum; ideo sublimantur corpora vt fiant spiritus, & coniungantur Aurum, Argentum & Mercurius. Non miscenda sunt hæc: color enim Solis non facit ad Lunam, nec Lunę ad Solem. Ergo rubeū Mercurium non coniungas cum albo sine fermento, nec Solem nec Lunam potes efficere. Ergò Mercurius albefactus figendus est, ne devaporet. Itaque addendum aliquid quod maneat in Essentia & qualitate naturæ: vt si addas corpus id cum quo primum est præparatus, hoc est, aurum vel argentum, ergo hæc ei adde, vt pariant rem sibi conformē, & ex coniunctis fiat Elixir. Si vis fermentare, misce corpus cum Sulphure, vt omnia fiant fermentum. Fermentum ad rubeum esto rubeū, Solis ad Solem, album ad album, Luna ad Lunam. Nec sunt plura fermenta, nec potest figi, nisi per fixū. Quod summa fixi debeat superare summū volatilis, vt sic mistura vtriusq; vertatur in spiritum volatilem.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1272 sur 1557

Sulphuris purgati parum proijciendum eſt ſuper multum corpus & Sulphur vertit corpus in puluerem ſui coloris. Hic corporis calor proijcitur ſuper ſpiritus Solis & Lunæ.

Sulphur non poteſt ingredi ſine medio aquæ, quæ inter Sulphura & fermenta intercedit in quauis diſpoſitione. Itaque ſumenda eſt primum terra, quæ vicina eſt fermento: & quæ appropinquat terræ: tertio aer, qui accedit ad aquam: quarto ignis ad rubeum elixir. Nam album contentum eſt aere, aqua, terra. Coniuncta ſolue in vaſe bene concluſo, ablue & ſicca. Aqua enim eſt medium coniungens Tincturas &c. Si vis facere proiectionem ſuper elixir: fac calcem de materia corporis, ſuper quo proijcere velis, & miſce cum fermento. Si Solis eſt, cape Solem, ſi Lunæ, Lunam. Matrimonium enim nihil eſt aliud quam coniunctio fermenti cum corpore tranſmutando &c.

In coniunctione lapidis Nota tres colores, nigrum, album, rubeum: Vide ne opus rubeſcat ante nigredinem. Si hoc factum eſt, corrige erratum, coquendo omnia in aqua alba vt iterum nigreſcat. Ita age ſi rubeſcit ante albedinem. Si Medicina nollet miſceri, diſſolue id in quod ingreditur, & in quod non vult ingredi. Utramq; ſolutionem miſce, & tunc Medicinam proijce.

Si metallum mutandum non ſat tinctum eſt Medicina, adde plus Tincturæ: ſi nimis, vt fieri ſolet in Solari tinctura, non in Lunari, minus Tincturæ vlurpa, & plus metalli. Si non manet Tinctura in examinibus, non ſatis eſt fixa, nec ſatis imbibita. Ergo pone eam in crucibulo, & irrora aerem ſeu oleum, donec liqueſcat vt cera, idque ſuper igni &c. ſi fumigat repete imbibitiones, donec perfecta ſit, ſublima nempe id quod fugax eſt, & miſce cum non fugace, iterumque ſublima donec nihil amplius aſſurgat. Inde explora ſuper lamina.

Partem vnam Medicinæ proijce ſuper mille Mercurij per acetum & Salem purgati, & perficitur in Solem vel Lunam.

Si ad perfectum magiſterium peruenire volumus, oportet primò vt Lapidem Philoſophorum purum ac mundum habeamus acceptum, ſicut eſt in ſua minera: & ſublimare ipſum, vt ex eo trahamus quod purum eſt, & clarum. Poſtea oportet nos ipſum facere deſcendere: poſtea deſtillare, calcinare, ſoluere, coagulare, fixare, incerare. Solue lapidem album, cum aqua benedicta particulatim: non ſimul vſque ad iuſtam quantitatem ſolutionis. Coque ad ignem lentum in vitro,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1273 sur 1557

vitro, donec in ſuperficie appareat nigredo. Hanc abſtrahe ſubtiliter tam ſæpe, vt nulla amplius appareat, reiteratis coctionibus, ſed aqua remaneat clara. Accipe terram illa & nigredinem collectam, & poſita in vitro affunde aquam prædictam, quouſque ſuper ea natet. Coque lento igne per quatriduum. Iterum pone tunc aquam, & coque ſucceſſiue, donec fuerit alba, lucida, clara. Hoc eſt, quod Philoſophi quæſiuerunt. Hæc terra cum aqua putreſcit, & mundificatur, qua mundificata dirigitur magiſterium. Terra mundificatur & dealbatur aqua mediante. Aqua cum terra interuentu caloris coagulat, & inſpiſſatur. Coquitur ita inſpiſſata forti igni in cucurbita vitrea &c. tunc accipitur de fermento. Auro vel Argento quarta pars, ſeu ad vnam libram corporis tres vnciæ fermenti. Fermentum etiam ſit ſolutum, & vt terra factum ſicut corpus imperfectum, eodem modo & ordine præparatum coniunge. Imbibe cum aqua prædicta, coque per tres dies aut plures. Tunc iterum aqua prædicta imbue & coque vt prius, idque repete toties, donec duo in vnum reducantur corpus, quod conijcies ſi color non variabit amplius: tunc funde ſuper eos aquam prædictam, partem poſt partem, paulatim, quouſque bibat de ipſa quantum poteſt, dando ſemper aquam nouam. Sic ſpiritus cum corporibus miſcentur, & vniuntur eis: & germen iungitur cum mundanis corporibus, quod ante fieri non poterat, ob eorum immunditiem & craſſitiem. Sed nunc eis coniungitur, & in eis creſcit, & ſuum auget numerum, multiplicaturque in infinitum, prout verum artificium operatus fueris. Fundamentum artis eſt reductio corporis, in Mercurium, quæ eſt Philoſophorum ſolutio. Solutum eſt aqua permanens, quæ abſque ſuo corpore cui eſt coniuncta, & vnita, non poteſt eſſe permanens, &c. Nigrum apparet in mortificatione, dum corpus vertitur in terram.

Multi colores antecedunt dealbationem: Finis eſt albedo in coniunctione corporum præparatorum & fermentatorum apparent colores.

***

CONSILIVM TRIGESIMVM PRIMVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

OPus nostrum factum est ex vna radice, sumptumque de duabus substantijs Mercurialibus plane crudis, pure mundeque extractum, ex mineris compositum, rectumque per ignem, sicut postulat materia, continuo coctum donec duo fiant vnum: in quo vno, postquam mista sunt, corpus in spiritum conuersum est, & spiritus in corpus. Deinde augendus ignis hic est, donec fixum quod est, volatile contineat in suo colore & natura. Scito enim, quod, cum probe commistum est, transcendat omnia, & ad se in suam virtutem perducat. Postea tinget millies mille, quod omnino tibi persuadeas. Multiplicat etiam se mole, & virtute, vt Pythagoras, Iimodricus, & codex veritatis aperte & perspicue indicant &c. per hæc verba summatim hic Philosophus contraxit totum opus.

De Materia Lapidis multa ad Thomam differit, sicque ait: species (Metalla) sunt in Mercurio decoquendæ, & ipse est aqua earum, vbi alterando conuertibiliter suscipit mutationes harum. Si Aurum in Argento viuo decoquatur, ipsum argentum viuum naturales proprietates Auri illius acquiret. Et: Veritatem non repetit, qui Argenti viui naturam humidam destruit, cum nihil aliud requirat, quam puritatem, & simplicem decoctionem: Vana est omnis doctrina, quæ alterat Mercurium, qui sperma est, ante coniunctionem specierum metallicarum cum eo. In Hermetica Philosophia dicit: Rubrum virum albæ vxori iungite in thalamo crudo: Quod per artem debeat fieri plus quam perfecta, vt alia possit perficere. Et: Ad nostrum Artificium habemus calorem duplicem, vnde & tam citò perficit, nempe Sulphur & Ignem.

Fontina Bernhardi.

Fontina est mirandæ virtutis, plus quam alia in toto mundo: præparata est tantum pro rege eius prouinciæ, quem prole nutrit, & ipse eam vicissim, & attrahit eum, estque in ea dies 282. & renouat regem ita, vt insuperabilis existat, & sic interit.

Rex hic concludi hanc Fontinam iussit, primo lapide rotundo albo, & Fontina ipsa claritate accedit ad argentum cœlestis coloris: Deinde erexit arborem quernam per medium fissam, vt Solis radices arcean-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1275 sur 1557

arceantur. Præterea quod videtis validis muris vndique bene munitam, in lapide pulchro perſpicuo, & in medio fiſſa quercu: id ideo fit, quia tam mirabilis eſt natura Fontinæ, vt omnia penetraret, ſi incenſa iraſceretur, & ſi incenderetur, omnes periremus.

Vidi Regem intrantem Fontinam, ſed non eodem modo exeuntem. Cum primum ingreſſus eſt, & cuſtos eum concluſit, non potuit amplius conſpici, niſi poſt dies centum & triginta, & tunc incepit apparere, & inclareſcere. Ianitor qui eiuſmodi curam agit, balneum continuo ei calefacit, ad calorem conſeruandum, qui occultus in aquam claram impellitur, & abſque ceſſatione, diu noctuque id peragit.

Rex initio habet veſtem auream, inde thoracem ex ſerico nigro: interula niueæ eſt albedinis, caro ſanguinea.

Cum proponit ſibi rex acceſſum ad fontinam, dimittit omnes ſatellites peregrinos, nec vllus ingreditur, niſi ipſe, neq; vlli licitum eſt accedere, niſi ſoli ipſi, qui eius curam habet, qui poteſt eſſe, vel ſimpliciſſimus, cum nihil aliud conferat, niſi Balnei calefactionem, neq; tamen accedit, aut intrat.

Fontina & Rex mirifice ſe diligunt mutuo. Illa hunc attrahit, non hic illam. Eſt enim illi inſtar matris.

Sex tantum perſonæ ſunt in comitatu eius, expectantes eius mortem. Si ſemel moreretur, regnum tam obtinerent, quam ipſe, parique iure eſſent reges: Itaq; miniſtrant ei. Expectant enim eum, cui omnia ſua bona debent.

Antiquior eſt Fontina, & maturior omnibus ſub eo. Eſt quidem ille ſenio confectus, neque tamen vllus ſubditorum tantum frigoris & caloris ſuſtinere poteſt quantum ille: neque tantum pluuiæ, venti, aliarumque rerum aut laborum. Cum ſemel in hac fontina renouatus eſt, nullus comitum poteſt eum interire. Omnes de fontino principio ſunt facti, & inde ſua habent bona, æque ac ipſe. Pro ſuo ergo amore quo affecta eſt erga ipſum fontina, tanquam mater eius primæua, attrahit occiditque eum. Idem poſtea reſurgit per eam, proq; Regni ſubſtantia, quod eſt in admodum minutis particulis, quiſq; comitum ſuam accipit portionem, fitque tam diues, quam ille, ſuntque omnes pariter opulenti.

Rex

Rex ſolus intrat fontinam, nec quicquam peregrini aut comitis poteſt ingredi, quanquam eam diligant, tamen non poſſunt intrare, quia nondum ſunt meriti.

Rex cum primum intrauit, Auream tunicam exutam primo ſuo ſatelliti Saturno tradit, qui eam cuſtodit dies 40. vel 42. Si quando ei tandem debetur: deinde exuit rex Thoracem ſericam nigram, tradens ei cuſtodiendam alteri ſatelliti Ioui per dies 20. Iupiter concedit illam mandato regis, Lunę pulchre ſcintillanti gliſcentique, quæ ſeruat eam dies 20. Ita rex in induſio ſuo honorato candido puroque eſt, & imponit id Marti per dies 40. vel 42. ſeruandum. A Marte Sol accipit, Deo volente neque tamen ſat clarum & ſplendens. Hic vbi cuſtodierit illud per dies 40. venit admodum formoſus, ſanguineoque præclaro tinctus, & amiculum illud raptum ſeruat.

Tunc aperit ſe fontina, & cum dedit eis interulam, togam, thoracem, vna ſimul ſanguineam, ſublimiterque coloratam carnem ijs præbuit edendam, & tunc exſatiata eſt eorum cupiditas. Cum album induſium acceperunt, 4. ex illis ſi volunt, dignitatum decus magnum poſſunt conſequi, ſed non plus dimidio regno tenent. Itaque ob tantillum emolumentum expectant potius finem, vt coronam regis ſuo integro iure poſſideant.

Nullus Medicus, nec alia res adeſt præter cuſtodem, qui nihil aliud agit, quam vt calefaciat, & regat ignem perpetuò. Plus tamen laboris ei eſt in fine, quam in principio: quandoquidem incenditur fontina.

Vniuerſus mundus in oculis habet, & non agnoſcit. Si volunt, illa ſex poſſunt regem iterum purgare, triduo in fontina concluſum, & primo die calore perſeuerante mutetur aureus thorax in nigrum: ſecundo prodeat alba interula: tertiò caro ſanguinea, quo facto Deus eum multiplicat in millies millia, & decies amplius.

Clam peruenieham ad fontinam, & reſerabam omnia clauſtra appoſita, inſpectans librum, quem victæ reportaueram. Dum autem ſplendorem eius præclarum admirabar, dormituriens decidebat in fontinam, me ob id indignante. Intuebar inueſtigabamque oculis, ſed viſus hebeſcebat, nec occurrebat aſpectui quicquam. Exhaurire incipiebam præſcriptam fontinam, pergebamque in eo opere tam ſtrenue, vt nihil remaneret, niſi 12. pars eius cum 10. Inſtitueram exhau-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1277 sur 1557

exhaurire tòtam. Sed nimis tenaciter cohærebat. In eo labore cum essem, aderant qui me conuentum cupiebant. Itaque abstrahebar ab opere, & discedebam, prius diligenter omnibus occlusis, ne quis me affuisse depræhenderet, & fontinam hausisse, & ne libellum mihi surriperet. Cum autem calor Balnei institutus ad regem lauandum, in opus consurgeret, incendereturque ob delictum quoddam, in carcere eram dies 40. In fine horum redibam ad contemplandam fontinam: Et ecce nigræ obscuræque nubes apparebant, quæ longo durabant tempore. Sed vt paucis me expediam in fine tandem cernebam omnia, quæ votis sollicitis expetiueram, nec adeo multum laboris sustinebam.

CONSILIVM TRIGESIMVM SECVNDVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

CApe optimum Mercurium, qui sit sublimatus septies. Rectifica eum adiecta parte vna calcis viuæ, & dimidia Tartari crudi. Ita purgatur bene: vel emunda eum, quam potes optime (alij lauant vrina & Sale, donec non obnigret amplius: hinc destillant: & sic tollitur crassities, relicta subtilitate) partes huius tres cum parte vna Auri vel Argenti in tenues bracteas ducti commisce, vt malagma euadat. Hoc facto, appone ei nouem partes Mercurij purgati, inclusaq; vasi nodo: colloca in cineres coctos, vt parum per excedant vitrum. Adhibe calorem lentum continuum. Ita senex sedet in Balneo. Dimitte ibi in vase clauso, donec conspicuus Mercurius occultetur, & corpus occultum manifestetur. Id vocant Philosophi solutionem & sublimationem, alijsque nominibus, cum tamen sit vnus labor, vnum regimen, vas, fornax. Si in moderato calore manet dies 40. apparet in summo nigredo instar picis atræ. Ea est caput corui Philosophorum, & sapientum Mercurius.

• Anima corporis Solis vel Lunæ extrahitur, per medium Mercurij. Spiritus Mercurij animatur, anima spiritui iungitur vniformiter &c. Una pars bracteæ Aureæ vel Argenteæ (quo subtilior est, eò citius fit Mercurius) & 12. partes Mercurij optime purgati commiscentur: ponuntur in furnello in cineribus siccis, adhibitoque igne moderato coquuntur. Ubi steterunt in igne sapientiæ per mensem

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1278 sur 1557

Philoſophorum, nigredo horrenda emergit, & color colorem vrget, donec tandem vnus exiſtat. Is eſt Mercurius Philoſophorum. Talis extractio animæ per ſpiritum Mercurij non fit vna vice, ſed pluribus, ſemper parum atque iterum exit, donec opus compleatur. Una eſt via, tritio & coctio. Mercurius terit, ignis coquit. Vas ſemper ſit clauſum, ignis continuus. Nigredo quæ apparet quadrageſimo die, nihil eſt aliud, quam reſolutum corpus. Spiritualia enim eleuantur. Si aqua corpus perduxit ad Eſſentiam impalpabilem, & ſoluit ad nigredinem: Solutio impleta eſt, & Tinctura in nigredine: & 4. Elementa proceſſerunt, vt habeas aerem cum aqua, ignem cum terra. Quod ſoluitur, cum Mercurio eleuatur, quanquam inferius ſemper eſt copioſius.

CONSILIVM TRIGESIMVM TERTIVM ET THEORIA de Lapide Philoſophorum.

VErba ipſius de hac ſcientia ſunt conſpicua quæ habentur libri ipſius initio. Hæc enim res (inquit ad calidam Ægypti Regem de arte inquirentem) quam iam diu quæſiuiſti, per vim aut iram non accipitur, nec perpetratur: Accipitur enim per patientiam & humilitatem, & amorem certum ac perfectiſſimum. Confert enim Deus hanc diuinam & puram ſcientiam ſuis fidelibus & ſeruis, illis ſcilicet, quibus eam à primæua rerum natura conferre diſpoſuit, ſua mirabili fortitudine: Quæ cum alicui ex ſuis fidelibus collata fuerit, decet ipſum prius præuidere, cui poſtea eam committat & detegat: Nam hæc res nihil niſi donum Dei altiſſimi poteſt, qui prout vult, & etiam, cui vult, ex ſuis ſeruis & fidelibus illud committit & monſtrat: decet igitur omnipotenti Deo eſſe in omnibus humiles & omnino ſubiectos: Et paulo poſt: Omnipotens Dominus & omnium creator ex omnipotentia ſua homines creauit: Quoniam ipſi nequeunt eius ordinem tranſmutare, id eſt nequeunt poſtponere ea, quæ ipſe præponit, aut præponere ea, quæ ipſe poſtponit, nec eſt aliquid ſcire poſſibile illis, niſi per illius demonſtrationem, nec etiam aliquid conſequi poterunt, niſi ille eos conſequi illud præiudicauerit: Nec quicquam retinere valebunt, niſi per fortitudinem à ſummo Deo ſibi diuinitus collatum, ſed & (vnde magis eſt admirandum) animos ſuos etiam ipſi regere non poſſunt diutius, niſi vſque ad terminum, qui à Deo ſuper eos conſtitutus eſt: præponit enim Dominus ex ſeruis ſuis, quos vult

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1279 sur 1557

vult & eligit, vt hanc ſcientiam diuinam homini celatam quærant, & quæſitam ſecum retineant. Hæc enim ſcientia eſt, quæ Dominum ſuum abſtrahit ab huius mundi miſeria & ad ſcientiam bonorum futurorum reducit.

Reſponſionem Regis teſtatur author eius libri, dum dicit: Placatus eſt igitur Rex ſuper huius viri prudentiam & eius humilitatem & eius patientiam & verecundiam ac venuſtatem: Non enim erat ille lingua verboſus, aut mente elatus: Erat autem humilis, prudens & beneuolus, vt talem eſſe decebat: Ipſe verò interrogatus à Rege cur in montibus & ſolitudinibus potius, quam in conuenientibus, qui Deum orant in Eccleſijs, viueret reſpondit, Bonum quod nunc habeo, & in futuro expecto, ex Deo eſt & in eius manu collocatum, ipſe autem, quod velit, faciat: Nec ego dubito, quin mihi inter conuentus & cætus maior inueniatur requies, & in ſolitudinibus & montibus, labor, ſed nemo metit, niſi qui ſeminat & quod ſeminauerit, hoc etiam metet: ſpero itaque quod diuinitatis bonitas, in vita huius mundi me non derelinquat: Nam requiei aditus nimis eſt coarctatus, neque ad illam quisque poteſt ingredi, niſi per animæ afflictionem. De conſtantia & ſeueritate eius hæc teſtantur verba, quæ paulo poſt ſequuntur: O Rex, omnipotens Deus te ad melius conuertat. Nam ego non ſum, de quo multum debeas admirari: Ex filijs Adæ vnus exiſto: Omnes quidem ex vno proceſſimus, & iterum ad vnum, licet diuerſo tramite, reuertemur: Temporum quidem longa mutatio hominem ſub tempore conſtitutum confundit & mutat: Nec ego adhuc in tantum ſum mutatus, quod alij multi, qui ante me fuerunt magis non mutentur: vltimam autem mutationem mors dira ſubſequitur, qua videlicet nulla pœna deterior indicatur. Nam ante corporis & animæ coniunctionem & poſt eorum diſſolutionem pœna omni morte crudelior animã expectat: ſed & omnipotens creator, qui omnia ex ſeipſo creat & formar ſemper ſit in noſtro auxilio: Et mox. Timorem autem, de quo paulo ante dicebas non timeo, nec de te hactenus deſpero. Omnis enim qui timuerit in veritate non eſt perfectus: Et maxime ſapientem timere aliquid non decet: Nam ſi timuerit, cito deſperabit: Quod ſi deſperauerit animus eius vacillabit, nec vllatenus ſuæ intentionis conſequetur effectum.

Cauſam obſcuritatis authorum reddit his verbis: noſtri quidem anteceſſores hui⁹ magiſterij nomina multiplicata & variata tradebant

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1280 sur 1557

grauiſſimis Sophiſticis circumtecta, ſed omnia tamen veridica & ſæpius comprobata: Quod totum egiſſe arbitrabantur propter ſtultorum inſipientiam; vt dicta ſua non intelligerent, niſi qui tali & tanto magiſterio digni iudicarentur: ſi quis ergo eorum dicta inuenerit, in illis diligenter ſtudeat, donec ea recto modo intelligat. Non enim decet quenquam ſe ab hoc magiſterio retrahere, ſed debet ſuam fidem & ſpem in Deo altiſſimo firmiter configere, & illum aſſidue hoc efflagitare, quatenus illud diuinum & admirabile opus poſſit perficere. Quod cum vna re incipiatur & finiatur magiſterium aſſerit dum inquit: Huius rei prima & principalis ſubſtantia & materia eſt vna, & de ea eſt vnum; & cum ea fit, neque aliquid ſibi additur vel minuitur. Et deinde: Multiplicia quidem ſunt eius radicis nomina, ſed ſi ea, quæ ſupra dicta ſunt, recto ordine inſpexeris, vnam eius radicem & ſubſtantiam & materiam inuenies: Paulo poſt: vna ſola confectione vel ſpecie ſic materia mutatur, ſed quanto magis ei ignis colorem innouat, tanto magis ei plurima nomina imponuntur: vnde Datin Philoſophus ait ad Euticem: Ego tibi oſtendam, quod ſapientes huius magiſterij diſpoſitiones vel confectiones alia de cauſa non multiplicauerunt, niſi vt ſapientes in hoc magiſterio inſtruerent, & inſipientes penitus excæcarent: Quoniam hoc magiſterium vnum nomen habet, & hoc proprium ſibi deputatur, ſic etiam vnam habet diſpoſitionem atque etiam vnam viam linearem, & hoc modo licet ſapientes eius nomina & ſua dicta mutarunt, tamen noluerunt, niſi vnam rem intelligere & vnam diſpoſitionem. Nam ſapientes, qui ante nos fuerunt, multas nominauerunt confectiones & multa pondera & multos colores & ſic ſuper vulgus dicta ſua allegorizauerunt: neque tamen ſunt mentiti, ſed locuti ſunt, vt eis bonum videbatur, & vt ipſi ad inuicem intelligebant, vt etiam hoc alios lateret. De coloribus lapidis teſtimonio Datin Philoſophi, noſter, ait, lato, quamuis primum ſit rubeus, tamen eſt inutilis, ſed ſi poſt rubedinem in album vertatur, multum valebit: Poſt hæc: Adarmath ſimiliter ſapiens & Philoſophus ait, quod omnia harum rerum nomina & earum ſimilitudines nulla alia de cauſa antiquis vocantur, neque variantur, niſi vt vos intelligatis, quod huius rei principium propter ſuum finem teſtificatur, & ſuus finis ſuper ſuum principium. Et vt ſciatis, quod hoc totum non eſt niſi vna res, quæ ſcilicet habet patrem & matrem, & eius pater & mater eam nutriunt

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1281 sur 1557

nutriunt atque paſcunt, non quod ipſa, à ſuo patre aut matre aliquo modo differre poſſit. De tactu lapidis inquit mollis eſt, & maior mollities eſt in eo, quam in ſuo corpore: In pondere dicit multum graue, in guſtu dulciſſimum: In odore ante confectionem nimis grauem & fœtidum: & poſt confectionem eſſe eius odorem bonum, iuxta hoc quod ſapiens ait: Iſta quidem aqua à corpore mortuo & iam inanimato tollit odorem: Nam eius odor eſt malus & odori ſepulchrorum aſſimilatur. De materia dicit: Hoc accipe, quod in ſterquilinijs ſuis calcatur: ſi non, abſque ſcala aſcenſurus cades in caput &c.

CONSILIVM TRIGESIMVM QVARTVM ET THEORIA de Lapide Philoſophorum.

THomas Nortonus Anglus in Originali ſuo cap. 1. narrat, quod in Cathaloniæ quadam ciuitate Raymundus Lullius (veluti certiſſime præſumitur) in 7. imaginibus veritatem artis Chymicæ demonſtrarit; Ex quibus ternæ fuerunt Argenteæ & fœminea forma ſeu habitu, totidemque Aureæ, vili ornatu, ſeptima plumbea: In harum ſingularum veſtimentis literæ apparuerunt hac ſignificatione: 1. Dicit, fuit ferrum ex ſolea equina, & nunc ſum argentea tota & pura: 2. Fui ferrum ex minera deſumptum, at nunc ſum, ait, perfectum Aurum: 3. Quondam fui cuprum ex veteri cupa, at nunc ſum Argentum, dicit Fœmina: 4. Cuprum fui, inquit, generatum vili loco, iam ſplendeo ex ſolido & puro Auro: 5. Ait, Argentea olim eram, nunc Aurea tota videor: 6. Ducentis fere annis fui canna plumbea, & nunc appareo ſingulis Argentea. 7. Ego plumbum veluti monſtrum, ex Auro ſum tranſmutatum.

Lullij præterea verba, ſuper Lapidem Philoſophorum etiam inter alia ſunt hæc cap. 5. Codicilli. Naturalia, ſunt Sulphur & Argentum viuum, & ex his duobus amor metallicus gignitur, per quam fit generatio rei petitæ, cum propria eorum indiuidua ad inuicem naturali fœdere colligentur: Cap. 6. 4. Colores proponit: vt ſunt: nigredo, albedo, citrinatio & rubedo. Cap. 7. 4. Ignes declarat: Naturalem, innaturalem, & contra naturam, nec non artificialem: dicitque eſſe Media, naturalia, innaturalia & contra naturam. Cap. 9. inquit, propter quod depurata magis alijs reperiuntur duo, ſcilicet Aurum & Ar-

Metalla ex Sulphure & Mercurio.

4. Colores.

3. Ignes.

3. Media.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1282 sur 1557

Argentum, ſine quibus ars iſta non poterit integrari, cum in illis ſit puriſſima Sulphuris ſubſtantia, ingenio naturæ perfecte depurata, ad cuius depurationem debilior eſt ars, quam natura, nec eam conſequi valet, licet multum in ea laboret: In arte igitur, Pater eius Sol, Mater eius Luna, quia ex illis duobus corporibus cum ſuo Sulphure & Arſenico præparatis noſtra Medicina elici poterit, & ſine illis haberi nequit. Ibidem: Et vt Ieſus Chriſtus de ſtirpe Dauidica pro liberatione & diſſolutione generis humani, peccato captiuati, ex transgreſſione Adæ, naturam aſſumpſit humanam; ſic etiam in arte noſtra quod per vnum nequiter maculatur per aliud ſuum contrarium à turpitudine illa abſoluitur, lauatur & reſoluitur.

Cap. 10. ait: conſideret ergo artifex naturales vires & fortitudines Lapidum Philoſophorum, quæ ſunt ignis naturalis, & contra naturam, quæ & quales ſunt in toto ſuo curſu naturæ, & qui cuiuslibet fuerit amicus vel inimicus, vt demonſtratiua & infallibili arte per certificationem naturæ eorum, materiam eius prudenter noſcat diſponere. Cap. 11. Et quanto plus Argentum viuum aqueum in metallis ſubtilius fuerit purius & denſius, tanto plus illud erit nitidius, fulgentius & ſplendidius, quemadmodum natura cuilibet in Auro, quod generauit, demonſtrare non ceſſat. Cap. 32. Et ideo recordamur nos dixiſſe in noſtro Teſtamento, quod nullum Argentum viuum promptius conuertitur in ſubſtantiam Sulphuris, quam illud, in quo Sulphuris qualitates per diſſolutionem ſunt ſufficienter introductæ, nec vllum Sulphur promptius congelat Argentum viuum, quam illud, in cuius naturæ ſubſtantia ipſum argentum viuum exiſtit, per artis ingenium iam conuerſum. Quia tunc natura naturam complectitur propriam, & amicabilius magis gaudet in ea, quam extranea. De miſtione Sulphuris & Argenti viui ſic eodem cap. pergit: Virtus Argenti viui tranſmutantis in toto obtineat partes Sulphuris tranſmutati, ita vt in ipſo ante ſui tranſmutationem commiſceatur per minima in proprium Sulphur, non vrens album vel rubeum, & illud Argentum viuum propriam habebit materiam. Cap. 33. Quia Elementa Sulphurea mixta cum aqueis argenti viui per minima iam conuerſa alterantur pariter & ad inuicem corrumpuntur: talis corruptio Argenti viui noſtri, ſolennis eſt generatio, quæ haberi nequit, niſi poſt putrefactionem, quæ eſt mater omnium: Et mox: ſciant ergo omnes artifices huius

huius artis, ſpecies perfectas tranſmutari non poſſe nec artifex tranſmutationem facere poteſt, niſi primo corpora reducere ſciat in primam eorum materiam: Qualia ſi conuertere ſciuerit artifex, tunc individua eorum de facili tranſmutare ſciet operatione Philoſophica in aliam formam, quam prius nō habuerant. Hinc eodem dicit: Eductio tamen illius multiplicationis vel augmenti in corporibus metallicis, ſicut in animalium fit corporibꝰ & plantarum, per ſe euenire non poteſt, donec prius corpora ſolida & per totum homogenea in tenuiſſimam materiam terminatam ab agente vniuerſali clare prius proceſſu artis formaliter tranſmutentur, quia tunc reſultabit corpꝰ ſimplex generabile & corruptibile per viam naturæ. Corpus ſimplex dicimus ad differentiam corporis ſolidi, in cuius forma ipſum erat priuſquam corrumperetur, quod tamen nullo modo ita poteſt corrumpi, quin ſub aliqua materiali remaneat forma. Et ideo ſoluta prima forma corporis & per Elementationem in Mercurium conuerſa forma eius corrupta, mox introducitur alia noua forma in Sulphur; Quæ quidē forma corrupta in Mercurio eſt in colore ſubnigra, in odore fætida & in tractu ſubtilis & diſcontinuata. Cap. 39. Hæc autem eſt aqua vitæ, lac virginis, ſanguis reincrudatus, menſtruum dealbatum, nutrimentum infantis, cibus cordis, aqua narium, venenum viuentium, cibus mortuorum & Argentum viuum Philoſophorum à ſua fæculentia terrea per ſublimationem depuratum: Quibus verbis Lullius optime deſcribit Ignem innaturalem dictum. Et mox. Unde Paganus Philoſophus inquit: Qui Argentum viuum à corporibus extractum taliter commiſcere nouerit & corporibus amicari, ſciet vnum ex ſecretis maximum & viam principalem perfectionis: Nullus autem commiſcere ipſum corporibus poterit ſine cognitione huius magiſterij. Propterea Philoſophi dicunt: Nemo vtetur ipſo ſine magiſterio &c. Ex quo patet, inquit, Quod Argentum viuum non eſt Argentu viuum vulgi, nec præparatum ſublimatione vulgari, ſed potius ex vna vinoſa ſubſtantia procreatum & vili, ac vna ſola via naturali, ſcilicet magiſterio noſtro: Veruntamen non putes ex ipſo ſolo opus elicere per aliquod magiſterium, quia per ſe nunquam ad vltimam perfectionis partem deueniet: Unde idem Paganus & nos ſimiliter, pro certo teſtamur noſtris experimentis manifeſtis, quod cum commixto & cum corpore vel eius terra ſulfurea perficitur, & ſine illo magiſterium protelatur vſque ad deſperationem. Et paulo poſt: Ingenium v. huius breuitatis

ſuppletæ

ſuppletæ eſt æqualitas & virtus terræ ſulphureæ, cuius primus & principalis inuentor eſt Hermes Triſmegiſtus pater Alchymiſtarum &c. cum aperte dixerit: Nutrix eius eſt terra, cum conſtet in illa eſſe realiter virtutem lapidis integram, ſed nō redintegrabitur, niſi Argentum viuum fuerit reductum in eandem: Et ideò ſubiungit quod cum à terra aſcendit in cælum & iterum deſcenderit in terram, tunc vim recipiet ſuperiorum & inferiorum &c. Alij appellauerunt hanc terram Leonem fortem viridem in prælio; Alij Draconem deuorantem, congelantem & mortificantem caudam ſuam, i. ſuum Argentum viuum alij appellauerunt illam locum deſertū quia depopulata eſt è ſuis ſpiritibus, alij venenum, quia interficiens eſt; alij arborem, quia fructus eſt gerens: Alij Hyle occultum, quia totius naturæ eſt fundamentum & ſubiectum omnium Elementorum.

CONSILIVM TRIGESIMVM QVINTVM ET THEORIA de Lapide Philoſophorum.

Hortulanus in Tabulā Hermetis.

SOlus ille qui ſat facere Lapidem Philoſophorum intelligit verba eorum de lapide: Philoſophi enim hanc artem manifeſte conati ſunt patefacere dignis & indignis abſcondere: Et ſic de virtute intentionis ſemper dixerunt vera, ſed de virtute ſermonis non & dixerunt ſic Lapidem Philoſophorum fieri ex ouo: quia in ouo tria ſunt ſimilia tribus, quæ integrant lapidem: Hermes ait, Pater eius Sol: Mater eius Luna. Et ſic innuit, quod iam duo hic lapidis compoſitionem intrant, & probat hoc Hortulanus: Quia Aqua Solis eſt volatilis & corpus eius fixum, & conuerſo de Luna: & tunc declarata ſunt verba illa dicentia per Gebrum & alios Philoſophos: Fac fixum volatile & volatile fixum: perſuadent enim multiplicem ſolutionem, quia totum opus ſtat in ſolutione: Item, cum dicunt; quod eſt ſuperius, eſt & inferius. Hic per ſuperius intelligitur dignius & per inferius indignius, vt ſcilicet fiat vnus ex illis tribus, vel ex Sole & Luna fiat vna res, cuius partes ſunt æquales, & appellatur hæc coniunctio, ſublimatio Philoſophorum; & dicitur ſublimatio, exaltatio, ſiue dignificatio, quia Luna dignificatur & Mercurius. Nam cum facta eſt vnio, in tanta dignitate eſt Luna, ſicut Sol & Mercurius. Similiter & cum facta eſt fixatio, quæ appellatur corpus mortuum, ita vilis eſt Sol ſicut Mer-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1285 sur 1557

Mercurius,& litera vult illa,& istud est ascendere & descendere Philosophorum.

Rosarius Philosophorum sic inquit,scias, quod talis per Deum consueuit esse,modus Philosophorum semper scilicet, quod in passu certissimo claudicare, & rem quasi dictam quandoque per typos & figuram quandoque per verba Metaphorica & quandoque per falsam & alienam practicam occultare, & vbi se verum dixisse sentiebant, se tunc similitudinarie locutos fuisse dicebant; Unde Geber dicit: Ubicunq; aperte locuti sumus, ibi nihil diximus,sed vbi sub ænigmate aliquid posuimus & figuris,ibi veritatem occultauimus.&c. *Rosarius Philosophorum.*

CONSILIVM TRIGESIMVM SEXTVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

STudium amouet ignorantiam & reducit humanum intellectum ad veram cognitionem & ad cuiuslibet rei scientiam &c. Qui autem studere abhorruerint,& tamen laborare voluerint, videant an ars ipsius naturæ sit imitatio,quam ars ipsius emendare debet: Quoniam impossibile est ei secreta Philosophorũ ad perfectũ finem præparare; De his sapientes dicunt, quod ij transeunt ad practicam sicut asinus ad cænam, nescienties, ad quid rostrum porrigant nisi in quantum sensus exteriores sine intellectu per visum & gustũ ad pabulum adducit. Sic ipsi asini,sine bonis veris principijs & fructuosis studijs ac sine naturarum cognitione,quærunt perficere opera naturæ & secretum totius Philosophiæ ac opus optimum, quod hominem ornat moribus,ditat beneficijs,auxiliatur pauperibus,& corpus humanum incolume conseruat,præbens ei sanitatem &c. Et ideo omnes artis huius apicem diligentes, studijs conentur insistere & ex libris haurire veritatem,& non ex mendosis,neque fabulis fictis: Quia hæc ars,non inuenitur nisi per continuum studium & philosophorum dictorum cognitionem aut per fidelem scientem informationem. Nam qui in legendis libris deses extiterit,in præparandis rebus promptus esse non poterit,item,non potest de facili practicæ assuescere, cuius mens studijs Theoricis renuit insudare. Idem cap.11. in libro dicto correctorio fatuorum. Aliqui scribunt in libris suis mendosis & altercatis, caue tibi ab odore eius,ne te interficiat,ecce qualis Medicina & contrarietas, *Richardus Anglicus.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1286 sur 1557

trarietas, quæ cum ſanare debet, inducit mortem: Non eſt mirum, quod res intoxatiuæ ex venenis compoſitæ hoc facere poſſunt: Videre fatui quomodo veſtra opera differunt ab opere naturæ: Quare fatigamini in huiuſmodi rebus altis, ad quas venire non poteſtis taliter laborando, niſi miraculoſe eueniat, vt accidit Beato Iohanni, qui de virgultis fecit Aurum: Dico vobis, qualis eſt Medicina, tale fit & Aurum. Cum res fœtidas ſeminatis, merdā medetis, reuertimini ad viam veritatis propter voſmet ipſos: Conſulo vobis ſtudere, dicta ſapientum reuoluere, ex quibus veritatem elicite, non caſualiter ad opus accedite: Non aduertatis recipe, recipe hoc & hoc, neſcio quid, & fac taliter, neſcio qualiter inſtrue me hoc & ego docebo te illud: ſic deceptus alium decipit, & ſic totus mundus per tales eſt defraudatus: Cæcus enim ſic cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt: Ubi enim videris, recipe, cogita, quid ſignificet, decipe, mutar. in d. Quo ad artis declarationem Richardus planiſſime abſque figura loquitur: In prologo, quoniam, inquit, natura perficit ſuum gradum, quem naturaliter perficere poteſt, & illum præterire nequit, niſi per contrarium fuerit impedita; Quamuis bene ars naturam non tranſcendit faciendo nouam naturam per ſimplicem laborem: & ideo dicitur, quod ars imitatur naturam, non quod nouam ædificet, ſed quod illius naturæ virtutem ſubtiliet: Propter quod incipit ars perficere, vbi natura deficit, ſubtilem ſcilicet naturam in rē incluſam detegere & ipſam manifeſtare: Ex quo minera generat metalla, tincturam tamen generare nequit, quamuis bene tincturam plenam in ſe occulte continet, ſicut ait Philoſophus: Natura continet in ſe, quibus indiget, & quibus perficitur, niſi quod moueatur arte & operatione. Cap. 6. ait de Sulphure Philoſophorum: Quod ſit ſimplex ignis viuus, alia corpora mortua viuificans & ea maturans, ita quod naturæ defectum ſupplet, cum ipſum ſit ſuperfluæ maturitatis, ſecundum quod in natura ſua ſit perfectum ac per artificium magis ac magis depuratum: Unde Auicenna: tale Sulphur non reperitur ſuper terram, niſi in quantum extat in iſtis corporibus, Sole & Luna, & in alio quod eſt illud, quod nulli dicitur, niſi ex parte Dei ſibi reueletur: In Sole autem perfectius, quia magis eſt digeſtum ac decoctum. Cap. 8. inquit, Philoſophi ſubtiliter ſunt imaginati, quomodo in iſtis corporibus perfectioribus Sulphura illa elicere poſſent, & ipſorum qualitates per artem purgare, vt hoc habe-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1287 sur 1557

haberent in arte, mediante natura, quod in ipsis antea non apparuit, quamuis plenarie & occulte prius habuerunt: Et hoc nequaquam fieri concedunt sine corporis solutione & in primam materiam reductione, quod est argentum viuum, ex quo facta sunt ab initio, & hoc absque vlla permixtione rerum extranearum, quæ extraneæ naturæ lapidem nostrum non emendant, quoniam nihil conuenit rei, nisi quod propinquius est ei, cum sit Medicina simplicis ac virtualis virtutis, ex aqua Mercuriali producta, in qua Aurum & Argentum prius sunt soluta: Exempli gratia, si glacies ponitur in aquam simplicem, soluitur in ea per calorem, & redit in primam substantiam aqueam, & sic aqua tingitur ex virtute etiam occulta, quæ fuit in glacie: si autem glacies non resoluitur per calorem in aquam, non coniungitur aquæ, in qua iacet, nec illam aquam tingit sua virtute, quæ in ea antea congelata fuit ex parte specierum: sic eodem modo si corpus non resolueris in Mercurium cum Mercurio, occultam virtutem ex eo habere non potes, scilicet Sulphur digestum & decoctum per opus naturæ in minera; sic enim lapis est vnus, vna Medicina, quæ secundum Philosophos dicitur Rebis ex Re bina, scilicet ex corpore & spiritu albo vel rubeo, in quo multi fatui errauerunt: Idem cap. 9. Quamobrē in eo est Sulphur rubeum, id est, ignis substantia, qui hoc album plus digessit: Et sic Sulphur album & rubeum ex vtraque parte existit in Sole: Quare ignis est perfectio eius, & in igne generatum est: Et ideo amicabiliter gaudet natura suæ igneæ naturæ: Unde aliquæ res extraneæ hoc in corporibus causari non possunt, cum ars non sit aliud mediante natura, nisi decoctio & digestio illius naturæ per simplicem laborem: Exempli gratia: Mane cum surgo & video vrinam meam albam, iudico me parum dormiuisse, tunc repono me iterum ad dormiendum & accepto somno vrina citrinatur: & hoc propter maiorem digestionem caloris naturalis in me existentem: sic sequere naturam per artem, similiter decoquere, digerere, maturare substantialiter, cum iam in actu natura contineat in se ignem naturalem, quo maturatur. Hoc aliæ res non habent, ideo dare non possunt: In Luna non est, nisi Sulphur album simplex, non tamen digestum sicut rubeum, nec sic à nigredine priuatum per actionem caloris, quem in se naturaliter continet: sed ignis species est obtecta & occultata, agens in ea plus per artem, quam per naturam: Et ideo non est impossibile,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1288 sur 1557

quod ars mediante natura hoc plus digerat & perficiat, cum naturaliter intendat perfici, ſed per ſe non poteſt, niſi moueatur arte & operatione. Sed iſti labores, vt credo, non perueniunt ad hominem duræ ceruicis: Et ideo non ſit verum Aurum, niſi fiat ita digeſtum ac decoctum, vt melius melioret peius: Quia omnium Philoſophorum intentio eſt cum meliore peius perficere: Quod fatui contrarie intelligunt, quia cum peiore melius perficere nituntur, & hoc quærunt in re, quod nunquam fuit in illa, ſcilicet Aurum & Argentum in rebus aduſtibilibus &c. Et Cap. 10. Quæri non immeritò poteſt, vtrum ex alijs ægris corporibus hoc Sulphur album & rubeum ad tingendum Mercurium elici poſſit? Dico, quod non, quia prius dictum eſt, quod non aliqua res maioris temperantiæ, quam in iſtis duobus corporibus reperitur, quibus inſunt radij tingentes, cum prius dictum eſt, quod ægra corpora in ſe contineant Sulphur fœtidum & aduſtibile, & non virtualis naturæ, ſicut in iſtis &c. Cum omnis ars non valeat, niſi præhabita natura, quam ſequatur: poſſes tamen cum minoribus mineralibus purgare metalla, quibus purgatis, tamen adhuc non habent Auream & Argenteam naturam in ſe; quia digeſtio & decoctio Aurea non fuit in illis, ſicut in alijs, nec Sulphur ita maturum: Et ideo ipſis immaturis ſuccurrendum eſt cum maturis, vt maturentur: Igitur non tingunt, ſed tinguntur, quia Tinctura Auri & Argenti proportionabilem naturam habet cum ipſis, ſcilicet immaturis vel imperfectis, quia Originem ex Mercurio traxerunt: Ex his manifeſtum patet, quod minora mineralia tingere non poſſunt, quia corpora metallica imperfecta, quæ non conueniunt cum Auro & Argento ex parte Mercurij maturi, tingere non poſſunt nec naturam Auri vel Argenti infundere: Et ideo non eſt tingendum niſi cum illis, quibus ineſt virtus tingendi: Tinge ergo cum Auro & Argento, quia Aurum Aureum tribuit colorem & naturam. Quare omnia alia deſpicias, quibus non ineſt virtualiter ſeu naturaliter virtus tingendi, cum in ipſis non ſit fructus, ſed ſolum perditio rerum & ſtridor dentium.

CON-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1289 sur 1557

CONSILIVM TRIGESIMVM SEPTIMVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

QUocirca in principio, ego profecto te docebo, vt intelligas, Mercurios esse tres, qui sunt Claues scientiæ, quos Raymundus sua menstrua vocat, sine quibus nihil recte fit; sed duo istorum sunt superficiales, tertius essentialis Solis & Lunæ &c. Corpora perfecta cum primo naturaliter calcinamus; sed nullum corpus immundum ingreditur, excepto vno, quod vulgariter vocatur à Philosophis, Leo Viridis, quod est medium coniungendi Tincturas inter Solem & Lunam cum perfectione, quemadmodum Geber ipse testatur. Cum secundo, quod est humiditas vegetabilis reuiuificans, quod prius erat mortuum ambo principia materialia debent solui & formalia, alioqui parui essent momenti: Cum tertio, quod est humiditas maxime permanens, incombustibilis & vnctuosa in sua natura, Hermetis arbor in cineres comburitur: Hic est noster naturalis ignis certissimus, noster Mercurius, Sulphur, nostra Tinctura munda, nostra anima, noster Lapis eleuatus cum vento, in terra generatus: Hæc animo reconde tuo: Hic Lapis, audeo tibi dicere, est vapor potentialis metalli, hunc quo pacto acquiras, oportet te esse cautum; nam inuisibile profecto est hoc menstruum, quanquam cum secunda aqua Philosophica per separationem Elementorum potest apparere ad visum in forma aquæ claræ: Ex hoc menstruo labore exuberato atque cum eo potest fieri Sulphur naturæ &c. Et Paulo post: Augeas, nec diminuas humidum radicale, donec tua massa frequenti sublimatione leuiter fluat, vt cera super metallum; tum solue illam cum tuo vegetabili menstruo, donec habeas oleum inde coloris lucidi, tum est illud menstruum conspicuum visui oleum inde extrahitur coloris Aurei, aut huic simile ex nostro subtili rubro plumbo, quod Raymundus dicebat, cum esset senex, multò magis, quam Aurum esse in pretio: Nam cum propter senectutem vicinus esset morti, ex eo confecit Aurum potabile, quod illum reuiuificauit: Nam sic simul possunt circulari, hoc est illud oleum & vegetabile menstruum, & sic arte & labore exuberari & fieri per artem lapidis cælestis, tam igneæ naturæ, vt inde illum vocemus nostrum Basiliscum, magnumque magni Elixir pretij: Qui quemadmodum *Ripleus.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1290 sur 1557

visus Basiliſci ſuum obiectum necat, ſic occidit iſte Mercurium crudum, quando ſuper ipſum proijcitur in nictu oculi ita, vt citiſſime ille Mercurius tingat, ſtabili Tinctura omnia corpora in Solem & Lunam perfecte.

In Porta 1. ait: Omnis ſpiritus figitur cum calcibus ſui generis; hoc bene animaduerſo fructum referes: Poſtea adijcit: ſi tu itaq; ſtudes conficere Solem & Lunam arte Philoſophica, ad id nec oua, nec ſanguinem accipias, ſed Solem ac Lunam, quæ naturaliter & prudenter calcinata, & non manualiter, nouam generationem foras producunt, augentia ſuum genus & omnes res naturales. In porta 2. Nihil hic eſt præter ſororem & fratrem, hoc eſt, ſi interpreteris, agens & patiens, Sulphur & Mercurium, coeſſentialia noſtro propoſito; Inter hæc in duo qualitate contraria generatur medium maxime admirandum, quod eſt noſter Mercurius & menſtruum vnctuoſum, noſtrum ſecretum Sulphur, operans inuiſibiliter, violentius igne exurens corpora, quouſque in aquam diſſoluantur mineralem, id quod noctem propter tenebras & ſeptentrionem vocamus. Et Mox. Animaduerte, vt glacies in aquam reſoluitur, & recte quidem: Nam aqua erat prius: Eodem modo rurſus noſtra terra in aquam reducitur, & aqua per hanc congelatur in perpetuum. Et deinde: Nam ſcriptura teſtatur, quod cum terra turbabitur, in maris profundum conijcientur montes: ſic quoque noſtra corpora tandem in aquam conuertentur: Corpora enim noſtra quæ à Planetis nomen ſumpſerunt, comparantur non inepte montibus: In profundum itaque Mercurij hæc proijce ne damnum incurras: Tum pulchrum videbis ſpectaculum: totum enim conuertetur in puluerem impalpabilem, quemadmodum coagulum noſtrum naturaliter lac coagulat.

CONSILIVM TRIGESIMVM OCTAVVM ET THEORIA de Lapide Philoſophorum.

Rythmi Thomæ Nortoni, Briſtouienſis.

ISTam ad ſcientiam multi ſunt vocati,
Nobiles & pauperes, inſcij, literati,
Qui nolunt labores, neque tempus pati.
Ideo non perficient, quia ſunt ingrati.

Liber

Liber Artis filios docet iſte ſatis,
Quibus hæc percipere Deus dedit gratis,
Verſiculis propheticis quatuor hic credatis,
Omnia dat gratis Diuinæ fons pietatis.

Hæc nobis ſcientia eſt tantum illis data,
Qui diligunt iuſtitiam mente cum beata,
Doloſis & raptoribus ſed eſt denegata,
Propter peccata tardantur munera grata.

Sæpe Reges Angliæ decoraſſet hæc res,
Firma ſi in Domino fuiſſet eorum ſpes,
Ille ſed qui capiet per hanc rem honores.
Antiquos mores mutabit in meliores.

Iſte cumque venerit, regnum reformabit.
Virtutibus & moribus & exemplum dabit,
Sempiternum Regibus, plebs tunc iubilabit,
Et mutuo ſe diligens Laudes Deo dabit.

O Rex hæc facturus, Deum Regem ora,
Et eius Auxilium pro re hac implora,
Tunc regi iuſto fulgenti mente decora,
Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur hora.

Rythmi ex Roſario Philoſophorum.

HIc nata eſt imperatrix ditiſſima:
Quæ Magiſtris vocatur ſua filia,
Augetur, donaturque multis liberis,
Qui immortales ſunt, purique à maculis:
Regina hæc mortis tenetur odio
Et paupertatis eſt fugax Auxilio:
Auro, nec non Argento præſtat & gemmis,
Et omnibus, quæ proſtant, Medicinis:
Nihil ei confertur in Terræ ſolo,
Hinc gratias referimus cæli Deo:
Ego Nundata fæmina (heu) cogor vi,
Infelix erit corpus priſtinum mihi.

Non

Non ante mater ipſamet comparaui,
Quam ſecundò in lucem edita fui:
Tunc vires cæpi omnibus pares herbis,
Et medicata ſum feliciter morbis:
Filium ſpectans meum deſiderio,
In vno loco congreſſa cum illo.
Poſtquam ingrauidata ex eo fui,
Et partum in fœcundo cliuo edidi,
Virgo manens, vt prius facta ſum mater,
In actionibus meis hinc ridear,
Quod filius patrem meis ſe præſtitit,
Hoc ipſe Deus prouide ordinauit:
Mater quæ vtero fuit me enixa,
Mundanam in lucem per me eſt edita:
Vnum notandum, naturaliter iunctum
A montibus perfecte manet abditum:
Ex quo quaterna copulantur in vno
In lapidis completo Magiſterio;
Et ſena conſiderata tripliciter,
Reducta in vnum Eſſentialiter.
Si quis hæc mente perſcrutabitur ſua,
Huic eſt à Deo conceſſa potentia,
Cunctorum morbos qua propulſet generum
In metallorum ſorte atque hominum:
Id abſque Dei nutu nemo peraget,
Et non niſi qui ſeſe bene agnoſcet:
Ex terra mea oritur fonticulus,
Vnde propagatur rurſum duplex riuus.
Quorum vnus decurrit ad Orientem,
Alter fluxu properat ad Occidentem.
Hinc aquilæ binæ miſſæ cremant pennas,
Et protinus ſic nudæ cadunt in terras:
Poſt hæc plumis vice donantur alteræ.
Illi obediunt terræ Sol & Luna.

CON-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1293 sur 1557

CONSILIVM TRIGESIMVM NONVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

LApis noster est confectio ipsius Magisterij & assimilatur in ordine creationi hominis: (verba Morienis) Nam primum est coitus, secundum conceptio, tertium prægnatio, quartum ortus, quintum sequitur nutrimentum: O chariſſime, hæc verba Morienis intellige, & non errabis in veritate: Aperi ergo oculos tuos & vide, quod Sperma Philosophorum est aqua viua: Terra autem est corpus imperfectum, quæ terra merito dicitur Mater, quia est Mater omnium Elementorum. Ideo quando sperma coniungitur cum terra corporis imperfecti, tunc coitus appellatur; Tunc enim terra corporis dissoluitur in aquam spermatis, & fit aqua sine diuisione vna. Et mox. Secundum est conceptio, cum terra in nigrum soluitur puluerem, & incipit aliquantulum de Mercurio secum retinere: Tunc enim agit Masculus in fœminam, id est Azoth in terram: Ideo dicit Arisleus: Masculi ad inuicem non gignunt, nec mulieres concipiunt: Generatio enim est ex maribus & fœminis & maxime & composito: Maribus namque ducentibus fœminas natura gaudet & fit generatio vera: Natura autem alienæ naturæ ineptæ coniuncta, nullam veritatem gignit spermatis: Ibidem: Conceptio & desponsatio fit in putredine in fundo vasis & generatio genitorum fiet in aere, scilicet in capite vasis, id est, Alembici: Rosinus ad Sarratantam (aut potius Arnoldus:) Et dicit Morienus, quod scientia nostri magisterij assimilatur ordini creationis hominis. Nam primo ibi est coitus. Secundo conceptus. Tertio prægnatio. Quarto ortus. Quinto nutricatio: Hoc vnum faciam te intelligere: quoniam sperma nostrum est Argentum viuum, cum terra coniungitur corpori imperfecto, quæ terra nostra dicitur: Quia terra est mater omnium Elementorum, quem coitum appellant, dum terra incipit aliquantulum retinere de Arsenico secum, tunc dicitur conceptio, cum Masculus agit in fœminam: Et hoc est, quod Philosophi dixerunt: Quoniam Magisterium nostrum non est nisi masculus & fœmina ac ipsorum coniunctio, adueniente aqua, id est Arsenicum in terra crescit multum & augmentatur & euenit, quando terra est dealbata, tunc prægnatio appellatur: quia iam est

Rosarius Philosophorum.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1294 sur 1557

prægnans: Deinde fermentum iungitur cum corpore imperfecto præparato, vt dictum est, quousque fiant vnum corpore, specie & aspectu, & tunc dicitur ortus; quia tunc natus est Lapis noster, qui vocatus est Rex à Philosophis; vt in turba dicitur: Honorate Regem nostrum ad igne venientem, Diademate coronatum, & educate vsque ad perfectam ætatem, cuius pater est Sol, Mater verò Luna, pro corpore imperfecto: Solem verò pro corpore perfecto; Et sequitur nutrimentum, vt magis augmentetur, quanto plus nutrietur in lacte suo & spermate, ex quo fiunt abunde: Imbibetur verò arsenico sæpe ac sæpius vtque bibat duas partes, & hoc sufficiat. Morienus sic habet: Prima eorum (partium dispositionis) est coitus, secunda est cõceptio: Tertia prægnatio: Quarta ortus; Quinta Nutrimentum: si non fuerit igitur coitus, non erit conceptio; Et si non fuerit conceptio, non erit prægnatio: Et si non fuerit prægnatio, ortus vllo modo non sequetur: Hæc est enim huius dispositionis directio, quæ scilicet hominis creationi assimilatur.

CONSILIVM QVADRAGESIMVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

Colloquiũ Nordoni de tribus Alchymistis.

TOnsilus, inquit, chymista, ignibus vsus fuerat sexaginta annos ad complendum suum desiderium: Bryanus alter fuit, vt & Houltonus in occidentali parte qui semper his laboribus præoccupabantur: At nobilem hanc scientiam inuenire non valuerunt; Nam neque materiam neque radicem artis nouerant: Hinc varia miscentes, quo magis artem quærerent, eò magis res & ætatem consumpserunt: Multum sumptus, damni & curæ intercurrit ipsorum receptis, quam operati sunt: Tum Tonsilus ad me conquerens & collachrymans venit, dicens. Se mente grauatum, quia optimam iuuentutis partem impenderat in falsos processus herbarum, gummatum, radicum & graminum, qui varijs modis ab eo probati essent, vt sunt Coronopus, Selandina, & Mezerium, semper viuum, Lunaria & Mortagon, capilli, oua, stercora & vrinæ; Antimonium, arsenicum, mel, cera & vinum, calx viua, sandiues & vitriolum, marchasita, tutia & quæcunq; mineralia: Amalgamata, albificationes, citrinationes, at omnia in nihilum redigebantur in operationibus: Nam non considerabat, quid ageret, ac in

in proportiones non intendebat. Post hæc singula, nil prætulit humano sanguini: Ad quem dixi, quod sanguis in igne vehementi facile consumeretur & in fumũ abiret: Tum per amorẽ Christi, inquit, doce me, quæ sit nostri lapidis substantia: Tonsile, respondi, quid tibi conferret in tanta ætate, ideoq; cessa à tuo proposito & ad preces te compone, tempore sic flagitante. Si enim scires materialia nostri lapidis, antequam conficeres, morte præoccupareris: Ne cures hoc, inquit, optime magister, satis mihi foret solatij, cognoscere saltem veram materiam illius lapidis à me tam diu quæsiti: Tonsile, respondi, non est res parui momenti, quam scire desideras: Nam multi authores ea de re scribunt, at nullus clare mentionem facit. Qui enim tractarunt de hac arte, orarunt Deum (teste Democrito) vt subito ex hoc mundo transferret eum qui hac de re libros edere, constitueret: Nam singuli verebantur, ne de hac scientia nimium patefacerent: Ex ijs quilibet saltem vnum aut duo exposuit puncta, vnde posset agnosci à cæteris, se esse ipsorum socium. Vnus enim alium facile intelligit: Hinc scribebant non vt instruerent omnes, at vt se patefacerent ex secreto sermone. Ne igitur confidas lectioni vnius libri, at oportet te ad plurimorum opera respicere; Liber librum aperit, inquit Arnoldus vir doctissimus. Idem Anaxagoras extiterit, in præparandis rebus promptus esse non poterit: verum, Tonsile, non vt eleemosinam hanc rem manifestare possum, (quod nunquam factum est) at pro tui recreatione in modum dialogi, si modo prudenter interrogare posses: optime magister, inquit ille, ergo me veraciter instruas, an materia nostra sit Sol & Mercurius; aut Sol & Luna; aut an omnia hæc tria mihi sint sumenda; An vero Sol sit solus aut Mercurius; Num Sulfur vna cum ijs sit materia lapidis? An vero Sal armoniacum, aliudue minerale sit, ad producendum lapidem: Variæ, inquam, Tonsile hic sunt quæstiones sapienter & astute productæ; verum nondum nominasti rem nisi in genere: Nam quædam ex his tibi sunt vsurpanda, quædam ex alijs, ad ministrandum huic arti: Multæ res sunt, quæ adiuuent lapidem, at duæ saltem materiæ & nihilominus lapis est res vna; Inter quas hæc est affinitas, quæ inter filium & matrem cernitur: Alia quoque propinquitas est in his nempe qualis inter matrem & fœminam: Hæc duo genera, omne, cuius indiges, præstabunt; vti etiam pro albo opere, si sapis, inseruiet: vnum ex his lapidem experieris, quia ignem

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1296 sur 1557

sustineat, instar lapidum. At non est lapis in tactu ac visu, verum terra subtilis, purpurea, rubea & non perspicua; & quando est separata & præparata nominamus eam Lithargyrium: Primo est purpurea, rubra & aliquantulum alba, tumque vocata est nostra marcasita: vna vncia præualet quinquaginta libris starlin, nec in Christiano orbe vendibilis prostat. Qui vero id habere velit, vt conficiat, necessum est: at in hoc opere hæc gratia occurrit, vt si semel benefacias, non opus habeas reiterare: antiqui appellarunt rem vilis precij; nullius enim valoris est in venditione: quicunque inuenict, vix attollet, vtpote indignam operæ precio: Homines persuaderi nolunt, quod sit magni precij; inde nemo agnosci, nisi qui præ reliquis sapit: Hic aperui maximum secretum, à nemine hactenus reuelatum: at hæc alium lapidem, Tonsile, requiris, nisi velis perdere præcipuum materiale; qui est splendidus valde & pulcher, lapis in emptione, & lapis in visione, lapis perspicuus, perlucens & miræ Diaphaneitatis; pretium vnciæ vnius est communiter 20. solidorum aut paulo minus: cuius nomẽ est magnesia, quam pauci ex vulgo agnoscunt: inuenitur in imis summisq; locis. Plato eius proprietatem non ignorans, proprio eum vocat nomine, quod recensetur esse Dytanos inter regulas, vbi dicitur quod sit expositum nil nisi quid ignotum per magis ignotius &c.

CONSILIVM QVADRAGESIMVM PRIMVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

Nortonus quomodo ab alio Artifice traditam hanc artem acceperit.

POst omnia hęc quodam die magistrum meum audiui dicere, quod multi patientes & docti album reperirent lapidem multis laboribus & exercitijs; At perpauci, dicebat, & vix vnus in 15. regnis, habet rubeum Lapidem: Et his dictis in me coniecit oculos, constanterque respexit, quem anxium ideo animaduertit: Dixi ei, Hei mihi, quid agam? Supra omnes res amo scientiam, & rubeam Medicinam, vitæ meæ præseruatiuum optimum: Ruber, inquam, Lapis pretiosior mihi videtur, quam totius mundi Aurum: Ad hæc respondit, me esse nimis ætate iuuenem, corpore decentem & ad excessum prono; vix 28 annorum, quales Philosophos non habere compares. Hæc responsio mœroris plena mihi ab eo data est, priusquam prouectior ætate fueris, aiebat, esse hoc non poterit: Heu, respondi, optime Magister, quamuis

quamuis sim corpore talis, proba me & inuenies sat æratis in mente mea: inde silens substitit longo tempore, quo miris modis me tentauit astu Philosophico: Quod longius esset narrare, &c. At in 2. Cap. At qui, inquit eius nodi magistrum reperiet, qualis meus fuit, ille ne dubitet de aliquo: qui vere erat Nobilis & laude dignissimus, secretus, cum alij vocales, nolens agnosci, quod de hac quicquam sciret; cum alij disputarent de colore rosæ, nihil ipse addidit, taciturnus omninò remanens: Huic ego diu me adiunxi, vt aucuparer eius gratiam: Verum ille seuerior mihi visus est, vt omnibus modis me probaret; quo inuestigaret & dignosceret meam dispositionem conditionemque animi: Et postquam fidelitatem meam experiretur cum magna mea in ipsum fiducia, tandem amorem eius in me ex diuina gratia obtinui: Quo circo cogitauit post certo tempore, non diutius mihi expectandum fore: Variæ meæ literæ, & affectus tristiores eius permouerunt animum, Unde arrepto calamo in hunc, qui sequitur, ad me rescripsit modum: Fidelissime & amantissime mi Frater, pro responso habeas, quod præter te alius esse non poterit: Tempus adest, quo hanc recipias à me gratiam, pro solatio mentis tuæ: Tua persona magna cum confidentia, tua virtus probata, cum sapientia, tua veritas amor & perseuerantia, tuus constans animus desiderio suo fruetur: ideoque necessum est, quod intra paucos dies conueniamus simul, quod si scribere deberem, promissam fidem refringerem, oretenus igitur colloquamur, cumque veneris hæredem artis te faciam, & ex hac terra discedam: Tu eris & Frater mihi & Hæres huius tam magni secreti, de quo etiam docti desperant: Hinc Deo des gratiam, qui magnalia hæc donat, quæ meliora sunt aliquot Diadematibus: proxime post sanctos suos Deus hoc collocat, qui hanc sunt artem ad eius honorē adepti: Nil amplius nunc, sed cito ad me equo transcurras: His acceptis literis, properaui, quantum potui ad Magistrum meum per centum milliaria & eò amplius; Apud quem 40. diebus continue didici omnia secreta Alchymiæ, quamuis à me Philosophia adeo ante cognita fuerat, quam ab alio quocunque huius regni: Nihilominus fatui, qui hanc inquirunt artem, putant quod 40. diebus opus absolui poterit: magna autem differentia est inter doctrinam 40. dierum & operationem 40. dierum: Tum obscura dubia mihi apparuerunt clara, vbi vidi naturæ vincula difligata: Causæ huius admirabilis operis adeò pulchræ visæ mihi sunt, & rei conuenientes, vt de eo desperare non potuerim.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1298 sur 1557

CONSILIVM QVADRAGESIMVM SECVNDVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

EST autem materia lapidis aqua grossa: Agens autem est calor aut frigus congelans illam aquam. Idem: & credas pretiosiores esse lapides, qui procedunt ab animalibus, quam alij. Et Ludus; Beatus Thomas de Aquino, de forma Elementorum, in eodem corpore coniunctorum ita dicit: Vidi & feci per artificium natura cooperante: Nam accepi quoddam Sulphur, quod erat naturæ igneæ, & transmutaui ipsum in aquam puram, quam per artem iterum transmutaui in aerem & in aquam, & cum volui transmutare in terram, vt terra purior fieret, inveni quendam lapidem rubeum, clarissimum, Diaphanum, & Lucidum, & in eo conspexi omnes formas Elementorum, & etiam eorum contrarietates in illa materia lapidis, nescio qua ex virtute, nisi ex appetitu: Ex rubedine enim respexi formam ignis, ex Diaphanitate formam aeris & ex luciditate formam aquæ.

Rosar. Philosoph. Thomas de Aquino.

In Lib. Aristot. Meteor. 3. ad finem; Metallorum, inquit, propinqua materia sunt Sulphur & Argentum viuum, sicut Alchymistæ dicunt, ita quod in locis lapidosis terræ per virtutem mineralem generatur Sulphur & Argentum viuum; Deinde ex ipsis generantur diuersa metalla, secundum diuersam commixtionem eorum: Unde etiam ipsi Alchymistæ per veram artem Alchymiæ, sed tamen difficilem propter occultas operationes virtutis cælestis, quæ minerales dicitur, quæ ex eo, quod sunt occultæ, à nobis imitari possunt per prædicta principia, vel per principiata ab ipsis, faciunt aliquando veram generationem metallorum.

Thomas Aquinas ait: Ex Sulphure & Argento viuo, vt natura, sic ars producit metalla.

Fermentum (Brumazar) quod est medium coniungens si ponitur in principio, vel in medio, opus perficitur citius, nec indiget reiteratione, & sciendum ex perfecto nil fit, quia iam perfectum est, prout ista materia seu artificium perficit: Habemus Exemplum: Panis Fermentatus & coctus est perfectus in suo statu vel esse, & ad suum vltimum finem peruenit, nec eo plus poteris fermentare: sic est in auro, Aurum purum deductum est per Examen ignis in corpus firmũ & fixum, & eo amplius fermentare est impossibile apud Philosophos, nisi

Rosarius & Petrus de Zalento.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1299 sur 1557

niſi habeatur prima materia metallorum, in qua reſoluatur in primam materiam & in Elementa miſcibilia: Recipiamus ergo illam materiam, vnde erit aurum, & mediante artifice deducitur in verum fermentum Philoſophorum, & mutetur hoc cum ingenio in materiam perfectam, vel in ſpeciem corporum perfectorum, & tunc demum incipiamus operationem.

Quicunque ignorat pondera, non laboret in noſtris libris, quia Philoſophi nil ſuarum rerum poſuerunt, nec aliud occultauerunt, niſi hæc: Aqua eſt, pondera ſapientum, ideo aqua & ignis tibi ſufficiunt ad totum opus: Aqua noſtra fortior eſt igne, quia facit de corpore Auri merum ſpiritum, quod ignis facere non poteſt: Et ignis reſpectu eius eſt, tanquam aqua reſpectu ignis vulgaris: ideo dicunt Philoſophi: Comburite æs noſtrum igne fortiſſimo. Aqua Philoſophorum vocatur vas Hermetis, de qua Philoſophi ſic ſcripſerunt: In aqua noſtra fiunt omnes modi, ſcilicet ſublimatio, deſtillatio, ſolutio, calcinatio, fixio: in dicta Aqua fiunt, tanquam in vaſe artificiali, quod eſt maximum ſecretum. *Roſarius ex Rhaſi.*

Tunc mentis diuinæ homines oracula cæca
Voluentes animo ancipiti, vix tempore longo
Experti multa, & non paruis ſumptibus illam
Inuenere artem, qua non ars dignior vlla eſt,
Fingendi Lapidem Ætherium, quem ſcire profanis
Haud quaquam licet, & fruſtra plebs improba quærit:
Quem qui habet, ille poteſt, vbi vult, habitare decenter,
Nec fortunæ iram metuit, nec brachia furum:
Sed paucos tanto dignantur munere diui.

Verſus Palingenij ſuper Lapidē Philoſophorum.

Et Paulo poſt:

Arcadium hunc iuuenem, infidum, nimiumque fugacem,
Prendite & immerſum ſtygis occide Lymphis, &c.

CON-

CONSILIVM QVADRAGESIMVM TERTIVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

Documentum Lullij qua ratione radicem artis ab Arnoldo expiscatus sit.

VErum dabimus Exemplum, quod nobis aduenit: Fili, credere non potuimus ab aliquo artem Alchymiæ, quin totum non esset factum per Sophisticationem & non virtutem proprietatis, quæ data est materiæ; Vide nos reprobauimus vnum (id est Arnoldum) inter alios, qui ibat per mundum, multis rationibus per oppositionem; sed qui cito sensit, quia nostræ rationes non tangebant factum propriæ radicis, quam natura requirit, citò apposuit; qui cum essemus extra res, quæ sunt infra latitudinem dictæ naturæ, vt perquirent tantum per vnam guttam aquæ extrahere scirent ad extinguendum sitim, quæ ita fortiter non cessabat: sed illud quod nobis dixit, credens, quia faciemus ad extrahendum, quod suum erat, quia nos non faciebamus nisi ad expiandum veritatem facti: Quare contra suum dictum minus aut cum toto posse suo, cum rationibus & causis, quæ sunt à natura non tibi monstrare: Tunc ipse incipit intrare in partem dictæ naturæ, allegans rationes, quæ tangebant profunde, aut circulos perfectiuos, qui sunt in termino & in latitudine dictæ partis; Unde vos tam citò accepimus arma pro opponendo contra eum, quando vidimus claritatem sui facti, quam nos transformamus per humanas rationes in tenebrositate tantum. Quia ipse nescit quid dicere de sua clara scientia, quousque per experientiam nobis percludit rostrum sine aliquo verbo per contra scientiam, quæ clara meretur cum sua proprietate, melius Aurum fecit de plumbo, quam exeat de minera in sua tota virtute, prout & post probauimus in deserto montis Coreti quod durat bene per 7. Leucas. Quapropter si velis intendere proprietatem scientiæ sine aliqua Sophisticatione, intellige sua instrumenta, per quæ reformantur, nec vnde exire, quoniam ab vna formatur alia: Hæc Lullij sunt verba: Qui postquam ab Arnoldo artem transmutandi cognouisset, Mediolanum se contulit, vbi in societate trium aliorum, vixit per tres integros annos destillando varia experimenta ad artē spectantia,

tia, tractando, vti ille ipſe lib. Mercuriorum c. 40. fatetur, & facit mentionem cuiuſdam ſocij, quem reperit eundo per mundum, qui, *inquit*, quidem ſocius multa magna mirabilia nobis notificauit, ſed poſtea in ſua arte ei obuiatum, vt magis ſciamus & ſenſualitate, quam nobis recognouerit aut per artem intellexerit, vnde ipſum poſtea reformauimus in alijs rebus multis per reinfluentiæ ſenſum & magnarum virtutum vſque ad hoc, quod de experimentis fuerimus ſaturati, & quod lapidem virtuoſum affinauimus, & per triennium ſimul fuimus in fidelitate magna, vnde Mediolani anno 3. completo, ſcilicet, anno 1333. fuit opus adimpletum, de quo noſtrûm trium artem cognoſcentium quilibet partem ſuam accepit, & vaſa quarto remanſerunt, qui in ſuo igne manſit, prout ante regenerans; Quare multi per mundum vadunt, ſcientes multas bonas, placentes, ſi obuies eis, vide ſi poteris ab eis aliquid vtilitatis percipere, & fac eis bonum vultum, meliorem quam regi, dando eis de tuo ſecundum bonam rationem, & habeas ſuper ipſis quandam ſollicitationem, per quam poſſis aliquam rem trahere cum parua practica: & hoc tibi pro noſtro teſtamento ſufficiat; cuilibet tamen dicimus, quod caueat practicam oſtendere: Nam ſi in ſua oſtenſione deficiat, in ſuo delicto fatue ſe recipiet: ſed tu, qui non habes, teneris verbo petere: ſi eam tibi dare velit, & ideo caueat, quid faciat: quia ſi nimis ipſam publicet, mala morietur morte; quia à Deo donanda eſt, qui naturam creauit & non ab altero: Ideo gratanter natura accipit omne illud quod placet Deo; & ideo, ſi quodammodo Deus tibi conferat, dilige ipſam & tene ſecretam, quod mundus nihil inde ſciat, ſicut viuaciter ſcriptura te monet, quod alteri non debet oſtendi opus, quod curſu naturæ poteſt fieri: Vult tantum eſſe ſecretum, quod niſi illud ſecretes, ipſum te confundet: & ſi tibi non detur, propter hoc non male tractes illum, à quo petis eam; quia ſuum debitum facit, cum aſpicit ſuæ defenſionis finem. Poſtquam itaque hiſce laborib⁹ vna cum ſocijs ſe per triennium fere maceraſſet, videns quod adhuc in quibuſdam artis ſecretis imperfectus, rudis & imperit⁹ eſſet, (ſola enim diſputatione & Aſtuta ſua circumuentione qua vſus erga Arnoldum, artem reſcire non potuit) hinc Mediolano ſe contulit, ad Arnoldum, tum in Hiſpania agentem ab eoque ſummis precibus obtinuit, vti modum, quo ad nigredinem materia perueniret, ipſi declarit, quod binis in locis Codicilli cum honorifica Arnoldi mentione

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1302 sur 1557

atteſtatur: Veluti patet ex eiuſmet verbis: ſic enim Cod. cap. quid ſit informare; & nos, inquit, de illa prima nigredine à paucis cognita benignum ſpiritum aggregare affectantes, pugnam ignis vincentem (& non ſuperatum) licet ſenſibus multoties corporis palpauimus, & oculis proprijs vidimus; extractionis tamen ipſius notitiam non habentes quacunque ſcientiarum vel arte, ſentientes nos adhuc aliqua ruſticitate ſuffultos, nullo modo eam plene comprehendere valuimus, donec alius ſpiritus prophetiæ, ſpirans à Patre Luminum, deſcendit, tanquam ſuos nullatenus deſerens, aut in ſibi poſtulantis deficiens, qui nobis in ſummis vigilantibus tantam claritatem oculis mentis noſtræ infulſit vt illum intus & extra remota figura, gratis reuelare dignatus eſt inſatiabili bonitate nos reficiendo demonſtrans, vt ad eam implendam diſponeremus corpus ad vnam naturalem decoctionem ſecretã, quam penitus ordine retrogrado cum pungenti lancea tota eius natura protinus in meram nigredinẽ viſibiliter ſit diſſoluta, cuius modum expreſſe tradim⁹ in præſenti volumine per excerpta, vt de more ſuſcepimus antiquorum, cum cælare fuerimus coacti loca in quibus ea poſuimus. Nos ſacra pandimus illis, qui Dei ſecreta decenter ſeruandi honorant, cum ſolius Dei ſit reuelare ea homo Diuinæ Maieſtati ſubtrahere nititur, cum talia ſoli Deo pertinentia vulgat ſpiritu prolationis humanæ aut literarum ſerie. Propterea operationem illam habere non poteris quouſque ſpirituali prius fueris diuinitatis meritis comprobatus. Et mox. Quia hoc ſecretum à nemine mortali reuelandum eſt, præterquam ab Almo ſpiritu, qui vbi vult, ſpirat, inſpiretur. Idem eodem libro, c. 63. teſtatur, ſe lethaliter vulneratũ ignorantia circulorum, & nominatim Arnoldum exprimit, quod ab ipſo edoctus fuerit, his verbis: Ex quo eleganter dixerunt Philoſophi, quod opus magnũ non eſt niſi ſolutio, & congelatio: Sed iſta fiunt per viam circulorum, ignorantia quorum plures magnates in literatura fuerunt decepti in Magiſterio, credentes notabiliter cum confidentia eorum ſcientiæ, formam intelligere dictorum, & circulandi modum, ex quibus nos fore vnum lethaliter vulneratũ, non cælare intendimus, cum ſola præſumptione & temeritate ſcientiæ alterius naturam firmiter intelligere credebamus, idem vllo modo nec intellexeram⁹, donec temp⁹ adfuit, in quo ſpiritus non immediate, ſed mediate per M. Arnoldum de Villanoua qui immediate ſua largitate immenſa reficienter inſpirauit, in nobis:

nobis: Etenim multifarie multisq; modis, rotarum circulationib⁹, circulauimus, resumendo vegetatiuum exemplar, cuius opus nusquam absolute patuit minerale, donec proprijs gubernatoribus nouiter pullulauit, quibus natura vera constringitur sub conseruatione & successiua confortatione virtutum illius in Magisterio: Circa quod loqui pro nunc astrictus vinculis tibi non audeo eum lingua propria, vt solebam fauorabiliter in hoc passu, quanquam reuelandi licentiam acceptauerimus dono constrict⁹ solito videlicet alienatę linguę. Meminit quoq; Lullius suæ sodalitatis, in Testamento nouissimo in hunc modum. Sicut inquit, vidimus per opus cuiusdam socij, quem inuenimus eundo per mundū, qui notificauit multa pulchra, miranda, sed post fuit contrariatus in sua arte, cum nos plus sciuimus per sensualitatem, quam ipse non cognouit, nec per artem intellexit: Unde post ipsum in formauimus in multis alijs reb⁹ cum specie influentiæ & magnarum virtutum, quousque desuper fuimus sociati in lapide virtuoso affinando fuimus tribus annis simul in magna legalitate: Unde in Milano fuit totum annum in perficiendo, Anno 1330. fuit opus expletum: Unde quibus postmodum recessit à tribus notis ars & vasa manserunt quarto qui manet in suo regno regenerando sicut prius. Et si Deus tibi dedit aliquo modo, teneas secrete, quod mundus nihil sciat. De operis perfectione tradit ille Lullius in vltimo experimento circa finem, qua ratione sodales ab inuicem discesserint; cum inquit: Ego & alij socij mei prostrati in terram aliquantisper mente subleuati Deum orauim⁹, mox erecti hilari voce psallentes decantare cepimus, Te Deus Laudamus, gratias agentes Deo Opt. Max. quod hoc munere amplissimo donarit nos &c. Vos autem fratres, (post inquit) filij alij ac socij charissimi, qui mecum tot labores passi estis per hæc experimenta, quæ simul mecum operati estis, Deum vbiq; toto corde habeatis, eiusq; nomen ineffabile vbiq; prędicetis, ꝙ hæc Arcana naturæ mysteria nobis patefecerit: Congruum iam esset, vt corpore separati, animo tamen vbique sitis coniuncti, atque huius naturæ mysterij veritate perspecta, domum quisque suam reuertamini, singulorum experimentorum quisque copiam, prout operati sumus & annotauimus, referentes; vni tamen nostrum, qui domi suæ nos alit, æquum existimo vt vltra suam Medicinæ partem, & experimentorum copiam, vasa quoque & cætera huius artis instrumenta remaneant: Nos

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1304 sur 1557

autem reliqui in virtute ſanctæ Trinitatis & eius nominis hinc recedentes ſingulis iuramento ſocietatis obſtricti, hoc animo inter nos ſimus, vt nemini quicquam ſocietatem patefaciamus, nec prædictam experimentorum copiam cuiquam faciamus, quod quidem iuramentum pro ſe quiſque ſuadeat integrum, ſanctum & intemeratum ſeruare: Atque hoc quidem ſupremum & vltimum experimentum cuique veſtrum pro cæteris experimentis commendo, vt Angelus Domini veſtras mentes dirigat ad celandum naturæ ſecreta, & tam mirabile Arcanū: Illud præcipue dedicantes ſeruitio ſanctæ Eccleſiæ, & ad vtilitates pauperum: Illud etiam præcipue cauentes, ne Diabolus vos ſeducat à recto promiſſionis veſtræ tramite: Circuit enim vos, tanquam Leo rugiens, ac proinde eſtote prudentes, ſicut ſerpentes ne tentator iſte per devia abſtrahat: ſic enim fiet, vt Ieſus Chriſtus, vnigenitus Dei filius ſemper nos ſeruet ac tueatur, in cuius nomine præſens opuſculum optato fine claudatur, Ann. 1330. Deo Opt. Max. ſemper honor & gloria.

CONSILIVM QVADRAGESIMVM QVARTVM ET THEORIA de Lapide Philoſophorum.

Roſarius ex Arisleivi-ſione.

COniunge Filium tuum Gabricum dilectiorem tibi in omnibus filijs tuis cum ſua ſorore Beia, quæ eſt puella Fulgida, ſuauis & tenera. Gabricus eſt maſculus & Beia fœmina, quæ ipſi dat omne, quod ex ipſa eſt. Et mox. Coniunge ergo ſeruum noſtrum ſorori ſuæ odoriferæ, & inter ſe filium gignent, qui non aſſimilabitur parentibus, & quamuis Gabricus ſit charior Beia, tamen non fit generatio ſine Gabrico: Gabrici enim cum Beia concubitum protinus mortuum eſt; Nam Beia aſcendit, ſuper Gabricum & includit eum in ſuo vtero, quod nil penitus videri poteſt de eo; tantoque amore amplexata eſt Gabricum, quod ipſum totum in ſui naturam concepit & in partes indiuiſibles diuiſit. Et paulo poſt: Senior: Seruus Rubicundus candidam duxit vxorem & in iſtorum coniunctione vxore grauida remanente, peperit filium, qui in omnibus ſuos genitores ſeruauit, & eſt ſplendidior & lucidior. Hermes quoque matrimonij huius meminit, cum inquit tractatum ſecundo: Hoc, fili, noſcas, quod niſi quis ſciat ducere & prægnantē facere, & generare ſpecies, nil fit, nec aliquid peragitur.

Si

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1305 sur 1557

Si autem hoc fecerit, maximæ dignitatis erit: Eodem modo Maria Hebræa: Matronifica, inquit, gummi cum gummi (albo & Rubeo) vero Matrimonio, & fac illa, ſicut aquam currentem: Item, Fumus complectitur Fumum & herba alba creſcens ſuper monticulis capit vtrumque: De toto vero Arcano ſic ait Maria eſſe in ſcientia vaſis Hermetis; quia illud ſit diuinum, & de ſapientia Domini gentibus occultatum: Et illi, qui illud ignorant, neſciunt regimen veritatis, propter Vaſis Hermetis ignorantiam.

EPITHALAMIUM HONORI NUPTIARUM Matris Beiæ & Filij Gabrici.

IPſa marit ali dum nato fœdere mater
Iungitur, inceſtum ne videatur opus.
Sic etenim natura iubet, ſic alma requirit
Lex Fati, nec ea eſt res male grata Deo:
Semen enim toto ſi ſolum extaret in orbe,
Mandari propriæ fas foret illud humo.
Sic quoq; ſi nullus vir ſit, niſi filius vnus,
Tuaq; mater, & hos præſtat amore frui;
Humana quam ſit poſt abſq; propagine mundus,
Quiq; regat vacuum cum ratione ſolum.
Copula coniugibus felix ea credat, vt inde
Fructu progenies exeat aucta bono:
Ille erit ex vobis qui mox naſcendus amorem
Cunctorum meritis muneribusque trahet.
Ille coronatus rubro Diademate Regis
Incedens varias ſuppeditabit opes.
O felix mater, quæ tanto pignore gaudes,
O felix coniunx coniuge tam ſimili.
Tuque marite nuces ſpargas, tibi nectitur vxor
Nunc Cypriæ vinclis, moribus æqua tuis.
Quæ conſanguinea tibi ſponſa cupidine talem,
Qualis es, ex gremio, tu, ſobolem pariet.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1306 sur 1557

EPICEDION GABRICI POST CELEBRATAS nuptias, mortui.

ERgo sic moreris, quo possis viuere, vitæ
Introitus, non mors ille vocandus erit.
Quæ vitæ tibi causa fuit, fuit ipsaq; mortis,
At mors nil inde iuris habere potest.
Nil damni poteris letho, tibi commoda præstat,
Alterius vitæ queis fruerere nouæ.
Tres sunt, qui possunt tibi funeris esse videri.
Causa, Typhon, mater, Mulciberisq; focus.
Ille tui cunctos dispergit corporis artus,
Sit licet fratris, mater & vna, vice.
Mater at in sontem se præbet, Lemnius vrgens
Interitum properat feruidus igne tuum.
Si modo contingat rediuiuo visere lucem,
Morte abeunte tibi vita perennis erit.
Tunc omne læto ducent noua gaudia vultu,
Qui norunt causam, quæ data mortis erat.
Spes animum firmat quod multos edere fructus
Post tenebras diri funeris ipse queas.
Saturnus, lethi qui dicitur esse planeta,
Præscius hinc nigram contulit, ecce, stolam.
Hac toto maneas indutus tempore, donec
Candidus attulerit Iupiter interulam.

GRATULATORIUM HEROI PHILOsophico rediuiuo.

ECce vices gratas iacuit qui morte subactus,
Nunc post liminio superas euasit ad auras,
Et vitæ exuuias iterum repetiuit amicas
Heros Magnanimus, primo qui minus in ortu
Coniugioq; sibi pater est & filius idem
Ille necis victor, victricis primitus, vnde

Nobile

Nobile purpureo produxit Marte trophæum;
Nunc bona ſecura celebremus gaudia mente,
Et manibus reſonos edamus ad æthera plauſus.
Nam Phœnix Arabum rediit iam miſſus ab oris,
Frigidaq; ex medijs ſalijt Salamandra caminis,
Incombuſtibilis quæ dicitur arte, nec vlla
Flammarum (quæ cuncta demant) virtute domari:
En chlamyde Aureola micate minus omnis & auro
Splendidus apparet, Sol qui terreſtris habetur.
Exoptate venus pulcherrime Magna ſophorum
Spes, deſiderio cuius flagrat integer orbis:
Spargemus Veneris tinctos cum ſanguine flores,
Et dabimus calathos amaranthi germine plenos,
Ne tibi deſit Honos ne deſit gloria factis,
Carmina Carminibus cumulabimus altera noſtris,
Perpetuoque tuas laudes cantabimus hymno.

Roſarius Philoſophorum adducit) Salamon (Sap. 7.) hanc ſcientiam pro luce habere propoſuit & omnem pulchritudinem & ſalutem. In comparatione illius lapidis pretioſi non comparauit illum: Quoniam omne Aurum tanquam arena exigua eſt, veluti lutum æſtimabitur argenteum in conſpectu illius: Melior enim eſt acquiſitio eius negotiatione argenti & auri puriſſimi: Fructus illius pretioſior eſt cunctis opibus huius mundi & omnia, quæ in mundo deſiderantur, huic non valent comparari: Longitudo dierum & ſanitas in dextera eius; In ſiniſtra verò eius gloria & diuitiæ infinitæ: Viæ eius operationes pulchræ & laudabiles, non deſpectæ & ſemitæ eius moderatæ & non feſtinæ, ſed cum laboris diuini inſtantia: Lignum vitæ eſt his, qui appræhendunt eam & Lumen indeficiens: Beati, qui tenuerint eam, quia ſcientia Dei nunquam peribit, vt Alphidius teſtatur: qui hanc ſcientiam inuenerit, cibus eius legitimus erit & ſempiternus.

Calid Hebræus Filius Iazichi, inquit ſcias Frater, quod hoc noſtrum magiſterium de lapide ſecreto, & officium honoratum, eſt ſecretũ ſecretorum Dei, quod celauit ſuo populo, nec voluit vlli reuelare niſi illis, qui fideliter tanquam meruerunt, & qui eius bonitatem & magnitudinem cognouerunt: Qui enim ſecretum Dei poſtulat, neceſſe

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1308 sur 1557

necesse est ei hoc secretum Magisterij plus quam aliud: Et cap. 14. Et dixit quidam sapiens: Non est tibi datum à Deo hoc Magisterium solum pro tua audacia, fortitudine, & calliditate, sine anni labore. Nam laborant homines & Deus tribuit Fortunam hominibus: Adora ergo Deum creatorem, qui tibi tantam gratiam suis operibus benedictis voluit exhibere.

CONSILIVM QVADRAGESIMVM QVINTVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

Author Auroræ cap. 16. AVrò communi Philosophicum dicitur simile, vt Philosophus testatur, dicens: Præsentes & præteriti non fecerunt aliquid, nisi ex Auro Aurum, & ex Argento Argentum: Non tamen Aurum illud vel Argentum fuit vulgi: Est autem Philosophicum Aurum, quod non emitur pretio magno, vt Alphidius dicit; Scitote quod hunc lapidem, de quo hoc arcanum agit, Deus non emendum magno pretio posuit; quoniam in via eiectus inuenitur, vt à paupere & diuite haberi possit; vt scilicet ratione & scientia ad eum quisquis possit leuiter peruenire. Et Morienus ait: Omnis res, quæ magno emitur pretio, mendax est, quoniam modico huius gummæ & paulo Auro multum emimus. Et senior dicit. Aurum nostrum non est Aurum vulgi, quia sequitur dealbatio, vt ibi dicitur. Dealbate Aurum, Hoc igitur Aurum non dealbatum fuerit post nigredinem suam, est Tinctura. Et iterum, commiscete Aurum cum Auro, hoc est cinerem cum aqua, vel seminate Aurum in terram albam foliatam, quæ est tertia terra, quæ est Auri, tingit Elixir: Et hæc est Magnesia alba perfecta & non rubea. Inde ex Auro Philosophico non fit Aurum sed Argentum, vt turba Philosophorum testatur, dicens. Scitote quod nisi dealbetis (scilicet Aurum nostrum) non potestis rubeum facere, eò quod duæ naturæ nil aliud sunt, quam album & rubeum. Et paulò post. Ex hoc patet, quod Aurum Philosophicum, non est Aurum vulgi, nec in colore, nec in substantia. Ideo dicitur, quod non lætificat cor hominis & Argentum similiter: sed illud quod extrahitur ex eis, est alba & rubea Tinctura vera, fixa, viua, perseueratiua, coloratiua, perpetuatiua, ingressiua, penetratiua, perfectiua, omnibus metallis permixtiua. Illa hominem lætificat, & cor hominis sanat, vt senior dicit, & reddit hominem

hominem hilarem, & iuuenilem facit, & vigorosè corpus conſeruat. Hæc ille, ſic Roſarius: Aurum purũ, inquit, deductum eſt per Examẽ ignis in corpus firmum & fixum, & cum eo amplius fermentare omnino impoſſibile eſt apud Philoſophos, niſi habeatur prima materia metallorum, in qua reſoluatur Aurum in primam materiam & in Elementa miſcibilia: Recipiamus ergo illam materiam, vnde erit aurum, & mediante artificio deducitur in verum fermentum Philoſophorum. Et mox. Alius Philoſophus: Ex perfecto nil fieri poteſt; quoniam rerum ſpecies perfectæ in ſua natura non mutantur, ſed potius corrumpuntur.

CONSILIVM QVADRAGESIMVM QVINTVM ET THEORIA de Lapide Philoſophorum.

DE Saturno Roſarius: Plato, inquit, primum regimen Saturni eſt putrefacere & Soli imponere: Compoſitio verò fit ex quatuor noctibus: Idem Reuiuificatio, ait, & ratione nutrimenti, ſcilicet ſui humoris perfecti & humiditatis rectificantis reſtauratio expeditione humoris ipſius imperfecti. Et Hermes: Mortuum vult viuificari & ægrotum curari. Sic Aurora cap. vltimo. Dicitur etiam viuificatio, ratione nutrimenti, ſeu ratione humoris metallici. Nam omne, quod nutritur, diminuti ratione nutritur: Et illud quod viuificatur cauſa duorum viuificatur: Philoſophi autem volunt nutrire granum eorum humori connaturale, donec vegetetur & fructum adferat talem, qualem ipſum intrinſecus habet, & volunt viuificare illud, quod mortuum eſt à forma metallica, quouſque præſtat fuſionem metallicam perfectam; Et talem viuificationem ſiue nutrimentum, aliqui Philoſophi vocant ingreſſum: Hermes tract. 3. ait; Venite filij ſapientum & nunc gaudebimus & delectabimur ſimul, quia mors conſumpta eſt, ac filius noſter iam regnat ac noſtro argumento & carne indutus: iam filius noſter genitus rex ſumit Tincturam ab igne: Illum verò mors, mare & tenebræ fugiunt, & ſolis Radios Draco fugit, qui foramina obſeruabat. Filiuſque noſter mortuus viui, & rex ab igne venit ac coniugio gaudebit, & occulta apparebunt, filiuſque noſter iam viuificatus fit igne bellator & tincturis ſupereminens. Hæc de Reuiuificatione; Roſarius: mortificatio, inquit, eſt duritiei à corpore ſeparatio, quia

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1310 sur 1557

anima tunc est mortua, corpus autem viuum rationis caliditatis & siccitatis. Omne enim habens calorem, habet vitam: Et propter hoc calx Alchymica dicitur habere vitam: quia illorum vitam imperfectam Philosophi studuerunt occidere, & vitam perpetuam reddere. De eadem Aurora consurgens, Cap. vltimo; Calid minor: Nos oportet, inquit, sapienter eum occidere, hoc est comburere, quia mors etiam reuelabit: Et Auicenna: Conteramus ipsum post mortificationem sui primam cum eo quo mortificatus de rebus adurentibus, vel peruijs facientibus peruium, & exiccantibus, sicut est Sal, Alumen, Atramentum, calx & aliæ res, quas habet similis ignis: Faciamus ergo illud multoties, donec moriatur & mollificetur. Idem Rosarius: Argentum viuum per se nil valet, cum vero mortificatur cum corpore suo occulto, tunc valet & viuit vita incorruptibili; & hoc corpus est de natura Solis, sicut fermentum totam pastam conuertit in naturam fermenti, non autem è conuerso, quia semper dominatum transfertur ad dominans. Mortificatur autem tunc cum à Saturno stola nigra donatur, qui vtpote tenebrosus color, videtur morientibus approbari &c.

CONSILIVM QVADRAGESIMVM SEXTVM ET THEORIA *de Lapide Philosophorum.*

PTolomæus in Almagesto dicit: Quia Sol non calefacit terram, neque eius virtutem terræ inprimit, nisi mediante Luna, quæ inter alia sydera magis Solis Lumen & caliditatem recipit, tanquam medium inter Solem & terram. Quare vt dicunt Philosophi, duo sunt impedimenta, quod vnum virtutem suam alteri non imprimit, scilicet distantia remota & medium interueniens: Et sic est ibi inter Solem & terram, quia Sol longe à terra distat, & quia ibi Luna mediat; sic quoque in arte nostra Alchimistica Sol Tincturam solam non perficit, nisi mediante Luna, quia remote distat, cum ad ipsam subtilitatem nondum, vt tingat, peruenit, & etiam propter ipsa media, scilicet densitatem & grossitiem: Quare necessario ibi requiritur Luna, vt ipsum Solem subtiliet, rarum & volatilem faciat & eius impuritatem segreget: Cum ipsa magis suo Lumine egeat, & natura alijs Planetis: id est, metallis: Ergo dicit Hermes & Aristoteles de Planetis: Sol pater eius est,

Luna

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1311 sur 1557

Luna mater existit: Ergo Luna mater & ager in quo solare seminari debet semen, & sic non indigemus alio ex quo Lapis noster & Alchymia nostra fiat, quam Solis & Lunæ. Nonnullus Philosophus ex Aristotelis Epistola hæc adducit: Huius artis duo sunt Lapides principales, albus & Rubeus mirabilis naturæ: Albus in occasu Solis incipit apparere super facies aquarum abscondens se vsque ad mediam noctem & postea vergit in profundum: Rubeus vero ex opposito operatur, quia incipit Ascendere super aquas in ortu Solis vsque ad meridiem & postea descendit in profundum. Arnoldus inquit: Quicunq; vult ad hanc artem peruenire, & non est Philosophus, fatuus est: Quia hæc scientia nō est, nisi de occultis Philosophorum. Senior; Ars enim illa in Dei Omnipotentia reseruata, quæ Laicis est inimica. Unde Geber: Non ergo hæc scientia pauperi & egenti conuenit, sed potius est illis inimica. Secundo politicorum dicit Philosophus: Impossibile est indigentem Philosophari.

Iohannes Pontanus inquit; Ego multas perlustraui regiones vt certum quid de Lapide Philosophorum agnoscerem & quasi totum mundum ambiens, deceptores falsos inueni, & non Philosophos: semper tamen studens & multipliciter dubitans veritatem inueni: sed cum materiam agnoscerem ducenties erraui, antequam veram materiam, operationem & practicam inuenissem &c. dicitq; ignem & Mercurium tibi sufficere, item, Azot & ignis artem complent.

Iohannes de Padua, Regem inquit, accipiendum, occidendum & laniandum, eiusque viscera examinanda vna cum excrementis, quæ bene abluenda sint, & iterum componenda, tum illum reuicturum magis iuuenem & fortiorem in omnibus: sed non facile per violentiam, aut vim manifestam eum extingui aut interfici; ideoque in Balneum introducendum, in quo si maneat aliquandiu, in somnum incidere suauissimum, quæ præoccupatus demum superari queat: Membra autem eius in hoc Balneo ita emolliri & contabescere, vt ab inuicem separabilia fiant: Aquarum virtutes mirabiles & innumerabiles existunt: at nulla mirabilior est aqua Balnei huius &c.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1312 sur 1557

CONSILIVM QVADRAGESIMVM SEPTIMVM ET THEORIA de Lapide Philosophorum.

AVicenna inquit: si Aurum & Argentum non viderem, dicerem, quod non est Magisterium; sed quia video, scio Magisterium esse verum: Quæsiuerant, inquit, ab alio Philosopho, quid diceret de Magisterio Lapidis, dixit: per Deum, ego reuelabo vobis & non negabo: Qui accipit, quo debet & miscet, sicut debet, & operatur sicut debet, procedet inde, quod debet procedere: Et qui dat Medicinam illam ægroto sicut debet & quantum debet, exibit quod debet: Nullus enim Philosophus fuit, quia negarit Magisterium, qui esset sapiens: In porta Elementorum duo adfert symbola eaque talia 1. Res, cuius caput est rubeum, oculi nigri & pedes albi, est Magisterium. 2. Emblema est: Aquila volans per aerem, & bufo gradiens per terram est Magisterium: Hoc nostrorum insignium potior pars. Morienus, sapientes, inquit, autem disposuerunt & dixerunt: Quod si hoc quod quæris in sterquilinio inueneris, illud accipe: si verò in sterquilinio non inueneris, tolle manum à Marsupio. Omnis enim res, quæ magno emitur pretio, in huiusmodi artificio mendax & inutilis reperitur: Nam hoc in vijs proijcitur & in sterquilinijs suis calcatur, & multi iam in sterquilinijs foderunt, vt hoc ab ijs extraherent, & in hoc decepti sunt.

Alphidius in Recapitulatione ait: Scito fili, quod istam scientiam habere non potes, quousque mentem tuam Deo purifices, & scias te habere certum animum ac rectum, ac tunc mundo dominari te faciet. Idem ait: scito quod hunc lapidem, de quo hoc Arcanum agit, Deus non posuit magno pretio emendum, quoniam in via eiectus inuenitur, quatenus tam à paupere, quam diuite haberi possit, vt ratione & scientia ad eum quisque possit leuiter peruenire.

***

CON-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1313 sur 1557

CONSILIVM QVADRAGESIMVM OCTAVVM ET *Theoria de Lapide Philosophorum.*

PArabola Senioris: si parentes dilecti mei de vite gustauerint & lacte meo lactati fuerint, & meo albo inebriati fuerint, & in lectulo meo nupserint, generabunt filium Lunæ, qui totam Parentalem suam prævalebit: Etsi dilectus meus de riuulo Rubeæ Petræ potauerit & fontem matris suæ gustauerit, & inde copulatus fuerit, & vino meo rubeo mecum inebriatus fuerit, & in lectu suo mihi amicabiliter concubuerit, & in amore meo sperma suum cellulam meam subintrauerit, concipiam & ero prægnans & tempore meo pariam filium potentissimum, dominantem & regnantem præ cunctis regibus & principibus terræ, coronatum Aurea Corona victoriæ.

Rhasis in sua Epistola, inquit: Exemplum scientiæ nostræ, senex supra montem, in eo sunt natura coniunctæ, cum complemento, terra, aqua, ignis eius & aer: Et omnia hæc in Saturno; cum eo aperiuntur portæ scientiarum, sicut dixit Hermes & præcedentes sui primi. Cum hoc, habebis scientiam, in qua pigritauerunt Arabes. Gumen nostrum coagulat lac nostrum, & lac nostrum dissoluit gumen nostrum, & post apparebit Rubedo Orientalis & Rubedo Sanguinis: Et Mox. Terra nostra vertit æs tuum in Argentum primum & vltimo in Aurum, inueteratur, & habebis scientiam, in qua pigritauerunt Arabes. In libro Magno præceptorum sic ait: Quicunque ignorat pondera, non laboret in nostris libris; quia Philosophi nil suarum rerum posuerunt, nec aliud occultauerunt, nisi hæc.

Rosinus: Hic est Lapis, quem assimilant sapientes artis lapidi Aquilæ. Est enim Lapis Aquilæ Lapis cognitus, & est Lapis in eius ventre, qui mouetur. His postea addit: Ignorans ignoranter serit coloquintidam & sperat inde mel comedere, sed quando quod speraverat, non viderit, redit ad cogitationem suam & extendit eam & dicit. Hoc est ex infortunio. Et si diceretur sibi, ouis peperit homines, aut grana tritici fructificant Galbanos, aut palma portauit mala granata, aut volatilia pariunt pisces, responderet, falsum dicis, non generant res, nisi similia, nec fructificant res, nisi fructus suos: Idem libro

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1314 sur 1557

definitionum: ſic dixit Mahomet; Lapis qui eſt in hoc opere neceſſarius, de animata re eſt: Hunc inuenies vbique in planitie, in montibus, & in aquis omnibus, habentque eum tam diuites, quam pauperes, eſtque ſimul viliſſimus, cariſſimus, ex carne & ſanguine, quam pretioſus omni cognoſcenti illum: Libro ad Sarratant: Hic Lapis proiectus eſt in Valles, & in montibus, & in aere habitat, & in flumine paſcitur, & in cacumine montium quieſcit, cuius mater virgo eſt, & pater non concubuit: Idem Lapis in ſterquilinijs calcatur pedibus, & ſæpe ſtulti fodiunt, vt eum extrahant & non poſſunt eum invenire.

Maſſarai ait: Immunditia eſt in hoc Lapide, propter quam ipſum homines vilipendunt, & tenent quod non poſſint eam ſequeſtrare.

Mitigo Philoſophus inquit: Lapis noſter quamuis ab hominibus & animalibus pedibus conteratur, tamen propter ſummam induſtriam hominis Geberi à ſapientibus adamatur.

CONSILIVM QVADRAGESIMVM NONVM ET THEORIA DE LAPIDE PHILOSOPHORUM.

EUthicia Fœmina Philoſopha; Ad hanc Roſinus duos ſuorum librorum miſit; in quorum initio ad illam inquit, cum autem vultum tuum illic &c. conuerti faciem meam ad te & explanaui tibi ex eo, quod concluſerat ſcientia mea in pectore meo, vt cognoſcas animam ſcientiæ & locum ſecreti, & diuidas inter me, & homines erroribus & vanitatibus incumbentes: In lib. 2. ſic incipit: Iſta eſt ſecunda expoſitionis Epiſtola nominum alienorum Roſini ad Euthiciam & eſt per quæſtiones: Illa enim ait: Quid eſt Sulphur incombuſtibile? Reſpondet: Eſt illud, quod aduerſus ignem pugnat & ipſum ſuſtinuit & argenti viui cambar, id eſt, humiditatem ſuſcepit.

Colloquiũ Roſini cum Euthicia.

Malus Philoſophus ait: Hic Lapis eſt ſubtus te, quantum ad obedientiam, ſupra te, quo ad Dominum erga te, quantum ad ſcientiam circa te, quantum ad æquales.

Dantius Philoſophus: Præparate corpora & ſoluite ea, ac ex illa aqua imbibite ſpiritus ablutos: tunc ipſi ſpiritus ſubmerguntur in corpo-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1315 sur 1557

corporibus, & corpora in ſpiritibus, & ſic figentur ſpiritus fixiſſima fixione.

Galienus Philoſophus dicit: Præparate corpora, & purgate à nigredine, in qua eſt corruptio, donec fiat album ac rubeum, tunc ſolui-te ambo in aquam, ſcilicet ſpiritus & corpus & coagulate, & ſic proij-cite ſuper corpus ablutum.

Mahomet Philoſophus quoque, cuius Roſinus meminit in præcedenti conſilio ſic ait: Lapis, qui eſt in hoc opere neceſſarius, de animata re eſt &c.

Hercules quidam Rex ſapiens ac Philoſophus, citante Morieno Romano, cum à quibuſdam ſuorum interrogaretur, dixit: Hoc autem Magiſterium ex vna Radice primum procedit, quæ poſtmodum in plures expanditur, & iterum ad vnum reuertitur; & ſcito fore neceſſe, recipere aerem: Ibidem Hercules paulo poſt, ad quoſdam diſcipulorum ait: Lapillus autem dactili ex palma nutritur & palma ex ſuo Lapillo, ex cuius etiam radice plurimi ramuli concreſcunt, qui ſuum numerum multiplicent & augeant propter eam.

Arſicanus Philoſophus ait: Quatuor Elementa ex vno fonte procedunt & eorum quædam alia ex alijs ijſdem conficiuntur: Ex his vero quatuor quædam ſunt quaſi radices & quædam quaſi ex his compoſita, terra & aer: Idem Arſicanus ad Mariam Hebræam: Noſtra aqua noſtram terram habet ſuperantem, quæ eſt magna, lucida & pura. Nam & de graſſitie aquæ terra concreatur.

Adarmath: ſapiens & Philoſophus ait: Quod omnia harum rerum nomina & earum ſimilitudines, nulla alia de cauſa antiquis vocantur, neque variantur, niſi vt vos intelligatis, quod huius rei principium ſuper ſuum finem teſtificatur & ſuus finis ſuper ſuum principium.

***

CON-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1316 sur 1557

CONSILIVM QVINQVAGESIMVM ET THEORIA de Lapide Philoſophorum.

DAtin Philoſophus; Noſter quidem Lato quamuis primum ſit rubeus, tamen eſt inutilis, ſed ſi poſt rubedinem in album vertatur; multum valebit: ob hoc itaque Datin dicit ad Euthicem: ô Euthice, iſta reſtent hic firma & omnino bene credita: Nam ſapientes de hoc dixerunt: Iam abſtulimus nigredinem, & cum Sale anatron, id eſt Sale nitri & Almizadir, cuius complexio eſt frigida & ſicca, fiximus albedinem, quare ei hoc nomen imponimus Borreza, quod Arabice Tincar dicitur. Et mox. Datin ait: ſi autem Laton cum Sulphure comburatur, & mollities ſuper eum frequenter fundatur, eius natura de bono in melius auxilio Dei conuertetur. Eiuſdem dictum eſt: quod omnis res non eſt, niſi de eo & cum eo, & quod omnis Tinctura à ſuo ſimili procedit. Et paulo poſt: Unde eſt quidem, quod ex eo proceſſit & in illum reuertetur.

Azinabam Philoſophus interrogatus ab Oziambe, quomodo materia Philoſophica vocetur, reſpondit, naturaliter hæc eſt Vulphi, id eſt animal appellatur.

Elbo Interfector ait Dealbate Latonem & libros rumpite, ne corda veſtra corrumpantur.

Ademarus, qui in Gebrum commentatus dicitur à Roſarij authore; Quantumcunque, inquit, lapis ſit mundatus per ſublimationem & eius aduſtio ſit deleta, per eius olei extractionem, & eius fuga ſit deſtructa per eius fixionem, nihilominus non funditur, nec ingreditur, nec permiſcetur, ſed vitrificatur, vt habetur cap. 10. Gebri circa medium.

Belinus Philoſophus, cuius Metaphora apud Roſarij authorem de Sole pulcherrima extat huiusmodi: ſcitote quod pater meus Sol dedit mihi poteſtatem ſuper omnem potentiam, & induit me veſtimento gloriæ, & totus mundus me quærit & currit poſt me: Ego enim ſum maximus; Iam ſciuerunt virtutem meam & altitudinem: Ego enim vnicus ſum, & aſſimilor patri meo, qui vnicus eſt, qui dedit mihi virtutem iſtam ex gratia ſua, & homines quærunt à ſeruis meis fruſtra id, quod quæritur à me, & non peruenerunt ad id, niſi per me, & terra

& terra cum omnibus viribus ſuis me humiliare non poteſt. Imo ego ſum ſuper eam & ſuper ſeruos meos, donec humiliem eos, & extraho de potentia & natura eorum, & induo eos de ſplendore & lumine meo pulchro, quem dedit mihi pater meus in omnibus operibus eorum; Ego enim ſum excellens, qui exalto & deprimo cuncta, & nullus ſeruorum meorum poteſt ſuper me, niſi vnus cui datum eſt, quod contrarius eſt mihi; Et ipſe deſtruit me, non tamen deſtruit naturam meam; Et ipſe eſt Saturnus, qui ſeparat omnia mea membra: poſtea vado ad matrem meam, quæ congregat omnia membra mea diuiſa & ſeparata &c.

Heriſartes Philoſophus, Morieno citante, ego, inquit, veritatem dico quod nihil aliud huius Magiſterij artifices in errores detruſit, niſi varietas & eius nominum multitudo. Sed ſi quis recte cognouerit, quod hæc nomina non ſunt, niſi colores in coniunctione apparentes, in huius magiſterij via non deuiabit.

Platoni Chymico ab Authoribus hæc aſſcribuntur: Lapis noſter eſt res, (citante Roſario maiore) quam ignis non tetigit, à qua noſter Mercurius ſurgit. Et alibi: Nota, quod ſine corruptione generatio fieri non poteſt; Unde ſtudeas in putrefactione. Et mox. Habemus Exemplum in ouo, quod putreſcit primo & tunc gignitur pullus, qui poſt totum corruptum eſt animal viuens. Item: Primum regimen Saturni eſt, putrefacere & ſoli imponere: compoſitio vero fit ex 4. noctibus. Idem Plato in ſumma: Tu indiges quod in corporum ſolutione labores: Ideo oportet ignem lentum continuare ſuper ipſum, donec ſoluatur, tum hoc, & per eum efficitur opus. Calid quoque eius meminit Cap. 8. his verbis: Unde dixit Plato in ſuis ſermonibus, in libro ſuo: Ignis addit perfecto commodum ſeu profectum & corrupto incommodum ſeu corruptionem. Unde cum fuerit eius quantitas bona, idoneo proficiet, & cum multiplicatus fuerit in rebus vltra modum, corrumpet ambo, ſcilicet perfectum atque corruptum.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1318 sur 1557

CONSILIVM QVINQVAGESIMVM PRIMVM ET *Theoria de Lapide Philosophorum.*

DUo monimenta referuntur ab Authoribus in Italia esse inuenta, ex quibus cognoscitur quod Ethnicis etiam fuerit familiaris Lapis Philosophorum: primum fuit Bononiæ: alterum inuentum in Agro Patauino: Bononiæ quod extat in marmore hanc habet inscriptionem.

Ælia, Lælia, Crispis, nec Vir, nec Mulier, nec Androgyna, nec Puella, nec Iuuenis, nec Anus, nec Meretrix, nec Pudica, sed omnia:
Sublata nempe fame; nec Ferro, nec Veneno, sed omnibus:
Nec Cœlo, nec Aquis, nec Terris, sed vbiq; iacet.

Lucius Agatho Priscius, nec Maritus, nec amator, nec Necessarius, neque Mœrens, neque Gaudens, neq; Flens, hanc neq; molem, nec pyramidem, nec sepulchrum, sed omnia:
Scit, & nescit, quid cui posuerit.
Hoc est sepulchrum, Intus cadauer non habens:
Hoc est cadauer, sepulchrum extra non habens.
Sed cadauer idem est & sepulchrum sibi.

Alterum monumentum quod in agro patauino nostro seculo repertum est, fuit vrna fictilis cum inscriptione huius Hexastichi:

Plutoni sacrum munus ne attingite fures,
Ignotum est vobis hac quod in vrna latet.
Namq; Elementa graui clausit digesta labore
Vase sub hoc modico Maximus Olibius.
Adsit fœcundo custos sibi copia cornu,
Ne pretium tanti depereat laticis.

Intra hanc vrnam erat altera vrnula cum inscriptione horum versuum:

——— Abite hinc pessimi fures,
Vos quid voltis cum vostris oculis emissitijs?
Abite hinc vostro cum Mercurio petasato caduceatoque:
Maximus Maximo Plotoni hoc sacrum facit.

Rursus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1319 sur 1557

Rursus intra hanc vrnulam reperta est lucerna adhuc ardens intra duas ampullas, alteram ex Auro, alteram ex argento, purissimo liquore quodam plenas, cuius virtute creditur per multos annos lucernam hanc arsisse, vt annotarunt in suis antiquarum inscriptionum collectaneis Petrus Appianus, Bartholomæus Amantius, & Calius Rhodiginus: meminit quoque huius rei Hermolaus Barbarus in corollario in Dioscoridem, vbi de aquis in commune agit: Est & cœlestis aqua siue potius diuina Chymistarum, quam & Democritus & Mercurius Trismegistus mouere, modo diuinam aquam, modo scythicum laticem appellantes, modo pneuma, hoc est, spiritum, ex ætheris natura & essentia rerum quinta: Unde Aurum poculentum & iactatus ille, nec dum inuentus Philosophorum Lapis & fabulum constet: Hinc & arti datum nomen, Psammorgicen, & Mysticen & Ammohysiam, & sacram & maximam vocando, ceu literas quasdam seclusas habeat & à quibus prophanum vulgus arceri conueniat: Hoc genus laticis, vt arbitror, significat Epigramma nuperrime in Agro Patauino iuxta oppidum Atestæ inuentum opere lateritio ac proinde fragili, per imprudentiamque manus rusticæ proscindentis in terram corrupto: cuius memoria ne pereat, verba pertexuimus: Plutoni sacrum &c. vt prius. Eiusmodi opera flammæ perpetuæ, quæ ad attactum aeris mox extincta sit, etiam alibi inuenta, vt in Germania; & adhuc in aliquibus locis reseruari pro certò narrant &c.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1320 sur 1557

CONSILIVM QVINQVAGESIMVM SECVNDVM ET *Theoria de Lapide Philosophorum.*

APuleius Madaurensis Philosophus Platonicus: scripsit Aureum suum asinum, seu metamorphoseon librum vere aureolum, in quo allegorias diuersas iucundissimas aspersit, præterquam quod totus figuratus & tropicus sit: Ubi inter alia argute ficta, Psychen describit, Draconi Horribili in altissimo monte, delitiarum omnis generis, auri, argentique abundantissimo, habitanti desponsatam, quæ cum mariti, secum nocturno tempore saltem concumbentis, vultum, contra edictum & legem, ex sororum instinctu, contemplari vellet, & coram intueri, nocte silenti seu media, cum maritus profundo somno detineretur oppressus, (quem horribilem Draconem nec quid humani habentem opinabatur) incensa lampade nouaculam habens in manu ad eum accessit, ea intentione, vt si Draconem animaduerteret, mox interimeret: Verum cum præter opinionem iuuenem formosissimum, Cupidinem dictum, offendisset, admirabundaque eius pulchritudinem spectaret, nonnihil de oleo lampadis in tenellos eius artus inspersum, illum de somno excitauit; qui videns Psychen armatam, nouacula & flamma contra edictum sese de nocte aggredientem, multis querelis & lamentationibus effusis, vxorem, subito auolans, reliquit: Illa autem per multos annos totum fere mundum peruestigans eum insecuta est, cui tandē inuento copula indissolubili, immensis exanthlatis laboribus & miserijs, iterum copulata & vnita est &c.

Philosophis Psyche, idē est quod fœmina.

Cupido, idē est quod mas.

Sic & Virgilius multis in locis ostendit, se quid de naturæ calluisse: Ut Ecgloga 6. meminit malorum Hesperidum: & lib. 6. Æneid.

Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto.

Et paulo post:

Accipe quæ peragenda prius, latet arbore opaca
Aureus & foliis & lento vimine Ramus,
Iunoni infernæ dictus sacer, hunc tegit omnis
Lucus & obscuris claudunt in vallibus vmbræ.
Sed non ante datur telluris aperta subire,
Auricomos nisi quis decerpserit arbore fœtus:
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit, primo auulso non deficit alter

Aureus Ramus Vergilij.

Aureus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1321 sur 1557

Aureus, & simili frondescit virga metallo.
Ergo alte vestiga oculis & rite repertum
Carpe manu: namq; ipse volens facilisq; sequetur,
Si te vata vocant, aliter non viribus vllis
Vincere, nec duro poteris conuellere verbo.

Idem in lib. de Æthna.

Densissima, inquit, corpora sæpe
Et solido vicina tamen compescimus igne
Non animos æris flammis succumbere cernis,
Lentitiem plumbi non exuit ipsaq; ferri
Materies prædura tamen subuertitur igitur igni,
Spissaq; suspensis fornacibus aurea saxa
Exudant pretium: Quædam fortasse profundo
In comperta iacent similiq; obnoxia sorti,
Nec locus ingenio est, oculi te iudice vincent.

His versibus arcani quid insinuare videtur ad metallica spectans, de quo tamen multa dicere subterfugit. Tali etiam ratione nobis suspectus est Ouidius, in lib. metamorph. verum sub multis inuolucris, quem præteribimus & ad apertiores redibimus.

CONSILIVM QVINQVAGESIMVM QVINTVM ET *Theoria de Lapide Philosophorum.*

ALbertus Magnus lib. 3. cap. 1. inquit: De transmutatione horum corporum metallicorum & mutatione vnius in aliud, non est Physici determinare, sed artis, quæ est Alchymia: est autem optimum genus huius inquisitionis & certissimum; quia tunc per causam vnius cuiusque rei propriam res cognoscitur, & de accidentibus eius minime dubitatur, nec est difficile cognoscere. Et eodem lib. cap. 2. inquit, materia metallorum est humidum vnctuosum subtile, quæ est incorporatũ terrestri subtili fortiter commixto, ita quod plurimum vtriusq; non tantum cum plurimo vtriusque, sed etiam in plurimo vtriusque. Et alibi de natura Auri: Granum inuentum, quod multarum librarum pondus excederet, centum marcarum vocabulo, inquit Mirandul. vsus est, quod nomen octo designat vncias, vt octies centum vncijs fuisse granum, qui perpenderunt deprehenderint.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1322 sur 1557

Stephanus Philosophus inquit: Aperi oculos tuos & cor tuum, audi & intellige, ostendam & dicam tibi verba intelligibilia quæ scire poteris, si fueris de intelligentibus: scias, quod ex homine non exit nisi homo; sic ex quolibet animali siue nascitur simile: Videmus tamen aliquas res natas à radicibus suis dissimiles; quia videmus res habentes alas generatas, ex non habentibus alas: Videmus etiam & scimus res aliquas quas homines nesciunt, de quibus egreditur natura, quam scimus, quod sufficit nobis & ignoratur, quia sunt res profundę: & si quæris de eis, forsitan subtus terram sunt: & scias, quod de ista natura minerali fit ars, non de alio.

In natura minerali quærendum per artem semen Philosophorum

Iohannes Austri Philosophus dicit: Æs nostrum primo de quanto magis coquitur, de tanto magis soluitur, & denigratur, & fit aqua magis subtilis & spiritualis: secundo de quanto magis coquitur, de tanto magis inspissatur & deficcatur & fit maioris albedinis. Tertio de quanto magis coquitur, de tanto plus coloratur & rubificatur & fit tinctura intensioris rubedinis. Idem: Omne corpus aut est Elementum aut ex Elementis compositum. Sed omnis compositio & generatio consistit ex 4. Elementis simplicibus.

Omnia substantialiter existentia constant ex Elementis

Gratianus Philosophus Gallus ait: De omni re potest fieri cinis, & de illo cinere potest fieri Sal, & de illo Sale fit aqua, & de illa aqua fit Mercurius, & de illo Mercurio per diuersas operationes fit Sol.

tanquam propriis mediis, per quæ astra & influentiæ nos ambiunt & peruagantur.

Guido de Montanor Philosophus verus: Cum per putrefactionem morietur compositum corporale, tum secundum Morienum & plures alios, resurgit per nouam vegetationem, corpus simplex & spirituale. Riplæus porta 5. Idem: Quartum genus coniunctionis, quod item est vltimum, 4. Elementa coniungit, vt maneant vna, quadruplam recte eam Philosophi vocant ac spiritualem Riplæus porta 4.

Domiciliũ fructuum est terra gerens semen, quod ignis occultus solaris coquit, & Luna germi-

Gilgil Maurus asseruit: Primo terreum quid in subterraneis specubus, vbi mineræ latent ex argento viuo generari calore fortissimo, veluti in vitrariorum furnis apparet, quod omnis flammæ sit patiens: Hoc per continuum aquæ mineralis affluxum lauari & penetrari, donec vnio duorum facta sit, hoc est, donec aquea substantia per terream coagulata & terrea per aqueam soluta vna eademque operatione fuerit.

Explicatio Tabulæ senioris: Senex geminam complectitur tabulam, quarum prima pars continet auem vnam absque pennis inferiori

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1323 sur 1557

riori loco, aliam cum pennis ſuperiori,& harum vna alterius caudam roſtro apprehendit; Una quidem ad volatum præceps eſt, at detinetur ab altera, ne volare poſſit: Et hæc eſt prima pars operis Philoſophici,quæ omnis commixtionis eſt expers; qua bene cognita & præparata,ad alteram procedendum erit: Hæc eſt baſis & fundamentum operis,ſine quo optime poſito,nihil firmum aut ſtabile ſuperædificari poterit: Altera tabulæ pars tres ſoles complectitur,duos ſuperiori loco, quorum vnus vno radio,alter duobus apparet,tertium inferius,tribus coloribus diſtinctum: Duo ſoles ſunt duæ aues antedictæ, & inferior Sol habet mutationes,quæ ſuperueniunt.

nat atq; in lucē è ſubterraneis ſpecubus inſtar matris producit: hinc inde flores & omnis generis germen quod patet in tota vniuerſalitate mundana.

Genealogia Philoſophica ſeu Theorica Baſilij: Theorica eius plana & expedita,cuius ſumma eſt, ad Tincturam metallicam requiri metallas ſubſtantias,non alias: Cum enim illud,quod ad vltimum per artis adminiculum fieri intendatur, fit metallum perfectum, quomodo hoc genealogiam ſuam incipiat ab animali vel vegetabili? Pater itaque Auri Tinctura eſt,& Mater argentum viuum, auus eſt Mercurius fixus, auia itidem Mercurialis ac volatilis: Tota itaque proſapia huiuſmodi à Mercurio incipit, in eumque definit: Nam & Aurum totum Mercurius eſt, inque eum reſoluitur à quibuſdam,& Tinctura ipſa perfecta: Unde recte dictum: Eſt in Mercurio quicquid quærunt ſapientes: In practica duorum Mercuriorum coniugium celebratur,quos tamen carceri Vulcanus mox includit: Infelix copula in initio riſa, quæ non thalamis,ſed vinculis protenus infertur, at nihilominus tempore debito hinc edetur filius,qui omnes progenitores ſuos antecellet: Saturnus conceptionem iam factam nunciat,quia decolor coniunx in facie maculis apparet: Ab hinc aqua alba ante partum emittitur,quam Luna lachrymis ſuis in terram cadentibus deſignat: Deniq; rubea carne ſplendidus Philoſophorum naſcitur Puſio ſeu filius Philoſophorum.

FINIS HUIUS LIBRI.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1324 sur 1557



LIBER SECVNDVS

BASILICÆ PHILOSOPHICÆ,

DE FVRNIS ET VASIS Philosophorum.

CAPVT I.

De Alchymia.

ALCHYMIA, seu Spagyria, est magistra & inuentrix destillationis, quæ omnium corporum compositiones, dissolutiones, præparationes, alterationes, atque exaltationes patefacit. A Libauio dicitur ars perficiendi magisteria, & essentias puras é mistis separato corpore extrahendi.

Ars etiam vocatur Hermetis, item destillatoria, separatoria, seu segregatoria, Ars perfecti magisterij, Ars Ægyptia, Philosophia Chymica, Mystica, &c. In Babylonia, Chaldęa, Persia, Arabia, Ægypto, &c. vsitatum fuisse id nomen, ex Auicenna & Mesue constat, apud quos etiam inuenitur. Nonnulli Chymiam vocant, quia coniiciunt, vocabulum Alchymiæ ex diuersis notis consutum esse, vt ex articulo Arabico Al & χημία, vel χήμεια: Alii ἀπὸ τὸ χύειν, vel τὸ χέεσθαι, quod est fundere & liquare, vel in liquorem aut succum reducere.

Aliis ἀπὸ τ χυμῦ, á succo, & χυμίω, ars succum faciens, seu res soli-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1326 sur 1557

das in ſuccum reſoluens, vel quòd corpora, & inprimis metalla & mineralia, quæ duriora ſunt, in liquorem & ſuccos fundere ac eliquare doceat.

Per ſynecdochen partis difficilioris καὶ ἐξαχλῶ ſub ſolutione etiam coagulatio à Chymicis antiquis ſubintelligitur, vnde peruulgatum illud: Solue, & coagula.

Suidas & Cedrenus χημείαν nuncuparunt: & ab aliis etiam dicitur YSOPAICA, à lauando, ſequeſtrando, ac depurando.

Nonnulli fuiſſe quendam Alchymum ſeu inuentorem ac celebratorem iſtius ſcientiæ tradunt, á quo poſtea traxerit appellationem, vt ſit ars Alchymi: Inde Alkamia dicitur fuiſſe nomen alicuius Philoſophi, teſte Plutarch. in lib. de Iſide & Oſiride. In Pandora verò Franciſci Epimetei Alkymia idem eſt quod puluis ex Baſiliſco præparatus.

Cælius Rodigenius lib. 7. antiq lect. cap. 2. hoc genus artificij luxato verbo ἀρχημίαν, quaſi ἀρχαῖος χημείαν dictum putat. Familiaris & nota fuit hæc ars Hermete Triſmegiſto ac ſacerdotibus Ægyptiis: Ab iis, qui Paracelſum ſequuntur, appellatur Spagyrica; quam vocem nonnulli ἀπὸ τοῦ σπᾶν & ἀγείρειν, à ſegregando, extrahendo ac coniungendo, quod Heterogenea ſeparet, & Homogenea iterum coniungat, deductam putant. Apud Panthæum Venetum legitur Archymia, Archymagia, Voarchadumia, Archimica ars, Sophia, Calcemia, Calcecumia, &c.

Quidam ſic definit: Alchymia eſt ſolidæ Philoſophiæ fons, clauis ſapientiæ, anima & medulla Phyſices, Medicinæ radix, & meta, in quam collimant Viri ſapientes.

Alius: Alchymia eſt ars Phyſica ſeparandi purum ab impuro, ad conficiendum medicamenta tàm corporibus humanis perſanandis, quàm metallicis ad ſummam perfectionem adducendis accommodata, &c. Verùm omnium nominum, quæ Philoſophi ſibi pro libitu fingunt plurima, originem inquirere velle, nec poſſibile, nec neceſſarium.

Beguinus ille vir celeberrimus ſic accuratè definit & diſtinguit: Chymia eſt ars corpora naturalia miſta ſoluendi, & ſoluta coagulandi, ad medicamenta gratiora, ſalubriora, & tutiora concinnanda. Chymiæ autem vocabulum (inquit) Græcum eſt: Latinis idem,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1327 sur 1557

idem, quod ars liquorem faciens, aut res solidas in liquorem soluens: dicta ita κατ' ἐξοχὴν, quod Chymia soluere & coagulare doceat.

Alchymiam si quis nuncuparit, Arabum more præstantiam eius: Si Spagyriam, præcipua officia, σύλλυσιν & διάκρισιν: Si artem Hermeticam, authorem, & antiquitatem: Si Destillatoriam; Functionem eius præclaram & facilè principem insinuet.

Nostra Iatrochymia sic definit: ALCHYMIA rationem & modum optimè præparandi medicamenta docet, id est, pura ab impuris separare, alienas qualitates alterare, aut prorsus tollere, fixa volatilia, & volatilia fixa reddere, & omnia denique naturæ magis familiaria & amica efficere, vt melius, & minore cum periculo corpus, quod Medicinæ proprium est, permutare possint.

Hæc de Definitione eius; nunc eius Exordium explicandum: Hoc scias habere á Natura, quam summa industria primi studuerunt artifices, idq; maximé initio in succis mineralibus extrahendis è vena, & depurandis, quo pacto ipsa natura puraputa metalla, & succos è mineris profundit, vt etiam in die è venis suis extantes conspiciantur. Itaq; olim in Metallurgia plurimũ valuit. Nunc Medicinę ministrat, & non in mineralibus elaborat tantum, sed & animalibus, & vegetabilibus, ad vsus humanos, & salutem defendendam, quanquam etiam ornamenta vitæ conferat plurima. Eius inuentores recensui in lib. præcedenti, primo Basil. Philosophicæ, ideoq; eos hîc omittimus.

Tria autem hîc summopere veniunt consideranda, circa quæ Alchymia debet esse occupata. 1. Sunt tria illa Philosophorum ac Sapientum regna, veluti ipsi vocant: Animalia, Vegetabilia, & Mineralia. 2. Eorum consideratio, quibus tanquam mediis vtatur, vt ex prædictis medicamenta prouocet. 3. Vocabulorum Chymicorum significationes. De primo diximus in Basilica Chymica. De secundo paucis hic præfabimur, & de tertio locuturi sumus in tertio (si Deo placet) libro Basilicæ.

Media, siue consideratio mediorum, sine quibus medicamenta ex prædictis produci nequeunt, sunt Instrumentum & Locus.

Instrumentum Chymicum proprium (vt etiam naturæ) est ignis, non stricta illa significatione acceptus, quo nos vti solemus,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1328 sur 1557

pro visibili tantum, sed pro omni calore, qui ignis vim ostendit, talesq; effectus producit.

Ignis duplex est: Materialis, & Essentialis. Materialis ignis est, qui operatur per flammam & ardorem.

Ignis materialis duplex: Siccus & humidus. Siccus ignis est, qui agit in obiectum, sine intermedio humore.

Ignis siccus duplex: Nudus, vel cum medio. Nudus ignis siccus est, quando materia vel in suo vase, vel absque eodem nudo igni apponitur.

Ignis siccus nudus trium est graduum: 1. is est, qui sufficit redigere actum in operationem. 2. est, qui eum actum cum paruo augmento continuare & finire potest. 3. est ignis reuerberatorius, summus nimirum omnium, qui non tantùm omnem humiditatem è corpore pellit, verùm etiam corpus in cinerem redigere potest.

Ignis siccus cum Medio est, cùm materia præparanda in primo vase non apponitur nudo igni; sed apponitur alij vasi interposito inter eam & ignem, tum illud vas postea repletum est alia materia, vel est vacuum.

Humidus ignis est, cum interpositio vasis aqua pleni, vnde Balneum marinum, quasi maris dicitur.

Humidus ignis duplex est: Balneum immersionis, quando vas immergitur aquæ: Et Balneum roris, vel vaporis, quando vas accipit tantum vaporem Balnei calidi.

Ignis Essentialis est, qui operatur prout ignis, cum tamen ignis non sit, nec ignis esse percipiatur. Fit autem externè per medium, aut immediatè ipsi materiæ elaborandæ apponitur. Si externè rei admotus fuerit, tum acquisito calore operatur, estq; fimus equinus, & similia. Si immediatè apponitur, tunc naturali essentia & virtute propria prout violentissimus ignis operatur. Vt cauteria omnia, potentiores aquæ fortes, &c. In tali igne quidem obseruandi sunt gradus, sed hos præscribere impossibile est, ideoq; artificis discretioni committuntur. Non enim idem gradus ignis requiritur ad sublimationem aquarum & specierum. Quare hoc in materiali igne obseruandum est, vt gradatim intendatur calor: In essentiali, vt eligatur ignis idoneus ad talem vel talem materiam elaborandam.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1329 sur 1557

dam. Non enim idem inseruit auro & argento. Nam ignis essentialis secundi gradus solum inseruit mineralibus, vel saltem vegetabilibus lapidosis.

Locus Chymicus est id, quod mediatè vel immediatè recipit materiam elaborandam, vel instrumentum, per quod elaboratur.

Loca sunt duplicia: Vasa, & Fornaces: Vasa sunt loca, quæ ipsam capiunt materiam, idq; mediatè, vel immediatè: Si mediatè, tunc sunt vasa, quæ recipiunt aquam, vel cineres: Si immediatè, duo prorsus circa ea consideranda sunt: Forma, & materia ex qua.

Quod ad formam, nulla ratione melius cognosci possunt, quàm enumeratione operationum, quibus inseruiunt, singulis sua vasa applicando: Operatio sunt: Destillatio, Sublimatio, Calcinatio, Euaporatio, Fusio, &c. quæ omnes, vt ritè perficiantur, requirunt sua propria instrumenta seu vasa.

Quod ad materiam attinet, componuntur præcipuè ex vitro, argilla, auro, argento, stanno, cupro, plumbo, ferro, & ligno, &c.

Sed cùm vasa quædam nobiliora, quædam ignobiliora à nobilioribus capiemus initium, & in primis de Fornacibus seu Furnis Chymicorum Philosophorum.

Sunt autem fornaces loca, materiam elaborandam, & instrumentum Chymicum recipientia, fouentia, regentia, & ne citò disrumpantur, præseruantia. Cùm enim ignis non tantùm celerrimè depascat, sed & proprium pabulum citò absumat, vi coërceri, & in primis in artificialibus separationibus regi opus habuit. Nisi enim imperio artificis quasi subiiciatur, nihil rectè facit. Vnde inuentio fornacum initium accepit, per quas ignis secundùm animum artificis regitur. Earum igitur maximus vsus est, & sine quibus nil perfecti dare potest effectum artifex.

Fornax omnis vel actu vel potentia tres habet partes: Ergastulum, Focum, & Conisterium.

Ergastulum est locus fornacum, qui recipit materiam elaborandam cum suis vasis inseruientibus.

Focus est pars fornacis, quæ recipit ignem.

Conisterium à foco vel crate ferrea, vel alio idoneo fundo foraminibus perfuso, partim vt cineres descendant, qui alioquin ignis vim obtunderent, partim vt aër intrans per conisterij ostiolum ventilaret ignem.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1330 sur 1557

Deinde, vt fornaces ignem regant ac foueant, regiſtra neceſſariò habent, quibus intenditur aut remittitur calor per omnes gradus, vt res exigit.

Regiſtra autem ſunt foramina in ſuprema parte fornacis, per quæ ignis ventilatur, vel reprimitur, vel quaſi ſuffocatur impoſito operculo, vel extracto: Nunc ad ipſum Furnorum ſeu Fornacum explicationes atque demonſtrationes accedimus.

CAPVT II.

De Furnis probatoriis ſeu docimaſticis.

FVRNVS alius eſt apertus, vel tectus: Furnus apertus eſt, cuius pars ſuperior eſt aperta.

Furnus apertus duplex: Probatorius, tum Ventoſus.

Furnus probatorius, ſiue docimaſticus, eſt furnus apertus, in quo metalla perfectiora purgantur, vel fulminantur. De hoc dicit Libauius, quod ſit fornax probatorum ad excoquendum, fulminandum, purificandumq; explorationis, quantum puri in vena vel metallo exhibito ſit cauſa. Eſt enim veluti compendium magnorum operum in metallurgia, monetaria, & aliis diſciplinis metalla tractantibus, prouidentiæ in fodiendo, excoquendo, contractibusq; ciuilibus cauſa inuentum, vt actiones & ſumptus ita ſuſcipiantur omittanturve.

Quomodo autem inſtituendus ac inſtruendus ſit hic fornax, diuerſi docent pluribus; Noſtram primò ſtructuram docebimus, deinde & exempla aliorum præfigurata dextra manu trademus atq; depingemus.

Furnus Probatorius, ſiue Docimaſticus, Tabulæ I. ſequentis, Num. 1. eſt furnus apertus, in quo metalla perfectiora purgantur, examinantur, vel fulminantur. Hic furnus vt plurimum ex argilla, vel laminis ferreis, rarò ex lateribus in ſequentem modum exſtruitur: Sumitur lamina ferrea, vel ex argilla facta, & in quadrum ita conſtruitur, vt latitudo pedis vnius in duodecim partes diuiſi, vndecies menſurata, amplitudinem fundamenti conſtituat, ſedecies autem longitudinem conficiat. Sed quando in longum octies menſura ſumpta eſt, furnus ſenſim in deuexitatem eſt incuruandus,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1331 sur 1557

dus, vt tandem anguſtior fiat menſuris quatuor, & crater in ſummo furno ſeptem duntaxat menſurarum amplitudinem retineat. Conuenit autem laminas in craſſitie ſeſquimenſuram habere, pauimentum verò & fundum, litera A ſignatum, ex argilla factum, tres quadrantes vnius continere. His ita conſtructis á pauimento ſurſum capiendæ ſunt menſuræ tres, & quatuor in latum, quæ inferius oſtiolum litera B. oſtenſum conſtituunt. A cuſpide huius oſtioli idem paries continuetur per duas menſuras, quæ ſpatium inter iam dictum & proximè ſequens oſtium conficiunt; hoc litera C. notatum eſt. Inde repetendæ ſunt menſuræ tres cum dimidia ſurſum, quatuor verò in latum, ex quibus oſtiolum D. imponendis, eximendisque, necnon dirigendis rebus accommodatum, fit. Ab hoc progrediendum, atque poſt vnius menſuræ metam in medio paruum aliquod foramen, auricularem digitum vix continens, perforandum eſt, carbonibus ferro mouendis inſeruiens. Inſuper tres quadrantes vnius menſuræ ſub oſtioli finibus ſunt ſtatuendi dextrorſum atque ſiniſtrorſum, vbi duo foramina literis F.F. ſignificata, mediocrem digitum lata conficiuntur. In hæc foramina, quibus reſpondere debent alia duo, in pariete aduerſo ferreæ trabes, quæ in pariete anteriore quatuor digitos latos procedunt, imponuntur. Porrò vtrique oſtiolo ad ignem moderandum fores ſeu obices adaptandi ſunt cum anſa, vt poſſint abſtrahi, & reponi, quorum ſuperior, foramen oblongum, vt clauſo oſtiolo nihilominus viſui nihil detrahatur, contineat: Inferior verò foramine rotundo, & maiori, vt ignis aërem fouentem attrahat, ſtipatus ſit. Supra trabes lamina terrea à lateribus tribus excauata, vbi cinis tranſeat, in quarto autem integra & recta parietem anteriorem tangens, ponitur. Huic pauimentum Ergaſterij & tegulæ fornicatæ, quod à lateribus & dorſo duabus cum dimidia menſuris abeſſe debet, ſuperſtruitur. Præterea foramen aliquod rotundum prope oſtiolum ſuperius excauatur, ad aërem miniſtrandum, & G. quo etiam obicis inferioris feneſtra notata eſt, inſignitur. Omnibus ad hunc modum exſtructis, furno adhuc molli foris ſulci foſſæq; ad bracteas ferreas, furnum firmantes, recipiendas in eo effingantur. Tandem in loco Aprico furnus arefactus à figulo probè coquatur. Hic accommodatiſſimus eſt Docimaſticum furnum exſtruendi modus, tum quia non

non facilè cineribus obstruitur, omniéque propterea Docimastico negotio sufficiens est, tum quia ob ignis dirigendi dexteritatem omnes alios longé antecellit.

Formam aliam nobis Num.2. depingit doctissimus Libauius in comment. Alch. part.1.lib.1. de Sceuastica artis, cap.11. pagin.103. eamq; dicit esse Norimbergicam, in exemplum huc traxisse sat est; sic refert & demonstrat: A. Fornacula argillacea est armillis ferreis iuncta firmataque, ne inter operas rupta diffluat. Patet in summo. Ostium Ergasterij iuxta fundamentum est à latere, Lunari forma exciditur. B. Fundamentum, seu potius pedamentum, mobile est, ex quo genere & tota fornacula. Habet capsæ speciem ad recipiendos ex parte cineres, & vento accessus præbendos. Itaque à latere foraminibus tribus rotundis confossum est: à fronte ostiolum exhibet quadratum. Dorsum, quo portat fornaculam pro craticula sex est peruium fenestellis cineribus recipiendis, & flatu transmittendo. C. Operculum fornaculæ summum cum manubrio. D. Tegula & ostioli claustrum. F. Cineritij valuæ. Itaque vtrumque instrumentum, ad vtriusque modum est conformatum. G. H. obiicies tegulæ. I. Patella, & O. Forma cinerea maior. K. Catinus fusorius. L. Catinus triangulus liquatorius. M. Malleus, quo adigitur pistillus. N. P. Pistilli, qui & monachi. Q. Catillus cinereus, quæ & Copella. R. Tubus sufflatorius, quo ex catellis deturbantur cineres & fauillæ inspirante per eum magistro. S. Puniceps. T. Cochlear. V. Forceps, quo catini argillacei prehendi possunt, & ex igni transferri, vel in eum inferri. X. Catini maioris speciem repræsentat, &c. Plures formæ apud eundem etiam sic reperiuntur, quas inquirere potes, Num.3. Num.4. & Num.5. Idem ille tres adhuc fulminatorij species in comment. Alch. part.1.lib.2. de Sceuastica artis, cap.22. pag.140. infert: Eius formæ sunt tales, vide Num.6.

In signo ♉, character A. notat pedamenti ambitum ex saxo natiuo. B. Spiracula. C. Pileum duobus spatiis & tribus circulis coagmentatum. D. Verticale foramen tectum suo operculo, cuius seorsim ad latus repræsentantur duæ formæ obtusior vna, acutior & annulata altera. E. Catenæ, medio & tertio circulo annexæ: tres aliquando, aliquando quatuor adhibentur. F. Fustis vel trabs

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1333 sur 1557

trabs cum vnco, à quo pendet pileus ferreus: & solet illa trabs inniti rostro gruis, & à posteriore parte intendi & remitti ad eleuandum pileum, aut laxandum. Alicubi etiam huius machinæ etiam alia est ratio, de qua legatur Agricola. G. Tignum gruinum. H. Murus posticus officinæ. I. Murus aduersus. K. Ostium operatium, & lacuna lithargyrij defluentis. L Exaduersum fenestra, per quam ligna inseruntur, quanquam & per orificium Ergasticum immittantur. In schemate ♌, M. pedamentum furni. N. Fornix saxeus. O. Eius vertex, operculo tectus mobili. P. Ianua Ergasterij, per quam opus curatur. Q. Eius alæ. R. Fouea, in qua defluit lithargyrus, quæ inde excipi & conuolui in fistulas potest. S. Ianua opposita, cui item ala mutata adiecta, quæ signatur T. elemento. V. Foticula ad viam decussatam. Nam hæ testudines intus pilas triangulas habent, & viarum diuortia, seu biuium decussatum. In pictura ♎. X. Plantam muratam signat. Y. Eius cameram item lapidibus compactam, cùm possit & tota lutea esse, vt alicubi, clibani panificum. Z. Operculum hiatus verticalis. A. Ergasterij aditus. B. Ostium lignorum imponendorum, quod statim adstat, cùm alioquin è regione, vel saltem remotius statui soleat. Γ. Alæ ergastici. Δ. Foriculæ respirantes, &c. Sed hi furni peculiariter sunt ad fulminationem æris in metallurgia, noster modus vero ante datus, commodatissimus est in operatione Chymica.

Aliud, Num. 7. est Fulminatorium seu Cineritium Hunagororũ ♄ concameratũ ex laterculo inducto arenato. ♐. Ianua postica triplicis vsus. Nam per arcum eius respirat fornax; per mediam partem focum alit, per imam & auram capit & respirat. ♂. Sunt ferreæ trabes vsque ad catinam pertingentes, in quibus ponuntur ligna, vt eorum flamma saltem opus vrgeatur, sicut aliquando sola ex laterculis in cratem digestis in conchis ferreis, lateri appositis, bismuthum excoquitur. ☿. Via vaporum & halituum. ☉. Arcus Ergasterij, & fenestra, per quam via est in catinum. ♀. Fossa deriuandi lithargyri, &c.

Præterea & aliæ incurrunt rationes Æris probandi, vt etiam videre est Num. 8. vbi litera A. parieti seu muro adiectam fornaculam lateriam æris probandi ostendit. Est autem ea ab anteriore parte clausa, istaq; forma non multum abludit ab Agricolæ quadran-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1334 sur 1557

gula. Patet cinerarium sub craticula, & simul viam auræ præbet, & Recrementis foci. B. Eadem fornacula est, sed à fronte nuda ita vt oculis pateat dispositio craticulæ ex trabibus ferreis luto munitis concinnata, cui catinus insistit cum fulcro suo, seu pedamento, quod est segmentum cylindri fictilis. D. Elementum subiicit aspectui fornaculam æris spectandi fictilem, eamque diffractam, vt interna conspiciantur. Et est sanè crassities parietum notanda; Deinde circulorum ferreorum lacunæ & ambitus: Inde dispositio cratis ex trabibus transuersis factæ. Mobilis est hæc forma. Itaque ansas seu manubria in armilla firmiore latioreq; media accepit. F. Eadem forma est, sed integra, prunisque & materia conferta, quin & folle instructa. Prominent infra circulum medium trabium, quibus crates innititur, capita. Tripes additus est, vt altitudo respondeat follium dispositioni. Pro follibus tamen vsitatis monstrauit industria globum æolium rostratum, æmulum cucurbitæ retortæ, seu cornu Hermetis, eum ostendit H. litera. Aqua enim postquam immissa est, super foco & retinaculo accommodato subiectis prunis efferuescere cogitur, quo facto vapor ex aqua resolutus cum impetu, data per rostrum via, erumpit, & fornaculam, cui inseritur, extremum cornu inflat. Materia eius potissimum æs est, aut orychalcum, quamuis & fictilis fieri queat. Follem ædsum vocamus argumento cauernarum Æoliarum, vnde prorumpunt venti, itidem ex humiditate terrarum, aliisq; habilibus resoluti magna ex parte. Catinus autem æris hoc modo explorandi fictilis est, & exhibitus cum suo operculo G. litera, &c. Aliæ præterea adhuc sunt formæ antiquorum pro fulminatione metallorum, has vide Num. 9. Num. 10. & Num. 11. qui plures expetit, currat ad authores.

Vide sequens Schema.

CAPVT III.

De Furnis apertis ventosis.

FVRNVS ventosus, seu Anemia, est furnus apertus, in quo beneficio venti ignis vim augentis mineralia liquantur, & funduntur. Huic, si fortè mineralia difficilioris fusionis fuerint, vt ventus sufficientem calorem ferre non possit, aut artifex

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1335 sur 1557


Cap: 2.

artifex celerius aliquid fundere velit, commodè follis annectitur, qui ignem augeat, fusionemq; celeriorem reddat. Sed ventosus furnus cum suo folle in hunc modum exstruitur, Num. 1. Erigantur muri quatuor lateribus constructi iacentibus, interuallo ab inuicem pedali distantes, cubitalis altitudinis, ad conisterium siue cinerarium conficiendum, quod litera A. indicat. In alterutro conisterij pariete ostiolum B. fiat, per quod ignis aërem attrahere, cinisq; eximi possit. Porro supra conisterium ferramenta ad craticulam C. carbones & vas impositum D. sustinentem collocantur. Digitum latum sub crate paruum aliquod foramen, litera E. signatum, fiat, per quod follis rostrum transeat, mittendum est. Furnus deinceps à crate in diuexitatem pedalis fiat ad focum F. constituendum. Hic tandem satis exsiccatus cum puluere carbonum & luto aqua diluto inungitur, ac demum follis G. apponitur. Potest etiam hic furnus, exigente necessitate, calcinationi inseruire.

Libauius in comment. Alchem. part. 1. lib. 1. de Sceuastica artis, cap. 14. pag. 115. talem perpulchram nobis demonstrat formam, & præsertim ad fusionem & præparationem ferri, Num 3.

A. Focus furni concameratus, seu fornicis testudine instratus, à cuius sinistro latere immittuntur follium rostra, nimirum in catinum, qui ibidem est præparatus more excoctorij seu præfurnij, ex puluere carbonum & luto circumpositis ad margines saxis pro materia capienda, & flatu coërcendo. A fronte huius foci in pauimento statuitur truncus cum incude, super qua tractatur ferrum malleis. B. Caminus ex foco in altum eductus in liberum aërem desinens. C. Folles, quorum nares in medium catinum sunt directæ, &c. Hic furnus non solùm ad præparationem ferri, sed & alias operationes artificiosissimas quàm optimè habilis atque idoneus, modo artista rectè perpendat. Mirabitur forsan aliquis, quod hic non solùm illos depingam furnos, qui ad Chymiam conducunt, verùm & ad æris & metallorum fusionem! Scias, illud fieri studio summo, quia nullus perfectus Chymicus existere potest, nisi & metallorum, æris, marcasitarum, ac mineralium, &c. sciat fusionem, ac naturam; ex iis enim omnibus Chymicus medicamenta capit: Si enim rerum ignorat naturam, quid præparat? quid pro quo, vt ait Paracelsus: Cognito principio, facilè inueniuntur remedia, eo vero

verò ignorato difficilis, imò nullus aditus ad Chymiam; Sed quid opus est verbis, veritas in tribus consistit literis.

Furnus apertus & ventosus, pro exsequenda vena, talis etiam est apud Libauium, cap. 11. eadem part. & lib. Num. 2. A. Foci pauimentum. B. Catinus in illo efformatus, isq; ex cinerum materia. C. Naris seu rostrum follis. D. Circulus ferreus interciſus iuxta follem. E. Fumarium. F. Fornix sub foco ad excipiendos vapidos spiritus, & deducendos. G. Follis cum sua capsa, & fulcris.

Furnus alius Num. 4. pro vrenda vena aluminis: Hic est in quadrum extructus, satis altè & amplè ad copiosam saxi aluminosi materiam capiendam. Itaque etiam gradibus ad eius craterem ascenditur. Focus in terra est, isq; interdum ita depressus scrobe ampla facta, vt ad eum sit similiter per gradus descendendum, sitq; altitudo eius tanto magis in potestate crematoris. Veruntamen ne ignis opprimatur ruina vel cumulo lapidum cremandorum, in fornicatam testudinem eorundem lapidum ad id operis aptiorum congerie redigitur, cui fornici postea insternũtur cæteri ea arte, vt ignium vim sat largiter sentire possint, & vsque ad rubedinem sulphurisq; internecionem concremari. Ea arte vtuntur & ollarij, calcarij, laterarij, maximè calcarij, &c.

Sic & talis furnus est, Num. 5. crematorius panum lapidis fissilis excocti destinatus. Crudus iste quo pacto in principio in plano subdiali subiectis virgultorum aridorum fascibus incensisq; adverso vento vratur, & bitumine spolietur, & molescat mitescatq; simul, non opus est repræsentare, cùm absque vase artificioso illud fiat. Sed vstus iam, & in panes excoctus, septies aut nouies recoquendus est, qui labor peragitur proposita fornace triplici. Nam ex prima transfertur materia in secundam, ex hac in tertiam, indeque circulo reditur ad primam, vsque ad perfectum. Inde probator experimentum rapit. Crematura hæc fascibus aridis frondium & virgultorum, quibus fracti ipsi panes insternuntur ruditer, peragitur. Patent autem fornaces à fronte administrationis commodioris causa, & quia opus non multæ est industriæ laboris maioris. Liberius item allabente aura subduxerit halitus, nec ita nocuerit spiritus salsus, bituminosus, aluminosus, chalcantosusq; compagi diutius sic duraturæ. Chymicus animaduertit, structuram congruere

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1338 sur 1557

cum furno venarum excoctorio, si accedat anticus paries cum decente foco, &c. Plura apud Libauium.

Nunc ex sciographia sequenti dantur duæ fornaces, Numer. 6. quæ sunt stratæ capite altiore, vt in decliue propendeant. Eis ex canali dorso imminente inducitur aqua. Focus in terra est, & incenditur sarmentis virgultisque, quibus imponuntur panes fracti: Et sic semel vtuntur, qui sunt ex cadmia limo aceto subacto perliti, vt Arsenicales accretiones & misturæ halituum sulphureorum absque damno maiore decedant. Amplius cremantur pyritosi per gradus ignis, atque etiam iterato, prout plus minus sunt refractarij & immites. Chymicus istas corriuationes mutabit affusione aquæ, vel immersione crematorum, & ne quid Essentiæ pereat, quod opera sit dignum, coagulationi dilutum tradet.

Posterior forma est Lazari Ercker, qui in suo Docimastico oblatas Auri immites venas isto modo reddit molles, & probationi obsequentes. Verba eius hæc sunt: Quædam auri venæ, inquit, silice constant duro & corneo, in quibus Aurum tenue & subtile est, remistumque venis aliis auriferis in aqua fugitiuis. Istiusmodi silices peculiari furno acriter sunt cremandi, cumque feruet opus, æstuatque, subitò immittendus riuus est, quo restinguitur æstus, impetuque addito auri bracteolæ, & grana resiliunt, & in sphærulas rotundata inter eluendum sunt stabiliora, & hærent. Ipse verò silex qualitatum spirituumque lucta frangitur, & minus pertinaciter resistit malleo, ita vt magna copia eius facili opera comminui, & in puluerem deducta elui separarique queat. Præterea minus detrimenti affert auro crematus, mollefactusque, & domitus flammis, quàm crudus, qui interterendum dissipat subtilia auri ramenta, & in volaticum fugitiuumque puluisculum vertit, qui vel aquis, quibus innatate solet, rapitur, vel in auras, atomorum more, vanescit. Furni constructio hæc est: Fiat quadratum ex lapidibus, cuius latera singula sint binarum vlnarum latitudinis, tendantque senas in altum, sed ita, vt paries anterior è fundamento pateat tanto interuallo, quantum satis est extrahendæ venæ tostæ. Vacuus locus postea occluditur luto pro craticula, cui ligna innitantur lateritia, in rectum strues, fiat cubitum vnum alta, itaque

diuisio

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1339 sur 1557

diuiſio interſtitiis, vt ſubiens aër excitare, prouocareque flammam, & nutrire ſat luculente & liberaliter poſſit. Itaque cùm opus inſtituis crati lateritiæ, ſecta ligna aut virgulta altitudine duorum cubitorum impone. His iniice medio furno ſilices grandiores, lateribus verò aggere minora ramenta, vt flamma penetrare, & vi vnita fortius queat agere. Rectius autem concluſo hoc furno crematur lapis, quàm ſubdiali, quia calor coërcitus cogitur impreſſionem firmiorem in materiam facere, quám vagus, diſperſusque. Cùm feruet maximè, immiſſa aqua reſtinguatur ſubitò propter dictas cauſas, & huius reſtinctionis gratia, quo commodius adminiſtretur, extruitur furnus ad præcipitia torrentis, aut decliuia riuorum. Hactenus Erckerus. Num. 7. A. Crater fornacis. B. Paries anticus lapideus. C. Fartura ex luto. D. Lateres diſpoſitis pro crate, quibus in aditum tranſuerſa trabs lapidea incumbit. E. Canalis deriuandæ aquæ. Ex duabus autem fornacibus dextra facta eſt, ſiniſtra luat, ita vt conſpiciantur laterum ordines.

Furnus crematorius Æris, Num. 8. A. Segregati vacans. B. Idem opere inſtructus. C. Ferrea ianua ad ignem coërcendum, quæ obiicitur oſtio, poſtquam ordines lapidum poſiti ſunt, lignaque & æris trunci ſubiecti. Pendet autem ea à triplici catena tollenoni accommodata, in cuius dorſo iacet onus lapideum ad retractionem iuuandam. D. Furni camera peruia capti camino. E. Ordines laterum vſtorum dentatim iuncti, vt trabium interciſarum loco fulciant truncos æris. Itaque etiam interſtitia ſeu interualla vacua ad recipiendos cineres & abſilientes ſpinas conſpiciuntur. In dextra figura, valuis clauſa, lignorum ſegmenta interſecta ſunt, vt oſtendatur modus incendendi. Aër autem ſubintrans flammam agit in interiora. F. Obex auritus ex ferro ad ordines laterum coërcendus, ne dilabantur. Et is intruditur per foramen à latere, eademq; retrahitur. De artificio moderandi ignis & operis ipſius cõſulatur Agric.

Crematorius argenti fulminati, Num. 9. A. Quadratum ex muris intus relicto cauo receſſu. B. Arcus ſeu fornix diuiſus interſtitio: Vnde ſurſum patet foramen camini communis. C. Valuæ ferreæ hamatæ ad capiendum lutum. Earum obiecto Magiſter à caloris violentia eſt tutus, quanquam præterea etiam vmbraculo fronti adiecto munire oculos ſoleat. Eſt autem dextra valua

valua ſurſum reiecta, & retinaculo firmata: ſiniſtra excubat pro ſtatione ſua pendens, nec totam occupat fornicis capacitatem, ſed acceſſum relinquit laboratori. D. Inſtetium. E. Foci pauimentum. F. Catinus cinereus in ſcrobe foci efformatus. Teſtam vocant. G. Folles, quarum nares diriguntur in opus ipſum, & marginem catini nonnihil excedunt. H. Vnci inclinatorij muro inſerti, vt magiſter inter operandum, cum maturato opus eſt, & celeritate, ſtatim ad manum habeat inſtrumenta, poſſitque commodè permutare & reponere. Itaque etiam Erkeri pictura, ex qua iſta eſt expreſſa, vnco dextro adiunxit furcillam, rutabulum, veſorium. I. Cinis in globum compactus, ex quo intelligitur præparatum eſſe. Poſtquam enim emundarunt, ſecretione, elutioneque & vſtione peracta in maſſam coëgerint, globos efformant, quos arefactos reponunt, vti videre eſt in Erckeriano ſchemate, lib. 1. docimaſt. pagin. 11. tit. de catillis cinereis & læuore. Eadem pictura proponitur & lignea ſphæra, qua catinus figuratur poſt malleum. K. Piſtillus dentatus eſt, quo figuratur catinus, teſtæ ante follem ſæpius tundendo compilandoq; irrigatum decenter cinerem. L. Catini iſtius cinerei rudimentum. M. Placenta ſeu panis argenteus á fulmine recens, & iam vſtulandus ad regulam, poſtquam fuerit calefactus, & in fragmenta diſcuſſus. Appellant ſitam vſtrinam artifices à cinereo catino & teſta, Germanicè, Auff dem Teſt brennen. Abutuntur autem teſtæ vocabulo propter aliquam ſimilitudinem catini ex cineribus coacti, quaſi oſtraci tegumentum, teſtamq; fictilem referret, cùm habeat inſtar patinæ argillaceæ denſæ. Altera forma eſt vſtrina ſub tegula, das Brennen vnder der Muffel. Orthographia eius hæc eſt, vt eandem Erckerus exhibuit.

Furnus vſtorius argenti, Num. 10, ſeu vſtrina ſub tegula. A. quadratum ex lapidibus intus vacuis ſpatiis muro interſeptis diſtinctum. Cinerarium hoc eſt, & ſimul vſum reſpirandi ſufflandique præbet, vnde ſolet hoc opus item à priore diſtingui. Sunt enim diſciplinæ voces: Vſtio ante folles, das Brennen für dem Balg oder Gebläß / Vſtio ſine folle ſub tegula, das Brennen ohne Gebläß vnder der Muffel. Locum veró follium ſupplent reſpiracula oblonga vtrobique à fronte & tergo facta, vti litera B. indicat. Per ea etiam cineres egeruntur. C. Interſtitia partium furni, quibus ſimul efforma-

ormatur in ſex ſpatia particularia ſeu ergaſteria focosque; adeo enim accommodata eſt hæc vrendi ratio, vt eodem tempore multum argenti poſſit ad regulam excoqui, (nam hæc operatio nihil differt ab excoctione ad purum, eſtq; veluti altera fulminatio, proculdubio Saxonum induſtria ex minore opere Docimaſtico in maioris familiam tranſcripta.) D. Parietis interioris diſpoſitionem docet, & pauimentum foci eſt oblongis ſpiraculis peruium, per quæ etiam cinis dilabitur. Iſtæ ſpiracula ſeu ventilabra circumdant catinum, quem F. elementum monſtrat, iam impoſitum foco, ſed adhuc argenti expertem. G. Tegulæ venter prominens. Ita enim locari ſuper catino ſolet, vt eius collum in oſtium verſum ſit; concauitas ventris catinum amplectatur, connexa ſuperficie incumbentibus prunis oppoſita. Iſtarum forma, quando de tegulis probatoriis acturi ſumus, eſt expreſſa. H. Spatia catini, argento, tegula, & prunis conferta, qui iamiam ignem conceperunt, requiruntque præſentiam Magiſtri. I. Oſtia ſeu aditus ſunt, ſpatiorum quadrati, per quæ regitur opus. Ea efformatæ ſunt in muro anteriore, ſeu macerie lutea, cuius abſentia angularem focum á ſiniſtra nudatum interius videndum offert. K. Murulus eſt, ſeu ἀπόσημα fundamenti cinerarij. Itaque fit, vt tota vſtrina faciem reddat cortinæ foco ſuo impoſitæ. L. Circulus ferreus, & modiolus ſeu forma catini, cuius amplitudo debet reſpondere catino, & hic tantus fieri, quanta eſt argenti ad regulam excoquendi menſura, quam poſtea ſequitur fornacis in parte eminente extructio. Nam quia latera anteriora ex luto conſtant mobili, coarctari ſpatia nonnihil poſſunt, quantum ſcilicet patitur ventilabrorum diſpoſitio, quanquam eius cauſa in plures capacitates furnus eſt diſtributus, vt vel vna ſola cæteris feriantibus peragi coctio poſſit. M. Catinus cinereus malleo & globo intra circulum fartus, & addenſatus, efformatusque, & ſic hoc quoque ſe habet inſtrumentum. Agricol. in fine lib. 10. de Remed. proponit formam vnitam cum æneis valuis foricula peruiis, & tegulam à collo ſuo ſolutam, quem potes inſpicere; ſed quod ad venas cremandas præparandasque attinet, non negligendi clibani ſunt in ſemicirculum ſuper pedamento orbiculato, ſeu cylindri ſegment reducti: Eos Agricola ſic pinxit:

A. Carnorum furnus eſt, Num. 11. in quo Pyrites Aurifer, & vna

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1342 sur 1557

etiam ſulphure & chalcanto prægnans, poſtquam exhauſtum, coquendo macerandoq; crematur, vt ſulphur exudet. Non quæritur hîc tám venæ mollefactio, quàm ſeparatio adhærẽtium ſuccorum. Itaq; etiam ſeparatorius potius furnus, quàm crematorius. Ideo enim in fornicem eum redegerunt, vt ait Agricola, vt vtiles ſucci lateribus & cameræ fornacis adhærentes, poſt ſegregationem in vſum veniant. Conſilium itaq; ſublimationis id eſt, quo Chymicus flores ſulphuris concinnat. Fuerant quidem viæ compendioſiores ad hocipſum perueniendi, quo modo aliàs ſulphur ex venis excoquitur deſcenſoria arte: ſed dandum quid eſt conſuetudini & venæ vná domandæ inſtituto. Fornix pertuſus eſt ſpiraculis ad fumum educendum, quibus nonnunquam ſulphuris ſtiriæ conive accreſcunt. B. Toſtrina granorum Caſſiteri eſt. Vena quidem ſolet ſubdiali pyra frangi, ſed ſegregata grana, cùm nonnihil habeant, tum inquinamentorum, tum ſylueſtris materiæ nigræ, quæ aquis diſcerni non potuit, neque & ſeligi ob mendacem ſimilitudinem, (ſunt enim ſteriles venæ peregrinaq; mineralia plumbum candidum in excoctione polluentia, & aſperum intractabileq; reddentia) repetita opera ignibus ad plenum ſunt cremanda. Torrentur, inquit Agricola, ſi cœruleus color ipſis inſederit, vel pyrites & lapis, ex quo ferrum conficitur, cum eis fuerint permiſti. Cœrulei non toſti, plumbum (candidum) conſumunt. Ex lapillis nigris (Schurl vocant materiam quandam nigram, partim leuem, partim grauem: illa eluitur, hæc ignibus fathiſcens in fumum redigitur. Eſt & ſpuma vel pilus lupi niger, eiuſdem differentiæ & artis in ſeparando, Wolffrum/ Wolffſchaum: Item, cadmia nigra, ſtibium, vel marchaſita nigra, virulenta: Lapilli ferruginei nigri, alij rubent, aut flauent: Pyrites albus & cinereus, ſilex ruber, albus, citrinus, Spaht: Biſmuthum ex genere marchaſitarum, nodi ſchiſti (Glaßköpff) hæc omnia intermiſta ſunt granis, cúmq; grauitate præponderant, aquis non poſſunt ſegregari, ſed ignibus in fumum vertuntur, idque ſæpè non ſine iactura ſtanni, niſi velimus hoc non euadere ſpecioſum, ſed maculoſum, durum, fragile, aut ſcoriis multum damnoſum, &c.) Factum plumbum à pyrite & lapide ferrugineo maculatur, niſi in fumum verſa euaneſcant. Cætera apud Agricol. lib. 8. rei metall. pag. 281.

Hacte-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1343 sur 1557

Hactenus furni aperti crematorij, nunc & furnos æris excoquendi, segregandi, ac perficiendi videbimus. Disposítio harum fornacum est talis, Num. 12. A. Furnus clausus antico pariete. B. Alter furnus socius ad eundem parietem posticum, sed anteriorę deficiens. C. Furni os, quo materia immittitur, cui instratus fornax perforatus est camino in cameram deducto. D. Inferior pars antici constans fartura ex luto & carbonum puluere, estq; proxima foco, & emittit riuum liquati metalli per foramen, quod Oculum appellant. E. Catinus est excipiens liquorem constantem ære, argento, plumbo, & scoriis, quibus & lapis adest. F. Lapides & scoriæ ex catino extractæ, & ad dextram furni plantam, vbi tubus respiratorius est, reiecta. G. Scrobs circularis, in quam effunditur stannum, vt in placentas cogatur. Adiacet ei furcilla, qua vncus stanno infigendus sustendatur. H. Panis stanni æroſi ex scrobe extractus. I. Ianua seu fenestra cameræ fumeriæ. K. Locus, qua folles inspirant auram. L. Respiracula vaporarij sub lapidibus tabulis. Porrò compendium huiusmodi operum fieri potest, & vnus duntaxat furnus duabus operationibus vna absoluendis destinari.

Furni posterioris effigies, Num. 13. exhibet eadem, quæ antecedens. Camera effracta conspicitur, & in ea pendens infumibulum, quod fumos in liberum aërem deducit. Neque enim directè sibi accommodata sunt camini & fumaria externa, ne ramenta metallorum & mineralium secretiones expirent, & in auras euanescant. Furnuli plumbarij structura conspicitur ad dextram, estq; diuisa in catinum & focum, quem subit ventus, ignesq; excitat. Catinus operculo tectus est, ne virulentis halitibus lædat operarios, vtque fusum maneat plumbum eo diutius. Plura vide apud Libauium in comment. Alch. part. 1. lib. 1. de Sceuastica artis, cap. 15. pag 116.

Forma alia, Num. 14. A. Pedamẽtum furni ex duobus muris mutuo conniuentibus relicta arena cõstitutum, quorũ dorsum parieti transuerso accõmodatur. B. Notat tabulas ferreas, quibus ambitur dorsum, & continentur massæ cum prunis. C. Vectes, quib. coërcẽtur iunguntur q; tabulæ annulis, per quos traiiciũtur firmati inclusiq;. D. Disposítio panũ stanni æroſi. E. Tabulę descẽsoriæ ex ferro solido, vel lapide, pedamẽto innitẽtes fultæq;. F. Catinus, in quem

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1344 sur 1557

confluit ſtannum argenti plumbati, quod Germani Werck vocant, fors ideo, quia elaboranda excoquendaque fulminatorio foco ſeu cineritio maiori materia eſt. In iſtos catinos ſeu præfurnium aheno ſimile directus ex deſcenſorio canalis eſt, qui ideo decliui ſtatuitur ſitu, vt liquor poſſit profluere. G. Patinæ, vel conchæ ferreæ, in quas exhauſtum plumbum argentoſum ex catino infunditur, & ſic commodioris tractationis gratia ſimul in panes minores diuiditur. Werckpfännlin appellat Germanus deſcenſor, quaſi ſortagines panum plumbi argentoſi dicas. H. Trulla, ſeu cochlear hauſtorium. I. Spatha, vel contus. K. Furca. Trunci ærei relinquuntur ſuper tabulis, vbi conſederunt ſpinis horrentes. In ſe habet deſcenſorium.

Furnus ſequitur Num. 16. A. In quo conflantur recoquunturq; cadmiæ, ſcoriæ, ſpinæ pauperes, &c. B. Focus eius fartus. C. Præfurnium, in quod decurrit liquatæ materiæ riuus. D. Modius ſeu catinus alius, in quem effunditur ſtannum eliquatum, vt fiant panes. F. Oſtium officinæ, ſeu χαλκευτείου. G. Furnus alter communi parieti, E. à poſtico accommodatus, in quo peragitur miſtura ſtannea. H. Focus eius, & fartura. I. Catinus ſeu præfurnium. Poſtquam hoc modo ſtanni miſtura facta eſt, ſegregatorio ſeu deſcenſorio proprio, vt dictum eſt, ſeparatur.

Alius Num. 15. & ſic conſtat. A. Vertex patens. B. Oſtium, per quod ligna immittuntur, quæ vt rectiùs diſponi poſſint, murulus fornaci circumducitur. C. Decurſus eliquati metalli, ſeu oſtium alterum, per quod & flammæ emicant, & riuus deducitur. D. Præfurnium, quod riuum excipit. Id profundum eſt, vt multum materiæ capiat. Qui induſtrij ſunt, medicinas fluxiles inſpergunt, quarum vi deſcendit Argentum, & ſubſiſtit in Regulo. Superior verò pars depauperata, ſeu Argento ſpoliata, exhauritur in aſtantem à dextris catinum, vbi in panes æris pauperis concreſcit. E. Panis. F. Catinus. Panes illi poſtea in cumulos componuntur, donec recoquantur, & à recrementis purgentur, ſeu ad regularem excoctionem præparentur. Graues verò ſeu Argenti Diuites committuntur cum plumbo, & ſegregantur. Hæc ex Agricola paulò pluribus repetiuimus, propter Chymicum, quem informamus quadam παιδίᾳ Platonica. Patet autem, multo commodius poſſe elaborari, ſi accedat induſtria & experientia.

Furnus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1345 sur 1557

Furnus pro æris excoctione, Num.17. talis etiam est: A. Dexter focus cum suo catino. B. sinister. C. Lacuna, seu cornu viuum. D. Lamina ferrea obliqué erecta. E. Fulcrum eius ligneum. Subiectus laminæ lapis est ad sinistram, vt ei innitatur. F. Aditus follium, seu fenestra postica. G. Caminus communis. Idem furnus minus operosè construitur, & simplicius depingitur. Hæc de Furnis excoctoriis, & segregatoriis: Nunc Furnos depingemus Æris regulares.

Furnus Æris regularis, Num.18. Furnus Æris regularis cameratus, Num.19. Talibus fornacibus æs argento priuatum simul repurgatur, & ad regulam excoquitur, quanquam dissimiliter. Nam quo purius nobiliusq; est, eo citius absoluitur, fiuntque placentæ subtiliores tenuioresque, sanguineo vultu resplendentes. Tardius perficitur deterius & impurius, fiuntq; inde παχύτεις crassiores: Et sæpenumero hoc recoquendum est, vnà cum panibus primis, vno vel altero pro impuritate, qui inquinantur vicinitate scoriarum & sordium ex camino & aliis. Quod si ferri nonnihil iniectum fuerit, aut æs ferrosum fuerit, tardissimè procedit opus. Sub finem magno numero ex catino subuolat, quem Florem Æris appellamus. Is repulsus testudine recidit in catinum & pauimentum focumque. Pars cum halitibus per caminum sublata etiam in rectorum canalibus, quo tum delabitur, rum pluuiis abluta residet, inuenitur, indeque detracta ad fornaces reducitur. Hæc de Furno æris regulari. Vides hîc etiam Furnum æris regularem cameratum: Qui pingitur etiam sine camera, & alis, seu muris lateralibus, & intelligitur opus fieri communiter libero loco, idq; cùm nigrum est, seu massale, ad perfectionem perducendum est. Talibus duobus quatuor indies absoluuntur operæ.

Furnus etiam aliquando duplici instruitur foco, Num.20. totidemq; catinis. Nam extruitur in Hungaria clibani forma cum præfurnio & camino á fronte: á latere vero cum fenestra, qua æs exliquatis crematuræ truncis æreis decurrit in mox subiectum focum catino ampliore excauatum. Ille ipse quoque in vno chalcurgeo geminatus inuenitur ad operas ampliores. Hinc intelligere est, in prioribus duo nomina & potestates artis in vnum esse redactum furnum, vt sit per se aliud Furnus æris perfectorius seu regularis,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1346 sur 1557

aliud fissorius focus, quod Germani aptius dicunt, Garoffen/ & Spleißherdt. In illo ad Regulam aspiratur coquendo: In hoc æs scinditur in placentas. Videtur autem hæc machina superflua esse. Vt enim axiomate celebri dicitur: Frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora. Sed hoc institutum truncis æris segregati videtur accommodatius esse, quod absolutius coqui, tanquam sub testa fornacis specie reuerberatoria possit, & simul duplici obstaculo flos & mineralia assurgentia compesci, dum non tantùm intra cameram seu testudinem fornacis continentur, verùm etiam, si quid prosiluerit, id camino excipitur. Pictura Erckeri hæc est, Num. 21.

A. Præfurnium seu vestibulum ianuæ instar. B. Ostium furni fartum, relicto foramine pro furno. C. Furni testudo clibanodes. D. Caminæ ostium, qua se fumus proripit. E. Focus externus cum catino aposchistico Spleißherdt. F. Focus aposchisticius secundus. G. Paries posticus, per quem folles sunt directi, cuiq; furnus clibanodes, quem regularem vocamus, seu æris perfectoris, Garoffen/ est accommodatus. Truncis autem æris vstulatum esse, non obscurè patet ex orthographia, & verbis authoris. Negat enim, panes æris fathiscentes post crematuram excoqui focis maioribus perfectoriis, quibus solent nigri æris massæ perfici: sed decussis spinis, granis & ære cinereo inferri in furnum percoctorium, assimilem Sbatzensi excoctorio, in quo ad purum æs perducatur, & postea recrementis abstractis in placentas diuidatur, id quod foco externo (non interno catino furni) fieri, pictura commonstrat. Scoriæ inde factæ recoquuntur in regulum, qui torrefactus miscetur nouis æris segregati tostique truncis, & ad purum elaboratur.

Furni fociq; æris elaborandi, & argenti inde segregandi, circa Syluam Thuringicam vsitati.

Furnus æris & argenti excoquendi, German. Schmeltzoffen/ Numer. 22. A. Capacitas furni. B. Paries anterior. C. Lutum, in quo interior catinus, cum suo oculo. D. Catinus exterior, seu præfurnium, & massa æris plumbi & argenti, estq; panis mox in focum segregatorium inferendus. Apud Agricol. hæc massa fit in fornace, quem Germani vocant ein Frischoffen/ quæ est eadem cum præsente. Massa seu panis iste Germanis dicitur, ein Frischstück/ maximè ex ære & spinis plumboque, (interdum concurrente lithargyro, molybdæna, &c.)

Focus

Focus ſegregatorius, Germ. Seigeroffen/Num.23. A. Paries poſticus,ſeu caput foci. B.Panes ſegregatorij ex ære,plumbo,& argento. C.Tabulæ ferratæ indeclinè vergentes,relicta in medio rima ad tranſmittendum fuſum metallum. D.Paries anticus duplex oſtium conſtituens commune ad ſuffurnium,quod eſt cauitas cum canali, ex quo profluit metallum in præfurnium. E Præfurnium ſeu catinus cinerarius,quod & cineritium lutoſum dixeris.

Focus teſtorius aut vſtulatorius, Germanis Therroffen/Num.24. His panibus æris ſegregatus deſtinatus eſt, vt penitus exhauriatur, & in corticem trahatur, ſi quid adhuc ineſt plumbi argentati. Formam habet cratis,cui imponuntur trunci æris conſidentis, ab Agricola vocati Panes æris fathiſcentis.Inde decidũt ſpinæ in ſubiectas ciuitates. Germani vocãt Therroffen/à torrẽdo,quaſi toſtrinã dicas.

Focus æris regularis,ſeu æris ad regulam excoquendi, aut perfectorius æris,Germanis Gahrherdt/Num.25. In hoc enim æs ſeparato argento per plumbum,recoquitur ad finem ſeu regulam,fiuntq; panes tenues placentarum inſtar, quod fiſſum æs vocant. Ibidem etiam colligitur flos æris ſpecie pulueris.

Cinereum maius,ſeu focus argenti à plumbo ſegregandi,q̃ Germani vocãt abtreiben/vel Treibherdt/Num.26.Chymicus eſt fulminatorius, propter ſignũ plũbi ſeparati, q̃ eſt ſpecies radiãtis emicãtisq;, quaſi fulminis cãdore argẽti. Debebat à fulgure vel corruſcatione potius appellari. Simul hic eueniũt,q flores purpuraſcẽtes dicũtur ꝓpter halit⁹ fumoſq;,inter quos pur⁹ argẽti ſplẽdor effulget.

Inter furnos ad fundendum idoneos hæc forma etiam aptiſſima eſt,de quo Libau.in comment.Alch. part.1.lib.3.de Diſtractionib. c.6.de Fuſione,pag.251. Num.27. A.Fornax fuſoria cum antico(χωνεία Græcis.) B.Eadem abſque antico, vt diſpoſitio cratis appareat. Vtrique in pauimento addita eſt deſignatio cinerarij, & fouea ſeu præfurnium,ſi placeat etiam multam copiam æris fundere. C.χῶνος ſeu χωνεῖον, catinus fuſorius triangularis parua forma repræſentatus. Neceſſitas imperabit ampliorem. D.Eius operculum. E.Retinaculũ, ſeu capſa, cui incluſus catinus firmatur. Ea ex ferreis bacillis ſeu armillis eſt,& plerunq; defenditur.F.Catiniceps ſeu forceps arcuatus ad prehendẽdos catinos,extrahendosq; ex igni.G.H.Vnci verſorii,quib.miſcetur metallũ in catino. K. Verſorius prunarũ, q̃ munus ſuſtinet etiã Baculus retortus.M.Nam prunæ mouentu. detra-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1348 sur 1557

hunturque istis, maximè cur argentum ad regulam excoquitur L. Rudimentum Prunicipis. N. Alueus ferreus, in quem metallum fusum immittitur. Sed sunt & aluei oblongi, seu canales, item tabulæ, typi, & alia, in quæ effundi solent liquata, vt vel bacilli fiant, aut virgæ, vel certa forma figurentur.

Furnus fundendi vitri & massæ gemmeæ, Num. 29. Prima pars actu vna, potentia duplex ferreo axe vel crate ab humo seiungitur, vt cineribus & flatui sit locus. Per ostium ligna immittuntur, & simul aura subministratur. Sequitur Ergasterium pauimento diuisum. Est hoc fornicatum, interstitium, in medio pertusum, factaq; flammis via, per quam ebulliunt, & in cameram, vnde redeunt in pauimentum, eluctantur. Talis fornax apta est recoctioni, si ita fiat. At aliquando interstitium inter vtramque fornicem etiam cratis vicem præbet, & sic conformatur. Tunc ligna per superius ostium iniiciuntur, dispositisque catinis vel ollis, arenæ, nitrum, sal, cinis, magnes, &c. mista eliquantur, cuius dispositionis causa margo, ambitusque cratis debet esse solidus. Hoc modo mallemus cinerarij ostium ad latus vel tergum reiectum, ne obsta et fusor. Sed consultius est in Hypeccausi focum fieri, in fornice seu testudine collocari fundendam materiam. Ita enim purior conflabitur. Sed & sic rectius disiungerentur ostia, secus ac pictura exhibet. Atque ita se habet fornax præparatoria massæ & Hanmonitri. Inde transfunditur materia in fornacem secundam, cuius figura parum differt à iam picta. Est enim in testudinem reducta, fornicibusque distincta, modo duobus, modo tribus, iam etiam arcuatim exstructa, ita vt arcus iungantur muris, in quorum spatio secundo fenestræ sint singulæ pro conflaturis: Iam absque arcubus simpliciter educta: Imo etiam interdum solitaria, vt tristegos, interdum sociata iunctaque fornaci laterali ad refrigeranda conflata vasa, quod munus tamen in tristega mandatum est cameræ superiori, vt sit compendium operæ & spatij: Tristegon proponimus tale ex Agricola.

Concamerata arcuataque fornax, Numer. 28. tria habet loculamenta. A. Imum, quam Hypocausin cum Vitruuio vocamus, aut Pyriaterium, seu focum, in quo ligna arida super axe ferreo accensa luculenta ardent, & copiosa puraque flamma. B. Spatium secundum, seu medium, quod Ergasterium est, & Conflatorium.

C. Ter-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1349 sur 1557

C. Tertium seu summum sub testudine, quod est refrigeratorium, sed non sine flamma caloreve. In eo collocantur capsæ tegulorum forma, quæ vitra illata defendant de flammis fumisque, si quis negligentiæ culpa existat, cùm ars requirat ligna ἄκαπνα, & eius gratia materiam singulari clibano vel Sole feruente arefacere iubeat. D. Arcus lapidei diuidentes simul fornacem in stationes operariorum, & sustinẽtes fornicem. Illi in vertice centro communi coeunt, seq; intersecant mutuo. Fiunt plures paucioresve pro arbitratu Magistri, & magnitudine furni, quanquam nulla necessitas arcus extantes imponat, cùm alicubi placeat inoffensa rotunditas, fenestris nihilominus & stationibus dispensata. E. Spatia inter arcus, quibus explentur, committunturque, sed illis extantibus. F. Ostium hypocausti per quod inferuntur ligna, subitura, irrepit famulus ad efferendos cineres. G. Margo fornicis diuidentis Ergasterium & Hypocaustum. H. Eiusdem fornicis solum, quod est hypocausti tectum. In eo stabulantur ollæ hammonitrum continentes, ex quibus maturius iam liquor extrahitur, & conflando figuratur. I. Ollæ, quas ea forma exhibuit Agricola. Sed nihil prohibet humiliores esse, vt materia hauriri possit, & tamen oportet eas æquare fenestræ marginem, vel non procul abesse. Tot sunt numero, quot fenestræ & stationes conflatorum. K. Crater fornicis inferioris, per quem flamma emicat consurgitq; in impositam cameram, indeque reciproco flexu reuersa, plerumque per fenestras elucet. Itaque stationes operariorum potius sunt æstuaria, cogunturq; illi satis caloris fronte aduersa & ore pectoreq; excipere, vnde rarò præter semicinctum & togam lineam ad talos vsque demissam, quid amictus gestant, brachiis nudis versantes vitra, tanquam cyclopes & nudi membra Pyracmones. Pallent plerumque & sitiunt non admodum longæui propter colliquationes morbosq; capitis & pectoris, quæ membra adeo habeant imbecillia, vt pauco vino vel cereuisia inebrientur. Intelligendum autem est, ea spatia, in quibus ollæ & crater exhibentur, effracta esse, sublatumq; murum cum sua fenestra. L. Fenestra, per quam ollæ inferuntur in solum testudinis & iuxta craterem ponuntur. Ea patet tota. Sed cum conflatura peragitur, laterculis lutoq; facitur, ita vt relinquatur saltem aditus angustus, isq; diuisus interdum paxillo. Id caloris coërcendæ gratia

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1350 sur 1557

moliuntur, vt intensus materiam eo potentius elaboret. Cúm enim subiens per hypocaustum aura impellat deducatque flammam, & spiritus à summo repulsi exitus quærant, confertim ad fenestras venientes acutam ibi flammam exsuscitant, vnde cogitur vitrea eliquescere. Per ista orificia etiam immittuntur conflatoria ferramenta ad massulas hauriendas. In iisdem sicubi coagulat durescitq; amplius vitrum, quàm vt fingi porrò queat, cogitur remollescere. Inde prorumpens calor stationes quoq; calefacit, ne abrumpatur dissiliatq; materia. Sed fartæ fenestræ icon litera M. designatur. Sunt quidem operarij satis procerę staturæ, vt singulis Atlantas aut Longuriones videre putes; veruntamen scabellis opus habent, in quibus consistentes circumagant, rotentq; vitra præsertim gerania, atque in iustam longitudinem producenda, non rarò opus est scamnis altioribus. N. Margo fornicis superioris, quæ eius solum, quo tegitur Ergasterium, simul indicat. Id litera O. notatum est. Recipit capsas vitrorum iam figuratorum, vt diximus. P. Foramen quadratum, per quod ex Ergasterio admittitur calor reciprocus. Id in medio est, oppositum crateri Ergasterij, sed angustius. Q. Ostium cameræ superioris, per quod imponuntur tegulæ & vitra. Ita se habet fornax ista. Est autem procliue, videre, quod, nisi vrgeat operarum instantia, eadem fornax, sex, aut octo conflatoribus opportuna, sola possit sufficere ad præparandam, excoquendam, conflandamque materiam. Si enim octo sint fenestræ, quatuor destinari possunt præparandæ, quatuor conflandæ misturæ, aut alternis vtrumque procurari. Quin & in hypocausto simul lapides vitrarij vrentur dispositione artificiosa, qua etiam simul defendi potest murus fornacis. Sed vbi vitra copiosa fiunt, & die nocteque operariis mutatis laborandum, ibi satius est, diuersis diuersa peragere. Alioquin etiam Hammonitrum nocte à pueris famulisve præparatum conflatores die elaborant.

Furni aperti Rhetici (Hypocleptæ descensorij primi, cœci á baculo dicti, ῥαβδιαίου, ὑπερξυλίου, λόξου, curui) effigies, Numer. 31. ☉. Clausum habet focum, & vtrumque catinum plumbo eliquato, vel, si opus feruet, mistura minerali & metallica instructum. ☽. Exhibet apertos vacuosque catinos, & anticum foci effractum. A. Paries frontis. B. Paries lateris sinistri. C. Recessus foci vsque

ad pa-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1351 sur 1557

ad parietem posticum. D. Catinus foci cum foramine, per quod subterfugit, quod eliquatum est. E. Exitus catini fornacis in præfurnium: Et hæc est illa via seu ductus curuus, quæ inserto ligno effingitur, & nomen quod tàm furno, quàm operi, apud Germanos imponit. F. Fundus seu planta præfurnij ex aggesto luto furnali. G. Humilis catinus seu scrobs, in quam è ditiore catino impleto, detractisque scoriis fit punctura, & profilit liquamen metallicum: Vbi etiam lapis consistit, & finditur in panes; stannumque plumbeum argentatum vel auratum exhauritur in patinas ferreas. I. Foci anticum ex luto. Farturam appellamus in furno clauso. K. Catinus secundus editior, qui contiguus est fornaci, vt inde simul incalescat, fiatque metallica mistura purior. Materiam quidem intelligitur continere, qua occultatur viæ exitus: sed infra marginem, ob detracta recrementa, & quia nondum absoluta est excoctio. L. Catinus humilis lateralis, plumbum fusum habens, quod vt liquidum maneat, prunæ adiici solent. M. Murus posticus communis, per quem folles inspirant.

Fornacis Noricæ Rudimentum, Num. 30. ♄. Clausam feruentemq; opere excoctorio signat. ♃. Feriantem perfractamque sub muro antico, vbi fartura foci est. Non multum differt dispositio á præcedente. Catinus saltem superior extra fornacem iunctus est ei, qui latet intra muros in foco interstitio rupto. A. Pars media in foco. B. Alterum medium extra focum. Interuenit autem farctura in antico, ita vt cruribus pertingat catinum; diuaricatione verò liberum relinquat exitum, qui in fornace clausa oculi speciem refert, cuius in Rhetico Furno nullum aspectui appareat vestigium: vnde & ille cœcus vocatur. Catini humiles modò in dextrum, modò in sinistrum. Quoniam autem istis furnis excoqui vtplurimum solent nobiliora metalla, aurum & argentum, siue in venis sint, siue fornacum purgamentis, quas cadmias vocant metallurgi, & recrementis. Nec minus etiam prima forma furni alternantis, eisdem maximè inseruit, solent binæ coniungi, & concamerato camino supponi, vt quicquid fauilla Magistro etiam inuito, ne quid de oscitante & imperito dicamus, corripuit, & fornace extulit in sublime, exceptũ redeat ad opus, & vnà cum scoriis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1352 sur 1557

cadmiisque, aut sui generis materia recoquatur. Structuræ istiusmodi icon sequitur, potissimum Noricæ fornaci accommodata, ex qua iudicium simile fieri de cæteris potest.

A. Furni Norici, iiq; tribus lateribus repræsentati, Num. 32. Antico, sinistro, dextro. B. Fartura sub antico, foco prætenta. C. Catinus superior. D. Catinus humilis. E. Supra fornacem dextram effracta camini via, per quam ascendit fauilla. F. Caminus abruptus, vt in cameram spargantur fumi. G. Cameræ pauimentum æreis virgis stratum, quibus accrescere solent quædam mineralia. H. Testudo Cameræ. I. Caminus subdialis, cuius planata innititur pauimento: sed fenestræ quatuor additæ halitum iam metallicis ramentis, & mineralibus corpulentioribus, quæ vel puluerulenta specie euecta, relapsa sunt in pauimentum, vel flammis resoluta loci frigore iterum colerunt, accreueruntq; alicubi: Destitutum, reuolutumque emittunt, nihilominus vna subterfugientibus spiritibus, & corporum concretione resolutis, quos aura absorbet, & passim dispergit, aut etiam vaporibus, aliisq; halitibus mistos per pluuias, rores, aliasq; apocrises reddit. Vnde non mirum est, alicubi tincturis, acrimonia, aliisq; qualitatibus imbutas pluuias & niues cadere, cum eiusmodi caminorum passim plena sint & habitata, & deserta loca, Vulcano etiam sub terra sues halitus in auras efflante. Huiusmodi fumis flores, qui sunt in vicinia, arborum nimirum vitiumque pereunt, si tanguntur. Plerumque enim fumi ingrauescunt, cùm eluctati sunt, & recumbunt. Nec ideo venenatæ Cadmiæ, vel Arsenici, Matchasitæ, stibij, Mercurij, solorum esse putandum est: sulphuris & atramentorum saliumq; spiritus, alias suo modo vtilia medicamenta idem peragunt, vt de sale nitroso, fumo sulphuris, & vitrioli vena liquoreq; constat. K. Ianua in cameram ducens, ad quam pertingit scala. N. Per eam irrepit minister cum scopis & vulsellis, materiamq; conuersam & corrosam præcipitat deorsum in officinam per tubum litera M. signatum. L. Fenestra, qua sola aliquæ cameræ sunt instructæ, ianua remota. O. Pilæ, seu atlantides columnæ, quæ testudinem arcusque sustinent. Eæ opere Græco pro Persis captiuis, & Caryatidibus poterant captis Turcis, in perpetuam gentis ignominiam, expoliri, καὶ ταύτῃ μὲν δὴ ταῦτα.

Cru-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1353 sur 1557

Crudæ fornacis Num.33.ſimplicis forma hæc eſt: A. Anticus paries pro amplitudine fornacis latior: Et deficit ad farturam. B. Focus cum ſua fartura, cuius ſpecies humilior eſt, quam ſuperiorem, propter fuſionis copiam: Et ſané cum pyromacho faciendo plurimum deſtinata ſit hæc fornax: Ille verò ſæpius fiat ex pyrite toſto, crudoque, & tamentis, & ſcoriis (ferè tribus partibus toſti, vna crudi pyritæ, ſabulo eluta pyritæ æroſi, & ſcoriis fiunt panes, qui reſtincti cremantur, iterumque quatuor plerumque partibus iuncta vna crudi recoquuntur in panes, qui ſi ſat ſunt dites, cremantur, & excoquuntur in metallum: ſi nondum aguntur, denuo per focum crudum cum paucis ſcoriis mollibus, & in panes rediguntur. Alia ratio commiſcet pyritæ 6. partes venæ ferreæ vel ferruginoſi lapidis quatuor, duas ſcoriarum: Et hæc excoquit, donec panes fiant, apparet fluxilem materiam eſſe, quæ non eget alto foco. C. Os patulum grandius, ad quod recrementa ſæpius ſubſiſtunt, & ſpatha ſolent aucti. D. Catinus altior. E. Humilis.

Furni Heterophimoti ſeu ſuper punctura hæc eſt effigies, Num. 34. A. Murus poſticus. B. Arcus ad regionem follium. C. Axis, ad quem Tympanum accommodatum agitat, vertitque, & folles mouet. D. Lacuna ſeu fouea ſubterranea recta, quæ ab Antico fornacis tendit ſub ea in aquagium. Eius eſt & alia forma. Nam in tranſuerſum porrigitur ante fornacem, & in poſticum declinat canalem euehendis halitibus vaporibuſque, quos focus incenſus ex terra humida reſoluit. Sed tamen conſultius eſt, in anteriore parte prominere tubum, & non penetrare per murum anticum lacunam, ne aquas ſorbeat. E. Tubus ex ferro & emiſſarium vaporis ex lacuna, per canalem, qui opertus eſt lapide, ſicut & lacuna ipſa. F. Fornax Heterophima tripliciter repræſentata; Et quidem prima habet oculum obturatum in fornicato oſtio; Secunda eundem paulò humiliorem in quadrato, ſimulq; indicatur, eam inſeruire venis difficilibus, hanc fluxilibus. Tertia oſtium totum patens exhibet, vt foci inſtruendi locus appareat oculis. G Oſtium acuatum foci. H. Os eius, ſeu oculus. I. Catinus ſeu præfurnium profundus. K. Farturaquadrata. L. Præfurnium minus altum. M. Farturæ locus patens in tertia fornace. Plura qui deſiderat, Agricolam conſulat.

Hoc modo 4. exhibentur fornaces, Num. 35. vno ſchemate. H. V-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1354 sur 1557

ſtrina argenti eſt abſque regula. ♃. Eiuſdem vſus fornax nuda, paulò tamen aliter efformata. ♂. Fuſoria capſa popularis intus luto craſſo farta, & in catinum efformata. Fit ex bracteis & armillis ferreis tripes, & aura inſpiratur deſuper follibus. ☉ Ventoſa eſt, ſeu anemia ad effigiem furni cinerarij, extructa alias confuſioni ſeu commiſtioni ſtibij & auri deſtinata apud probatores: eaque fit ex argilla opere figulino duabus partibus ſibi mutuo adaptatis, quarum ſuperior circa limbum ſuſtentacula habet ad ſuſtinendam cratem ferream. Foris additi ſunt globi manubrii vel anſarum loco. Ducitur ſatis craſſo luto, atque etiam, vt firmior ſit, craticula immiſſa intus ſarcitur pollicari aut ampliore craſſitie. Fit & ex ferri laminis, vna vel duabus partibus, quæ intus in ergaſterio ſunt exaſperandæ, ad lutum accipiendum. Parantur huiuſmodi fornaculi etiam abſque oſtiolo ergaſterij; prunæ enim imponuntur per orificium in ſummo patens. Forma facile intelligitur ex pictura, ſi induxeris oſtiolum ſuperius. Agricola quadratum ſchema habet, quod adiecimus. Ita Erckerus excoctorium æris depinxit, vt facile poſſit pro hac anemia eſſe, atque etiam inſeruire præſenti conſilio. In Furno primo, litera A. catinum in foco prunis plenum deſignat, in quas à tergo follis E. inſpirat. B. Anſa depacta in focum eſt ad trabis ferreæ pedatæ, quam elementum C. notat cuſpidem recipiendam. Huic fulcro ligna imponuntur, vt eo luculentius ardeant. D. Valuæ ferreæ vel æreæ, quarum obiectu Magiſter ab æſtu defenditur. F. Catinus ſecundæ fornacis inanis.

G. Auræ per folles incuſſæ foramen.

H. Teſtudo ſub foco.

CAPVT

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1355 sur 1557

CAPVT IV.

De Furnis cæmentatorijs.

HVCVSQVE de Furnis apertis: Tecti sunt, quorum superficies tecta est. Furnus tectus est simplex vel compositus.

Furnus simplex est, qui simpliciter & absolutè sine alterius adminiculo constat: Estq; calcinatorius, vel dissolutorius.

Furnus calcinatorius est, qui rebus calcinandis inseruit, vt cæmentatorius & reuerberatorius.

Furnus cæmentatorius est, Num. 1. in quo ignis ad res cæmentandas dextrè accommodatur. Varij in huius operationis negotio possunt adhiberi furni, ille tamen, quem modò describemus, tum ob ignis continuitatem, tum ob eiusdem conuenientem graduum administrationem, præ omnibus aliis nobis arridet, & sequente modo erigitur: Fiat murus ex lateribus in quadrum, qui intrinsecus cubitalis sit lateraliter, & sursum ad sectionem primam vsque pedalis, ad conisterium, litera A. notatum, constituendum. Porrò ad secundam sectionem adhuc pedalis fiat, ad ergasterium conficiendum, quod litera B. ostendit. Inde ad turrim furnus inclinari debet, C. ad altitudinem vnius pedis. Porrò ab huius furni cuspide turris. D. Tripedalis in altum euehēda est cuius interior pars sit pedalis capacitatis. Atq; ita exstructi huius furni proceritas erit sex pedum, vel trium cubitorum. Duo autem ostiola in pariete anteriore sunt relinquenda: Vnum, E. in conisterio continens tertiam cubiti partem in latum, & sextam in longum, cineribus eximendis, aëriq; attrahendo aptum: Alterum F. in foco sesquialterum quadrantem cubiti habens. Intra hæc ostiola craticula ferrea ponitur, & supra illam terrea aliqua lamina, cui tegula fornicata vel pyxis cæmentatoria superimponi possit, collocatur. Tegulam hanc fornicatam, vel pyxidem cæmentatoriam carbones è turri recta prolabentes tegunt, & igniunt. Præterea quatuor foramina, in quolibet nempe pariete: Vnum G. G. ventilabra dicta, in deuexitate sunt constituenda, vt carbones vnco ferreo moueri per illa queant. Habeat & turris foramen H. in supremo ad auricularis digiti amplitudinem. Hoc foramen nunquam ferè clauditur, sed vt ignis aërem fouentem ad se attrahat, apertum relin-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1356 sur 1557

relinquitur. Reliqua oſtiola & foramina ſuis obturamentis probè claudantur, vt furnus ſecundum operis exigentiam ignem accenſum 24. horarum ſpatio continuum ritè fouere poſſit.

Fornacem cæmentatoriam ſic deſcribit Agricola in 10. de Re metallica: Fornax tres cameras habeat, quarum infima ſit alta pedem. In hanc & aura per os eius penetrat, & cinis decidit, & lignis combuſtis, quæ ligna ſuſtinent bacilla ferrea ſic collocata, vt cratis figuram repræſentent. Mediæ altitudo ſit duorum pedum, per cuius os in eam immittuntur ligna, quæ vel querna, vel roborea, vel cerea, vel lignea eſſe debent. Ex his enim ignis lentus & diuturnus, quali ad hanc rem nobis opus eſt. At ſuprema camera ſuperius pateat, vt ollæ in eam demitti poſſint, quarum altitudinem habeat. Eiuſdem fundus conſtet ex bacillis ferreis tám validis, vt ollarum pondus & vim ignis ſuſtinere queant, tanto inter ſe ſpatio diſtantibus, vt hic bene penetrare, & ollas calefacere poſſit, quæ etiam ipſæ inferius ſint anguſtæ, vt igni in medium inter eas interuallum recepto incaleſcant: ſuperius amplæ, vt coniunctæ eundem aliquantulum arceant. Quinetiam fornax ſuperius laterculis non admodum craſſis, vel tegulis & luto obturetur, relictis tantummodo duobus vel tribus ſpiramentis, per quæ fumus & flammæ eluctari poſſint. Pictura fornacis hæc eſt.

Cum magna quantitas cæmentanda eſt, nulla commodior via eſt, quàm vt caminus iuxta ſequentem Diagraphen conſtruatur. Quanquam enim & alij furni poſſint parari: Hic tamen, mea opinione, eſt vtiliſſimus. Fouet enim ignem horas 24. ea conſtantia & continuitate, vt non multum in eius cura ſit laborandum. Fit autem in hunc modum, Num. 2. Ex laterculo cocto extrue quadratum, quod interna amplitudine habeat cubitum, tantundemque altitudine. Deinde reducatur modicè ad anguſtias obliquatis lateribus in altitudinem dimidiati cubiti. Hinc educatur in altum turricula acediæ vſque ad ſeſquiulnam, vel duas, cuius interna amplitudo ſit ſeſquicubitalis, & longitudo totius camini 3. vel 4. vlnæ. In anteriore parte duo efformentur orificia, inferius longum trientem, altum ſextantem, vt aura poſſit penetrare: ſuperius amplum 4. vlnas, & dimidiam, & eiuſdem altitudinis. Iuxta hoc diſpoſita eſto craticula ferrea, quæ contineat laminam fictilem intra fornacem.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1357 sur 1557


0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10


Cap: 3. No. 1.


0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

cem. Super lamina locetur tegula (quali vtuntur probatores in sua fornacula) quæ exæquet orificij altitudinem, sub quam cæmentum inferri, & in tuto esse possit: vel etiam sine tegula olla cæmentatoria ponatur super laminam. Qua se obliquat fornax, quilibet parietum habeat vnum spiraculum. Turriculæ accommodetur suum operculum, sub quo ferè iuxta marginem aliud paruum respiraculum expressum esse oportet, ne suffocentur prunæ, Num. 3.

A. Spatium pyriaterij & ergasterij; quæ duo distinguuntur craticula. B. Obliquatio fornacis, in cuius parietibus sunt quatuor fumaria: Et hæc est Ergasterij superior veluti concameratio seu testudo ad reuerandum comparata. C. Turricula acediæ. D. Eius operculum. E. Spiracula seu fumaria. F. Conus, quo obturantur. G. Prunarum respiraculum in turricula amplitudine digiti auricularis. H. Ostiolum superius, cum ansatis valuis. K. Trabes, quibus innititur tabula fictilis, & craticula. Eæ prominent hic foras, vt item imponi tabella possit, vel reclinari super eas valuulæ. L. Ostiolum inferius cum valuis ansatis. M. Foramen auræ ingredientis sub ansa. N. Olla cæmentatoria ventricosa. O. Olla humilior, sed latior. P. Testa. Q. Pyxis cæmentatoria ferrea cum nodis, vt constringi operculum filis ferreis possit. R. Alia pyxis, vtraque solet in cæmento regali in summo habere exiguum foramen, vt violenti spiritus salis ammonij subterfugiunt circa rupturam pyxidis. In figendo tamen foramina etiam obstrui possunt.

♀. Cæmentatorius Panthei, Num. 4. A. Focus est cum testudinibus arcuatis. B. Testudines sub foco, quibus solet supponi capsa cum aqua ad alliciendos ex foco halitus inter cæmentandum vagantes. In opere verò fusorio excoctoriove remouenda aqua est. ☽. Vstrina Agricolæ sub tegula, vbi C. notat ergasterium concameratum, quod sursum abit in caminum subdialem. D. Foriculæ ferreæ cum ostiolo sustinentes vicem valuarum in furno præcedente. Porrò in cineritiis magna fraus est, si lignei bacilli vel ramenta eis occultentur. Nam in combustorum locum secedit metallum. Idq; sibi solent fraudulenti excoctores rapere, de quo dispiciendum sedulò est Dominis Fodinarum. Hactenus Furni cæmentatorij, tàm pro ære, quàm pro vsu medico.

Vide sequens Schema.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1362 sur 1557



CAPVT V.

De Furnis Reuerberatoriis.

EIVSMODI fuerunt Furni Cæmentatorij: Nunc sequuntur Reuerberatorij, in quibus imposita materia à reuerberante flamma calcinatur. Hic sequenti modo artificiosè exstruitur, Numer. 1. Erigatur murus lateritius in forma oblongiori, altitudine vnius

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1363 sur 1557

vnius pedis, pro conisterio. A. In eius pariete alterutro locus vacuus ad quatuor digitos latos ostiolo, per quod cineres eximi possint, relinquatur sub litera B. Huic muro impone cratem transuersè, quam litera C. demonstrat, & superillatus murus D. adhuc pedalis fiat pro foco, qui supra prædictum ostiolum etiam alterum, E. signatum, per quod ligna immittuntur, habeat. His ita compositis, solarium F. supra murum ex lateribus conficitur, quod posteriorem murum ad tres digitos latos non contingat, vti per istud foramen G. flamma permeare possit, & in sequente camera retenta in materiam reuerberare cogatur. Porrò relicto in pariete anteriori ostio mediocri. H. Supra illud solarium, vbi materia reuerberanda imponi eximiq; possit, reliquam furni partem, quæ altera reliquorum paulò humilior sit, concameratione firma I. occludimus, atque tàm posteriorem, quàm anteriorem furnum, relictis in facie digitis latis duobus supra prædictum superius ostium quatuor iuxta se positis ventilabris, litera K. signatis, quibus ignis dextrè & conuenienter dirigi, eiusque calor augeri minuive, pro arbitrio & exigente negotio, possit, muris lateritiis firmatum obturamus. Omnibus hunc in modum exstructis, cuilibet ostiolo suum conueniens obturamentum formamus, illiq; imponimus, furnumque vsui inseruire iubemus.

Libauius in comment. Alch. part. 1. lib. 4. de Extractionib. cap. 15. pagin. 322. & 323. talem formam demonstrat Reuerberij, Num. 2. A. Pars anterior, in qua ampla rima, per quam ampullæ rostrum prominet. Ea luto obturanda est inserto vase. B. Posticum. C. Latus sinistrum, quod officinæ parieti potest adhærere. D. Latus dextrum. E. Tectum ex tabulis vel lateribus. F. Cineratij spatium. G. Præfurnium. H. Ostium cineratij. K. Signa trabium, quibus luto obductis innititur ampulla loricata. Eas trabes ex ferro esse, & in medio curuatas ad recipiendum ventrem, vtile est. L. Ampulla accipiens. M. Ampulla tradens, pro qua potest esse retorta. N. Infundibulum, in quod influit liquor ex ampullæ fundo perforato. O. Recipiens secundum in aqua frigida positum. Hæc vasa firmo glutine cohærent. P. Frigidarium. Q. Fenestræ, per quas super ampullam carbones immittuntur. Eis respondent duo spiracula in antico.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1364 sur 1557

Ex hac forma destillari solent fortes aquæ & spiritus cum oleis mineralibus, Num. 3. Furnus ex laterculo constat, & potest pyriaterio, cinerarioq; seruatis effringi, & pro vasorum ratione mutari. Flamma eluctatur inter lateres, quibus tegitur. Quæ à sinistris est ampulla, interdum in sublimiorem ventris partem foramine pertunditur, ne violentia spirituum rumpatur. Id autem ligneo cono obturatur, & reseratur, cùm necessitas postulat. Ignis per stipites ligneos procuratur, postquam paulatim per gradus prunarum adminiculo est incensus, & fornax concalefacta. Vasa fulciuntur bacillis ferreis, vel capistris luto illitis.

Varij sanè sunt modi calcinatorij, cuiusmodi adhuc videri possunt; Ex Libauio tales in medium adferuntur, Num. 4. Ex dispositis laterculis super foco extruitur, vt latitudo longitudini sit dupla. A. Frons. B. Latus. C. Cinerarium, quod tegitur crate, sed non tota patente. Lateres enim lati parietibus applicantur, vt in medio tantum foramen relinquatur pro spiritu & cineribus, crates constat ex bacillis ferreis triangularibus, quibus interponuntur lapilli iuxta capita in muro, ne moueantur. D. Pyriaterion super crate, in quo accenduntur arefacta ligna. E. Ergasterium cum tabulato ex lateribus planis, in medio relicto foramine, per quod eluctentur & regantur flammæ. Trabes ferreæ tabulatum sustinent. In eo collocantur ollæ cum materia calcinanda, nec abludit à vitrariorum dispositione, foramen seu ostium. F. Aliqui in antico faciunt, aliqui in latere, vt per id inferri catini, & opus inspici possit. Clauditur furnus laterculis transuersis. Quæ spiracula sint relinquenda, & quæ ratio graduandi, artificis committitur industriæ. Variæ eius formæ nobis ab authoribus offeruntur, ex eis quasdam huc proferre placet, vti videre Num. 5. Quadratam hanc figuram voluisse Catonem, ratio mensuræ exigit, & est dupla longitudo ad latitudinem. Orificium & fauces summæ possunt esse rotundæ, vel quadratæ; Et sanè fornacis interiorem dispositionem angulosam esse, exitum autem rotundum obiecto tectorio nihil prohibet. Latera in præceps vergunt, ne calx sidat. Structura & exædificatio debet esse iusta, & foris fartura munita, seu tectorio, quod nos incrustationem dicimus, ne calor vel flamma per hiantes rimas possit euagari. Nam ideo in angustum surgit, vt coarctata flamma sit validior, & quasi reuerberans.

rans. Quæ de electione lapidum habet, ea etiam sunt apud Vitruuium lib 2.cap.5.vbi iubet calcem coquere ex albo lapide, vel silice: Ex spisso duroq; quidem ad structuras; ex fistuloso verò ad tectoria. Ignis continuus est ad horas 60. seu triduum ferè, vt Commentator Vitruuij scribit, quanquam alicubi etiam diutius aut breuius foueatur pro firmitate materiæ, & aliis circumstantiis. Decedit lapidum ponderi pars tertia vel circiter. A. Fornax Catonis vnius præfurnij. B. Duorum, quorum inferius est cinerarij ostium, & distinguitur à superiore seu pyriaterio crate, vel dispositis laterculis saxisve arenariis pro crate. Quomodo inferri saxa debeant, & ordine disponi, vt ignis potestas in omnes agat, discendum apud calcarios. Plerique in cameratum fornicem circa pyriaterium redigunt, sed relictis meatibus ad superiora.

Est etiam calcinatio per ollas, Numer. 6. in suis reuerberiis, aliquando focis, nonnunquam extemporaneis furnis: Ex quo genere sunt, quos in atramento seu vitriolo calcinando sic depinxit Dornæus. In cæteris calcinandis varia adhibentur reuerberia, furnique fusorij, & similes. Geberus calcinaturus metalla mollia, probat fornacem magni ignis. Metallum in patinas ferreas vel terreas digerit, inq; furnum calcinatorium ita ponit, vt ignis subdi possit, carbones supponi, & sufflari. Statuit eadem super tripode, vel tribus columellis é lapide, & parietibus constanter interuentu lapidum iungit. Quid multis opus? Pingunt furnum quadratum, & catinum rotundum, ita collocato catino, vt cutis concrescens detrahi possit, igne subtus valido. Non subterfugit plumbum, vt in excoctoriis, sed cogitur ignem pati. Fingat sibi quisque furnum.

Libauius in comment. Alch. part. 1. lib. 3. de distractionib. cap. 21. pag. 282. tale Num. 7. demonstrat etiam calcinatorium: ♄. Cista calcinatoria. ♅. Eius operculum humatum, á quo suspendendæ lamellæ, eius locum sustinere olla similis potest, aut fortuitus aceruus gigartorum, aut polentæ hordei excocti, &c. ♂. Olla cineribus calidis plena, in quibus sepultæ sunt prunæ iuniperinæ, & olla cum medicina acri halante, operculum intus vncis instructum est ad lamellas tenendas. ♀. Arenarium cum foco viuo. Ei lebes terreus imponitur cum hydrargyro vel plumbo. Lebeti tuba inuersa affigitur luto. Tubæ orificio insternitur lamina metalli, si hoc est

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1366 sur 1557

calcinandum: sin hydrargyrus, is in sacculo super fumum plumbi vel cinnabaris, vel sulphuris demittendus est. Ista tuba potest fieri tricollis seu triuertex, vt signo ⊙. ad plures laminas simul calcinandas. Cætera committimus ingeniosis.

Calcinatio per aquas fortes, interdum etiam peculiaribus perficitur furnellis, quos separatorios vocant; alias anemiis, cucurbitis, tripode, &c. Figura singularis hæc est, Num. 8. A Fauces duæ, per quas immittitur cucurbitula separatoria, & retrahitur. B. Fenestræ ad contemplandum vitrum. Potest ibi pauimentum fieri, vt intersit inter pyriaterium & ergasterium. Calorem verò accipiat per foramina. C. Ostiola fornaculæ. D. Cineraria, & respiracula. Cineratio imponitur lamina terrea perforata quiescens super fulcris ferreis seu bacillis. E. Cappa vitri, quæ & Furno calcinantis idonea. F. Armillæ fornacem coërcentes.

Alij tám laboriosam fornacem repudiant, contentiq; sunt foculo cum tripode armillari, Num. 9. Talem depinxit Erckerus in secundo Docimastici, &c.

Antiqui tali etiam vtebantur fornace reuerberatoria, vti videre est, Num. 10. Varij possent adhuc dari species, verùm nulla nobis occurrit melior ac habilior, quàm illa, quæ Num. 1. in principio cap. appicta est. Nunc ad Caput sextum accedemus.

Vide sequens Schema.

CAPVT


Cap: 5.
3.
1.
2.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.

CAPVT VI.

De Furno veſicæ, & catinario.

HACTENVS furni calcinatorij. Diſſolutorij ſunt furni ſimplices, cuius ope, ſubtile à craſſo traiiciendo, res diſſoluuntur. Sunt autem Aſcenſorij, aut Deſcenſorij. Furnus aſcenſorius eſt, quando aſcendendo diſſoluimus. Is ſiccus eſt, vel humidus.

Furnus ſiccus eſt, vbi vas materiam continens nulli aquæ imponitur, ſed præter humorem externum diſſolutionem promouet; quod fit in veſica vel catino arenario.

Furnus veſicæ eſt, qui rei in veſica diſſoluendæ inſeruit. Is appoſitus Num. 1. eiuſmodi eſt: Quatuor muri in quadrum pedalis altitudinis (vt tamen latitudo pro veſicæ capacitate variari poſſit) pro coniſterio, quod litera A. deſignat, erigendi ſunt. Sed ab vno latere in fundo duo fragmenta ſufficiant ad angulos ita poſita, quod in medio illorum ſpatium inane cinerario ad 6. digitos lato & alto, B. notato, conſtituatur, & ſuper illud reliquum eiuſdem partis cæteris eſt coæquandum. Super hoc ſtructum bacilli ferrei in modum craticulæ ſunt collocandi. Ita coniſterium exſtructum erit. Super hoc pares pro foco conficiendo ſtruendi ſunt muri, altitudine ſeſquipedales, relicto oſtiolo in medio furno, litera G. ſignato, per quod carbones adminiſtrari poſſunt. Super hunc murum baculum ferreum, qui impoſitam veſicam, ne dilabatur, retineat, ponimus. Hiſce itaque exſtructis murus ad altitudinem veſicæ pro ergaſtulo conficiendo continuatur. Obſeruandum tamen eſt, furnum tantæ capacitatis extruendum eſſe, vt inter illum & veſicam duorum digitorum ſpatium ad minimum intercedat, quo calor veſicam debitè circumdare poſſit. Impoſita denique veſica D. furnus tegitur, prominente nihilominus veſicæ orificio, 4. item ventilabris E. relictis. Tandem cuilibet foramini ſuum obturamentum formatur, eique imponitur. Species eiuſdem plures vide Num. 2. Num. 3. Numer. 4. Num. 5. Num. 6. &c.

Num. 7. Catini furnus eſt, quo catini adminiculo res diſſoluimus, eodem modo, quo ſuperior ſeſe habet, nec quicquam ad ſtructuram quod attinet, ab illo diuerſus eſt, niſi quod loco veſicæ catinum, vel aliud vas materiam diſſoluendam continens, imponimus,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1369 sur 1557

mus,& furnum obseramus. Si autem præter catinum igne aperto aliquid per inclinationem aut latus dissoluere velimus, furnus aliquo in latere quatuor (vel pro re nata) sex digitis latis ad conuenientem capacitatem vacuum locum habeat, necesse est, per quem vas promineat. Hic furnus maximi vsus est in omnibus fermé dissolutionibus, siue per cineres, siue per arenam, siue per ferrum fiant, siue tandem per ignem nudum perficiantur. Libauius noster tales nobis depingit formas, Num. 8. Furnus catinarius cilindrotes, inquit, cuius ima pars conisterium bifore: Media pyriaterium seu hypocaustum: summa ergasterium. Huic adaptare vel ahenum potest pro balneo, vel vesicam pro stufa sicca, vt appellant, vel catinum cinerarium, aut arenarium. Si item placet, solidam continuamq; fac totam & fixam ex latere secto in circulum: vel opere figulino partibus diuisam. Non opus est, vt admonearis trabe ferrea, aut murulis, aut bacillis ferreis muro insertis discernendum esse ergasterium, ab hypocausto, vti nec crate separandum conisterium. Illud obseruant Magistri, vt ouali figura paulatim ergasterium stringatur & capacitas vtraque (etiam pyriaterij) in cratulam angustam desinant, sicut supra vidisti. Nonnulli cinerarium spatium geminant. Sic enim calor validior subministratur foueturq; diutius. Itaque hi quatuor partes fornacis habent. Addunt aliqui quintam. Includunt enim totum opus, quod alias sub dio est, cœlo, seu testudine concameratæ, defensionis gratia, & vt calor eó felicius operetur. Sed in plerisque hoc cœlum actu non differt ab ergasterio, cùm eius sit tegumentum. Cæterum ista fornax rectis vasis potissimum est accommoda: Præterea etiam inseruire potest operis apertis pro anemia, vt fusionibus, decoctionibus, &c. Sed pictura altera, Numer. 9. incisuram habet pro retortis, siue nudo igne committendis, siue cinerario, aut arenario interuenientibus: & potest etiam vtraque quadrata, vel quadrangula specie construi, nec vni saltem vasi, sed pluribus communis fieri, siue ea singularibus catinis sint donanda, siue vna amplo communiq; comprehendenda. Ea sic potest fieri: Amant formas rotundas plerique, quod accommodatæ sint perfectioni ad exemplum maioris minorisque mundi & monadis hieroglyphicæ. Pro eis aliqui polyganias faciunt, quibus substernunt quadratum pedamentum, aut pentagonum, hexagonum,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1370 sur 1557

octaedrum, pleraque pro loci opportunitate & arbitrato. Imitare, quod tibi suaserit præsens consilium. Quas iam oculis subiectas vides, Num. 11. cubum repræsentat, Num. 12. quadrangulum ἐτερόμηκες. Cubi planum fecimus Rhombi forma. Tu fac quadratum rectilineum, aut Rhomboides. In eo vnicum saltem foramen pinximus pro vno catino; si placet, tu exprime 4. aut 5. ita vt per medium descendat canalis in craticulam, per quas prunas deiicias. Circumstent ad angulos 4. catini, quod maximè tunc fieri potest, cùm in officina nullo latere impingit, sed vndiquaque liberum habet accessum. Nihil tamen prohibet posteriore parte parieti cohærere. Præterea etiamsi 4. sint foramina, non tamen necesse est tot supponere catinos, si vnus sit satis amplus: Et pro hoc nos picturam dedimus, in cuius antico vides ab angulis paulatim versus craticulam coarctatum spatium esse, figura ouali, iuxta craticulam ostio peruia. Super illud ostium ab arcu duorum digitorum distantia fundus catini desinit. Nos quidem ostio assignauimus tertiam partem altitudinis ergasterij & foci; sed tu in tua officina sequere rationes tuas. Tectum planum est, nimirum ex tabulis ferreis 4. totidem faucibus perfossis, & si libet addere canalem medium, quo loco concurrent, lunatim excisa debent esse, vt circulum exhibeant. Aliter pro vno vase id adaptabis. Pro ferreis laminis seruient fictiles, aut etiam testæ, & lateres plani, nisi velis rectorium inducere ex cæmentis vel luto, vel vtroque, quæ vt sustententur, trabes transuersæ facient. Cineratium duplo humilius est foci & ergasterij spatio. Sed in re manifesta non opus est verbis. Ex varietate hic plures formas conspicere potes, Num. 10. Num. 13. Num 14. Num. 15. quarum explicationes poteris capere ex comment. Alch. Libauij, part. 1. lib. 1. de Sceuastica artis, cap. 33. pag. 170. & 171.

CAPVT


Cap: 6.
1
2
3
4
5
C
A
B
6.
7
8
9
10
11
12
13
14
15

CAPVT VII.

De Furnis Balnei.

BALNEI furnus sequitur, Num.1. vbi in aheno calidam continenti dissoluimus. Hic furnus eodem modo, quo superiores furni exstruebantur, erigitur, & loco vesicæ vel catini ahenum, ad id fabrefactum, æneum ipsi imponitur. Ast in roris balneo aheno aliud quoddam vas ex cupro cusum, sequentiq; modo formatum superimponitur. Fit vas rotundum, duorum aut trium pedum altitudinis, cuius imum literæ A. intra ahenæ sinum recipiatur, & commissuræ adeo quadrent, vt aptè concludi & constipari possint, ne tantillum auræ vel vaporis exspiret. Ex huius vasis aliquo latere, canalis vel epistomium prominet, qui labiis inferioribus ahenum petit, vt exigente id necessitate, per illum recens aqua suffundi possit. Proxima ab aheno hoc vas circumcirca plicam aliquam habet, cui lamina perforata B. quasi septum transuersum, imposita vasa continens, accommodatur. Sæpenumero etiam accidit, vt plura digerenda simul veniant, quam vnum eiusmodi vas capere possit, quocirca ad penuriam hanc supplendam, alterum primo, vel etiam tertium, tempore necessitatis, & exigente digerendorum copia, secundo imponi potest. In summo vasis operculum cupreum, C. conuenienter iuncturas claudens, ne vapor inde exhalare queat, adaptamus. Quando autem per Balneum roris abstrahere aliquid animus est, vasis huius non egemus, sed cucurbita aheno profundiori, imponitur, hac tamen cautione adhibita, ne aqua ad vitrum pertingat. Oportet enim vt tantum vapor illud circumdet & calefaciat. Tandem operculo balneo inseruienti, vt vapor exhalare nequeat, obseratur.

Varias formas Libauius noster inducit, ex quibus aliquas huc referre placet, vide eius comment. Alchem. part.1.lib.4.de Extract. cap.9.pag.308. Num.11.& 13. A. Murus, quo pyriaterium ab ergasterio est diuisus, & in cuius parte anteriore est balneum, in posteriore focus & furnus. B. Furnus sub cortina, in quem putamus per murum foramina seu æstuaria penetrare, vt aliquis calor, modicus tamen subintret, & balneum foueat. Quanquam enim cortina plumbea est, non tamen facile liquescit aqua prohibente, sicut nec

cùm

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1373 sur 1557

cũm apud Plinium lixiuia decoquuntur ex eodem metallo vasis. C. Berchile seu cortina aquam & vasa continens. Eam quadratam intelligi, docent verba Bulcasis, quæ volunt compingi inter se latera. Nihil tamen prohibet, quin etiam figura rotunda exprimatur. Interpres scripsit, paruum fieri debere Berchile, & ollam æream magnam: & tamen indicat, pluribus cucurbitis capiendis fuisse aptum. Itaque illud paruum putamus, humilia latera designare. D. Operculum tot foraminibus peruium, quot sunt cucurbitæ, fuitq; tantus apparatus proculdubio non vnius atque alterius gratia procuratus. Quomodo emineant cucurbitæ & alembici, non est difficile intellectu, itaque eos omisimus. E. Canales ex aheno post murum in cortinam spectantes, possuntque collocari humilius. Nam ferè ex fundo ahenæ prodeunt. F. Aquæ ductus ad abundantiam deriuandam. G. Furnus cum aheno. H. Fumi canales. Quanquam autem hæc balnei ratio hodie non est in vsu; similis tamen dispositio excogitari potest. Talis ferè est illa, in qua furnus quidem sub aheno ignem fouet: sed à foco in proximum murum recessus est, & caminus, in quo ahenum cum aqua collocatum eodem semper igne incalescit, aquamq; calefactam per Epistomium in Balneum ante murum infundit. Gesneri quoque pictura similitudinem expressit: sed omnium accommodatissimæ sunt acediæ, in quibus balneum vnum aut plura turriculæ ignem & carbones continenti accommodatum est, vt supra positæ figuræ ostendunt.

Satis aperta est hæc figura, Num. 2. vbi litera A. ponitur, intelligas pyriaterium paulatim coarctatum esse in ventrem angustum, cuius ima pars seu fundus craticulam habet, litera B. notatam, quæ vt conspici possit, ostium laxauimus. C. Operculum furni cum spiraculis quatuor. Foramen in medio eius ita capax est, vt comprehendat ahenæ collum. D. Capsa ex ligno, vel terra figulina non affixa, sed mobilis. E. Testudo.

Est & aliud Balneum phiolarum, Num. 3. quo spiritus subtilissimi, atque adeo vera Quinta Essentia vno opere, & cum crassiore aquosioreq; succo ita secernitur, vt inuisibili specie per alembicum in conceptaculum decurrat, ibiq; colligatur. Dispositio Libauij hæc est: A. Tegumentum fornacis circulare cum quatuor respiraculis. B. Operculum aheni cum foramine ad aquam immitten-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1374 sur 1557

dam. C. Phiolæ collum. D. Spongia in eius medio. E. Filum, cui alligata spongia. F. Commissura cera farta, & charta. G. Orificium phiolæ prominens in alembico, inuolutum charta. Plura simplicis balnei exempla producere, nostri non est instituti, duas tamen formas arcanas, quarum vnam, Num. 4. pro destillando S. V. ordinamus, alteram pro spiritu vitrioli, Num. 5. quas ex pictura demonstratas vide: Adderemus etiam illam, per quam destillantur spiritus vegetabilium, sed illa facilis ac simplex, requiritq; paruum tantùm phiolam, &c.

Inter Furnos ascensorios hîc etiam notandi sunt illi, qui ad sublimationem habiles existunt: Primò audiendus Libauius; deinde ex nostra praxi aliquos demonstrabimus. Vide comment. eius, part. 1. lib. 4. cap. 7. pag. 301. Num. 6. Sublimatorium cœcum. Num. 7. Sublimatorium rostratum. A. Cinerarium. B Pyriaterium. C. Spiracula. D. Orbis terreus excisus in medio. E. Collum matulæ; Et est fistula terrea, cuius duplex forma seorsim repræsentatur literis H. & K. Forma H. amplectitur matulæ collum, eiq; foris agglutinatur; sed K. desinit in limbum excisum, qui inseritur in matulam, quam tunc intus oportet simili limbo instructam esse, vt superficies cauitasq; interna sit æqualis; Aliàs prohibebitur ascensio per latus, & impedimentum spiritibus obiicietur, quin hærebunt in extante margine, nec eleuabuntur ad operculum. Non autem tantùm per mediam capacitatem sursum feruntur, sed & repunt per latera, quibus veluti per viam ducuntur, & diriguntur: nonnunquam etiam accrescunt more pruinæ. F. Capitellum seu Alembicus cœcus foratus in vertice, vt spiritus humidi exeant; & deinde Baculus M. inseratur in explorandum sublimationis progressum, præcipitandumque deorsum, quod hærere nolumus, vt fit, cum hoc opere figimus, vel vnimus. G. Forma matulæ continentis materiam, quæ vix tertiam aut quartam partem debet implere. Qui enim multum vasi angusto indunt, sublimationis successu priuantur. N. In altero schemate cucurbitæ collum designat. Nam pro matula etiam cucurbita ex amplo paulatim in angustum coarctata seruire potest: sed dilatatum oportet esse orificium. O. Alembicus sublimatorius cum rostro curto. Addi illi nihilominus foramen in vertice potest, ad explorandum sublimationis euentum.

Alia

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1375 sur 1557

Alia ſublimationis ratio per ollas multiplices, hac etiam depingi poteſt ſpecie, Num.8. Nihil refert in hoc ſchemate, ſiue omnes ſint ollæ fictiles, ſiue Alembici pertuſi, excepto fumo cæci, aut roſtrati, vel inferiores poſſunt cæci eſſe, ſummus roſtratus, vel contrà imus roſtratus, cùm humidi ſpiritus non tàm altè ſcandunt, quàm ſicci. Summa olla eſt caput Arimaſpinum, aut Cyclopicum monoculum. Pro eo interdum eſt galea ferrea, præſertim in ſublimando ſtibio. Sublimationis in latus apud Euonymum fit mentio. Eius pictura eſt huiuſmodi, Num.12. Furnus reuerberij, in cuius Ergaſterio duæ cucurbitæ oblongæ obliquæ ſurſum contundentes iunguntur, occurrentibus ampullis in ventre vno foramine pertuſis. Suſtentantur hæ fulcris, vel ſcabellis, aut tripodibus. Licet cuilibet effingere firmamentum pro arbitratu. Luto cucurbitæ armantur, firmiſſimeq; obturantur commiſſuræ. Furnus tegitur laterculis, inter quos flammæ eluctantur. Ampullæ poſſunt pannis madidis ſterni, & ſubinde refrigerari. Variæ adhuc ſunt formæ à noſtris præceptoribus inuentæ, quibus ſublimationem artificioſam inſtituerunt: Exempli loco duas, casq; nouas, huc referre neceſſarium duximus.

Vna eſt Florum Antimonij, Num.9. Altera eſt Florum ex Ioue & Saturno, cum ſalenitro, Num.10.

Sunt & alia genera ſublimationum, vt Florum Reguli Antimonij, ſulphuris viui, ſulphuris vitrioli, ſalis Armoniaci, Cinnabaris ex Mercurio & ſulphure, Mercurij in ſublimatum, Panchymagogi Quercetani, Mercurij per ſe, ſulphuris per plumbum, &c. Hæc à nobis omittuntur, quia non ſolùm in furnis ſita ſunt hæc artificia, ſed plerumque in vaſis, ideoque probè obſeruandum, quænam debeant illa vaſa eſſe, & deinde conſiderandæ ſunt rerum proprietates, ac naturæ, num altiùs in ſublime euehi poſſint, an verò alium gradum ſublimationis requirant, &c. De his artifex ipſe capiet conſilium.

Inter Furnos aſcenſorios non ineptè etiam huc veniunt referendi cinerarij & arenarij, ex quorum forma vnam huc transferemus ex Libauio, eamque talem, Num.15. A. Capſa quadrangula è laterculis, in qua catinus correſpondens fictilis, vel ferreus, trabibus è ferro inſiſtens, arenis impletus puris elotisque,

vel

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1376 sur 1557

vel ſabulo ex ſilice. Capacitas tanta eſt, vt pluribus cucurbitis inſeruire poſſit. Statuitur in officinæ pauimento liberè, vel ſiniſtra parte muro cohærens. Tegitur latere: Relictis cucurbitarum foraminibus. B. Hypocauſtum, cui duplex oſtium, prius ab antico, poſterius á dextro latere, vt digeri ignis poſſit. C. Coniſterium eodem modo diſtributum. Magnæ ampullæ roſtris commiſſæ ſunt, vt intelligatur, hoc modo ſpiritus & aquas fortes deſtillari ſolere. Famulatur tamen & aliis multifariam eſſentiis. Nam mutari in balneum & cinerarium poteſt.

Furnis deſcenſoriis annumeramus etiam deſtillatorium anguinum, vti appellant, à forma fiſtularum per multos flexus, anfractus, circulosque more anguium intortarum, per quas longo tractu means ſpiritus paulatim coagulat, & in receptaculum deſtillat. Procurari ea operatio poteſt variis modis, balneo, cineribus, arena: ſed probarunt artifices veſicas, ſeu ſtuphas ſiccas, cùm ignis immediatè vas continens tangit id, quod habet ſuccos vel offas, ex quibus ſpiritus aut oleum eſt eliciendum. Veſicæ imponitur Alembicus cum fiſtula ex vertice prodeunte. Ei anguini ductus iunguntur, ducunturque, vel ſtatim in decliue per frigidæ dolium, aut cupas: Vel in medio occurrunt ampullæ, ex qua ſurſum ſurgunt, perque ambages anfractuoſas in refrigerium, & hinc in excipulum tendunt. Vaſa intelliguntur ex ſequentibus, & quomodo eſſentiæ eliciantur, ex quibus rebus, qua ſpe, & præcellentia, alibi diſputandum. Nunc aliquas σκευασίας depingamus.

Tali forma communiter vtuntur aquarum ardentium & oleorum deſtillatores, Numer. 14. Differunt accidentariis nonnullis. Nam furnum aliqui habent quadratum, vbi ſpiracula per fiſtulas ſeu tubos efformatur. Oſtiola quoque in quadrum coniiciunt, eſtq; cinerarium modò vno modò tribus ianuis peruium. Alembicus plerumque eſt pileus cœcus cum foramine in vertice, cui inſeritur fiſtula anguina. Nos ei non acuminatum, ſed tuberoſum verticem fecimus, vt in galeam veluti in vertice criſtatam deſinat. Prominēti inde cono demum inſeritur meatus ſerpentinus in partes diſtributus, vt poſſit ſeparari, & expurgari. Sed in opere commiſſuræ ſunt exactè obturandæ, ne quis ſpiritus ſubterfugiat. Per dolium ita tendunt tubi, vt circulariter in decliue vergant, idq; vel ſimplicibus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1377 sur 1557

bus meandis, vel geminatis, seu in orbem semper reductis more annulorum intortorum, quod Germani dicunt geschlungen / illud gestrümmet. Ibi spira fit ex circulis parallelis: hic vicissim protuberans & cadens flexus. Dolio aliquando subdunt epistomium, vt aqua emitti possit. Idem præstat foramen cum cono. Alias id generis formas exhibet Libauius in comment. Alchem. part. 1. lib. 4. cap. 11. pagin. 311. Vulgares modos per serpentinas, vide tales, Num. 16. Numer. 17. Num. 20.

Aliud genus Fornacis destillatoriæ cum fictili galea, & cupreo refrigeratorio aheno, quod est vsitatissimum, lignoq; calefieri potest, Num. 18.

Vulgaris modus, quo vini adustores vini spiritus refrigerant. Verùm hæc refrigeratio, quæ simpliciter per rectas duas fit arundines, est debilior, quàm vt possit ingentibus ipsorum ahenis sufficere, Num. 19.

Aliud vtilissimum instrumentum, quo artificiosissimæ destillationes modico calore, exhalatione duntaxat, & vapore aquæ calidæ, fieri possunt, Num. 21.

Vas ligneum cum basi, in cuius medio rotundum sit foramen, vt destillatoria galea inseri possit; alia item circum foramina, per quæ calentis aquæ vapores exhalent, conficito. In summitate quoque dolij, galeæ collum operculo circumdato, ac circumcirca pannis custodito. Lateralis arundo, C. litera signata, ebullientem aquam, vt literæ A.B. ostendunt, ne fornax lædatur, demit, huic inserta est alia parua arundo, quam litera D. ostendit, quæ sursum debet erecta esse, per quam plus aquæ aheno infunditur, vt subiecta figura commonstrat.

Aliud artificiosum destillationis genus, absque igne, Num. 22. Globum ex ære siue cupro, interiore parte concauum, siue integrum, cum foramine tamen paruo, vt calefaciens materia imponi queat, siue in medio diuisum, vt coniungi queat, conficito: Hunc globum in vasis aquam continentis fundum imponi, operculo cum foramine in summitate vasis, & circa galeam, vt antea indicatum est, imponito, velut etiam adiecta figura explicat.

Alia globorum absque igne calefacientium apparatio, Num. 23. Recipe partem vnam calcis non extinctæ, dimidiam partem sul-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1378 sur 1557

phuris, quadrantem nitri, puri aluminis partem octauam, contunde singula, & in prædictum globum mixta inserito, atque ita obfirmato, vt neque aër, neque aqua penetrare valeant. Hoc globo magna vasa calefieri possunt, estq; genus quoddam naturalium balneorum. Globo quoq; hoc ad multas galeas, si in medium, secundùm præscriptam formam, collocetur, vti licebit.

Fornax destillatoria, in qua vno igne 32. galeis vti poteris, variasque herbas destillare, Num. 24. Hinc insequitur fornax artificiosa, in qua 40. cucurbitas vitreas poteris imponere ad destillandas ex herbis aliisq; speciebus aquas, Num. 25.

Aliud genus Testudini simile, Num. 26. in quo circumcirca 20. galeis vti poteris omnibus, duabus tantùm inferioribus demptis, iustum calorem habentibus, atque herbas vino acetove madefactas destillare. In sequenti schemate, Num. 27. apparet ahenum cupreum magnum, in quo iuxta eius quantitatem tot poteris imponere vasa, quantum instrumentum est capax.

Visitatissima forma cum galeis 4. Num. 28. in cuius medium fictile inseri poterit, pro arena capienda, in quod Pellican, aliave circulatoria imponi poterunt. Eiusdem penè formæ sunt fornaces, Num. 33. & Num. 38. sed in eo differunt, quia simul possunt vsurpari tàm pro balneis, digestoriis, circulatoriis, ac destillatoriis, item & ad ignem apertum. Ad hos modos insequuntur varia destillationum genera ac balneorum schemata, quæ diligens artifex non opus habet ambigua descriptione, ad oculum enim sat sunt conspicua, Num. 29. Num. 30. & Num. 31.

Figura Num. 32. ad parietem siue murum collocari poterit, multa passim habens foramina, quæ si fornax purganda sit, aperiri queant, Num. 34. habes formam destillationis siue putrefactionis per fimum equinum. Num. 35. habes picturam fornacis antiquam Saracenorum, quæ destillatio dicitur per frigus & per glaciem. Schema 36. repræsentat modum, per quem probantur aquæ acidulæ, thermarum, &c. Num. 37. habes Fornacem Philosophicam Arcanam ex antiquo manuscripto huc relatam. Num. 38. repræsentat destillationem Balneiroris, cuius descriptio manifesta apud Doctissimum. Num. 40. vide destillationem olei sulphuris per campanam. Num. 43. vide genus diplomatis, eius verò descriptionem

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1379 sur 1557

nem pete, si placet, ex Libanio, &c. Sunt insuper adhuc alia Balnea, & plura fornacum genera, ex cupro tota confecta, quibus duæ, vel tres, vel quatuor vitreæ aut stanneæ cucurbitæ imponi possunt, atque paratæ sunt iustæ fornaces triangularis siue quadrangularis aheni ad formam, tribus quatuorve ferreis pedibus, per medium aheni vtriculus seu arundo cuprea transit, in imo ferrea est, & angusta, angulisq; acutis craticula, per quam cinis decidit, in summo carbones iniiciuntur, duo siue tria imposita mutuò, cum foraminibus pro aëre incisis, quorum alterum altero est maius, vt ignis per ea regatur, habens opercula: Stantibus iam cucurbitis in aheno, integrum plumbeum siue cupreum operculum, quod cucurbitas, vt immobiles consistant, includat, imponitur: Foramen aliud quoq; inerit huic operculo, per quod aqua, si opus sit, cum infundibulo infundi possit. In latere aheni arundo, per quam ebulliens effluat aqua, infigetur. Eius formam in triangulari aheno pro tribus cucurbitis, vide Num. 41. pro quatuor verò cucurbitis, vide Num. 42. Vulgares fornaces, quas Germani Rosaceos pileos vocant, nonnullæ ex terra adusta conficiuntur, atque figulo vitreo colore inducuntur; sed quia id genus est vilissimum, omissione dignum iudicamus, interim tamen, si placet, horum videre descriptiones, consule Herbaria, & videbis ex promptu depictas, &c.

Vide sequens Schema.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1380 sur 1557

Cap: 7.



CAPVT VIII.

De Furnis descensoriis.

FVRNI descensorij sequuntur, cuius adminiculo humorem deorsum propellendo, rem dissoluimus. Eriguntur autem muri, Num. 1. ad conisterium litera A. quos vas aliquod recipiens B. ab omni ignis violentia tutum contineat; conisterio imponitur eiusmodi craticula, quæ in medio foramen rotundum habent, per quod superioris vasis orificium C. transeat. Muri porrò continuantur ad focum, vbi & ergasterium conficiendum, quod litera E. signatum est, cui dictum vas D. inuersum imponitur, & pro re nata obseruatis ignis gradibus dissolutio suscipitur.

Libauius in comment. Alchem. part. 1. lib. 4. cap. 18. pag. 327. tria inducit genera, vnum quadratum, Num. 10. duo orbiculata, Num. 11. & 12. A. Pauimentum foci lapideum, sub quo camera seu suffurnium fornacum. B. Margo humilis ex laterum fragmentis luto iunctis. C. Foramen, per quod cucurbita demittitur. D. Cucurbita vel matula lapidea, vel vitrea luto crasso armata. E. Infundibulum cribriforme, quod affigendum est orificio cucurbitæ. F. Aliud craticula instructum, fistula horum inserenda est excipulo cum foci camera. G. Orbis lapideus pro foco, qui sustentatur lapidibus, vel muro in circulum ex laterculis structo. Ipsa praxis monebit, fortuitum debeas excitare an temporarium. H. Sustentacula laminæ incumbentis. Notandum, orbem illum seu laminam circumdari luto, tanquam margine, ne prunæ & cineres facile decidant. K. Olla inuersa, accommodataq; tabulæ planitiei & foramini. M. Eadem olla capistro iuncta. N. Prunæ circulo dispositæ, quæ incenduntur aridis lignorum facibus. Potes tamen & mera ligna loco prunarum adhibere. Vtrobique gradus tres sunt in circuitu signandi; primus est circumferentia; secundus in medio laminæ; tertius iuxta ollam; quartus circa & supra ollam, vt tota igni sit obruta, quæ cùm candescit, cessantibus stillis, intelligitur finis operis. Non alia ratio est, cùm phiolas vsurpamus, nisi quod hîc foramen sit angustius, & interdum focus altior. Deest etiam capistrum seu tubus cribriformis. Iohannes Baptista Porta Descenso-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1382 sur 1557

rium per ampullam ſuper tripode ligneo inſtituit per æneam peluim, vt ex ſequentibus videre potes.

Alia figura eſt Num.13.& 14.duplex,in hunc modum. A. Ambitus peluis ſeu lebetis. B. Prominens tubus. C. Venter ampullæ. D. Collum ampullæ prodiens ex tubo. E. Conceptaculum ſub ſcabello conſertũ ampullæ F.Tabula fulciens. G.Truncus ligneus ſcrobe excauatus ad ſuſtentandum conceptaculum. H. Diſcus tripodis. K.Pedes duo, tertius latet. L.Ceſpes inter diſcum & lebetẽ.

Deſcenſorium per ſartaginem ſeu foculum à matribusfamilias leui opera perficitur. Nam ſuper olla prius irrigata vel pelui ænea extendunt linteum tenerum,vel vittam. Ei imponunt flores, vel herbas tenellas conciſas. Tegunt linteo. Chartam cineribus cribratis tectam imponunt. In ſartagine aperta vel clauſa prunas admouent. Ita reſolutus labor delabitur. Lintea madefieri debent,vti & olla,aliàs ſpiritus ſubterfugit,nec coagulat. Aqua quoque abſumitur. Aliqui ollam in frigidario ſtatuunt: hæc vide Num.15.16.&17.

Eſt etiam Deſcenſorium per Balneum ab antiquis & recentioribus vſurpatum,Num.9.de quo Baptiſta Porta ſic ait lib.10.c.9.Magiæ: Semiouum æneum fabricetur, in fundi medio pertuſum, cui canalis agglutinetur, qui vſq; ad ſumma vaſis ora perueniat. Summum os hiet in formã tubæ, aut infundibuli, vt per canalem vitreæ cucurbitulæ oblongum collum introducatur, & vaſis in imo colli ſenſim tumeſcentis pa tes latum os recipiat. Huic vaſculo operculum accommodetur,vt optimé immitti & agglutinari poſſit, clibanus ad vaſis vſum accommodetur. Nam ignis circa vas accenditur, nõ in fundo. Vſus erit repleto floribus aut aliis vaſe vitreo atq; orichalceis fidibus immiſſis, ne inuerſum, quod in ventre aſſumſit,regurgitet. Immittatur collum per canalem æreum. Vas clibano accommodetur,repleaturq; aqua ſub infundibulo.Operculum indatur,& ſuperlinatur. Sub furno receptaculum imponitur, vt,quod ſtillatim deſcendit,oleum & aquam excipiat. Ignis circum accenditur,vt latera vaſis calefiant. Dum ignis violentia vrgetur,feruentiſſimæ aquæ vapores in ſublime efferuntur, ac per operculi fornices ſupra fundum cucurbitæ reuerberant, quorum feruenti æſtu aqua in vaporem conuerſum in inferius receptaculum excludũtur.

Alia pictura talis eſt,Num.7.& 8.A.Sphæra ænea ex duobus ſegmen-

mentis. B. Vas ligneum gemini fundi plenum cucurbita & fœno cocto. C. Rostrum globi ex superiore parte in dolium immissum ad perferendum vaporem, qui cum in aquam transiens restagnauerit, emittitur per tubum oppositum, vbi litera E. Operculum signatur littera D. Sed E. vnà focum & tubulum indicat. F. Conceptaculum in camera foci. G. Cucurbita; cui si non sat prolixum rostrum est, agglutinetur fistula, vel infundibulum cum lamella perforata. H. Fundus vasis medius traiiciens cucurbitæ collum, & simul vaporem, factis crebris foraminibus. I. Spatium inter duos fundos, in quod vapor intrat. K. Fundus imus, super quo aqua colligitur: Commissuræ debent exactè esse stipatæ. M. Fimi capsa. N. Venter vitri. O. Opereulum. P. Discus in medio pertusus.

Simulachrum Descensorij cum frigidariis hoc est, Num. 18. A. Capsa pro furno. B. Venter cucurbitæ. C. Tubus recipientis elatus. D. Tubus emissarius, vterq; per foramina capsæ exiens. E. Fistula frigidarij. F. Frigidarium. G. Episstomium. H Ampulla excipiens separatum oleum cum aqua. K. Orbis foraminulentus affigendus cucurbitæ. L. Olla inter fornacem cum aqua primum fluxū excipiens. Loco huius apparatus descensorium per conchā informari potest. Nihil differt, nisi q frigidaria adiiciantur: Eiusdē farinæ est, Nu. 32.

Est & idonea talis dispositio. Frigidario etiam aliquando serpentinæ adduntur, vt in descensorio ex lateribus, Num. 28.

Descensorium subterraneum, Nu. 29 & Nu. 30. A. Adumbratio balnei subterranei inuersi. B. Balnei aduersi rudimentum. Intelligitur vtrobiq; olla inferior inhumata esse, & ignis accensus circa ollam superiorem, suo operculo clausam, Num. 31.

Descensorium obliquū tale est, Nu. 31. A. Venter extans aliquantulum. B. Foramen capsæ, & collum cucurbitæ cōmissum cōceptaculo, q tibi licet in aquā frigidā ponere, vel intus aqua instruere, vt res postulauerit. C. Receptaculū. D. Catinus, vel capsa. E. Orbis pertusus non tantū in media planitie, sed & extremitate, vt fit circulus incisuris rotūdis interruptus ad emittēdos halitus & liquores, estq; saltem matulis amplicolli vasis destinatus, & fitmari debet ligneis segmētis intrusis. Imò si alia arte nō potest, fulciatur cono similiter perforato, & excauato, vel rara stuppa opponatur, &c. Descensoria porrò obliqua & ad latus talia etiam sunt præstantissima, Num. 2. Num. 3. Num. 4, Num. 5. & Num. 6. &c. Bal-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1384 sur 1557

Balneum descensorium, Num.21 decliue tale: A. Furnulus. B. Ahenum. C. Operculum aheni. D. Cucurbitæ dispositio. E. Tripes, cui innititur. Ne autem aquæ vi commoueatur, capitello vel circulo plumbeo degrauari potest. F. Spiraculum. G. Exitus cucurbitæ, vbi rimæ intus foris; luto sunt astringendæ competente. Ne item ignis ad transmeantis vasis collum perueniat, discrimen ibi fornicatum statuitur, vt ignis saltem fundum verberet, partes; cæteras ad dextram. H. Alia forma talis balnei compendiosior, vbi murus interiectus est inter rostrum vasis & ignem. Si vaporarium velis, non opus est noua arte. Sit aqua in fundo aheni. Tripodi imponatur tabula lignea perforata. Huic insternatur herba cocta, huic cucurbita obliqua. Foramen aheni muniri quidem debet: sed tamen nihil refert, etiamsi aliquid aquæ penetret. Si deficit, suppleatur iuxta penuriam. Talis destillatio in Sole per arenam procurabitur. Cucurbita loceturin tumulo arenario decliui situ: Et fiant cauitates ad latera, vel lapides statuantur, similiaue instrumenta ad parabolicam reflexionem. Rostrum & conceptaculum lateat sub humido cespide, vel terra. Et est eadem ars in terra etiam, cum pro Sole prunas vsurpas. In vaporariis Germanorum super fornacibus ad talem destillationem bona est occasio. Sicut & in illis locis, vbi naturales sunt thermæ, & hypocausta hydrotica. In specubus, vel locis, vbi aquæ feruentes deferuntur, destillatio per Embrocham fieri potest, nempe si cucurbita vasi cum fimo vel fœno cocto inclusa fuerit, idq; statutum super scamno & iuxta fundum tubo peruium: Decurrens aqua in fimum calorem suppetet sufficientem. Vbi hæc commoditas deest, suppleatur stillicidio aquæ per artem calefactæ, ex superiore aheno continuo illabentis. Sic fimo & balneo variè possumus obliquam descensionem procurare; nec deest consilium etiam, cùm subterraneam rationem exquirimus. Nam, vt dictum est, superius vas colliculo fultum mandabit stillatitium liquorem oppositio defosso simili situ.

Destillatio descensoria ad parabolam vel anaclasin, seu per Solem, talis est, Num.19. & Num.20. 1. Discus portæ. 2. Ampullæ plenæ materia. 3. Conceptacula. 4. Sol é regione, cuius radij ne tangant conceptacula, obiectum eis est septum. 5. Capsa solaris. 6. Phiolæ. 7. Recipientes sub tabula strata. 8. Tabula strata. 9. Tabula

bula erecta ad repercuſſum radiorum. Duas tabulas iungunt angulares duæ. 10. Oſtium vel aſſer opponendus conceptaculis, ne radij Solares penetrent. Hanc pictor omiſit. Poſſumus eius loco vmbraculum facere ex frondibus. Situm capſæ ita propoſuimus, vt oculis pateant vaſa. Aliàs frons opponenda Soli eſt, & tabula reclinata ſtatuenda in rectum. Si placet, fiat turricula lignea ſuper trochleato codice mobilis, cum tabula in ſummo decliui, & cauo operimento affixo, vt circumagi ad Solem poſſit, & radios excipere multipliciter reflexos. Cæterùm etiam aliter deſcenſio Solaris inſtitui poteſt paruis vaſis, & quidem gutto anguſti orificij impleto floribus: poſtea inuerſo ſuper aliud capacius vitrum, quod includendum eſt humido ceſpiti, vel ciſtella, frondibus aliisve obumbrandum. Hæc diſpoſitio etiam in feneſtris Soli expoſitis locum habet, & tali icone repræſentari poteſt.

A. Guttus inuerſus, Num. 22. B. Calix recipiens. Ei opponitur orbis pertuſus, & per foramen demittitur collum gutti. Rimæ & commiſſuræ ſtipantur probè. Si opus eſt, adduntur fulcimenta. C. Tabula Soli oppoſita, vel eius loco vſurpetur muſcus terreſtris recens, &c. vel in olla ſtet ſcatula, & per orbem ligneum demittatur guttus. Eius etiam vide formam cum globulis lapideis, Num. 23.

Inter deſtillationes per deſcenſum refertur etiam deliquium cripticum, vt cùm rem occultamus, inq; cryptas deponimus, quæ eſt ſpecies inhumationis, quæ fit in terra humida, cellis, ſpecubus humidis, puteis, fimo, &c. Aliud eſt manifeſti aëris, & ſubdiale Auſtrinis conſtitutionibus, vel humidis frigidis, abſque vento & pluuia, potiſſimum ſilente nocte. Abutimur & balneo tàm merſorio, quàm vaporario ad rem eandem: Imò & immerſione in aquam frigidam vaſe clauſo. Alios modos iſtis analogos monſtrabit experientia, eſtq; ſæpe non operoſa ratio deliquij: Vnde & ſuſpendunt calces è teſtudinibus cellarum ſuper vaporem feruentis muſti, item vinaceorum, & ſimilium. Sequente ſchemate deliquium per tabulam proponimus, & aliud per ouorum ſegmenta, aliud per patinam & vaporem.

Litera A. Num. 27. Deliquij per tabulam modum quendam repræſentat. Eſt autem ea ex marmore, vel ſimili lapide, ſcrobiculis diſtincto, & corriuiis, vt tandem vno ore effundatur liquor in ſub-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1386 sur 1557

iectam patinam. Incluſa tabula eſt ciſtæ, & valuis inſterni poteſt, quo fit tutior reſolutio. Collocari in cryptã ſubterraneam, cellam, vel fornicem humidi aër is poteſt, & transferri. Alij tabulam lacunis limboq; inſtructam interpunctamq; ad parietem lapidibus fulciunt, aut arenarum cumulis acclinãt, qualia multa ſuo Marte quis facile excogitauerit. Qui vtuntur vitrea & ſtannea, planam quidem habent, ſed aggeribus foſſisq; diuidunt ex ſtanno per hydrargyrum remiſſo ad formam pulmenti. Ea materia etiam tota obduci poteſt tabula, ſed expreſſis ſcrobibus, ſulcis & colliquiis. Quæ tamen calx nondum ſoluta hæret, à pulte nõ facile reuellitur, & ſi velis lotione ſeparare, ne perdas partem liquoris, metuendum eſt. Cereæ tabulæ inutiles ſunt, ſicut & aliæ pingues, ſicubi deducere liquorem riuis volumus, nõ tantùm propter viſcoſum humidum & lentorem, ſed & calorem & ſiccitatem, quę aduerſatur deliquio. Nihilominus tamen aliqui ferreas tabulas ſtanno obductas cera tenui liniunt ad ſoluendum hydrargyrum ſublimatum. Eadẽ cera etiam quantumuis tabularum extremitates prætexũtur altitudine digitali circumquaque, ſaltem in decliui margine pendenteque, relicto exitu ſeu canali. Frigidi lapides & ouorũ acetabula meliora ſunt. Cauendum & fictile rarum, nimisq; ſiccum. Nam ſorbet humorem, & ſiccitate obſtat ſolutioni. Quando quod liquefcit, acre eſt, videndum, ne ramenta trahat ex tabula. Ea interdum adeo ſunt ſubtilia, vt ne colo quidem ſeparari queant. Tabulas ligneas qui adhibere velit, ei opera danda eſt, vt ſint ex ſolidiſſimo ligno aut ſtanno obductæ. Plumbum propter frigiditatem conduceret, ſed mollities & inquinatio Mercurialis ſuſpecta eſt. Nec conducunt æs & ferrum, quia admittunt rubiginem & æruginem, inficiuntq; ſapore. Auro argentoque vtatur, qui Salomonios poſſidet theſauros. Cæterúm in tumulis Septentrionalibus commodum quis poſſit cuniculo acto ſpecum fodere, ea arte, vt vtrinq; relictis pulpitis tanquam muris imponeretur tabula interpuncta decliui ſitu, firmatoq; retinaculis. Sub ea fimum humidum collocaret, vel aquæ catinum, cuius vapore madefacta crypta, tabulaq; deliquium maturaret. Litera B. Num. 25. diſpoſitionem ouorum ſectorum exhibet. Fit tabula lignea vel lapidea ſcrobibus exarata, & decliui ſitu ciſtæ incluſa. Scrobes pertuſæ ſunt iuxta imum (quanquam etiam colliquiis iungi queant) in

eas

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1387 sur 1557

eas collocatur segmentum oui indurati, vitello exempto, quod similiter peruium sit parte inferiore, instratus puluis ad capita delinquescit, stillatq; per tabulam in patinam subiectam, per quam confluit tandem in excipulum. Ideo verò id excogitatum est, vt, quod non fluxit in superiore tabula, soluatur in inferiore, si vnà sit delapsum cum guttis, atq; ita liquor fluat purior. Sed & in priore cista disponi illa acetabula possunt. Et vt sanè pleriq; ingenio singulari alius amat arenarum cumulos, alius terræ aggerem, alius aliud, in quo ponat segmenta hemisphærica etiam non pertusa. Ita enim disponunt, vt à capite defluat colligaturq; liquor parte ima, vnde exhauritur instrumentis vel linteolis. Nonnulli segmenta iuncta colligant, & foramine facto, quod delicuit, emittunt. Aliqui suspendunt super vapore, vel in vapido aëre super patinas: Et est mirifica in his parandis inuentio, cuius occasionem habent loca, & cæteræ circumstantiæ. C. monstrat tripodem super aheno collocatum, Num. 26. in quo virgulæ sustinent vesicas materiæ resoluendæ. Ita verò interdum solumus Tartarum pulueratum siue calcinatum: Nonnunquam etiam remittimus seu irrigamus aromatum puluerres, ad aquam & oleum eliciendum, maximè tũc sacculo lineo. Sed liquores vesicam requirunt. Vt vapor validius operetur, nec tactu leui prætereat, operculũ D. Nu. 26. imponendũ est, per cuius verticem protusum se prorepit spiritus. Si nõ placet tripodem adhibere, operculi cauitatem vncis multis instrue, & perinde erit. E. Patinã resolutoriam, Nu. 24. subiicit oculis. Ea ex lapide torno fieri potest, aut argilla firma in soliditatem lapideam compacta. Sed & stãnum seu plumbum candidum conducit, si materia nõ est acris. In medio eius confluxus est: á marginibus tanquam subselliis & loculamẽtis colliquiæ veluti in lacum communem tendunt, nec est huius operosa procuratio, potestq; transferri in cellas, vel super aqua vaporãte ahenis ollisve poni, modò calor non sit nimius, qui liquorem resoluit, sed tepidus saltem, aut etiam vix sensibilis. Tegitur patina alia: Et sic infodi etiam humidæ terræ potest. Verúm non est opus hac de re pluribus. Reliqua schemate, Num. 33. 34. 35. 36 37. & 38. demonstrant destillationes per Laciniam, lingulas Bibulas, filtra, &c. de his vide Libauium.

Vide appositum Schema.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1388 sur 1557

CAPVT IX.

De Athanore.

ATHANOR, qui & Philosophicus & arcanus dicitur, est furnus compositus arcano Philosophorum lapidi elaborando calorem, vbi ignis ad vas non pertingit, conuenientem tribuens. Multi multos eiusmodi furnos exstruendi modos sibi imaginati sunt, vnum tamen, Num. 1. nostri inuenti, qualis omnibus tám ob ignis contiguitatem, quàm eiusdem temperantiam præstat, huc apponere visum est. Ex lateribus rotundis murus erigitur pedalis, qui in alterutra facie spatium inane ostiolo B. relictum habeat, cineribus eximendis dicatum. Super hoc structum craticula ferrea collocatur. Super hanc craticulam murum instar turriculæ pro cuiuslibet arbitrio in proceritatem eleuatum (relicto super craticulam alio aliquo ostiolo C. per quod carbones ferro commoueri possunt) latiorem inferius, quám superius, egerimus; quam D. demonstramus. Turrim hanc in proceritatem eo modo euectam, quando ad summum carbonibus est impleta, terreo cooperculo E occludimus. Attamen in posteriore muro, proximè à craticula foramen F. apertum relinquimus, per quod calor athanor subintrare possit, idq; spatula vel obice ferreo G. qui subleuari ac deprimi potest, claudimus. Hic etiam in summa turri quinque digitos latos sub operculo paruum foramen H. per quod auricularis digitus vix permeare queat, construimus, quo ignis aërem, tanquam fomentum, ad se trahere possit. Huic turri eo pacto exstructæ furnus collateralis, siue ipsum Athanor annectitur; erigitur pariter murus rotundus, altitudinis sesquipedalis, qui prædictæ turris posterius orificium tecta labris suis contingat, litera I. signatus. Ab hoc muro furnum concameramus K. relicto in summo concamerationis aliquo foramine L. in modum thaleri Imperialis, per quod calor in hac parte ob concamerationem aliquo modo sese reuerberans, ad proximé sequentem ascendere possit. Iam murum, à quo concamerationem cœperamus, rursus sesquipedalem erigimus M. eamq; camera N. obducimus, relicto pariter paruo foramine O. in summo fornice, simili inferiori. Necesse tamen est, vt in huius mediæ partis facie aliqua locus, per quem materia imponi eximique queat,

queat, vacuus relinquatur. Nam hac media in parte ergasterium est, vbi materia in suo vase super tripode collocata elaboratur. Loco vacuo complendo & obserando obturamentum aliquod ritè claudens, ne quid aëris inde concipiatur, formatur, eiq; applicatur. Quatuor digitis latis super hanc secundam concamerationem furnum relictis in base illius quatuor respiramentis P.P. cum suis obturamentis, quibus calor augeri minuiq; possit, Tertia camera Q. obducimus. Num. 2. Arcanum aliud Athanoris Philosophicum.

Ad hæc schemata ex authoribus quædam huc referenda esse iudicamus, multis enim varietas arridet. Libauius schemata duo talia nobis affert: Vnum clausum, Num. 3. aliud effractum, Num. 4. ad intuendam dispositionem interiorem. Litera A. appicta regulæ in vtraque icone hanc ipsam notat. Sed intelligendum est, tres fieri debere. Nam in pictura effracta locus eodem elemento A. notatus, viam regulæ monstrat, per quam intruditur: sed ibi in pauimento foramen est 4. digitorum, quod per se est quarti gradus. Itaque si tertium requirimus, imponimus regulam cum foramine trium digitorum: si secundum, cum foramine duorum, si primum cum vnius B. nota Ouum Philosophorum sectile repræsentat, & in effracta figura simul tripodem, in quo locari solet. Sed designemus etiam cætera. C. Conisterium seu cinerarium. D. Eius ostium clausum. E. Focus seu Hypocaustum. F. Ostium eius. G. Infracta fornace craticula ferrea, sed ea forma non laudatur. Est enim amplior iusto, præsertim ad gradum primum & secundum. Aut ergo mutanda est, aut imponenda lamina ferrea ad legem graduata. Nos curauimus ex ferro pertusum in medio fieri pro istis gradibus. Nam tertio & quarto amplior confici debet. Aliqui in medio recessum, & velut catini aut patopsidis speciem cauam, quam margo latus ambiat, procudunt, & pertundunt ad instar cratis. H. Ergasterium. I. Rima, per quam inseritur regula, in hac pictura plus iusto prominēs. Satis est paruum manubrium seu capulus adiectus margini, qui exactè respondeat circulo commissuratum, & luto iungi queat, ne respiret. K. Tabulam æneam seu pauimentum Ergasterij signat. In eius medio foramen conspicitur 4. digitorum pro vltimo ignis gradu. Id circumit lamina ferrea in fistulam reducta, hic quidem á fronte aperta: sed nos clausimus toram, relicta saltem excisa

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1390 sur 1557

rima ad immittendam regulam. Pingitur etiam hic tripes, ita vt pedes extendat vltra illam fistulã, quod non est necesse. Lamina enim ferrea intus tribus bacillis iungitur, & affigitur pauimento ferreo. L. Cucurbita clausa per conum. Sed alias requiritur phiala sphærica obtorti Hermetice colli. Resignant aliqui opus, aliqui neutiquam, si ex Rupecissæ consilio iussuq; ita pictor dedit figurã, vicissim aperuit clausitq; suum arcanum. M. Vranisci. N. Ansæ. O. Foramen caloris exploratorium. Ita cõstat hæc structura, estq; mobilis, & potest continua ex ferro fieri, proq; quantitate materia maior, minor.

Alia species Athanoris, Cylindrodes quidem, & Vranisco tecta, sed cuius pedamentum vsq; ad focum potest fieri, forma quadrata, vel angulosa alia, Nu. 5. A. Cinerarij spatium cum suo ostiolo. B. Focus item cum ostiolo. His parata sunto sua obturatoria & valuæ. C. Eminens murulus super foco cũ foraminibus graduatoriis, seu ventilabris, quæ obstrui solent conis, ex luto, & aperiri, cum res postulat. D. Sedes est pauimenti seu tabulæ fictilis aut ferreæ, quæ diuidit focum & ergasterium. In eius medio fingitur foramẽ quarti gradus. Cùm verò cæteros requirimus, peculiares tubi excogitati sunt, qui isti foramini appositi suos gradus ministrãr. Eorũ figura & rudimẽtum adiectũ est lateri fornacis litera L. Sed elementũ E. ergasterium monstrat, q litera F. diuiditur. Ibi trabes ferreæ locatæ sustinent patellam cum tripode, & cæteris. Fundus patellæ pertusus foraminibus est, vt directus in eum calor penetrare possit. Eum fundũ ambit fistula seu tunica ferrea, in qua est tripes cum catino, qui continet vitrum. Aliquando tamen non est opus tali structura: sed catinus cinerarius tripodi locato in patina perforata omne explet officium. I. Tunica ferrea super patina, cui subiecti bacilli. K. Phiala Hermetice clausa. M. Catinus cinereus. N. Eius operculũ O. Tripes. P. Cymbiũ vel schapha Hermetis, qua aliqui vtũtur pro phiala seu geranio. Cõstat duplici calice mutuo adaptato, ita vt medi⁹ habeat foramẽ.

In hac Athanoris diuersitate, Num. 6. & Nu. 7. quæsierit aliquis (inquit Libauius in comment. Alch. part. 1. lib. 1 de Sceuastica artis, cap. 33. pag. 168.) sartean, quænam probabilior commodiorq; ad magisterium sit dispositio. Considerandum illi primũ proponimus Magistri ingenium, peritiam, vigilantiam, quibus præsidiis facile est ad vsum conuenientem accommodare instrumentum illud externum.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1391 sur 1557

ternum. Ritè comparatum debet esse agens internum in materia, & deinde calor operis moderator actuumq; expressor, & prouocatur externus, qui cum aliqua capsa indigeat, certoq; regimine, pro huius modo efformanda fornax est. Sed & simul externæ circumstantiæ non negligantur, &c. Plura apud Libauium.

Athanor Henrici Cunradi hic Fornax integra est, (hanc vide Num. 15. cap. 10) 1. Basis ex laminis ferri, vel cupri, Num. 2. Vitrum, in quo spiritus vini continetur, 3. 4. quod canali ex ferreis vel cupreis laminis composito, 5. 6. per quem spiritus vini ad flammam deriuatur, arctè adaptatur & fertuminatur, ac clauditur, ne quid vel spiritus effluere, vel aër confertim ingredi possit. Elychnium ex alumine plumoso, vel minutissimis auri filis contortum orificio canalis angusto (*) inseritur atque accenditur, per quod flamma continuò spiritum vini lambit & attrahit, & non solùm per aliquot dies, sed & septimanas continuari potest. Basi imponitur pars inferior fornacis, vel tota vitrea perspicua, vel ex laminis ferri aut cupri, atque lapide speculari parata, vt aliquot partibus sit perspicua, & flammam continuò conspiciendam præbere possit. 7. Huic imponitur pars fornacis superior, ex aliquot, prout libet, circulis è laminis ferreis vel cupreis parata. 8. de quibus vnus. 9. qui sibi mutuo inseri, & nunc plures, nunc pauciores, prout flammam propinquam vel remotam cupimus, adaptari possunt. Huic imponitur capella cuprea. 10. In margine foraminibus multis pertusa, vt halitus ex spiritu vini exitum habeant. Capellæ imponitur tripes. 11. Hic imponitur vitrum. Fornax tandem clauditur, & vitrum imponitur vitro. 12. & 13. prout vitrum impositum requirit.

His addere placet Furnos putrefactorios, tum Fimi, tum Balnei, ex comment. Alch. part. 1. lib. 3. de Distractionibus, cap. 17. pag. 270. vbi sic ait: Triplex fimi informatio repræsentatur, Num. 11. cum Hypocausi, vt sine calce modicus ex prunis paucis calor subministrari possit. Prunæ sunt iuniperinæ, e q; inuolutæ proprio cinere. Eæ instruuntur in pyriaterio, quod postea clauditur ostiolo; In cinerario quoque potest exiguum relinqui spiraculum. Figura ideo maiora habet foramina, vt ad alios quoque vsus accommodari queat, & interdum introspici modus ignis. Ita fimus subinde incalescit. Sed ne exsiccetur, aut arefiat, quinis diebus irrigandus est

aqua

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1392 sur 1557

aqua calente. Num.12. Forma vndique clausa, calorem ex fermentatione fimi, vel gigartorum siliquorum hordei, &c. accipit, & distribuitur in duas capsas. Inferior pro foco est, vnde calor potissimum surgit; superior item habet fimum, sed in cuius medio recumbat vitrum cum materia. Fimus ternis vel quinis diebus in inferiore est renouandus. Nonnunquam calx viua ei substernitur. Secunda capsa, quæ primæ inferiori imponitur, fundum habet multis foraminibus pertusum. Itaque etiam eius locum sustinere vas, vel cupa lignea potest, ita adaptata, vt remoueri reponiq; possit. Nam cùm fimus redintegratur, vel mutatur, prior aufertur cum vitro, & seponitur. Interim fimus adornatur. Aliqui non reponunt biduo, donec feruere incipiat, & fermentari seu incalescere fimus. Hoc potissimum præcipitur in opere arcano, quanquam aliqui per Fimum accipiant Mercurium: Super fundo perforato collocatur tripes sustinens vitrum. Deinde fimus equi circumponitur, vt in eius medio putrefactorium quiescat, semper ab inferiore parte assurgente vapore calido. Prominet autem fistula putrefactorij intra operculum, vel si non est vas fistulatum, saltem vertex eius eminere debet, ita vt comprehendatur inter duas tabulas semicirculariter exectas. Altitudo & amplitudo huius instrumenti diuersa est pro magnitudine vasorum. Partes sunt huiusmodi, vti videre est Nu.8.

A. Dimidiata circuli segmenta Lunata pro putrefactorio globoso. B. Circulus ligneus pertusus pro fistulato. C. Inferior capsa, vbi fimus calens. D. Superior cum fundo pertuso, in qua alius fimus in se vitrum habens. Tripes facile intelligitur, vti & operculum. Vitrum non totum impletum esse par est, sed tantùm tertia, vel duabus tertiis, pro materiæ ratione. Est & interdum Hermetica signatura clausum, vt fistulatum, & gerania, seu phiolæ: interdum aliis modis, &c. In figura sub Num.13. ligneam capsam expressimus diuiduam in duas partes, quarum inferior fimum calefactum habeat; altera, vas cum materia, item fimo circundatum.

Sed quocunque modo illa arcana putrefactio fiat, & siue externa, siue interna aqua aut fimus intelligatur, constat extracturo essentias opus esse quadam præmaceratione & putrefactione ad exemplum Magisterij magni in lapide. Fingamus itaque dispositionem talem, veluti Num.9. & 10. A. Fornax est, constans pyriaterio & cine-

& cineratio. Ei impositum est ahenum B. ex quo prominet canalis. C. ad aquæ superfluitatem & exundantiam deriuandam. Addenda sunt retinacula, vt consistere in furno hærereq́; queat, vel trabeculæ ferreæ supponendæ. D. Cupa cum fundo perforato. Foramina tanta sint, quantum pisum, vt vapor ex aheno subeat. Vtrumque ita comparandum est, vt collum aheni comprehendat dolium, & per foramina vapor calidus sursum contendat. Cupæ adiecta est fistula infundibuli officio. Nam per eam submittitur aqua tepida, ne ahenum deficiat subinde vaporando. Notatur E. litera. F. Tabulæ sectæ, & in medio excisæ. Hæ cupæ seu dolio insternuntur, transmittuntq́; per foramen suum vas putrefactorium, vertice tenus. Illud G. litera indicatur, & constat duabus cucurbitis conniuentibus, fortiq́; luto conglutinatis, ne expirent. Sic autem hoc vas accommodatur. Super fundo perforato dolij stat tripes. K. Eius corona præligatur humido seu cocto fœno. Postea imponitur cucurbita cum materia, ita vt collum eius emineat cum vertice. Ex ligno est tripes, altus dodrantem. Hæc ita dispositа circundantur fœno cocto adhuc calente, ita vt tripes eum vase fartus vndiquaque sit. Postea secti semicirculi superficiem claudunt, quæ tabellæ firmantur laterculis impositis. Tandem imponitur operculum hæmisphæricum. H. Hæc focus omnibus rebus digerendis putrefaciendisq́; inseruit, & vt continuus sit ignis, prunæ semper submini strantur; sed nō plures, quám pro gradu primo ignis, aut eo, qui conuenit, balneo vaporis iuxta naturam rei cuiuslibet. Non enim omnia eundem requirunt gradum. Prunæ sunt nucum iuglandium instar, satis solidæ: vel substituantur nuces picearum arefactæ. In descriptione Acediæ monstrauimus eandem putrefactionis commoditatem. Itaque possunt instrumenta permutari. Cui Balneum mersorium placet, is hoc vtatur, Num. 15.

Abacum putrefactorium si quis desiderat ad plura vasa simul, is curet sibi fieri ex lapide lintrem, quadrangulum oblongum tribus tantùm lateribus clausum, capite apertum. Huic accommodet capsam ligneam altitudinis analogæ iuxta mensuram vasorum, quæ sit distincta tribus, quatuor aut quotlibet loculamentis, pede vel fulcro in imo instructis, vt capsæ particulares ei inniti queant. Deinde conficiantur cistæ quadratæ, quæ in illa loculamenta inseran-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1394 sur 1557

tur, quarum fundi pluribus foraminibus sint peruij. Claudatur abacus communi valua, vel singulis sua operimēta capsulis accommodentur pro arbitratu. Fimus cōponitur in lintre lapideo per ostium à capite eius. Loculamēta & capsulæ vitra continent madido fœno circundata, vel herbis conuenientibus nōnihil emollitis coctione, aut vinaceis, siliquis frumenti, serramentis, &c. subiiciantur vasis tripodes sui, planè vt in præcedente dolio forma hæc est, Num. 14. A. Linter lapideus (vel, si mauis, terreus, aut ex solido ligno, vel laterculis in muros coaptatis vel cæmento,) in eo calx & fimus ponuntur. B. Caput eius ostio peruium, vel etiam totum apertū, cum tabula tamen lapidea, vt occludi queat. Per istam ianuam infertur & extrahitur fimus, estq; tantæ capacitatis, vt irrepere tyro possit. C. Sepulchrum, vel capsa lignea ex assseribus alni, quernis, vel similis ligni firmi. D. Loculamenta cum mobilibus cistis, vel capsis quadrangulis oblongis, quæ contineant vitrum, & vt extrahi possint, foramina tanquam manubria in antico & postico habēt. E. Tabula ad putrefactorium fistulatum. F. Tabula sectilis ad vasa protuberātia capitata. Hoc totum occludi tandem potest operculo concamerato in hunc modum depictum litera G. In part. 1 lib. 6. c. 7. pag. 372. talē ponit formā Furni digestorij, quā & sic cōmendabimus, Nu. 16.

M. Digestoria fornax. A. Pyriaterium. B. Aheni adumbratio. C. Tubulus in ahenum demissus ad aquam supplendā. D. Corona, cui immittitur circulus ligneus. E. Capacitas, in qua lana, vel stramen, aut fœnum, &c quibus inuoluta sunt vitra digestoria. F. Vraniscus. G. Gradarium caloris. Cæterùm cōgruit hæc descriptio Balneo vaporario, si in cinerib. res peragēda est, pro aheno imponetur catinus cinereus. Sin in Balneo Maris, auferetur circulus ligneus. Sed cōsultius fuerit retinere hāc figurā pro digestione in vapore. Ad reliquas inuenies supra descriptas fornaces. H. Circulus ligneus pertusus. K. & I. vasa digestoria. Materiā digestionū est humida vel sicca: rectius peragitur cum humore, siue proprio, siue ascititio, iuxta prudētiam artificis. Neq; enim repudiat digestio externa adminicula. Finis est absolutio ex indigesto. Cæterùm abutimur digestione pro variis, vt maceratione, separatione, mistione, fermentatione, &c. ad quæ etiam sæpenumero requiritur adiuuantis vel ministri merito.

Vide sequens Schema.

CAPVT


Cap. 9.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.

CAPVT X.

De Furnis Acediæ.

RESTAT Acediæ, siue Incuriæ Furnus, vbi vno igne, & paruo labore diuersi furni fouentur. Nomen à pigritia, vnde & á Germanis, ein fauler Heintze/vel piger Henricus appellatur. Erigitur turris rotunda, vel quadrata, Num. 1. modo superiori & supra craticulam foramina calorem ad laterales furnos transuehentia tria, quatuor vel quinque, pro furnorum exstruendorum copia aperta relinquimus, quibus pessuli obiiciuntur ferrei, ad immittendum vel detrahendum calorem. Singulis hisce foraminibus alius furnus arctè agglutinatur. Necesse tamen est, vt quilibet furnus & suum peculiare cinerarium A. & pyreterium B. craticula discreta habeat, nec non fumaria C. contineat. Horum siquidem adiumento acediorum vsum ad res quaslibet accommodare possumus.

Acediarum varia genera & formæ ponuntur apud Libauium, in comment. Alchem. part. 1. lib. 1. de Sceuastica artis, cap. 30. ex eis aliquas huc referemus formas, modo tales. Posuit Hieronymus Rubeus in destillatorij sect. 1. cap. 7. Hanc Acediam, Nu. 2. inquit, pro circulatorio vase, extruitur turris geminis ostiolis, & crate ferrea. Ad eius latera duæ aliæ turres, dimidio minores, in quarum medio fundus vtrique ponatur obstructissimus, tribus digitis latis, mediæ turriculæ craticulam excedens vtrinque. Foramen vtrique turri in fundi medio fiat, quod in mediam turrim penetret: superius prope vasa subtus foramen paruum. Media turris carbonibus repletur. Hac fornace non solùm circulo agere liquores possumus, sed & destillare. Aliam idem Libauius ponit eodem cap. Num. 3. A. Turris Acediæ. B. Eius orificium. Γ. Operculum campariforme. Δ. Spiraculum turris interdum aperiendum, vt fiamus certiores de carbonum statu. Aliás non debet respirare, ne omnis materia inardescat. E. Obturatorium ad spiracula species. Z. Claui Gradatorij. H. Regula fictilis. Θ. Commissura turris, & lateralium furnorum. I. Ostium pyriaterij apertum, vt appareat situs craticulæ. K. Foramen cinerarij. Λ. Furnus dexter lateralis. M. Orificium eius, qua infertur ampulla: & ponendus intus catinus est cinerum vel arenæ ex testa fictili. N. Respiraculum, cui ex altera parte opponi-

tur

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1397 sur 1557

tur ſecundum. Ζ. Oſtium foci cum craticula. Ο. Ventilabrum coniſterij. Π. Operculum furni biualue exciſum pro collo vaſis tranſmittendo, id ex argilla eſt. Ρ. Furnus lateralis ſiniſter reſciſſus, vt pateat interna conſtitutio. Σ. Spiraculum. Τ. Craticula, ſub qua coniſterium. Pro Acedia etiam hæ ſequentes formæ præſtantiores ſunt. Num. 4. Num. 5 & Num. 14.

Acediarum formæ ſimplices tales nobis proponuntur ab Andrea Libauio in comment. Alchem. part. 1. lib. 1. de Sceuaſtica artis, cap. 29. pag. 155. Rotundam ſimplicis acediæ, Num. 6. & quadratam, Num. 7. vides. In illa elementum A. ſignificat cinerarium. B. Focum. C. Ergaſterium. D. Oſtium coniſterij. E. Aditum ad pyriaterium. F. Spiracula. G. Canalem Pigri Henrici infra ampliorem, quam ſupra, & per decliue inſertum hypocauſto ſupra craticulam. I. Murulum, cui inſiſtit canalis, qui quidem productus ex foci muro eſt. Si quis non ita velit, is pedamentum à ſolo educere poteſt, eiq; iungere canalem. H. Oſtendit operculum canalis, & intelligitur ex metallo vtrumque factum, aliàs difficulter ita informari poteſt, niſi figulino opere. K. Fibulæ ferreæ vel æneæ, quibus fornaci annexa eſt fiſtula. Fibulis poſſunt ſubſtitui duo vnci amplectentes vtrinque tubum. Acediæ quadratæ figuram ſic diſtinximus.

A. Coniſterium. B. Hypocauſtum. Γ. Ergaſterium. Δ. Turris. Ε. Oſtium cinerarij. Ζ. Oſtium pyriaterij, quod requiritur ad prunas mouendas ſuper crate, & contemplandum ignem. Μ. Craticula. Η. Veruculorum ſeu bacillorum ferreorum ſitus, & interſtitium inter focum & ergaſterium. Θ. Piger Henricus in latus obliquè deflexus. Debebat ima parte amplior eſſe. Eo ſitu poteſt per murum in carbonarium intrudi, vt hinc ſufficiantur carbones. Ι. Retortæ modus & ſitus: Et illud eſt latus, quod author vult apertum teneri vſque ad illationem vaſis. Sed ſatius eſt, ibi feneſtram relinqui tantam, quæ poſtea laterculo & luto farciatur. Κ. Spiracula angularia, hic quadrata forma picta. Λ. Os ſummum turris, per quod carbones & prunæ iniiciuntur, vt planè tegatur cucurbita. Nam in reuerberante igni hoc requiritur, nec poteſt præſtari à canali æneo. Ν. Conus ad os obturandum.

Acedia etiam eſt mobilis triquetra ex ære pro Balneo, Num. 8.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1398 sur 1557

Aliæq; duæ eiusdem materiæ, sed vna rotunda, altera quadrata, quæ facilè intelliguntur ex triangulari. Nihil enim differunt, nisi figura, & quod ibi plura sint pro cucurbitis foramina, adiecti quo operculo aheni vicinuli & retinacula, quæ etiam intelligi debent ex triquetra ista. A. Ahenum triangulare pro Balneo: Ideo etiam aqua ei affingitur. B. Tabula trigona ad operiendum Balneum. C. Foramen transmittens canalem. D. Cucurbitarum trium prospectus. E. Foramen tubi ad sufficiendum aquam. Addi potest epistomium margini aheni ad abundantiam deplendam. F. Fulcra aheni. Alias pedes ferrei adduntur. G. Canalis carbonarius, & vnà focus balnei. Nam in foci locum successit. Itaq; & in medio ponitur, vt ambientem aquam omnem possit calefacere. Prolixus curtusve fit pro aquæ copia, & altitudine vasis. Differt autem eius ratio & vsus à vera Acedia. Canalis enim acedioſus verus non habet focum, sed foco ministrat: Deinde non iunctus est craticulæ, sed in eam directus, & aliquo interuallo segregatus. Insuper clauditur os eius, & obturatur post immissos carbones, estq; procerior, vt securitatē operis, quam promittit, præstare possit, sed Acedia ista cum affinibus, nempe orbiculato aheno, quadrato, & cupa lignea pro foco est, craticulam subnexam habet, non ita est prolixa; & orificio aperto tum fumos immittit, tum ignem temperat. Quocirca non enim habet operculum, aut si vnum, saltem moderamina in eo sunt permutanda. Hinc Acedia notha dici potest. H. Canalis Acediæ solutus. I. Margo imus, vbi craticula affixa, quæ cineres transmittit sub aheneum, & auram recipit. K. Operculum primum cum foramine primi gradus. L. Secundum gradus secundi. M. Tertium gradus tertij. Verùm enimuero ne tot operculis artifex molestetur, curet sibi in vno tria fieri foramina foriculis vel conis clausilia, vt vno aperto primum gradum procuret, duobus secundum, tribus tertium, remoto penitus tegmine, quartum.

Acedia simplex Tetraconchos, Num. 12. Furnus ex laterculis rotundus est struendus, tribusq; distinguendus spatiis. 1. Cinerarium. 2. Focus. 3. Ergasterium. 4. Locus veruum, in quibus requiescunt catini. Conformentur verò bini decussatim, vt quinque sint loculamenta, in hanc formam. Quod si ahenum vnum quatuor cucurbitis capiendis facere velis, Num. 13. amplum id esse debet, &

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1399 sur 1557

bet,& sellis cucurbitarum seu tripodibus instructum, ita vt acediæ canalis per medium transeat, commissuris ita glutinatis ferruminarisque, aut affixis, ne aquam transmittant. Nulla autem craticula subdita est canali, vt in præcedente Balneo. Nam hic furnus per se suum habet focum & cratem. Saltem seruare & deferre carbones debet, quanquam vnà etiam aliquid præstet aquæ calefaciendæ. Sed si peculiares sint singulis cucurbitis catini, siue ærei, siue ferrei, siue fictiles, circinato & hemisphærico sunt fundo, capiantq; cineres, vel aquam vel vtrumque, vel aquam, & fœnum, aut stramen pro iudicio artificis. Si varia sint contenta, vt vnius aqua, alius cinis, tertij arena, quarti scrobs ferri vno igni, impedioq; prunarum eodem, diuersos gradus, diuersaq; opera potest procurare, præsertim si per ostium foci illi catino admoueat plus prunarum, qui plus caloris requirit. Illæ enim materiæ graduant simul ignem. Præterea cui ollæ subministrare maiorem vult æstum, eius respiraculum faciat grandius; aut quod est ingeniosius, singulis respiraculis addat diuersæ amplitudinis circulos & conos. Ita enim sat commodè potest regere ignem, & luculentum parcumq; dare, cui velit: veluti foramen quidem esto gradus quarti; sed si imponet circulum gradus secundi, tertij, primi, vel etiam cono penitus obstruet, pro libitu temperamentum excitabit, idq; in diuersis catinis, diuerse. 5. Ostendit locum craticulæ. 6. Ostium ad prunas mouendas, & considerandum ignem. 7. Foramina cineratij, & ventilabra. 8. Laterculus cum ventilabra moderanda, atque etiam obstruenda. 14. Corona & tegumentum fornacis nouem locis pertusum. 9. Stationes catinorum vel cucurbitarum. 10. Respiracula. Si Balneum paratur, videndum, vt ista apto loco ponantur, descendantque in focum. Tunc & alia foraminia adduntur ad aquas supplendas & emittendas, item fibulæ, quibus iungitur aheno operculum. 11. Conus obturatorius. 12. Acediæ canalis, qui debet circa imum, vbi in focum pertingit, & trabes ferreas præterlabitur, vncis vel alis, brachiisque prominentibus præditus esse, vt istis fulcris in suspenso maneat. 13. Operculum canalis. Cupam ligneam describere nihil attinet, quia non magnæ industriæ, tum etiam ex prædictis constat.

Aliud

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1400 sur 1557

Aliud genus clibani deſtillatorij ſeu pigri Henrici à ſtillatoribus dictum, in cuius medio fictilis, ſiue ferrea, aut cuprea canna, igni recipiendo collocatur, 4. galeis conueniens, Num. 9. In cannam hanc, quæ in medio clibani eſt poſita, prunæ inſertæ, ac operculo contectæ, per foramina, quibus aër recipitur, perq; inferiorem incenduntur ianuam, integramq; abſq; omni periculo noctem, operationem, viresq; ſuas exercent. Singulis etiam ahenis cannas admouebis, quibus repleri, & ſi ebulliant, depleri queant. Eadem hac fornace ad aquam, cinerem vel arenam vti licet. Cannam quoque, cui ignis imponitur, in extremas fornacis partes, aut ad latus extrinſecus, pro loci aut ſpatii ratione, collocare nihil obeſt.

Vtiliſſimum etiam eſt genus hoc, quod minus carbonum abſumit, veluti hoc B. Mariæ in dolio apparando, pro deſtillatione herbarum, Num. 10. Cannam hanc prunis recipiendis apparatam dolio conuenienter includito, ſicut appoſita hæc figura declarat: Libauius, vt ſupra dictum, has Acediæ formas non propriè vult eſſe Acedias, ſed nothas dicit, vti videre eſt in comment. Alch. part. 1. lib. 1. de Sceuaſtica artis, cap. 29. pag. 156.

Alienæ formæ apud antiquiores etiam talis apparet, Num. 11. quando videlicet multis & galeis ſic vtuntur, vt dicta ex figura apparet, &c. Hæc dicta nunc ſufficiant de furnis Acediæ. Sunt præterea & aliæ furnorum formæ, quarum vſus deſiit, ideoque temerè ſudamus in illis, & non opus eſt prolixa explicatione, ſiue deſcriptione; ſed ſi auidus quis ſit, videat Libauium. Nunc ad vaſa Philoſophorum demonſtranda nos accingimus.

Vide ſequens Schema.

CAPVT


1.
2. Cap. 10.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.

CAPVT XI.

De Vasis Philosophorum vitreis.

HÆc de Furnis dicta sufficiant; sequitur Vas, quod est locus, rem chymicé tractandam proximè continens.

Vasorum aliud igni admouetur, aliud igni non admouetur.

Igni admouendum, vel ex vna aliqua certa materia est formatum, vel ad arbitrium artificis electa factum.

Vas ex vna aliqua certa materia factum, est, quod ex nulla alia, quám ex ista fieri conuenit. Huiusmodi aliud est vitreum, aliud minerale.

Vitreum, quod tantum ex vitro conflatur, est phiala & circulatorium.

Phiala. Phiala est vas vitreum ex ventre in modum sphæræ rotundo gracilem canalem in proceritatem emittens. Eius vsus frequens in solutionibus & coagulationibus: Varias phialarum species vide sub Num. 1.

Circulatorium. Circulatorium est vas vitreum, vbi infusus liquor ascendendo & descendendo, quasi in circulo rotatur. Vsus eius in subtiliationibus & circulationibus positus est. Varia huius generis vasa à variis ingeniis sunt excogitata, ex quorum numero hæc duo magni momenti & vsus nobis placent, Pelecanus nimirum & Dyota.

Pelecanus. Pelecanus est vas circulatorium, á figura Pelecani pectus suum rostro fodientis, pullosq; suos refarcientis, nuncupatum, amplo ventre sensim in angustius collum vergente, quod retortum & curuatum os rursus in ventrem immittit. Hoc vas in fundo canalem, per quem liquor infunditur, habet, qui liquore infuso Hermetico sigillo occluditur, & calori admouetur, vide Num. 2.

Dyota. Dyota est vas circulatorium à duabus auribus, vel vitro vtrumque brachium lateribus applicatum habente, dictum. Huius inferior pars est in modum cucurbitæ, cui impositus est alembicus in summo canalem, qui liquori infundendo seruiet, habens; In loco autem conueniente duobus rostris incuruatis, & in cucurbitam á capitello humorem condensatum deuehentibus præditum, Nu. 3. Varias alias vide sub Num. 4.

Liba-

Libauius in comment. Alchem. part. 1. lib. 1. de Sceuastica artis, cap. 34. pag. 175. ex variis authoribus Digestoria instrumenta alia, eaq; talia demonstrat.

A. Cucurbita cum fundo vesicæ iuncta ad digerendum. B. Cucurbitæ duæ osculantes. C. Cucurbita cum Alembico cæco. D. E. Digestoria fistulata ex binis partibus. F. Digestorium continuum fistulatum. G. Pelicanus ex figura auis collo reflexo ventrem aperientis, alasq; expandentis dictus. Collo verò adiectum Hydrocephalum est, quod simplici foramine in vertice est peruium, sed litera H. eandem habet figuram in tubum productam. I. Circulatorium brachiatum: quale & L. hic sursum reductis iunctisq; brachiis, ibi in latera infixis. Itaque I. superbiens dicitur. L. Miserans, aut finge Phaëtontidas esse, vel Rebeccam cum hydria. K. Iubilans vocari potest, M. Bocia contra Bociam, vt vulgo loquuntur, suntq; duo cornua Hermetis osculantia columbissantes aut hiantes nuncupantur: sed N. tripudiantes. O. Crumena: Ventres duorum Hermetis cornuum sub vno capite fistulato concurrunt. Etiam arietantes voces. P. Aquilæ. Q. Vultures. Ventribus enim & capiti inseruntur rostra, alteriusq; succus ab altero exhauritur, tanquam aquila exedente Promethea aut vulture Titium. R. Cochlea vel serpens in gyrum reductus, seu draco reuolutus, &c.

Ad vasa circulatoria refertur & ouum Philosophicum seu Hermetis, quod ouiforme Philosophicis operationibus inseruit; eius figuram in hoc capite habes depictam, Num. 5. *Ouum Philosophorum.*

Vide sequens Schema.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1404 sur 1557

Cap. II.



CAPVT XII.

De Vasis Philosophorum metallicis & terreis.

MINERALE vas, quod ex materia minerali factum est, est vel metallicum, vel terreum.

Vas metallicum ex metallo factum inseruit subtiliationi & infusioni. Subtiliationi inseruiens, est ahenum & vesica.

Ahenum est vas metallicum, Num. 1. ex cupro aut ferro duûm pedum altitudinis, eiusdemq; fermè latitudinis, cusum. Huius fastigio cooperculum, in modum hunc formatum, illiusque limites ritè claudens, imponendum est. Fit lamina cuprea ad aheni capacitatem, (Nonnulli rei familiari consulentes, pro cupro ligneum asserem assumunt) rotunda, cuius in centro (quando vni cucurbitæ inseruire debet) ad amplitudinem imponendi vasis, foramen excauatur, vt vas per illud prominere possit. A latere verò alterutro prope aheni finem aliud paruum foramen, per quod calida suffunditur, & defectus exspiratæ aquæ suppletur, perforatur. Vsus huius aheni cum operculo in Balneis frequentissimus est. *Ahenum.*

Vesica est vas, Num. 2. metallicum ex cupro in forma vesicæ vel oui, duûm aut trium pedum altitudinis, conuenientisq; latitudinis, formatum, & circa fastigium apertum, vt intra sinum suum conuenientem alembicum recipere possit, qui adeo cum orificio vesicæ quadrare debet, vt tám aptè inuicem concludi possint, ne minimum inde expirare queat. Impositum capitellum è suo vertice canalem duûm aut trium pedum altitudinis emittere debet, qui in summitate aliud capitellum ab aheno aliquo semper frigidam continente, qua spiritus in Alembicum eleuati, refrigefieri, & condensari possint, circundatum sustinet. Ex hoc capitello epistomium seu canalis procedit, qui vapores condensatos guttatim in vas suppositum deducit. Huius vesicæ vsus in vegetabilibus dissoluendis non est negligendus. Libauius in comment. Alchem. part. 1. lib. 1. de Sceuastica artis, cap. 33. pag. 170. tres ponit figuras vesicarum. Vnam A. vesicam cum Alembico rostrato deorsum spectante. Alteram B. vesicam cum alembico sursum ex vertice emittente fistulam anguinis meatibus aptam. Tertiam C. vesicam æneam cum alembico rostrum in latus recta emittente. Tales possunt compositio- *Vesica.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1406 sur 1557

nes excogitari plures, sed videndum, num semper aptè ac vtiliter. Porrò quæ vasa fusioni inseruiunt, sunt, quæ liquata & effusa mineralia recipiunt, vt Infundibulum ac Pyramis.

Infundibulum. Infundibulum, Num. 3. est vas metallicum oblongum cum manubrio, interius excauatum, liquata metalla recipiens, & in virgas vel baculos conformans, Germanis ein Eynguß dicitur.

Pyramis. Pyramis (aliis catinus coniformis, vel ein Gießbuckel) est vas metallicum, Num. 4. in modum pyramidis excauatum, vt pars eius superior lata, inferior autem in acutum vergens, pro liquatis mineralibus in regulum formandis, accommodari possit. Libauius vocat catinum fusorium, & dicit, Chymicus eo opus habet in auri separatione & repurgatione, quin & regulis stibij aliorumq; conficiendis. Inde fiunt metæ, qualis signatur litera E. quæ, vt facilius auellatur á calice, sæbo vel cera ille prius inungitur, aut creta fricatur. Meta diuisa est in apicem & basin. Apex est regulus; Basis litera F. signata, vocatur á metallicis, das Plachmahl / constatq; ex medicina fusili, cuius beneficio regulus est factus, puta ex stibio, &c. Conus concauus est vel eiusdem vsus, vel ad excipiendum fumum hydrargyri in amalgemate. Scutellæ enim, in quam feruens malagma effusum erat ex crusibulo, imponitur inuerso orificio. G. Scutella vel concha. Num. 4. Alueus fusorius (nos infundibulum) in quo concrescit metallum fusum in virgas vel digitos. Eiusmodi porrò vasa ex orichalco aut ferro plerunque fiunt, vt sint vsus diuturnioris. Aliquando ex terra constant compage. H. Est conus concauum excipiens fumum in amalgamando.

Terrea vasa ex terra facta, alia materia ipsam contiuent, reliqua capiunt alia vasa.

Quæ materiam ipsam capiunt, sunt fusoria, aut non fusoria.

Fusoria sunt vasa materiam ipsam capientia, quorum administra ope mineralia funduntur, vt catillus cinereus, & crucibulum.

Catillus cinereus. Catilus cinereus, Num. 5. est vas fusorium ex cinerum de leui ligno elixatorum, & ab omnibus carbonibus, aliisque spurcitiis defecatorum partibus duabus, nec non cinerum de ossibus medulla carent. his (ne tamen de porcis, quæ summum dispendium inferunt, desumpta sint) optimè tritorum, parte vna cum cereuisia bona

bona ad massam madefactis, & probè inuicem commixtis in suo mortariolo paratum. Num. 7. Cineribus siquidem madefactis hoc mortariolum impletur, & pistillum (vulgò Monachus dictum) pulsibus tribus ligneo malleo factis in illud cuditur, ac tandem insperſis cribro setaceo cineribus de capitibus vituli, aut cornu cerui vnus atque alter pulsus superadditur, atque, vt arefiat, eximitur. Fit & in maiori forma catillus cinereus, qui in annulo ferreo formatur, ille hic signatus est, Num. 6.

Crucibulum est vas fusorium ex terra igni contumaciſſima factum, acutiore basi & tereti in ampliorem capacitatem forma triangulari vel rotunda desinentem, (Num. 8.) ad fundenda & eliquanda mineralia & metalla formatum. Fit etiam crucibuli species, quæ vulgò testa Germanis Treibſcherbe appellatur, fundendis metallis adæquatum, signo x. *Crucibulum.* *Crucibuli species testæ sunt.*

Sequuntur vasa non fusoria, quibus nihil funditur, vt pyxis cæmentatoria. Est autem pyxis cæmentatoria vas terreum, ex terra igni contumaci in modum pyxidis suum operculum apté recipiens formatum. Hanc pyxidem indicant hæ figuræ, Num. 9. *Pyxis cæmentatoria.*

Hactenus vasa enarrauimus ipsam materiam capientia: his insequuntur illa, quæ alia vasa accipiunt, vt sunt catinus arenarius, & tegula fornicata.

Catinus arenarius (Num. 10.) vulgò ein Sandtcapell/ est vas terreum in modum pilei rotundi, cum margine trium aut quatuor digitorum ex terra tenaci factum. Pro destillatione ad latus sunt etiam catini in hunc modum in medio excisi, &c. *Catinus arenarius.*

Tegula fornicata, Num. 11. & 12. Germanis eine Muffel/ est vas terreum ventilabris & ostio peruium, oblongum, ad tegendum catillos, ne operæ polluantur fauillis, vtq; calor eó temperatius materiam elaborare possit, formatum. Quidam hanc tegulam cum fundo connectunt, alij fundum ab illo segregatum faciunt, prout iam videbis ex demonstrationibus Libauij, sed id positum est in cuiuslibet arbitrio. *Tegula fornicata.*

Super quatuor scamnis seu abacis (inquit Libauius in comment. Alchem. part. 1. lib. 1. de Sceuastica artis, cap. 11. pag. 105.) disposita vides instrumenta ad probatoriam pertinentia.

A Te-

A. Tegula fornaculæ ferreæ antiquæ est à postica parte repræsentata, & latere sinistro: B. Eadem à fronte & latere dextro exhibita. Fenestratam solummodo conspicis tribus parietibus, & hemicyclis iuxta plantam excisam. C. Proponitur punctis pertusæ totidem partibus, & similiter priori sectæ, exhibet se hic contemplandam á posteriore. D. monstrat anteriora interioraq; dextra. E. Fornaculæ distomi tegulam subiicit oculis à dorso. F. eandem à fronte. Plantas excisas ad angulos erectos habet, & sic pedibus suis sistit. Ab hac nonnihil variat sequens eius posticum. G. Anticum. H. Tertius abacus. Litera I. Obturamentum ostij fornaculæ ponit, quod manubrio correptum admoueri removerive, vt vsus postulat, potest. K. Lamella est pro fundamento tegulæ & ergasterij imponenda trabibus ferreis luto armatis. L. Operculum fornaculæ, quo crater eius regitur ad ignem moderandum. M. Valua minor. N. Columellæ argillaceæ inseruientes, item ignis temperaturæ: nec minus quæ characteribus O. & P. intelliguntur, & quidem posteriori lacunæ destinata est lamina, O. sed lateralibus. P. Itaque & quadrilatera sunt figura, sicut illa polygonos, vt sit rotunditati vicinior. Q. Lignei moduli solidi ad formandas tegulas. Nam tenax argilla oblitis illis inducitur, & formatur iuxta tegularum normam. His addit & in eodem schemate R. & T. catillos cinereos diuersos. S. Modiolũ. V. Malleum seu pistillum, quo incusso impulsoq; per alium malleum, effingitur catillus. X. Catini probatorium, qui concinnatur instrumentis Y. & Z. De his vide etiam in hoc secundo libro Basilicæ Philosophicæ, cap. 2. de Furnis Docimasticis, siue probatoriis. Alias tegulas etiam tali demonstrat forma, vti & rotundas, vbi in hoc schemate posteriore A. designat tegulam vstoriam inuersam, vt cauitas eius pateat. B. Striatam in plantam. C. Capsæ vitrariæ á tergo repræsentatio est. D. à fronte. Ostio duntaxat patet.

Tripes ferreus. Huc referendus est tripes ferreus, qui est vas materiam calefaciendam continens, recipiens ex ferro fabrefactum, Num. 12.

Vide sequens Schema.

CAPVT


Cap. 12.
12
11
10
9
8

CAPVT XIII.

De omnis generis vasis pro artificis arbitrio facta, siue è terra, vitro, vel metallis, &c.

AD vasa ex materia pro artificis arbitrio electa facta nos accingamus, quæ è terra, vitro, metallis, pro re nata, formata sunt. Hæc diuiduntur in superiora & inferiora.

Alembicus. Superiora sunt, Alembicus, siue Capitellum, Germanis ein Helm / quod vasis inferioribus ad vapores recipiendos imponitur.

Alembicus rostratus. Alembicus cœcus. Est autem Alembicus alius rostratus, signo o, qui humores resolutos per canalem aut rostrum ad vas recipiens demittit: Alius cœcus, signo o o, hoc est, sine rostro, sublimationibus inseruiens. Hic in sublimationibus nonnunquam in vertice perforatus aliquantulum est, humores ascendentes inde emittens. Noster Libauius talia dat eius generis Rudimenta, in comment. Alchem. part. 1. lib. 1. de Sceuastica artis, cap. 34. pag. 173. *a.* Alembicus rostri prolixi. *b.* Alembicus curti nasi. *c.* Alembicus cœcus, sed cum foramine in vertice decusso scilicet nodo. *d.* Alembicus reductus, & eiusdem formæ amplioris. *b.* quo vtimur in aquis interdum capiendis & hydrargyro, ita vt idem vas duo sustineat munia. *e.* Pileus seu campana rostrata potissimum ex plumbo candido, aut ære stannato. *f.* Alembicus sublimatorius turritus cum foramine exploratorio in vertice. Eiusdem vsus est & sequens *g.* sed magis in apicem eductus. Ex argilla confici solent retinaculis & murulis intus instructi. *i.* Alembicus cœcus cum tubulo ad immittendam emittendamque materiam; Et iste tubus etiam reclinari solet, vt in litera *t.* *k.* Campanæ forma, sed minus commoda, ad emittendum liquorem, nisi omnino æquales vertici torrito sint margines. Alias in altero angulo foramen est relinquendum, vel saltem in summo, nisi ansa impediat. Relinquitur in artificis arbitrio etiam tubulum affingere, modò figmenta ingeniorum imitari queant mechanici. Alij materiam in limbi lacuna seu fossa collectam ex inuerso exhauriunt, cochlearibus paruis, aut spongiosis,

aut

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1411 sur 1557

aut fistulis. *l.* Tiara pro serpentinis. *m.* Cydaris rostrata in apice, & nihilominus ductibus draconinis accommodata. Spiritus grauiores deduci possunt per meatum, sed magis ætherei in fistulam contendunt. *n.* Operculum caluariæ instar cum syringa in altum surrecta pro draconio. *o.* Alembicus cum refrigerio, cuius possunt etiam aliæ formæ. *p.* Alembici minusculi pro cucurbitulis & phialis. Mulieres abutuntur eis ad lac ex mamillis exugendum. *q.* Alembicus cœcus cum rostrato. *r.* Cœcus triplex. *s.* Rostratus triplex. Præter istos Alembicos, mentionem faciunt artifices etiam cuiusdam á latere aperti, vt vncus ferreus per foramen in catinum immitti queat, & materia continuè versari. Is vsum habet in floribus sulphuris, sicut & Campana, vel Alembicus cœcus, non in vertice, sed latere pertusus, vt spiritibus feruidis, qui non coagulant facilè: imò obsistunt cæterorum coagulationi, sit ad se propiendum via. Eius vicem supplere rostratum operculum potest, laudaturque in his materia fictilis. Nos ollas commodas substituimus. A. Patina, seu Catinus terreus. B. Vas secundum tribus locis peruium, quod catino est adaptandum. C. Idem figuræ camini. D. Vas tertium, quod imponitur secundo. Si placet, & ex re esse intelligitur, duplum triplumque fieri potest, alterumque alteri accommodari. E. Vas summum cum tubulo seu spiraculo, pro quo licet & simplex foramen obliquè impressum facere. Apud Pantheum, Alludel appellatur equi venter ex lapide lebetum conficiendus, seu argilla crusibulorum. Isti insternitur aliud caracha dictum in magno magisterio, si credimus ex Argilla, tanquam eius operculum. Aludel Gebri fictile sublimatorium est. Sed ille Cymbium, aut Hemisphærium pingit, eique adaptat angustum collum, vt non malè respondeat sublimatoriæ, florum dispositioni, possitq; in eius locum venire, si à latere foramen accipiat.

Inferiora vasa sunt, Cucurbita & Retorta.

Cucurbita, Germanis ein Kolben / est vas plerumque turbinatum in cucurbitæ & pyri formam vtero turgescens. *Cucurbita.*

Cucurbita alia fundo globoso prædita est, Numer. 9. alia lato, Num. 8.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1412 sur 1557

Horum magna est copia, inquit Libauius, & ab ingeniosis subinde excogitantur plura, circumstantiis, & cuiusque arbitratui & experientiæ aptiora. Harum formas vide varias, Num. 10.

Retorta. Retorta est vas globosum, cuius collum paulatim à ventre procedit, ac sensim in oblongum canalem reflexum transit. Ex figuris variis vide Num. 12.

Hactenus vasa igni applicanda: Vasa, quæ igni non applicantur, sunt continentia, vel transmittentia.

Continentia, quæ materiam continent, sunt Receptaculum & Conchus.

Receptaculum. Receptaculum, Num. 13. & cap. 10. signo xx. est vas amplum, globosum, destillantes humores recipiens, Germanis eine Vorlage appellatur. Sed receptaculum pro rei destillandæ ratione variat. Nam si res vaporosæ, flatulentæ, ac spiritales dissoluuntur, amplum esse debet; alioqui à spirituum vi magna, magno bombo ac crepitu, nec sine astantis periculo rumpitur, atque in frusta dissilit. Si verò res calidæ tenuesq; fuerint, collo longo formatum esse debet. Sin autem res mediæ fuerint, medium receptaculum requiritur.

Varias iconas producit Libauius, vti videre est in comment. Alchem. part. 1. lib. 1. de Sceuast. artis, cap. 34. pag. 174.

Concha. Concha, Germanis ein Glaßschale/ litera A. vel alueolus vitreus, est vas plerumque vitreum in modum aluei formatum cum ore & manubrio. Libauius tres eius ponit figuras, in comment. Alchem. part. 1. lib. 1. cap. 34. pag 177.

Transmittentia vasa sunt Tritorium & Separatorium.

Tritorium. Tritorium, vulgò infundibulum, Germanis ein Trechter/ est vas transmittens, sin superficie latum, & paulatim acuatum, cum manubrio annexo formatum, litera B.

Separatorium. Separatorium, litera C. est vas transmittens, quodammodo oniforme, oblongum, orificio ad capacitatem auricularis digiti aperto, cui materia infunditur, & fundo in modum acus acuato, materiam rursum emittendi gratia præditum, cum annexis ansis duabus, liquoribus inuicem separandis accommodatum. Separatoria triplicia dat Libauius, hæc ex appicta figura videri sic potuerunt.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1413 sur 1557

runt. 1. Separatorium olei subsidentis. 2. Separatorium olei natantis. 3. Colatorium. Est manica in eo pertusa, cui accommodatur charta emporetica, vt transsudet liquor in materiæ purgatione.

Hactenus dictum est de loco. Causa adiuuans est, quæ artifici suo inseruit ministerio: talis est instrumentum manuarium, & calor ignis.

Instrumentum manuarium est, cuius applicatione & motione artifex suam actionem perficit.

Instrumentum aliud igni admouetur, aliud igni non admouetur.

Quod igni admouetur, aut semper, aut pro artificis arbitrio admouetur.

Semper admotum est gracile vel latum.

Gracile est instrumentum oblongum semper igni inseruiens, vt craticula, & baculus ferreus.

Craticula est instrumentum, Num. 14. ex bacillis ferreis quadratis, & digitalis crassitudinis iuxta se in acutum ita positis, vt semidigitale spatium inter eos interfit factum, focis conficiendis, carbonibusq; sustentandis inseruiens. Libauius vult quadratam & rotundam. *Craticula.*

Baculus ferreus est instrumentum, ad sustinenda vasa imposita cusum. *Baculus ferreus.*

Latumi instrumentum, vel spatula, obex est in modum spatulæ factum, quod furnis compositis, Num. 16. ad augendum minuendumve calorem inseruit. Pro artificis arbitrio igni inseruiunt, forfex, rutabulum, cochleare, & circulus. *Obex.*

Forfex, Germanis ein Klufft/Num. 17. est instrumentum oblongum, & biceps, quod manibus facile comprimi dilatariq; potest, igni imponendis, dirigendisq; prunis atque vasis aptum. Est & alia forficum species, quibus vasa tantum ex igne sustollimus, quæ instar forcipis complicatur, Num. 18. *Forfex duplex.*

Rutabulum, vel vncus, Germanis ein Rührhacke/ est instrumentum ex ferro oblongum, & in fine curuatum, quo ignis vel materia in igne contenta proruitur & commouetur, Num. 19. *Rutabulũ.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1414 sur 1557

Cochleare. Cochleare est baculus ferreus, Num. 20. longus, in altera parte cochlear, in altera radulam habens docimasticis operationibus inseruiens. Libauius duo sic vult, vt vides 21. vocat cochlear effusorium cum labro prominulo. 22. Cochlear ferreum.

Circulus. Circulus est instrumentum rotundum vitris abscindendis ex ferro factum: Perstringuntur autem hoc modo: Circulus candefactus vitro applicatur, illudq; tamdiu stringit, donec feruefiat, & incalescat, cumq; adhuc feruet, frigida gutta immissa, aut frigidi halitus affluxu dissilit atque disrumpitur, Num. 23.

Hæc sunt instrumenta, quæ igni admouentur: quæ verò non admouentur, eorum aliud est ligneum, metallica reliqua.

Dyoptra. Ligneum instrumentum est asserculus perforatus, seu Dyoptra, quæ est tabula lignea manubriata, Num. 24. circa medium in latum fissa, vt per eam faciei prætenta absque oculorum iniuria ignis atq; operis modum contemplari possimus.

Inter lignea instrumenta referendi sunt & aluei varij generis. 25. Alueus elutorius, acutangulus. 26. Alueus elutorius obtu-
Alueus. sus. 27. Alueus niger ad spectandum eluendumq; ab arenis aurum. 28. Alueus seu linter sectus. Ista vasa à Germanis vocantur Sicher Trög.

Metallica instrumenta sunt Tabula ferrea, & Mortariolum.

Tabula ferrea. Tabula ferrea, 29. est instrumentum aliquot scrobibus hæmisphæricis seu acetabulis compuncta, ad excipiendum probationum effusiones.

Mortariolum. Mortariolum est modiolus, Num. 30. catillorum cinereorum formandorum in lati circuli modum, vel pertusi catini ex orichalco plerumque factus. Hoc mortariolum comitatur pila, (vulgò Monachus) quæ est pistillum cum tubere rotundo ex basi lata media prominente, cuius incussu catilli fouea formatur. Sed ad catillos maiores, hoc est, materiæ maiorem copiam capientes, formandos vtimur circulo ferreo, & conueniente pila foueam procudimus.

Retinacula. His addimus & retinacula cucurbitæ in plumbeo circulo, Num. 31. Fieri & alio possunt modo, nempe vt armillæ ferreæ recuruæ adhæreant tripodi seu coronæ plumbeo circulo prægrauatæ, &c.

Sic est

Sic eſt forfex ad laminas ex fila metallica ſecanda, Num. 32. pro amalgamatione, cæmentatione, ſtratificatione, quartatione, &c. *Forfex.*

Modum ſigillandi vitra vide cap. 10. ſigno xx. Eodem in capite, & ſigno xx. habes & formam Athanoris antiquam, quam, exempli gratia, refer ad caput, vbi de Athanore ſcriptum eſt. Sequitur nunc Liber Tertius Baſilicæ Philoſophicæ.

Libri Secundi Baſilicæ Philoſophicæ Finis.


21
12
12
12
12
28
17
Cap. 13
13
24
13
13
A
A
A
14
B
B
B
1
2
3
C
29
14
14
14
14
16
24
23
27
29
17
18
17
19
23
20
23
32
25
26




Cap: 10.
10 9 10
9 12 9
10 9 10


Cap: 7.
·14·
·15·
·16.
A
B
C
·17·
·18·
·19·
·20·
·21·
·22·
·23.




Cap: 8.
4
5
26 b.
21
A
F
E
D
B
C
26
22
A
B
C
23
25
B
21
H
24
E
A 27
28
29
A
30. B
31
A
B
b
C
32
33
34
35
36
37
38




33.
Cap 7.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.






24.
Cap: 7.
25.
26.
27.
28.
29
30.
31.
32.




Cap: 8
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18

LIBER TERTIVS.

BASILICÆ PHILOSOPHICÆ.

De Philosophorum obscuris.

IN primo libro Basilicæ Philosophicæ, sapientum Philosophorum antiquorum secretiora, per consilia tradidimus, & ne quid deesset studiosis huic facultati, verborum philosophicorũ veram fecimus explicationem per 100. & 60. figuras, in quibus veri magisterii certas habebunt dilucide depictas & prefiguratas sapientes formas, si ex his nil rationis aut lucis degustabunt, non nobis, sed propriæ stultitiæ, ad sapientiam ineptæ, imputabunt, illotisq; manibus sese hanc artem accessisse putabunt: quare mi studiose cogita, quam cupias hinc inde deportare artem, sciasq; illam in Dei potentia esse reseruatam, & esse de occultis philosophorum, miraculumq; vniuersæ naturæ: Habet inquam illa virtutem efficacem super omnes alias Medicorum medicinas omnem sanandi infirmitatem, tam in calidis quam in frigidis ægritudinibus, eò quod est occultæ & subtilis naturæ: conseruat sanitatem, roborat firmitatem, & virtutem, & de sene facit iuuenem, & omnem expellit ægritudinem, venenum declinat à corde, arterias munectat, contenta in pulmone dissoluit, & vlceratum consolidat, sanguinem mundificat, contenta in spiritualibus purgat, & ea munda conseruat;

Rosar lib. 2. cap. 31.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1430 sur 1557

seruat; & si ægritudo fuerit vnius mensis, sanat vna die, si vnius anni, in duodecim diebus: Si verò fuerit aliqua ex longo tempore sanat in vno mense, & non immediate. Hæc medicina super omnes alias medicinas & mundi diuitias est oppido perquirenda, quia qui habet ipsam, habet incomparabilem thesaurum. Vnde inquit Philosophus aliquis. Et est sciendum, quod innouatio, & confortatio lutis fit cum potione aquæ auri purissimi propriè: Ipsa namque Alopeciam curat & Tyriam & transmutat corpus humanum, sincerat & innouat ipsum, & virtus multarum rerum approximat huic operationi: sed ipsa est, quæ prædictum miraculum facit, & quæ non corrumpitur & complexioni humanæ est conueniens, & neq; calefacit, neq; infrigidat, neq; humectat, neq; desiccat, imò est omni temperamento temperata, omnemq; rem excedit in temperamento temperata, omnemque rem excedit in temperantia & perennitate, quam habet: Etiam subuenit stomacho frigido, timorosos facit audaces, cardiacos confortat: Valet contra melancholiam & alopeciam, & calorem naturalem confortat, & temperat, in quibus non est res aliqua, quæ stare possit loco eius: Et virtus eius manifestatur in sua substantia, quia est in eo caliditas, ideò magnum temperamentum efficit, super omnem rem, & quia in eam est perennitas, ideò conseruat corpus humanum, & in ea est assimilatio complexioni humanæ, & ideò incorporatur, si præparetur, vt decet, & in eius præparatione est totum secretum, quod sapientes propter inuidiam occultauerunt. Confirmat autem & sincerat cordis substantiam, & suæ puritatis impressione omnem deiicit impuritatē ab eo, & tuetur illud & clarificat spirituum substantiam, & mouet sanguinem ad cutim, & inducit pulchritudinem inuenilem, & abstergit absterſione leui, &c. Liceat paucis pie iocari.

Iohannes Euangelista ab Auicenna primus inter Christianos Chemicæ peritus recensetur, Dict. 1. ad fin. cap. 3. de anima. Imò & à Vincentio Monacho in speculo naturali. His adstipulari videntur illi, qui Prosam Ecclesiæ veteris Decembr. die 27. Diuo Iohanni Euangelistæ sacro cantari solitam composuerunt, quæ sic habet: Initium est. Gratulemur ad festiuum, &c. cum gemmarum partes solidasset, has distractas tribuit pauperibus, inexhaustum.

ſtum fert theſaurum, qui de virgis fecit aurum, gemmas de lapidibus. Hoc etſi multis non ſolum incredibile, ſed forte & impium videri poſſit, tamen nos authorum dictorũ teſtimoniis, quod contra dicamus, vix inuenimus: Dona Dei non ſunt impia dicenda, ſed opera diaboli, quæ impietatem procurant: Quod ſi Chriſtus, vt homo verus, ſic Deus omnipotens, Iohanni Euangeliſtæ conſobrino ſuo, matriſq; tutori, quem præ cæteris amauit, & in cœna ſinu ſapientiæ Diuinæ fouit, ac ne martyrio interiret, longæuuſque ſupereſſet, voluit, viaticum quoq; eiuſmodi attribuit, conſtituiſſet, vt egenis & pauperibus, ipſiſque nouis Chriſtianis iam tum incipientis Eccleſiæ, exilio aliiſq; damnis afflictis, ſubueniret in ſumma neceſſitate, annon hoc ſingulare & oportunum munus, eleemoſynaque optime collocata fuiſſet? At vt omnibus ſatisfiat, potius demus S. Iohannem Euangeliſt. ſi quando tale quid fecerit ex virgis aut lapidibus (quæ materiæ ad tincturam ſuſcipiendam philoſophicam ſunt planè ineptæ) miraculoſo, quam artificiali aut naturali modo vſum eſſe: quemadmodum ipſe Chriſtus, vt vectigal daret, Petrum capere piſcem iubet & capti ventrem aperire, vnde nauiſma depromptum eſt pro vectigali ſufficiens: ſunt, qui eum expreſſæ tincturæ philoſophicæ mentionem feciſſe adfirment in Apocalypſi; verum hoc collegio Philoſophico remittimus, &c.

Sunt & ex Chymicis, qui *Pythagoram* Chymiæ occultè deditum fuiſſe affirment. Hinc liber Turbæ philoſophorum refert ſententias ſapientum in tertia ſynodo Pythagorica collectos eſſe, & Pythagoram philoſophum & magiſtrum introductum; cuius hæc ibidem verba ſunt tanquam prælidis. Benè aptaſtis, ô filii doctrinæ, harum naturarum deſcriptiones, ex quibus Deus omnia creauit: perſequimini ergo. Atq; ſic in toto illo libro Pythagoras primas tenet, tanquam eius artificii Magiſter, cæteriq; Philoſophi illius diſcipuli. Non dubiũ itaq; eſt, Pythagoram in hoc doctrinæ genere fuiſſe expertiſſimum & verè magiſtrum, cum antiqui Chymici, qui fortè eius ſcripta & vitam ex aliis indiciis exploraram habuerunt, id vnanimiter ſtatuant, &c. Imò & nonnulli ex recentioribus chymicæ amantibus de Faba Pythagorica, inter quos Iohan. Chryſ. Fan. hunc in modum ſcribunt. Ariſtoteles (inquit)

ipſe libro de ſecretis ſecretorum (ſi Ariſtotelis liber eſt) lapidem animalem, vegetabilem & metallicum ouum nominat, & hoc Pytagoras, ſi Marcello credimus, Fabam Hæcille. Siitaq; Pythagoras ouum Philoſophicum per Fabam intellexit, cauſſam videtur habuiſſe, cur præceperit, Fabam ne comedas, &c.

Xamolxis Pythagoræ in itinere Comes fuit, hic iiſdem cum eo præceptoribus vſus eaſdem doctrinas ſecum domum in Samothraciã retulit: Huius de lapide philoſophorum proceſſus talis ad me inter alia fuit delatus: Recipe auri laminati q. r. imprægnetur per aquarium, vti docet Peliel: & generabitur vitriola, quæ deſponſatur Pyrandro ad faciendum rubicundum & fugitiuum ſulphur, & Mercurium philoſophorum ,, vniuntur autem in vaſe philoſophico ,, vt parturiant caſtaneam vel tincturam vniuerſalem ſapientum.

Anaxagoras Clazomenius inquit: Sol noſter eſt rubeus & ardens, qui coniunctus eſt animæ albæ & naturæ Lunæ, ſpiritus medio, quamuis totum ſane nihil aliud ſit, præter argentum viuum Philoſophicum.

Franciſcus Picus Mirandul. talia de Pelope & Pelopidis refert verba l. 2. c. 2. ſic, inquit, interpretantur Atrei nuncupandum agnum, arietemve, vt deſcriptam auri faciendi poteſtatem lectoribus inſinuẽt: Nam Atrei & Pelopis opes ex metallis fuiſſe, ſcriptum reliquit Calliſthenes Olynthius, Ariſtotelis diſcipulus & conſanguineus. *Et lib. 3. cap.* 1. Nec defuere, *inquit*, qui Tantali quoque diuitias tulerint acceptas Chymicæ compoſitioni deſcriptæ in pellibus agni: Vnde ſit & Pelopis filii, & Pelopidarum regnum longè latèque propagatum, vt hinc abſonum viſum non ſit, quæſiſſe Thyeſtem natu minorem Pelopis Agnum, hoc eſt, in Agni pelle faciendi auri compoſitionem exaratam, quam in arcanis habuerit natu maior Atreus, extorſeritque Thyeſtes ab vxore fratris cognitæ ſtupro, ex quo & odia & cruentiſſimæ cœnæ Tragœdiæ: Meminerunt huius rei quamquam obſcuro velamento & antiquiſſimi Poetæ, & *Cicero, Seneca & Papyrius*, &c.

Inter Græcos Democritus primas à Philoſophis tenet, quod huius ſummi artificii perfectus extiterit Magiſter: poſt hunc annumeratur Orpheus, qui ſtudioſos adhortatur & ablegat ad ſpelun-

ſpeluncam Mercurii ,, omnium bonorum plenam his carminibus::

Ὃν δ' ἐκεν ἀνθρώπων πνι μένον ἴτορ ἀνάγε
Ἐς πολυήρ ἐ ἶον ἀντε νέ ἐπ λθ μεν Ἑρμείαο,
Ἔνθ' ὅγε παντο ων ἀγαθῶν κ τέλκιν μιλον,
Αἰψὰ κεν ἀμφοτέρηϲιν ἐνείατα πολλὰ κομίζων
Οἴκα δ ἀποϲτείχει, πεφυγὼν πολύδακρυν οἶζιν.

Hoceſt:: *At quemcunq; virum ducit prudentia cordis,*
Mercurii ingredier ſpeluncam, plurima vbi ille
Depoſuit bona, ſtat quorum prægrandis aceruus::
Ambabus valet hic manibus ſibi ſumere & iſta
Ferre domum: valet hic vitare incommoda cuncta.

Quæ carmina ſatis conuincunt, quare Orpheus ſcripſerit de aureo vellere opus Argonauticum, omniaq; alia peregerit: Qui enim particeps velit fieri multorum bonorum, Antrum Mercurii adeat, hoceſt Tænara, Inferos. Plutonia regna (ſubterranea enim & metallorum diuitias Pluto ſibi vendicat, vt Neptunus mare & Iupiter cœlum ex diuiſione mundi) & quod inde apportabit ambabus manibus, Chymici operis erit initium atq; ſubiectum, quo præparato, valebit & morbos curare & alia fortunæ incommoda vitare: Non opus erit hunc Orphei clariſſimum locum dilucidius explicare, cum per ſe ſatis reſplendeat, chemiæque vt veriſſimæ, ſic antiquiſſimæ lucem longè lateq; præbeat, &c. His & annumeratur Linus Orphei præceptor, qui de curſu Solis ac Lunæ animaliumque ac fructuum generatione dixit, quod in principio omnia ſimul nata ſint, &c.

Michael Pſelſus Philoſophus præclarus de ſcientia Democriti talia infert in colloquio, quod habet cum Xiphilino Patriarcha Conſtantinopolitano: Quidnam tibi igitur totam Democriti Abderitæ ſapientiam breuiter reuelabimus, nihil intus in aditis relinquemus? *Et mox:* Tibi enim præſtantiora concredita ſunt, ac tu de cœlo Deum deducis & cuiuis animum ac mentem, quæ in materia eſt, & applicas rei emptæ à materia: Ego verò humi iaceo, ac naturæ contemplator ſum, nec dum retuli me ad rerum non aſpectabilium ſpeculationem: quoniam nondum mihi acutius lumen factum eſt; Noſti igitur, quid faciemus, inquit, mihi quidem terræ adita concredita

Eſſentia materiæ eſt cognitio Dei atq; animæ: propriæ.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1434 sur 1557

sunt; Tum verò illa cœlestia es consecutus: Impertiamus ergo invicem res, quas habemus: Tu mihi egregia spectacula: Ego verò tibi naturales effectus: sed viden'? Quid ego tibi fecerim: Cum enim auri fontes aperuerim, nec Athô concussi, nec Pangeum commoui, nec venas quasdam subterraneas recluſi, sed lapides inter se conterens, & herbas quasdam miscens, ingenue tibi ac vtiliter aurum valde pretiosum elaboraui, &c. *De eodem Pselso Picus Mirandulanus libr. 2. capit. 8. sic refert*: Idem paucis schedulis artem scribens, quam sub trutina Philosophiæ prius examinandam susceperat, recepi miratur præditam à Strabone naturalem vim quandam fontis transmutantem, non recepi metallorum versas in alterutrum artis beneficio formas, quarum multas ille commemorat.

Author Dialogi Germanici inter Aurum & Lapidem: Iuramento protestatur, se veritatem eloqui & nudam verbis proponere: Hæc autem eius est intentio, vt probet diuersis modis ac rationibus, aurum commune non esse aurum philosophicum, sed hoc longè aliud agnosci: Lapis ab auro venenosus vermis vocitatur; Mercurius verò communis ab auro proteste adducitur, quod nimirum *ex auro & Mercurio totum fiat opus*, sed à lapide, vt volatilis & inutilis reiicitur: Lapis adfirmat in sese esse aurum Philosophicum, & non in alio, seque dominum tincturæ verè à Philosophis dici: Aurum autem omnes decipere, quotquot in eo laborent; cum verò à verbis ad violentiam lapidi inferendam reliqui duo conuenirēt, à lapide absumpti sunt: Qui sanè Philosophus est lectu dignissimus & profunda consideratione, siquidem mens eius in centro abdita, licet stylus in superficie peripheriali hæreat. De lapide, quod sit draco, serpens, vipera & venenosi ratis particeps, consentiunt Philosophi, ac post præparationem, neminem eius veneno intoxicari, sed potius intoxicatos omnes curari Theriacâ inde factâ.

Ex Auro & Mercurio constat totũ corpus philosophicũ.

Author Rythmorum Germanicorum tabulam appictam huiusmodi exponit: septem metalla suis characteribus superius ponuntur cum manibus vtrinque: inferius, Leo, Aquila & stella quædam cathenatim colligantur cum signo appositi globi terreni; Circulus ambiens habet verba: Visitabis interiora terræ, &c. Huic sua

laus

laus non inuidenda est: Verus enim, etsi incognitus, author est: verũ ne negligamus illum, qui omnium Germanorũ recentissimus, in tam indoctorum, quam doctorum ore, scriptis, celebratione & imitatione est: atq; hic agnoscitur & vocatur.

Vincentius monachus Bellouacensis, Burgundus, citatur à Rosario Philosophorum: Quanto studio flagrarit, vt rem literariam suis laboribus iuuaret, res ipsa loquitur, dum vt & *Mirandulanus lib. 2. cap. 4. de eo honorificè meminit*, maxima confecit omnis penè rei literariæ volumina, in quibus dum agit de natuta, veram artem non tantum à se cognitam asserit, qua aurum segregari, verum etiam eam, qua fieri censet, motus ipse fortassis rei experientia, vtpote qui deprehenderit, in cæteris metallis latitare. *Idem in speculo naturali lib. 5. Authores Chymicos, interque eos Iohannem Euangelistam enumerat: lib. 1.* In corporibus, *inquit*, mineralibus, ad instar operationis naturæ, conati sunt Alchymistæ facere breui tempore, quod natura facit in annis mille: Vnde & docuerunt rem quandam facere, quæ corpora, super quibus proiicitur, transmutat: Hæc vocatur ab eis Elixir, & dicitur lapis, non lapis; Lapis, quia teritur: Non lapis, quia funditur & currit in igne absque euaporatione, sicut aurum: Nec est alia res, cui proprietas illa conueniat.

Lapis à contritione. Non lapis à fluxione in igne.

Iohannes de Aquino ait, qui auri destructionem ignorat, constructionem eius ex cursu naturæ necessario habet ignorare: Facilius itaq; est aurum construere, quam destruere.

Destructio vera auri philosophica, est genuina naturalis constructio solis magnifica.

Dominus Episcopus de Ponderibus, de quo Auicenna & iste Episcopus, inquit, docuit me magnum magisterium in Africa; & dixit, quod acciperem aurum viuum & sublimarem duabus vicibus, vt facias viuum, infunde illud in sal, & mitte id in stercore humano, & maneat ibi per duos dies, & olla sit ferrea: *Et in hoc magisterio est sensus magnus.*

Sol viuus, est astrum auri essentiale in suo sale naturali admirabile.

Author Rosarii minoris ait: Vbicunque inueneris Mercurium purum ac fixum habe pro magno lapide: Aquam quoq; solutiuã omnium metallorum ex variis salibus factam proponit, quam dicit esse clauem, qua portę metallicæ reserentur, vt vna in aliam transire possit: at quilibet hic cautus sit & à salibus, nisi fortè in præparatione, abstineat.

Fixũ reddẽdũ volatile, & volatile fixũ, suis tamẽ imbibitionib cũ Mercuriali aqua non fixa.

Alius

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1436 sur 1557

Alius Philoſophus ignotus dicit: Viſa albedine infrigida opus tuum, infrigidando enim Lunam, inuenies calorem ſolis. Morare propè vas & intuere mira, quoniam albeſcit & citrineſcit citius, quam in tribus horis dici: Huius tamen rei germinatio eſt viridis: Hoc ſubito ſi videris admiratio, timor & terror tibi euenient, nam apparebit tandem in albedine, quæ omnes albedines mundi vincit. Hæc vera eſſe, probauit puluiſculus hic incluſus vnius grani quantitate, cuius dimidia pars proiiciatur in ʒ.ij. Mercurii & mutabitur ac tingetur in corpus perfectiſſimum Soli vel Lunæ correſpondens.

Aërum gerit maſculinum & fœmininũ ſemen elemẽtorũ, exinde per ſublimationẽ Archęi fit cryſtallus, qui habet naturã aquæ, cum qua ignis & ſulphur redigenda ſunt in gratiam.

Liber Pandoræ. Mercurium laua per vrinam virilem, addito pauco ſale, idq; donec pura decoletur. Mercurium traiice per corium, & ſublima ſine additamento, fiatq; inſtar ſpeculi cryſtallini. Hoc vtere in ſoluendo Luna vel Sole. *Appellatur ſpiritus, qui Solem & Lunam vertit in ſui ſimilem Mercurium, qui vocatur Mercurius metallorum, & philoſophorum*: Eius partes 9. Solis vel Lunæ laminatorum aut calcinatorum pars vna commiſcentur in Amalgama. Putrefiant in nigredinem, quæ ſeparetur, &c. Gradus ignis procurantur per carbones quernos, in patina fictili inæqualiter pertuſa, pro modo graduum. Foramen ad 1. gradum ſit in medio cum octo compoſitis. Carbonum recipiat vncias duodecim ad gradum 2. foramina ſint ampliora, & prunarum duplum ad gradum 3. Foramina iterum amplientur, & triplum carbonum imponatur. Gradus 4. eſt nudus ignis flammæ. Materia includitur geranio, quod ponitur in catino ouali fictili cineres lotos habente, &c.

Quidam innominatus Philoſophus ait: Cape Solis ac Lunæ partes æquales: Mercurii partes duodecim, leni igne putrefac, & ſolue, idq; tamdiu, donec appareat rubedo, quæ vocatur ſulphur. Si totum ſolutum eſt; ita vt nihil in fundo integrum reſtet, compertum eſt. Hoc caput corui pone in phiola in aquam, & ſepara aquam Mercurialis corporis deſtillando, & ſegregando quatuor elementa. Aquam prædictam coniunge cum nigra terra tam ſæpe, donec terra imbiberit totam aquam ſuam & albuerit. Facto hoc ſublima eam, & habes ſulphur metallorum. Cum perfectè albuit, eſt elixyr ad album. Auge ignem vt flaueſcat & rubeſcat, & habes elixyr ad rubeum. *Oportet vt primum hunc lapidem cibes ſuo cibo naturali, & perge deinde ad metalla tingenda.*

Tempus

Tempus absolutionis est 12. menses, diebus 30. nascitur terra ex Saturno. Diebus 100. crescit Mercurius viuus in aquâ. Post dies 60. crescit aër ex sulphure. Ceteris diebus descendit anima super terram, & accipit vim superiorum & inferiorum. Tunc emerget imago multarum alarum, & vincet, nec vincetur ab vllo igni.

Alius doctissimus Philosophus sic ait : Attende diligenter latitudinem nostri lapidis, & incipe in occidente, vbi mas rubeus & coniunx alba fiet vnum, desponsati spiritu vitæ, vt viuant in amore & quiete. Terra & aqua æqualiter proportionatis, & vna terra pro tribus spiritus, & etiam bona proportio, quæ est spiritus 12. pro 4. partibus terræ siue corporis. Tres partes fœminæ, & vnam viri debet accipere. Quo minus fuerit de spiritu in hac desponsatione, eò citius tuam calcinationem absolues, &c. Ea est corporum interemptio tanto tẽpore in balneo vel fimo, donec noctes 90. transierint in humido calore. Mox nigredo tibi erit index. Substantia nutritur suo proprio menstruo, cumque materia facta est candida, spiritus cum corporibus coagulabuntur. Cum feceris septem imbibitiones, tunc rotam debes circumuoluere. Ante perfectum album dissolutis, diuisis, putrefactis corporibus & calcinatis, colores inexplicabilis pulchritudinis apparebunt. Post illud album, citrinus & falsus citrinus, & sanguis rubeus impermutabilis apparebit. *Noster mas rubeus non tingit, nec illius coniunx, nisi tingantur*, &c. Ex his & aliis sat colligere quis potest, quanta huic medicinæ vis, efficacia ac natura, eaq; de caussa non cuiuis venire obuiam, nisi mentem prius Deo, deinde naturæ consecrarit, sed vt prorsus in explicando lapide nil amplius à me desiderari aut expostulari possit; Aliquas adhuc Philosophiæ studiosis dabo Notelas Philosophicas, per quas ad hoc studium cum Deo felicissimè peruenire possunt; sunt simplices, quare mi studiose si rides, te ipsum derides, non me aut artem, sed caue.

NOTELA PHILOSOPHICA I.

SCIAS Chymiam donum esse Spiritus Sancti, nec consulo vlli vt se temere illi consecret, nisi sit instructus à magnis sumptibus, (rationis) siquidem res est difficilima & laboriosissima. Fuerunt

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1438 sur 1557

quidam Philosophi, qui hanc artem parui fecerunt, sed iuramus illis apud Creatorem cœli & terræ, illos, vbi maximè sapiunt, nihil sapere. Nam necesse est, agens & patiens in suo genere vnum esse, & vnius modi in altera forma, & variabile, quia variè mutatur ab hominibus: nam quamuis in vno genere conueniant, diuersam tamen inter se habent contrapositionem: Materia enim patitur operationem, forma autem operatur, materiamque sibi adæquat, ideoq; materia naturaliter formam desiderat, quemadmodũ mulier virum, & imperfectum perfectum, ita etiam corpus spiritum latius comprehendit, vt perueniat ad suam perfectionem.

Patiens & agens vnius generis esse oportet, id est semẽ proiiciendo in terrã est materia cũ terra vnius generis, nam terra est agens, semen vero patiẽs si terra non conueniret semine, nullus inde sequeretur fructus.

Si iam dignoscis naturales radices, melius tuum opus perficies: alio enim modo lapidem nostrum nomino, alio nomine exprimo eius solutionem.

Ex dictis intellige nostrum lapidem esse ex quatuor elementis, habentq; illum & diuites & pauperes, & inuenitur vbique, & comparatur omnibus rebus, & compositus est ex corpore, anima & spiritu, & mutatur ex vna natura in alteram vsque ad extremum suæ perfectionis.

Dixerunt etiam, nostrum lapidem esse ex vna re, & verum est: totum enim magisterium nostrum perficitur nostra aqua: nam aqua illa est sperma omnium metallorum, & omnia metalla resoluuntur in illam, vt dictum est: Imperfectum enim corpus mutatũ est in primam aquam, & hæc aqua composita cum nostra aqua omnes res purgat, attamen comprehendit in se res necessarias, & hoc cari & parui pretii est, de quo & cum quo perficitur nostrum magisterium: non enim communi solutione corpus soluit, vti prętendunt ignorantes, qui corpus transmutant in aquam nubeculæ, sed verè Philosophica solutione, in qua corpus transmutatur in primam aquam, in qua perficitur lotio, quæ transformat corpora in cineres. Ordo enim inter magnitudinem ignis indicat mediocrem experientiam: quia in solutione ignis semper leuiter ditur lenis, in sublimatione continuus, in rubefactione fortis. Si verò in his inscius erraueris, sæpissimè deplorabis errorem & labores tuos, ideoque nec esse est vt diligenter operi incumbas: ars enim à iudicio iuuatur, & similiter iudicium ab arte. Imprimis autem vaca impletioni, reliqua susq; deq; habe. Ideoque inquit Philosophus;

sciant

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1439 sur 1557

sciantartifices, species seu genera metallorum non posse mutari, nisi in primam materiam redigantur: Si fieri debet generatio, precedat corruptio: Vnius enim corruptio alterius generatio est: modo in artificialibus, modo in naturalibus: ars enim naturam sequitur, in aliquibus corrigit & superat naturam, quemadmodum natura ægroti corrigitur arte Medici.

Quare vtaris honoranda natura, non enim emendatur neq; corrigitur, nisi in sua natura, in qua nihil admisceatis peregrini, neque puluerem, neque aliud quid, multæ enim & varię naturæ nostrum lapidem non corrigunt. Nihil etiam illi additur, nisi quod inde ortum est: nam si aliquid illi exterius adderetur, statim frangeretur, & sic quod quęritur, non accipitur. Ideoque moneo, vt illæ res principio coquantur absque manuum contritione, donec omnes in aquam euadant. Opus inueniśti purum, ideoque certiores facio laborantes qui magnam impendunt operam pretiosissimo secreto, ne frustra laborent, hoc magisterium nihil aliud enim est, quàm coquere argentum viuum & sulphur, donec fiant argentum viuum & sulphur, intellige philosophorum. Sulphur impedit combustionem vase bene munito, ita vt argentum viuum nequeat fundi, neque potest etiam sulphur vnquam comburi aut perire. Nam in sulphure est nostra clarissima aqua, & videmus pro exemplo in communi aqua, quod omnia quæcunque cum illa coquuntur, nunquam comburantur, nisi illud ipsum, quam fortis etiam sit ignis, & aqua decocta & consumpta, comburitur id quod in vase est. Ideoque iusserunt Philosophi orificium vasis occludere, ne aqua benedicta diuaporet, sed à combustione immunis maneat, id quod in vase est. Aqua verò cum illis rebus composita impediuit ignis combustionem, & factum est, vt maior ignis flamma gratia aquæ nostrum Mercurium non abegerit in auras. Aqua est recipiens in suum ventrem, sed ignis flamma repellens à se. Iubeo verò indagatores principio struere ignem lenem, donec aqua & ignis sibi in vnione correspondeant, & quando vides aquam fixam non adscendere, non est quod cures ignis regimen, donec spiritus & corpus vnum fiant, ita vt corporalia fiant incorporalia, & incorporalia corporalia. Nunc loquemur de natura mediorum. Ideoque est aqua illud quod album & rubeum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1440 sur 1557

efficit, aqua quæ occidit & viuificat est aqua comburens & albificans seu purgans, est aqua dissoluens & coagulans, est aqua putrescens & quæ facit prouenire nouas & varias res. Quare moneo te, vt omnem tuam curam ponas in decoctionem aquæ, neq; tædeat te, si cupis inde fructum, neq; cures alia inutilia, nisi hanc solam aquam, coque illam tarde, imple vt transmutetur, ex vno colore in perfectum, & v de ne principio comburas illius flores neque viriditatem, nec festina in opere, orificium bene claudatur, ne id, quod intus est, aufugiat, & si Deus volet, reperies ita, in perfecta operatione. Velim te ita facere & potius tuam imaginationem directam esse ad naturam, & ad eam naturam, ex qua generantur corpora in visceribus terræ, & hæc imaginare tibi vere & non phantastice, & vide etiam similiter, ex quo & cum quo calore decoctio perficiatur, num sit fortis seu lenis, & ita rege opus tuum, & reperies perfectam scientiam & artem. Ideoque reserua hanc aquam manu, nam bona sua operatione album reddit album, & rubeum rubrum.

Ideoque necesse est nostrum lapidem extrahi è natura duorũ corporũ, antequam ex illo fiat perfectum Elixir. Requiritur enim elixir magis purgari quàm aurum seu argentum, propterea quia magis transmutare potest de minori perfectione in aurum philosophorum seu argentum. Quod autem nequeant, nam si de perfectione alium reddunt, redduntur hinc imperfectiora, quia nequeunt tingere, æque enim late extenduntur: nulla enim res albũ facit nisi ex sua albedine, neq; vlla res rubeum reddit nisi ex sua rubedine. Et propterea fiant nostra opera in nostro lapide, vt eius tinctura in illo corrigatur, plus atque in sua natura, & vt Elixir iuxta Philosophorum monita, sermones & descriptiones componatur ex puris speciebus condimentum, antidotum, medicina & purgatio omnium corporum quæ purgari debent, seu ad Lunificium & Solificium pertinent.

NOTELA PHILOSOPHICA II.

PRIMO habetur in nostro viridi Leone vera materia, & cuius coloris sit, & nominatur adrop seu azoe seu duenech.

In se-

In ſecundo & tertio habetur, quomodo corpora ſoluantur in argentum viuum Philoſophorum, hoc eſt in aquam Mercurii, & fit nouum corpus.

In quarto habetur putrefactio Philoſophorum, quæ noſtro tempore nunquam facta eſt, & nominatur ſulphur.

In quinto habetur, quomodo huius aquæ pars facta ſit nigra terra, de qua loquuntur omnes Philoſophi.

In ſexto habetur, quomodo hæc nigra terra principio ſtabat ſuper aqua, & poſtea magis magiſq; deſcendit in fundum vaſis.

In ſeptimo habetur, quomodo hæc terra diſſoluta ſit in aquam, & viciſſim aqua in colorem olei, & tunc nominatur oleum Philoſophorum.

In octauo habetur, quomodo draco redigatur in nigredinem & paſcatur cum proprio Mercurio, ſeipſum occidat, in aqua ſuffocetur, vnde aqua paulum albeſcit, & fit Elixir.

In nono habetur, quomodo aqua planè purgetur à nigredine, & maneat in colore lactis, & multi apparent colores in nigredine.

In decimo habetur, quomodo nigræ nebulę, quę erant in vaſe ſuper aquam, deſcenderint in ſuum corpus, vnde exierunt.

In vndecimo habetur, quomodo hic cinis factus ſit candidiſſimus, inſtar marmoris ſplendens, & illud eſt Elixir ad album, & fructus eſt cinis.

In duodecimo habetur, quomodo hæc albedo mutata ſit in diaphanam rubedinem, inſtar pyropi, & hoc eſt Elixir ad rubedinem.

Si benè intelligere cupis totum opus, tunc lege de parte in partem, & videbis mirabilia in noſtris diebus.

Non omnia in hoc opere neceſſaria & apparentia recenſui, ſunt enim nonnulla, quæ dedecet hominibus reuelare, attamen ſcripſi & depinxi ad finem, quamuis non viderim. Scio hoc opus de neceſſitate peruenire ad talem naturam. Et ſcio nunquam viſum eſſe tale opus, ita depictum, & teſtimoniis allegatis ita probatum. Scitu n. impoſſibile eſt, niſi quis addiſcat ab artifice docente: & ſcias hanc eſſe longiſſimam viam; quare ſis patiens, quia multa ſunt neceſſaria in noſtro magiſterio.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1442 sur 1557

Sunt quidam fatui & ſtulti, etiam nonnulli Medici, qui coquunt ducatus in aqua, dicentes hos optimos eſſe ad ſanandum: ſed ſcito neque commune aurum, neq; reliqua metalla vtilia ſunt ad ſanandum, ſed potius mala, nempe ad bibendum.

Vtile quidem eſt aurum inſpicere: Sed verum aurum potabile non eſt viſibile, ſed potens & efficax, quod ſumma eſt medicina, quæ pellit omnes ſuperfluitates tam hominum quam metallorum, tranſmutat omnia imperfecta metalla in veriſſimum aurũ. Et ſimiliter, quemadmodum purgat maculata metalla ab omni lepra, ita etiam corpora humana, & hoc certo certius eſt, hanc eſſe ſententiam omnium Philoſophorum: Verùm illi qui intelligunt id de auro communi, ſunt cœcitate ingenti percuſſi, & impoſtores, nam ſi commune aurum ſuam perfectionem communicaret cum alio, poſtea imperfectum redderetur.

D. Thomas Aquinas: Eſt autem materia lapidis, craſſa aqua, operans, ſeu eſt æſtus ſeu frigus, hanc aquam coagulans.

Et credas, hos eſſe æquè pretioſiores lapides, qui proueniunt ex animalibus, quàm aliis.

Nullum genus lapidis prępares, niſi viride & tenue Dunech, quod creſcit in noſtris mineris ſeu venis.

Philoſophus, Fili aſpice altiſſimos montes, qui ſunt ad dextram & ſiniſtram, & adſcende illos, vbi noſter lapis reperitur, & in illo monte qui fert vnumquodq; & omnifaria genera colorum & ſpecierum, ſimiliter etiam venas.

Malchameoh Philoſophus: Lapis qui in noſtro opere neceſſarius eſt, hic eſt de re animata, quem vndiq; reperies in planitie, montibus, & aquis. Illum habent & diuites & pauperes, & eſt mimimi & maximi precii. Creſcit è carne & ſanguine, quàm pretioſus habebitur illi, qui intelligit & habet.

O benedicta viriditas quæ paris omnia.

O benedicta natura, & benedicta eſt tua operatio: nam imperfectum reddis perfectum.

Quare non recipias illã naturam, niſi purã, amicam, iucundã, terream & tenuem, ſi aliter procedis, fruſtra omnia facis.

Ibimus iam quæſitum 4. Elementorum naturas, illas de libro terræ formaliter adducentes.

Quæ-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1443 sur 1557

Quæsiuisti, quot sint veri colores, & libenter tibi dicam. Scias tres esse perfectos colores, ex quibus reliqui omnes suum sumunt principium: Primus est nigredo, secundus albedo, tertius rubedo. Sunt multi alii colores, sed illi intermedii & nihili sunt, sæpius enim pereunt præ albedine.

Compositio fit duorum corporum, eaq; necessaria in nostro magisterio, & si alterutrum illorum corporum in nostro lapide esset solum, tunc nunquam aliquo modo redderet tincturam, & ideo necessaria est compositio horum duorum, quæ duo si componantur & recipiantur in compositionem nostri lapidis, qui imprægnatus est in ventre venti, estq; illud quod Philosophus dicit: Tulit illum ventus in ventre suo, vnde verum apertumque est, ventum esse aërem, aërem vitam, & vitam animam, hoc est oleum & aqua.

Ego qui exaltatus sum super omnes circulos mundi, vidi quatuor aspectus, habentes vnum patrem, quorum primus est in montibus, alter in aëre, tertius in petris, quartus in cauernis.

Hic incipit solutio Philosophorum, & fit nostrum argentum viuum.

Noster lapis est corpus incorruptibile, occidens & viuificans.

Vide ne quid contrarium accidat in nostro lapide, & pone illum solum.

Applica seruo nostro propriam ac iucundissimam sororem, & parient inter se artem.

Si enim pulcerrima candida mulier nubit rubeo sponso, tunc complectuntur se inuicem, & ita complexi inuicem connectuntur, inuicemque soluuntur, inuicemq; commiscentur, & vt ante fuerunt duo, ita iam corpore vnum sunt. Hic planè soluuntur corpora in nostrum argentum viuum, & fit aqua, fixa. Transmuta in quatuor elementorum naturas, & quod quæris inuenis, naturas mutare est corpus conficere spirituosum in nostro magisterio. Primum facimus ex crasso tenue, & ex corpore aquam, & postea facimus ex sicco humidum, & denique ex aqua corpus, ita vt corporalia fiant incorporalia, & incorporalia corporalia, & deniq; facimus id quod inferius est, ad modum eius, quod superius est, & sic vice versa.

Propriè

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1444 sur 1557

Propriè verò loquendo totum opus & regimen nihil aliud est quàm perpetua aqua, quæ omnia quibus indigemus in se habet.

Philosophus: Vnum & item est, quod in se habet animam, & aërem & calcē, & quatuor elementa quibus dominatur, nec opus habet reliquis elementis, qui nihil accipiunt in sua natura.

Hic resoluuntur corpora in argentum viuum, hoc est, in aquam nostri Mercurii, & fit permanens aqua. Hic soluitur aurum philosophorum, vt iterum in suam primam materiam introducatur. Plura audi de artis perfectione.

Diaphona & resplendens nigredo. Caput corui similiter putrefieri necesse est. Qui color post nigredinem apparebit, laudabilis est in turba Philosophorum.

Hic ponuntur corpora in putrefactionem, & reducuntur in terram nigram, & tunc videbis terram ingrescere, lætare, est enim principium operationis. Quare combure nostrum æs leni igne, donec eius corpus ordinetur, & tinctura extrahatur, illam autem vnâ vice non extrahas, sed parum, vt parum transeat singulis diebus, donec longo tempore ad summam impleatur seu perficiatur.

Ego sum nigredo albi, rubedo albi, & flauendo rubri, & verè veriſſima loquor neque mentior, & scimus caput artis esse coruū, qui in nigredine noctis & claritate diei absque alis volat. Nam ex acredine quam in gutture habet, sumitur tinctura, ex illius verò corpore rubedo, & in illius dorso sumitur vnica pura aqua. Quare intellige & recipe donum Dei, & cela omnes imprudentes, nam à cauernis metallorum absconditum est, cuius lapis est ex vena animata, coloris splendentis, residens in monte excelsus, & perambulans amplam latitudinem maris.

Equidem si primò nigrescit, dicimus omne clauem operis, non enim fit absque nigredine, illa enim est tinctura quam quærimus, quamque in quolibet corpore tingimus, quæ fortè aliâs latuit abscondita in suo metallo, quemadmodum anima in corpore humano.

Quare cariſſime studiose, qui versaris in Philosophico opere, vide vt primo habeas nigrum colorem, nam tunc certus eris te putrefacere, & rectâ procedere viâ. Patientia & exspectatione opus est in magisterio nostro, festina re opus Diaboli vicinum.

O be-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1445 sur 1557

O benedicta natura, benedicta est tua operatio, ex imperfecto facis perfectũ, vera putrefactione, quę nigra & fusca est, postea potes generare nouas & multifarias res, viriditate tua facis apparere multifarios calores.

Diaphana nigredo, hæc est crocea & spermatica terra, de qua omnes Philosophi dicunt, & versatur super aquam. Illud, quod super materia versatur, sunt tenebrosę nebulæ, & sunt spiritus seu vapor.

Hæc terra quæ super aqua versatur, descendet de alio vase in fundum vasis, vt inde generentur tres vermes.

Plures adhuc Philosophi viderunt materiam incrassescere, inque terram mutari, & hæc crassitudo versabatur principio super aqua. Ita permiserunt magis & magis crassescere, tunc videbant descendere terram in aqua, & residere in fundo vasis sub aqua, quæ terra erat crocea nigra & spermatica, tunc dicebant hanc esse perfectam corruptionem & Philosophicam destructionem.

Iam ignis accendatur in furno secundum præcepta Philosophorum, & fiat solutio totius materiæ in aquam, postea rege leni igne, donec maior pars muteturin terram nigram, quod fit intra 12. dies.

Mi carissime frater scito, hanc arrem seu scientiam nihil esse aliud quam perfectam Spiritus Diuini inflationem atq; opus totum enim magisterium, inquiunt Philosophi, constat tantùm ex vna re, & ita indicamus tibi per verba Philosophorum, & postquam vidimus & attigimus magnis laboribus, & magno studio, agnouimus hanc vnam rem solam esse perfectam ad album & rubeum, nec potuimus inuenire rem aliam, in qua perfectio consisteret, quantùm ad veram mutationem corporum & perfectam præparationem attinet, ex toto corruptio & planè omnimoda nigrefactio.

Quare omnem adhibe diligentiam in omnibus operationibus eius statibusque, continua patienter decoctionem donec exeat tinctura, ex aqua in nigrum colorem, & si videbis nigredinẽ apparere super hac aqua, tunc scias totum hoc corpus solutum esse, tandem subiiciatur lenis æqualiter ignis, donec concipiat nebulam, quam pepererunt tenebræ. Nam Philosophorum opinio &

propoſitum eſt, quando corpus redactum eſt in puluerem nigrũ, tum factam eſſe ſolutionem in aquam, & fieri ex duobus rem vnã. Quare recipit poſtea vna aqua alteram, tanquam propriam ſuam naturam: Et nota, niſi facta fuerit Philoſophica amborum tranſmutatio in aquam, nullo vnquam modo tibi aditus patebit ad ſummum Philoſophorum Magiſterium.

Præterea nota de capite cerui, ac materia terrea ſpermatica, craſſa fœcunda, ac florida Philoſophorum. Fiunt vermes, quorum vnus deuorat alterum: Vnde vera Philoſophia, Corruptio vnius eſt generatio alterius.

Iam eſt hæc terra in fundo vaſis & plane diſſoluitur in aquam vt ante.

Hic quæritur, quanto tempore lapis in nigredinem tranſmutetur, & quodnam verum ſit indicium lapidis ſoluti? Reſpondeo. Si nigredo apparuit primâ vice, eſt indicium putrefactionis in ſolutione lapidis. Quando verò nigredo planè tranſit, indicium habes totalis putrefactionis lapidis & illius ſolutionis.

Item quæritur: An tenebroſæ nebulæ in dicto lapide durent per 40. dies? Reſpondeo ita: Aliquando minus aliquando diutius, hæc verò mutatio fit per multitudinem medicinæ, & operatur etiã ſecundum ſtudium, quare multitudo plus requirit temporis, minor quantitas minus. Sapiens & prudens operatio iuuat multum diligentem nigredinis ſeparationem.

Item quæritur: Quantum temporis duret hæc putrefactio & terræ purificatio? Reſpondeo 40. dies, & aliquando diutius, aliquando minus, pro ratione ſufficientiæ terræ & aquæ.

Præterea Nota de capite corui & oleo Philoſophorum.

Totum vas nigrum tranſmutatur in minimam rubedinem: Hic natus exinde natus eſt primogenitus Philoſophicæ nigredinis filius, qui fiet candidiſſimus, vt nomen eius ſit Elixir.

Hæc nigra terra mutata eſt in argentum viuum vt ante, & ſoluta eſt, vt rurſus in primam ſuam materiã introducatur, hoc eſt, vt verè fiat ſulphur & argentum viuũ, tunc enim poſſumus optimum conficere argentũ & aurum, ſi mutatum eſt in illorum materiam, quare lauetur & coquatur, donec verè ſit ſulphur & argentum viuũ, nam ſecundum Philoſophos illa ſunt vera metallorũ materiã.

Qui

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1447 sur 1557

Qui iam potest ducere vxorem, illam imprægnare, species generare, occidere & viuificare, lucem inducere, corpora purgare à nigredine & tenebris conspurcata liberare, ille magna erit dignitate honorandus. Nostrum enim coronatum regem, nostros rubeos filios in compositione lenis ignis, regimine facimus concipere, inde Vnius Filii generatio Philosophica, per ignum, quando nebulæ, quæ supra illum erant, reuertuntur in suum corpus vnde exierunt.

Quare continua ignem in gradu per temperatum balneum, donec in aquam soluatur intactilem, & planè exeat tinctura in colorem nigrum, qui indicium est solutionis.

Nota iam diligens, de sulphure Philosophorum, atq; Ædificio draconis tenebricoso. Tunc draco vorabit suas alas, & emittet multos & varios colores, in multas enim albedines commouebitur, ex vno colore in alterum, donec ad continuam albedinem perueniat.

Magisterii Philosophus, fortissimum animal non cibetur, sed sitim & famem patietur, quo videas per triduum miracula mirabilia ac miraculosissima.

Hermes pater Philosophorum ait: Hic natus est draco Philosophorum, eius ædes sunt tenebræ: & nigredo omnibus illas inhabitantibus.

Verũ mare, mors ac tenebræ fugiunt, sicuti & splendorẽ radiosque solis, draco in spelunca nullatenus obseruat: sed quando filius noster mortuus veniet, & rex procedet ex igne, tũc gaudebit de cõiugio, & occulta apparebunt, lac virginale albescet, & noster Pusio viuificabitur, induetq; naturam militis, ac præcedet tincturam.

Pauca adhuc nota de sulphure Philosophorum, seu Ædificio draconis tenebricoso: Hic plane purgatur nigrum vas, & apparet vndique plenum florum variorum colorum à nigredine procedentes; tandem albescit instar lactis.

Huic correspondet ille Philosophus Hermes, qui sic ait R. nigredinis nigerrimum, ex quo multi colores apparebunt, & lac virginis procedet, à qua noster filius in igne reuiuiscet, instar Militis præcedens tincturas.

Amaræ nebulæ adscendunt, inde pluuiæ super terram: quia

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1448 sur 1557

quodlibet graue & crassum corpus tendit ad suum centrũ, seu medium punctum. Sed argentum viuum ex ære sublimatum, ex quo omnia fiunt, est pura aqua, & vera tinctura, leprosam vmbram metallorum delens: nam illud est album sulphur, quod solum metallum albificat, & cum spiritu reseruat, ne aufugiat.

Vir Spiritus Diuini particeps, hæc habuit verba in visione, per patefactionem Domini nostri Iesu Christi, quæ nunquam sunt audita, neq; in vllis libris reperta. Sed breuibus scias, collum vasis esse caput corui, quod occides, & nascetur columba; Deinde insequetur Finis, qui sit Diuine benedictus.

Nota nunc de Cinere Philosophorũ ac sapientum Præceptorũ. Hæ nigræ nebulæ descenderunt ad suum corpus vnde exierunt, & facta est compositio inter terram & aquam, & factus est cinis.

Verum est naturã non habere motionẽ, nisi per ignis operationem, quare si calorem bene examines, aqua & ignis iuxta nostram Philosophiam sufficient, nam lauant corpus, purgant, renouant, conseruant, tollunt eius tenebras, & aqua, quæ in aëre habitat, assequitur terram, quemadmodum ferrum trahit magnetem.

Quare reitera hunc ordinem quater, deniq; calcina Philosophico more, & lapidẽ hunc pretiosissimum sufficienti administratione respexisti. Calcinare nihil aliud est quam exsiccare & in cinerem transmutare, quare comburatur absq; timore donec cinis fiat, q̃ vbi in cinerem redactum est, bene optimeq; permiscuisti: Hunc cinerem ne contemnas, sed reddas illi sanguinem, quem ei in mortificatione studiose occulteq; abstulisti.

Nota, omnis aqua exhausta & in terram transmutata in suo vase per aliquot dies in leni colore putrefiat, donec pretiosus albus color ebulliat. (obserua Identicas reuolutiones.)

In hoc vase apparebunt omnes nigredines mundi humiditate omnimoda exsiccata. Hęc nigredo arte separetur Philosophica, & vicissim coniungatur corpori vnde deuenit, sic vt fiat per combinationes & distractiones reiteratas vnum corpus Magisterii perfectum: Coque, contere, calcina, cohoba, solue, nec tædeat te operis aliquota reiteratio, quanquã totum opus longum, attamẽ optatum, & fit tandem per longam coctionem illud q̃ quæris, nempe lapidem. Nota nunc quid sibi Alba rosa velit Philosophica.

Ego

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1449 sur 1557

Ego sum elixir ad alba metalla transmutanda imperfecta, in purissimum argentum, melius atq; illud quod est è venis. Quod me albificauit, in rubeum me transmutabit: Album & rubeum proueniunt ex vna radice: Et huius rei pars vna transmutat mille partes argenti viui in purissimum argentum.

Morienus Philosophus: Quod fit in albo, fit etiam in rubeo. Albificate Latonem & reuoluite libros, ne corda vestra destruantur: nostra enim res leuis est indigens exiguo adiumento.

Si iam optimè piè ac Philosophicè operaris, & finem seu metam ad verũ illud legitimum tempus assequeris, beatus eris; si illud celeriter vides, summa tenebris admiratione, pauore & timore.

Sciatis solis florẽ esse lapidem de lapide, quare præpara illũ per dies aliquot, donec fiat instar splẽdidissimi marmoris, & scias, quãdo hoc ita fit, esse summũ arcanũ, nam lapis in lapidẽ cõmistus est.

Iam optime mi studiose didicisti albificationẽ. Nunc dicendum est de rubificatione. Verùm nisi prius in summã albedinẽ reduxeris, vera rubificatio fieri nequit, nemo n. à primo peruenire potest ad tertium nisi per secundum; neque potes à nigredine transire ad flauedinẽ nisi per albedinẽ, ideo quia flauũ ex multo albo & purissima nigredine compositũ est, quare albifica nigrũ, & rubifica albũ & habebis magisterium. Similiter vt animus diuiditur in quatuor partes, ita ẽt nostrũ benedictũ opus; Prima pars est frigida & humida hyems & pluuiosa: Secunda ver, calidus & humidus & vernans: Tertia ęstas sicca & calida tempestas & rubea. Quarta est autumnus, frigidus & siccus tempus colligendi fructus. Tali ordine rege tingentes naturas, donec maturos ferant fructus, secundũ dicterium: Hyems abiit, imber discessit, flores apparuerunt in terra nostra, tẽpore veris. Sed in alba rosa acquieuimus, tu v. ne cures, qui dicunt, corpus quodlibet ægrè & difficile mutari posse in verum argentũ. Quare si vides apparere albedinẽ in omnibus dictis signis, tunc sis certus in hac albedine latitare rubedinẽ. Et non opus est extrahere illam albedinem, sed tantisper coquere, donec plane rubescat.

Item, inquit Rubea rosa Philosophorum arcana: Ego sum Elixir ad rubea metalla omnia imperfecta corpora in purissimum aurum, melius quàm illud ex vena, transmutanda.

Lilius Philosophus: In fine operis procedit Rex pellucens instar carbunculi, fluxilis in igne instar ceræ seu argenti viui.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1450 sur 1557

Nam si vna pars addatur ad mille partes argenti viui, videmus illud coagulare & rubificare.

D. Thomas transmutat illud in optimum aurum. Hinc & alius Philosophus ait: Rex corona coronatus, splendescens instar rutilantis Solis, in igne tingens.

Color enim rubedinis, hauritur ex completa & perfecta concoctione: Sanguis enim nō generatur in homine, nisi prius diligenter digeratur & coquatur in epate: Ita & nos, si secundum naturam videmus albam vrinam, scientes quod parum dormiuerimus, reperimus lectum, & si somnū absoluimus, absoluitur concoctio, fitq; vrina naturaliter flaua: Ita per concoctionem solam albedo ad rubedinem peruenire potest, per continuatum ignem fit nostrum album metallum, si diligenter concoquatur, optimè rubificetur, propterea obserua hoc dicterium: Equos non albescere, sed lumine splēdere: Quando materia semel incalescit, fac requiescat, donec splendorem reddat & viriditatem amittat seu tollat: albedo parit albedinem, rubedo rubedinem.

Insuper Nota, vt sicco igne & sicca calcinatione decoctionem absoluas, donec rubescat instar cinnabaris. Hanc plane in nullam repones aquam, aut aliam rem, donec rubeum ad completionem seu perfectionem decoquatur.

Lilius Philosophicus: & si per longam decoctionem rubeū efficiatur, vt colorem auri faciat æternum, durabit in tempus.

Est herba quæ vocatur Adrop Dunech, item Azone, de qua talis conficitur medicina, & inuenitur in monte Balto in campo Veronensi; Siquidem in septem diebus omne opus plane comprehendit, ideoque superstes perfectitudo septenario numero rectè figuratur & ordinatur.

Has res iteratione Philosophica reuolue sæpius, & ita sæpius, vt exquisita fiat Philosoph. Insolatio: per spacium seu longitudinem septem manet vicissim ordo dierum: hoc est annorum.

NOTELA III.

De Summo arcano artis.

RECIPE iam in nomine Iesu Christi Lunariam, cum sana & casta castanea Philosophica in aquali põdere, & adde tertium Philo-

Philosophorum crasse contusum seu concissum. Indantur vitro accurate & Hermeticè sigillato ac concluso, sine ita stare in calore per 14. seu viginti dies, postea destilletur primum leni igne, & extolletur pulcrum & purum phlegma, si illud cessat, ignem fortifica, & transibunt spiritus, ignis ita regatur vt in præparatione aquę fortis. Postea remoue aquam destillatam, graueolentem verò putridamq; materiam coctam, resolutam, mundatam, recondein circulatorium, & pone benè sigillatam in Balneum Mariæ, donec benè fixata in fundo resideat: Deinde aperi, & aquam primam destillatam redde, circula vt prius, hoc peracto effunde leniter istam puram aquam, ne feces commisceantur, & hanc aquam reserua in benè munita cucurbita. Recipe iam in nomine Iesu hanc clarissimam aquam, & contunde partem de Philosophica castanea, & dimidiam partem de tertio Philosophorum, & dissolue illa in priori aqua, & vide ne plura soluas quam aqua apprehendere possit: nam si feces in fundo remaneant: hoc est, si multum de dictis addas, ne possit in hac aqua solui, & res plane corrumpatur. Quam solutionem factam ponas ad destillandum, & quando plane destillatum est leni igne, tunc insequitur aqua duarum naturarum, sed concipiantur omnes in vno vase, & principio fiat lenis ignis, postea verò sensim augeatur & fortificetur, deniq; ignis ad tertium gradum adponatur, nempe per cineres, ignis autē aquæ fortis planè repetatur, & ita erit Philosophica aqua miraculosa.

Iam recipe Mercurium, & sublima illum cum secundo & tertio dicto, vt moris est, postea, funde in clarissimā Mercurialē Philosophicam aquā, de qua iam diximus, & recipiat ad se essentiam & naturam aquæ, postea destilla inde aquam, & sublima iterum, illud facter vel quater ad minimum. Vide caput de reuiuificatione Mercurii in fine libelli Raymundi, &c. in practica Testamenti, &c.

Geber inquit, rubeum Elixir sanare potest omnes morbos diuturnos, de quibus Medicus dubitat, & facit hominem inuenescere instar Aquilæ, qui illo vsus fuerit ter singulis septimanis magnitudine instar sinapis. Est herba quæ vocatur Saturnus de canalibus, de qua talis conficitur medicina: (Omne genus augmentatur in suo genere, & quælibet species gaudet sua specie) quare nota omnes morbos, qui à vertice capitis ad calcem vsque hominem infestant,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1452 sur 1557

infestant, si per menſem durarunt, vno die: Si annum durarunt, in 12. diebus, ſi diutius, per menſem ſanari & curari poſſunt: nam quemadmodum ſanat imperfecta metalla ab omni defectu, ita etiam humana corpora, quare noſter lapis benedictus merito Theriaca tam humanorum corporum quam metallorũ dicitur, de quo Hermes Rex Græcorum & pater Philoſophorum inquit: ſi de noſtro Elixire quotidie per ſeptem dies continuos ſumas in pondere trium Carobiarum, decident tibi cani capilli & accreſcent illorum loco nigri, & ita ex ſene euades in iuuenem robuſtum.

Nunc audi pauca de principio operis Philoſophici noſtri.

Vt eò clarius intelligatis, indicabimus vobis verum propoſitum, qua hora, quo die & quo menſe principiũ noſtri Magiſterii fieri debeat. Et dicimus, qui ſecus fecerit, illum ſanè errare, qui verò procedet ſecundum noſtra documenta, is certe veram artem aſſequetur.

Quare dicimus, quod recipiatur lapis Philoſophorum tota ſua ſubſtantia, & quod ſeligatur ex illo lapide puriſſima & ſubtiliſſima ſubſtantia, & recondatur in vas Philoſophicum, & ſigilletur vaſis orificium Philoſophico more, & ponatur in Balneum Philoſophorum ad occaſum ſolis, & incipiatur opus à medio Decembri vſque ad medium Ianuarium ſub ſigno Capricorni, tunc incendatur ignis Philoſophicus, & regatur opus pro more Philoſophorum per totum ſignum, & vide vt in toto ſigno tota materia, quæ volatilis erat, fiat fixa.

Quare calor tantus ſit, vt manus intra parietes furni poſſit ferri, tali calore ſtet, donec videas materiam nigreſcere, quando illud diutius emanet, fortifica nonnihil ignem, & quando vides materiam nigreſcere lætare, eſt enim principium concoctionis. Tunc confirma ignem, donec omnes colores tranſierint, & quando vides materiam parum albeſcere, auge ignem inſenſibiliter, donec perueniat ad perfectam albedinem, tunc enim ſufficit: Sed ignis lente augeatur, & prout videris materiam ſublimari ad albedinem. Hæc de principio, audi & nunc de Philoſophorum vaſe.

No-

NOTELA PHILOSOPHICA IV.

NOTA, Geber in ſua ſumma capite 16. de naturalibus principiis, ſic ait: Notandum eſt, quod, lapide purgato & perfecte purificato ab omnibus corrumpentibus, & poſtea fermentato, nõ opus habeas mutare vas, neq; illud aperire, ſed tantum ora, vt Deus id conſeruet ne frangatur, & ideo dixerunt Philoſophi, totum magiſterium in vno fieri vaſe, & ſciatur, intra dies 40. ſeu ad ſummum 41. abſolui opus ad albedinem, propter veram purificationem factam cum lapide: nam in purificatione nõ poteſt definitum & certum tempus haberi, niſi ſecundum ſedulitatem laborantium & artificum, in 90. diebus & noctibus abſoluitur opus ad rubeum ſeu ad ſummum in 91. & hæ ſunt vera media finalia ad totam perfectionem, & ſi aſſequeris age Chriſto Domino gratias.

Audi quæſo verba Alchymiæ vera ac certa, quæ ſic ait in Philoſophia: Egregiam te docebo artem, doctrinam, & verum fundamentum, quomodo perueniatur ad confectionem lapidis Philoſophorum, ſiue ſit aurum, ſiue argentum, quod dicitur tinctura ſeu Medicina ſeu elixir, & tam multifariè intelligitur, quæritur quidem eius præparatio, ſed inter mille vix vnus inuenitur qui conficere poteſt ad hunc lapidem: Philoſophi enim & magiſtri lapidem & artem occultis verbis occultarunt, & poſuerunt nonnulla quæ ad hunc lapidem recipi debent, ſeu ad hanc tincturam vel medicinam, neq; voluerunt eadem reuera, ſed tantum per ſimilitudinem indigitare: ſed quæſo, inquiat quis, quare? quia non quiuis peccator circa hanc artem verſari debet, ſed tantum ille cui Deus tantum concedit & indulget gratiam: hæc enim ars donum Dei dicitur. Vnde Deus omnipotens dixit in S. Euangelio: Multi ſunt vocati, pauci vero electi: quod tantum eſt: Multi vocati ſunt ad vitam æternam, pauci vero electi: ita etiam in hac arte multi vocati ſunt, eam artem tractantes, ſed pauci electi, hoc eſt finem artis attingentes, & cauſa eſt, quod nolint intelligere libros philoſophorum eorumq; verba ac media, (nam mediate Deus vocat te & me, vt videat, quis nam inter nos ſit dignus: Fide indutus eſt vocatus atq; electus, fide non indutus, eſt vocatus, & propria voluntate reiectus. Obiectio: omnes fient ſalui, omnes etiam ſunt electi: R.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1454 sur 1557

per media, per nuptias, id est verbum, quod sonat gratis propter Christum, per Fidem: Quæ consistit in legitimo vsu & intellectu verbi eius ac sacramentorũ sacrosanctè institutorum &c.) sed abuntur propria ratione, & Dei vocationem contemnunt; vnde indigni fiunt arte, & quando illam assequi nequeunt, prætendunt, artem esse falsam & impostura fallacem. Nonnulli sunt qui recipiunt sulphur, arsenicum & argentum viuum à sale sublimatum, alumen, vitriolum & similia, & comburunt & soluunt & coagulant multifariè, propterea vt magis dubitent, & causa dubitationis est, nõ intelligunt quando magistri dicunt: Nostra ars est occultata occultis verbis, (præceptoris ac parentis mei symbolum erat, consilio, prece & labore) ita vt ea non putarint quæ dixerunt, sed tantum similitudinẽ induxerint, & dum dixerunt: Recipe sulphur & arsenicum, & argentum viuum sublimatum cum sale, hæc non ita intelliguntur, sed tantũ quędam similitudo: sub sulphure intelligas aurum, nam quemadmodũ sulphur est calidæ & siccæ naturæ, ita ẽt aurum. Sub arsenico intelligas argentũ: quemadmodum enim arsenicum frigidæ & siccæ est naturæ, ita etiam argentum. Sub argento viuo cum sale sublimato alumen, vitriolum & similia: ita vt ad argentum viuum recipiatur aurum & argentum, & hæc vna sublimes, quando hoc factum est, & hæc vna sublimasti, tunc scias argentum viuum illam habere naturam, vt aurum & argentum soluat, quod & aurifices possunt, quando volunt inaurare, tum deuorat mercurius aurum siue metallum vt fiat puluis absque omni additione peregrina, ideoq; magistri argentum viuum nominarunt salem, vitriolum & alumen, vt quæ tres habent naturas corrumpendi vnicam rem in aquam seu puluerem. Ita argentum viuum habet hanc naturam aurum & argentum transmutandi in puluerem & aquam absq; omni heterogeneo additamento, & hæc est causa: omnia metalla trahunt suam originem & prouenniunt ex argento viuo, & dicitur illorum prima materia seu sperma; omnes homines ex Adamo & Eua prouenientes ex terra constant, illorũ prima materia & sperma est terra, ex qua Deus omnipotens hominem creabat, quare omnes homines rursus in terram rediguntur, vnde Aristoteles inquit lib. 4. meteoron. Illudent artifices Sophistice dicentes: Sciant artifices Alchymiæ, species rerum

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1455 sur 1557

rum metallicarum permutari non posse: Hoc est, sciant artifices, sese operari velle secundum artem aliter atq; natura in terra, quia quando præparare volunt aurũ seu argentum, aut vnum metallum in aliud transmutare, speciẽ agenti transmutare volunt in speciem auri, seu speciem cupri, plumbi, stanni seu ferri in speciem auri &c. Et verum est, vnam tantum speciem metalli posse mutari in aliam speciem, quod sic intelliges: species argenti potest mutari in speciem auri, contra quod Aristoteles non loquitur: omnia enim metalla originem habent vnde proueniunt, quæ est argentum viuum. Quare omnia metalla in argentum vivum redigi possunt & augeri. Scias autem si cupias conficere aurum, ne aliud quid recipias nisi aurum cum suo spermate quod est mercurius. Cupis autem conficere argentum, recipias argentum cum spermate: homo enim nihil aliud generare potest nisi hominem, leo nihil nisi leonem, & quodlibet animal generat sui simile. Quare dixi tibi: Recipe argentum ad argentũ, aurum ad aurum, & obserua sequentem doctrinam, qua peruenitur ad hanc artem: Qui occidere potest argentum viuum cum corpore, scilicet sole & luna: & post mortem viuificare, hoc est mercurium, & causa est vt mercurius ita cum auro & argento componatur, moriatur, ac cum illo coquatur: Ille faciet mori animam auri cum spiritu, & vnionem cum mercurio, vt nunquam separentur, neq; anima etiam nunquam à spiritu recedet: iam similiter aquam funde ad aquam, & neutrum separetur ab altero, & ita occidit spiritus corpus & extrahit illi animã, & viuificatur iterum spiritus, quod fit per sublimationem, & remanet corpus instar cineris & est mortuum: tunc corpori mortuo spiritus & anima iterum infundatur, & resurgit corpus cum spiritu & anima, vt reuiuiscat, ita spiritus & anima cum corpore moriuntur, quemadmodum magistri inquiunt: Qui mecum oritur, mecum moritur. Et quando hoc ita fit, tunc habes verum philosophorum lapidem, hoc est tincturam seu medicinam, cuius vna pars huius medicinæ centum partes argenti viui seu cupri transmutare potest in purum aurum seu argentum.

Hic habes finem & verum fundamentum paucis comprehensum verbis, sine omni dubio & tergiuersatione veræ artis quæ vocatur alchymia, quam diuinam & sanctam Philosophi chymici

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1456 sur 1557

deprædicant: velut parens omnium Hermes, Turba, Pythagoras, Eximidus, Plato, Pandophilus, Lucas, Demetricus, Arisleus, Locustes, Eximemus, Socrates, Simon, Raymundus, Dardanius, Belus, Theophilus, Dantinus, Galienus, Lullius, Auicenna, Bonellus, Benitus, Moyses, Morienus, Arnoldus de noua villa, &c. qui omnes vnanimiter loquuntur in suis libris, omnesq; artem probauerunt. Quare nemo dubitet: hæc enim ars vera est.

Sed quid? Certissimæ huius artis res sunt naturale aurum & aqua mercurialis inuicem commista, quæ transmutant omnia metalla in purum solem perfectum non sophistice, sed verè ac philosophicè in omni igne & aqua constantem: etiamsi coqueres per centum annos. Illa aqua cum argento composita si vniantur, transmutant omnia metalla in purum putum ac verum argentum perfectum, quod verissimè dicimus per Iesum Christum, & quamvis plura obiiciantur, Deus est testis, & si hac via non inuenies, peribis. Vitrum tuum sit purum, & quando aquam transmutas, vt decet, tunc pellit omnes superfluitates. In illa terra habes auolantem auem, hanc facias subtilem & terram perfectam. Alius Philosophus inquit: nostram terram fixat aer, nostra aqua illuminat, anima viuificat, oleum facit fluere, noster lapis est terra, nostra terra est ignis, noster ignis est aër, noster aer est aqua, nostra aqua est spiritus, noster spiritus est anima, & anima est corpus, & corpus est terra, in terra est ignis, duo elementa in aqua, aër est reliqua duo elementa.

Omnes philosophi dixerunt, omne calidum lapidis esse ignem, & fluidum suam esse aquam, ascendens aerem, coagulans suam terram & lapidem, vbi notandum est, oleum esse ignem, & aquam mercurialem esse aerem, & in destillatione esse aquam, & in coagulatione esse lapidem: Deo gratias. Sequitur porrò modus regiminis & generationis metallorum in suis mineris. Natura rerum omnia fusibilia naturaliter operata est, ex argento viuo cum substantia sulphuris, ideo quod naturæ & proprietatis argenti viui sit, quæ coagulata constat è vapore sulphuris: naturaliter enim quodlibet siccum ebibit proprium suum humidum, quare vapor sulphuris argentum viuum proprie coagulat è substantia terrea subtiliter atq; aerea in prima cõmistione counita, operante tamen

ac me-

ac medio caloris, primo ſublimatione, deinde concoctione, tertio digeſtione, donec habeat ſulphuream vim coagulatam attamen mercurialem: Argentum viuum in prima ſua radice compoſitum eſt ex alba terra, ſubtiliſſima, ſulphurea, clariſſima aqua fortiter commiſta, donec fiat ſubſtantia, non quieſcens in ſuperiori ſuperficie, ſed parturit ſibi ſimile in natura: nam vel planè manet in igne vinctum, vel planè aufugit in vaporem, ſi incombuſtibilis & ſubtilis eſt; ſignificat indicium imperfectionis, ideoq; ſi prædictus vapor in ſulphuream terram deſcendit, adſcēdit calefactum: eſt enim talis naturæ, vt per calorem ſublimetur, ſed per talem ſublimationem nimium purgatur, decoquitur & denſatur, & coagulatur magis magiſque in rubeum ſulphur, quod ſæpius diſſoluitur, & poſtea coagulatur ēt in aliud argentum viuum, & huius ſublimatio per calorem operatur, donec in aliquot annis diuturna operatione magis magiſque in perfectum metallum coaguletur, & tali quidem modo operatur etiam natura in mineralibus vaſibus metalla. Quare imitare in hoc opere naturam, quicunque cupis conficere medicinam ad perficienda imperfecta.

Notabis, argentum viuum eſſe materiam omnium metallorum ſecundum Philoſophos. Ariſtoteles inquit, argentum viuum eſſe elementum ſeu materiam omnium fuſibilium, omnia enim fuſibilia in illud commutantur: commiſcetur ēt cum illis, eſt enim de illorum ſubſtantia: ſed hæc corpora diuerſa ſunt in compoſitione ſua ab argento viuo, taliter, prout fuerit purum ſeu impurum ab impuro terreſtri ſeu exteriori ſulphure: nam ſi ſulphur purum eſt coagulatur à vi albi & non comburentis ſulphuris, & illud eſt optimum, quod recipere poſſunt illi qui in Alchymia laborant, vt illud conuertant in argentum, quando vero ſulphur purum & optimum eſt, cum rubedine, & in illo lateat igneitas ſimplex & non cōburens, tunc erit optimum, quod recipere poſſunt Alchymiſtæ vt inde conficiant aurum, conuertit enim illud in aurum. Quando vero argentum viuum eſt bonæ ſubſtantiæ, & ſulphur impurum, comburens, tunc conuertit illud in metallum ſeu cuprum: quando vero argentum viuum prauum, foraminoſum & terreum eſt, & ſulphur impurum, fit inde ferrum. Stannum autem videtur mihi bonum habere argentum viuum, ſulphur vero prauum.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1458 sur 1557

num & non benè commiſtum. Plumbum vero craſſum argentum viuum, prauum & graue ſeu ponderoſum: ſulphur etiam prauum & malisaporis, & fœtidi guſtus, ideoq; non benè coagulatur. Hæc verba ſunt Ariſtotelis in lib. 4. Meteor. cui Philoſopho in omnibus credendum eſt, & non fabulis Faceti, aut mendaciis (ab operibus naturæ) longe diſtantibus: Qui in mendaciis occulta philoſophorum quærit, omnem perdit operam & ſumptus & tempus.

Nota externũ ſulphur eſſe, cauſam imperfectionis metallorũ:

Notate verba & annotate occulta: tota enim ſcientia & ars & omnis eius veritas ex verbis dicti Philoſophi aſſumitur & addiſcitur, propterea obſcurum & occultum fit apertum, quod duplex ſulphur ineſt in perfectis corporibus, vnum quidem in profunda radice incluſum in principio generis ſui ac commixtionis argenti viui exoriens: alterũ verò exterius in ſua natura corruptibile, illud per laborem extollitur. Primũ nullo artium ſenſu tolli poſſibile eſt, combuſtibile enim ſulphur à corporibus ẽt cum calcinatione ignis extinguitur, ſed radice ſulphur planè nullo modo eſt de illius perfectione, & propterea quod habet argentum viuum ſpermaticum illud à combuſtione præſeruat, & ſuæ naturæ eſt, alterum vero reſpuit ignem vt venenũ: Hinc vides ẽt quod verum argentum ſeu Luna argento viuo magis ſeſe aſſociat, inq; amicitiam redit: tale & facit aurũ: Et hoc ita intelligendum eſt, ſimile gaudet ſuo ſimili, & participat naturam ſuo adiuncto, reliqua vero corpora in hunc modum non, quamuis habeant ſimilitudinem: continent enim in ſe externum impurum & fœtidum ſulphur, quare poſſumus dicere, quod cum illis parum coeat aut de natura participet: conſtant enim ex ſulphure corruptibili, fœtido & combuſtibili; illorum ſulphur, quocunque etiam modo præparetur per artem, ſemper tamen comburitur, comburit nigredinem, & inuertit totum opus, ideoque inquit Auicenna: Non attingit noſtrum magiſterium, non enim eſt de ſubſtantia argenti viui, neque de eius perfectione, quia illud ſemper inficit, nigrificat & corrumpit. Quare concedendum eſt argentum viuum eſſe perfectionem corporum, antidotum, incombuſtibileque Alexipharmacum, quare corpora minus combuſtibila & maioris puritatis, quæ magis magiſque cum mercurio participant. Vnde apparet maiorem argenti viui multitudi-

tudinem esse causam perfectionis in corporibus, & multitudinem sulphuris esse causam corruptionis. Annon quædam corpora magis, nonnulla minus comburuntur, per augmentationem ignis, vt quæ plus habeant combustibilis sulphuris, quæ vero minus, minus etiam comburuntur. Sulphur enim duas in se continet causas corruptionis, puram incensiuã substantiam, & terream spermaticam, per primam non constat neq; per se subsistit; comburit enim semper & comburitur, & dat nigredinem in quolibet opere, per alteram nullam habet fusionem neque ingressum, nisi sit fixum redditum: hic opus est Philosophica calcinatione, secundum præcepta homogenea ad artem summe requisita.

Nota, solum argentum viuum est plenaria perfectio metallorum: Fixatur enim absque commutatione terræ, fixatur etiam similiter cum commutatione illius in terream naturam per festinationem ad suam fixationẽ, quæ fit per præcipitationem, fixatur & in terram commutatur per perfectam reiteratam sublimationem: fixatur etiam similiter & non commutatur in terrestreitatem, imo & accedit potius metallicam fusionem, propterea, quia limosam & crassam habet substantiam, cuius indicium est, illius alkolisatio, humectatio, & commistio cum rebus sui generis, quare apertè deprehenditur in illo limositas & vnctuosus humor multis sese ad hærens: sed illius crassities clarius videtur & perspicitur, ex grauitate immensi ponderis, ponderosius enim auro esse eius natura demonstrat, quæ simul est fortissimæ compositionis & æquabilis complexionis: non enim separatur in partes aut diuiditur: totali sua substantia aut omninò, ab igne secedit, vel cum illa in igne remanet, vnde veritas, argentum viuum posse fixari, absque phlegmatis sui corruptione, & absque commutatione in terram, ideoque clara fronte deprehendimus in illo causam perfectionis: solum sufficit ad perfectionem fixationis in quolibet gradu, nempe cum & sine ignitione: si Philosophicè eius partes indurentur, non amplius per ignem corrumpi potest, neque per ingressum ingentis flammæ ad sublimationem Philosophicam idoneum: quia non amplius patitur subtilationem sui ipsius propter suam crassitiem & deficientem combustionem, quæ alias per sulphureitatem, (quam nunc non habet) perficitur. Hoc satis probabas-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1460 sur 1557

batum est supra, quod sulphur, cuiusque sit generis, perfectionis corruptio sit, nam si fixum est, impedit veram fusionem, vt appareat in ferro: Si enim non fundatur, cognoscitur fixatum in se continere sulphur, si vero non est fixum, tunc facilem admittit fusionem, ab igne etiam mox corrumpitur & diuaporatur, vt apparet in ferro & aliis imperfectis corporibus, ideoque sulphur non est de veritate nostræ artis, neque de illius perfectione: impedit enim perfectionem in omnibus nostris operibus: sed argentum viuum est in omnibus philosophicis operationibus perfectissimum: est enim combustionis sanatio & fusionis perfectio: nam si fixatur est tinctura rubedinis, & philosophica reductio pellucidi splendoris, neque discedit à commistis in perpetuum: Est insuper etiam humanum & metallis associabile, & medium per quod componuntur tincturæ, commiscetur metallis facili modo, & in profundo adhæret illis naturaliter, est enim de illorum natura: sed cum sole & luna facilius cõmiscetur, propterea, quod cum illis singularem habet vim & naturam participandi. Ex his iam coniicere potes magnum arcanum ac secretum, quod Mercurius ad se recipit quod suæ naturæ est, peregrinum autem respuit neque patitur, propterea quod propria natura magis gaudeat quam externa; vnde appareat, quod corpora maioris sunt perfectionis, quo plus in se continent mercurii, quæ minus in se continent, minoris sunt efficaciæ ac perfectionis. Laudetur ergo summus omnium rerum artifex, honorandus Deus, summus creator, qui ex vili creauit pretiosum, quod cum mineralibus maxima edit miracula cum natura correspondentia, cui accedit ipsa substantia & substantiæ proprietas, quæ sola & nullo alio quam à te habet hanc potentiam: Hæc inquam sola ignem vincit, & prædominium ignis est, attamen cum eo pacificè quiescit atque gaudet. Hoc indigemus ad nostrum magisterium, reliqua sunt combustibilia, cedunt igni, & euanescunt è flammis.

NOTELA PHILOSOPHICA V.

NOTA, argentum viuum fixũ suum in se continere sulphur: Ex occulto manifestũ est, argentum viuũ bonum in se continere sulphur,

ſulphur, cum quo coagulatur in aurum vel argentum, ſecundum naturæ modum & perfectæ concoctionis, iuxta Philoſophorum enim opinionem, quando argentum purum eſt, tunc vis albi non combureris ſulphuris illud coagulabit in argentum, quod eſt optimum; vnde Alchymiſtę ſumunt fundamentum inde conficiendi Elixir ad argentum. Quando verò ſulphur eſt optimum, cum pulchra rubedine clarum, & commixtum cum ſimplici non combuſtibili, tunc optimum eſt, vt inde fiat Elixir ad aurum, vt te docet Philoſophus, qui primum album ſulphur ad argentum & poſtea rubeum ad aurum iubet vſurpare: nullum enim metallum in aurum tranſmutari poteſt, niſi prius argentum fuerit: Nullus fit enim tranſitus à primo ad tertium niſi prius fuerit in ſecundo: nullus etiam aditus eſt ab vno extremo ad alterum extremum, niſi per medium: nulla enim via eſt viatori Philoſopho Chymico, à nigro ad perfectum flauum, niſi prius fuerit album, propterea quod flauum ex multo albo & puriſſimo rubeo compoſitum eſt: Neq; procedi poteſt à flauo ad album, niſi prius fuerit nigrum: aurum enim argentum fieri nequit, niſi prius corruptum & nigrefactum: optimũ enim in deterius euadere neſcit, niſi per ſuam ipſius corruptionẽ, generatio enim vnius, alterius corruptio eſt, quare qui aurum in argentum tranſmutare poteſt, ille etiam argentum in aurum tranſmutabit: Sulphur enim illorum non eſt ardens: ſed album ad argentum: verùm per maiorem ignis decoctionem ſulphur poteſt rubedinem recipere vnde in aurum: Flauedo enim nihil aliud eſt, quam perfecta decoctio: & albedo nihil aliud eſt quam ablutio nigredinis: calor enim qui operatur in humido, efficit primò nigredinem: in ſicco fit albedo & in albedo flauedo. Hoc obſerua in calcinatione plumbi, quod primum tranſmutatur in nigros cineres, poſtea in albos, deinde in rubeos, ita ſe habent album & rubeum ſulphur, ſed tantum ex vna materia metallorum ab argento perfecte purgatorum, ſed tamen inæqualiter decoctum, ideoque inquit Plato: In quolibet ſulphure eſſe album ſulphur, quemadmodum & in quolibet auro eſt rubeum ſulphur, nec tamen quodlibet ſulphur album aut rubeum eſt: ſed tale ſulphur non inuenitur in terris, vt Auicenna inquit: quod enim tantum in his corporibus exiſtit, & ideo præparamus hæc corpora ſubtiliter & purè, vt ſul-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1462 sur 1557

phur & argentum viuum de hac materia in promptu in terris & ſuper terram haberemus, ex qua aurum & argentum eſſet conficiendum ſub terra : corpora luce clara apparentia & ſpiritibus tingentibus imprægnata ſiue grauida, illa tingunt reliqua corpora in vera albedine, & veram perfectam rubedinem, prout Philoſophicè tamen præparata ſunt : In noſtro magiſterio iuuat perfectum corpus imperfectum abſq; commixtione alterius externi, quare aurum ſi præſtantius eſt quam aliud metallum, eſt tinctura rubedinis, tingens & tranſmutans quodlibet corpus. Argentum verò eſt tinctura albi ſeu tingens corpora alba : hoc enim corpore Mercurius commiſcetur, & fixatur recto intellectu, quod inſipientes & imprudentes artifices nunquam attingunt.

Porrò eſſe lapidem Philoſophorum, ex quo extrahatur noſter lapis, ſic probamus. Indagatorem huius artis inexhauſtæ inquiſitionis in operatione hac deditum eſſe oportet, ne iam hoc, iam illud, conetur tentare : nam in multitudine rerum ars noſtra non perficitur; vna enim res eſt, & vnus lapis, & vna medicina, cui nihil externè additur neq; ſubtrahitur, niſi ſuperflua inde remoueantur: Nam quodlibet commune ſulphur argento viuo externe refragatur : eſt enim illius corruptio: Econtra ille externe non refragatur, in quo tranſmutare habet per magiſterium, vtpote in aurum & argentum : Quare nulli rei quid conuenientius eſt, quam quod illi proximum eſt in natura : Ab homine nihil aliud generatur quã homo, ab animalibus nihil aliud quam animalia in ſuo genere, hic enim quodlibet de ſuo ſibi ſimili generatur : Vt hoc recte intelligas, conſule naturam ſimplicem veram, iuſto tramite incedentem, nihil enim ſimile ſibi procreat, niſi in ſua natura, in quam nihil peregrini introduces, neq; puluerem, neque aliud quid, inæqualia enim & multifaria noſtrum lapidem non corrigunt : nihil illi etiam additur niſi id, ex quo ortum ſuum deduxit : nam ſi quid externè illi additur, ſtatim corrumpitur, nec reddit quod quæſitum eſt. Quare neceſſe eſt, ex illis rebus, quæ ad corpora aptæ ſunt, medicinis corporum applicare, illa enim debent eis in natura conſonare & æquiparari, & maximè in profunditate adhærere, quodlibet minus perfectum complere, mercurio etiam ante corruptelam admiſceri : ſed nullum corpus quod in ſua natura manet, coagu-

lare.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1463 sur 1557

lare Mercurium, neque firmiter ei agglutinari potest: Neq; sanat Mercurius (intellige Philosophicus) per se imperfecta corpora, sed separatur ab eis per calorem ignis, crassa enim simplicibus non benè conueniunt, neq; simplicia crassis: Quare opus est, vt hæc medicina subtilioris substantiæ, & facilioris fusionis sit.

Non immeritò igitur quæritur, ex quibus rebus nostra medicina extrahatur. Responsio: Ex illis extrahitur, in quibus est: Æquè inuenis in corporibus æquè in argento viuo, considerando quodlibet in sua natura: in corporibus quidem difficilius, sed in argento viuo propius, quia hoc accedit Regem & Reginā combinandi, & in matrimonium verum Philosophicum perducendi: Arrige aures Philosophe: Qui absque argento viuo audet tingere, cæcus rem aggreditur, velut asinus ad lyram & pabulum: aurum enim dat aureum, argentum argenteum colorem, qui iam argentum viuum cum Sole & Luna coniungere potest, ille vult tingere, peruenit etiam ad arcanum quod nominatur album sulphur, optimum ad argentum illud sulphur si efficiatur rubeum, tunc est homogeneum sulphur ad aurum, quare ex his corporibus nostrum album & rubeum sulphur extrahitur, in quibus est purissima sulphuris substantia: Ad mentem naturæ purgata, secundum opinionē Alberti clarius & subtilius est, in purificatione verò ars grauior est natura. Parens illius est Sol, mater Luna, ex his corporibus cum sulphure & argento viuo prę̄parato extrahitur nostra medicina, sed ex illorum sulphure solo seu argento viuo præparato potest illa similiter ex corporibus extrahi. Ex argento vērò viuo proximius & perfectius & facilius inuenitur, quia parens est horum luminum & radix omnium fusibilium, ex illo enim generantur omnes res, ideoq; resoluit etiam omnes res: quælibet enim natura proprium sibi magis diligit, illoq; magis gaudet quàm alieno. Quare in illo est facilitas extrahendæ subtilis substantiæ, quia substantiam iam habent præsentem. Relinquitur ergo, nostram medicinam purissimam & subtilissimam esse substantiam, quæ originem suam trahit è materia argenti viui, quia ex illa nata est: Non autem est hæc materia argenti viui in sua natura, neq; in sua tota substantia, sed est pars præteritæ, & non iam prę̄sentis, si lapis noster factus est simplex, tunc est argentum viuum, sed fuit pars illius: illuminat enim

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1464 sur 1557

illud & præseruat à combustione, quod causſa est perfectionis. Quare cuiuscunq; generis modo sit medicina, siue in corporibus siue in argenti viui substantia, indagatur prætiosi lapidis medicina, seu materia. Consulo autem vt nunquam operaris nisi cum Mercurio & Sole, & cum Mercurio & Luna: totum enim huius artis beneficium consistit in illis solis.

Nunc esse possibile nostrum lapidem ex materia metallorũ perficere, sic probatur. Si ex prima naturæ materia, nostrũ opus, solummodo conficiendum volumus aggredi, multo esset longius, difficilius, impossibilius & imperfectius, & requireretur etiam maior & ferè infinitus sumptus, vix denique etiam lapis per artem conficeretur, sed ex materia seu natura metallorum, possibile vt supra fat est declaratum, neq; ex vno naturali corpore sufficit perficere lapidem Philosophorum sed è natura duorum corporum debet & oportet extrahi, antequam ex illo fiat perfectum Elixir: necesse etiam est Elixir magis purgatum & decoctum esse quam aurum & argentum, propterea quod habeat vim omnes res ab imperfectione in perfectionem transmutandi veluti in aurum & argentum: Hoc imperfecta planè nequeunt efficere, nam si suam perfectionem cum alio cõmunicant, manent postea imperfecta, propterea quod nequeunt tingere. Fit operatio in nostro lapide ideo, vt illi de meliori materia tinctura magis quàm ante in sua erat natura daretur, & vt Elixir secundum monita & documenta sophorum componeretur, ex puris perfectis speciebus. Condimentum, antidotum, medicina & purgatio omnium corporum, sanandorum, purgandorum, transmutandorum, siue pertinentium ad vetum Lunificũ siue Solificum: sed moderni operantes putant, hunc esse finem operis: Attamen tunc opus primum incipit: multi verè in hunc modum operati sunt, & opus illorum fuit natura metallorum, sed crediderunt & putarunt, se perfeciſſe perfectum Elixir: Quando verò proiectionem confecturi, nihil inuenerunt, ideoq; destiterunt operari, & quidem eo loco, quo debebant incipere.

NOTELA PHILOSOPHICA VI.

NOTA: Quodnam primum sit opus Philosophorum, & quomodo illud intelligi debeat, illud enim scire debent Chymici omnes, sin minus cacochymici dicendi: Opus Philosophorum est

dissol-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1465 sur 1557

dissoluere lapidem in Mercurium, vt in primam suam naturam seu materiam inducatur, vnde Philosopus lib. 4. Meteor. Sophistas & impostores illudit, inquiens: Sciant falsi artifices Chymiæ, se species rerum nequaquam posse transmutare, quia Philosophorum scripta & dicta non imitantur, & species, in primam suam materiã nesciunt reducere, quæ materia in & ex sua radice est argentum viuum, cum tamen & est elementum primum omnium nascibiliũ, sed in aliam formam, quam ante à natura transmutatum, non sanè in vnicam speciem, sed in indiuisibiles specierum differentias: Et hæ sensibilibus operationibus subiectæ sunt, propterea quod in semetipsis conuertibiles: species naturæ subiectæ sunt, reliquæ similes sensibilibus, operationibus non sunt subiectæ, ideoque in semetipsis vt dictum.

Sequitur confirmatio artis Chymicæ per artifices, & primum de parente nostro Philosophorum antiquissimo Hermete, qui fuit Rex Græcorum Constantinopoli, &c. Hermes parens noster ita inquit: Quando corpus in aquam soluitur, dicimus eam lapidem seu permanentem aquam, quam Mercurius coagulat in perpetuam coagulationem, Mercurius est anima & spiritus, & aurum seu argentum est corpus.

Dauciusinquit: Præparate corpora & soluite illa, cum hac aqua imbibite spiritus purgatos, siue ablutos, & attrahent spiritus cum corpore, & corpora cum spiritibus, fixanturque in fortem perpetuam fixationem.

Alphanus inquit: prius calcinanda corpora & purganda, tunc applicãda ablutis spiritibus vt per sublimationes reiteratas fixentur in Elixir & philosophorum lapidem, secretum, occultum & apertum.

Plato inquit: Metalla sunt instar illius quod congelascit, & omnes res aliæ sunt instar spiritus, & instar lactis, & quando metalla calcinantur & soluuntur, & cum spiritibus cõponuntur, congelatur spiritus cum illis, & fit fortis commixtio & medicina, cuius 1. pars partes mercurii coagulat, in perpetuam coagulationem medicinalem & metallicam.

Turba inquit: Corpore purgato & soluto, imbibuntur cum illo spiritus, & fit totalis commixtio, quam ignis nunquam separare potest

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1466 sur 1557

Galenus inquit: præparate corpora, hoc est metalla, & purgate à nigredine, in qua est corruptio, donec candescant, postea rubescant, tunc soluite corpus & spiritum, & coagulate, & proiicite ad solutum corpus, hoc est metallum, ita euadit in aurum & argentum, multo melius quàm ex ære excoctum.

Auicenna inquit: calcinate corpora cum argento viuo, quod est lixiuium albi, quia aiunt mercurium deuorare corruptam humiditatem metallorum, & emollire omnes res innatis metallis, vtpote sulphur, spiritibus adiectis: purgantur metalla per spiritus, & spiritus per corpora, posteaquam tutior es, materiam posse putrescere, & corrumpi.

Alphidius inquit: hæc ars aliquot modis perficitur: alius, vt metalla soluantur spiritibus, secundus, vt soluantur spiritus, & metalla fortificentur &c.

Morienus inquit: soluite spiritus & metalla, & coagulate, & non poterit alterum ab altero separari per ignem.

Hermes inquit, mercurium vi ignis facere nostrũ Latonem, in principio verò esse opus nigrefactũ, albificate igitur azoc, hoc est mercurium, & lauate à nigredine, vt magistri dicunt: Albificate metalla, ne confundatis doctrinas vestrorum librorum, nec confundantur corda vestra.

Astanus inquit in libro turbæ: spiritus non adiungitur metallis, nisi probè sint purgata à fecibus, metallis philosophicè purgatis, inque subtile Alkohol redactis, vt sint veluti mercurius, hinc amico complexu simili suo mercurio sese coniungent.

Viceberus inquit in libro cui titulus de fontina: Quo magis metalla soluuntur cum animabus & propriis spiritibus (qui nondum satis fixi sunt) per vnitam coagulationem, eò magis augetur lapis, non solum in multitudine, sed etiam in virtute, valore, efficacia & subtilitate, vt quando tingere cupimus, plus transmutetur de metallo in aurum & argentum.

Eximidus inquit: sciatis, ex nulla re tincturam nostram seu medicinam posse confici, nisi ex nostro metallo, hoc est nostro confecto seu amalgamate; hoc est ex nostro metallico, auro, vel argento & ex illorum animabus, & nostro spiritu, hoc est mercurio.

Socrates inquit in libro Turbæ: Secretum nostri lapidis & laboris est aurum, & illud conficitur à puero quodam & fœmina.

Glosa-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1467 sur 1557

Gloſarius inquit: Fœmina ſoluat virum, & vir fixit fœminam: Hic quæritur, quæ eſt hæc res? Reſpondet Calit philoſophus magnus: nihil aliud eſſe quam quatuor elementorum compoſitionem, & dicitur res vnica, quãdo metallorum ſubſtantia & ſubſtantia aquæ præparantur indiuiſibiliter, ne alterum ab altero poſſit ſeparari, ita vt alterum ſit ſpiritus, hoc eſt volatile, & alterum ſit fixum, vt & alterum ſit velut corpus.

Naturalis ſol & mercurialis aqua duo illa compoſita efficiunt ex omnibus metallicis rebus verum & purum aurum, perfectum, immutabile, licet millies vratur: hæc aqua ſi voles fiet, & cum luna res eadem commutans metalla in veram lunam perfectam in omnibus probis iuſtam.

Spiritus occultus eſt in ventre corporis ſui, inquit Geber: ille ſpiritus eſt noſtra aqua, noſtrum argentum viuum, & dicitur ignis noſter, & ſpiritus ille attrahit ad ſe occultum ſpiritum, & oleum attrahit ad ſe occultum oleum, hæc aqua eſt ſpiritus fortis verus Philoſophicus, qui attrahit ſibi occultum ſpiritum à corpore, de corpore ſi parũ addis pro commiſtione fiet aqua materię, quę aqua in arte vtiliſſima eſt, quamuis non plane perfecta, prouenit enim ex paruo auro, vnde etiam extrahitur, eſtq; acidum, & acredo adhuc incerta eſt: ſed dat regenerationem imperfectis rebus, vnde extracta eſt, per ignem funditus materia occiditur per aquam, corpus, vt viuificetur, per coniunctionem factam philoſophicam non præſtat ſola aqua, neque potes efficere perfectum corpus, niſi habeas ſpiritum, vt initio monui, materia eſt lapis, & non lapis; attamen extractus eſt ex lapidibus. Eligere oportet naturam ex profundo lapidis quia naturæ victoria oritur ex implantatione, vt ex ſimili conficiatur ſimile: natura lætatur per aſſociationem ſuæ naturæ, vt fiat tinctura ex re illa Philoſophica, vnde proiectio.

Illa natura quæ omnia in ſe habet, antecedit omnia Elementa: verum obſcurata latet in corpore, quando autem in corpus euadit, ita vt tota natura ſit patiens & patiatur, denique attrahit ſui ſimile, & fit Elixir perfectum.

Nota nunc de rei ſublimatione vnica, de qua ſcripſerunt & dixerunt oẽs Philoſophi: ♃. illius ℔. ß. in magnitudine nucis, & pone in Aludele, appone alembicum, deſtilla inde aquã in receptaculum,

lum, quando albus ſpiritus prouenit & tranſit, remoue alembicum, & Aludeli impone aliud vas æquale, obſera benè, deſtilla fortiter, & reddit in ſublimando rubeum ſpiritum in ſuperius vitrum ſeu cucurbitulam, poſtea recipe quintam eſſentiam, remoue regem contere calidum, & pone viciſſim in Aludele & laborando operare vt prius, Deinde Recipe feces, funde & ſepara ſingularia: Item rubeum ad rubeum. Ad rubeum pertinet Saturnus & Mars, ad album Venus & Iupiter, album ad album.

Item res concipit corpus quod occiditur 30. diebus, in corpore terræ recipit vitam 10. diebus, & tunc ſeparatur, & reſoluuntur Elementa.

Item generatur ſerpens, qui deſignat modum, per quem materia debet fixari. Sol imbibit Mercurium, inde inuenies calorem auri, ſi illum cohobas, redditur aurum & tranſmutatur in rubeum Leonem.

Item extrahe quintam eſſentiam, è Re ad hunc Philoſophicum modum: Recipe primo rem, & effice inde Alkohol ſeu puluerem impalpabilem: Deinde accipe deſtillatum acetum optimum, & impone puluerem, pone in digeſtione donec tingatur in rubeum colorem, quem ſubtiliter effunde, ac reconde in purum vitrum remanenti puluere aliud deſtillatum acetum affunde, & pone in lenem ignis calorem donec tingatur acetum, hoc tantiſper facias donec amplius non tingatur, tunc recipe aceta ita tincta in cucurbitam, deſtilla per alembicum & tranſit primò acetum, poſtea videbis ſtupendum miraculum, nimirum per roſtrum Alembici videbis mille venulas à benedicta rubedine, tranſire inſtar humani ſanguinis, illam benedictam humiditatem retine in vitro, quam habes pro theſauro, cui totus mundus nequit comparari. Ecce magnum miraculum, patefactum tibi de tanta dulcedine de re deſtillata vnica, & eſt noſtra quinta eſſentia dulcis inſtar mellis, nec poteſt quid cum ea comparari. Dico tibi verè, natura humana nequit comprehendere præſtantiam quintæ eſſentiæ rei, & crede ſanè in natura non fuiſſe quid occultius, eſt ſecretum omnium ſecretorum, ſanat omnia vulnera, virtus eius eſt incorruptibilis & mirabilis & vtiliſſima, debetque 40. dies ſtare in vitro ad putrefaciendum, eſtq; miraculum, poſſe de re vnica tantam dulcedinem extra-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1469 sur 1557

extrahere impossibilem, sed patefeci, notes quintam essentiam esse dulcem instar mellis vel saccari, relege omnes libros Philosophorum, & nunquam inuenies quid sit plumbum philosophorum nec inuenies veram artem quomodo laboretur absq; omni Mercurio viuo, quod potest laborari ex minera & subtimari in rubeum colorem, Res est mater omnium metallorum estq; plumbum Philosophorum. Iam labora satis & lauda Deum.

NOTELA PHILOSOPHICA VII.

SIc inquire lapidem secretum Philosophorum: scis & constat operationem Medicinæ sequi debere naturam, artem etiam in nulla alia re positam, & occupatam esse, quam in natura, ei enim ministra est, harum itaque combinatio necessaria, in primis methodica instituenda, perquirenda, inuestiganda, & bina copulatione philosophicè, ac mysticè vnienda. Deinde etiam constat, omnem materiam resolui in id, ex quo conflatum est: Exempli gratia, ferrum quamuis metallum durissimum, resoluitur in aquam, (medio naturalis caloris vel ignis) quid causæ? ex aqua factum est, & in primo suo esse totaliter est aqua. Tali & simili modo sese habet cum lapide nostro, hic resoluit sese in aquam, siue in argentum viuum aut Mercurium per nostram artem & doctrinam: In principio enim fuit argentum viuum, & nunc redit in argentum viuum spermaticum: Hinc edocetur, naturam esse reducendam in primam radicem, vnde deuenta est: Quomodo autem id fiat & accidat scias esse opus concentrationis, ex centro ipso emanans, & requirere scientiam motus ac vicissitudinis vniuersi inter se correspondentium. Si Elementum transmutabis, vicissim in suum Elementum, hinc fiet generatio & corruptio, ac transmutatio vnius in aliud: qui hoc callet, habet quod quærit, nostrum enim opus finem alium nullum intendit, quam hunc, Elementa transmutat in frigus, calidum, humidum ac siccum: Ita tamen, vt scias media requiri, siccum non potest reduci in humidum, nisi prius fuerit frigidum, nec frigus potest reduci in calidum, nisi ante fuerit humidum, vel aereum: quare semper sunt perquirenda media, quæ terram in ignem, & aquã in aerem siue aeream substantiam transmutent. Terra non fit aer nisi prius fuerit aqua, sic ignis non fit aqua, nisi prius fuerit aer: Aqua & aer sunt media elementorum,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1470 sur 1557

ignis & terra hæc circumeunt, aer proximus igni est, aqua vero terræ, & hoc facit quod aqua repugnet igni, & terra repugnet aeri: Aqua est frigida & humida, ignis calidus & siccus, terra frigida & sicca, Aer humidus & calidus. Aqua & aer habent concordantiam cum humiditate, terra & ignis habent communionem cum siccitate: Hæ concordantiæ faciunt (cum mediis) vnius in alterum indissolubilem amorem & perpetuam transmutationem. E contra aer, terra, ignis & aqua non copulantur vnione siue transmutatione, nisi ignis in aerem, & terra in aquam sint conuersa. Ex hac transmutatione ignis cum terra concordat in siccitate, hæc siccitas si mutetur in frigiditatem, in caliditatem, & caliditas viceuersa in siccitatem, tum habes Magisterium à summis Philosophis quæsitum: Quomodo autem id fiat, quo vnum elementum in aliud conuertas, quatuor tibi sunt Philosophicè perpendenda, quæ (Hæc inuicem transmutanda) sunt vera instrumenta ac media nostra, & causa si qua non. 1. est Solutio. 2. Ablutio. 3. Reductio. 4. Fixatio. Solutio est vt crassum ac crudum fiat subtile: Ablutio est separatio puri ab impuro, vel vt obscurum fiat pellucidum: Reductio, vt humidum fiat siccum: Fixatio est, vt volatile fiat fixum ac siccum. Solutio, diuidit, frangit & materiam disponit. Ablutio, humectat, destillat, calcinat: Reductio fundit, subtiliat & liquefacit instar Butyri ac ceræ: Fixatio, vnit, coagulat, & soluit in clarum, pellucidum ac perspicuum lapidem. Per primum natura transmutatur interne: Per secundum transmutatur externè: per tertium exaltatur in gradum sublimiorem: per quartum transmutatur in gradum summum & vltimum. Generatio totius artis opus est, quæ sic fit, lapidem recipe tibi notum, hunc primo in gradum ignis duc in Alkohol subtilissimum, sic purgabitur summopere eius impuritas, Deinde ignem adauge, quo fœtor omnis ab eo euanescat, Tertiò solue ac filtra & coagula in album, Quarto fixato ipsum vt fluat instar ceræ seu mellis, & primum opus tenes operatum; Hoc iam non sufficit, sed Recipe tuum fixatum lapidem, & adde ei tantundem de non fixo, & opus hoc repete vicissim de nouo vt ante, hanc operationem toties repetes, vt iam ante tibi nostra Philosophia manifestauit. Mercurius sic ait: Natura mea humida & frigida est qui Recipit de meo frigido duos gradus, & de humido meo tantum-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1471 sur 1557

undem, hic Lunam habet, præstantiorem natiua, sed in petia linea in vetia exaltabor: Porrò inquit Mercurius: Parens sum omnium metallorum, & aqua viscosa, & sulphurea terra, & hac de causa perfundum terræ inhabito, & quia non potui habere meos exitus, fui coagulatus, ex quo conflarunt omnium generum metalla, prout matrix me capiebat, in qua existebam, si reuiuisco, multas scio edere operationes si sublimatus fuero operari mirabilia possum, qui me scit (Philosophice in aquam solutus) fratri meo germano, scilicet soli, coniungere item & meæ sorori, quæ est Luna, hunc beabo diuitiis perpetuis & infinitis: Si me ipsum sapienter occidero, mors me præstantiorē reuelabit, inde omnia metalla intra horam scio transmutare. Sed qua via id possit à me perfici sic tenebis, seruus sum fugitiuus, nigerrimus in igne, sed præparaui filium cæruleum, id est aurum perfectum, & hoc artis Magistris certum est, sed occultarunt, illud de me tenebis quod sim albus ac ruber lapis, non deueniens ab aqua vitæ, sed à lacte Virginis educatus, & ab igne perpetuo, in me natura omnia sua occultauit, si scires meos effectus & centum viueres annos, in perpetuum me non reprehendes, bonus cum bonis, malus cum malis: coagulatum sum fermentum, fumus compactus, pasta naturæ, Mustum boni saporis ac odoris: sed ignis & pondus sunt in hoc opere Magistri ac præceptores.

Tu, Quicunque adire cupiens es hoc nostrum Philosophicum opus, tria obseruabis tanquam summè requisita: Primò non omnia & multifaria Philosophorum tractabis verba, Ars enim hęc in sola existit perspicaci scientia, indicans operationem vnam simplicem ac veram, mysticam, quod verò obscurauerint eam multis verbis, id factum est propter impios, quare figuratiuè adhuc sic scribere cogimur. Secundò abhorrebis à multis speciebus & compositionibus ac copulationibus: sed obseruaturus eris, simile procreare sibi vicissim simile in natura, non facies coire asinum cum equo, vt diuersas coniungas species, & sic frustra labores. Tertiò non sis loquax, sed silentii Comes sic perlas non appropriabis porcis, modestus, placidus, dispositus, & ordinatus eris in tuis operationibus, finem perpende diuinum, naturalem ac pium: Hæc si obseruaueris, non reges adibis, sed te adibunt, opus tuum hono-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1472 sur 1557

rantes: Omnes enim quotquot ſunt qui huic operi incumbunt, vilipenduntur & dehonorantur: ſed memineris etiam eius, ne mercaturam cum ea arte exerceas, ſed vt accepiſti, ita proximo etiam fruſtrà reſtitues & communicabis, attamen piis, fidelibus ac ſapientibus. Habemus Epiſtolas ad nos tranſmiſſas, quæ ſic ſonant ex verbis: Quærimus veram ſubſtantiam & inceration em vnius materiæ, fixam, inque omne igne perſiſtentem, quæ ſe permiſcet omnibus rebus, habetq; naturam penetrandi omnia metalla in legitimo obſeruato pondere, Eſtq; tinctura omnes theſauros terreſtres ſuperans: Hic opus hic labor, vt ex vnitate fiat ternarius, & ex Ternario, Binarius, ex Binario verò vnitas, labori accedat tandem patientia & inſtrumenta ſine quibus aut error aut planè nihil. Non enim fruſtra dicit Geber, omnis feſtinatio in hoc opere, procedit à ſathana, niſi quis patientiam habuerit manum auertat operi: Nam ars noſtra requirit ablutionem & tempus ablutionis deſtinatum, expoſtulantur etiam vaſa, ſed pauca, quia fit in vno vaſe, in vno opere, vnica natura nullis indigens externis, niſi fermenti vel rubei vel albi ex venis metallorum deſumpti, à nullo corroſiuo tacti, in cuius confectione varii extenduntur ac cernuntur colores, quare ſapienter inuigilandum & opus conſilio pio maturandum: Maturato facto opere, videbitis Salomonem noſtrum Philoſophicum coronatum corona rubea ſplendente Adamantica: Hic eſt lapis & elixir, puluiſque impalpabilis, tot nominibus vocatus, quot res ſunt in mundo.

FINIS.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1473 sur 1557

PRÆFATIO IN TERTIVM
Tractatum Basilicæ Philosophicæ.

MAgna sane admiratione & prudentia dictum constat, à veteribus rerum consultissimis, vniuersalem Medicinam, esse vitam rerum naturalium: Lucis cœlestis Idæam: Primum perfectissimum: Quinta Essentia & Tinctura Microcosmi: Catholicon Physicorum: Balsamum perpetuum; defensiuum senectutis: Ignis in curatione morborum inuisibilis non vrens: Anima creaturarum omnium: conseruatio quatuor qualitatum corporis humani: Conseruatio, (instar cœli) vniuersi: Infundibulum & impressio Elementorum, firmamenti ac Planetarum: Influxus totius cæli: Theatrum secretorum luminis naturæ totius: Speculum, Mysteriorum Dei: Thesaurus & miraculum vniuersæ naturæ; subiectum & instrumentum omnium virtutum naturalium & transnaturalium: Filius Solis ac Lunæ: Habitaculum omnium formarum metallicarum, mineralium & vegetabilium à Deo sub Lunæ globo creaturarum: spiritus vitæ, penetrans omnes alios spiritus *Senior*: *Ars enim illa in Dei potentia reseruata, quæ Laicis est inimica. Vnde Geber, non ergo hæc scientia pauperi & egenti conuenit, sed potius est illis inimica. 2. Politicorum dicit Philosophus: Impossibile est indigentem Philosophari.*

Arnoldus de Villa noua: Quicunq; ad hanc scientiã vult peruenire, & non est Philosophus, fatuus est: quia hæc scientia non est, nisi de occultis Philosophorũ.

Habet virtutem efficacem super omnes alias Medicorum Medicinas omnem sanandi infirmitatem, tam in calidis, quam in frigidis ægritudinibus, eo quod est occultæ & subtilis naturæ: conseruat sanitatem, roborat firmitatem & virtutem, & de sene facit iuuenem, & omnem expellit ægritudinem, venenum declinat à corde, arterias humectat, contenta in pulmone dissoluit & vlceratum consolidat, sanguinem mundificat, contenta in spiritualibus purgat & ea munda conseruat, & si ægritudo fuerit vnius mensis, sanat vna die, si vnius anni, in duodecim diebus: si vero fuerit aliqua ex longo tempore, sanat in vno mense, & non immediate. Hæc Medicina super omnes alias Medicinas & mundi diuitias, est oppido perquirenda, quia qui habet ipsam habet incomparabilem Thesaurum. Rosar. lib. 2. cap. 31.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1474 sur 1557

ſpiritus cum ſpiritu corporis noſtri plane vnus & idem : Vitæ noſtræ nectar ac radicalis humor : Vinculum corporis & animæ, imo & centrum totius vniuerſi &c. Hoc eſt illud opus, (D. Crollius ſympatriota mihi ac conterraneus in Præfatione) ſub Virginis Philoſophicæ veſtimento reconditum, quod nec frater frarrem docere voluit, hoc eſt illud in mentis memoriæque Theſauris ſecretiſſimis repoſitum & ſepultum ſecretum, ſuper quo iurauerunt occultiores ſagaci ingenij ſubtilitate genuini Philoſophi (qui maledictionem Dei Sophorumq; poſteris relictam execrationem veriti, de induſtria ſunt ſcabri & ſalebroſi, ne quibuslibet abſtruſiores ſuos ſenſus proderent, & nobiliſſimam huius ſcientiæ gemmam porcis & ſuibus proijcerent) quod non indicarent in aliquo libro : neque aliquis eorum in ſinu cordis hanc cognitionem ſeruantium illam patefacit, niſi intellectum habentibus allegorice : Ea ſiquidem facultas Philoſophis conceſſa, vt quia rerum Domini facti ſunt, etiam nomina ad arbitrium diſpenſare poſſint, & ſuos partus pro libitu veſtire : Licet egregie & ſumma cum ingenuitate veri Philoſophi ſeſe mutuo, vnum eundemque molientes, colentes agrum, perceperunt ſemper, ſicuti in præceptis illorum, tanquam in ſpeculo, ſagacis ingenij viris à Deo ad eiuſmodi myſteria electis, dignis & in arte iuratis innotuit, ſatis: attribuerunt autem illud Deo glorioſo, vt pro ſuo beneplacito inſpiraret cui vellet, & prohiberet à quo vellet : affirmantes nihilominus ſancte, neminem ad optatum finem, (poſthabitis omnibus particularibus virtute tingendi naturaliter proſus deſtitutis, niſi è primo fonte progrediantur) poſſe peruenire, antequam per circularem Elementorum rotam actis & naturæ beneficio ad Hexagoni formam Solis pinguedo ſeu ſanguis & Lunariæ Ros in vnum coniungantur corpus, quod niſi Deus altiſſimus voluerit, nunquam fiet, qui vnus ſingulare hoc ſpiritus ſancti donum, & impretiabile pretium, & cui & quando viſum eſt, ex ſpeciali miſericordia benigne impertitur : & cui non vult aliquid de ſuis Theſauris largiri, is technis quibuſcunque adhibitis, inuito Deo nil abſtulerit vnquam : Spiritus enim ex gratia procedit, qui, quos vult inſpirat. Igitur non volentis, neque currentis, ſed eſt Dei miſerentis. Rom. 9. Non poteſt homo accipere à ſe quicquam, niſi fuerit ei datum de cœlo Ioan. 3. ſufficit tibi gratia mea 2. Cor. 12. Unicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Epheſ. 4.

Ioan. 3. ait Saluator Chriſtus: Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat & quo va-

Gratia

Gratia autem Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit ſed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, ſed Gratia Dei mecum 1.Cor.15. Gratiæ in nobis non ſunt negligendæ 1.Tim. 4.v.14. Gratiam & gloriam dabit Dominus Pſal.83. Oculi tui vias domini cuſtodiant, vt addatur gratia capiti tuo Prouerb.12 Fulgentius ait ad Theodorum Senatorem: Cum oculus factus eſt, vt videre lumen poſſit, ſed videre non poteſt niſi ſe illi Lumen infuderit: Ita bonum quod facis gratiæ adſcribendum. Nam quod videt oculus, beneficium eſt luminis: quo ſi careret, cœcus remanebit in tenebris. Gregor.lib.8.moral.ait: Dum nos gratia Diuini reſpectus illuminat, cuncta mentis noſtræ nobis abſcondita manifeſtat. Bernhard.ſuper Cantic.Serm.54. Gratia Balſamum puriſſimum eſt, & ideo purum, ſolidum & profundum vas requirit. D. Bernh. Epiſtola vltima: Ut Heliſei farinula potum dulcorat: ſic gratia ſpiritus labores alleuat. Auguſtinus libro de Baptiſmo paruulorum: Dei gratia cur ad iſtum veniat, ad illum non veniat: occulta cauſa eſſe poteſt, iniuſta non poteſt, &c. de his plura vide in 4.Præfat.de prouidentia.

dat: ſic & omnis qui natus eſt è ſpiritu. 1.Cor.2. ait diuus Paulus. Quis hominum nouit ea, quæ ſunt hominis niſi ſpiritus hominis qui eſt in eo? ſic & ea quæ ſunt Dei, nemo nouit niſi ſpiritus Dei.

Porro quod ad ſummam illam vniuerſalem Medicinam attinet Philoſophicam Auctuarius dicit; non legitur à Diuina munificentia maius emanaſſe donum Sapientiæ: Nec anima rationali excepta, qua poſt Deum in cælo & terra nil admirabilius penſiculari poteſt, ſublimius, nobilius ac præſtantius ſub cælo datum hominibus, quam hoc ſecretiſſimum ſecretorum Arcanorum Arcanum, in quo cum ad Planetas inferioris Aſtronomiæ, quorum imperfectiones & ſordes fortiſſima ſua impreſſione penetrando euaneſcere facit (omnem enim Sul-

Chryſoſt. in 7. Matt. Hom.20. ſimile non eſt poſſibile, vt ex ſola pluuia fructificetur terra, niſi flauerit ſuper eam ventus: ſic non eſt poſſibile vt ſola Doctrina corrigat hominem, niſi cooperatus fuerit ſpiritus ſanctus in corde ipſius.

Beda Homil.9.in Lucam. Nulla in diſcendo mora eſt, vbi ſpiritus ſanctus Doctor adeſt. Auguſt.lib.15.de Trinit.cap.19.ſicut corpus carnis nihil aliud eſt quam caro: ſic donum S.Sancti nihil aliud eſt quam S.Sanctus. Idem in Epiſt.ſanctum ſemper onus in me ſpira, vt cogitem: compelle vt faciã: ſuade vt te diligã: confirma me, vt te teneam: cuſtodi me ne te perdã &c.

Scias Frater quod hoc noſtrum magiſterium de Lapide ſecreto, & officium honoratum, eſt ſecretum ſecretorum Dei, quod celauit ſuo populo, nec voluit vllis reuelare, niſi illis, qui fideliter tanquam filij meruerunt, & qui eius bonitatem & magnitudinem cognouerunt: Qui enim ſecretum Dei poſtulat, neceſſe eſt ei hoc ſecretum magiſterij plus quam aliud.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1476 sur 1557

Sulphureitatem extraneam & immundam terreſtreitatem à metallicis & humanis corporibus ſegregat) tum etiam ad ſanitatem laborantem & deperditam humani corporis, igneo ſuo vigore reſtituendam ac conſeruandam, mira imo omnia fiant, vt nunc præter infinita alia vſum taceam magicum & ſupercæleſtem, poſtquam finita Radiorum Solis & Lunæ Influentia Gonetica & quarta ſupra ſuam Natiuam Terram reuolutione, omni creata poteſtate Influentiali tam in Elementali mundo, quam cœleſti aut ſupercæleſti abſolutiſſime dotatum ſit: Mirabilium omnium mirabiliſſimum, ſiquidem Deus in ſuis operib⁹ mirabilis, etiam ſua dona mirabilia, in mirabilibus hominibus conſueuit occultare. Omnis antiquitas, ait Pius Crollius, omnis etiam omnium gentium & linguarum in Doctrinæ huius traditione veritas, conſenſus doctiſſimorum omnium illorum, qui in omni ſæculo ſumma cum admiratione multorum & laude vixerunt, hoc ita ſe habere teſtatur: Hoc inſuper præter ocularem multorum ſæculi noſtri inſpectationem ac certificationem ex ſcriptis illorum, tot Hieroglyphicis, Magicis & Methamaticis velamentis, tanta & tam certa Philoſophicæ veritatis ſerie contextis ſtatuere haud difficile eſt.

Et dixit quidam ſapiens: Non eſt tibi datum à Deo hoc Magiſterium ſolum pro tua audacia, fortitudine & caliditate, ſine omni labore. Nam labo-

Quis igitur non admiretur & amplectatur tantum Dei ſummi donum, pretium ſtudij, operæ & virtutis immortale, quod depulſo ſenio reiuueneſcentiam, perpetuam ſanitatem, ac ſine proximi detrimento victum & amictum honeſtum non per vſuram & fraudem, nec falſis mercemonijs, nec per oppreſſionem pauperum (vt iam diuites mundi ditantur) ſed per induſtriam operis & manuum laborem, Pijs à natura & inſtitutione dignificatis pollicetur Philoſophis? abſit itaque vt Priſcorum Exemplo neglecto, talia Dei magnifacienda magnalia, & ſtupendas Naturæ vires offuſcare, aut negare velim (qui enim ſpernit ſcientiam, ſpernit illum iuxta hanc artem veriſſimam Deus glorioſus & ſublimis) aut quod peius, ſicuti plurimi faciunt, tanquam otioſorum hominum ſpeculationes, aut inania inſanæ, delirantiſque mentis ſomnia ac commenta calumniari, qui tamen apud ſapientes ſaltem iudicij ſui imbecillitatem produnt, & inſcitiæ ſuæ teſtes publicos aduocant: Calumniantes ergo & ignorantes, quos & Fatuos Philoſophi vocant, ab hiſce tam

diui-

diuinis epulis arcendi, vt & delinantes ſuis phantaſticis ſomnijs penitus relinquendi.

Eſt autem hæc Medicina, Balſamum, Sulphur & oleum vitale, quod inſtar nectaris viuifici totam prouinciam corporis irrigat, immortalemque animam, cum mortali corpore mirabili nexu ita iungit & vnit, vt non niſi rupto hoc vinculo ab eodem recedere, & euolare poſt prædeſtinatas temporum periodos poſſit.

Comparatur autem hæc diuina noſtra artificioſiſſima ſapientia non inepte ſed veriſſime & eſſentialiter cum principio & Ente primitiuæ Mumiæ Balſamicæ, ſeu Humido radicali; Hermetici enim noſtri, veluti & nos myſtico ſenſu eam vocamus Balſamum, Mumiam, vitale embryonatum & incombuſtibile Sulphur, Radicale ſemen, ſpiritum innatum, quintam Eſſentiam, Arcanum, Florem cheironium, Lilium, Internum Archeum, Solem & Cœlum, mannam Materiam perlatam, fontem Actionum vitalium Auctorem fœcunditatis, & quid non? Imo principium, Radix, Fundamentum, totius Rector, Monarcha & Oeconomus, Mechanicus naturæ, quæ pro infinita artium, ſcientiarum, rationum ſeminalium, donorum, prædeſtinationum, Tincturarum & confluentiarum varietate ac robore ſeptem membra principaliora in Microcoſmo confortat ac reſtaurat, hominemque edoctum reddit: à naturæ liturgia definitis & congruentibus, Elementa repugnantia concordi mixtionis lege (ex igne enim aqua facit Azothum, Mercuriale illud ſapientum ens primum) ligat, digeſtisque tandem temporibus, corruptis ac conſumptis prædictis Elementis, ipſa integer & ſuperſtes remanet.

rant homines, & Deus tribuit ſortunam hominibus: Adora ergo Deum creatorem, qui tibi tantam gratiam ſuis operibus benedictis vomuit exhibere. Hæc Philoſophiæ occulta minerua & hæc margarita vnica pretioſiſſima omnem exiſtimationem excedit.

Non datur alicui aditus, niſi per reuelationem Diuinam aut per vocem viuentis ſeu oſtenſibilem doctrinam: Nulla etiam eius rei perfectio, abſque diuinitatis auxilio & demonſtratione.

Deus etiam non omnibus vult hanc ſcientiam manifeſtare, propter euitationem ſcandalorum.

Vnica & vera via ad hanc eſt, imo ad omnia ſecreta, vt ſecundum Saluatoris præceptum ad Deum omnis boni authorem recurramus.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1478 sur 1557

Lullius; Consideret artifex naturales virtutes lapidum Philosophorum, quæ vires sunt ignis naturalis & contra naturam, quæ & quales sunt in toto cursu naturæ, & quis cuiuslibet fuerit amicus vel inimicus, vt demonstratiua & infallibili arte per certificationem naturæ eorum, materiam eius prudenter noscat disponere: nam natura naturam complectitur propriam, & amicabilius magis gaudet in ea, quam extranea. Studium amouet ignorantiam & reducit humanum intellectum ad veram cognitionem, & ad cuiuslibet rei scientiam &c. qui autem studere abhorruerint, & tamen laborare voluerint, videant an ars ipsa naturæ sit imitatio, quam ars ipsius emendare debet: Quoniam impossibile est ei secreta Philosophorum ad perfectum finem præparare. De his sapientes dicunt, quod ij transeunt ad practicam sicut asinus ad cœnam, nescientes, ad quid rostrum porrigant nisi in quantum sensus exteriores sine intellectu per visum & gustum ad pabulum adducit. Sic ipsi asini sine bonis veris principijs & fructuosis studijs ac sine naturarum cognitione, quærunt perficere opera naturæ & secretum totius Philosophiæ ac opus optimum quod hominem ornat moribus, ditat beneficijs, auxiliatur pauperibus, & corpus humanum incolume conseruat, præbens ei sanitatem &c. Et ideo omnes artis huius apicem diligentes, studijs conentur insistere, & ex libris haurire veritatem, & non ex mendosis, neq; fabulis fictis &c.

Summatim & veriſſime dico nullus Balſamus ſiue corporalis ſiue eſſentialis, nullum matrimonium microcoſmi cum microcoſmo, nulla rei conſeruatio, nutritio, generatio, conſtitutio & formatio, nullum ſemen, Virtus, Sapientia, Anima, Vita, Natura, Tinctura, Radix, Elementum, Stella, Animale, Vegetabile, Minerale, ne Sol quidem aut Luna, Balſamica ac ſpirituali hac Manna carere poteſt, imo omnia corruptibilia eius eſſentia conſeruantur ad ſuum prædeſtinatum ac deſtinatum terminum. Morienus dicit, quod hæc ſcientia abſtrahat hominem ab huius mundi calamitate, & ad cognitionem aliorum bonorum, quæ poſt hanc vitam ſperanda ſunt, mentem eius reducit: Quod quomodo fiat, operæ pretium erit conſiderare: Nam 1. quia Dijs his ſacris initiatus eſt, omnes illas curas inanes victus & amictus abijcit; atque ſic quaſi de nouo natus ſibi videtur; quæ propter caduca bona, at homini in hac vita neceſſaria, peccata cumulentur, fraudes excogitentur, facinora perpetrentur, mendacia, furta, ſacrilegia, periuria, latrocinia, cædes, lites, inimicitiæ, & quicquid eſt reliquorum enormium vitiorum, committantur & fiant, totus hic mundꝰ clamat, omnes anguli ſunt teſtes, & cuiuslibet conſcientia in pectore annotatum gerit: vt non fruſtra noſtri Theologi pro concionibus, continuis admonitionibus, obteſtationibus, execrationibus & deteſtationibus hanc in mundo verſantium & multas vanitates præter neceſſaria quæ-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1479 sur 1557

quærentium, ſtultitiam & inanitatem perſequantur, ex animisque hominum & vſu abdicare & eijcere conentur. 2. Omnes neruos intendit, & huic curæ inprimis vacat, vt ſe Deo non ingratum (quem ſi dixeris omnia vitia dixeris) ſed gratiſſimum opere, prece, moribus, actionibus, miſericordia, eleemoſyna, alijsque pijs, Deo placentibus, ſeruitijs præſtat & exhibeat: Quæ huc ſpectant, cum innumera ſint, quilibet ipſe conſiderabit. 3. Ad ſeriam meditationem cœleſtium bonorum ſe accingit, hac occaſione, quod omnipotentiam & præſentiam Dei viui ex effectu operis Chymici, ſuæ cauſæ correſpondente, alijsq; circumſtantijs, præter aſſiduam verbi Diuini lectionem & repetitionem, ſenſibiliter intelligat & ſpeculetur: Atque ſic ex ijs, quæ ſunt ante oculos recordatur eius, quem non videt corporaliter nempe Deum, à quo hoc munere in ſui memoriam & honorem donatus eſt: Præſentaneam inſuper imaginem in hoc terreno ſpeculo, Tinctura Philoſophica, animaduertit cœleſtium, nempe Diuinæ Trinitatis, Reſurrectionis noſtrorum corporum, animæque in ea reuerſionem, & multorum aliorum, de quibus Philoſophi, vt Bonus Ferrar: & alij meminerunt: Dei quoque prouidentiam admirandam, qua ſibi electis ſuccurrit, agnoſcit, nec non quomodo illud arte producatur, quod toti mundo impoſſibile videtur. Quare ſacra namque ac Diuina hæc non Sophiſtarum ſed Philoſophorum ars atque ſcientia, male & perperam ab ignaris falſi damnata (ſiquidem inter omnes artes tam liberales quam illiberales ſeu mechanicas nulla tot impoſtoribus ſcateat vt hæc) merito ob admiranda quæ complectitur arcana veneranda eſt, & omnibus alijs ſcientijs terrenis anteferenda, à veris Medicis, qui ſpiritu Diuinæ ſapientiæ illuſtrati honeſto victu & amictu contenti & inſtructi (Impoſſibile enim eſt indigentem aut non liberum Philoſophari) Deum ad Salomonis Exemplum non pro opibus largiendis, ſed pro ſapientia impetranda (vt aperiatur illis Diuinæ cognitionis armarium) veneratione religioſa precantur: & qui felicitatem ſuam cœlo & Dei omnium bonorum largitoris ſaltem amore metiuntur: quos inſuper amor ſecretorum, & naturæ iuxta Diuinam gratiam promouet & ſtimulat ad perſcrutandum: & qui deſiderio ſcientiæ conſequendæ, abſque vana ſpe lucri aut inanis gloriæ affectatione nullum ſubire manuum laborem, honeſtum, diuturnum & poſſibilem in Dei timore recuſant: & tantis denique donis abſque malignitatis intentione

Fili, ſcito, quod iſtam ſcientiam habere non potes, quouſq; mentē tuam Deo purifices, & ſciat Deus te habere certū animum ac rectum, at tunc mundo Dominari te faciet.

Noſtri quidem Anteceſſores huius magiſterij nomina multiplicata & variata tradebant grauiſſimis ſophiſticis circumtecta, ſed omnia tamen veridica & ſæpius comprobata: quod totum egiſſe arbitrabantur propter ſtultorum inſipientiam; vt dicta ſua non intelligerent, niſi qui tali & tanto magiſterio digni iudicarentur:

tione neglecto aridæ ſitis humanæ fonte, humilime cum metu & tremore vti ad finem magiſtro naturæ debitum, laudē ſcilicet & honorē Dei, & ſuam proximique egeni vtilitatem conſtanti taciturnitate, ſine ſuperbia omnium hominum invidiam irritante cupiunt: His inquam deauratæ doctrinæ filijs (quorum Aurum eſt omnipotens Deus) maximum illud & omnibus diuitijs anteponendum bonum, propter hominum ſanitatem merito, & iure inueſtigandum eſt, relicta prouincia metallica illis, qui fame impia, & ſitibundo inſaturabiliq; diteſcendi deſiderio, æqui & iniqui neglecto diſcrimine, dies noctesq; horrende & corporis & animæ ſuæ periculo diuexantur. de his canit Propertius:

Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Auro pulſa fides, Auro venalia iura,
Aurum Lex ſequitur: Mox ſine lege pudor.

Verum nullius rei auarum oportet eſſe Philoſophum, præterquam ſapientiæ, quæ eſt circa res Diuinas: Ideo verus Philoſophus nunquā diuitias quæſiuit, nec appetijt, ſed potius in naturæ Myſterijs delectatus eſt, ſiquidem adeptus, non vnius regni tantum, ſed totius fere mundi valorem in crumena ſua circumferre, & in Deo & cum Deo legitime ceu totius mundi Dominus omnia poſſidere poſſit, totique creaturæ in Dei timore & ſeruitio imperare. At donum iſtud, neque per iram, neque per vim intentatam, ſed per altiſſimi inſpirationem vel immediatam, vel per expertam Præceptoris ſapientis in hac arte demonſtrationem acquiritur ocularem. Hoc ita ſe habere extra omnem controuerſiam, nemo non fatetur recte Philoſophantium.

Morieni inſtructiones hæ ſunt: Hæc enim res (inquit ad Calidem Ægypti Regem de arte inquirentem) quam iam diu quæſiuiſti, per vim aut iram non accipitur, nec perpetratur: Accipitur enim per patientiam & humilitatem & amorem certum ac perfectiſſimum.

Confert *Si quis ergo eorum dicta inuenerit, in illis diligenter ſtudeat, donec ea recto modo intelligat. Non enim decet quenquam ſe ab hoc Magiſterio retrahere, ſed debet ſuam fidem & ſuam ſpem in Deo altiſſimo firmiter configere, & illum aſſidue hoc efflagitare, quatenus illud Diuinum & admirabile opus poſſit perficere. Verum hæc ars non inuenitur niſi per continuum ſtudium & Philoſophorum dictorum cognitionem, aut per fidelem ſcientem informationem.*

Confert enim DEVS hanc diuinam & putam ſcientiam ſuis fidelibus & ſeruis, illis ſcilicet, quibus eam à primæua rerum natura conferre diſpoſuit, ſua mirabili fortitudine: Quæ cum alicui ex ſuis fidelibus collata fuerit, decet ipſum prius præuidere, cui poſtea eam committat & detegat: Nam hæc res nihil niſi donum altiſſimi poteſt, qui prout vult, & etiam, cùi vult, ex ſuis ſeruis & fidelibus illud committit & demonſtrat: decet igitur omnipotenti DEO eſſe in omnibus humiles & omnino ſubiectos. Paulò poſt: *Omnipotens DEVS Dominus* omnium creator ex omnipotentia ſua homines creauit: Quoniam ipſi nequeunt eius ordinē transmutare, id eſt, nequeunt poſtponere ea, quæ ipſe præponit, aut præponere ea, quæ ipſe poſtponit. Nec eſt aliquid ſcire poſſibile illis, niſi per illius demonſtrationem, nec etiam aliquid conſequi poterunt, niſi ille eos conſequi illud præiudicauerit: Nec quicquam retinere valebunt, niſi per fortitudinem à ſummo Deo ſibi diuinitus collatum, ſed & (vnde magis eſt admirandum) animos ſuos etiam ipſi regere non poſſunt diutius, niſi vſque ad terminum, qui à DEO ſuper eos conſtitutus eſt: Præparat enim Deus Dominus ex ſeruis ſuis quos vult, & eligit (vide proœmium præfat. 2. in Baſil. chym.) vt hanc ſcientiam diuinam homini cælatam quærant, & quæſitam ſecum retineant. Hæc enim ſcientia eſt, quæ Dominum ſuum abſtrahit ab huius mundi miſeria, & ad ſcientiam bonorum futurorum reducit. Hæc diuinus magis quam humanus, aut potius Theologus quam Philoſophus Morienus Seræus. Quibus ſanè verbis nihil ad prouidentiam Dei omnipotentis demonſtrandam, accommodatius dici aut cogitari poteſt. Hortulanus ſuper epiſtolam Hermetis ait: Solus ille, qui ſcit facere lapidem Philoſophorum, intelligit verba eorum de lapide. Philoſophi enim hanc artem manifeſtè conati ſunt patefacere di-

Quēadmodum enim bonus pater familias ſolet nonnihil ſibi reſeruare de opibus in filios diſtribuendis, vt inordinatè, vrgente neceſſitate, chariſſimo ſibi, aliquando ſuppetias ferre & ſuccurrere poſſit. Ita Pater cæleſtis, cuius ſemper inexhauſta manus, præter infinita alia dona, quæ ex nihilo creauit & per naturā indies exuberrimo

gnis &

Gazophylaico cœli & terræ producit & reducit, habet hoc peculiare, quo donat ſibi electos & probatos, non vt eo vtantur ad exercendā nequitiam, aut indulgendum omni vitiorum generi (alias ſcrutator cordium & renum hiſce non contuliſſet) ſed potius ad ſeruiendum Deo, maximo pietatis zelo, bonaq; circa pauperes miſerabileſque homines alioſque quoſcunque præſtanda opera. Ideo Morienus dicit, quod hæc ſcientia abſtrahat hominem ab huius mundi calamitate, & ad cognitionem aliorum bonorum, quæ poſt hanc vitam ſperanda ſunt, mentem eius reducit.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1482 sur 1557

gnis & indignis abscondere: Et sic de virtute intentionis semper dixerunt vera, sed de virtute sermonis non, & dixerunt sic lapidē Philosophorum fieri ex ouo; quia in ouo tria sunt similia tribus, quæ integrant lapidem, &c. Rosarius Philosophorum dicit, Lapis noster est cōfectio ipsius magisterii, & assimilatur ordine creationi hominis: Nam primum est coitus, secundum conceptio, tertium prægnatio, quartum ortus, quintum sequitur nutrimentum: ô chariſſime, hæc verba Morienis intellige, & non errabis in veritate. Alius Philosophus dicit: In corporibus mineralibus, ad instar operis naturæ, conati sunt Alchymistæ, facere breui tempore, quod natura facit in annis mille: Vnde & docuerunt rē quandam facere, quæ corpora, super quibus proiicitur, transmutat: Hæc vocatur ab eis Elixir, & dicitur Lapis, non lapis; Lapis, quia teritur: non lapis, quia funditur. & currit in igne, absque euaporatione, sicut aurum: Nec est alia res, cui proprietas illa conuenit. Est autem huius rei prima & principalis substantia, cuius materia est vna, & de ea est vnum; & cum ea fit, neque aliquid sibi additur vel minuitur. Multiplicia quidem sunt eius radicis nomina, sed si ea, etiam supra dicta, recto ordine inspexeris, vnam eius radicem & substantiam & materiam inuenies. Hoc magisterium, ait Datin Philosophus, vnum habet nomen proprium, & hoc proprium sibi

Ingenium huius breuitatis supplet æ est æqualitas, & virtus terræ sulphureæ, cuius primꝰ & principalis inuentor est Hermes Trismegistꝰ pater alchymistarum, &c.

Nutrix eius terra est, cū consistet, in illa esse realiter virtutem lapidis integram, sed non integrabitur, nisi argētum viuum fuerit redactum in eandem: Et ideo subiungit, quod cum à terra ascendit in cœlum, & iterum descenderit in terram, tunc vim recipiet superiorum ac inferiorum, &c. Alii appellauerunt hanc terram Leonem viridē fortem in prælio; alii draconem deuorantem, congelantē vel mortificantem caudam suam, id est, suum argentū viuum: Alii appellauerunt illam locum desertum, quando populata est à suis spiritibus: Alij venenum, quia interficiens est; alij arborem, quia fructum est gerens: alij Hyle occultum, quia totius naturæ est fundamentum, & subiectum omnium Elemementorum. Lullius.

Alio loco dicit: Hæc autem est aqua vitæ, lac virginis, sanguis reincrudatus, menstruum dealbatum, nutrimentum infantis, cibus cordis, quæ narium, venenum viuentium cibus mortuorum, & argentum viuum Philosophorum à fœculentia terrea per sublimationem depuratum. Paganus dicit, qui argentum viuum à corporibus extractum taliter commiscere nouerit, & corporibus amicari, sciet vnum ex secretis maximū, & viam principalem perfectionis: Nullus autem commiscere ipsum corporibus poterit sine cognitione huius magisterij: propterea Philosophi dicunt: Nemo vtetur ipso sine magisterio.

ſibi deputatur, ſic etiam vnam habet diſpoſitionem, atque etiam viam linearem, & hoc modo licet ſapientes eius nomina & ſua dicta mutarunt, tamen noluerunt, niſi rem vnam intelligere & vnam diſpoſitionem. Sapientes qui ante nos fuerunt, multas nominauerunt confectiones, & multa pondera, & multos colores, & ſic ſuper vulgus dicta ſua allegorizauerunt: neque tamen ſunt mentiti, ſed locuti ſunt, vt eis bonum videbatur, & vt ipſi ad inuicem intelligebant, vt etiam hoc alios lateret. Scias, inquit Roſar. Philoſoph. quod talis per Deum conſueuit eſſe modus Philoſophorum ſemper ſcilicet, quod in paſſu certiſſimo claudicare, & rem quaſi dictam quandoque per typos & figuram, & quandoque per verba metaphorica, & quandoque per falſam & alienam practicam occultare, & vbi ſe verum dixiſſe ſentiebant, ſe nunc ſimilitudinariè locutos fuiſſe dicebant. Vnde Geber dicit: Vbicunque apertè locuti ſumus, ibi nihil diximus, ſed vbi ſub ænigmate aliquid poſuimus & figuris, ibi veritatem occultauimus.

Auicenna dicit: Si aurum & argentum non viderem, dicerem, quod non eſt magiſterium; ſed quia video, ſcio magiſterium eſſe verum. Alio loco dicit: Aquila volans per aërem, & bufo gradiens per terram, eſt magiſterium. Idem: Res, cuius caput eſt rubeum, oculi nigri, & pedes albi, eſt magiſterium. Morienus ait de pretio materiæ Philoſophicæ: Sapientes diſpoſuerunt & dixerunt: Quod ſi hoc quod quæris in ſterquilinio inueneris, illud accipe: ſi vero in ſterquilinio non inueneris, tolle manum à marſupio. Omnis enim res, quæ magno emitur pretio, in huiuſmodi artificio mendax & inutilis reperitur. Nonnullus inter Philoſophos ſic ait: Omnis ſapientia mundi huius circa tria iſta verſatur, ſcilicet, circa adligamentum animæ corporalis cum anima corporali: & animæ ſpiritualis cum anima corporali, & ſpiritualis cum ſpirituali: ſed adligamẽtum animæ corporalis cum corporali propinquius eſt & facilius, quam ſpiritualis cum ſpirituali: de iſto enim tertio pauca ſcribere voluerunt ſapientes antiqui, dixerunt enim, nullum ad ipſius ſcientiam poſſe pertingere, niſi fuerit natura ſua diuina & ſpiritualis ſua natiuitas: Etenim poſtea dixerunt communiter ſapientes omnes antiqui ſine diuerſitate; Quod illud, quod eſt ſuperius, eſt ſicut illud, quod eſt inferius, & è con-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1484 sur 1557

uerſo: Et omne ſubtile eſt ex groſſis, & groſſuum ex ſubtili: ſub his ſanè ſubtilis inuentio chymica emicat, aſt myſtico habet opus iudicio.

Colloquiũ duorũ Philoſophorũ: Quidnam tibi igitur totam Democriti Abderitæ ſapientiam breuiter reuelabimus, nihil intus in aditis relinquemus? Sed poſt: Tibi enim præſtantiora concredita ſunt, ac tu de cæloDeum deducis, & euehis animam ac

Roſar. Philoſoph. adducit Salomon (cap. 7.) Hanc ſcientiam pro luce habere propoſuit, & omnem pulchritudinem & ſalutem. In cõparatione illius lapidis pretioſi non comparauit illum: Quoniam omne aurum tanquam arena exigua eſt, veluti lutum æſtimabitur argentum in conſpectu eius: melior enim eſt acquiſitio eius negotiatione argenti & auri puriſſimi: Fructus illius pretioſior eſt cunctis opibus huius mundi, & omnia, quæ in mundo deſiderantur, huic non valent comparari: Longitudo dierum, & ſanitas in dextera eius, in ſiniſtra vero eius gloria & diuitiæ infinitæ: Viæ eius operationes pulchræ & laudabiles, non deſpectæ, & ſemitæ eius moderatæ, & non feſtinæ, ſed cum laboris diuini inſtãtia: Lignum vitæ eſt his, qui apprehendunt eam, & lumen indeficiens: Beati qui tenuerint eam, quia ſcientia DEI nunquam peribit, (teſte choro Philoſoph.) Qui hanc ſcientiam inuenerit, cibus eius legitimus erit & ſempiternus. Ex ſapientia itaque diuitias immenſas Salomon acquiſiuit, & quomodo teſtantur hiſtoriæ ſacræ. His omiſſis, vnam alteramque definitionem noſtræ materiæ ex libris Philoſophorum adducemus, quo propior nobis ad hoc magiſterium pateat ſcopus.

Thomas de Aquino inquit: Eſt autem materia lapidis aqua groſſa: Agens autem eſt calor aut frigus congelans illam aquam: Et credas pretioſiores eſſe lapides, qui procedunt ab animalibus quam alii. Ariſtoteles 3. Meteor. ad finem; Metallorum, inquit, pro-

mentem, quæ in materia eſt, & applicas rei exemptæ à materia: Ego vero humi iaceo, ac naturæ contemplator ſum, nec dum retuli me ad rerum non adſpectabilium ſpeculationem: Quoniam nondum mihi acutius lumen factum eſt: Noſti igitur, quid faciemus, inquit, Mihi quidem terræ adita concredita ſunt; Tu verò illa cæleſtia es conſecutus: Impertiamus ergo inuicem res, quas habemus: Tu mihi egregia ſpectacula: Ego verò tibi naturales effectus: Sed viden' quid ego tibi fecerim: Cum enim auri fontes aperuerim, nec Atho concuſſi, nec Langeum commoui, nec venas quaſdam ſubterraneas recluſi, ſed lapides inter ſe conterens, & herbas quaſdam miſcens, ingenuè tibi ac vtiliter aurum valdè pretioſum elaboraui, &c. Hæc à Democrito prædicantur inter fontem magiſterij ſapientiſſ. & non impiè.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1485 sur 1557

propinqua materia ſunt ſulphur & argentum viuum, ſicut Alchymiſtæ dicunt, ita quod in locis lapidoſis terræ per virtutem mineralem generatur ſulphur & argentum viuum; Deinde ex ipſis generantur diuerſa metalla, ſecundum diuerſam commixtionem eorum: Vnde etiam ipſi Alchymiſtæ per veram artem Alchymię, ſed tamen difficilem, propter occultas operationes virtutis cœleſtis, quæ mineralis dicitur, quæ ex eo, quod ſunt occultæ, à nobis imitari poſſunt per prædicta principia, vel per principiata ab ipſis, faciunt aliquando veram generationem metallorum. Porro quæſt. 96. art. 2. ait: Quod ſi ſimpliciter adhibeantur res naturales ad aliquos effectus producendos, ad quos putantur naturalem habere virtutem, non eſt ſuperſtitioſum & illicitum iis rebus vel effectibus vti. Si autem (Thomas 2. lib. 2. part. quæſt. 77. art. 2.) per Alchemiam fieret aurum, non eſſet illicitum pro vero vendere, quia nihil prohibet artem vti aliquibus naturalibus cauſis ad producendum veros & naturales effectus: ſicut Auguſtinus dicit in lib. 3. de Trinit. cap. 8. quæ arte Dæmonum fiunt. Idem Ariſtot. princip. lib. 4. Meteor. ait, Præcipuus ſcopus Alchymiſtarum eſt, tranſmutare metalla, ſcilicet imperfecta, ſecundum veritatem & non ſophiſticè. Idem: Metalla tranſmutari poſſunt vnum in aliud, cum naturalia ſint, & ipſorum materia eadem. Iohannes quoque Euangeliſta ab Auicenna primus inter Chriſtianos Chemiæ peritus recenſetur: Dict. 1. ad fin. cap. 7. de anima. Imò & à Vincentio monacho in ſeculo naturali, &c.

Sic lapis eſt vnus, vna Medicina, quæ ſecundum Philoſophos dicitur Rebis, ex re bina, ſcilicet ex corpore, ex ſpiritu albo vel rubeo, in quo multi fatui errarunt. Item dicunt Philoſophi, inueniri vbique, eſſe vilis pretii, in ſterquilinio abſcondi, Adamum ſecum portaſſe in paradiſo, & volatilia ad nos detuliſſe, lapidem eſſe gratis datum, de eo ſumendum, quantum cui lubet, nec alicuius hominis veniam petendam, eſſe nigrum nigrius nigro; Item igneæ eſt naturæ lapis cœleſtis, quo vocatur Draco, & Baſilicus, magnumque magni pretii Elixir: Item, noſtrum magiſterium, non eſt niſi maſculus & fœmina, ipſorum coniunctio adueniente aqua parit coagulum & rubeam tincturam Phyſicam. Dicitur & eſt aqua cœleſtis, ſiue potius diuina, (inquit Philoſophus)

Roſinus ait: Ars Aſtronomiæ & Phyſices legentib. patens eſt; Ars verò noſtra, non niſi à ſapientibus ſciri poteſt. Et ne ſtolidi & inſipien-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1486 sur 1557

pientes natura ignorantes, legere tamen scientes a.b.c. ipsis attraherent & vsurparent: quamobrē cupientes hanc scientiam oportet intellectum valdè subtiliter & ingenioſe acuere, ſæpe & perſepius, intus & extra, ante & retro voluere & reuoluere dicta ſapientum.

phus) quam & Democritus & Mercurius Triſmegiſtus nouere, modo Diuinam aquam, modo Scythicum laticem appellantes, modo pneuma, hoc eſt ſpiritum, ex ætheris natura & eſſentia rerum quinta: Vnde aurum poculentum & Philoſophorum lapis conſtat: Hinc & arti datum nomen, Pſammurgicen, & Myſticen, & Ammophyſiam, & ſacram maximam vocando, ſymbolum Mariæ, de qua apud authores. At totum arcanum dicit eſſe in ſcientia vaſis Hermetis; quia illud ſit diuinum, & de ſapientia Domini gentibus occultatum; Et illi, qui illud ignorant, neſcunt regimen veritatis, propter vaſis Hermetis ignorantiam. Alius Philoſophus dicit: Sciant omnes artifices huius artis, ſpecies perfectas trnſmutari non poſſe, nec artifex tranſmutationem facere poteſt, niſi primo corpora reducere ſciat in primam eorum materiam; Qualia ſi conuertere ſciuerit artifex, tunc indiuidua eorū de facili tranſmutare ſciet operatione Philoſophica in aliam formam, quā prius non habuerant. Alius dixit: Quod acciperem aurum viuum, & ſublimarem duabus vicibus, vt facias viuum, infunde illud in ſal, & mitte id in ſtercore humano, & maneat ibi per duos dies, & olla ſit ferrea; & in hoc magiſterio eſt ſenſus magnus. Anaxagoras ait: Sol noſter eſt rubeus & ardens, qui coniunctus eſt animæ albæ & naturæ Lunæ, ſpiritus medio, quamuis totum ſanè nihil

Non eſt enim ſapientum ſtolidè loqui, cum intellectus verborum ipſorum maximè literarum ſono contrarietur; qui enim ſonum verborum acceperit, & intellectum interiorem non habuerit, nihil ſibi prodeſt, quoniam illi dicitur id quod ſcriptum eſt; Legere & non intelligere, eſt negligere.

Ne ergo innumeralitate nominum decipiaris, inquit Turba, mortuus cum viuit vſque: ſed certò habe eum quid eſſe, cui nihil alienum accedit, neque infertur: Eius igitur ſocium inueſtiga, & alienum nihil ei inferas, & ſine homines multiplicare nomina, quæ niſi multiplicarentur, ſapientiam noſtram pueri riderent.

Alius ſic: Super omne mirum, quod vno igne, & vno vaſe ſit deſtillatio, ſublimatio, mortificatio, calcinatio, rubificatio, fuſio, &c.

Alius dicit: Sufficit lapidem in noſtro vaſe ſemel ponere & claudere, quouſque totum compleatur magiſterium. Et alibi: Item, Lapis noſter, vt dicunt Philoſophi, fit ex vna re, & in vno vaſe, & verum dicunt.

Ariſtotel. Cum habueris aquam ex aere, aerem ex igne, ignem ex terra, tunc habebis plenam artem.

nihil aliud sit, præter argentum viuum Philosophorum. Geber; Iam igitur, inquit, laudetur sublimis naturarum Deus benedictus & glorioſus, qui nobis omnium Medicinarum reuelauit seriem cum illius experientia, quam illius instigationis bonitate & nostri laboris instantia perquisiuimus, & oculo vidimus, & manu tetigimus complementum illius nostro magisterio indagatum. Alius Philosophus dicit: Ego veritatem dico, quod nihil aliud huius magisterii artifices in errores detrusit, nisi varietas, & eius nominũ multitudo. Sed si quis rectè cognouerit, quod hæc nomina non sunt, nisi colores in coniunctione apparentes, in huius magisterii via non deuiabit. Alius Philosophorum: Lapis noster est res, quam ignis non tetigit, à qua noster Mercurius surgit. Alius, sine corruptione generatio fieri non potest; vnde studeas in putrefactione. Idem: Habemus exemplum in ouo, quod putrescit primo, & tunc gignitur pullus, qui post totum corruptum est animal viuens. Primum regimen est Saturni, putrefacere & Soli imponere. Compositio verò fit ex quatuor noctibus. Belinus, scitote, quod pater meus Sol dedit mihi potestatem super omnem potentiam, & induit me vestimento gloriæ, & totus mundus me quærit, & currit post me: Ego enim sum maximus; iam sciuerunt virtu- *Lullius: quo frigefacto, inueniet artista infantem nostrũ rotundum, ad modum oui, quem extrahat & mundet, &c. Post ortum illius corporis incipit coadiuuari in medio in formæ rotunda ad modum cuiusdam rotundißimæ Lunæ, circulariter contentæ.*

Alius: Fœtus extractus non nisi lacte nutritur & igne per se & paulatim, dum paruulus est, & quanto magis exuritur ossibus confortatis, in iuuentutem deducitur, in quam perueniens sibi sufficit.

Alius: Noster quidem Lato, quamuis primum sit rubeus, tamen est inutilis, &c. Si autem Laton cum sulphure comburatur. Item, quando autem Laton tam diu coquitur, &c.

Riplæus dicit: Annum insumimus antequam nostram calcem præparemus. Nam minori temporis spatio calx nostra confici non potest, fusionis capax cum colore, qui non euanescit.

Lullius: Et quando dimittit eam in speciali forma sulphuris, id est, pulueris subtilis, tunc ostendit, quod magnæ ignitionis est, nec propter hoc eum minus appretiari debes, sed fortius honorare, cum fieri possit ad simplicis ignitionis terminum per discretionem operatoris sapientis in doctrina, quam superius ars confert in substantia multiplicatiua.

virtutem meam & altitudinem; Ego enim vnicus sum, & assimilor Patri meo, qui vnicus est, qui dedit mihi veritatem istam, ex gratia sua, & homines quærunt à seruis meis frustra id, quod quæritur à me, & non peruenerunt ad id, nisi per me, & terra cum omnibus viribus suis me humiliare non potest.

Inter hos ait quidam: Hic est lapis, quem assimilant sapientes artis lapidi Aquilæ. Est enim lapis Aquilæ lapis cognitus, & est lapis in eius ventre qui mouetur. Idem lapis, qui est in hoc opere necessarius, de animata re est; Hunc inuenies vbique in planitie, in montibus, & in aquis omnibus, habentque eum tàm diuites, quàm pauperes, estque simul vilissimus, carissimus, ex carne & sanguine, quam pretiosus omni cognoscenti illum. Item, Lapis proiectus est in valles, & in montibus & in aëre habitat, & in flumine pascitur, & in cacumine montium quiescit, cuius mater Virgo est, & Pater non concubuit. Item, Lapis noster quamuis ab hominibus & animalibus pedibus conteratur, tamen propter summam industriam hominis Geberi à sapientibus adamatur. Item, Hic lapis est subtus te, supra te, erga te, & circa te. Alius, Hoc magisterium ex vna primum radice procedit, quæ postmodum in plures expanditur, & iterum ad vnum reuertitur. Item, Lapillus autem dactili ex palma nutritur, & palma ex suo lapillo, ex cuius etiam radice plurimi ramuli concrescunt, qui suum numerum multiplicent & augeant propter eam. Item, Noster Lato, quamuis primum sit rubeus, tamen est inutilis, sed si post rubedinem in album vertatur, multum valebit: Et si Laton cum sulphure comburatur, & mollities super eum frequenter fundatur, eius natura de bono in melius auxilio Dei conuertetur. Alius inter sapientes ait; Quod omnia harum rerum nomina & earum similitudines, nulla alia de causa antiquis vocantur, neq; variantur, nisi vt vos intelligatis, quod huius rei principium super suum finẽ testificatur, & suus finis super suum principium. Alius, Omnis res nõ est nisi de eo, & cũ eo, & quod omnis tinctura à suo simili procedit. Alius, Immunditia est in hoc lapide, propter quã ipsum homines vilipendunt, & tenẽt quod non possint eam sequestrare. Alius, quicunq; ignorat pondera, non laboret in nostris libris, quia Philosophi nil suarũ rerũ posuerunt, nec aliud occultauerunt, nisi hęc.

Exem-

Exemplum scientiæ nostræ, senex supra mortem, in eo sunt naturæ coniunctæ cum complemento, terra, aqua, ignis eius & aer: Et omnia hæc in Saturno; cum eo aperiuntur portæ scientiarum, sicut dicit Hermes, & præcedentes sui primi. Gumen nostrum coagulat lac nostrum, & lac nostrum dissoluit gumen nostrum, & post apparebit rubedo orientalis & rubedo sanguinis; Terra nostra vertit æs suum in argentum primum, & vltimo in aurum, inueteratur, & habebis scientiam, in qua pigritauerunt Arabes. Alius Philosophus dicit; Albo plumbo cognito reliquum nihil aliud, quam opus mulierum & ludus puerorum.

Albertus dicit libr. 3. capit. 1. de trãsmutatione horũ corporum metallicorum & mutatione vnius in aliud, non est Physici determinare, sed artis, quæ est Alchymia. Est autem optimum genus huius inquisitionis & certissimum, quia tũ per causam vnius cuiusque rei propriã res cognoscitur, & de accidentibus eius minimè dubitatur, nec est difficile cognoscere eodem libr. cap. 2. Prima inquit metallorum materia est humidum vnctuosum subtile, quod est incorporatum terrestri subtili fortiter commixto, ita quod plurimum vtriusq; non tantum cum plurimo vtriusq;, sed etiam in plurimo vtriusq;. Huic correspondet alius dicens: Aurum non ex carnibus, ossibus, pilis aut ligno, sed ex sola sua materia proxima, in debitis locis, naturaliter prouenit; materia autem proxima est argentum viuum coagulatum à sulphure.

Alius ex sapientibus ait; Multas regiones & plurimas prouincias, nec non ciuitates & castella, causa scientiæ, quæ vocatur Alchymia, maximo labore perlustraui, & apud literatos viros & sapientes de ipsa arte inquisiui, vt eam plenius inuestigarem; Et cum scripta omnia perscriberem, & in operibus ipsorum sæpissimè persudarem, non inueni tamen verum in his, quæ libri eorum affirmabant; Aspexi ergo libros contradicentium & affirmantium, & inueni eos vacuos esse ab omni profectu, & ab omni bono alienos; Inueni enim multos prædiuites Canonicos, Physicos & illiteratos, qui pro eadem arte magnas fecerunt expensas atq; labores, & tandem deficiebant; quoniam artem inuestigare non valebant. Ego vero desperaui quin facerem labores & expensas infinitas, vigilans & de loco ad locum migrans omni tempore ac meditans, sicut dicit Auicenna, si hæc res est, quomodo est? Et si non est, quomodo non est? tandem perseueraui studendo, meditando, laborando in operibus eiusdem, quousque quod quærebã, inueni, non ex mea scientia, sed ex Spiritus sancti gratia Vnde cum saperem & intelligerem, quod naturam superaret, diligentius vigilare cœpi in decoctionibus & sublimationibus, solutionibus & destillationibus, cerationibus & calcinationibus,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1490 sur 1557

atque coagulationibus Alchymiæ,& in multis aliis laboribus,donec inuenirem,esse possibilem transmutationem in Solem & Lunam, quod multo melius est omni naturali in omni examinatione & malleatione. Bernhardus ait; Amen dico tibi, quod nulla aqua naturali reductione speciem metallicam dissoluit, nisi illa quæ permanet eis in materia & forma,& quam metalla ipsa soluta possunt recongelare. Quod in aquis fortibus non contingit, sed potius est deturpatio compositi, vtpote,corporis dissoluendi; Nec corporibus pertinet aqua in solutionibus, quæ eis in congelationibus non permanet,& tandem Mercurius est huiusmodi,& non aquæ fortes, sed quam fatui existimant, aquã Mercurialem, lympidam & diaphanam. Alius dicit; Nouisti omnia mineralia,quæ in fodinis crescunt. Ex illis elige id,quod tuo proposito conuenit: hinc scias, vnam esse operationem simplicem, quæ reliquas, ne requirantur, excusat. Sumes autem patrem & matrem cum fratribus & sororibus, eosque in vno collocabis lecto, sic vt ora oribus, manus manibus, pedes pedibus iungantur; tum è vestigio morituri,ac postea cum gloria resurrecturi ac regnaturi erunt iuper omnem tribum suam. Hi sunt flores, qui inter tot carduos & tribulos absconduntur, quas luci exposuisse non absre erit.

Auicenna: Est sicut Sol magis valet, dãs fortitudinem suam vsque ad Saturnum, & deorsum vsq; ad Lunam, & ita studium est pretiosius omnibus aliis, & ideo quia omnes res cœlestes sunt mixtæ cum terrestribus,

Alius Philosophus ait: Ego perlustraui multas regiones, vt certum quid de lapide Philosophorum agnoscerem, & quasi totum mundum ambiens,deceptores falsos inueni,& non Philosophos: Semper tamen studens & multipliciter dubitans veritatem inueni. Sed cum materiam agnoscerem ducenties erraui,ante quã veram

ita mittũt suam fortitudinem desursum,deorsum: Quia fortitudo terrenorũ fuit vt ascenderet superius, & fortitudo superius fuit,vt descenderet inferius. Et sicut Sol non potest fieri, quod Saturnus currat cum Sole in eodem signo; Ita non potest fieri, quod hoc magisterium non retrahat de plumbo aurum. Sed intellige, quod volumus dicere, postquam habes rationem, quod non potest fieri, quod non sit magisterium.

Basil. Valent. Ego Saturnus, Planetarum summus in firmamento protestor hisce præ vobis Dominis omnibus, me inter vos inutilissimum & vilissimum esse infirmi & corruptibilis corporis, nigri coloris, multarum afflictionum iniuriis in hac miserarum valle obnoxium, attamen omnium vestrum probatorem, non enim permanentem habeo mansionem, atq; mecum mei similem rapio, cuius meæ miseriæ nulli causa imputanda est, nisi inconstanti Mercurio, qui mihi sua incuria & negligentia hoc malum inflixit.

veram materiam, operationem & practicam inuenissem. Huic respondet alius, inquiens; Absque labore nil præclarum acquiritur. Ita enim ordinatum in totius mundi œconomia à summo illo dispensatore; Panis, quo vita hominis carere nequit, per quot labores durissimos perficitur? Ita vinum, cereuisia, panni, metalla, & omnia homini perneccssaria, diuersis præparationibus non sine manuum labore conficiuntur. Eodem modo artifices Chymici nolunt, vt quis optato fruatur artis fine absque labore & exercitio multiplici præuio: sed nemo cogitet, quod hoc prauæ eorum voluntati imputandum sit, quasi aliter quidem possent, si vellent, artem docere, aut discipulos instruere, quod illis omnino impossibile est.

Alius dicit: Aurum commune non est aurum Philosophorum. Lapis enim ab auro venenosus vermis vocitatur, Mercurius vero cõmunis ab auro pro teste adducitur, quod nimirum ex auro & Mercurio totum fiat opus, sed à Lapide, vt volatilis & inutilis rei. Lapis affirmat alius, in sese esse aurum Philosophicum, & non in alio, seque dominum tincturæ verè à Philosophis dici, aurum autem omnes decipere, quotquot in eo laborent. Recipiamus ergo illam materiam, vnde erit aurum, & mediante arrificio deducitur in verum fermentum Philosophorum. Alius Philosophus dicit: Ex perfecto sanè nihil fieri potest; quoniam rerum species perfectæ in sua natura non mutantur, sed potius corrumpuntur, &c. Alius ait; Hoc fili, noscas, quod nisi quis sciat ducere & prægnantem facere, & generare species, nil fit, nec aliquid peragitur. Si autem fecerit, maximæ dignitatis erit Eodem modo Maria Matronifica inquit, gummi cum gummi vero matrimonio, & fac illa sicut aquam currentem.

Alius ait: Omne habens calorem, habet vitam. Et propter hoc calx Alchymica dicitur habere vitam, quia illorum vitam imperfectam Philosophi studuerunt occidere, & vitam perpetuam reddere. Oportet autem eum sapienter occidere, & comburere; quia mors eam reuelabit. Conteramus autem eum post mortificationem sui primam cum eo, quo mortificatus de rebus adurentibus, vel peruiis facientibus peruium & exiccantibus, sicut est sal, alumen, atramentum, calx & aliæ res, quas habet similis ignis. Fa-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1492 sur 1557

ciamus ergo illud multoties, donec moriatur & mollificetur. Hinc Hermes: Mortuum vult viuificari, & ægrotũ curari. Alius: 4. sunt elementa, ex vno fonte procedentia, eorum quædam alia ex iisdẽ conficiuntur. Et sunt ex his quædam quasi radices, & quædã quasi ex his compositæ, terra, aër; sed nostra aqua nostram terrã habet superantẽ, quæ est magna, lucida & pura. Nã de grossitie aquæ terra concreatur. Geber; Quantumcunq; lapis sit mũdatus per sublimationẽ, & eius adustio sit deleta per eius olei extractionẽ, & eius fuga sit destructa per eius fixionem, nihilominus nõ funditur, nec ingreditur, nec permiscetur, sed vitrificatur. Si scis ignem, Mercurius tibi sufficit. Item frater Albertus: Ignis & Azoth tibi sufficiunt. Est autem hic ignis absq; flamma, at non sine luce; habetq; quatates 4. elementorum, quæ diutissimè absque extinctione perdurant. Hic est ignis Chemiæ, quo res suas tractabiles faciunt. Hic est Philosophiæ occultus malleus, securis, & quod mirum, aqua, pluuia, & causa sine qua non. Philosophus is est, qui comburere scit aqua, & igne lauare. Hinc Dianæ balneum, & Iunonis corona aurea. Hermes & Aristoteles de Planetis aiunt; Sol pater eius est, Luna mater existit; ergo Luna mater & ager, in quo solare debet seminari semen, & sic non indigemus alio, ex quo lapis noster & Alchymia nostra fiat, quam Solis & Lunæ.

Lulli⁹. Ignis naturalis, in quo est virtus actiua, non sit superatus per elementalem ignẽ. Et in operatione prima suæ corruptionis obseruare debes, quod ignis contra naturã superet calorẽ

Alius infert; Sunt duo pisces in vno mari, fera nigra in sylua, ceruus & vnicornis in nemore, hi capiendi, irretiendi & vniendi sunt; sunt item duo Leones vtriusque sexus, Lupus & Canis. Item duæ aues. Hæ inimicæ mortales in amicitiam reducendæ, & perpetuo concordiæ vinculo colligandæ sunt. Alius; Huius artis duo sunt

naturalem, innatum in mobili subiecto vnò gradu tantum, & non vltra illum numerum. Quia spiritus indiuiduus, qui est speciei conseruatiuus, desiderans similem generationem recto instincto suæ naturæ, corrumperetur per suæ destructionem essentiæ, & tunc amplius non haberet appetitum similem generationem faciendi. Quia natura exiret per corruptionem & destructionem, quæ contra naturam sunt, & terminum acciperet, & finem consummationis. Hinc Hermes c. 4. Et facite, inquit, quod fugiens non volet à non fugiente, & quod super ignem quiescat, licet sit ignis æstuans. Moneo, inquit mundus, in Turba, caueatis ne compositum fumiget & fugiat. Author. consil. Qui me miserulam offenderit, & à quiete mea dispersérit, do plagam in faciem suam, per quam fugam capiam Per hoc tangit euitare excessum caloris.

sunt lapides principaliores, albus & rubeus mirabiles naturæ: Albus in occasu Solis incipit apparere super facies aquarum, abscondens se vsque ad mediam noctem, & postea vergit in profundum; Rubeus vero ex opposito operatur, quia incipit ascendere super

Lull⁹. Quædam elemẽta sunt, quæ indurant,

aquas fixant & congelant, & quædam indurantur, fixantur, & congelantur. Et sic est duplex consideratio in arte, scilicet cõponere ex vna natura vnius metalli duos liquores contrarios in compositione vnum, qui virtutem habeat fixantem, congelantem, & indurantem; & alterum, qui sit volatilis, infixus, & mollis. Iste verò secundus liquor induratur, fixatur, & congelatur per primum: Ex quibus ambobus liquòribus resultat vnus lapis congelatus, fixus & induratus, qui habet virtutem congelandi non congelatum, indurare mollificum, & fixare infixum, & mollificare durum.

Alius Philosophus ait: Scitote, quod duodecim sunt lapides Philosophorum, in quibus ipsi posuerunt omnia secreta sua. Sed principaliter tantum sunt tres, scilicet, animalis, vegetabilis, ac mineralis. Mineralis non indiget solutione vegetabili, & ex eo fit Medicina vniuersalis. Vegetabilis non indiget nisi fermentatione ex minerali. Sed animalis indiget solutione ex vegetabili, & fermentatione ex minerali.

Alius. Nisi corpora vertantur in non corpora, nondum regula operis inuenta est, & hoc ideo, quia impossibile illam tenuissimam animam omnem in se tincturam habentem, à suo extrahi corpore, nisi prius diruatur, & in tenuem spiritum impalpabilemq; vertatur.

Alius. De omni re potest fieri cinis, & de illo cinere sal, & de illo sale aqua: Et de illa aqua Mercurius, & de illo Mercurio per diuersas operationes fiat aurum siue Sol.

Alius dicit: Quatuor sunt ignes necessarii in opere. Primus est ignis fimi, qui impinguat & nutrit suauiter. Secundus est calor Solis in canicularibus, hic decoquit, temperat, & facit compositionem rectam & perfectam. Tertius est carbonum, hic facit animam stillare, & calefaciendo alterat opus. Quartus est flammæ, hic figit & rubificat.

Alius dicit, quando Philosophi viderunt magisterium solutum, tum salem amoniacum nuncuparunt, sin putrefactum, dixerunt, lapis noster est pellucidus, simplex, & inuenitur in stercoribus, quando versus est in aquam, tum omnibus est obuiam, post nigredinem, si redditus est albus, tum arsenicum, & lac virginis dixerunt, si ad rubedinem peruenit, sanguinem & sulphur indigitarunt rubeum.

Alius inquit. Ignis fimi est agẽs in opere digestionis lapidis nostri. Nec valet ignis balnei Mariæ, quamuis etiam tẽperatissimus, vnde Alchidius inquit: Igne coquere quẽ tibi ostendã, ignis noster est rẽ abscondere, in equi humido stercore est sapientum ignis humidus & obscurus, & est calidus in secundo & humidus in primo gradu, cuius ignis propriatus est non destruere oleum. Materiam, sed augmentare propter suam temperatam humiditatem. Solus enim ille calor æqualis & tẽperat⁹, & talis est summè necessarius in generatione istius artis.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1494 sur 1557

aquas in ortu Solis vsq; ad meridiem, & postea descendit in profundum. Alius Philosophus ait: Ego spiritualis sum, & in me latet sapientia abscondita, & qui me iunxerit filio vel fratri meo, viuet & gaudebit, habebitque sempiternum thesaurum, adeò vt si pasceret quotidie mille millia hominum, non indigeret. Rasis inquit: Dealba coruum tuum, si vis dealbare ipsum cum Nilo Ægypti albescit primo, tunc cum Persia in secretis, & cum hoc, & hoc apparebit rubedo, vt pauper in Eremo.

Paracelsus ait: Sublima vt electrum in albedinem exaltatæ Aquilæ conuertatur, quod paruo labore eo transfertur & transmutatur: Nullū enim in veritate melius & totius Medicinæ fundamentum est, quam hoc electrum. Hæc Medicina est & vocatur benedicta à Deo, quæ non omnibus est reuelata. Hoc electrū impone ouo Philosophico, sigillatim stet in Athanore, donec in medio isto mari insula conspiciatur, tandem fiat vt atramentum. Hoc atramentum est auis, volans noctu sine alis, quam primus ros cœlestis in nigredinem capitis coruini transmutauit, hæc caudam pauonis assumit, deinde pennas cygni acquirit, postremo rubedinem totius mundi accipit, quæ igneæ naturæ signum, cuius gratia omnia in microcosmo accidentia expellit, & emortua reuiuificat seu refocillat. Hæc præparatio iuxta sententiam Philosophorum in vno fit vase, vna fornace, vno igne &c. Nulla Medicina in terris huic est similis, in hoc te exerce, laudem enim & gloriam tibi pariet, & non eris putatiuus Medicus, sed sciens, proximumque tuum amare cogeris. Tale diuinum arcanum nemo absque consilio diuino percipere & intelligere potest, sicut & virtus eius ineffabilis est & infinita, in qua DEVS omnipotens cognoscitur. Scias autem circulum 7. sphærarum ter in tuo electro percurrere, &c. Idem ait: Transmutatio metallorum magnum secretum est in natura, & difficulter fieri potest multorum impedimentorum, & aduersitatum causa: Attamen non est contra naturam, neque contra Dei ordinationem, vt multi falsò loquuntur, vt verò minora metalla in Solem vel Lunam transmutentur, absque tinctura vel lapide Philosophorum illud fieri nequit. Idem, Affirmo autem in hoc minerali tres substantias & materias reperiri, nempe Mercurium, sulphur, & mineralem aquam, per quæ illud

à natura

à natura coagmentatum est, & per scientiam Spagyricam à succo proprio resoluitur, quando nondum omnino maturuit in perfecto suo autumno, sicut pyrum in arbore. Arbor pyrum abscondit. Si verò cœlestia astra & natura conueniunt, illa primum surculos emittit, tempore Martii, postea gemmas protrudit, & his apertis exhibet florem, & sic consequenter vsque ad maturationem pyri arboris in autumno. Eadem etiam mineralium conditio est. Nam & ipsa similiter ex viscere terræ protruduntur, quod sedulo notandum est Alchymistis, qui thesaurum thesaurorum venantur. Hinc inde balsamus verus & genuinus, balsamus cœlestium astrorum, corpora nulla putrescere sinens, nec radicem agere permittens, lepram, podagram, hydropem curans, &c. Epitaphium sanè Paracelsi multa & tanta hæc continet:

Conditur hic PHILIPPVS THEOPHRASTVS *insignis* MEDICINÆ *Doctor, qui dira illa vulnera*, LEPRAM, PODAGRAM, HYDROPISIM, *aliaque insanabilia corporis contagia, mirifica arte sustulit, ac bona sua in pauperes distribuenda collocandaque honorauit.* Anno 1541. die 24. Septembr. vitam cum morte mutauit.

PAX VIVIS, REQVIES ÆTERNA SEPVLTIS.

Multi sanè sunt, qui ignominiosè in ipsum insurgunt, ast in multis falsò, hique sunt meri ignorantes veræ artis ac Medicinæ; ad nostra. Hic ille, alio loco dicit: Ars hæc est: Postquam cœlum aut Saturni sphæram cum vita concurrere feceris super terram, impone Planetas omnes, vel quem, aut quos volueris, Lunæ tamen portio sit minima. Omnes currere permittas, donec cœlum Saturni penitus euanuerit: Manebunt omnes illi Planetæ mortui, cũ antiquis suis corruptibilibus corporibus, interim aliud recens perfectum, & incorruptibile corpus nacti. Illud enim corpus est spiritus cœli, denique rursus illi Planetæ corpus & vitam accipiunt, & viuunt sicut antea. Corpus hoc accipe de vita, & ex terra, quod serua: Est enim Sol & Luna. En artem habes omnino manifestam & integram: Si nondum intelligis eam, Nasutule, tum non Paracelso, sed tuæ ignorantiæ ac stoliditati imputabis. Idem: Quapropter dico, tantum rosei coloris à leone sanguinem accipite, & ex aquila gluten: quæ postquam simul coniunxeritis, iuxta veterem coagulate processum, & habebis tincturam Philoso-

losophorum, quam infiniti quæsiuerunt, inueneruntque pauciſſimi: Velis nolis tu ſophiſta, magiſterium hoc eſt in ipſa natura, magnaleque Dei ſupra naturam, atque theſaurus miſeriarum valle pretioſiſſimus. Alibi; Breuiorem viam habebis ad rubei Leonis theſaurum perueniendi, ſi concordiam Aſtronomiæ cum Alchimia didiceris, prout ea in Hermetis Apocalypſi demonſtratur. Alio loco dicit: Eſt itaque tinctura Phyſicorum vniuerſalis Medicina, morbos omnes inſtar ignis inuiſibilis, quomodocunque illi denominentur, conſumens. Doſis eius exigua eſt valdè, ſed operatio potentiſſima. Per eam à me Paracelſo, curata ſanataque ſunt Lepra, Lues Venerea, Hydropiſis, Caducus, Colica, Gutta, ſimileſque morbi: item Lupus, Cancer, Noli me tangere, Fiſtulæ, nec non genus omne morborum internorum, & certius quidem, quam credibile ſit, cuius teſtimonium exhibebunt Germania, Gallia, Italia, Bohemia, Bolonia, &c. ſatis amplum. Hoc eſt catholicam Phyſicorum, propter quod vitam longam proſecuti ſunt omnes Phyſici ad reſiſtendum morbis, & per hoc vniuerſale id maximè conſecuti ſunt & efficaciſſime, iuxta ſuum arbitrium tincturam Phyſicorum nominarunt. Quid enim in Medicina maius eſſe poteſt, quam eiuſmodi corporis mundatio, per quam ab eo ſuperfluitas omnis à radice prorſum tollitur, ac tranſmutatur? Sanato namque ſemine, perfecta ſunt omnia. Sic excellentiſſimum viri Medici fundamentum erit, regeneratio naturæ, iuuentutiſque reſtauratio. Ad iſtam regenerationem, vires atque virtutes Phyſicorum tincturæ mirabiliter inuentæ ſunt, & vſq; ad tempus à Spagyris veris vſitatæ ſecreto, nec non abſconditæ. Igitur Deus dat eam cui vult, nec ſibi per vim extorquere ſinit, ſed ſolus vult in hoc honorem habere, cuius nomen ſit benedictum in æternum, Amen.

Alius Philoſophus ſic infert de lapide: Mineralis eſt, æqualis eſt, continuus eſt, non vaporat, niſi nimium excitetur, de ſulphure participat, aliunde ſumitur, quam à materia, omnia diruit, ſoluit, & congregat, ſimiliter & congelat & calcinat, & eſt artificialis ad inueniendum, eſt compendium ſine ſumptu aliquo, ſaltem paruo. Alius ait: Tres facies, id eſt, ſpiritus vidi, ex vno patre natas, id eſt, vna progenie, quia ipſorum eſt vnum genus, quarum

vna eſt

vna est in igne, altera in aëre, tertia in aqua. Alius: Est aqua vitæ triplex, quia est vnum, in quo sunt, scilicet aër, ignis & aqua, in qua est anima exorta, quam vocant aurum, & vocant eam aquam diuinam: quas scilicet facies, pater eorum coniunxit, pater, id est, genus vnum, quia homogenea sunt.

Auicenna sic: Semina non oportet metere, donec tempus messis aduenerit. Philosophi hunc lapidem nostrum vocauerunt Salamandram; Quia sicut Salamandra solo igne nutritur & viuit, id est, perficitur, ita & noster lapis. Lullius: Sulphur nostrum habet virtutem sigillandi & formandi simile sibi, & omne quod petitur, & non retinendi in se; & ideo dicimus, quod est pater & semen masculi; per ignorantiam cuius multi deciderunt Alchymistæ fatui, & non experti, credentes sine igne naturæ fixare amalgamata. Idem; Scias, quod nihil potest nasci, nisi ex fœmella & masculo, nec aliquod germen generari, nisi & calore & humiditate. Clangor ait: In summa sunt 7. decoctiones, scilicet quatuor ante viuificationem, id est, fermentationem, & postea tres, quæ designantur per septem assaturas, vt etiam dicit Philosophus: Æs nostrum corpus habet hydropicum, vt Naaman Syrus leprosum, propter quod quærit lauacrum regenerationis septies in Iordane, vt ab innatis passionibus & corruptionibus emendetur.

Flamellus: In duobus negotium hoc omne consistit, vt videlicet igne tuum sulphur penetratiuum efficias & attractiuum, quo matrem suam deuorare queat, & compleueris opus. Matrem infige ventri fœtus, quem antea peperit, tum demum sibi pater erit, ac filius ex duobus spiritus perfectus: postea tum fœtus matrem deuorat, patremque suum in vnico lacu suffocat, in quo simul flores, lac, fructus atque sanguis inueniuntur. Idem super matrem prægnantem seruum rubicundum æqualiter conde; matrē mortifica, manus eius ac pedes abscindens. Hinc Lullius: Oportet matrem, quæ prius generat filium, inhumari in ventre filii, & ab eo generari.

Alius dicit: Materia lapidis Philosophorum est aqua, & intelligitur de aqua illorum trium, vt probat Hortulanus. Nec debent esse plura nec pauciora; Et dicit, quod Sol est Masculus, Luna fœmina, & Mercurius sperma.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1498 sur 1557

Alius Philoſophus ſic depingit lapidē Philoſophicum: Aurum loquitur & dicit: Maledicantur, qui nobiliſſimam meam formam vilipendunt: Ego ſum nobiliſſimum ens, & omnes influentiæ cœli in vnum conuenerunt ad meam generationem per mandata Dei potentis, & ego ſum opus naturæ perfectæ, & ſum natus ſine adulterio, & iſti phantaſtici & nouelli obcœcati me ſpurium & baſtardum vocant, & me ignorant. Ego verò ſum incorruptibilis, & filius Solis, & minima pars ſubſtantiæ meæ eſt totū meum continens, nec in me aliquid corruptibile reperiri poteſt; Et tamen iſti ex corruptibilibus me & ſubſtantiam meam volunt multiplicare; quomodo poſſunt ipſi creare filios mei ſimiles abſque conſenſu & conſilio meo, nequaquam fiet, quouſque ego ſemen meum igneum iactauero in ſanguine meo fluente, albo & igneo. Hinc cōcluditur, ignē quærere ignem, & neminem inuenire Philoſophorum magiſterium, niſi prius calleat ignis naturam in metallo concentratam.

Alius Philoſophus inquit: Per ignem verò & calorem non intelligendus elementalis & exurens, quia iſte nullum viuens ex ſe generat; ſed naturæ, virtutis, ſapientiæ, quem Zoroaſter ἐμπυροειδὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν καὶ πῦρ ζωηφόριον; Hermes Solem & animā vocat; Orpheus παντότροφον αἴθρα; Anaxagoras, νοῦν καὶ φρόνησιν θεῖον; Heraclitus cum Philoſopho 2. Meteor. 2. vitæ omniumq; cauſam & principium; Plato σπερματικὸν λόγον; Ariſtoteles θειότερον τῶν καλουμένων στοιχείων καὶ ἀνάλογον τῷ τῶν ἄστρων σταχείῳ. Author definitionum Medicarum; & Cicero ex Zenone artificialem viâ ad generationem tendentem, mouentemque efficaciter ex ſeipſo; Noſtri Mercurium Alcool, vim opimam lucis, &c. alij aliter.

Riplæus dicit: Quatuor ſunt ignium genera, quæ ſcire debes; Naturalis, innaturalis, & contra naturam, elementaliſque, qui accedit lignum. His ignibus vtimur & non pluribus: Ignis contra naturam debet excruciare corpora, ipſe eſt Draco, quemadmodum tibi dico violenter comburens, vt ignis inferni: Ignis naturæ

Ita aquæ & humiditatis nomine non gelida illa & zelollacea; ſed cœleſtis, aerea, eſſenſificata, ſubſtantifica & primogenia venit, quam Thales rerum omnium radicem, matricem, & nutricem: Hermes Lunam; Eius diſcipuli ſalinam, virentem, mirabilem, non madefacientem manus, Azothicam, balneum Dianæ, fontinam, materiam primam, perlatam & cryſtallinam, chaos, ὄχημα καὶ αἰθερῶδες σῶμα τοῦ πλαστικοῦ λόγου, Naturæ penuarium, ex quo calor vitalis & ſpiritus tanquam è ſpermate prodeunt, vniuerſumque corpus irrorant & ſuſtentant, Hylech, aliisq; id genus pluribus nuncuparunt.

naturæ eſt tertium menſtruum; Ille ignis naturalis ineſt cuiq; rei; Ignem occaſionatum vocamus innaturalem, vt calorem cinerum & balneorum ad putrefaciendum: Abſque his ignibus tu nihil perduxeris ad putrefactionem, vt poſſit ſeparari ſua materia, vt ſimul ſit proportionata ad nouam cõiunctionem. Fac igitur ignem intus in tuo vitro, qui comburat corpora efficacius, quam ignis elementalis. Hic Philoſophe ſi Paracelſum rectè intellexeris, & me in comparatione horum amborum Philoſophorum intelliges, ſin minus, aſinus & inſipidus es, ac deſine cauillari Philoſophos, quoniam nõ rectè intelligis dicterium Philoſophorum quod ſonat, ſimile gaudet ſuo ſimili, verè & genuinè tibi dico, vnus eſt ignis omnium, in nullo autem magis concentratus exiſtit, quam in filio Solis, qui Deum Trinum, vnum & ignem comburentem, ſimul ac naturam talem demonſtrat. Ego minimus inter Philoſophos, vixque dignus tali nomine, dico tibi ex Dei veritate, niſi aquam tranſmutare ſcias in ignem, & ignem in aquam, nihil quicquam verborum intelligis de Philoſophorum verbis. Dicimus autem cum Gebero, quod ſi quis non habuerit ſua completa organa, non poterit ad huius operis complementum peruenire per ſe, veluti ſi cœcus fuerit, vel extremis truncatus, quoniam non iuuatur à membris, quibus mediantibus ars hęc perficitur, tanquam naturæ miniſtrantibus: ſi verò fuerit artificis corpus debile & ægrotum, ſicut febrientium vel leproſorum corpora, quibus membra cadunt, & in extremis vitæ laborantium, & iam ætatis decrepitæ ſenum, ad artis complementum non petueniet. Item & cum Arnoldo dicimus: In ipſo ergo tria ſunt inquirenda, puta ſubtile ingenium artificis, opera manuum & arbitrium; quod quidem requirit diuitias, ſapientiam & libros. Similiter & Lullio: Et idcirco fili tibi dico, quod tria requiruntur, ſcilicet, ingenium ſubtile, naturale, non ſophiſticum, manuum operatio, & liberum arbitrium, & hoc requirit ſapientiam, diuitias & libros: Sapientiam ad ſciendum facere; Diuitias ad habendam poteſtatem faciendi; Libros, ad intellectum aperiendum diuerſum, qui eſt in multis gentibus. Et Geber, oportet etiam ipſum ſedulum operi vſque ad conſummationem ipſius inſiſtere, vt non opus detruncatum dimittat; Quia nec ſcientiam proficuam ex opere diminuto acqui-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1500 sur 1557

reret, ſed potius deſperationem & damnum. Porrò ad Philoſophos: Aſtratus inquit: Qui veritatem vult aſſequi, capiat Solis humorem, & ſputum Lunæ. Author Auroræ ait: Aliqui Philoſophorum poſuerunt, eſſe totum arcanum in eo, & vocauerunt ipſum diuerſis nominibus propter naturæ ſuæ excellentiam; vt in libro Turbæ Philoſophorum ſcribitur, quia quidam ipſum vocarunt à loco, vt gummi, ſputum Lunæ, quidam à calore, vt ſanguis. Pythagoras ait: Intelligendum vobis ô Turba, quod ſulphur, & calx, & alumen, quod ex pomis & Kuhul, & ſputum Lunæ, ac ſputum combuſtibile, omnia illa ſcilicet nihil aliud eſſe, quam aquam ſulphuris, & aquam ardentem. Anaſtratus dicit: Præter hæc dico, quod nihil eſt pretioſius arena maris rubea, & eſt ſputum Lunæ, quod Solis lumini iungitur & congelatur. Belus quoque, Quidam ſputum Lunæ, quidam cor Solis eandem aquam nominauerunt. Morienus: Sume fumum album, & Leonem viridem, & almagra rubeum, & immunditiam mortui. Item, Leo viridis eſt vitrum, almagra quoque eſt Laton. Roſarius, In primo habetur, in Leone noſtro viridi vera materia; & cuius coloris ſit & vocatur Adrop, Azot, aut Duenech viride. Riplæus, Nullum corpus immundum ingreditur excepto vno, quod vulgariter vocatur à Philoſophis Leo viridis; Epiſtola Solis; Beatus, qui cogitat in eloquio meo, nec dignitas mea ipſi negabitur, nec vileſcit per carnem infirmatus Leo. Senior; Dixit ergo Marchos matri ſuæ, quomodo venaris Leonem? & admirata eſt mater eius, & dixit: Ego reſpicio in eum, cum autem apportauero illum ſuper ignem, facit odorem, quem diligit Leo; cum vero Leo odorat lapidem illũ, venit velox, vt intret thalamũ illum vitreum, &c. Et hic lapis, quem diligit Leo, eſt fœmina, &c. Item, Leo, id eſt Sol inferius, vileſcit per carnem; hinc eſt metaphora; ſicut Leo fortis & rex animalium vileſcit per infirmam carnem ſuam, die enim quarto in quartum, quartanam naturaliter patitur. Ita Leo natura per carnem ſuam ſibi contemperaneam Lunarem vileſcit & eclipſatur. Theodor. ait; Eſt quædam ſubſtantia procedens ex minera ſua, & infra ipſam magis propinqua natura metallorum, quæ Calchantis & Azot vitreus ab aliquibus nominatur, quæ eſt terra & minera metallorum, & alio nomine vocatur Viſius, lucens & album, in occulto rubeum, nigrum & viride publicè, habet colo-

rem

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1501 sur 1557

rem lacertæ venenosæ, immediatè generatus ex argento viuo, materia dicta, imprægnata ex dicto vapore calido & sicco sulphureo in sua resolutione congelata in lacertam, ex quo est forma & species spiritus fœtentis in mixtione, cuius & calor mineralis multiplicatus, qui est vitæ metalli. Alius Philosophus ait, Fili, vade ad montes Indiæ, & ad suas cauernas, & accipe ex eis lapides honoratos. Rosinus: Rebis nascitur in duobus montibus. Idem, Dant Rebis montes, Dracones, terraque fontes. Rasis, Contemplare altissima montana, quæ sunt à dextris & à sinistris, ac ascende illuc, ibi lapis noster inuenitur, & in alio monte, qui fert omne genus pigmentorum, & spiritus, vel species ibi similiter est. Alius, Conscendite alta montana arboribus consita, quia ibi lapis noster inuenitur, & absconditus est. Hermes, Recipe lapidem nigrum, lapidem ab Montanis Indiæ, quod est intus, mitte foras, & quod foras est, mitte intus: Maria Moxsis soror, Accipe herbam albam, claram, honoratam, crescentem super monticulis. Auicenna, Inuenimus scriptum in libr. Aristotelis, quem fecit de lapidibus, vbi dicit; Duo lapides iacēt in stercore vnus fœtens, & alius benè odoratus parum appretiati in causis gentium, si scirent gentes eorum valetudines, tenerēt eos honorificè, sed quia nesciunt eorum valetudinem, despiciunt & dimittunt eos super stercora in locis fœtentibus, & qui cōiunget eos, ibi est magisterium. Gratianus, Et si hoc in stercore inueneris quod tibi placet vel expedit, nihilominus tolle. Merculinus, Est lapis occultus, & in imo fonte sepultus, vilis & eiectus fimo vel stercore tectus. Arnoldus, Venditur palam, minimo pretio. Bernhardus, Versatur ob oculos toti mundo, nemo tamen cognouit eorum, qui sunt in mundo. Rosarius, Et si vero nomine nuncuparem, insipientes eum esse non crederent. Alius, Ante confectionem nimis est grauis & fœtidus, & post confectionem est eius odor bonus, iuxta hoc quod sapiens dicit: Ista quidem aqua è corpore mortuo & iam inanimato tollit odorem: Nam & eius odor est malus, & odori sepulchrorum assimilatur. Alius, Et est lapis vilis, niger & fœtens non emptus pretio. Senior, Duæ aues sunt homogeneæ, id est, vnius naturæ, & sunt lapis sapientum, masculus est, sine alis, id est, non potest volare, quia de se ignis non potest ipsum corrumpere, nec exhalare in igne, vel nullum salium, vel spirituum aut aluminum,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1502 sur 1557

niſi Aquila noſtra dicta; Auis verò alata eſt fœmina, quæ cum corporibus corrumpentibus conſumitur. Alius, Ideo tali aqua, fixamus auiculas in aëre volantes, virtute lapidis noſtri. Alius ait, Nihil aliud curate, niſi quomodo duo argenta viua, ſcilicet fixum in ære, & volatile fugiens in Mercurio. Alius, Quod hoc ſulphur, id eſt, argentum viuum conſueuit fugere, & ſublimatur, ſicut vapor: Oportet enim alio argento viuo ſui generis, id eſt, æris retinere & fugam cohibere, quod ſi cum albo vel rubeo ſulphure ſui generis non miſceatur, id eſt, auro vel argento, procul dubio fugiet. Alius, Dico vobis veraciter, non eſt tinctura Veneris, niſi in ære noſtro. Lullius Theodor. Fili, accipe de noſtro aëre, & de terra modicũ, & perfora latus eius acuta lancea tota calida, & videbis à ventre tuo exire tantum de cholera nigra & combuſta, quod habebit potentiam intoxicandi, & impotionandi totum mundum. Et natura huius rubei capitis eſt vna ſubſtantia multum ſubtilis & leuiſſima, & in complexione multum calida, & ſicca, & acuta. Baſilius, Et pro memoria hoc dico, quod ſi Paris nobilem Helenam abſq; interpellatione tueri poſſit, ne generoſa ciuitas Troia à Græcis amplius deleatur, & Priamus cum Menelao hinc triſtitia afficiantur, tum Hector & Achilles concordes fient ad impetrandum regium ſanguinem abſq; bello, & poſſidendum Monarchiam cum nepotibus & poſteris omnibus amplificãdo eorum ditiones cum magnis diuitiis. Roſar. Hoc quidem maximum eſt noſtrum arcanum, quod inuidi Magneſiam appellarunt propter arcanum ipſum: Diligenter igitur ipſam Magneſiam in ſuo vaſe coquite, quouſque totum coaguletur, & ſeipſum contineat. Alius, Magneſia dealbata non ſinit corpora frangi, nec vmbram Veneris induci. Idem, Quæ Magneſia niſi totum compoſitum? Item, Magneſiæ pulcra vide, mirareq; quomodo per vnum multitudinem infert. Derdaris, Præterea ſcitote, quod æris corpus Magneſia regitur. Moſius, Argentum viuum cambar, eſt Magneſia. Pythagoras, Non igitur oportet vos illam dimittere Magneſiam abſque argento viuo. Cum enim componuntur, fortiſſima eſt compoſitio, quæ vna eſt decem. Et ſciendum, quod nihil aliud huius artis ſcientia, quam vapor & aquæ ſublimatio, argenti viui Magneſiæque corpori coniunctio. Alius Philoſophus, Sol eſt maſculus,

Luna

Luna fœmina, & Mercurius ſperma, eaque tria vocat aquam illorum trium; ſed vt fiat generatio & conceptio, oportet vt maſculus coniungatur fœminæ, & vltra hoc requiritur ſemen.

Theodorus: Coque æqualiter opus tuum cũ reſidentia, conſtantia, exiſtentia, atque con-

Alius, Nihil eſt quod à Latone ſuam obſcuritatem vel ſuum poſſit auferre colorem; ſed Azoc eſt quaſi eius tegmentum, primum videlicet, quando decoquitur; nam & eum colorat, & album reddit, aciterum dominatur Laton Azoc, & eum rubeum reddit. Alius, Quod Azoc nequit ſubſtantialiter Latoni ſuum auferre

pone iſtud ſecundum compoſitionem illorum, de quibus vult componi, ſcilicet Sol, & Luna, & Mercurius noſter. Et ſcitote, inquit alius, quod eadem ſunt quæ albant & rubificant intrinſecus & extrinſecus, ſcilicet, Sol, Luna, Mercurius: quæ tria diſſolata & fermentata appellat argentum viuum dicens, argentum viuum habet in ſe corpus, ſpiritum & animam. Idem, vtraque Medicina incipitur cum Sole & Luna; ſed ad rubeum ſit fermentum cum Sole, ad album c Luna: Sol capitur dupliciter; vno modo pro aqua Solis, alio modo pro corpore Solis: quia aqua Solis, inquit, eſt volatilis, & corpus eius fixum, & econuerſo de Luna.

Hortulanꝰ: Hic per ſuperius intelligitur dignius, & per inferius indignius, vt ſciliet fiat vnũ ex illis tribꝰ, vel ex Sole & Luna fiat vna res, cuius partes ſunt æquales, & appellatur hæc coniunctio ſublimatio Philoſophorũ: & dicitur ſublimatio, exaltatio, ſiue dignificatio, quia Sol dignificatur & Mercurius. Nã cum facta eſt vnio, in tãta dignitate eſt Luna, ſicut Sol & Mercurius. Et amplius notifico, inqt Roſar. quod Draco nõ moritur, niſi cum fratre & ſorore ſua interficiatur, & nõ per vnum tantum, ſed per duos ſimul. Frater eſt Sol, ſoror eſt Luna.

De Dracone Theophilus in Turba: Simili modo, illa mulier fugiens generoſos, quibus per ſe, quamuis irata domeſtica ſit, vt non dedignetur ſe ſuperari, vt eius coniux ſuum habeat decorem, qui furibundus eam diligit, ac iugiter pugnat cum ea, donec ſuos concubitus cum ea peragat; & Deus pro voluntate filios multiplicat, cuius porro decor igne conſumitur. Termino enim finito, reuertitur ad eam. Dico etiam vobis, quod Draco ille nunquam moritur: Tamen illam mulierem ſuos interficientem coniuges Philoſophi neci dederunt. Illius enim mulieris venter plenus eſt veneno. Fodiatur igitur ſepulchrum Draconi, illicque ſepeliatur mulier cum eo, qui illi mulieri fortiter iunctus, quanto magis eam nectit, & voluitur circa eam, tanto magis corpus eius in mulieris artubus mixtum, ad mortẽ declinat, & totus vertitur in ſanguinẽ: quod cum vident Philoſophi in ſanguinem verſum, ponunt eum ad Solem, quouſq; lenitudo conſumatur, ſanguiſq; areſcat: Et tunc apparet venenũ, & occultũ manifeſtatur. In allegoriis, Sume taurũ cũ carne & ſanguine, cornibus, pedũq; calciamentis, & verte eum in aquã, & cũ ſanguine miſce, totũq; trahe, poſtea aſſa, donec rubeſcat.

Hermes c. 4. Volens dominari, artẽq; cuſtodire, iunge bubæ aquæ, filiũ, qui eſt Iupiter, quod eſt occultum arcanum. Ex homine non fit, niſi quod ei ſimile eſt, vt ex Tauro idem.

auferre colorem, vel eum mutare, nisi quantum ad visum; sed Latonem ab Azoc suam auferre substantialem albedinem, quoniam inest ei mirabilis fortitudo, quæ super omnes colores apparet. Alius: Quando lapis noster creabitur, fac eum nasci de ventre matris suæ, nec amodo aliud ponas; Quia secum defert virtutem ventris matris suæ, scilicet illam naturam sulphuream, quæ omne argentum viuum congelat. Arnoldus, Cum verò peperit filium, inquit, nutrias eum, quousque possit tolerare omnem ignem: Hinc Lullius, Fili, imprægna igitur corpus ab igne, & multiplica suam combustionem, & fortem habebis tincturam. Idem, Faci-gitur dealbari terram tuam, & nutri eam, si vis, quod filius patris subueniat tibi in necessitatibus. Et, Humiditas metallorum fixa est & permanens in igne. Ideo tali aqua fixamus auiculas in aëre volantes virtute lapidis nostri, qui de ipsorum substantia propria creatus est: vti & supra est dictum. Alius dicit, Aurum cum auro miscetur, & ex vtroque filius noster nascitur in aëre. Riplæus, ne nimium studeas perflandis carbonibus. Rosar: Conceptio & dispensatio fit in putredine in fundo vasis, & generatio generatorum fit in aëre, scilicet in capite rasis, id est, alembici senior. sicut videmus Solem habentem duos radios super cinere mortuo pluentes, & reuiuiscit, quod fuerat morti deditum, sicut mortuus post inopiam magnam. Hæc est soror, & hic est frater eius, per induraverunt & desponsauerunt subtilitate præparationis. Sed postquam facta est conceptio, volare fecerunt, & fuerunt in domibus montium. Idem, & hinc Regem, quem nominauimus, exponam tibi per illum genitum, quem memorauerunt, qui gignitur in aëre, & fuit conceptus eius in terra vel inferius. Alius, Certum autem tempus est, quod ipsa (Diana) habet ad imprægnandum, parieudum, & nutriendum, ac operandum. Cum vero peperit filium (Perseum) nutrias eum, quousque possit tolerare omnem ignem, & tunc poteris facere proiectionem de ipso. Alius dicit: ô pisces, pisces, nõ est hæc aqua, in qua vos natetis, quibus magis ille & Citharone, quam Helicone liquor sapit. Alius, In isto liquore rectificatur magnus Draco, & proiicitur à magno deserto Arabiæ, quia immediatè suffocaretur præ siti, & periret in mari mortuo, &c. verte ergo ipsum, & mitte in regnum Æthiopiæ, vnde aliter

natiuus

natiuus est. Agmon ait, Imberbis est, & est quoque barbatissimus; Implumis, non volans, plumis quoque præditus est & volans, & si aquam ipsum dixeris, verum dicis, si aquam negas, non falso negasti. Alius ait, Bimater est, nam noster filius habet duos patres & duas matres, & quia charè nutritus est in igne, ideo nunquam moritur.

Belgus ait: Accipe illam arborem albam, ædifica ei domum rotundam, tenebrosam, & rore circumdatam, & impone ei magnæ ætatis hominem centum annorum, & claude domũ, ne ventus aut puluis ad eos perueniat; deinde dimitte eos in sua domo 80. diebus; Dico vobis in veritate, quod senex ille non cessat comedere de fructu arboris illius, donec iuuenis fiat: O quam miranda natura, quæ illius senis animam in corpus iuuenile transformauit, & pater filius factus est: Benedictus sit DEVS CREATOR OMNIVM OPTIMVS. Alius inquit, Fuerũt qui res gestas corporũ chemicorũ mutationes & aureum vellus deniq; post tot labores captum, lapidem vocatum Philosophorum esse arbitrentur, qui fit denique post tot corporum eorum mutationes. Basilius, Nam geminus ventus venire debet, Vulturnus dictus, ac deinde simplex notus appellatus, qui ab oriente & meridie impetuosè spirabunt, quorum motione cessante ita vt ex aëre facta sit aqua, audacter confides, quod ex spirituali corpore fiet. Alii dicunt, De his tribus rebus fili, magnum Draconem extrahes, qui est initium radicale, & principale firmæ alterationis; Idem & hac ratione allegoricè oportet dicere, quod magnus Draco est de 4. elementis, &c. Et, In isto liquore rectificatur magnus Draco. Idem, Et in omnibus habitat Draco, scilicet ignis, in quo est lapis noster aerius, hæc proprietas est in omnibus mundi compositis. Et, In menstruali fœtenti ignis contra naturam est, qui totum lapidem nostrum in quendam Draconem transmutat, fortem, gutturosum, qui ingrossat & imprægnat matrem suam. Alius, Quia ars semper indiget calce, id est, sua terra propria, in qua virtus mineralis posita est, maximè ad Mercurium indurandum. Huic Astratus respondet: postea ponatur in locum suum, & iterum coquatur, donec lapilli in siccum vertantur; postea coquatur igne fortiori, quousque lapis durior fiat, confringatur, ac in cine-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1506 sur 1557

rem conuertatur; ô quam pretiosus est cinis ille. Aziratus; Illum coquite continuè igne priore fortiore, & diruetur, confringeturque, ac in cinerem vertetur: ô quam pretiosus est cinis iste scientiæ filiis, & quam pretiosum est, quod ex eo fit. Riplæus, Exicca terram, donec illa sitiat calcinando, alioquin in vanum laboras. Idem, ea terra est fixa, vt possit perpeti omnem violentiam; pars altera spiritualis est; sed omnia illa in vnam rem debent conuerti. Mirandulanus, Sic, inquam, nonnulli interpretantur Atrei nuncupandum agrum, arietemve, vt descriptam auri faciendi potestatem lectoribus insinuent. Nam Atrei & Pelopis opes ex metallis fuisse, scriptum reliquit Callisthenes, Olynthius, Aristotelis & discipulus & consanguineus. Idem, Nec defuêre qui Tantali quoque diuitias tulerint acceptas chemicæ compositioni descriptæ in pellibus agni, Vnde sit & Pelopis filii, & Pelopidarum regnum longè lateq; propagatum, vt hinc absonum visum non sit, quæsisse Thyestem natu minorem Pelopis agnum, hoc est, in agni pelle faciendi auri compositionem exaratam, quam in arcanis habuerit natu maior Atreus, extorseritque Thyestes ab vxore fratris cognitæ stupro, ex quo & odia & cruentissimæ cœnæ Tragœdiæ. Meminerunt huius rei quanquam obscuro velamento & antiquissimi Poëtæ, & Cicero, Seneca, & Papirus. Cerus in Turba ait: Regite ipsum coquendo, donec crocus fiat excellentissimus. Ardarius: Et ecce apparebit vobis lapis Tyrius; Borates; Terite aqua sua, donec crocus fiat in colore aureo similis. Bonellus in Turba; Ista natura, cui humiditas adempta est, cum per noctes dimittitur, mortuo similis videtur, & tũ illa natura igne indiget, quousq; corpus & illius spiritus in terrã vertantur, & tunc fit puluis mortuo similis in suo tumulo. His peractis, reddit ei Deus spiritum & animam, & omni infirmitate ablata, confortata est natura nostra & emendata. Oportet igitur illam rem comburere absque timore, donec cinis fiat, qui cinis aptus sit recipere spiritum, animam & tincturam infusam: Inspicite filii doctrinæ, qualiter pictores nequeunt suis coloribus pingere, quousque eos in cineres vertant & puluerisent: similiter & Philosophi suis ægrotis sæpe nequeunt Medicinas componere, nisi fractas & puluerisatas: Quod si ipsum cinerem rexeritis subtiliter, multa ab eo procedẽt,

Philosophus antiquus: Complexio eius temperata & natura directa in caliditate, frigiditate, humiditate & siccitate, nec in eo aliquid superfluum nec dimi-

eo quod

eo quod æs, vt homo, corpus habet & ſpiritum. Alius dicit: Tinctura fit à natura volantium, & illud quod firmat & fixat ipſum ſpiritum, eſt fixum, & perpetuum, & incremabile, & nominatur ſulphur Philoſophorum, vel cinis extractus à cinere, vt Senior dicit: Quod fixum eſt, figit res fugitiuas. Idem, Terra fixat, aqua dealbat, aër penetrat, ignis colorat; Item: Terra ibidem relinquitur vt alia tria elementa in ea valeant radicari; ſi ipſa non eſſet, elementa fundamentum non haberent ſuperædificandum domum nouam theſaurariam. Gratianus: Ignis in aëre fit lux; ex oſſe fit calx; intendit exſiccationem illius humidi ſplendentis, vt vertatur in cinerem, de quo dicit Aziratus, & quam pretioſus eſt cinis iſte: Aer in ouo fit ſpiritus. Alexander ex Perſia ſcribit, Lupum & Canem in hac Argilla eſſe educatos, tamẽ à Philoſopho nobis indicatur, vtrumque vnam habere originem, Lupum ſcilicet ab oriente prouenire, Canem vero ab occidẽte ortum habere: de quo & ſupra: Iſte momordit illum, & iſte momordit iſtum, & fiunt rabidi ambo, & interficiunt ſe adinuicem, donec fiat ex eis toxicum & theriaca. Alius, Venite filii ſapientum, & nunc gaudebimus & delectemur ſimul, quia mors conſumpta eſt, & filius noſter iam regnat, ac rubeo ornamento ac carne indutus eſt. Et, Fili mi, ante omnia moneo te Deum timere, in quo eſt niſus tuæ diſpoſitionis. Lullius: Oportet enim matrem, quæ prius generat filium, inhumare in ventre filii, & ab eo generari. Item, Super matrem prægnantem ſeruum rubicundum æqualiter conde. Coniunge ergo ſeruum noſtrum ſorori ſuæ odoriferæ, & inter ſe filium gignent, qui non aſſimilabitur parentibus. Alius: Me igitur & filio

diminutum inuenies, aerem nutrire ignem, ſicut aqua terram, fige terrã & aquã: Quoniam ſi aquam benè occidiſti, etiam elemẽta occidiſti, & mortua ſunt. Alius: Qua nõſtra mortificat, illuminat; mõtificat, & viuificat, & apparere facit colores nigros, primo in mortificatione

eee 2 *corporis, dũ*

in terram conuertitur, & poſt medium apparent multi colores, & varii ante dealbationem, quorum omnium finis albedo, in commixtionem verò aqua & corpus fermenti præparati corporis infiniti colores apparent, & ſic apparet, quod vnum magiſterium eſt, ex vno & cum vno, & ſic ex quatuor, & ex tribus vnum. Item dealbatio eſt operis initium, & totius firmamentum, nec deinde in diuerſos colores variatur, præterquã in rubeum, in quo eſt vltimus finis. Alius inquit: Artifex noſtri operis primo debet lapidem ſoluere, deinde coagulare, quoniam opus noſtrum nil aliud eſt, quam facere perfectam ſolutionem & coagulationem albi. Nam niſi mutetur terra in aquam, nullatenus peruenitur ad perfectionem albi. Hæc ambo, ſcilicet ſolutio corporis & coagulatio ſpiritus erunt in vna operatione, & non fit vnũ abſq; altero. Diſſoluere corpus, & coagulare ſpiritum, eſt op⁹ maturare.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1508 sur 1557

lio meo coniuncto, nil melius aut venerabilius in mundo fieri potest. Idem, Me igitur meæ matri & suo pectori iunge; Quia suam substantiam facio continere: Noli ergo alienum nobis introducere, nec ab opere cessare. Nam omnis natura cum sua adunatur socia, & per eam perficitur; Mater me genuit, & per me gignitur ipsa; Ipsa enim primo dominabatur mihi; De cætero autem dominabor illi, quia persequutor matris meæ factus sum; priusquam ab ipsa accepi volatum; Ipsa tamen meliori, quo potest modo, sicut mater pia vouet & nutrit filium, quem genuit, donec ad statum peruenero perfectum. Idem, Liga ergo mulieris lactantis manus, vt non fugiat Gabricum, id est, virum, apponite sibi filium, quem genuit, vt lactet eum; quoniam cum mulier mortua fuerit, erit bufo grossus de lacte. Flamellus, Tum fœtus matrem deuorat patremque suum. Et, Matrem infige ventri sui fœtus, quem antea peperit, tum demum sibi pater erit, ac filius ex duobus spiritus perfectus: Coniunge ergo seruum nostrum sorori suæ odoriferæ, & inter se filium gignent, qui non assimilabitur parentibus. Alius Philosophus, Dicitur Iuno Saturni & Opis filia, Iouisq; soror & coniunx, & ante Iouem nata eodem partu, Reginaque esse Deorum & diuitiarum Dea, partubus & matrimoniis præfecta, quæ nihil est aliud, quam aqua Mercurii, quæ Iuno nominatur: Saturni ea de causa est filia, quod ab eo & eius terra destillat ac manat: Hæc terra dat opes siue aurum chemicum, quod vna destillet Iuno & Iupiter, siue aqua Mercurii, & sal in vna parte vasculi vitrei, ac in vase relictus: Cum verò prius effluat aqua Mercurii è vasculo, nascitur Iuno ante Iouem. Alius, Rem vilem accipias, ac eam facias suos amplexari parentes, quousq; penitus crepent, & sint veluti mortui. Ibidem, Argentum viuum est causa mortis suæ, quia ipsummet se ipsum interficit, & postea occidit patrem & matrem suos, & extrahit eis animas à corporibus, & epotat omnes ipsorum humiditates. Arnoldus inquit: Quis ergo faciet talem aquam? Certè dico, quod ille, qui scit facere vitrum: Hæc enim materia nihil aliud est, quam de se ipsa vult sibi adiungi; Nam omnia, quibus indiget, in se habet. Rasis, Cooperiorium equi pallium nostrum album, & equus nostet Leo fortis sub pallio coopertus. Bonellus: Propterea illa natura, cui humiditas ad-

empta

empta est, cum per noctes dimittitur, mortuo similis videtur, & tum illa natura igne indiget, quousque corpus & illius spiritus in terram vertuntur, & tunc fit puluis mortuo similis in tumulo; His peractis reddit Deus spiritum & animam, & omni infirmitate ablata confortata est natura nostra & emendata. Oportet igitur illam rem comburere absque timore, donec fiat cinis; qui cinis aptus sit recipere spiritum, animam & tincturam infusam. Alius dicit: Granum fixum est velut pomum, & Mercurius arbor; Non est igitur separandus ab arbore fructus, quia non potest aliunde nutrimentum accipere. Et mox, Quo denuo plantetur circa fructus ablationem, in fertiliorem terram atque nobiliorem, quæ plus nutrimenti dabit vno die, quam prior ager in centum annis exhibuisset, ob ventorum assiduam agitationem: Altera terra, quæ Soli proxima sit, crescere, vegetareque facit arborem continuo rore, & assiduo Sole in horto Philosophico, mane, vespere, dies & noctes, ac in singulas horas absque intermissione, lucente, arborque rore dulcissimo conspergitur, ac nutritur vno anno magis, quam in priore terra decem millibus. Alius, Similiter scias, quod maior radix huius operis est in inquisitione specierum, quæ sunt meliores ad hoc magisterium: Nam vnaquæq; minera multorum est generum. Augurellus lib. 2. Thalamum Nymphæ Philosophicæ sic depingit ac describit:

Est Lucus summo secreti in vertice montis,
Fons vbi decurrit nitidis argenteus vndis,
Et specus exesum tendens aperitur in antrum:
Intus habet præstans diuino numine virgo,
Ruricolæ Glauram prisco quam nomine dicunt,
Huc densos inter vepres angustus & asper,
Accliuisq; ægrè perducit callis euntem.
Vestibulum ante ipsum spelunca læuis & æqua
Planicies, non ampla tamen horrentibus vmbris
Cingitur ac fluuij ripis & margine Tophi

Hic autem cinis rubicundissimus impalpabilis in seipso, eleuatur etiam & credit scit in modū fermēti, & separatur ab eo in calcinatione prædicta terra nigra subtilissima & perlucida, quæ in fundo vasis sub dicto puluere rubeo reperitur, &c.

Hinc inde filius noster iam regnat ac rubeo ornamento & carne indutus est: Iam filius noster genitus Rex sumit tinctura ab

Obductâ igne; illum verò mare & tenebræ fugiunt, & Solis radios Draco fugit, qui foramina obseruabat, filiusque noster mortuus viuit, & Rex ab igne venit, ac coniugio gaudebit, & occulta apparebunt, filiusque noster iam viuificatus fit ignis bellator, & tinctoris supereminens.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1510 sur 1557

Obducta viridi muſco, ſpiſſisq; Corymbis:
Ingreditur verò ſi quis feliciter, omnem
Continuò labem humanam, mirabile dictu,
Exuit ac pondus ſubitò mortale relinquit,
Et purus penituſque leuis fit ſpiritus illi,
Quique aditus luſtret cunctos, agiliſq; feratur
Per cuneos, quibus in mediis ſedet aurea Nympha,
Aureus & circum thalamus, ſupraque renidet
Quin auri tabulæ pedibus calcantur euntum,
Atque ipſa ex auro ſplendet conflata ſupellex:
Taruiſiis, ne qua titubes, in montibus antrum
Hoc pete, qui rebus tantis primordia quaris,
Quodque illic viſum fuerit pretioſius, inde
Erue, nec ſumptu, nimio nec parce labori.

Alius ait, Venite filii ſapientum, & nunc gaudebimus & delectemur ſimul, quia mors conſumpta eſt, & filius noſter iam regnat, ac rubeo ornamento & carne indutus eſt: Iam filius noſter genitus Rex ſumit tincturam ab igne. Alius, Nuncio ergo vobis, quod niſi me interfeceritis, intellectus veſter nō erit perfectus, & in ſorore mea Luna creſcit gradus ſapientiæ veſtræ, & nunc cum alio ex ſeruis meis, & ſi ſcitetis ſecretum meum, ego ſum frumentum ſeminatum in terram puram, quod naſcens creſcit & multiplicatur, & adfert fructum ſeminanti. Ibidem, Ego enim ſum excellens, qui ex alto deprimo cuncta, & nullus ſeruorum meorum poteſt ſuper me, niſi vnus, cui datum eſt, quod contrarius eſt mihi, & ipſe deſtruit me, non tamen deſtruit naturam meam, &c. de hoc & ſupra. Verum confiteor, peccator ſum, quod cum matre mea, quæ me prius in ſuo ventre portauerat, conſueui multiplicare filios meos, & cum ipſa cōſueui delectari, & amicabiliter amplexari, vt ex ea & per eam poſſim mihi ſimiles augmētare & multiplicare, iuxta illud, pater eius Sol, mater eius Luna. Hinc alius, Oportet matrem, quæ prius generat filium, inhumari in ventre filii, & ab eo generari. Alius, Coniunctionem facito ac animam exinde, ita vt in æternum ab anima non ſeparetur. Facito nuptias, inquit Geber, ac ſponſam cum ſponſo in lecto colloca, ac lectum eius rore cœleſti irrorabis, atque ſponſa filium concipiet, is Rex

Senior; Hæc eſt virtus fœminæ, quæ fœminā fecerat in die-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1511 sur 1557

erit in omnes tribus eius, omneſq; hoſtes eius pacem cum eo inibunt, ac rubro diademate coronabitur; Rexque æternitatis permanebit, atque nunquam dominationem amittet.

Alius Philoſophus dicit: Quia terra nigra, in calcinatione ſeparatur à commixto, quæ alias fuerat in toto opere inſeparabilis propter fortiſſimam vnionem; & ideo neceſſe fuit per fortiſſimum artificium ſeparari: Et ſi remanſerit commixta, propter ſui impuritatem, impediret puræ materiæ ingreſſum.

Alius inquit, Et ſi bene intelligis, hic iacet noſtra tota Philoſophia, & notandum, quod in occulto noſtri lapidis eſt caliditas & ſiccitas, & in manifeſto frigiditas & humiditas, quare oportet eum manifeſtum occultari, & caliditas, quæ eſt in occulto, eſt elementum oleum, quæ eſt ſiccum, hoc enim ſiccum figit ſiccitas, ignis tingit, illud autem quod eſt in manifeſto, eſt frigiditas & humiditas, oportet ergo habere proportionem inter iſta, vt frigiditas & humiditas ſint contemperata caliditati & ſiccitati, quæ erant in occulto, illa quædam frigiditas & humiditas eſt fumus aquoſus & aduſtiuus, qui corrumpit & parit nigredinem, & ille lapis eſt alterius virtutis, & naturæ in occulto: & alterius in manifeſto, ſed in integra commixtione & eiuſdem virtutis & naturæ. Et ſic mutatur ſpiritus in corpus nobiliſſimum, deinde fit currens & oleum, quod eſt tinctura vera, multiplicatiua, conſolidatiua, caloratiua, declaratiua, purgatiua, & confirmatiua. Alius, Complexio eius eſt temperata, & natura directa in caliditate, frigiditate, humiditate, & ſiccitate, nec in eo aliquid ſuperfluum nec diminutum inuenies, aërem nutrire ignem, ſicut aqua terram, fige terram & aquam, vt aër poſſit figi in aquam: Quoniam ſi aquam benè occidiſti, etiam elementa occidiſti, & mortua ſunt. Alius Philoſophus: Tota operatio noſtra non eſt aliud niſi extractio aquæ à terra, & huius aquæ ſuper terram dimiſſio, donec terra putrefiat. Hæc enim terra cum aqua putrefit & mundificatur: cum mundata fuerit, auxilio diuinitatis totum magiſterium perficitur. Et alibi: Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Alius ſic ſapientiſſimè infert; Si dextrè capis: Hic eſt ſpiritus Domini Moſaicus incubatu ſuo actuans aquas. Lux primæua, qua lucent micantq; aſtra, & interranea omnia vigent ac fouentur. Hæc eſt Zoroaſtri Trias,

diebus, ſignificat animã, quæ eſt virtꝰ fœminæ, quã fecerunt maſculũ, cũ coagulatur & figitur in igne, & fit maſculꝰ calidus, & ſiccus, per idẽ quod acquiſiuit à parte ignis, & nominatur tũc maſculus, & nominant hãc aquã coagulatã nomine cuiuslibet maſculi: Deinde deſponſauerũt eam, & ipſe eſt extra ea, & ipſe eſt radix eius, & coagulatio eius.

Trias, quæ in toto mundo lucet, cuius Monas est Princeps: Pupilla & Minerua mundi Hermetis, ob quam superius, sicut id quod inferius, & vice versa inferius, sicut id quod superius ad perpetranda miracula rei vnius in tabula smaragdina esse dicebat. Hæc est sphæra Pythagoræ, cuius centrum viget, circumferentia verò nusquam apparet: παναρμία Empedoclis, ob quam Hippocrat. Omnia in omnibus esse affirmabat: Atomi Democriti per aërem volitantes: Ignei Dii Heracliti: Halitus Archimedis: Auicennæ Calco Dea: Vnum omnia Parmenidis: Infinitum Melissi: πανδοχεῖον & Idea Platonica: Spiritus mundi,

Qui cœlum, ac terras, camposque liquentes
Lucentemque globum Lunæ Titaniaque astra
Intus alit.

Hæc est anima vniuersi, ob quam omnia in omnibus inueniri, in infimis suprema, in supremis infima: In cœlo terrena; sed cœlesti modo, in terra cœlestia; sed terreno modo Proclus dixerat: cuius quodammodo plena omnia Aristot. 3. de generat. animal. 11. scripserat. Hæc est natura, nihil faciens frustra, 2. Phys. 6. Deo & menti socia: potentia per vniuersum mundum penetrans, terramque omnem & mare, ætheraque & Solem & Lunam, & totum cœlum exornans. 1. de mundo cap. 6. ἡ ἐν φυτοῖς τε καὶ ζώοις καὶ διὰ πάντων διήκουσα ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία. Igneus vigor Maronis, quem portauit ventus in ventre suo, & Adam ex paradiso: Benedicta viriditas, ens seminis & virtutis, totiusque naturæ thesaurus inexplicabilis. Item, Decet omnes, quicunque aurea hesperidum poma captant, primum Leonis orientalis sanguinem, quem ex rore cœli & pinguedine terræ conceptum, in maris mediterranei fluctibus Vesta Neptuno obstetricans excepit capere; tàm à realgare combustibili, oceani salsedine & tartareo cœno depurare. Tandem familiari tempore prægnantem Latonam tantisper fouere, dum stipendatum virtutum geminos, masculum & fœminam exclusert. Vtrumque tunc seorsim, & pro suo quemque genio decenter educare. Ac Dianam quidem, vbi proprio in balneo cryst. lauarit, sapore sapientum dealbauerit, & lacte virgineo adconsistentem vsque ætatem enutriuerit, purpurea stola, pretiosque carbunculis, rubinis & coralljs nitentem germano suo Apollini

deipon-

deſpondere, & connubiali fœdere iungere. Huius enim fœcundo ſemine ingrauidata, poſtquam elapſo menſium curriculo ignis cum aqua in gratiam redierit, exoptatum illum tot votis, ſtudiis & ſumptibus Phœnicen, qui non ſibi tantum perpetuare vitam, ſed & humanam prorogare valetudinem, & omnia entium perficere genera, vereque aurea reuocare valeat ſecula, pariet. Atque hic eſt balſamus ſoterius Huech Theodoton, Elyxir vitæ, & reſtauratiuum vniuerſale, quod datum & fundatum in natura hominum bono. Verè miraculum rei vnius, theatrum ſecretorum, myſteriorum ſpeculum, paradiſus felicitatis, & arbor vitæ. Cuius ſalutifero fructu quicunque diuina benignitate particeps factus eſt, promulſidem quandam æternæ beatitudinis hic capit, ſpretiſque omnibus vel minis, vel illecebris mundi, vni Deo & proximi ſaluti mediis tranquillus in vndis, vacare diſcit, ac ceu ἀποθεώσει quadam in cœlum ad Angelorum conſortium euectus eſſet, perpetim deuoteq; cum Cherubim & Seraphim pſallit: SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS, DOMINVS DEVS ZEBAOTH, cuius glorioſum nomen benedictum in ſecula. Idem pergit: De vſu huius chelidoniæ importunus ſim, ſi multum diſputare velim. Quia enim ἄποιός eſt, ἄνυλος, mitis & blandiſſima, quæ nec vlla qualitate exuperat, nec deficit in neceſſariis, eam & cuilibet, & quouis morbo tempore, ſtatu vel genere exhibeat, licet. Quia πάνυχρηςος eſt, totiuſque naturæ opes per machinam mundanam diſperſas, aſtraliter in inuiſibilibus ſuis theſauris concentratas continet, nulla poteſt eſſe tam rebellis aut ſontica ægritudo, cui non vel vnicum pretioſiſſimæ iſtius Antidoti granum æquiualens ſit, & πανήεις εισόλομος. Hæc nempe diuina Ambroſia & nectar eſt cœleſtium: Sanguis Gorgonius à Pallade Æſculapio communicatus: Nepenthes Helenæ ἀχολὸν τε κακῶν ὑπίλησον ἀπάντων: Molus Mercurii ad omnes morbos Vlyſſi traditum, quo Phœbus Draconem extinxit, & Medæa Æſonem iuuentuti reſtituit: Baſiliſcus Philoſophus, qui repentè & inſtar fulguris conſumit, quicquid impuri vel heterogenei in microcoſmo: Sol denique cœleſtis, qui radium vitalem influendo organa omnia renouat, ſopitamque naturam reſuſcitat, & balſamica ſua virtute omnem putrilaginem arcet, corruptelam aufert, cruditatem maturat,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1514 sur 1557

turat, inque ſanitatis vigore ad fatalem vſque exodum hominem efficaciter conſeruat & tuetur, &c. Poſtea ait: Hoc Elixir noſtrũ, vt metallorum lepram curet, & in Solis ſphæram ignobiliores Planetas exaltet, prius fermentari debere auro, ad hoc vt perua-dat corpus metalli, & tingat in aurum. Nihil enim tingit niſi tinctumũ. Cæter fermento hoc ſubactum cum fuerit aquetur in Lunam ac Saturnum, vel aliud minerale, pro rami aurei effloreſcentia ſeminari poſſe, nullus dubito. Eadem proiectionis ratio, eadem tranſmutationis efficacia. Et hinc & illinc germinat aurum. Idem aſtrum, idem ſemen, idem fructus. Igitur vt lapis metallicus omnium metallorum corpora deſpumatis ſcoriis in aurum transformat: ſic animalis corpora morboſa omnemque binarii litem harmonicè componit, & ſublato fomite ad cõcordiam empedocleam, ſeu æqualitatem Phyſicam, & Monadem Philoſophicam parili lege reuocat, & amicè conformat. Etſi vero tantæ Gazæ inuentio non minus abdita ſit, quam Motus illius Homerici, cui nigra ſubeſt radix, lactiſque albedinis flos eſt, nec niſi Aquilinis Philoſophis, qui multum in gratiæ & naturæ ſchola orando & laborando ſe exercuerunt, tãdem ſe offerat: præſtat tamen, ſi non perficiendi ſpe, ac experiendi voluntate quouſq; Dei munere datur, inueſtigando contendere, quam faſtidioſè, ceu quondam vulpecula noros & noctua Solem criminari. Quin ſi ea quæ Reipublic. magis profutura ſunt, maiori ſtudio ab hominibus exquiri debet, ſanè diuina illa & ſacratiſſima ars, quæ leuandis naturæ humanæ incommodis, penuria, inſcitia, & morborum iniuriis operam gratam inſumit, quam maxima alacritate proſequenda fuerit. Nec enim ſomnolentis & oſcitantibus, ſed induſtriis & quærentibus ſeſe ſpectandum demum exhibet. Et quidem facilius, quam qui ſui ingenii nequiſſimi ſunt Doctores, vel iniquiſſimi naturæ contemptores. Itaque queîs de meliore luto finxit præcordia Titan, & præter expeditam iudicii bonitatem, apodicticam rerum naturalium cognitionem conceſſit Pyrotechnia, vnum hoc omnibus ingenii neruis agant, licet. At qui minorum gentium ſumus, ita ſtudia noſtra temperare decet, vt ſi fortè Penelopes fauore cadere nos contingat, famularum tamen & familiarium Venerum ἀνλέρωλα experiri, iiſque ſuauiter fruiſci poſſimus.

Cogi-

Cogitemus illud Tullianum, prima sequentes honestum esse in secundis, tertiisque consistere. Nec pusillanimitate nimia, quod optimum vel difficilimum statim desperandum, nec quod ab hoc recedit, contemnendum esse. Cum in rebus præstantibus illa habeatur optima, quæ optimis sunt proxima. Et verò tantas Deus in terræ præsertim gremio recondidit pharmacoporum opes, vt si solers artifex accedat, qui ritè explicare norit, mirifica actionum fertilitate conspicuas balsamicæ scientiæ rationes in microcosmo theatro edant, vitalibusque potestatibus catholicæ Medicinæ si non æquant, attamen æmulentur, & proximè referant vires. Exemplo sit Antimonium, cuius lilium tam multiplici balsami virtute viget, vt plurium morborum radices penè solum extirpet. Eius arcanum, quasuis impuritates tartareas pro naturæ instinctu, modo per secessum, modo per vomitum, nunc per vrinam, nunc per poros expellit. Longè vero efficacius, ceu quædam indomiti Herculis claua eadem vitale Mercurii astrum exterminat, vt nihil dicam de reliquorum metallorum, mineralium ac gemmarum magisteriis, quibus cum omnis generis dolores sopiri, tum venena extingui, sanguinem irradiari, mumiam refici, morborumque radices auerruncari, cottidiana fidem facit experientia; Horum omnium sufficientem tenebris demonstrationem in 2. libr. Basilicæ meæ chymicæ, de Metallis ac mineris, &c.

Quando autem hæc sapientũ scripta & hieroglyphica multis caliginosis ænigmatum obscuritatibus referta, nec nisi ab Oedipo quodam & adepto Philosopho, seu perfectissimo naturæ consulto intelligi possunt, nunc mihi non sumo explicanda: sed ad quam ipsi prouocant, suaque referunt omnia naturam, eius vt magisterio sapientum opus adumbrem, propero; Idque non eo animo, quod consummatam diuinissimæ artis gloriam mihi arrogare, vel exquisitius singula definire velimus, sed quod problematicè, & ἐν πλάτει, (coniuncta mente Philosophorum ac sapientum) proponere, & manifestare, quæ ad rem præsentem facere ratio dictitat.

Videamus itaque illud, à Philosophis nuncupatum aurum Dei, plumbum sapientum, aureum istud Iasonis, vellus Amaltheæ cornu, Pandoræ pyxis, potens Ereστrum ex abysso Moysis,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1516 sur 1557

nocte Orphei, orco Hippocratis, puteo Democriti, Iliastro Paracelsi protractum, ac luci hominum expositum.

Ante diluuium Hermes testatur, hanc artem gentibus fuisse notam, & nisi hoc artificium per naturæ & artificis auxilium existeret verum miraculum, vix aliquis ad veritatis tutinam reuocaret, & sophorum hanc scientiam, (non imperitorum) pro nihilo haberet. Hoc donum Dei sola illuminans gratia diuina nostrę-que mentis, quærit patientem & religiosam humilitatem in nobis, ocularem nostræ naturæ nobis impertitur demonstrationem, alienos à Deo fugit, amorem erga proximum, egenum in timore Dei ad memoriam reuocat, in tacito & piè gaudenti sinu requiem postulat. Thrasones glorioſos & literatos irrisores contra suam ipsorum conscientiam irritat, sceleribus calumniis & vitiorum plenis hominibus tenebras inducit. Hæc Regia arx ac domicilium, in sanctissimæ Philosophiæ mysteriis solam DEI naturam cognoscit, perspicit, & ad hospitii leges sacras inuitat, filios scientiæ cogitatione sacra, animo diuinitatis pleno ad maiora (hoc sancto magisterio in mediocri statu consistente) rerum vix perceptibilium, attamen naturalium ac diuinorum, deducit & trahit. Sed quid de Diana triuna fine veste, & artium arte sine medio ædificio cœlesti absque foribus, & genitura absque semine loquar? En lucem illam, cuius beneficio vestem Deæ, mediatorem medii, ostium ostii, viam veritatis & linguam Philosophorum callere, videre ac persenticere disces: verum ne illotis manibus attingas, oculos mentis internæ ac spiritualis eò dirigito, ne forsitan tenebrosæ caligine suffocatus, nihil quicquam verborum, quæ aut ego aut Philosophi dicunt, cognoscas aut intelligas, si enim ante ostium pulsaueris, & lucem visurus, luce vtaris, si ambulare recta via quæris, tramite sancto innitaris, & in omnibus Christus tibi summus itineris comes sit, sic nihil quicquam secretorum inuenies, cuius ille non sit diuinus inuentor & creator. Quid ergo sit quod anteceſſores nostri tantopere quæsierint, hoc intellige, nihil quicquam aliud è rei veritate esse, quam ipsius naturæ, Dei ministræ, possibilitatem: illamque simplicem, vnam, veram, in suo esse integram, (quam Deus ante secula fecit, & spiritum ei inclusit) nostris ingeniis & geniis vbiuis obuiam. In hac simpli-

simplici natura omnes syncери Philosophi ac sapientes vnicè, tot tamque varia speculantia, versarunt, & quamuis ingeniis, vt ex nobis vix imaginari potuerunt, attamen simplici naturæ via manserunt legitimo modo quæsita, eaq; diuina annuente gratia, inuenerunt. Annon ipsa veritas? Natura & rerum generatio in orbe vilis simplex, ac si nullius momenti, existere videtur: Hæc ratio est, quod ingenia Philosophorum non ad res cognitas, sed res admirabiles, omnipotentiæ diuinæ participes, vixque perceptibiles, fuerint intensa & aptata: Et si hac via nobis imaginari posse-mus, forsitan & facilius succederet, & ante oculos nostros vera Philosophia ac naturæ cognitio aperta iaceret, hacq; ratione verum cursum DEI ministræ, & Philosophorum sensum prosequi possemus: An non natura hominum sic comparata apud omnes ferè est, vt negligat quæ sciat, & alia consequenter quærat; quid in hoc Philosophi veri naturalistæ! quidni multò magis singula ingenia, cuilibet enim homini natura subdita est, quærunt: Exemplum esto in artifice, annon ille, cum ad summum sui artificii apicem ac perfectionem deuenit, ad alia contendit, sin minus eò abusiuè vtitur, aut planè in definentiam definit: Tali modo & diua generosa natura agit, vsque dum ad vltimæ suæ actionis terminũ, (quod Philosophi Iliadum vocant, veluti Paracelsus hoc auro asscribit tract. de mineral. Iliadi vero semen esse aquam, libr. 4. tractat. 1.) peruenerit, postea ab opere cessat: Nam sciendum est, ab initio naturæ quædam indita & recapitulata est promissio, proinde vt in statu meliori orari, & per cursum integrum ad altiora & præstantiora euehi ac peruenire possit, in quo requiem plenissimam habeat, ad quam etiam summis laboribus atque conatibus contendit, suoque nobilissimo fine tendit, veluti Formica senio confecta in senectute, natura creatur alis. Tali ratione & nostra ingenia peruenta sunt, vt iam ferè ipsum Iliadum (qui naturæ vnus est, ipse solus Deus, qui & naturæ principium est, siquidem nullum finitur initium, nisi in eo, in quo incipit) tetigerimus, videlicet in perscrutanda Philosophica arte, & praxi lapidis seu vniuersalis Medicinæ.

Annon Chymia tot & tam varias subtilitates inuenit, vt vix maiores ac subtiliores erui & reperiri possint; Scias autem diffe-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1518 sur 1557

rentiam inter Chymiam, & artem Philosophorum, tanquam faber ferrarius, simplici à fabro horologiorum, ambo tractant ferrum, & neuter alterius scit laborem, an hic claues alter vero clatros, ambo tamen sunt in sua arte magistri: Differentia in propatulo est, quod vnus crassius, alter subtilius, & hoc non solum, verum hic ad manualia sua, alter ad signa & cœli sydera, ac planetas, qui horis diebus, ac minutis, &c. præsunt, suas operationes refert: neque etiam tali ratione sufficienter naturam inquirit, quia hoc ita esse & accidere oportere sibi præsumit, longè enim ab interna constellatione abest. Rex Philosophorum & pater Hermes, si hodie rediuiuus existeret, subtilisque perspicuitatis & ingenii Geber, simulq; Laimundus Lullius Hispanus Philosophus profundissimus, à nostris chymistis pro discipulis potius, quam magistris, scientiæ clarissimis, haberi forent. Vnde enim tot destillationum variationes, tot circulationes, sublimationes, calcinationes, reuerberationes, solutiones, præcipitationes, extractiones, & tot alia artistarum operationum genera, quæ huius nostri seculi homines ex illorum scriptis excogitauere atque falso sumpsere atque inuenere. Summum tamen atq; vnicum laude dignissimum nobis restat, scire, ipsum Philosophum hanc artem præter alios tenuisse, Alteram vero etiam nobis non laude sed vituperio dignũ, nobis hanc artem deesse, vt verò sciamus, quod ipsi fecerunt lapidem videlicet Philosophorum, seu tincturam Physicam, hic nodus hic cuneus. Nam dum stercora serimus, etiam ipsa metimus, qualis medicina, talis tinctura: quando illam quærimus, alia inuenimus, & nisi procreatio humana ita esset vsitata, & ius suum in eo natura teneret, iam à tramite vix non deuiaremus. Supra dixi, naturam vnicam esse, illamque integram tantum, per quam noster omniscius omnipotensque DEVS omnia facit, non quod sine illa operari nesciret, ille enim naturam & omnia fecit, propterea omnipotens rerum taliter sibi ita complacuit, & sua disposita voluntate fecit: iuxta id omne entia naturalia ex illa natura proueniunt, neque quicquam in orbe patet, quod possit existere extra naturam: Quantumuis aliquando fiant abortus & similima, non naturæ, sed vel artificis, vel loci, aut aliorum accidentium vitio euenit.

Hic

Hic arrige aures Pamphile: In 4. loca ſola integra natura diuiſa eſt, in quibus non ſingula, ſed omnia perficit atque operatur, quæ vltra apparent, & tamen ſunt in vmbra, ſiquidem res potius in vmbra ſunt, quam vt verè appareant: Mutatur in mare, & fœmina, & Mercurio aſſimilatur, quia ſe iungit variis locis, & ſecundum terræ loca bona vel mala res producit, licet non ſint loca mala in terra, prout nobis videtur: Scito autem quatuor eſſe elementorum qualitates, quæ omnibus rebus inſunt, in nulla autem concordant, ſemper vna excedit aliam: Sic natura non eſt viſibilis, quare? eſt ſpiritus volatilis, vti ſupra dictum, qui in corporibus officium ſuum peragit, & locum ſedemque habet ex præceptore ſuo Deo, agit tamen viſibiliter, & nobis hoc in loco ad nil aliud conducit, quam vt eius habitationem localem ſciamus ac perueſtigemus, per quam faciliorem & propinquiorem ad eam poſſimus pertingere aditum meatum ac viam, & vt ſciamus intelligere coniunctionem homogeneum homogeneo, ſimile ſimili, rem rei, ſecundum, & non contra, aut præter naturæ poſſibilitatem, neque lignum homini miſceatur, aut bos vel animal metallo, aut vegetale in minerali, ſeu minerale in animali, &c. ſed quod libet, vnumquodque agat in ſuum ſibi conueniens à natura ſimile, tali ratione omnia quæcunque deſiderabis, à natura impetrabis, ſuumque officium lubentiſſimè exequetur. Hinc qualis natura, talis eiuſdem erit cum ea ſcrutator, verax, ſimplex, patiens, conſtans, fidus, &c. & quod maximum, pius, DEVM timens, proximo non nocens, & non ſibi ſolum, ſed & aliis ſapiens. Deinde naturæ inquirens, diligenter perpendendo conſideret eum cũ natura propoſitum ſit vnitum, vel concordet, & an etiam in naturæ poſſibilitate habeat permanentiam, quod diſcet ab exemplis apparentibus, ex quibus videlicet rebus quæ fiunt, quomodo & in quali vaſe vel inſtrumento natura operationem requirat: ſi itaque ſimpliciſſimè aliquid es facturus, ſicuti natura ipſiſſima, ſequere eam, ſin verò ad altiora & præſtantiora pertendis, id animaduertendo conſule, in quo, & per quid poſſit meliorari aut euehi, ſemper in ſuo ſimili fiet, & gaudium honoris, veſtemque Dianæ reportabis: ſi, exemplo eſto, cupis metallum, noſtro intentamento, vltra eius captum, quam natura perfecit, iu præſtantia, virtu-

Natura eſt ſemieum in rebus ſecũdum Cora, tam in ſtercore, quam gemmis.

virtute aut excellentia altius promouere, naturæ florem accipere, metallicam accipere oportebit, & quoniam vt ſupra in mari & fœmina, hoc ſic agito, aliàs nihil efficies. Si enim ex lapidibus herbam naturaliter creabis, aut ex herbis metallum, ſanè fruſtrà & in vanum laborabis, ſicuti etiam ex beſtia & carne lignum non proferes nec produces. Superius dixi, Naturam in Dei voluntate & velle conſiſtere, propterea quod ipſam creauit, & omni impoſuit imaginationi, eodem modo natura perfecit ſibi ſemen, idque in ſuo velle per elementa, & quamuis illa ſit vnica, diuerſas tamen ſecundum locorum proprietates res producit, abſque ſemine vero ſiue ſpermate nihil quicquam operatur, nam naturæ inſtrumentum inſtar artificis alicuius eſt ſperma. Verum ſemen vniuſcuiuſque rei melius & vtilius eſt artifici quam natura ipſa: ſi naturam perquiſiueris ſine ſpermate, tantum efficies, quantum aurifer auro & argento ſine igne, aut agricola ſine ſemine, quod eſt granum hordei, frumenti, vel id genus alii. Veluti Deus in libero hominis arbitrio, ita ſola natura in ſpermate operatur: & hoc magnum ſtupendumque eſt miraculum, naturam non coactam, ſed de ſe ipſam, ſpontè obedire ſpernati; Ita & quæ homo vult, concedit omnia ex proprio ſuo velle, & neutiquam coactus. Et ideo homini dedit liberum arbitrium, ſiue ad bonum, ſiue ad malum. Sic ſperma eſt quinta Eſſentia & Elixir cuiuſq: rei, perfectiſſimaque rei digeſtio atque concoctio, Balſamum ſulphuris, & metallorum humidum radicale. Ex quatuor elementis generatur ſperma voluntate DEI & imaginatione naturæ: ſicuti enim maſculi ſperma habet centrum ſeminis ſui in renibus, ita quatuor incolæ ſeu domicilia mundi motu indeſinenti ſperma ſuum in terræ etiam centrum, à Polo Hemiſphærico per qualitates ſuas proiiciunt, vbi mediante igne aſtrali concoquitur & digeritur, denique motus cauſa, in lucem foras emittitur: Centrum terræ eſt locus vacuus, in quo nihil quieſcere poteſt. In circumferentia verò ſeu centri margine, quatuor elementa ſuas proiiciendo exercent qualitates, veluti mas ſemen ſuum emittit in vterum fœminæ, matrix verò non plus ſeminis recipit, quã ſufficiens naturæ portio requirit, reliquum foras expellit & reiicit: Eodem planè modo in terræ centro accidit, vt vis magnetica partis alicuius loci rem ad ſe contrahat

trahat conuenientem ſibi ad concipiendum aliquid, quod ſupereſt foras in lapides & alia excrementa eiicitur: Omnes enim res in mundo ex vno nutriuntur fonte, ex quo etiam originem habent: Exemplum præſtò ſit, ad manus ſit vaſculum plenum aquę, hoc in menſæ planæ medio collocetur, ab extra verò & circumcirca ponantur res variæ, coloreſq; varii, ſalia & id genus alia, &c. vnumquodque ſeparatim: poſtmodum aqua in medium effundatur, ſic videbis illam aquam hinc inde diffluere, & dum colores varios hos & illos riuulos attinget, pro diuerſitate colorum ſeſe mutabit, ſi rubeum colorem, rubefiet, ſi flauum, flaueſcet, ſi album, albeſcet, & nigrum, nigrefiet, &c. ſi ad genus ſalis certè eius ſaporem induet, & ſic de cæteris intelligendum eſt. Hic audis clarius, quod aqua non mutat loca, ſed locorum diuerſitas mutat aquam. Similiter è terræ centro ſemen vel ſperma à quatuor elementis in centrum proiectum ad varia tranſit loca, & res naturatur ac informatur ſecundum naturam loci & ſitus; ſi ad locum terræ vel aquæ peruenit puræ, res inde euadit pura, ſin minus, fit impura. Sperma & ſemen rerum omnium vnicum exiſtit, attamen generat res varias, vti ex hoc exemplo conſtat: Maſculi ſemen nobile, generationis hominis cauſa creatum eſt, nihilominus ſi à viro abutatur, quod conſtat ex eius arbitrio & voluntate, naſcitur abortus ſiue abortitur: ſi enim contra grauiſſimam inhibitionem Dei, vir coiret cum vacca, aut alia beſtia, quam facilè fieri poſſet, vt beſtia viri conciperet naturam, quia natura non eſt niſi vnica, hinc non homo, ſed beſtia & abortus naſceretur, ratio, quia ſemen non inuenit ſibi locum coordinatum & competentem. Sic accidit, ſi ſperma intrat centrum, naſcitur inde quod naſci debebat, ſed cum iam in deſtinatum locum peruenit, & fit cõceptus, formam amplius non mutat, ſed dum in centro adhuc eſt ſperma, æquè facilè ex eo produci poteſt arbor, quam metallum, tam cito herba, quam lapis, vnus tamen altero pretioſior, ſecundum loci puritatem & impuritatẽ: Sed quomodo elementa ſperma generent, ita accidit; Quatuor ſunt elementa, duo grauia, duo leuia, duo ſicca, duo humida, ſed vnum maximè ſiccum, & alterum maximè humidum, ſunt maſculina & fœminina, &c. Horum quodlibet per ſe eſt promptiſſimum ad producendas res ſibi

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1522 sur 1557

vndiquaque ſimiles in ſphæra & domicilio ſuo, ita quod voluit Altiſſimus. Hæc quatuor inquieta manent, ſemperque inuicem ſunt agentia, quodlibet vero per ſe ſuum emittit homogeneum connatum internum, in centro vero ſunt conuenientia. Archæus verò naturæ ſeruus, ſpermata miſcendo foras expellit & eiicit. Hactenus dictum eſt de natura eiuſdemque ſcrutatoribus, item de operatione naturæ in ſemine, & generatione ſeminis ab elementis, attamen non ſufficit omnia ſcire & intelligere quid velint Philoſophi, & quoniam maximum ſecretum in metallis occultum, primo fiet mentio, quomodo per artem natura operetur in ſemine, deinde dicemus de eorum naturali in viſceribus terræ generatione. Semen per ſe nullius eſt momenti, niſi vel artifex mediante arte, vel ipſiſſima natura in debitam homogeneam ac conuenientem ſibi matricem adaptetur, quantumuis ſemen omne creaturam ſuam nobilitate ſuperet & excellat, tamen totalis & eſſentialis eius vitæ conſtitutio conſiſtit in matrice & loco, inde fit putrefactio ſpermatis vel grani, purique puncti vt in congelationem abeat, cauſatur, inſuper propter calorem ſui proprii corporis illum nutrire & creſcere facit, accidit que naturaliter, non ſolum per menſes verum per annos & viciſſitudinem temporum in omnibus tribus regnis. Quod in regno minerali & vegetabili artis abbreuiatio locum habet, idem non in animali eſt, in minerali ſolummodo hoc perficit, quoniam natura non poteſt, in cauſa eſt aër crudus, qui ſua violentia cuiuſuis corporis impleuit poros, non etiam in viſceribus, verum in ſuperficie terræ, vt ex hac præfatione multifariam conſtat. Dilucidius ſic intelligi poteſt, Elementa ſemen ſuum certanter inter ſe proiiciunt in terræ centrum, veluti renes in microcoſmo, centrum motu ſuo remittit in matricem, ſi pura matrix, purum dat fœtum & vice verſa, ſunt autem matrices innumerabiles, quot loca, tot matrices, vna purior altera, & ſic ferè in infinitum. In animalibus ſunt matrices hominum, equorum, canum, vaccarum, &c. In minerali & vegetabili ſunt mineralia, metalla, ſalia, &c.

Metalla ſic produci ſcias; quando Elementa quatuor, ſuas in terræ centrum proiiciunt virtutes, Archæus naturæ ſeruus deſtillando in ſublime ducit vel ſublimat, idque gratia caloris & motus

motus perpetui in terræ ſuperficiem. In terra enim vtiq; ſunt pori ac in microcoſmo, & ventus deſtillando per terræ poros in aquam ſeu Mercurium fit reſolubilis, ex qua res naſcuntur omnes. Hic ſubſiſtendum pauliſper, & audiendus Paracelſus tract. 1. de mineral. Mirabili, inquit, conſilio DEVS conſtituit, vt prima materia naturæ eſſet aqua, mollis, lenis, potabilis: & tamen fœtus ſeu fructus ipſius durus eſt, vt metalla lapides, quibus nihil durius. Duriſſimum ergo ex molliſſimo, ignis ex aqua oritur præter captum hominis. Cum vero elementum aquæ matrix ſit mineralium præter captum, id non eſt naturæ, DEVS enim miram ſobolem ex matre produxit. Contemplemini hominem à matre. Quilibet ſui ſenſus & proprietatis eſt, non ſecundum corpus, ſed ſecundum naturam. Ita & metalla omnia ſecundum corpus aqua ſunt: ſecundum proprietatem autem ſunt mineralia, lapides ſunt marcaſitæ, &c. *Et ibidem dicit:* Si ergo aqua eſt elementum, eſt matrix, eſt ſemen, eſt radix omnium mineralium. Archæus autem in ea eſt is, qui in natura omnia diſponit & ordinat, vt quoduis ad vltimam ſuæ naturæ materiam perducatur. De natura ſumit ea homo, & ducit ad vltimam materiam ſuam, hoc eſt, vbi natura deſinit, ibi homo incipit. Et materia vltima naturæ eſt prima hominis, diſſolutioque naturæ per artem facta eſt vltima materia hominis. Hactenus Paracelſus. Ex his ſciant filii Philoſophiæ ac doctrinæ, qui Archæus in opere naturæ præualeat, vnde intelligimus, metallorum ſperma non eſſe ſpermate rerum omnium, intellige vaporem ſublimatum humidum: Ideoque fruſtra quærunt Artiſtæ metallorum reductionem in materiam primam, quæ tantum vapor. *Heus quid Paracelſus eodem citato loco ait:* Placuit in principio DEO, vt vnum elementum faceret aquam, cui indidit vim generationis mineralium, vt ita ſubinde creſcerent, & ſic deinceps humanis accommodarent vſibus. Aquam, inquam, tali munere deſtinauit, vt matrix eſſet metallorum ac mineralium, licet illa aqua ipſis minimè ſimilis ſit. Qua ordinatione id diſcriminis & prudentiæ obſeruauit, vt ex vno elemento fierent metalla, gemmæ, lapides & vniuerſæ mineræ, item ligna, &c. Et licet fructus diſſimilis ſit ſuæ matri: ſic tamen DEVS voluit, vt quoduis fieret ſecundum ſuam naturam. Aliud eſt

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1524 sur 1557

auis in aëre, aliud piſcis in vnda. ſic neceſſe eſt hominem fieri, quod non eſt. Quicquid in vltimam debet abire materiam, id neceſſe eſt aliud quid fieri à ſuo principio. Principium enim nulli prodeſt. Iam vero in aqua materia ineſt prima, vt ignis, ſal & Mercurius, quæ diuerſis aliquot conſtant naturis. Hæc omnia dependent à DEI poteſtate, qui ſuam voluntatem in his completam voluit, &c. Ad noſtra: Hinc intelligere licet Philoſophos non intellexiſſe illam primam materiam, ſed ſecundam, de qua in ſequentibus conſiliis ſapientum pluries perſpicies, inprimis vero, ſi Bernhardum Treuiſanum intellexeris, hic dilucidius quamuis ænigmaticè tibi explanabit, loquitur enim philoſophicè, ſed ſolummodo cum filiis doctrinæ. Dico tibi, materiam eſſe mollem, & vbicunque ante oculos, non indigens tot ſolutionibus, circulationibus ac calcinationibus, ſed præcaueant artiſtæ à tot deſtillationum reiterationibus, in duro enim fruſtra quæritur, quod per ſe ſat ſufficienterque molle eſt. Filii artis hoc intelligere debent, ne ſyllabas pro ſenſu ſcriptorum capiant, ſed vbi natura deſinit, videlicet coram oculis noſtris perfectis corporibus, ibi arte inchoandum primum, quod noſtri operis erit initium capiendum: retrogrediamur porro ad materiam metallorum. Supra dictum eſt, res naſci ex aëre liquido vel vapore, quem elementa ſuo motu in terræ viſcera ſtillant, hic poſtquam Archæo traditur, per poros ab eo ſublimatur, vnicuique loco ſua ſagacitate tribuitur, ſicque variorum locorum diuerſitate, res naſcuntur variæ. Verum ſunt quidam in ea opinione, Saturni aliud eſſe ſemen, aliud auri, & ſic etiam de reliquis metallis, ſed nulla & vana ſunt: Vnum eſt tantum ſemen Saturni, Lunæ, Martis, auri, &c. Loci diuerſitas facit ſi rectè cupis inſtrui, & quam in Luna natura citius quam in Sole fuerit operata & deſierit, & ſic de reliquis: Quando enim vapor ille humidus ex centro terræ ſublimatur, tranſit per loca ſicca vel calida: ſi per loca pura & calida vapor tranſit, vbi parietibus ſulphuris pinguedo adhæret, tum dictus vapor, quē Philoſophi ipſorum Mercurium dicunt, applicat & accommodat ſeſe, iungiturque illi pinguedini, quam ſecum in ſublime trahit, & fit vnctuoſitas relicto nomine vaporis, accipit nomen pinguedinis, quæ poſtea veniens ſublimando ad loca alia, quæ iam vapor

antece-

antecedens purgauit, vbi est terra subtilis, pura & humida, im- *Generatio*
plet poros eius, & iungitur illi, & sic fit Sol: Si verò pinguedo il- *Solis, Sa-*
la venit ad loca impura, frigida, fit Saturnus: Si verò talis terra *turni, &*
pura sit, & mixta sulphuri, fit Venus, &c. Quo enim magis de- *Veneris.*
puratus & purus est locus, eò pulchriora euadunt & redduntur
metalla, nam sciendum est, quod ille vapor continuè egreditur,
ex centro ad superficiem, eundo purgat loca: Exinde fit, quod
etiam hodierno die mineræ reperiantur in illis locis, vbi ante mil-
le annos nullæ sunt repertæ, nam progressu suo semper subtiliat
crudum impurum, purum successiuè secum trahens. Hæcque est
reiteratio, & castæ naturæ circulatio, producendo enim tam diu
sublimatur res nouas, donec locus optimè depuratus fuerit, quo-
que magis ac magis fit depuratio, eò nobiliores & præstantiores
fructus in lucem producit, hyeme cum aër existit frigidus, ter-
ram arctissimè constringit, inde congelatur ille vnctuosus vapor,
redeunte verò vere, vna cum terra & aqua commiscetur, & fit
magnesia ad se trahendo, recipiens similem sibi aëris Mercu-
rium, qui vitam impertit omnibus tribus Philosophorum po-
sitiuis, per radios Solis, Lunæ, ac stellarum, & sic gramen, flo-
res, herbas, arbores, & similia profert. Natura enim, ne mo-
mentum vllum otiari potest! Quando vero metalla procreen-
tur, id fit longa destillatione, quæ terram purgat, postea ac-
cessu pinguedinis ea generantur, & alio modo non proueniunt.
Lapides etiam omnis generis eadem generantur materia, secun-
dum puritatem locorum videlicet: A destillatione vaporis qua-
tuor elementorum in terræ centrum, Archæus eum foras proful-
tare cogit & sublimat, hic per poros ad superficiem terræ impuri-
tatem secum rapit, hunc sublimatum congelat aër, & quod con-
gelauit aër crudus, creauit & posuit aër purus, fit enim ingressus
aëris in aërem, sic etiam amborum coniunctio, sic natura natu-
ram amplectatur, fiuntque petræ ac montes, secundum magni-
tudinem & diminutionem pororum, à maioribus terræ poris
transit maior quantitas aquæ, & eo melior fit loci purgatio, per
tale enim perspiraculum maior etiam permeat caliditas, eoque
citius terræ fit depuratio, & consequenter iis in locis habilius est
& commodius, vt nascantur metalla, teste ipsissima experientia,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1526 sur 1557

veluti enim aurum nullibi reperitur, nisi in montibus (& a quis, de quo alibi) quod in planitie nisi raro fieri nequit, talia enim loca sæpissimè humida, non quidem vapore, sed aqua elementali, quæ secum trahit & amplectitur cum vapore illo, ita vt tam facilè ab inuicem non fiat separatio. Digerens autem & conçoquens postea ignis solaris cœli, exinde Argillam efficit pinguem: In locis verò vaporosis & arenosis, secum non gerit pinguedinem, vel sulphur, ibi herbæ & gramina creantur. Reliquæ gemmæ eodem modo sic generantur, quando vapor naturæ per se ostendit ad sublimationem, non accedente pinguedine aut sulphure, cum autem peruenerit ad locum aquæ puræ salis, fiunt Adamantes, hoc vero in locis frigidissimis. Hinc scire est, spiritum aquæ facili motu caloris sublimari, econtra verò pinguedinem maiorem requiri calorem, in que locis calidis, & quamuis quod ex centro vno progreditur, leui congeletur frigore, & sic subsistat: sic & vapor ad loca debita ascendens congelatur in aqua limpida pura in lapides seu gemmas, idque granulatim. Colores gemmarum sic fiunt: Motu perpetuo sulphuris pinguedo abit in congelationem, postmodũ aquæ spiritus transeundo digerit, & purum reddit gratia salis, vsque dum colore rubeo vel albo digesto aut concocto colorem induat, qui postmodum color cum illo spiritu subtiliato ad meliora tendit, perque tot destillationes reiteratas cum spiritu sublimatur, interim spiritus potentiam habet intrare res imperfectas, sicque fit introductio coloris, qui postmodum ex parte iungitur aquæ illi congelatæ, impletque poros eius, fixaturque cum ea fixatione indissolubili atque inseparabili. Omnis aqua quæ est sine spiritu, congelatur calore, sin verò habet spiritus, congelatio fit à frigore, & qui scit congelare aquam calido, & spiritum cum ea iungere, certè rem inueniet millies pretiosiorem auro & omni re. (Si sapis, Philosophorum ex mente perpende hos libros, & alibi oculi aperientur). Porro artifex efficiat, vt spiritus ab aqua fiat separatio, mandeturque putredini, & apparebit granum, fœcibus iam dum reiectis reduc spiritum ex alto in aquam, vt inuicem coniungantur & fixentur, & si hanc coniunctionem simul probè obseruaueris, videbis generationem coniunctionis parturam ramum dissimilem forma parentibus.

Hæc

Hæc de generatione metallorum ac gemmarum, paucis de materia prima, secunda eius denique recapitulatione faciemus & instituemus verborum sensa. Duplicem dicunt Philosophi materiam primam, sine qua tamen duplicatione nullum metallum creari potis est: Principalior, quæ prima est, hanc Philosophi Mercurium nominarunt sapientum, & est humidum caliditate aëris permixtum: hic Mercurius radiis Solis & Lunæ gubernatur in mari Philosophico: Materia secunda est terræ caliditas sicca, quam Philosophi nuncuparunt sulphur, eamque maximè occultauerunt, sigilloque silentii insignitum, vt verò paulò lucidius de illa quid constet, explicabimus ex mente Philosophorum, & inprimis locatio nostra erit de pondere, omnia enim hoc ignorato destructa iacent, & inde etiam fit, vt ex bono semine fiat abortus. Nonnulli totam substantiam corporis pro materia seu semine recipiunt, alii particulam, & hi omnes à vero genuino tramite & via recedunt ac declinant. Nam si quis mulieris manum, & viri reciperet pedem, hisque vellet creare hominem, annon impossibile! imo sane. Scito ergo, in quolibet corpore corporato est centrum, vel locus adaptatus seminis vel spermatis punctum, & vt Philosophi volunt 8200. pars, vti etiam in grano tritici, & hoc sub dio aliter sese non habet: Nam totum corpus grani in semen non fit conuersum, sed est tantum scintillula in grano necessaria, quæ à suo corpore cortice obuoluto probè custoditur, vt ab omni excessiuo caloris & frigoris fiat securè præmunita: Hic si me & Philosophos intellexeris, tutus eris, non tantum ab illis, quos locus spermatis propter ignorantiam fugit, & totum granum in semen vt abeat cogere nituntur, verum etiam ab his omnibus, qui in vana & ne hili digna solutione metallorum versantur, metallaque per omnia in totum dissoluere falsò tendunt, vt postea & mutua illorum commixtione nouum inde creent, quid? metallum, si Diis placet. Ast vero hi, si ordinem & processum castissimæ naturæ considerare possent, toto cœlo viderent rem longè aliter esse constitutam, & à supremo Rectore ordinatam: Et hoc intelligito, ne vnicum quoddam metallum tam purum constat, quod suas non habeat impuritates, diuersimodè tamen

men apud quædam pauciores in aliis plures. Considerato naturæ puncto, sufficiet nosse Azothum & ignem, hoc tamen summè caueto, ne in metallis vulgi illud quæras, quo videlicet carent, punctum, nam aurum vulgi mortuum est, nostrum viuit vnitum suo spiritu, hoc recipe. Metallorum vita est ignis (perinde ac hominis, Paracelsus de vita longa cap. 1.) dum adhuc in suis existunt mineris, & mors eorum etiam per ignem fusionis Philosophica veritate constat. Repetitionis & memoriæ gratia superaddo, Prima metallorum materia est cum aëre calido humiditas mixta, (vti supra) illa est in forma pinguis aquæ, rei vnicuique siue puræ siue impuræ adhærentis & conglutinantis, vna tamen in compage abundantior ac copiosior, quam in loco & regione altera, in causa est porositas terræ ampla & angusta. In lucem aliquando Diana cum veste incedit & prodit, idque in locis, vbi nullam habet impeditionem adhæreſcentiæ, & cognoscitur, quia ex tribus primis essentialiter & substantialiter constat: In materia verò metallorum vnica tantum sine coniunctione, excepta veste, vel eius vmbratilis vmbra, nempe sulphure, &c. Hæc dicta sunt de prima materia, quomodo natura sine semine res producat, seu qua via & modo natura ab elementis accipit materiam, ex qua semen sibi ad res procreandas generat. Hinc annectemus de semine, & rebus ex semine generatis. Res omnis in suo semine, cuius est particeps, multiplicatur, non tamen absque auxilio naturæ; est autem ipsissimum semen aliud nihil, quam congelatus seu coagulatus aër in aliquo corpore, seu humidus vapor, hic & nisi se à calido etiam vapore sese resolui permitteret, nullius vnquam foret vsui. Scientiæ verò Philosophicæ inuestigatores, non erant intenti in re perueſtiganda, vbi non inuenitur & inest semen; Est autem vti ex elementis productum & prolatum, triplex, ac consistit in tribus vt dictum Regnis; Semen mineralium Philosophis optimè cognitum, vegetabilium commune ac vulgare est, vt videre est in fructibus: animalium, imaginatione cognitu venit. In Regno vegetabili nobis ostenditur, quod natura illud creet ex quatuor elementis, ibi videmus, hyemem esse causam putrefactionis. Hic enim spiritus in arboribus congelat, resolutis vero calore Solis, in quo totalis essentia magnetica, omnis nimirum humi-

midi-

miditatis attractiua, delitescit, natura caloris motu excitata, pellit subtilem aquæ vaporem ad excentrum vel circumferentiam, hinc pori arboris fiunt aperti, stillantur inde guttæ, purum ab impuro semper separando, quamuis interdum cum impuro purum congelatur, & dat flores, impurũ conuertitur in folia, spissum ac grossum abit in corticem, cortex arboris remanet fixus, folia decidunt frigore vel calore, ab obstructione pori eius, flores in tali calore congelantur, qualis est ipse calor, & adfert fructum ac semen: veluti enim pomum, in quo est sperma, ex quo non nascitur arbor, sed in illo spermate est semen vel granum intrinsecè, ex quo etiam absque spermate nascitur arbor, nam multiplicatio fit non in spermate, sed in semine; sic clara luce ocularitèr videmus, naturam ex quatuor elementis creare semen, ne nos in hoc frustra occupati essemus; iam enim creatum creatore amplius non indiget: dicemus nunc de semine minerali. Metallorum vel semen minerale natura in terræ visceribus creat, propterea tale semen in rerum natura quod sit, non creditur, quia inuisibile. Verum non est mirum, quin apud ignaros dubitatio coincidere possit, veruntamen id, quod præ oculis existit, ab illis percipi non potest, multò minus id, quod inuisibiliter est absconditũ; Hic verissimè coincidit Hermetis symbolum, quod superius non est, nisi vt istud quod est inferius, & vice versa, id quod nascitur supra, nascitur ex eodẽ fonte, sicut illud quod infra in terræ visceribus. Cæterũ quid prærogationis vegetabilia præ metallis habebunt, vt DEVS illis semen inderet, hæc vero seminis priuaret & excluderet? Annon metalla eiusdem dignitatis apud DEVM, cuius & arbores? Hic statuendum est, nihil nasci vel crescere sine semine, vbi enim nullum existit semen, terra est damnata ac mortua. Necesse itaque & summè necessarium constat, vt vel quatuor elementa creent metallorum semen, vel ea in lucem producant sine semine: si absque semine, tunc producuntur imperfecta, siquidem omne quod constat, sine semine imperfectum est, ratione compositi, & qui hanc indubitatæ veritati fidem non adhibet, indignus est, vt naturæ secreta perscrutetur, nullum enim in orbe natum existens, quod destitutum sit suo semine. Sed luce meridiana clarum est, semen metallorum verè & realiter ipsis esse inditum ac insitum,

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1530 sur 1557

de eius generatione talis est locutio Philosophorum. Quatuor Elementa in naturæ prima operatione stillant per Archæum ministrum naturæ, in centrum terræ aquæ ponderosum vaporem, hic semen est metallorum, diciturque Mercurius propter eius fluxibilitatem, & vniuscuiusq; rei commixtionem & coniunctionem, non propter essentiam, sed assimilatur sulphuri, propter internum calorem, & post congelationem est humidum radicale. Et quamuis metallorum corpus ex Mercurio constet, & sit procreatum, nõ tamen sequetur, Mercurium vulgi esse ipsorum semẽ, quare? quia Mercurius Philosophorum longe differt à Mercurio vulgi, hic habet semen, alter non: Illorum, qui sic opinantur, errores, ex sequenti iacebam exemplo. Manifestum imò manifestissimum est, homines habere semen, in quo ipsorum sit & constet multiplicatio: corpus hominis Mercurius est, semẽ vero occultum delitescit in corpore, & corporis ratione quantitas in pondere exigua: qui igitur generare vult hominem, nõ Mercurium, qui corpus est, sed semen aquę vaporem congelatum accipiet, & legitima vtetur methodo in transplãtatione hominis. In regeneratione metallorum à vulgarib? chymicis minus siniſtrè proceditur, dum corpora metallica soluunt, corrodunt Mercurium, aurum, Lunam, Saturnũ, & cum rebus heterogeneis, aquis fortibus, ad artem non requisitis, postea coniungunt ignorantes ex humano corpore dissecto, inque scheladon redacto, non generari hominem, quia corporis corruptio & seminis destructio hoc pacto præcessit. In mare & fœmina vnaquæque res multiplicatur, vt supra dictum. Ex diuisione sexus nihil procreatur vel producitur, verum formam nouam coniunctio illius profert & producit debita.

Ideoque semina & spermata, non vero corpora accipienda: & mas viuus, cum fœmina viua coniungenda sunt simul, vt in se imaginentur sperma, ad procreandum suæ naturæ fructum. Prima materia hominis terra est, hãc nemo mortalium facere potest, multo minus ex ea creare hominem, soli DEO hoc in potestate relinquimus, sed è materia secunda, quæ iam creata est, facilè natura operante generabitur id, cuius formæ est semen, modo in debitum fuerit posita locum: Artifex nil hic scit facere, nisi vt subtile à spisso sciat separare, & in vas debitum reponere. Hoc

etiam

etiam considerandum, prout res suam habet incipientiam, ita & finem, ex vno fiunt duo, ex duobus vnum, nō vero vlterius. DEVS est vnus, ex hoc vno DEI filius est genitus: Vnus dedit duo, duo dederunt vnum Spiritum Sanctum, ab vtroque procedentem, sic factus est mundus, sic eius erit finis. Quatuor priora considera puncta, & exactissimè, in illis habes Patrem, Patrem & Filium, vltimò Spiritum Sanctum, habes quatuor elementa, habes quatuor luminaria, duo cœlestia, duo centralia: Nihil amplius est, fuit, & erit, quam in hac Figura patet. Dico tibi itaque verè, non creatur vnum ex vno, quia hoc solius DEI est proprium, sufficiat te ex duobus vnum posse creare tibi vtile, & scias, sperma esse multiplicatiuum, materiamque secundam non primam. Prima occultissima non perspicua in natura vel elementis, secunda interdum filiis doctrinæ obuia est. Dicendum etiam aliquid est de materiæ secundæ virtute ac operatione. Supra dictum est, naturam esse diuisam in tria Regna; inter quæ duo per se subsistere sufficienter possunt, alterum per se minimè. Minerale per se subsistere potest, quam nullus in orbe esset homo, arbor, vel herba. Vegetabile itidem, etiamsi nullum metallum nec animal esset, perstare potest, hæc duo sunt ex vno & per vnum creata. Tertium verò ex his duobus vitam habet, & sine illis esse non potest, atramen in nobilitate & præstantia duo illa prædicta excellit, sicuti etiam postremum est inter ea, iisque dominatur, quia in trino virtus ipsa semper finitur, in binario vero multiplicatur. In Regno vegetabili materia prima herba vel arbor est, hanc tu creare non potes, quia natura solummodo hoc facit: In hoc Regno materia secunda est semen, quod vides, & in hoc multiplicatur herba vel arbor. In animali Regno bestia vel homo est prima materia, quem tu eodem modo creare ignoras, sed secundam materiam, vel sperma tu nosti, in quo multiplicatur. In Regno minerali metallum creare nescis, & si quis glorietur, mendacissimus est, natura hoc facit, & quamuis secundum Philosophos primam haberes materiam, sal videlicet centrale, sine auro tamen impossibile tibi foret multiplicare: Filiis tantum doctrinæ metallorum semen est cognitum. Vegetabilium semina apparent extra renes, aër calidus eius est digestionis: Animalium semen apparet intus

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1532 sur 1557

& extra, digestionis eius renes viri sunt: In Mineralibus aqua est semen in centro cordis eorum & vitæ: Renes digestionis eius est ignis. Receptaculum seminis vegetabilis est terra: Receptaculum animalis seminis est matrix fœminæ: Receptaculum seminis aquæ mineralis est aër: Hæc sunt seminum receptacula, quæ corporum sunt congelationes: Ea est digestio quæ solutio: Ea putrefactio quæ destructio. Vniuscuiusque seminis virtus est, rei vnicuique se in suo Regno coniungere, quia subtile est, & nihil aliud nisi aër, qui in aqua coagulatur pinguedine: Cognoscitur autem, quia sese non miscet extra Regnum suum alicui rei, & non soluitur, sed congelatur, quia solutione non indiget, sed congelatione. Summe itaque necessarium est, vt corporum aperiantur pori, ad emissionem seminis, in cuius centro residet, quod est aër, illud quando in debitam sibi conuenientem peruenerit matricem, congelatur & congelat quod reperit purum, vel impurum puro mixtum, quamdiu in corpore semen est, corpus viuit, toto consumpto moritur corpus, omnia enim corpora post emissionem seminis debilia redduntur. Experientia testis est, homines venereos seu nimium indulgentes Veneri, debiliores fieri, ita si arbores nimios ferunt fructus, fiunt postea steriles. Semen vt antehac multoties relatum, res est inuisibilis, sed sperma est visibile, & ferè anima est, in que mortuis non inuenitur: Dupliciter autem elicitur, violenter & cum suauitate: Verum sciant filii artis in arboribus amputatis & truncis frustra id quæri, quod in viribus tantum inuenitur. Dictum hactenus est de natura, arte, corpore, semine ac spermate, item de generatione metallorum, gemmarum, de materia prima, de materia secunda, item & de virtute materiæ secundæ, consultum visum est etiam de commixtione metallorum inuicem loqui, & qualis inter se eorum sit correspondentia. Mulier non discrepat à viro, quia ex vno eodemque semine, & ex vna ambo nascuntur & proueniunt matrice, defectus autem nullus alius fuit, nisi digestio. Quanto enim purior matrix consistit in sanguine & sale, tanto purior etiam parit sobolem, videlicet ex eodem semine, Luna, cum Sole, & eadem matrice, causa verò fœmellæ est, quod matrix plus habuit de aqua, quam de digesto sanguine, secundum tempus Lunæ cœlestis. Pro maiori intelle-

intellectu vt scias, quomodo metalla coeant, ad emittendum & recipiendum semen, cœlum ac Planetarum sphæras intuito: in 12. nostro consilio vides Saturnum esse supremum, eique succedere Iouem, huic Martem, inque medio Solem, quem sequetur Venus, hanc Mercurius, vltimo loco Luna. Consideretur iam quæso, Planetarum vires non ascendere, sed descendere, deditque hoc ipsissima experientia, quod ex Venere nõ fit Mars, verum ex Marte Venus, siquidem vna sphæra inferior, sic etiam Iupiter facilè transmutatur in Mercurium, quia ille Iupiter secundus à firmamento, & Mercurius secundus à terra, Saturnus primus è cœlo, Luna prima à terra, Sol omnibus se immiscet, sed nunquam per inferiores in meliorem & præstantiorem reddit principem. Neq; etiam te latebit, quod magna sit affinitas & correspondentia inter Saturnum & Lunam, in quorum medio Sol est constitutus, veluti inter Iouem & Mercurium, in quorum medietate itidem Sol consistit: sic & eô planè modô inter Martem & Venerem, & hi duo Solem habent intermedium. Chymistæ Martẽ in Venerem transmutare norunt, nulla adhibita operatione Solis: Eodem modo & è Ioue Mercurium: Nonnulli è Saturno Lunam conficiunt, verũ vt est certissimum, si Chymistæ hoc sapientissimè perpenderent, his omnibus metallis Solem administrare naturam, tum sanè rem inuenirent maximo thesauro pretiosiorem. Ideò dicitur & ignorari non debet, quæ metalla inuicem sint coniungenda, & quorum natura naturæ correspondeat: Hac de causa datur vnum metallum, quod illam potentiam habet, alia consumendi, & est ferè vt aqua eorum ac penè mater: vnica tantum res, humidum primigenium, seu radicale, Solis videlicet & Lunæ ei resistit, & per illud in meliorem redditur statum: Verum ad aperiendos tibi oculos, scias esse & vocari Philosophos chalybem, cum quo si aurum vndecies coire permittatur, semen emittere cogitur, debilitaturque ferè vsque ad mortem, sic conceptum profert chalybs, filiumque generat patre clariorem, si postmodum legitima accedente artis methodo semen nati in suam aptissimam & conuenientem imponatur matricem, purificat illam & facit millesies aptiorem ad pariendum fructus optimos. Verum & alius adhuc restat chalybs, qui in virtute huic assimilatur, per se à natura creatus, qui è radiis

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1534 sur 1557

Solaribus mirabili vi & virtute, illud ſcit elicere & proferrê, quot tot homines quærere intenderunt, & in hoc inchoatio & principium operis noſtri Philoſophicum eſt. Præterea ſi quis ex his iam prolatis veritatem in dubium reuocet, copioſa Philoſophorũ antiquiſſimorum ratione & experientia verificata inter noſtra appoſita conſilia, ſcripta euoluat, quibus vt fide dignis, in ſua arte fides non eſt deroganda, qui verò illis fidem non habet, contra negantem principia tunc non eſſe diſputandum, ſcimus: Surdis enim ac mutis nulla eſt loquela. Pauca adhuc de his perueſtiganda cenſemus, quæro ex te, an tu vel ille ſcias, quam prærogatiuam in hoc mundo res omnes habeant, præ vel exceptis metallis? cur ſola hæc per denegationem ſeminis à ſummi omnipotentis creatoris multiplicationis benedictione excludetur & carere debet? immeritò ſanè, Lyncæus hic nebuloſis perſpicit oculis, aut planè habet nullos, verum & antiquum dicterium eſt, ars non habet oſorem, niſi ignorantem: ſacræ literæ affirmant, omnibus rebus creatis ſtatim ab initio, à condita vniuerſitate mundi inditam & impertitã fuiſſe gratiam benedictionis; ſed quid, ſi filii ſcientiæ & Philoſophorum palatui ſyncero ac pio, non omnibus ad ſaporem: præterea vero ſi ſemen habent, vt omnia creſcentia & creata, quis inter fatuos non credat, in ſuo ipſiſſimo proprio ſemine poſſe inſtitui ad multiplicationem? An non natura vera eſt, itemq; vna, ita & Chymia vera eſt, item & ars vna ac vera, ſed ratò verus artifex, & multi artifices. Quando natura res creat mediantibus elementis, generatur ex DEI nutu, velle & omnipotentia, & quidem ex materia prima, quam ſolus ille Dominus dominantium, prout & omnia ſapientiſſima ſua ſcientia nobis contegit: Naturæ verò ſecundum ſuum velle, dedit res creare & multiplicare ex ſecunda materia, hanc Philoſophi Dei miracula piè inquirentes ſciunt ac tenent. Quodlibet elementum in ſua eſt ſphæra, & tamen vnum ab altero eſſe non poteſt, vt vides ex titulo horum librorum, vnum ex alio viuit, & tamen coniuncta non conueniunt, verum aqua omnium elementorum eſt dignior, quia eſt mater rerum omnium, ſuper hanc ſpiri-

Omnium fructuum mineralium prima materia in aqua ſunt conditæ, Paracelſus de Mineral. tractat. 1.
Ibidem etiam terminus aquæ mors mineralium.
Item libr. 4. tractat. 1. dicit, Aqua eſt ſemen Yle.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1535 sur 1557

ſpiritus ignis, cauſante igne aqua fit prima materia, videlicet certatione inuicem, ſic generantur venti, vapores apti, vt per aërē crudum cum terra congelentur, qui ab initio ſeorſim ab illo fuit ſeparatus, hocque ſine ceſſatione motu fit perpetuo, ignis enim ſiue calor aliter non excitatur niſi motu, quod facilime videre eſt apud fabrum ferrarium, limaturam à ferro comminuendo conficere, quod eatenus vehementiori motu incaleſcit, ac ſi igne incanduiſſet. Cauſa caloris eſt motus, calor mouet aquam, aquæ motus cauſat aërem omnium viuentium vitam. Supra ſufficienter dictum eſt, quomodo res creſcant, videlicet ex aqua, nam ex illius vapore ſubtiliori, res ſubtiles ac leues oriuntur ac proueniunt, ex oleo vero eiuſdem, res graues ac maioris pretii, ex ſale autem res prioribus longè pulchriores, vti diximus de generatione gemmarum. Quando autem vis vt natura in ſublimiorem euehatur actū gradum vel ſtatum, ſoluito corpus vtrumuis, illudque quod naturæ acceſſit heterogeneum ex terra damnata, ſegrega, purifica, coniunctio fiat puriorum cum puris, coctorum coctis, crudorum crudis, ſecundum pondus autem naturæ, non verò materiæ. Sal enim centrale de terra non plus accipit, niſi in quantum habeat opus, ſiue pura ſiue impura ſit. Pinguedo verò aquæ longè aliter ſe habet, nunquam enim habetur pura, quapropter ſcias, artem per duplicem calorem illam purgare, poſtmodum verò rurſus in vnum coniungere.

In his iam hactenus dictis, tota magiſterii veritas Philoſophiæ filiis eſt aperta tradita, vtiliſſimum vero ac conſultum ducimus, vt antequam ad ipſa variorum Philoſophorum ſcripta & conſilia accedamus, prius de Philoſophorum quibuſdam nominibus & patriis peroremus, exordiumque conſiliorum noſtrorum ſumamus.

Antiquiſſimum inter Philoſophos, ſapientiſſ. huius magiſterii dicunt eſſe *Hermetem Triſmegiſtum Ægyptium*, à Græcis ita nūcupatū, quod quaſi Dei interpretē egerit apud homines: TRISMEGISTVM verò, quia & Philoſophus, & Sacerdos, & Rex maximus fuerit, primuſque inuentor & inſtitutor legum Ægyptiorum, vnde conſultor Iſidi relictus dicitur ab Oſiride in Indias expeditionem ſuſcepturo: Sed alii, inter quos *Suidas* eſt, potius eum

cum TRISMEGISTVM dictum volunt, quia primus ex DEI OPT. MAX. reuelatione *Mysterium Trinitatis Diuinæ* inter Ethnicos tam clarè tradidit, vt clarius alicubi inueniatur: Verba *Suidæ* citantia de *Hermete* talia sunt: *Fuit lumen intelligens*, ante lumen intelligens, & fuit semper *mens mentis* lucida: Et nihil aliud fuit huius *veritas & Spiritus* omnia continens: Extra hunc nõ est DEVS, non Angelus, non essentia vlla alia: Omnium enim DOMINVS est, & PATER, & DEVS, omnia sub ipso & in ipso sunt. Obtestor te cœlum magni DEI sapiens opus, obtestor te VOCEM PATRIS, quam locutus est primum, cum omnem mundũ formauit, obtestor te per VNIGENITVM SERMONEM & PATREM omnia continentem, propitius, propitius mihi esto: Hymnos conscripsit miræ pietatis plenos, quos audiemus in consilio 26. Vbi & simul eius *Tabula Smaragdina* demonstratur, profunda sapientia pleniſſimè referta: vixisse referunt ipsum circiter annum mundi 1956. hoc est à diluuio 300. ante natum CHRISTVM 2007. Vnde Abrahami (qui Pharaoni cuidam in Ægypto adfuit) euocationem ex Charam vrbe Mesopotamiæ 44. ferè annis antecessit; Hoc autem tempus coincidit cum ea ætate, qua Oceanus, Osiris & Isis Dii Ægyptii primi (licet fabulosè) regnasse præsupponũtur, nempe ante dynastiam Ægyptiorum, qua pastores regno præesse inceperunt, secundum Eusebii traditionem, anno mundi 2139. *Abrahamum à Chaldæis* per traditionem patrum diuersas hominique vtiliſſimas artes accepisse fertur, inter quas rerum naturalium scientia & Astrologica fuit doctrina, cuius arcana non vulgaria absque dubio Regem Ægyptium Pharaonem docuit, cum ipsi adfuit: Nec verò credibile est, Ægyptios ex se tot artes, quibus post celeberrimi fuerunt, primos inuenisse, sed vel Hermetem vel eius prædecessores à Chaldæis, ipsisque senioribus *à Sem filio Nohæ* descendentibus, quasi per manus traditas accepisse: Magia enim naturali excelluerunt non solum Babylonii, verum & Chaldæi; ac Magi antiquiores fuerunt Ægyptiis sapientibus, *teste Aristot. libr. 1. de Philosophia.*

Serenus Abbas apud Cassianum collat. 8. cap. 22. dicit: Doctrinam à DEO de cœlestibus & sublunaribus rebus *Adamum* communicasse filio suo *Seth* (quæ erat vera Theologia, Astronomia, Physica &

ca, & cognitio omnium rerum proprietatum & naturarum,) qui eam conseruauit incorruptam, donec filii DEI (vt ait sacra scriptura) mixti sunt cum filiabus hominũ, hoc est, cum posteris Cain. Tunc ex iis orta propago sacrilega, quæ iam à DEO defecerat, instinctu Dæmonum salubrem hanc doctrinam in superstitiones Magicas, & artes noxias conuertit, succesſuque temporis vsque adeò accreuit in peius, vt omnis scopus huius artis (Magiæ scilicet naturalis) remotissimus esset à cultu diuino. Cham autem, (qui Zoroastres Bractianorum Rex creditur) cum patre Noa & fratribus diluuio seruatus, ante inundationem Magiæ artem, & septem alias liberales artes quatuordecim columnis inscripsit, septem æneis, & septem lateritiis, contra duplex Orbis excidium, quod præuiderat, vnum per aquas, alterum per ignem, atque ita semineam tam malarum quam bonarum scientiarum transmisit ad posteros. Zoroaster, vt tradit author scholasticæ historiæ, scripsit vicies centum millia versuum, in quos Hermippus commentatus est, at quos Ninus maiori ex parte combussit, vtpote de Magica illicita scriptos: sic Magicas artes tam illicitas, quam licitas, quoque ante diluuium viguisse, idem Serenus Abbas antedicto loco citatur. Vnde percipitur Ægyptios, qui gloriantur sese per 20. millia annorum Astronomiæ notitiam habuisse, maximè falli suis persuasionibus, cum primitus eam ab Abrahamo, aut Nohæ nepotibus, vt fortè pleraſque alias artes sub Magia naturali seu Physica comprehensas, acceperint. Bernhardus Comes vir grauis ex aliorum cõiecturis Hermetem coæuum Mosi & Aaroni facit, dum inquit: Vixisse fertur ante legem & post, quo tempore multi sapientes viri vixerunt. Verum nos Hermetem his longè antiquiorem statuimus: Quia Mosis æuo Ægyptus iamdiu floruerat his artibus, quod patet ex diuitiis & Regum luxuria, qui iam ante Pyramides extruxerant, aliaque opera stupenda perfecerant, ad quæ Israelitarum seruili opera vtebantur, vt notum est ex sacra historia. Ad hæc *Apim*, *Osirim*, *Isim & reliqua numina tunc ante multa secula coluerant*: Vnde in absentia Mosis Israelitæ, cum in deserto degerent, ad hunc Apidis colendi ritum, quem in Ægypto viderant & obseruauerant, Aaronis conceſſu reuertebantur, facto idolo aurei vituli seu Apidis, (quod in lingua Ægyptiaca

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1538 sur 1557

ſignificat bouem) quod inde Moſes reuerſus ex monte Sinai confregit, & in cineres combuſſit, quos Iſraëlitico populo in potu bibendos propinauit. Apertum ſanè conſtat cultum Ægyptiorum ſacrorum cum arte chymica, quæ in templo Vulcani (ab Apis alebatur in aureis cubilibus) exercebatur, ſemper coniunctum fuiſſe, imo in eius artis occultiſſimæ gratiam introductum, inde patet quod cauſa, vtpote Chemiæ tractatio, & hinc proueniens medicina arcaniſſima, prior fuerit ſuo effectu ſeu conſequente, hoc eſt, religione ac operibus Ægyptiis hinc dependentibus. Hermetem libros cõſcripſiſſe quamplurimos, Iamblichus in libro ſuo de Myſteriis recenſet, vbi columnarum Mercurii mentionem facit hunc in modum: Principia quidem tota vniuerſaliavè, vt narrat Seleucus, Mercurius ipſe tradit viginti millibus voluminibus, vel ſicut Meneteus recenſet, tradidit voluminibus triginta millibus, itemque ſex millibus & quingentis, atque viginti quinque, & in eis perfectè omnia demonſtrauit. *Idem dicit:* Mercurium de Diis æthereis, Empyræis & cœleſtibus ſcripſiſſe, ac de Empyræis libros centum, totidemque de Æthereis, mille de cœleſtibus compoſuiſſe: *quorum permultos in Græcum ſermonem translatos tradit his verbis:* Qui enim libri ſub Mercurii titulo circumferuntur, opiniones Mercuriales continent, etſi ſæpè Philoſophorum Græcorum ſtylo loquuntur, ſunt enim ex lingua Ægyptia in Græcam translati à viris Philoſophiæ non imperitis. Incredibile verò & ſupra omnẽ fidem poſitum videri poſſit, ab vno homine tot ſcripta edita eſſe, quæ vel ſola toti mundo in Philoſophicis ſufficerent: ſed conſiderandum eſt, virum illum omnibus numeris abſolutiſſimum hæc velut oris ſui ſacrificia DEO creatori conſecrâſſe, Hymnis & laudibus diuinis innumeris repleta, eumque abſque dubio de ſingulis creatis ſingulos libros, tanquam vniuerſi paginas, conſcripſiſſe. Ex libris eius pauciſſimi adhuc ſuperſunt, & ad noſtram ætatem peruenerunt, nempe *Pimander, Aſclepius, Tractatus 7. capitulorum, & Tabula vocata Smaragdina: Aſclepium Aſclepius ante ſeſqui mille annos, & amplius, Latinum reddidit, Pimandrum Marſilius Ficinus, &c.* Sunt nonnulli, qui Triſmegiſti vitam aut ſcripta euoluunt, Chymiæ tamen nullam faciunt mentionem, omniaq; ad aliam intentionem interpretantur: attamen ſatis patet, eum veræ Chymiæ

Prin-

Principem fuisse, si non primum inuentorem, tamen instauratorem, secundum quam Regnum Ægypti reformauit, & nouas leges instituit. In Asclepio chymicorum Deorum, hoc est, terrenorum, post cœlestium considerationem, mentionem facit, prout manifestum, si paulò acutius introspiciatur: vbi cap. 8. causam exponit, cur solis hominibus intelligentiam & disciplinam suam *Diuinitas* sit impartiri dignata, &c. Summatim & breuibus hæc de Hermete concludimus: *Ethnicus quamuis fuit AEgyptius in tenebris gentium educatus, eius ex scriptis tamen apparet, illum à DEO singulariter illuminatum fuisse, vt illa prophetico spiritu seu instinctu diuino de DEO VNO, hominum, Angelorum & omnium creatore, Patre, Logo & Spiritu æterno, aperteque de Filio scripserit.* Antiqui Ethnici & Ægyptii illum non solum viuum summa reuerentia cultuque ipsum affecerunt, verum & *Theut*, quasi diuino Mercurii nomine appellarunt, etiam post mortem in eius honorem ciuitatem condiderunt *Hermopolim*, & primum anni mensem, qui apud Ægyptios September est, denominauerunt, hinc inde & hodierno die à Philosophis multis nuncupatur Mercurius Trismegistus, &c. Longè ac latius foret, si illa omnia, quæ adhuc de Hermete essent referenda, allegarentur, verum ad alios Philosophos nos remittimus, nosq; ad reliquos chymiæ veræ sapientes conuertimus, & inprimis ad Hermetis congentiles Ægyptios: huic *Turba Philosophorum attestante* sequitur *Mena*, Rex Ægypti, qui leges quasdam, Mercurii præcepto tanquam magnorum bonorum causam futuras, promulgauit.

Tertius est *Busiris*, qui Heliopolim, Solis vrbem, seu Thebas Ægypti condidit, quæ quanta fuerit & quam mirifica, videatur Theodorus Siculus: Condidit & Busirim, & in ea magnum Isidis templum.

Quartus est *Simandius*: Cuius epitaphium; Rex Regum Simandius sum, Si quis qualis fuerim, & vbi iaceam, nosse velit, meorum aliquid operum exuperet.

Quintus *Sesostris* est: Hic Memphi in Vulcani templo statuas sumptuosissimas posuit, suam & vxoris vnius lapidis, altitudine cubitorum triginta, Filiorum vero viginti. Cuius patri post natum Sosostrem in somnis Vulcanum prædixisse scribunt, infanté genitum toto orbi imperaturum: Vbi notandum, ab omnibus despe-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1540 sur 1557

ctum & deiectum Vulcanum hic in Ægypto maximũ esse Deum, (scilicet Chymicæum) oracula reddere, admirandi artificii templum habere: at cur hoc, non vt coquerent cibos, sed medicinas corpori humano, æque, vt illos, necessarias. Quatuor Regibus ante currum vice equorum iunctis dicitur in summis festis vsus, dum in Vulcani templum tenderet.

Sextus dicitur *Miris*, qui Labyrinthum condidit.

Septimus, *Chemnis*, qui Pyramidem maximam exstruxit.

Octauus, *Amasis*, qui secundam, sub quo Phœnix in Ægyptum rediit.

Nonus, *Sethon*, qui & Rex & *Vulcani sacerdos* simul extitit, de quibus summis muniis, quomodo conueniant, iudicent alii: Non absque dubio *Sethon Vulcano* litauit, tanquam inter Deos vltimo, sed primario, *qui nempe Mercurium* erudierat, vt *Mercurius* leges populo præscriberet, ex *Isidis* decreto: anno mundi ; 228.

Decimus dictus *Adfar Alexandrinus*, qui Morienum artem docuit.

Vndecimus est *Calid Rex AEgypti Saracenus*, qui à Morieno doctus est, anno Christi 703. Nunc ad Ægyptiorum colonias.

Inter Fratres huius sapientiæ nonnullus syncerus Philosophus de Ægyptiorum coloniis Chymicis sic refert: A variis gentibus Colonię in diuersas orbis partes sunt sæpissimè ductæ, propter certas causas vulgo notas & politicas: At nos suspicamur præter has, Ægyptiorum quosdã quasi priuatos homines relicta patria in alias regiones longinquas migrasse, ibique ciuitatem vel regnum suis sumptibus instituisse; & eiusmodi plerumque fuisse ex sacerdotibus oriundos, propter opera hyeroglyphica ab ipsis in Deorum aut sui honorem posita, artis illius Chymicæ, quæ in *Vulcani* templo, *Memphi* honorata & tractata fuit, non inexpertos: Ex his *Phœnices* aut eorum Principes esse primarios, iam ante alibi demõstrauimus: *Cadmi* fratrem *Phœnicem*, sororem *Europam*, Patrem *Agenorem*, auum *Belum* fuisse tradunt: *Cadmum* verò à patre emissum ad sororem (quam *Iupiter* sub forma bouis in terræ partem iam inde dictam *Europam* comportarat) quærendam, condidisse *Thebas* in *Bœotia* ad fontem, vbi socii eius à Dracone horribili alii post alios interempti essent: At hic *Typhonis* & *Echidnæ* filius, à *Cadmo* trucidatus

cidatus est, eiusque dentes pro seminio terræ insperſi, mox protulerunt *Terrigenas* armatos in *Cadmum* irruentes, quorum vnum cum lapide percussisset, aliis inde ciuile bellum mouentibus, sibique mutuas manus inferentibus, ad vnum omnes cæsi & extincti sunt: Hanc esse allegoriam, & non historiam, nemo non videt: *Cadmum fuisse virum artis auri metallorumq; fusionis peritum*, apertè tradunt: quæ nihil aliud est, quam Chemiæ descriptio, qua *Cadmus* valdè excelluit, & ex patria institutione, immensas diuitias comparauit: *Thebas* in *Bœotia* ex bouis quasi indicatione condidit, iam amissis sociis, nempe à Dracone deuoratis: Quæ omnia modũ artificii, quod calluit, demonstrant; Quis sit Draco ille *Typhonis & Echidnæ filius*, quid per dentes ipsi extractos & seminatos, indeq; armatam virorum repentinam segetem exortam intelligatur, alibi declarabitur. Quod *Europa* eius soror à *Ioue* in taurum conuerso auecta sit, eiusdem generis est fictio, vt ibidem patet: Eius filia *Semele* ex *Ioue Dionysium* fingitur peperisse: Authore *Orpheo*, at *Iouis* fulmine matre combusto, ipsum *Iouem* suo femori immaturum inseruisse fœtum ad maturitatem vsque, qui post *Bimater* dictus: vt sub *Bacchi* seu Dionysii fabula retulimus: De *Cadmi* nuptiis cum Harmonia Martis & Veneris filia celebratis, quibus omnes Dii sua dona contulerunt, non iniuria multa scribunt: At quod tandem cum *vxore in serpentem mutatus sit, id Cadmeæ* infelicitati imputant. Sed nos scimus ita rationem suadere, vt ex duobus matrimonio vero coniunctis genuinum fiat *Mercuriale* & igne currens, serpentis instar: Notatu dignissimum est, quod in insula *Rhodo* sacerdotes, qui præessent sacris, instituerit & reliquerit, ibiq; *Mineruam Lyndiam* donis ornarit, inter quæ *antiqui operis olla fuit ærea*, hisce Phœniceis literis inscripta, TERRA RHODVS A SERPENTIBVS VASTABITVR: quæ verba merè sunt Chymica, licet nec ab historia aliena. Fratrem *Cadmi Phœnicem*, apud *Phœnices* ab eo sic denominatos, regnasse tradunt, quos primos nauigiis exteras petiuisse oras Hispaniæ, aliarumq; Regionum, vt mineras auri scrutarentur & colligerent, inquilinis adhuc non cognitas aut æstimatas, ex historiarũ monumentis patet: Post hunc *Tyrii Principes* arte Chymica celeberrimi fuerunt, contra quos Ezechielis comminatio grauissima extet, dum sub persona DEI diceret ad eos: MVLTIPLI-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1542 sur 1557

CAVI IIS ARGENTVM, ET IPSI FECERVNT IDOLO SVO AVRVM: In cuius Prophetæ explicatione *Rabbini* apud Iudæos testantur, *Principem Tyrii Chymiam exercuisse, ideoq; Prophetã illi exprobrare, quod eius artis fiducia Deus sibi esse videretur.* Nã Prophetа, vt ipsi aiunt, narrat, *quod aurum & argentum, quod in suis thesauris haberet, non è terra effodisset, non à subditis exegisset, nec hostibus eripuisset, sed sibi ipse fecisset, hac scilicet arte fretus, ideoq; Daniele sapientiorem esse, & omnia secreta naturæ perlustrasse.* Et *Phœnicia* quoq; *Beli* filia *Dido* in Lybiam seu Africæ oram maritimam nauigasse traditur, ibique Carthaginem condidisse, Regnumq; nouum erexisse, cui fabulas Poëtæ aspergunt. *De Colchis Ammianus* narrat, lib. 22. *quod sint antiqua AEgyptiorum soboles, Diodorus eos AEgyptiorum Colonias* vocat, qui in Ponto habitant, fodinas metallorum secuti: hinc aurea illa allegoria de Aureo vellere Cochis assripa est eam ob causam, quod illa regio metallis & illis mineris abundauit, quæ ad Chemiæ artẽ requiruntur: *Solis* filius in Luco *Martis* pellem ouillam à Mercurio deauratam exposuit variis artificibus, quã tandem *Iason*, idest, Medicus subtili stratagemate, ex *Medeæ*, hoc est, rationis Theoreticæ consilio, obtinuit: Primo *Draco* dentibus spoliandus erat (qui sunt materia artis purificata) per offam soporiferam, quæ satis nota est herba colligenda Sole ingrediente in Capricornum, cum eo tempore radix eius sit maximè efficax: Secundo hi dentes in terram propriam spargendi sunt, quæ terra Aquario sit subiecta, hoc est, aquosa, vel aquis abundans: Tertiò Tauris terra subuertenda, & supra semini spargenda. Hinc tumultus bellicus virorum mox crescentium, & per se pereuntium, atq; hic est meta pellis aureæ obtinente. Si qui hæc ad alia exponãt, quam natura rei & circumstantiæ admittunt, eos *nodum in scirpo quærere* sinimus, & ex aperta veritate sibi, nescio quas fabulas fingere. Phrygiam quoq; metalliferam fuisse, & Poëtarum carminibus celebratam, constat ex Troiæ deuastatione; *Ganymedis* raptus, & *Midæ* votum conuincunt (qui ambo Phryges fuerunt) artis Chymicæ scientiam hisce locis non fuisse omninò ignotam: hinc fingitur *Iupiter Ganymedem* sub forma aquilæ subuehere in cœlũ: & *Midas*, quicquid contigerit, voto obtinuisse, vt id in aurum verteretur, nempe ex indulgentia Bacchi, Dei Chymici, quem hospitio excepisset.

Diodo-

Diodorus Siculus Danaum quoq; Ægyptium fuisse narrat, qui cum filiabus profectus in *Græciam, Argos*, antiquissimam ciuitatem, condiderit: Sic *Belum* tradit in Babyloniam colonos traduxisse, ibique sacerdotes, quos *Babylonii Chaldæos* vocant, more Ægyptiorum astra obseruantes, Physicos & Astrologiæ deditos, instituisse; Hos autem duos Chymicos fuisse constat ex *Belidibus*, aliisq; allegoriis, nec non ex monumentis in eorum honorem erectis, quæ suo videantur loco: *Dipedes* quoq; *Athenienſis Menethei* pater Ægyptius origine, Athenienſium ciuis, & post Rex factus est, cui diuitiæ, potentiam & authoritatem, hæ regnum conciliarunt; similiter & *Erichtheus* genere fuit Ægyptius, qui, vt vulgo creditur, propter frumentum ex *AEgypto Athenienſibus* allatum, Regnum apud eosdem obtinuit: hic Rex factus mysteria *Cereris Eleuſinæ* ab *AEgyptiis* translata instituit. *Eumolpides* insuper, vt *Diodorus* ait, ab *AEgyptiis* sacerdotibus traducti sunt, *Eleuſiniis* præfecti. Hinc *Athenienſes* soli ex Græcis per Isidem iurare, forma moribusq; Ægyptiis similes eorũ, quam plurima affectare, eodem teste perhibentur. Sciendum etiam est, quod Sphyngum simulacra ad altaris angulos addebant, quæ abstrusarum rerum sacratarum recõditam & profundã scientiam denotabant. Vt enim Sphynx ænigmata Thebanis proposuisse narratur omnibus ferè inexplorata, sic hoc loco arcanam artis Chymicæ, sacræ habitæ, cognitionem significat. *Circa annum Christi* 60. *Nerone Apollonius Tyanæus*, Philosophus admirabilis tàm vitæ quam doctrinæ, postquam ex Indica peregrinatione fuisset reuersus, ad Gymnosophistas Æthiopas transiit; (inter quos tum temporis collegium Philosophiæ Magicæ floruit) qui ex Ægypto profectus ad *Memnonis* regionem, perlustrato *Memnonis templo*, camelis vectus in Æthiopam penetrauit. *Erat inter Gymnoſophiſtas Nilus quidam vir grauis & prudens, cuius conſilio atque hortatu reliqui ſapientes Apollonium* (qui illis suspectus inuidia Euphratis iam ante factus fuerat) admiserunt. Venit igitur in eminentiorẽ collem, vbi *Theſpion Gymnoſophiſtarũ natu ſenior* præsidebat, sedẽs *ſub vlmo arbore, quæ* (*arbor*) voce tenui & articula salutauit *Apolloniũ* proprio nomine: Tum communicatis inter se per aliquot dies collocutionibus, multa vtrinque disputarunt, *de rerum natura, de ſacris & Magia: Nilus in Apollonii* sententiam desiuit, relictoq; Gymnosophistarũ collegio

gio illum postea secutus est. *Philostratus & Fulgosius lib.8. cap.11.* narrant, *Apollonium* adfirmasse, quod viderit in *AEthiopia Gymnosophistas*, qui effecissent arbores loquentes. Sic & *Volaterranus libr.13.c.8.* recenset, quod *Thespion* præceperit arbori, vt *Apollonium* salutaret, quod inclinato præstitit cacumine, voce distincta, sed gracili & fœminea. Tantum de *Gymnosophistis*: qui cum Chymia rerum naturalium scientiam, seu Magiam naturalem exercuerunt: Quod verò ad supernaturalia quoque, vti sunt vocales reddere arbores, diaboli opera declinauerint, id non est mirum, cum Ethnici fuerint, nec perfectam Dei veri *cognitionem habuerint.* Constat item & ex antiquorum relationibus, quod Magi apud Persas hanc artem chymicam pro sapientia & rerum naturalium perfectissima cognitione habuerint: *Cicero testatur lib.de Diuinatione, quod nemo apud Persas ad Regni moderamen admitteretur, qui artem Magicam non didicisset. Et Posidonius ex Strabone refert, apud Parthos consilium esse duplex, vnum Nobilium, alterum Magorum, & ex vtroque Reges eligi solitos. Cælius Rhod.l.9. cap.23. Plinius lib.30. vult Osthanem, qui Xerxem ad bellum contra Græcos comitatus est, primo in Græciam attulisse Magiæ cognitionem, vbi ait: Osthanes ad rabiem, non auiditate modo scientiæ eius Græcorum populos egit. Certè Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato ad hanc discendā nauigauere, exiliis verius quam peregrinationibus susceptis.* Hanc reuersi prædicauere, *hanc in arcanis habuere. Et paulò post: Non leuem & Alexandri Magni temporibus auctoritatē addidit professioni secundus Osthanes comitatu eius exornatus. Osthanem apud Persas scripsisse quoq; Chymica, memorat. De vera Magia naturali, eius virtute, compositione & effectibus tractat Aristoteles lib.de admirandis aud. Plinius l.30.c.1.2.3. Proclus lib.de sacrificio & Magia. Augustin.l.2. de ciuit.Dei, c.4.& 5. Albertus Magnus lib.2.mineral. cap.1. 2.& 17. Francosterius lib. de Sympathia. Ficinus libr. 4. Theologiæ Platonis cap.1. Cardanus libr. de subtilitate. Baptista Porta, & alij.* Ad Magiam hanc naturalem referuntur scientia Mathematica, Physica & Medicina. Chymiam complectitur Physica, quæ cum Medicina laudanda venit, quia rerum naturalium arcana docet, ex iisque elicit remedia ad conseruationem vitæ mortalium pertinentium infinita, ac vt munera Dei non contemnenda. Verum si hodierno die ipsissima in abusu magno non esset posita, à magnis tum piis atq; doctissimis viris improbaretur. Quando verò rarissimè id accidit,

vt na-

vt naturæ secreta absque communicatione Dæmoniorum, aëriſq; geniorum tractentur, hac enim curiosa rerum abstrusarum indagatione homines deceptos adducunt ita consequenter, & ad res malas perueſtigandas, ad vaticinia, responsa danda de futuris ad curationem morborum per incantationes, ligaturas, characteres, & verba monstrosa à dæmonibus indicata. Hinc Magiam non dicimus præneceſſariam, aut vtilem humano generi, imò & veris Christianis non temerè indicitur vitandam & deteſtandam. Philo lib. 2. asserit: Deprauata & adulterata est vera Magia, & ex eius corruptione descenderunt, quas proprio vocabulo malas artes dicimus, Circulatorum, Ariolorumq; studia, mulierũ, nequiſſimorumque mancipiorum expiationes & luſtrationes, profitentium mutationes amoris in odium, aut ex diuerso odio in amorem, per quasdam passiones amatorias & incantamenta idonea. Atque his dolis circumueniuntur homines & ingentium malorum, atque ruinarum sunt causæ, non priuatis modo hominibus aut familiis, sed ciuitatibus, regnis & prouinciis. Quamobrẽ huiusmodi artes merito lege Mosaica grauiſſimis propoſitis pœnis prohibentur. Plinius libr. 30. cap. 1. affirmat, Magiam primò à Medicina fuiſſe natam, ac ſpecie salutari irrepſiſſe, velut altiorem ſapientioremque, quam Medicinam: ita blandiſſimis deſideratiſſimiſque addidiſſe vires religionis, ad quas maximè etiamnum caligat humanum genus. Atq; vt hoc quoq; ſuggeſſerit, miſcuiſſe artes Mathematicas, nullo nõ auido futura de ſeſe ſciendi, atq; ea à cœlo veriſſimè peti credente. Ita poſſeſſis hominum ſenſibus triplici vinculo, in tantũ faſtigii adoleuit, vt hodiè etiam in magna parte gentium præualeat, & in oriente Regum Regibus imperet. Verum quo quæ res pretioſior & vtilior in vero ſuo vſu, eò pernitioſior & futilior in abuſu. Nec nos dubitamus, Chymiam ſub hac rerum tractatione naturalium fuiſſe præcipuam, ſine qua illa non fuiſſet perfecta, imo nihili æſtimata. Authoritatem enim & neruos ſapientiæ miniſtrat, & quæ verboſa ſaltem iactantia ſine effectu videretur, & quæ aliorum auxiliis & ſtipendiis potius egeret, quam quod aliis ſuccurrere poſſet. Hic pro meliori intellectu paucis ex mente antiquorum ſyncerè philoſophantium Magiam ex diſtinctione & definitione dilucidius perluſtrabimus.

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1546 sur 1557

Nomen Magię, Perſico idiomate, tantum exprimit ſapientiam, & apicem perfectioris Philoſophiæ: Nam iidem ſunt Magi apud Perſas, ac apud Gręcos Philoſophi: apud Indos Brachmates & Gymnoſophiſtæ: apud Gallos Druydæ, Bardi & Semnothei: apud Siculos Galeotæ: apud Ægyptios Sacerdotes: apud Italos Hetruſci, haruſpices: apud Latinos ſapientes: apud Cabaliſtas Prophetæ: apud Babylonios & Aſſyrios Chaldæi. Cæterum, cum ferè cuncta ſaluberrimis orta initiis, peruenerint ad nimium, degenerarunt & diſcipuli aliqui à magorum & ſapientum puris putiſque inſtitutis, atq; aliquando præter modũ curioſi, vel affectata quadam ſciendi ſuperſtitione, metas veræ ſapientiæ tranſgredientes, prolapſi ſunt in vanas illas magiæ improbatæ obſeruationes, & tam celebri magiæ nomine conſpurcato, in odiũ appellatio antea honoris & prę-ſtantiæ, conuerſa & in dedecus eſt: vt & docet Plinius lib. 30. c. 1. & alibi. Conſtat igitur, ob abuſum Magiam exoſam: at quatenus ſuis regulis continetur, cognitionẽ eſſe rerum eximiarum, diuinarum, & humanarũ, ſiue naturalium, aliamq; probam nempe naturalẽ, & diuinam: aliam improbam, nempe dęmonicam, natam ex abuſu diuinæ ſapientiæ, & ſuperſtitioſam, natam ex eiuſdem abuſu & rerum naturalium. Naturalis magia eſt, quæ ex naturis rerum, non omnibus, ſed doctioribus & peritioribus cognitis, pendentibus vel ex tota compoſiti ſubſtantia, vel certa aliorũ mixtione effectus operatur mirabiles: eſtq; Philoſophię Phyſicæ conſummatio, atq; apud vulgus inſtar miraculi. Quare hæc accipit effectus à natura, & virtute cœlorum, ſtellarum, elemẽtorum, animalium, metallorum, plantarum, lapidum: quorum ſcientia, ex Aſtrologia, Metaphyſica, Phyſica, Medicina, experiẽtia & obſeruatione. Siue ſit diuinatrix, qua futura & effectus ex cauſis naturalibus pendentes prædicat: ſiue operatrix, quæ mirabilia ignorãtibus cauſas & vires rerũ, exhibeat diuina ſapientia vel magia, quæ in virtute, in nomine & poteſtate Dei, non rebus naturalibus conſiſtit: veluti, quando Prophetæ ventura prædicunt, quãdo eo modo miracula Chriſtiani perficiunt, vel fide, vel oratione: Vnde vera Cabala, quæ non eſt ſuperſtitione Rabinorum conſpurcata, fluit, compoſita ex nominibus omnipotentis DEI, vel expreſſis in ſacra pagina, vel extractis arte aliqua, vel receptis per manus à viris ſanctis. Improba,

ba, dæmonica, vana & superstitiosa, est quæ Theurgia & γοητεία, dicitur, illaq; aut simplex inuocatione & operatione constans dæmonum: Aut composita, scilicet addito quodam fuco naturalis cuiusdã virtutis, vel veræ religionis interposito colore, vt incauti eius prætextu decipiantur, & plerunq; illa composita, est specie tecti decipiens. Composita itaq; magia vanissima vtitur inuocationibus dæmonum, vel tacitis cum iisdem pactionibus, quę maximè homini Christiano, abominatio: & vt fraudes celet, addit ex 4. elemẽtis aliquid, vel terræ, vnde geomantia: vel aquę, vnde hydromantia: vel aëris, vnde aëromantia: vel ignis, vnde pyromantia. Abutitur hominibus olim eos sacrificare iubens, vt extra inspicerentur. Abutitur & hominibus, vt instrumentis suæ impietatis, per eos promente Dæmone oracula per os, per pectus, per vmbilicũ, per genitalia, vt scribit Plutarch. de cessat. orac. Iamblichus de mysteriis Ægyptiorum, Origines libr. 7. contra Celsum, Eustathius in 2. Iliad. D. Chrysost. homil. 9. in epist. ad Corin. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 10. Scrutatur & magia in manu lineas, vnde nata χειρομαντία, vultus, & faciei sectiones, & proportiones, (quæ tamen, si non excedant temperamenta corporea, non omnino improbantur) hanc dicunt Physionomiam. Abutitur etiam animalibus, dũ ex auium garritu, persuadere futurorum nititur cognitionem, hanc dixere augurium, vt ait Cicero lib. 2. de diuin. vel dum diuinat, per earundem inspectionẽ, vnde haruspicium, auspicium seu οἰωνοσκοπία, Tiresiæ inuentum, secũdum Plinium lib. 7. c. 56. vel dum volatilium iubet pastum, cantum, volatum, obseruare, ac si in illis esset diuinitas, aut futurorum notio, cum tamen, nec se, nec sibi futura, aues cognouerint. Quod & de aliis animalibus, quæ obseruantur, dictum velim. Plantas item suæ insaniæ accommodat, vt ait Plinius lib. 24. cap. 17. lapides, & metalla, vnde & λεκανομαντία, quæ sit peluibus aqua plenis, Dæmone inuocato, quam magiam apud Persas seruari testatur Strabo in 15. Accedit καλλιπεδομαντία, quæ per speculafiat, & ἀξινομαντία, quæ per secures, & alia instrumenta ferrea, si ue alligentur cribro, vnde κοσκινομαντία, siue clauis alligetur Psalmis, siue quis alio modo metallis abutatur. Horrenda & illa, quæ manes & mortuos putat se infestare & euocare: dicta νεκυομαντία, quæ habet cum dæmonibus colloquia ad aquam, vsus superstitio-

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1548 sur 1557

sus & vanissimus transfertur characterum, suffumigationum, ecclesiasticarum orationum,& sceleſtissimus fit Sacramentorũ abusus. Et in summa nihil sanctum est,quod magis non vsurpet &polluat. Atq; idcirco in magia,frequens abusus,non dicam vsum,dæmoniorum, veneficiorum,collyriorum,vnguẽtorum,potionum, philtrorum,alligationum,suspensionum,annulorum,imaginum, characterum,luminum,chartarum,certorum numerorum,sonorum,sacrificiorum,purificationum,solitudinum,sortium,ligationum,fascinationum,cogitationum seu imaginationum,animi excessus,incantationum, adiurationum,exorcismorum, cõsecrationum,deuotionum,ieiuniorum,somniorum,orationum,ceremoniarum,& coniunctionum cœlestium,&c. His accedit nonnullus inter scriptores Magicos, valdè tamen suspectus, qui Magiam sic diuidit: Magia sua prima diuisione est duplex: Alia est Dei, quam donat creaturis lucis; Alia est similiter DEI, sed donum creaturarum tenebrarũ:Eaq; duplex ad finem bonũ alia,vt cum tenebrarũ Principes coguntur creaturę benefacere,Deo eos cogente. Alia ad finem malum, cum Deus ad puniẽdum malos permittit tales magicè decipi ad perniciem, vel etiam mandat tales in perniciem detrudi. Secunda diuisio magiæ est, quod alia opera perficit instrumentis visibilibus per visibilia. Alia instrumentis inuisibilibus per inuisibilia. Alia commixtis tam modis quam instrumentis & effectibus. Tertia diuisio est: Alia est quæ solius Dei inuocatione perficitur; Hæc est partim Prophetica & Philosophica, partim sicut Theophrastica. Alia quæ per ignorantiam veri Dei cũ principibus spirituum agit,vt voti cõpos fiat,sicut est opus Mercuriorũ. Quarta diuisio est,quod alia est à summo Deo descendendo cum bonis Angelis loco Dei suam magiam exercet: Talis erat Baalim magia. Alia quæ cum Satrapis malorum spirituum suas exercet actiones, tales fuere, qui per minores gentium Deos operabantur. Quinta diuisio est; Alii cum spiritibus apertè, & coram facie ad faciem agunt, quod paucis datur. Alii per somnia, aut alia signa agunt; Qualia veteres ex auguriis & hostiis captabant. Sexta diuisio est, quod alii operantur per immortales creaturas. Alii per mortales Nymphas,Satyros,& similes aliorum elementorum incolas,Pygmæos,&c. Septima diuisio est,quod aliis vltro spiritus inseruiunt

sine

ſine arte, aliis vix per artem euocati inſeruiunt. Inter has Magiæ ſpecies omnium præſtantiſſima eſt, quæ à ſolo Deo dependet. Secunda, cui vltro ſpiritus ſubtiliter ſeruiunt. Tertia quæ propria eſt Chriſtianorum, quæ à Chriſti poteſtate, quam habet in cœlo & in terra, dependet. Hæc de Magis & Magia, &c. Præterea & conſtat de collegio octodecim illorum ſapientum ac Philoſophorum, in vrbe Brachmannorum, de quibus idem perhibetur, quod horum magiſteriorũ ac magnalium naturalium fuerint participes & ſciẽtes, de quo dicto collegio plures extant vbiuis ſcriptores, & inprimis Aurea illa Symbola, Aureæ Menſæ D. Maieri Comitis Imperialis Conſiſtorii Nob. Exemp. &c. Inter Hebræos experientiſſimos primò enumeratur inter authores quædam mulier Maria nũcupata, de qua dubitatur, num Moyſis fuerit ſoror, vel alia gentis Iudaicæ fœmina: deinde Moyſes ſuſpectus in hoc mirifico artificio nobis occurrit, dum aurum in puluerem redegit. Quod non acribus aquis, aut aliis additamentis, ſed igne factum, vt ait Scriptura: Hinc ſuſpectus nobis venit Ioſepho, item Abrahamus, qui Regem Ægypti obſeruationes Aſtrorum didicit, de quo Gen. 12. Hebræis congentiles ſunt Calid filius Iazichi, Muſa Calidis diſcipulus: Hamech Hebræus: Iſaac Iudæus de Morios, Iacob Alharitane Iudæus: Iohan. Euangeliſta ab Auicenna primus inter Chriſtianos Chymiæ peritus recenſetur. Inter Chaldaicos fuere Haly, Chaldæus, Thebit, Chald, &c. Finitimi Hebræis Syri exiſtunt, certos quidem artifices nobis non miniſtrantes, eorum tamen religio plena eſt allegoriis chymicis, fabuliſque obſcuris, vnde veritati conſentaneum, & eos hac arte imbutos extitiſſe. Inter Græcos enumerantur Democritus, Orpheus, Linus, Muſæus, Homerus, Vulcanus, Prometheus, Hercules, Iaſon, Chiron, Pythia, Pelopide, Pythagoras, Xamolxis, Anaxagoras, Heraclitus, Apollonius, Tyanæus, Michael Pſellus, Olympiodorus, Heliodorus, Stephanus, Zoſimus, Iſaac Monachus, Blemidas, Pelagius, Africanus, Syneſius, Theophilus, Ptolomæus, Euclides, Dardanus, Demetrius, Abugazal præceptor Platonis, Plato iunior, Hamech, Seneca, &c. Inter Romanos recenſentur Morienes Romanus, Apuleius Medaurenſis Philoſophus Platonicus & Afer, Vergilius, Ouidius, &c. Ex Arabibus ſunt Auicenna Arabs, Geber Abenhaen,

4. *Fœminæ habentur chymicæ, Maria Hebræa, Cleopatra Regina AEgypti, Taplauntia & Medea.*

Joannis Danielis Mylii, medicinæ candidati Operis medico-chymici pars altera. ... - page 1550 sur 1557

haeñ, Artephius, Alphidius, Gilgil, Hamuel, Senior, Rhasis, Rosinus, Ruthica, Massarai, Mitigo, Malus Philosophus, Dantius, Galienus, Mahomet, Hercules, Arsicanus, Datin, Euthices, Adarmath, Azinabim, Elbo, Ademarus, Belinus, Albugazal, Bolzain, Bendegid, Haly, Alfarabi, Abimezer. Ab Auicenna & hi veri artifices enumerantur, Iahie Abendinon, Pizagros, Nitafors, Abul, Caradisse, Iacobalmanum, Abumazar, Albateli, Alaua, Cotahiua, Higer, Geben, Asles, Abuzalem filius Auicennæ, Batlamuntz, Costabenluca, Horisartes à Morieno citatur. Præterea etiam & hi citantur, vt Xebilogar, Babazuria, Ombre Abelhata, Estul, Abubacher, contra quem Auicenna disputat, Habebacar, Markos, Idrid, Mezeleme, cuius Calid meminit, Mirtiganus, Rex Artus, cuius meminit Author Auroræ. Horum meminit Lullius, Adros, Cora, Kalistis, Herodi, Rasio in Maldee, Kesu, Marahti, Zeber, Abrachali, &c. Reliqui inter Arabes adnumerati sunt, Plato chymicus, Iesid, Almazarus, Galud Rex de Babylonia, Squiliarupi, Leuf, Carab, Holcot, Hemus, Mirneris, Regor, Sedacerius, Arisleus, Seneca, &c. Inter Germanos chymicos primus refertur Albertus Magnus, deinde Bernhardus Comes Treuisanus, item Basilius Valentinus Monachus, Alanus de Insulis, Isaac Holandus pater, Isaac Holandus filius, Iohannes Pontanus, Iohannes de Padua, Iodocus Greuerius presbyter, Lamspringius Nobilis, Isaac & Arnoldus, Author Rosarii magni Philosophorum, Author Dialogi Germanici inter Aurum & lapidem, Author Rythmorum Germanicorum, Philippus Theophrastus Paracelsus. Sunt & non minimæ sortis chymici Galli, quorum numerus talis constat, 1. est Arnoldus Villanouanus, 2. est Petrus de Villanoua Arnoldi frater, 3. est Vincentius Monaahus, 4. Nicolaus Flamellus, 5. Dionysius Zacharias, 6. Ioannes Fernelius Ambianensis, 7. Guilielmus Parisiensis, 8. Christophorus Parisiensis, 9. Ioannes de Mehu, 10. Anonymus Philosophus Delphinus, 11. Guido de Mantanor, 12. Philippus de Rauilasco, 13. Gratianus, 14. Raymundus Massilienſis, 15. Iohannes Austri Philosophus, 16. Stephanus Philosoph⁹. A Bernhardo Comite & aliis diuersis authoribus hi etiam enumerantur, vt Magister Daulin, Evuaralii epistola, Aulphanes in Pandectis, Daniel in retractationibus, Marthoniis,

thoniis, Valerandus de Boſco, Mirneris, Iohannes de ſacro Boſco, Conſtantinus, Miſerula, Ioannitius, Ephiſtus, Florus, Mercurinus, &c. Itali chymiæ periti tales fuere: Thomas Aquinas, Petrus Bonus Ferrarienſis, Iohannes Aurelius Augurellus, Marcellus Palingenius, Iohannes de Rupeciſſa, Auguſtinus Pantheus Venetus, Aloyſius Marlianus, Ianus Lacinius, Iohannes Chryſippus, Fanianus, Iohannes Thebanus, Ludouicus Lazarellus, Author coniugii Maſſæ Solis & Lunæ: Author Liliireuulſi ex ſpinis: Liber de artibus Romanorum, Author ſtudii Florentini, Efferarius Monachus, Clemens de ſecretis naturæ, Gilbertus Cardinalis, Archelaus, Gallinarius, Sarni lilium, Iohannes de Aquino, &c.

Hiſpani Philoſophi Chymici tales fuêre: Raymundus Lullius Maioricanus, Author Roſarii abbreuiati Tolotanus, Prior Alexandriæ, Garſia Cardinalis, Hugo Apoſtolicus, Petrus Monachus, Durandus Monachus, Virgilius Almortid, Dominicus Ægidius Magiſter hoſpitalis Hieroſolymitani, Antroicus Epiſcopus, Dominus Epiſcopus de ponderibus, Dominicus Apoſtolicus, qui docuit Auicennam. Horum ſequentium meminit Lullius, Epiſtola Demoſchielis Iud. Chronica Metanoſtrica, &c. Angli Philoſophi ſunt Rocherius Bacon, Hortulanus ſiue Garlandus, Iohannes Daſtinus, Richardus, Anglicus Philoſophus, Georgius Ripleus, Thomas Nortonus Briſtoruienſis, Abbas Weſtmonaſterienſis, Cremerus Monachus tempore Eliſabethę, Eduardus Kelleus, Scotus, Ægidius de Vadis, Iohannes Duns Scotus, Michael Scotus, &c. Numerantur etiam ex Vngaris inter Philoſophos Chymicos, vt Melchior Cibinenſis, Bauran, Frater Albertus Beierus, Rhodianus Philoſophus, Rachaidibi, Ariſtoteles chemiſta, Arda diſcipulus Ariſtotelis, Alexandri Epiſtola, Serapio, Saturni liber, Dumbeleius, Bernhardus de Grauia, Melchior Cardinalis & Epiſcopus Brixienſis, Malchaenech, Theodorus Pontius, Sorin artificium Roſ. Phil. Aranus Medianus, Rucrat, Bucas, Flaton, Claron, Pliuus, Zaib, Zubaibar, horum octo meminit Auicenna, Palmarius, author Palmarii Theoſophiæ: Idem Auicenna vult, Adamum, Noen, Iariz, Aramum, &c. fuiſſe chymicos, & naturæ metallicæ non ignaros. His addimus Anonymum Sarmatam, quem Oſualdus Crollius meus propinquus, Helio-

Hi ex parte & Chriſtiani fuere, Arabicè verò & Hiſpanicè cum Auicenna loci ſunt conſueti.

De his dubitatur nũ Angli.

Heliocantharum Borealem nuncupat; reliqui Anonymi authores inter Chymicos enumerati sunt, Author Cymbali aurei, Author Rosarii minoris, Pandectæ, Codex veritatis, Veridicus summa textualis, horum quatuor meminit Bernhardus Comes, Clangor Buccinæ, Scala Philosophorum, Ludus puerorum, Aurora consurgens, hi tractatus sunt cogniti ex libris publicatis, Testamentum Pythagoræ, huius mentionem facit Bernhardus Comes, Turba Philosophorum. Est aliquot exemplarium Author ignotus, Author incertus, hi habentur in voluminibus Chymicis, Author Rosarii alterius abbreuiati, Author tractatus, Mercurius dũ bibi, fugit: Author Speculi chymiæ, Author viæ vniuersalis: Author tractat. de ℥. Essentia vini, Author Lucis lucentis in tenebris, Auctor Horti diuitiarum, Auctor Processus pro tinctura, Author tract. de Lap. Philos. 12. cap. Auctor Anonymus, qui collegit concordantias, Author, qui de Aurelia variorum colorum tractatum edidit, Author Splendoris Solis, Author antiquior, qui Senioris tabulam explicauit, Allegoria, quæ asscribitur Merlino, Allegoria, quæ asscribitur Arisleo, Author Ænigmatum chymiæ, Authores in tot tomis Aurei Velleris Germanicè editis, &c. Hi fuere plerique Artifices chymici, in hoc opere & magisterio sapientum occupati & laborati, quotquot autem extiterunt, nominatim expressum non est, hoc solum volumus, vt non huius nostræ tantum artis teneatur certa antiquitas, verum etiam plenaria & sufficiens defensio, verum quo clarius ad oculum antiquissimam illam sapientiam demonstremus, ipsorum, (tum cognitorum, tum ignotorum) authorum processus loco Consiliorum apposuimus, exinde dilucidam naturam præ foribus manifestam habebis ac cognitam. Lege, perpende, & ora.

PHARMACIE DE PARIS ECOLE DE PHARMACIE

CONSI-

